J:17.Pl.1.

37
34 G
16
MG 3321

II.

E

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTI RAYMUNDI SUMMA.

Digitized by Google

SANCTI

RAYMUNDI DE PENNAFORT

ORDINIS PRÆDICATORUM

SUMMA

Ad manuſcriptorum fidem recognita & emendata, ſacrorumque Canonum, qui in codicibus & anterioribus editionibus tantummodo allegantur, teſtimoniis aucta, juxta Editionem anni MDCCXX. quam P. Honoratus Vincentius Laget ejuſdem Ordinis, Sacræ Theologiæ profeſſor, procuravit.

QUID IN NOVA HAC EDITIONE PRÆSTITUM SIT, EX PRÆFATIONE INTELLIGETUR.



VERONÆ, MDCCXLIV.

Ex Typographia Seminarii, Apud Auguſtinum Carattonium.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



REVERENDISSIMO PATRI

THOMÆ RIPOLL

Magiſtro Generali Ord. Prædicatorum

AUGUSTINUS CARATTONIUS TYPOGRAPHUS SEMINARII VERONENSIS.

Quærenti mihi, & diligentius circumſpicienti, cuinam hanc S. Raymundi Summam, quæ e Veronenſis Seminarii typis prodit, inſcriberem; Tu ſtatim occurriſti, Reverendiſſime Pater, qui peculiari ac potio-

Digitized by Google

potiori jure præter ceteros hoc opus Tibi convenire præferebas. Enimvero quacumque ex parte illius auctorem S. Raymundum ac Te intueor, utrumque arcta quadam ſimilitudine ita video conjunctum, ut ſi opus illud tibi non dem, a Te, quod Tuum quodammodo eſt, divellere & eripere mihi videar. Patria, profeſſio, gradus ipſe ampliſſimæ ac ſupremæ dignitatis, quem tenes, Raymundum in Te exhibent. Barcino Catalauniæ caput ambos peperit, ambos aluit, amborumque patriam ſe eſſe gloriatur. Inſigne & peramplum Prædicatorum ejuſdem urbis cœnobium, unde viri ſanctitate ac doctrina celebres omni ævo prodierunt, utrumque ſuos inter alumnos habuit, utrumque Ordini genuit, non ſine maximo honoris & utilitatis incremento. Raymundus poſt emenſum ſacrorum ſtudiorum curriculum, poſt multos in Ordine, & in Regum atque Pontificum aulis exantlatos labores, ad ſupremum Magiſterium, cunctis ſuffragiis, totoque Ordine plaudente, Bononiæ evectus fuit. Tu pariter exactis primum ſtudiis, ac multiplici-

bus

bus gravioribuſque Romæ officiis, poſt Aragonenſis Provinciæ præfecturam, ad idem ſupremum totius Ordinis faſtigium in eadem Urbe poſt quinque ſæcula pari cum fortuna electus fuiſti. Quod ſi ab Auctore ad Opus tranſeo, hujuſque doctrinæ ſanctitatem, non ad humanæ cupiditatis, vel ratiocinationis, ſed ad Evangelii, Patrum, & Canonum regulas exactam conſidero; hoc ipſum Opus eo amplius Tibi devinctum agnoſco, quippe qui Caput illius eximii Ordinis es, qui ab errore & laxitate doctrinæ maxime abhorrens, nihil antiquius habet, quam ut ex hoc puriſſimo fonte morum præcepta hauriant, quicumque Chriſtianorum mores reformare cupiunt atque informare. Quod ſi Raymundum inter Sanctos colit & veneratur catholicus Orbis, ex eo Te geſtientem intueri mihi videor, ut vel hinc nova hujus Operis Tibi dedicandi cauſſa accedat. Qui enim in promovendo Sanctorum tui Ordinis cultu præcipuam ſemper operam & ſollicitudinem collocaſti, adeo ut quamplures in Sanctorum album referendos a Romana Sede obtinueris; nonne libens ac-

cipies

cipies & promovebis Opus hoc, quod Romæ olim in canonizatione S. Raymundi editum, ad cultum ejus promovendum maxime pertinere judicatum fuit? Hæc & alia, quæ prætermitto, me impulere, ut non alium inter omnes, niſi Te, hujus Editionis Patronum eligerem. Hanc ergo dum Tibi, Reverendiſſime Pater, ſolemnibus antiquorum verbis do, dono, dedico; cum ſtudium hoc in Te meum non ingratum Tibi futurum confido, tum vero ut patrocinium ac favorem Tuum huic Editioni, mihique accommodes, rogo. Vale, & centenariæ Raymundi ætati proximus, Tui Ordinis bono in multos annos vive.

IN-

INDEX

EORUM,

Quæ hac in Summa continentur:

Præfatio novæ hujus editionis. Pag. I.

§. I. *De inſigni Doctrina, prudentia, ac celebritate S. Raymundi.* ibid.

§. II. *Summæ ſcribendæ conſilium, ac de ejuſdem præſtantia.* III.

§. III. *De loco & tempore, quo hæc Summa ſcripta fuit. Hac occaſione de collectione Decretalium a Raymundo juſſu Gregorii IX. lucubrata. Duæ Decretales ab eodem Pontifice ad Raymundum directæ indicantur, & genuina unius Decretalis lectio, quæ celebrem litem inter recentiores Theologos & Canoniſtas dirimit, exinde colligitur & confirmatur.* IV.

§. IV. *De inſcriptione Operis, & quibus ex fontibus collectum.* IX.

§. V. *De antiquis Canoniſtis decem, qui a S. Raymundo in Summa allegantur, nimirum Bernardo, Joanne Gallenſi, Alano, Laurentio, Vincentio, Tancredo, Ruffino, Melendo, Hugone, ſeu Hugotione, & Joanne Teutonico.* X.

§. VI. *De principiis, quibus S. Raymundus uſus eſt in decidendis caſibus, ubi contrariæ ſunt Auctorum ſententiæ. A novitio probabiliſmo, qui eidem a nonnullis impingitur, quantum abfuerit.* XVII.

§. VII. *Editiones Summæ. Quid in hac editione præſtitum ſit.* XXIV.

Admonitio in Vitam S. Raymundi. XXVI.

Sancti Raymundi Vita & Canonizatio ex Bulla Clementis VIII. adnotationibus illuſtrata.

Præfatio. XXVII.

Cap. I. *Raymundi eruditio, munia Eccleſiaſtica.* XXVIII.

Cap. II. *Religionis ingreſſus, Sanctiſſima Vita. Inſtitutio Ordinis de Mercede.* XXX.

Cap. III. *Apud Legatum & Pontificem officia obita.* XXXII.

Cap. IV. *Declinata dignitas. Magiſterium totius Ordinis ultro abdicatum.* XXXIII.

Cap. V. *Pro fidei defenſione ac propagatione, peccatorumque extirpatione labores:* XXXVI.

Cap. VI. *Virtutes, mors, exſequiæ.* XXXVII.

Cap. VII. *Miracula poſt mortem.* XXXIX

Cap. VIII. *Recentiora miracula.* xl.

Cap. IX. *Cœpta procurari ejus Canonizatio.* xli.

Cap. X. *Proceſſus Canonizationis varie examinatur.* xlii.

Cap. XI. *Decreta Canonizationis.* xliii.

Cap. XII. *Ordo Canonizationis.* xliv.

Teſtimonia ſelecta de S. Raymundo. xlvi.

Catalogus Operum S. Raymundi. lii.

Opuſcula S. Raymundi. Monitio. liv.

Inſtructio ejuſdem ſuper deprehenſis in hæreſi, & carceribus. lv.

Epiſtola ipſius ad Sanctum Petrum Nolaſco. lvi.

Teſtimonium miraculi a S. Raymundo deſcripti. lvii.

Præfatio P. Honorati Vincentii Laget præmiſſa editioni Lugdunenſi. j.

§. I. *Summæ notio atque commendatio.* ibid.

Summæ diviſio. iii.

Genuinus Summæ Poſtillator. v.

§. II. *Notio juris Canonici.* vij.

Quid jus Canonicum. ibid.

Juris Canonici materies. ibid.

Juris Canonici diviſio. viij.

Juris Canonici utilitas. ix.

Canonum Concordantia. x.

Juris Canonici ſcopus. xj.

Brevis notio Juris Civilis. ibid.

Monitum P. Honorati Laget præfixum editioni Lugdunenſi. xij.

Sancti Raymundi Prologus. I.

Liber Primus.

TITULUS I.

De Simoniæ.

§. I. *Quid ſit Simonia, & unde dicatur.* 2.

§. II. *Quibus modis committitur ſimonia.* 3.

§. III. *Caſus, in quibus licite pro ſpiritualibus datur quandoque munus a manu,*

nu,

nu, quandoque ab obſequio, quandoque a lingua. ibid.
§. IV. *An ſpiritualia redimi poſſint, ac debeant* 5.
§. V. *De Pœna Simoniaci.* 7.
§. VI. *Sed quid de pecunia, vel poſſeſſione ſimoniace accepta? cui reſtituetur?* 9.
§. VII. *Quæ diſpenſatio fiat erga Simoniacum?* ibid.
§. VIII. *Sed numquid Epiſcopus poteſt diſpenſare cum talibus.* 10.
§. IX. *Quid fiet de monaſteriis, in quibus plures monachi, vel regulares, vel alii religioſi, vel moniales ſimoniace recepti ſunt?* 11.
§. X. *Quid de conſuetudinibus quibuſdam circa procurandos conventus &c.* 13.
§. XI. *Numquid ſacerdos poteſt cantare Miſſam pro denariis.* 15.
§. XII. *Quæritur: ſi aliquis laico nullum jus habenti in electione, ſed malitioſe impedienti eam, det aliquid, ut ceſſet a tali impedimento, utrum ſit ſimonia?* 17.
§. XIII. *Pone, quod ſcit aliquis Epiſcopum ſuum ſimoniacum eſſe, & vult ordinari, & petit ab eo licentiam recipiendi ordines ab alio, & ille non vult dare, immo præcipit, quod recipiat ordines ab eo; quid faciet?* ibid.
§. XIV. *Pone, quod aliquis offert bona ſua Eccleſiæ pure ac ſimpliciter; ea tamen intentione principaliter, ut per temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci: & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſuri: numquid erit ſimonia?* 18.
§. XV. *Aliquis non habet titulum, vult ordinari, non vult eum ordinare Epiſcopus, eo quod caret titulo, rogat aliquem presbyterum ut præſentet eũ ad titulum Eccleſiæ ſuæ, quod quum ille recuſet facere iſte illi promittit, quod numquam, ſi præſentet eum in Eccleſia ſua, petet aliquam portionem, & ſic illo præſentante, ordinatur iſte. Quæritur, utrum commiſerit ſimoniam?* 19.

TITULUS II.

Ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant. 20.

TITULUS III.

De Magiſtris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi. 21.
§. I. *Utrum committat ſimoniam Magiſter, ſi exigit aliquid a pauperibus, vel a Clericis Eccleſiæ, a qua recipit beneficium.* 22.
§. II. *Quid de Cancellario Pariſienſi, vel Bononienſi, vel de Magiſtris ſcholarum, ſeu de præceptoribus aliarum Eccleſiarum, qui a cupiditate, vel conſuetudine longa, nolunt, forte dare licentiam docendi, niſi aliquo ſibi dato?* 23.

TITULUS IV.

De Judæis, & Sarracenis & eorum ſervis. 24.
§. I. *Qui judæi, ſarraceni, & qualiter ad fidem invitandi.* ibid.
§. II. *Circa eos quomodo debeant ſe habere Chriſtiani.* 25.
§. III. *Tranſgreſſorum omnium harum conſtitutionum quæ pœna?* 27.
§. IV. *De Judæorum & Sarracenorum Servis.* 28.
§. V. *Quid de Chriſtiano, numquid poteſt emere, vel habere Judæum; vel Paganum mancipium?* 29.
§. VI. *Pone, quod Judæi occupant aliquam parochiam emendo prædia, & domos, quæ a parochianis ſolebant inhabitari; numquid poteſt petere Eccleſia a Judæis quidquid ſolvere conſueverant Chriſtiani?* 30.

TITULUS V.

De hæreticis, & fautoribus eorum & ordinatis ab eis. ibid.
§. I. *Quot modis dicitur hæreticus.* ibid.
§. II. *Qua pœna feriatur hæreticus.* 31.
§. III. *Sed numquid viri Catholici auctoritate propria poſſunt eos ſpoliare.* 33.
§. IV. *Quid ſi poſtea convertantur ad fidem hæretici, numquid reſtituentur ſibi res ablatæ, ſaltem filiis?* 34.
§. V. *Redeuntes ab hæreſi quomodo recipi debeant?* 36.
§. VI. *Numquid tales ad fidem converſi de jure communi, vel ſaltem diſpenſative poterunt promoveri, vel in ſuſceptis ordinibus ab Epiſcopis hæreticis miniſtrare?* 37.
§. VII. *Quid agendum circa alios hæreticos revertentes.* 40.
§. VIII. *Dubius in fide infidelis eſt.* 41.

TITULUS VI.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis: 45.
§. I. *Quid ſit ſchiſma, unde dicatur, & in quo differat ab hæreſi?* 44.
§. II. *Qua pœna feriantur ſchiſmatici?* ibid.
§. III. *Quid juris de ordiatis a ſchiſmaticis, & de alienationibus ab ipſis factis?* 46.

TITULUS VII.

De Apoſtatis. 47.
§. I *Quid ſit Apoſtaſia, & quæ ejus ſpecies?* ibid.
§. II. *Qua pœna feriantur apoſtatæ?* 48.
§. III. *Revertentes ab apoſtaſia quomodo recipiendi?* 49.
§. IV. *Circa iſtas apoſtaſias poſſunt moveri aliquæ utiles quæſtiones.* 50.
§. V. *Quid ſi aliquis accepit primam tonſuram tantum, numquid poteſt eum deſerere.?* 51.
§. VI. *Numquid clerici ſæculares, qui non portant coronam, vel tonſuram, vel habitum congruentem, vel qui non interſunt divinis officiis, nec reſident, nec deſerviunt Eccleſiis, ſunt in ſtatu ſalvandorum?* 52.
§. VII. *Sed numquid tenentur ad reſtitutionem illorum fructuum, quos voluptuoſe conſumant, non facientes ſervitium, vel facientes, ſed non debito modo, quum ſint in mortali peccato?* 53.
§. VIII. *Aliquis clauſtralis egrediens clauſtrũ, vagatur, & ſic acquirit multa, poſtea ingreditur aliud monaſterium: modo quæritur, cujus monaſterii ſunt illæ res primi, an ſecundi?* ibid.

TI-

TITULORUM.

TITULUS VIII.

De voto, & votorum tranſgreſſoribus & redemtoribus. 54.

§. I. *Quid ſit votum, & quæ ſpecies ejus?* ibid.

§. II. *De redemtione, & commutatione votorum.* 55.

§. III. *De imitatione votorum.* 59.

§. IV. *Poteſtate vero Superioris imitantur Monachorum vota.* ibid.

§. V. *Servus ſine Domini voluntate vota facere nequit.* 61.

§. VI. *Quando impuberes abſque patris, vel tutoris auctoritate vota emittere poſſunt, & quando non?* ibid.

§. VII. *An vota ab uxore emiſſa vir irritare poſſit?* 64.

§. VIII. *An vir emittere vota poſſit abſque conſenſu uxoris?* 66.

§. IX. *Qua in votis diſpenſatio?* ibid.

§. X. *Nonnulli circa votum religionis caſus. Primus.*

Aliquis adultus ingreditur religionem, nondum fecit profeſſionem; quæritur utrum in aliquo caſu liceat redire ad ſæculum? 68.

§. XI. *Caſus ſecundus. Alter conjugum intravit religionem ſine licentia alterius, alius repetit eum; quæritur, utrum teneatur redire ad conjugem indiſtincte, & utrum in aliquo ſit obligatus ratione illius voti?* 69.

§. XII. *Caſus tertius. Pone, quod moritur uxor, quæ extraxerat eum de monaſterio, numquid poterit ducere aliam uxorem? vel numquid ſaltem tenebit matrimonium, ſi duxerit? Item numquid ab illa ſecunda poterit exigere debitum?* 70.

§. XIII. *Caſus quartus. Quid, ſi maritus accepit ordinem ſacrum, invita vel neſciente uxore, vel etiam ſciente, & non contradicente, numquid eſt factum præjudicium uxori?* 71.

§. XIV. *Nonnulli circa votum peregrinationis & abſtinentiæ caſus.*

Caſus primus. An Abbas, vel Prior vel alius Prælatus poſſit abſolvere religioſos ſibi ſubditos ab hujuſmodi votis, quibus ſe adſtrinxerant ante ingreſſum religionis. 74.

§. XV. *Caſus ſecundus. Item circa eadem vota, quæritur, utrum pater moriens poſſit injungere filio, quem conſtituit hæredem, ut adimpleret vota peregrinationis, vel ſimilia, ad quæ ipſe tenebatur?* ibid.

§. XVI. *Caſus tertius. Item pone. Aliquis ſæcularis videt monaſterium diſſolutum, Monachos ſplendide comedentes, & bene indutos, cogitat hunc ordinem ingredi, dicens: Bene poſſum ſuſtinere, ingreditur, poſtea fit inquiſitio in monaſterio, compelluntur ad regulam obſervandam, iſte dicit. Non novi hanc aſperitatem, quam modo vultis monaſterio imponere, nolo eam tenere. Quæritur utrum poſſit cogi?* 75.

TITULUS IX.

De juramento, & perjurio. 79.

§. I. *Quid eſt juramentum, & quæ cauſſa inſtitutionis.* ibid.

§. II. *De forma juramenti, & de requiſitis ut recte fiat.* 81.

§. III. *De perjurio, & quot modis committatur.* 82.

§. IV. *Quæ pœna perjurii.* 84.

§. V. *Quæ ſolemnitates magis obligatorium faciant juramentum.* 85.

§. VI. *Caſus circa juramentum vel perjurium.*

Caſus primus. Pone quod aliquis, dum eſſet captus ab hoſtibus, vel a prædonibus coactus per metum graviſſimum, qui poſſet cadere in conſtantem virum, promiſit & juravit ſe ſoluturum mille, vel traditurum caſtrum, vel ſimile; quæritur utrum tale juramentum obligat? 86.

§. VII. *Caſus ſecundus. Quid de illo, qui compulſus a Domino ſciens perjurat?* 88.

§. VIII. *Caſus tertius. Quid de illo, qui provocat ad jurandum eum, quem ſcit falſum juraturum, vel exigit, vel recipit ab eo juramentum veritati contrarium, & ſcienter?* 89.

§. IX. *Caſus quartus. Quid, ſi audit aliquis alium jurare falſum, & ipſe ſcit, & tacet, numquid peccat?* 90.

§. X. *Caſus quintus. Quid de judice, qui ſcit accuſatum ad pœnam capitis, vel aliam quamlibet, coram ſe, immunem penitus a culpa, quæ ſibi imponitur, & tamen videt teſtes paratos ad jurandum falſum. Numquid recipiet, aut ſi recepit jam, numquid per iſtos condemnabit ſcienter innocentem? Item quid facient officiales, & exſecutores, qui noverunt veritatem, & tamen vident illos jurare falſum, & compelluntur mandato judicis ſuſpendere vel decapitare innocentem, vel alio modo punire?* 91.

§. XI. *Caſus ſextus. Item quæritur, utrum neceſſitas in juramento promiſſorio excuſet a peccato, verbi gratia juravit debitor ſe ſoluturum in certo termino, impeditus non poteſt ſolvere.* 94.

§. XII. *Caſus ſeptimus. Item pone, quod univerſitas alicujus civitatis, vel collegii, obligavit ſe juramento ad aliquid, mortui ſunt jurantes: quæritur, utrum ſucceſſores ſint perjuri, ſi tranſgrediantur?* ibid.

§. XIII. *Caſus octavus. Item aliquis juravit ſe ſervaturum ſtatuta in Eccleſia ſua edita, poſtea fit ibi novum ſtatutum, iſte promittit per idem juramentum ſe ſervaturum illud, poſtea frangit, eſtne perjurus?* 95.

§. XIV. *Caſus nonus. Sed numquid Papa poteſt aliquem abſolvere a juramento illicito?* 95.

TITULUS X.

De mendacio & adulatione. 97.

§. I. *Quid ſit mendacium, & in quo differant hæc tria, mentiri, dicere falſum,*

ſum, & mendaciam. ibid.
§. II. Quot ſint genera mendaciorum. ibid.
§. III. Quando mendacium eſt mortale, & quando veniale. 98.
§. IV. Circa mendacium. Caſus unicus. Quid agendam ſit ei, a quo quæritur aliquis occidendus, quem ipſe ſcit in domo ſua latitare, vel etiam in alio loco? 100.
§. V. Item quæritur circa mendacium pietatis, utrum eadem actione quis mereatur & demereatur. 101.

TITULUS XI.

De Sortilegis & Divinis. 102.

§. I. Quid eſt ſors, & quæ Divinationis ſpecies? ibid.
§. II. Quæ Divinatio eſt prohibita, quæ permiſſa. 105.
§. III. Quæ pœna puniantur Sortilegi, vel Divini. 107.
§. IV. Breves circa ſortilegos & divinos quæſtiones. 108.

TITULUS XII.

De feriis, & feſtis, & diebus jejuniorum. 109

§. I. Cur feriæ dicantur, & qualiter diſtinguantur. ibid.
§. II Quid in his diebus feſtivis agi debeat, vel non. 111.

TITULUS XIII.

De Sacrilegiis. 112.

§. I. Quid eſt Sacrilegium, & quibus modis committitur ibid.
§. II. De pœna Sacrilegii. 118.

TITULUS XIV.

De immunitate Eccleſiæ, Cœmeterii, Perſonarum, & regularum ad eas pertinentium. ibid.
§. I. Quid ſit immunitas, unde dicatur, & qua gaudet Eccleſia. ibid.
§. II. De perſonarum Eccleſiaſticarum immunitate. 115.
§. III. De Prædiorum Eccleſiaſticorum immunitate. 117.
§. IV. Qua pœna feriantur immunitatem violantes. 118.
§. V. Varii circa immunitatem caſus. ibid.

TITULUS XV.

De decimis, primitiis & oblationibus: 120.

§. I. Quid ſit decima, quibus, & a quibus datur. ibid.
§. II. De quibus rebus debeant dari Decimæ. 122.
§. III. Decimæ qualiter dandæ. ibid.
§. IV. Qualiter ſint dividendæ Decimæ, ac varii circa decimas caſus. 123.
§. V. De primitijs, quid ſit primitia, cui danda, & quanta eſſe debeat? 131.
§. Ultimus. De oblationibus, quot, ſunt ſpecies, cui dandæ, & an neceſſario perſolvendæ? 132.

TITULUS XVI.

De Sepulturis. ibid.

§. I. Quid ſit jus ſepulturæ; quæ Eccleſia illud habeat; quibus prohibeatur in cœmeterio ſepeliri. ibid.
§. II. Apud quam Eccleſiam defunctus debeat ſepeliri. 133.
§. III. Quæ portio Canonica eſt tribuenda Eccleſiæ Parochiali. 135.

Liber Secundus.

TITULUS I.

De Homicidio. ibid.

§. I. Quid ſit homicidium, unde dicatur, ejuſque ſpecies? ibid.
§. II. Qua pœna homicidæ puniantur. 140.
§. III. Quæ diſpenſatio fiat erga Clericum homicidam. 143.
§. IV. Varii circa homicidium caſus.
Caſus primus. Quid, ſi aliquis percutit mulierem prægnantem, vel dat ei venenum, vel ipſamet accepit, ut abortivum faciat, vel ut non concipiat, numquid talis judicabitur homicida aut irregularis? 143.
§. V. Caſus ſecundus. Quid, ſi plures inter ſe rixati ſunt, vel in conflicta fuerunt, & aliquis eſt ibi interfectus, nec apparet a quo, vel ex cujus vulnere; numquid omnes judicabuntur homicidæ, vel irregulares, vel nullus? 144.
§. VI. Caſus tertius. Quid de Phyſicis & Chirurgis? 145.
§. VII. Caſus quartus. Quid de his, qui amputant ſibi genitalia, ut poſſint continenter vivere, & amputant ſibi digitum, vel membrum aliquod propter deformitatem, vel dolorem intolerabilem, quem ibi patiuntur? 146.
§. VIII. Caſus Quintus. Item quid ſi Clericus deferat querimoniam de raptore, vel fure coram judice ſæculari, & judex veritate comperta illum mutilat, vel ſuſpendit; numquid quid de illo factum eſt, illi Clerico eſt imputandum? 150.
§. IX. Caſus ſextus. De parentibus autem quæritur, in quorum lectis interdum parvuli iſti inveniuntur ſuffocati? 152.
§. X. Caſus ſeptimus. Quid, ſi pater filium, vel patronus libertum, vel dominus ſervum infantem, vel etiam adultum, ſed languidum exponit, vel ei denegat alimenta? 153.

TITULUS II.

De Torneamentis. 154.

§. Unicus. Quæ ſint torneamenta, & quæ pœna pugnantium.

TITULUS III.

De Duello.

§. Unicus. Quid ſit duellum, an poſſit fieri inter laicos, & qua pœna Clericus pugnans feriatur. 154.

TI-

TITULUS IV.

De ſagittariis, & baliſtrariis. ibid.

§. I. An & quando ſit prohibitum ſagittariorum & baliſtrariorum officium? ibid.

§. II. Qua pœna puniantur prædicti. ibid.

TITULUS V.

De Raptoribus, Prædonibus, & Incendiariis. 157.

§. I. Quis dicatur Raptor. ibid.

§. II. De pœna Raptoris rerum. 158.

§. III. De pœna Raptoris mulierum. 159.

§. IV. Quis dicatur prædo, & quæ pœna ipſius. ibid.

§. V. Quis incendiarius, & quæ pœna ipſius ibi.

§. VI. De Prælatis, & Clericis bona Eccleſiæ in uſus illicitos conſumentibus, an ſint raptores? 160.

§. VII. Quid de focariis & hujuſmodi turpibus perſonis & aliis ſupradictis, quæ ſic paſcuntur, vel ducuntur de rebus Eccleſiæ, numquid & ipſi tenentur ad reſtitutionem? 164.

§. VIII. Variæ circa præſentem materiam quæſtiones. 166.

§. IX. Quæſtio ſecunda. Quid de principibus, & aliis, qui de longa conſuetudine, ſpoliant naufragantes, & ut plenius dicam, ſpoliant ſpoliatos, & addunt afflictionem afflictis? 167.

§. X. Quæſtio tertia. Quid de pedagiis, quid de quæſtis, vel taleis, quas Reges ac Principes, necnon & ceteri milites inferiores faciunt in ſubjectos? 168.

§. XI. Quæſtio quarta. Quid de quæſtis, vel taleis? 169.

§. XII. Quæſtio quinta. Quid de Principibus, vel militibus, & aliis, qui habentes guerras adinvicem expoliant pauperes, & ruſticos alterius capiũt, incarcerant, & cruciatibus ſe redimere cogunt, vel miſerabiliter exſpirare? 172.

§. XIII. Quæſtio ſexta. Quid de illis, qui ſequuntur ad prædã rapiendam, vel inde comedunt, vel accipiunt partem, vel ipſos majores ad rapiendum inducunt, conſulendo, adulando, detrahendo? ibid.

§. XIII. Secundus. Quæſtio ſeptima. Quid de his, qui de rapina emerunt ſcienter aliquid, vel ignoranter? 179.

§. XIV. Quæſtio Octava. Quid de hæredibus raptorum? 182.

§. XV. Quæſtio nona. Quid de præſcriptionibus, & uſucapionibus. 185.

Quid ſit præſcriptio, quid uſucapio. ibid.

Quæ poſſunt præſcribi. ibid.

Præſcriptionis ſpecies. 186.

Qualiter interrumpitur præſcriptio. 187.

§. XVI. Queſtio decima De falſis Judicibus, Officialibus, Advocatis, &c. 191.

De Officialibus. 193.

De Advocatis. ibid.

De Teſtibus. 195.

De Accuſatoribus. 197.

§. XVII. Quæſtio undecima. Quid de principibus condentibus leges iniquas, & de ſubditis obſervantibus eas? 198.

§. XVIII. Quæſtio duodecima. Quis modus, vel forma ſervabitur circa reſtitutionem faciendam in judicio animæ? 199.

TITULUS V.

De Furtis. 201.

§. I. Quid ſit furtum, unde dicatur, de qua re fiat, ejuſque ſpecies? ibid.

§. II. Quæ furti pœna? 202.

§. III. Qualiter autem ſit procedendum in foro pœnitentiali circa reſtitutionem faciendam ab ipſo fure, vel a cooperantibus, & conſentientibus, & qui teneantur in ſolidum, & qui in partem, & cui etiam ſit reſtitutio facienda? ibid.

§. IV. Quid ſi aliquis emit rem furtivam ignoranter, & bona fide, & in foro publico, & publice; numquid poteſt ſaltem pretium, quod numeravit, petere a domino, quam deprehendit rem eſſe furtivam vel numquid poterit retinere rem, donec pretium ſit ei ſolutum? 203.

§. V. Quid, ſi aliquis furatur, vel rapit rem ab uſurario, ut inde faciat eleemoſynam? Item quid de pecunia, vel alia re inventa in via, vel platea, vel alio loco publico; numquid eſt in iſtis reſtitutio neceſſaria aut numquid in his committitur furtum? ibid.

§. VI. Quid ſi aliquis furatur cibum, vel potum, vel veſtimentum propter neceſſitatem famis, vel ſitis, vel frigoris; numquid committit furtum? 204.

§. VII. Item quid, ſi aliquis furatur Chriſtianos captivos a paganis detentos, ut eos reſtituat libertati? Item quid de ipſis Chriſtianis captivis, qui furantur aliqua ipſis ſarracinis, a quibus tenentur captivi, vel etiam aliis ſarracinis? 205.

TITULUS VII.

De Uſuris, & pignoribus. ibid.

§. I. Quid ſit Uſura, & unde dicatur. ibid.

§. II. Quæ Uſuræ ſpecies? 206.

§. II. Secundus. In quibus caſibus uſuræ permittantur, vel prohibeantur? ibid.

§. III. An voluntas, intentio, & ſpes ad uſuras inducant? 208.

§. IV. An ratione pœnæ, in contractu mutui appoſitæ, poſſit aliquid exigi? ibid.

§. V. De mutuis navigantı, & eunti ad nundinas conceſſis? 210.

§. VI. An leges, quæ permittunt uſuras exigi, teneant. 211.

§. VII. A quo compelluntur uſurarii reſtituere? 212.

§. VIII. De Pignoribus. 214.

§. IX. De communitatibus, quę pecuniam ad uſuram dant. 215.

TITULUS VIII.

De negotiis ſæcularibus, & utrum de illicite acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna, & de Aleatoribus: 217.

§. I. Quæ negotia licita, & quæ illicita? ibid.

Quatuor caſus, in quibus Clerici ſæcularia negotia tractare poſſunt. 219.

Caſus Primus. ibid.

Caſus Secundus. ibid.

Caſus Tertius. 220.

Caſus Quartus. 221.

§. II. De pœna ſæcularibus negotiis ſe immiſcentium. 225.

§. III. Quid de illis, qui faciunt, vel vendunt gladios, quadrellos, ſagittas, & baliſtas, & ſimilia, quibus homines occiduntur? item

Digitized by Google

Item quid de illis, qui emunt vel vendunt toxicum, vel venenum? Item quid de his, qui faciunt, vel vendunt ſotulares pictos, & aurifrigium, quæ deferuntur non ad neceſſitatem, vel uſum, ſed ad vanam gloriam, & abuſum? 224.
§. IV. *An de illicitis acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna.* 225.
§. V. *An Monachus, vel alia religioſa perſona, poſſit facere eleemoſynam?* 226.
§. VI. *An uxor poſſit dare eleemoſinam ſine mandato, vel licentia viri?* 227.
§. VII. *De ludo Aleæ.* 229.
§. VIII. *De peccato ludentium ludo Alearum.* ibid.
§. IX. *De pœna ludentium alearum ludo.* 230.

Liber Tertius.

TITULUS I.
De qualitate ordinandorum. 233.
TITULUS II.
Quod ordinandus ſit ſine crimine. 234.
TITULUS III.
De Bigamis. ibid.
§. I. *Cauſſæ quæ bigamum impediunt promovendum.* 235.
§. II. *An bigamus poſſit diſpenſari, ut promoveatur.* 238.
TITULUS IV.
De ſobrietate ordinandorum. 241.
§. I. *Ebrioſorum pœna.* ibid.
§. II. *De vitanda intemperantia cibi.* 242.
§. III. *Quæ obſervanda in convivio Sacerdotali.* ibi.
TITULUS V.
De Prudentia Ordinandorum. 243.
TITULUS VI.
De Pudicitia Ordinandorum. 247.
TITULUS VII.
De ornatu ordinandorum. ibid.
TITULUS VIII.
De hoſpitalitate ordinandorum: 248.
Caſus unicus. Pone, quod pater tuus infidelis, & extraneus fidelis egeant, nec potes ſubvenire utrique, ſed alteri tantum; quem præferes? 250.
TITULUS IX.
De doctrina ordinandorum, & de correctione eorum. ibid.
§. I. *Quæ ſunt attendenda circa prædicationis actum.* 252.
§. II. *Qualitas audientium, & dicendorum.* 254.
TITULUS X.
De Clerico percuſſore. 257.
TITULUS XI.
De litigioſis non ordinandis. 260.
TITULUS XII.
De cupidis non ordinandis. 261.
TITULUS XIII.
Quod ordinandus domui ſuæ ſit bene præpoſitus. ibid.
§. Unicus. *In quibus caſibus poteſt una perſona duas vel plures Eccleſias habere?* 263.
TITULUS XIV.
De Neophytis non ordinandis. 264.
TITULUS XV.
De ſolemniter pœnitentibus non ordinandis. 267.
TITULUS XVI.
De Curialibus, & obligatis ad ratiocinia an ſint ordinandi vel non? 268.
§. I. *Qui dicuntur Curiales, & qui a promotione repellantur.* ibid.
§. II. *De obligatis ad ratiocinia.* ibid.
§. III. *Juramento obligatus in quibuſdam an religionem poſſit intrare?* 269.
TITULUS XVII.
De ſervis non ordinandis, & de manumiſſionibus eorumdem. 270.
§. I. *Qualiter ſervi poſſunt ordinari.* ibid.
§. II. *De manumiſſione.* 273.
§. III. *Quot modis fit manumiſſio.* ibid.
TITULUS XVIII.
De corpore vitiatis. 275.
TITULUS XIX.
De Filiis Presbyterorum, & de ceteris illegitime natis. ibid.
§. I. *Quæ cauſſa prohibitionis, quæque diſpenſatio?* ibid.
§. II. *Quis poſſit cum illegitime natis diſpenſare?* 278.
TITULUS XX.
De differentibus baptizari uſque ad mortem. 282.
TITULUS XXI.
De Peregrinis & Ignotis. 283.
§. I. *Qui dicuntur peregrini, vel ignoti.* ibid.
§. II. *Quare tales repellantur.* 284.
§. III. *Quādo peregrini admittātur ad ordines.* 285
TITULUS XXII.
De ætate ordinandorum, & temporibus ordinationum. 286.
§. I. *In quibus ætatibus valeāt ordines recipi.* ibi.
§. II. *A quibus ſunt conferendi ordines.* 289.
§. III. *Quando valeant ordines recipi.* 290.
§. IV. *Ubi valeant ordines recipi.* 292.
§. V. *Qualiter valeant ordines recipi, ſeu de forma illorum.* ibid.
§. VI. *An teneat ordinatio, ſi aliqua omittuntur de forma.* 293.
§. VII. *Quot ſunt ordines.* 295.
§. VII. *Secundus. Variæ quæſtiones.* 297.
§. VIII. *Numquid Epiſcopus poteſt compellere Clericos ad ordines ſuſcipiendos?* 298.
TITULUS XXIII.
De impedimento ſexus. 300.
TITULUS XXIV.
De Sacramentis iterandis, & de conſecrationibus Eccleſiarum. 301.
§. I. *Quid ſit ſacramentum, quid ſignum, quid ſacrificium, quid myſterium.* ibid.
§. II. *Sacramentorum ſpecies.* 302.
§. III. *Effectus Sacramentorum.* ibid.
§. IV. *Quæ ſacramenta poſſint iterari.* 303.
§. V. *Quæ ſit pœna iterantis Sacramenta.* 305.
§. VI. *De Conſecratione Eccleſiæ vel altaris.* 307.
TITULUS XXV.
De Inſamibus. 313.
TITULUS XXVI.
De electione, poſtulatione, confirmatione, renunciatione, & uſu pallii. ibid.
§. I. *De electione & poſtulatione.* ibid.
§. II. *De Confirmatione.* 315.
§. III. *De Renunciatione.* 316.
§. IV. *De uſu pallii.* 318.
TITULUS XXVII.
De differentiis Officiorum. 320.
§. I. *De Papa.* ibid.
§. II. *De Patriarchis & Primatibus.* 327.
§. III. *De Metropolitanis, & Archiepiſcopis.* 329.
§. IV. *De Epiſcopis.* 330.
§. V. *De Archidiaconis, Præpoſitis, & Decanis, & aliis.* 332.
TITULUS XXVIII.
De tranſitu Clericorum, Monachorum, & Religioſorum. 334.
§. I. *Quibus de cauſſis hic tranſitus fieri debeat.* ib.
§. II. *Qualiter ſit tranſeundum.* 336.
TITULUS XXIX.
De lapſis & diſpenſationibus. 337.

§. I.

§. I. De lapſis. ibid.
§. II. De diſpenſationibus. 341.

TITULUS XXX.

De ſcandalo, & perplexitate, & notorio. 347.
§. I. De ſcandalo. 347.
§. II. De perplexitate. 349.
§. III. Clerici non debent habitare cum mulieribus. 350.
§. III. Secundus. De pœna Clerici non ſervantis continentiam. 352.
§. IV. Aliæ pœnæ imponuntur Clericis continentiam non ſervantibus. 354.
§. IV. Alius. De notorio. 355.

TITULUS XXXI.

De Purgationibus & Inquiſitionibus. 356.
§. I. De Purgationibus. ibid.
§. II. Qualiter ſit in ea procedendum. 357.
§. III. Quot modis procedi poteſt contra aliquem de crimine. 358.
§. IV. De Inquiſitione. ibid.
§. IV. Alius. Quænam eſt digna infamatis ſatisfactio. 361.
§. V. Quæ forma juramenti. 362.
§. V. Alius. De pœna illius, qui in purgatione defecerit. ibid.
Caſus, in quibus non debet recipi purgatio. 364.

TITULUS XXXII.

De Pœnis. 365.
§. I. Quæ, & quot ſint pœnarum ſpecies. ibid.
§. II. Quis poteſt pœnam infligere. 367.
§. III. Judex delegatus non poteſt cauſſam ſibi delegatam alii delegare. 369.
§. IV. Quæ excuſant a pœna. 370.
§. IV. Alius. Quæ in aggravatione, vel attenuatione pœna conſideranda ſint. 371.
§. V. An unus poſſit pro alterius peccato, vel ſine culpa ſua puniri. 372.
§. VI. Caſus, in quibus quis licite ſine culpa, ſed non ſine cauſſa punitur. 375.

TITULUS XXXIII.

De ſententiis præcepti, deffinitionis & excommunicationis. 377.
§. I. De ſententia præcepti. ibid.
§. II. De ſententia definitionis. 379.
§. III. Sententiæ effectus. 380.
§. IV. Quibus auxiliis ſublevatur ſententia. 381.
§. V. De ſententia excommunicationis. 382.
§. VI. Quid ſit excommunicatio, & quæ ejus ſpecies? ibid.
§. VII. A quo, & cui, & pro quibus cauſſis ſit infligenda excommunicatio. 383.
De excommunicatione propter percuſſionem Clerici. 385.
Excommunicatus ob percuſſionem Clerici a quo abſolvi poteſt. 387.
Quis abſolvere poteſt regulares. 389.
A quo infligitur minor excommunicatio. 391.
Infligitur a judice utraque excommunicatio. 392.
Pro contumacia infligitur major excommunicatio 393.
§. III. Alius ejuſdem tituli xxxiij. & ſic de aliis. A quo, & qualiter tollatur excommunicatio. 395.
Quæ attendenda in abſolutione: 396.
§. IV. De pœna non ſervantis excommunicationem. 398.
§. V. Qua pœna feriantur participantes cum excommunicatis. ibid.
§. VI. Utrum excommunicatus poſſit amplius excommunicari pro eadem, vel aliis cauſſis ab eodem Judice, vel diverſis? 401.
§. VII. Sed numquid erunt neceſſariæ tot abſolutiones, quot fuerunt excommunicationes? An poterit una abſolutio tollere omnes excommunicationes? 402.
§. VIII. An tenat excommunicatio, vel abſolutio injuſta. 403.
Varii caſus. 405.
Variæ quæſtiones ſimul expoſitæ. 407.
Circa percuſſionem Clerici varii caſus. 409.
§. IX. Quid nomine cenſuræ intelligitur. 410.

TITULUS XXXIV.

De Pœnitentiis & Remiſſionibus. 415.
§. I. Quid eſt pœnitentia, & unde dicatur. ibid.
§. II. De tribus actionibus pœnitentiæ. 418.
§. III. De tribus pœnitentiæ ſpeciebus. 419.
§. IV. Quæ ſint neceſſaria in vera pœnitentia 420.
De contritione. ibid.
Qualis debet eſſe contritio, & quis ejus effectus. 421.
De Confeſſione. 423.
Numquid in articulo neceſſitatis tenetur quis confiteri hæretico, vel ſchiſmatico, vel ſimili, ſi non poteſt invenire Catholicum. 426.
Quid de venialibus; numquid & illa tenetur quis confiteri Sacerdoti? 423.
Quæ ſint neceſſaria ad veram Confeſſionem. ibid.
An ſint faciendæ interrogationes in Confeſſione a Sacerdote, & de quibus & qualiter. 433.
De ſatisfactione. 435.
De falſa ſatisfactione. 436.
De gradibus peccatorum. 437.
De menſura pœnarum. 438.
Varii circa ſatisfactionem caſus. 442.
Quæſita. 447.
Quæſita. Utrum ea, quæ fiant a vivis, proſint defunctis, & quibus. Item quibus ſuffragiis, ſeu beneficiis deleantur venialia inter vivos? 448.
De pœna Sacerdotis revelantis Confeſſionem. 450.
§. V. De clavibus & remiſſionibus. 451.
An fiat remiſſio per malum, ſicut & bonum miniſtrum. 453.
De generalibus remiſſionibus Pontium. ibid.
De remiſſionibus Epiſcoporum. 455.
De quæſtoribus. 456.
De commutationibus ſatisfactionis. 457.
§. VI. De impedimentis pœnitentiæ. ibid.
Sacri Concilii Tridentini Doctrinæ. ibid.
De neceſſitate Sacramenti Pœnitentiæ: alia pag. ſub eodem num. 457.

TITULUS I.

De ſponſalibus.
§. I. Quid ſint ſponſalia, unde dicantur, & qualiter contrahantur. ibid.
§. II. Qua ætate contrahi poſſint ſponſalia. 463.
Nonnulla, circa ſponſalia, moventur dubitabilia. 464.
§. III. Quis ſit effectus ſponſalium. 466.
§. IV. An ſponſalia poſſint diſſolvi? & octo caſus diſſolutionis expenduntur. 467.
Sacri Concilii Tridentini decretum de reformatione matrimonii. 468.

TITULUS II.

De Matrimonio. 469.
§. I. Quid ſit matrimonium, & unde dicatur. ib.
§. II. Qualiter contrahatur matrimonium? 470.
§. III. Quando fuerit inſtitutum matrimonium, & ubi, & quibus verbis. 472.
§. IV. De cauſſis inſtitutionis matrimonii. ibid.
§. V. Qui poſſunt contrahere matrimonium. 475.
§. VI. De effectibus matrimonii. 474.
§. VII. Quæ bona matrimonii. 478.
§. VIII. Qualiter matrimonium excuſet a peccato. 479.
§. IX. Quæ & quot ſint impedimenta matrimonii. (481.

TITULUS III.

De errore perſonæ. ibid.

TITULUS IV.

De impedimento conditionis. 483.

TI-

Digitized by Google

TITULORUM:

TITULUS V.

De impedimento voti. 484.

§. I. *Quid eſt votum? & quis poteſt vovere?* ibi.

§. II. *Qua ætate poteſt quis ſolemnizare votum.* 485.

Sacri Concilii Tridentini Decretum de Regularibus & Monialibus. ibid.

§. III. *Quot ſint ſpecies voti?* ibid.

TITULUS VI.

De cognatione carnali. 487.

§. I. *Quid eſt conſanguinitas, ejus linea & quot ſunt.* ibid.

Conſanguinitatis ſchema. 488.

§. II. *Quid ſit gradus.* 489.

§. III. *Uſque ad quotum gradum probibeatur matrimonium.* 491.

Ex Decreto S. Concilii Tridentini de reformatione matrimonii. 492.

Caput IV. Affinitas ex fornicatione ad ſecundum gradum reſtringitur. ibid.

Caput V. Ne quis intra gradus probibitos contrabat, quave ratione in illis diſpenſandum. ibid.

TITULUS VII.

De Cognatione ſpirituali. ibid.

§. I. *Quid eſt cognatio ſpiritualis, & quæ ejus ſpecies.* ibid.

§. II. *Quid juris eſt de matrimonio illorũ?* ibid.

§. III. *De paternitate quæ attenditur inter ſuſcipientem & ſuſceptum.* 494.

§. IV. *De fraternitate ſpirituali.* ibid.

§. V. *Per quæ ſacramenta ſpiritualis cognatio contrabatur.* 495.

Ex Decreto S. Concilii Tridentini de reformatione matrimonii. Cap. II. Inter quos cognatio ſpiritualis contrabatur. 496.

TITULUS VIII.

De Cognatinne legali. 496.

§. I. *Quid eſt legalis Cognatio?* ibid.

§. II. *Quæ ſunt cognationis legalis ſpecies, & quando, & qualiter impediunt matrimonium?* 497.

TITULUS IX.

De impedimento criminis. ibid.

TITULUS X.

De diſpari cultu. 501.

TITULUS XI.

De impedimento violentiæ ſive metus. 505.

§. I. *Quis metus excuſet, & cadit in conſtantem virum.* 506.

Ex Concilio Tridentino de Reformatione matrimonii. Caput IX. Ne Domini temporales aut magiſtratus quidpiam libertati matrimonii contrarium moliantur. 507.

TITULUS XII.

De impedimento Ordinis. ibid.

TITULUS XIII.

De impedimento ligationis. 508.

TITULUS XIV.

De publicæ honeſtatis juſtitia. 509.

Ex Concilio Tridentino de reformatione matrimonii. Caput. III. Publicæ honeſtatis impedimentum certis limitibus coarctatur. 510.

TITULUS XV.

De impedimento affinitatis Quid ſit, quotuplex ſit, & qualiter contrahatur. ibid.

TITULUS XVI.

De impotentia coeundi. 513.

§. I. *Quid ſit impoſſibilitas coeundi, quæ ejus ſpecies, & quæ impediat matrimonium.* ibid.

§. II. *De accidentali impotentia.* 515.

§. III. *Qualiter, & quando divortium fieri debeat, quum allegatur impoſſibilitas coeundi.* ibid.

TITULUS XVII.

De impedimento feriarum. 518.

Ex Concilio Tridentino de reformatione matrimonii. Caput X. Nuptiarum ſolemnitates certis temporibus probibentur. 519.

TITULUS XVIII.

De Matrimonio contra interdictum Eccleſiæ contracto. ibid.

Ex Concilio Tridentino de reformatione matrimonii. Cap. VI. In raptores animadvertitur. ibid.

TITULUS XIX.

Qualiter, & quomodo mulier poteſt aliquem petere in virum, & reſtitutionem viri, ſi fuerit ab eo ſpoliata. 520.

TITULUS XX.

De divortio propter conſanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum. 524.

TITULUS XXI.

Qualiter accuſatio ſit facienda in matrimonio, contracto vel contrahendo. 526.

TITULUS XXII.

De divortio propter fornicationem. 527.

§. I. *Qualiter accuſatio debeat fieri.* ibid.

§. II. *Quando maritus probibeatur ab accuſatione adulteræ uxoris,* 529.

§. III. *Quis ſit effectus accuſationis.* ibid.

TITULUS XXIII.

De numero teſtium, tam in matrimonio, quam in aliis caſibus. 531.

TITULUS XXIV.

De Filiis. 532.

§. I. *Qui filii ſint legitimi, & qui non.* ibid.

§. II. *Qualiter non legitimi legitimantur.* 533.

§. III. *Quid prodeſt filios legitimos eſſe.* ibid.

TITULUS XXV.

De dote, & donationibus propter nuptias. ibid.

§. I. *De dote, dotiſque ſpeciebus.* 534.

§. II. *Quid ſit donatio propter nuptias.* ibid.

§. III. *Qualiter lucretur, vel reſtituatur dos.* 535.

Obſervationes in nonnullos Summæ Titulos. Proœmium. 537.

Obſervatio I. in titulum de Simonia. ibid.

Obſervatio I. in titulum de Magiſtris. 542.

Æmulorum objecta. 544.

Objectis ſit ſatis. 545.

Obſervatio III. in titulum de Apoſtatis I. 550.

Obſervatio IV. in eumdem titulum II. De ſimulatione. 557.

S. Auguſtini reſponſum. 559.

NOVÆ HUJUS EDITIONIS

PRÆFATIO.

I. INter complures Doctores, quos ſanctitate ac ſcientia celeberrimos Patrum Prædicatorum Ordo Eccleſiæ Catholicæ dedit, maximi habitus ſemper fuit S. Raymundus de Pennafort, cujus eximia de conſcientiæ caſibus peritia adeo Eccleſiæ ipſi præter ceteras ejus laudes probata fuit, ut veluti ſingulari ac proprio ejus encomio, eumdem *Sacramenti pœnitentiæ inſignem Miniſtrum* a Deo ipſo *electum* in publicis ſacri myſterii ac divinorum officiorum precibus teſtari non dubitaverit. Ut autem de hujus peculiaris laudis merito & cauſſis cognoſcamus, eximiam tanti Miniſtri ſcientiam prudentiamque & ſtudio & experientia comparatas, quæ hanc illi laudem æquiſſime vindicarunt, paucis expendere juvat.

§. I.

De inſigni doctrina, prudentia, ac celebritate S. Raymundi.

II. Raymundus raro ingenio ac mira prudentia donatus, ut optimis, ſacris præſertim, ſtudiis imbueretur, Barcinone Bononiam ad celeberrimum optimarum diſciplinarum domicilium profectus eſt. Eminebat potiſſimum nobilis hæc Academia in jure canonico, quod per id tempus totam vel potiſſimam ſacri miniſterii inſtitutionem continebat. Eo autem in ſtudio Raymundus præſtantiſſimis Magiſtris uſus tantum excelluit, ut dignus fuerit habitus, qui Doctoris laurea vix inſignitus, ſacros Canones publice interpretaretur. Hoc autem munus magna cum admiratione omnium & cum inſignis eruditionis fama aliquot annos geſſit. Hinc B. Humbertus coævus ſcriptor in Raymundi elogio: *Hic fuit excellens doctor in jure canonico, in quo*

S. Raymundi ſtudia in ſcientia.

rexit Bononiæ. Hoc autem ejus famæ indicium non omittendum, quod *Berengarius Barcinonenſis Epiſcopus, ejus virtutibus ac ſcientia permotus, Roma ſuam ad Eccleſiam rediens, Bononiam iter inſtituit, ubi Beatum Raymundum convenit, ac multis ultro citroque ſermonibus habitis, Berengarius virum admiratus, ac ſecum ipſe reputans, eum ingenti Eccleſiæ ſuæ ornamento & utilitati futurum, vehementer inſtitit, ut ſecum ad eccleſiam Barcinonenſem, ubi educatus fuerat, reverteretur, quod tandem magnis ab eo precibus obtinuit.*

Clemens VIII. in Bull. Canoniz.

De prudentia in exercitio in audiendis confeſſionibus.

III. Huic autem inſigni ſcientiæ, quam ſemper excoluit, acceſſit peculiaris prudentia, quam experientia & uſus confeſſionum excipiendarum probavit atque perfecit. Hinc Jacobus Aragonum Rex, S. Petrus Nolaſco, aliique dignitate ac ſcientia præſtantes viri illum ſibi a confeſſionibus excipiendis elegerunt. Cumque Gregorius IX. fama, quæ de illo late percrebuerat, excitatus, eumdem Romam acciverit; peritiam ejus fama majorem cognoſcens, ipſum Capellanum ſuum, ideſt cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditorem, quem nunc Rotæ Auditorem vocant, necnon Pœnitentiarium, ac ſuum item Confeſſarium eſſe juſſit. Summi vero Pœnitentiarii munus Raymundo impoſitum non improbabiliter cenſet Franciſcus Penna in notis ad c. 8. vitæ ejuſdem ab antiquo auctore ſcriptæ, de qua in Admonitione ad Vitam plura dicentur; idque *mihi perſuadet*, inquit, *tum inſignis viri hujus peritia & probitas, tum clavis, quam manu geſtat, ut indicat ejus effigies in vetuſto marmore ſculpta.*

Fuit ſummus Pœnitentiarius.

IV. Licet Raymundus a Romanæ curiæ honoribus æque ac ſollicitudinibus abhorrens cujuſdam morbi occaſione a Summo Pontifice impetrarit, ut in Barcinonenſe cœnobium ſe ſe reciperet, ubi Deo liberius vacaret; Pœnitentiarii tamen dignitatem dimittere non potuit. Hinc aliquot ad eumdem Apoſtolicæ litteræ in Bullario Ordinis Fr. Prædicatorum editæ, ipſum licet abſentem *Pœnitentiarium* appellant, Pœnitentiariique item negotia eidem a Gregorio & ſucceſſoribus commiſſa teſtantur. Quin P. Jacobus Echard inter MSS. Raymundi Opera memorans, *Dubitabilia cum reſponſionibus ad quædam capita miſſa ad Pontificem, Conſultationes intelligo Gregorio IX. roganti directas*, inquit ex Nicolao Antonio Bibl. vet. Hiſp. pag. 48. qui etiam addit *ſe noviſſe eas fuiſſe inter libros membranaceos Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis, & hunc ducentorum annorum præ ſe ferre antiquitatem in ejus catalogo, cum confectus eſt, doceri.* Confluebat etiam ad Raymundum magnus populi concurſus, ut quiſque ſana conſilia caperet, & in via ſalutis tute regeretur; *ejus* enim *ſcientia*, ut in Canonizationis Bulla traditur, *quaſi inundatio in omnibus abundabat, & conſilium ejus ſicut fons vitæ ſalutem animæ plurimis afferebat.* Sic num. 21. Additur num. 28. *De rebus dubiis ſæpe conſultus, ſingulari prudentia, ac divina plane ſapientia omnibus reſpon-*

Tom. 1. p. 109. n. 3.

ſpondebat: in quo tamen ne quid temere excideret, vix eum reſpondiſſe ex tempore, ſed tempus ad cogitandum ſumſiſſe Diagus & Llot obſervarunt. Hæc tanta ſcientia atque prudentia, quæ Raymundum *Sacramenti Pœnitentiæ inſignem Miniſtrum* exhibent, *Summam* ejus *de Pœnitentia*, quam nunc edimus, maxime commendat. Cum enim quidquid ſive ex canonum ac decretorum Eccleſiæ, ſive ex praxeos ac experientiæ notitia in conſcientiæ inſtitutionem ac morum diſciplinam conſerre vir tantus pervidit, in eadem Summa collegerit; hoc Opus jure maximi faciendum quiſque cognoſcet.

Summæ cõmendatio ex dictis.

§. II.

Summæ ſcribendæ conſilium, ac de ejuſdem præſtantia.

V. Pater Sugerius primus Prior Provincialis in Hiſpania ſcribendi Operis auctor fuit. Ante id tempus Pœnitentialia & collectiones Canonum ſacris miniſtris uſui ac diſciplinæ erant. Sed cum hi libri multi eſſent, & multæ præterea ſuper iis difficultates ſubinde orirentur, præſertim in praxi; ex omnibus ſelectiora colligere, & in certum ordinem digerere, interpretari, caſibuſque occurrentibus accomodare maxime utile viſum fuit. Hoc conſilium Raymundo propoſitum non alii melius quam ejuſdem verbis in prooemio poſitis exponam. *Ego*, inquit, *Raymundus inter Fratres Ordinis Prædicatorum minimus, immo inutilis ſervus, ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & glorioſæ Virginis Matris ejus, & Beatæ Catharinæ, præſentem Summulam ex diverſis auctoritatibus, & majorum meorum dictis diligenti ſtudio compilavi; ut ſi quando Fratres Ordinis noſtri, vel alii circa judicium animarum in foro pœnitentiali forſitan dubitaverint, per ipſius exercitium, tam in conſiliis, quam in judiciis, quæſtiones multas, & caſus varios ac difficiles & perplexos valeant enodare.*

Finis ſcribendæ Summæ.

VI. Id *Opus plane novum, nulli antea tentatum*, inquit Nicolaus Antonius Bibliothecæ Hiſpanicæ l. 8. c. 4. Primum ergo, vel, ut cum S. Antonino cautius loquar, *quaſi primum* hujuſmodi Operum exemplum eſt. Nam etſi forte alia ejus generis opera ſub hoc idem tempus aut paullo ante ab aliis lucubrata fuerint, uti *Summam de Pœnitentia cum aliis multis ad decalogum & peccata mortalia pertinentibus* ab Odone de Sheritona ſeu Ceritona Anglo ſub finem ſæculi XII. ſcriptam, ac inter codices Cantabrigenſes & Oxonienſes ſervatam memorat Caſimirus Oudinus; Raymundus tamen hujus aut alterius ſimilis Operis inſcius *quaſi primus* hanc provinciam ingreſſus eſt.

Novitas Operis.

tit. 23. l. III. Hiſt. c. 11. §. 2.

In ſupplement. Bellarmin.

VII. Quanto autem & quam felici cum exitu hic illi labor ſucceſſerit illud oſtendit, quod hæc Summa vix vulgata, Henrico Gandavenſi coævo teſte, *a nemine ignoraretur*, &, ut laudatus Antoninus ſcribit, *multum eſſet in uſu. Hanc cum aliis libris ſecum ſem-*

Hujus Sũmæ utilitas ac neceſſitas.

De Scriptor. Eccleſ. c. 48.

per

pervebebat Benedictus Papa XIII. (ſic in ſua obedientia dictus) *ut patet ex antiqua ſcheda in Bibliotheca Barberina ſervata* ex Nicolao Antonio loco citato. Hinc etiam hujus Summæ multa MSS. exemplaria in multis Bibliothecis inveniuntur, ut ex P. Echard, qui *innumera* ſe vidiſſe teſtatur, necnon ex Bibliotheca MSS. P. Montfauconii colligere licet. Idipſum confirmant præclaræ laudes illi Operi tributæ, quarum præcipuæ ejuſdem utilitatem ac neceſſitatem commendant. Ex antiquis tres coævos ſcriptores nominare ſufficiet. De utilitate Stephanus Salanhacus in Chronico de Magiſtris Ord. Præd. *Fecit etiam Summam perutilem de caſibus, ſive de Pœnitentia.* De neceſſitate autem B. Humbertus quintus Ordinis Prædicatorum Magiſter hoc teſtimonium, Raymundo adhuc vivente, Chronico Magiſtrorum inſeruit ad an. 1238. *Hic etiam compilavit Summam de caſibus toti Eccleſiæ perneceſſariam circa conſilia ſalutis animarum:* & Henricus Gandavenſis cap. 48. de Scriptoribus Eccleſiaſticis: *Scripſit Summam de caſibus pœnitentialibus, audientibus confeſſionem valde neceſſariam, quæ modo tam vulgata eſt, ut a nemine ignoretur.* Ex recentioribus autem appendam unum Clementis VIII. teſtimonium, quod utramque & neceſſitatis & utilitatis laudem Raymundi Summæ jure tributam Apoſtolica auctoritate confirmans, centum & amplius teſtimoniis præſtat. *Conſcripſit etiam Summam caſuum conſcientiæ, qui ſolent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ atque auctoritatis, & tam confeſſariis, quam confitentibus valde utilem & neceſſariam.*

§. III.

De loco & tempore, quo hæc Summa ſcripta fuit. Hac occaſione de collectione Decretalium a Raymundo juſſu Gregorii IX. lucubrata. Duæ Decretales ab eodem Pontifice ad Raymundum directæ indicantur, & genuina unius Decretalis lectio, quæ celebrem litem inter recentiores Theologos & Canoniſtas dirimit, exinde colligitur & confirmatur.

VIII. Hoc Opus Barcinone maxima ſaltem ex parte lucu- *Locus.* bratum peculiaris S. Catharinæ mentio, cui Barcinonenſis conventus Eccleſia nuncupata eſt, indicare videtur. Hinc etiam Raymundus lib. 2. tit. 7. §. 5. pag. 210. contractum quemdam practicum de loco ad locum propoſiturus, *Barchen & Ceptam* (legendum *Barchin & Septam*) exempli loco ponit: fere enim id genus exempla a loco, in quo ſcribitur, peti ſolent.

IX. Major de tempore difficultas. Franciſcus Diagus con- *Tempus.* tendit hoc Opus Barcinone a Raymundo lucubratum, antequam a Cardinali Joanne de Abbatis Villa, Gregorio IX. præcipiente, Romam duceretur. Caſtillus & Marietta Romæ ſcriptum volunt. Utrumque conciliari poteſt, ſi Opus diverſo tem-

po-

pore ſcriptum, & perfectum dicamus. Cum Auctor lib. 2. tit. 5. §. 10. alleget *novam conſtitutionem Friderici*, quæ incipit, *Ad decus & honorem*, quæ (ut ex Novellis liquet) ab Honorio III. Gregorii IX. prædeceſſore probata fuit; paullo poſt hanc conſtitutionem ſive Honorio III. Pontifice, ſive ſub Gregorii initia hæc ſcripſiſſe apparet. Idipſum poſtulare videtur ætas Fratris Sugerii primi Prioris Provincialis, qui hanc ſcriptionem Raymundo impoſuit, ut lib. 1. Vitæ S. Rayimundi c. 5. a Franciſco Pegna editæ traditur. Hic Fr. Sugerius ſeu Suggerus, Gnomitius, vel Gomitius nominatus, Luſitanus, eſt ille Fr. Gnomitius, quem cum P. Petro Madritenſi *in partes Hiſpaniæ* miſſum B. Jordanus tradit. Hoc accidiſſe videtur an. 1218. cum Honorius III. Viterbii commendatitias litteras ad Hiſpaniæ Epiſcopos dedit. Vide noviſſimum Bullarium Ordinis Prædicatorum tom. 1. p. 8, conſt. 9. ibique doctiſſimi editoris adnotationem 1. ubi plura quidem cœnobia an. 1219. ſtylo veteri, novo autem an. 1220. in Hiſpaniis excitata commemorat. Porro hoc anno primum generale capitulum, anno autem ſequenti alterum Bononiæ celebrata Jordanus tradit: & hoc eodem anno 1221. primus Prior Provincialis in Hiſpania Fr. Sugerius creatus fuit. Nam Bernardus Guidonis in libello de Magiſtris Ordinis edito a Martene Tom. 6. Vet. Script & Monument. Collect. pag. 403. ſic ſcribit: *Anno Domini MCCXXI. fuit a beato Dominico ſecundum generale capitulum Bononiæ celebratum, in quo capitulo, vel in præcedenti* (an. 1220.) *quod magis æſtimo, ſed certitudinem plenariam non inveni...... conventus per octo Provincias ſunt diſtincti..... Priores Provinciales primi inſtituti ſunt hi qui ſequuntur.... Primus Prior Provincialis in Hiſpania Fr. Suggerus*. Annum 1221. præſerendum credimus anno 1220. quippe B. Jordanus coævus auctor in S. Dominici Vita n. 39. anno 1221. tribuit illud capitulum, in quo ipſe primus Prior Provincialis Lombardiæ Præpoſitus fuit: utroſque autem ſimul ſuæ cuique Provinciæ fuiſſe præfectos ex memorato Bernardo manifeſtum eſt. Si porro hac ætate ea conſuetudo viguit, qua an. 1242. Priorum Provincialium regimen quattuor annis finiebat, ut liquet ex actis capituli generalis hujus anni apud Martene Tom. 4. Theſ. Anecdotor. pag. 1683. cum P. Sugerius Prior Provincialis in Hiſpania, creatus an. 1221. eam dignitatem dimiſerit an. 1225. ante hunc annum Raymundo Summæ ſcribendæ auctor fuit. Cum vero Monaſterium S. Catharinæ, quam Raymundus initio Operis invocat, ædificatum fuerit an. 1223. & hoc quoque anno Raymundus profeſſionem emiſerit, ut in notis ad Vitam dicetur; citius hoc anno, vel ſequenti Auctor, Sugerio præcipiente, ſcriptioni Summæ manum impoſuit.

Vita S. Dominici n. 28.

X. Id autem multo evidentius confirmant aliquot decretales, quæ in antiquis tantum compilationibus inveniuntur, & a S.

Antiquarum collectionum Decretales a Raym. allegatæ.

Raymundo alicubi allegantur in Summa nullo diſtinctionis indicio; quod vulgatas tum eas collectiones innuit, nondum compacta ea collectione, quam Gregorius IX. ipſo Raymundo uſus edidit, ſolamque probavit. Sic pag. 64. allegatur decretalis Innocentii III. *Poſtulaſti*, *de Regular.* in quam notat antiquus Raymundi gloſſator Guillelmus Redonenſis. *Hæc decretalis non eſt hodie in corpore Decretorum in forma, in qua ſolebat eſſe*. Similiter pag. 323. n. 15. citatur decretalis *Expoſuiſti* ejuſdem tituli, quam in tertia collectione contineri idem Gloſſator fidem facit. Obſervanda eſt inter alias quædam allegatio pag. 52. §. 6. *Et eſt expreſſa quædam conſtitutio hodie, extra, de Apoſtatis, c. Expectantes &c.* quæ cum *hodie* non ſit in collectione Raymundi, hæc ſane verba ante hanc collectionem ſcripta noſcuntur.

De collectione Decretalium per S. Raymundum.

XI. Hæc de prima Summæ ſcriptione, quam tamen poſt compilationem novam fuiſſe perfectam & editam certiſſimum arbitror. Interim ſcilicet Raymundo Romam evocato eam præclaram curam dedit Gregorius IX. ut colligeret Apoſtolicorum Antiſtitum decreta, quæ partim in quinque anterioribus collectionibus erant diſperſa, partim vero ſeparatim edita extra corpus juris Canonici vagabantur. Hæc autem collectio tanti præter ceteras habita fuit, ut hæc una, rejectis quinque anterioribus, Eccleſiæ approbationem meruerit. Audiantur ipſa Pontificis verba: *Diverſas conſtitutiones & decretales epiſtolas prædeceſſorum noſtrorum in diverſa diſperſas volumina, quarum aliquæ propter nimiam ſimilitudinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter ſui prolixitatem, confuſionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur extra volumina ſupradicta, quæ tamquam incertæ frequenter in judiciis vacillabant: ad communem & maxime ſtudentium utilitatem, per dilectum filium fratrem Raymundum, Capellanum & Pœnitentiarium noſtrum, illas in unum volumen, reſecatis ſuperfluis, providimus redigendas, adjicientes conſtitutiones noſtras, & decretales epiſtolas, per quas nonnulla, quæ in prioribus erant dubia, declarantur. Volentes igitur, ut hac tantum compilatione univerſi utantur in judiciis & in ſcholis, diſtrictius prohibemus, ne quis præſumat aliam facere abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali*. Hujus collectionis conſilium & utilitatem præ omnibus antiquis accuratius explicat Vincentius Bellovacenſis in Speculo doctrinali l. 7. c. 49. ac præſertim ſuperfluorum, quæ Gregorius reſecari præcepit, rationem afferens, *Gregorius IX.* inquit, *decretales a prædeceſſoribus ſuis compilatas removendo ſuperflua membranas fruſtra occupantia decurtavit, injungens ſuper hoc Fratri Raymundo Pœnitentiario ſuo, ut de compilationibus veteribus conſtitutiones eliceret meliores in conſonantiam luculentam. Et vere in omnibus tam libris, quam titulis, & etiam capitulis iſta facta eſt deciſio. Nam cum prius eſſent quinque volumina (* ideſt compilationes *) in quibus XXV. diſtinctiones (* ſeu libri *) habebantur; hodie per*

Gre-

Gregorianam providentiam ad volumen unicum ſunt redacta, in quo ſolummodo quinque diſtinctiones (ſeu libri) *reperiuntur. Decurtavit in titulis; nam cum in veteribus DXX. tituli comprehenderentur, ad novies viginti ſunt redacti. Item in capitulis, ſed non multum; nam cum in antiquis bis mille & ſexaginta duo eſſent, ad mille & nongenta reducuntur. Quia vero tot compilationes errorem, tædium, confuſionem, & juvenibus deſperationem frequentiſſime inducebant; propter hoc facta fuit hæc compilatio, quæ ſufficit ad canonicarum quæſtionum deciſionem*. Cum hæc ad Raymundi commendationem, atque etiam apologiam pertineant, omittenda non fuere.

De anno publicatæ collectionis.

XII. Iſtæc collectio, *trium annorum ſpatio*, ut in Canonizationis Bulla dicitur, compilata, inter an. 1230. & 1234. a Raymundo lucubrata fuit. Romam enim ille acceſſit an. 1230. ut ex notis ad Vitam conſtabit. Hanc autem collectionem certo publicatam an. 1234. (unde perperam omnino vel in Pithæorum editione quædam Gregorii IX. decretales notantur datæ an. 1235. aut 1236.)liquet ex præfixa Gregorii IX. epiſtola, quam eo anno 1234. datam nonis Septembris, exemplum a V. Cl. P. Bremond editum probat, confirmatque Odoricus Raynaldus ad an. 1234. n. 26. qui ex Gregorii IX. Regeſto hanc decretalem lib. 8. ep. 18. deſcriptam, eoque die & (1) anno ſignatam allegat. Hi quidem epiſtolam ad Pariſienſes miſſam præferunt, cum tamen in editionibus & MSS. Juris Canonici ad Bononienſes tradita dicatur. Nihil hæc repugnant: nam, ut Joannes Andreæ Fil. obſervavit, *Bononiæ, alias Pariſius; utrobique enim fuit miſſa compilatio*. Bononiæ autem nomen in MSS. & editis prævaluit, quia e Bononia, ubi Juris Canonici diſciplina maxime floruit, compilationis hujus exempla potiſſimum edita ac propagata fuerunt, eademque ratione & Bonifacii VIII. conſtitutio, qua liber VI. Decretalium, & Joannis XXII. litteræ, quibus Clementinæ promulgatæ ſunt, in corpore Juris Canonici Bononiæ Doctoribus & Scholaribus inſcribuntur.

T. 1. Bullar. Ord. Præd. p. 96.

In Proœm Novellæ v. Bononiæ.

Summa a Raymundo perfecta poſt editionem compilationis Gregorianæ.

XIII. Poſt hanc compilationem ac proinde poſt Septembrem an. 1234. Raymundus ſive Romæ, ubi ſtetit ſaltem uſque ad Aprilem anni 1235. ſive Barcinone, ubi ſanitatem & quietem nactus erat, Summam recognovit, atque perfecit. Ex hac enim una collectione Gregorii IX. decretales corpori juris inſertas allegare potuit. Id ipſum confirmat formula, qua nonnullas ejuſdem Pontificis decretales *novas*, ſeu corpori juris noviter inſertas, appellat. Sic lib. 1. tit. 1. §. 8. pag. 11. *Eſt expreſſum in decretali nova, extra de Simonia, Mandato*; & lib. 3. tit. 33. §. 8. pag. 409. *Ad hoc, quidquid jure antiquo notatum fuerit vel diſtinctum, dicas jure novo, quod non ſunt ex-*

com-

(1) Hinc Matthæus Paris coævus Scriptor Anglicanæ Hiſt. ad an. 1235. hanc collectionem per hæc tempora toto orbe promulgatam tradit. *His quoque temporibus Gregorius IX. videns tædioſam decretalium prolixitatem, ſub quodam compendio eas eleganter abbreviatas & collectas ſolemniter & authentice per totius mundi latitudinem legi præcepit, & divulgari.*

communicati, *extra*, *de Sent. excom. cap. Cum voluntate:* & paullo poſt eadem pagina: *Reſpondeo: Poteſt jure novo*, *extra*, *eodem*, *c. Pueris: quam require infra inter novas conſtitutiones;* & §. 9 p. 411. *Quod confirmat nova decretalis de Sent. excom. c. Permittimus:* ac tandem l. 4. tit. 9. pag. 500. *Determinatum eſt jure novo*... *extra*, *De eo qui duxit in matrimonium quam polluit*, *Si quis uxore*. Obſervandum hoc loco eſt ex Henrico Gandavenſi hujus ætatis ſcriptore *jus novum* appellatam Gregorii IX. collectionem: ſic enim ille in libro de Script. Eccleſ. cap. 48. Raymundus *ad mandatum etiam Domini Gregorii compilator fuit illius Codicis*, *qui modo Novum Jus appellatur*. Neque prætermittenda formula *bodie*, quæ a noſtro Auctore nonnullibi uſurpata, noviſſimæ collectionis decretalem indicat. Sic enim legitur lib. 2. tit. 7. §. 5. pag. 210. *Expreſſa eſt bodie decretalis*, *extra eod.* (tit. de Uſuris) *c. Naviganti*.

Duæ decretales ad Raymundum directæ.

XIV. Hæc autem decretalis *Naviganti*, necnon alia nuper laudata, *Si quis uxore*, cum a Gregorio IX. inſcribantur *Fratri R.* Fratris autem titulus nomini præmiſſus, ſoli Regulari mendicanti conveniat; *Fratri Raymundo* ejuſdem Pontificis Capellano ac Pœnitentiario datæ videntur, uti decretales duas Hugoni Canoniſtæ ab Innocentio III. & duas item Tancredo ab Honorio III. traditas inferius videbimus. Forte cauſſæ quædam ſive Palatii Apoſtolici, ſive Pœnitentiariæ, quæ Raymundo commiſſæ erant, vel caſus in ſua negotioſiſſima patria frequentes (unde Barcinonenſis contractus exemplum propoſuit) hæc reſcripta poſtularunt. Raymundus autem uno *Fratris* nomine retento, Capellani & Pœnitentiarii titulos decretalibus, ut credimus, præfixos modeſtiæ gratia omiſit. Quæ inſcriptionis interpretatio ſi probetur; jam deciſa videbitur celebris quæſtio, quæ vertitur circa lectionem cap. *Naviganti*, utrum nimirum locus ille, *uſurarius eſt cenſendus*, ſit corruptus & particula negante careat, ut nonnulli recentiores contendunt. Cum enim S. Raymundus, qui authenticam hanc decretalem accepit, eamdem ſine ea particula legerit, ut ex ipſius interpretatione loco allegato propoſita manifeſtum eſt; jam de hac re amplius ambigere, & contra omnium præterea manuſcriptorum, & antiquorum interpretum fidem quibuſdam privatis conjectationibus indulgere temerarium judicabitur.

Inc. Navig. pag. 270. v. ſup. n. 8.

Genuina lectio decretalis confirmatur.

XV. Sed ut ad Summæ tempus revertamur, in editione Romana an. 1603. quæ e MSS. accuratiſſime ſumta fuit, lib. 4. tit. 22. n. 2. p. 574. habetur: *Forma vero libelli accuſationis talis eſſe debet*: *Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti* 35. *&c. reſidente domino &c.* Notatio numeri 35. currentem annum exprimens, cum errorem continere videretur, in editione P. Vincentii Laget, quam noſtri Typographi ſecuti ſunt, ommiſſa fuit; cum præſertim vetus Gloſſator in hunc S. Raymundi textum eam libelli formam expreſſerit his verbis: *Anno Domini &c. reſidente Gre-*

Gregorio IX. in Apoſtolica Sede & Domino V. Epiſcopo in Aurelien. Eccleſia Id. Septembris Indictione X. Forte vero annum Chriſti 1235. Raymundus expreſſit, qui brevitatis cauſſa poſtremis tantum numeris ſcribebatur: nec oportet huic anno congruat Indictio X. a Gloſſatore notata, qui nullo certo argumento eamdem ſubiecit. Sed hæc, quæ tempus hujus ſcriptionis certius ſtatuerent, per conjecturam indicaſſe ſufficiat.

§. IV.

De inſcriptione Operis, & quibus ex fontibus collectum.

XVI. Titulus Operis *Summa de Caſibus* a B. Humberto & a Patribus Concilii Tarraconenſis an. 1279. aliiſque vocatur. Inter MSS. Belgii laudatur Sandero tom. 1. p. 107. *Summa de caſibus S. Raym. Ord. Prædicatorum*. Hinc in Bulla Canonizationis, *Summa caſuum conſcientiæ*: Stephano de Salanhaco, *Summa de caſibus, ſeu pœnitentia*; Henrico Gandavenſi, *Summa de caſibus pœnitentialibus*. Ipſe Raymundus in procemio *Summulam* appellat, ac in tres partes, ſeu libros diſtinxit; unde *Summa* tantum in nonnullis MSS. inſcribitur. At poſtea tractatum de Matrimonio adjiciens, *Summam de Pœnitentia* nuncupavit, quod Confeſſarios præſertim in pœnitentiæ foro inſtituere conſilium fuerit. *Quoniam in foro pœnitentiali*, inquit, *frequenter dubitationes circa Matrimonium, immo etiam perplexitates occurrunt; ad honorem Dei & animarum profectum poſt Summam de pœnitentia ſpecialem de Matrimonio ſubjeci tractatum*. Itaque hic titulus ceteris præferendus. Tractatus autem de Matrimonio, qui poſt Summam ſcriptus, ad idem pœnitentiale forum pertinet, libri quarti locum obtinet. Non deſunt, qui hoc opus *Summam de pœnitentia & tractatum de Matrimonio* inſcribendum putent. Nos vero ſimplicem *Summæ* appellationem retinuimus, quam & S. Raymundus initio Operis, & aliquot MSS. præferunt. Caſimirus Oudinus t. 3. de Script. Eccleſ. p. 164. poſtquam ex Bulla Canonizationis plura de S. Raymundo locutus, de ejuſdem *Summa de pœnitentia & matrimonio* fecit mentionem, hæc addit: *Ejuſdem etiam Summa de vitiis & virtutibus MS. in Bibliotheca S. Germani Pariſienſis codd. 323. & 325. quæ brevior eſt priore, & inſcripta:* Summa Magiſtri Raymundi de Pennaforti Ordinis Prædicatorum; *cujus prologus incipit:* Quoniam, ut ait Hieronymus, ſecunda poſt naufragium tabula &c. *Incipit autem a Simonia:* Simonia eſt ſtudioſa cupiditas &c. *Ambigo, an opus iſtud a priore aliud ſit, an idem diverſo titulo deſignatum*. Eſt prorſus idem opus, quod ſimplici *Summæ* inſcriptione prænotatur.

Qui operis titulus.

XVII. *Præſentem Summulam ex diverſis auctoritatibus & majorum meorum dictis diligenti ſtudio compilatam*, ex ipſo S. Auctore ac-

Unde ſumta Summæ materies.

accepimus. *Auctoritates*, quas appellat, ſunt Scripturæ ſacræ, & Patrum, Canonumque ſanctiones, in quorum lectione erat verſatiſſimus: idque adeo accurate exſecutus eſt, ut nihil fere ſive ex ſuo, ſive ex cujuſque privati auctoris ſenſu auſerit affirmare, niſi aliqua id genus auctoritate fulciretur. Ita nimirum ſacra antiquorum ſtudia regebantur, ut de proprio privato ſenſu vehementer timerent; nec vaga illa ingeniorum libertas irrepſerat, quæ poſteriori hac ætate moralem potiſſimum diſciplinam infecit. Quod porro ex *majorum meorum dictis* ſeſe alicubi addidiſſe ſubjicit; vetuſtiores, ut arbitror, Canonici juris peritos indicat, qui ſive in Gratiani Decretum, ſive in antiquas decretalium collectiones ſcholia ediderant. Pauci admodum Raymundi ætate cenſebantur. Decem tantum ab eodem in toto Opere allegantur, iique fere ſiglis ſeu prima vel altera nominis littera in MSS. indicari ſolent, nimirum B. Jo. Ga. A. L. V. T. R. M. H. I. Sunt autem Bernardus, Joannes Gallenſis, Alanus, Laurentius, Vincentius, Tancredus, Roffredus ſeu potius Ruffinus, Melendus, Hugo vel Hugutio, & Joannes Teutonicus. De his ſingulis, qui pauci & non plane cogniti ſunt, nonnulla dicam.

§. V.

De antiquis Canoniſtis decem, qui a S. Raymundo in Summa allegantur, nimirum Bernardo, Joanne Gallenſi, Alano, Laurentio, Vincentio, Tancredo, Ruffino, Melendo, Hugone, ſeu Hugotione, & Joanne Teutonico.

De Bernardo Papienſi. XVIII. Duo Bernardi Canoniſtæ Raymundo prævere, Bernardus Papienſis, & antiquus Bernardus Compoſtellanus, qui ab alio poſteriore diſtinguendus eſt. Primus cognomento *Circa* a Joanne Andreæ F. aliiſque omnibus nuncupatur. Cur *Balbum* Ughellus vocet, ignoro. Fuit Papienſis Eccleſiæ Præpoſitus, dein Epiſcopus Faventinus: tum an. 1198. ad Papienſem ſedem translatus, ſucceſſit poſt quattuor annos ſedis vacantis S. Lanfranco, cujus & vitam ſcripſit, ut ex eodem Ughello diſcimus. Tandem extremam diem obiit an. 1213. Hic, ex Joanne Andreæ F. in prooemium Novellæ, primæ compilationis auctor fuit. *Poſt compilationem Decreti factam a Gratiano multæ decretales epiſtolæ emanaverunt de curia, de quibus Bernardus Circa Papienſis Præpoſitus, poſtea Faventinus Epiſcopus, fecit primam compilationem*. Hæc compilatio, quam primam omnium edidit Antonius Auguſtinus, ſub finem XII. ſæculi lucubrata fuit; inter decretales enim Pontificum poſteriorum, quæ potiſſimum fuerunt collectæ, nulla legitur ex Cæleſtino III. qui an. 1191. Pontificatum ſuſcepit. Enimvero cum ſecunda compilatio a Joanne Gallenſi edita an. 1202. dicatur facta duodecim annos

Vide Ughellum in Papienſib. T. 1. pag. 1093. noviſſ. ed. Venetæ.

poſt

poſt primam: hæc prima a Bernardo edita apparet paullo ante an. 1190. cumque Præpoſitus Papienſis vocari ſoleat hujus collectionis auctor, videtur lucubrata, dum Papienſem Præpoſituram gereret, ac proinde antequam Epiſcopalem dignitatem obtineret. Ipſe auctor hanc collectionem *Breviarium extravagantium* inſcripſit, quippe quod in ea collegit non tam recentiorum quam antiquorum Pontificum atque Conciliorum decretales, necnon veterum Patrum ſententias, quæ a Gratiano prætermiſſa extra ejus Decretum vagabantur: unde hæc compilatio appendix quædam Gratiani eſſe videtur. In hanc porro compilationem & Summam & Gloſſas a Bernardo lucubratas teſtatur laudatus Joannes Andreæ F. in additionibus ad procemium Speculi Guillelmi Durandi not. m. *Ipſe vero Bernardus ſuper rubricis compilationis, quam fecerat, & cui ſuum nomen inſcripſerat, fecit Summam, quæ incipit: Profectus diſcipuli gloria magiſtri; fecit etiam & ſuper illa paucas Gloſſelas.*

XIX. De Bernardo autem Compoſtellano, qui ab eodem Joanne Andreæ F. *antiquus* dicitur, ut diſtinguatur a juniore, qui Innocentii IV. ætate floruit, hæc idem Joannes ſcribit: *Bernardus Archidiaconus Compoſtellanus moram trahens in curia, de regeſto Innocentii III. extrahens quaſdam decretales, de illis unam fecit compilationem, quæ Romana compilatio vocabatur. In qua quædam erant inſerta, quæ Romana curia non approbat.* Hinc Innocentius III. novam decretalium compilationem, quæ tertia appellari ſolet (de ſecunda dicetur infra, ubi de Joanne Gallenſi) ex ſuo rejecto confici juſſit per Magiſtrum Petrum Beneventanum Subdiaconum & Notarium ſuum: atque hic eſt primus juris Canonici codex, qui publica auctoritate ſcriptus, ad Bononiæ Magiſtros & Scholares miſſus fuit. Cum vero hæc tertia compilatio ad annum ejus Pontificis duodecimum ideſt ad an. 1210. perveniat; Bernardi Compoſtellani collectio ante hunc annum digeſta cognoſcitur. Joannes Andreæ F. in notis ad procemium Durandi, qui juris Canonici interpretes recenſens hunc Bernardum prætermiſerat, hæc de ipſo ac ejus apoſtillis tradit: *Bernardus Compoſtellanus, quia non diu viguit ſua compilatio, non habemus quod illam gloſſaverit, ſed legerat duas primas compilationes, & apoſtillas dederat ſuper illis.* Utrum ex his Bernardis, Papienſi & antiquo Compoſtellano, laudet S. Raymundus, incertum eſt. In marginali notatione hujus editionis pag. 20. P. Honoratus Laget ſcribendum duxit *Bernardus Archidiaconus Canoniſta*, quod Compoſtellano congruit. Sed probabilius eſt allegari Bernardum Papienſem, qui Summam ſcripſit, quam Compoſtellanum, qui ſimplices apoſtillas notaverat. Illud etiam hoc loco obſervandum, in editione P. Laget & noſtra p. 140. & 141. Bavarium allegari, ubi littera *B.* in S. Raymundi MSS. Romanis typis ſcripta Bernardum, ut credimus, indicat: nullum enim Bavarium Canoniſtam memoriæ tra-

De Bernardo Compoſtellano.

In proœm. Novellæ.

Uter Bernardus a S. Raym. allegetur.

traditum reperire uſpiam potuimus. Pater autem Laget deceptus videtur Gloſſa editionis Romanæ 1603. ubi ad hunc locum p. 151. not. 9. *Bavarius* per errorem, ut arbitror, legitur.

De Jo. Gallenſi.

XX. Joannes Gallenſis ſive Vallenſis in procemio Speculi inter Canoniſtas recenſitus a Durando, & Vulteranus dictus a Joanne Andreæ F. compilationis ſecundæ auctor fuit. De hoc idem Joannes in procemio Novellæ: *Poſt illam* (ſcilicet primam compilationem Bernardi Papienſis) *aliæ decretales ab aliis Apoſtolicis manaverunt, de quibus Gilibertus fecit aliam, poſt illum Alanus aliam fecit, de quibus Joannes Wallenſis unam compilationem fecit, quæ olim erat ſecunda*. In ipſa compilatione conſtitutiones deſinunt in Cæleſtino III. qui obiit ineunte anno 1198. eaque an. 1202. duodecim annis poſt compilationem Bernardi lucubrata fuit. Memoratus Antonius Auguſtinus, qui quattuor primas compilationes edidit, quædam ſcholia ſe vidiſſe tradit in ſecundam compilationem, & ex iis quædam cum auctorum nominibus, quædam autem ſine nomine, quæ eidem Joanni Gallenſi tribuenda opinatur. Enimvero Joannes Andreæ F. in additionibus ad Durandi procemium, *Joannes Gallenſis*, inquit, *aliquas gloſſas fecit, & ipſius fuit pars prima gloſſæ decretalis Super hoc, De Renunc.* Hæc eſt decretalis Clementis III. quæ in Gregorii IX. collectione legitur lib. 1. tit. 9. cap. 5. & notatio Gloſſæ, quæ ibidem edita eſt, forte e Joannis Gallenſis gloſſis ſumta fuit a Bernardo Bottono Parmenſi Gregorianæ Gloſſæ auctore, quem ex antiquioribus gloſſis profeciſſe Joannes Andreæ F. teſtatur: *Antiquarum enim*, inquit, *compilationum habuimus recolendæ memoriæ annotatores Bernardum Papienſem, Joannem Gallenſem Vulteranum, antiquum Bernardum Compoſtellanum, Ruffinum ..... Alanum, Laurentium, Vincentium, Joannem Teutonicum, Tancredum ... de quorum apparatibus, ſcriptis, & reportationibus, aliquibus additis, Bernardus Parmenſis Canonicus Bononienſis ſuper hac compilatione* (ſcilicet Gregoriana) *apparatum, quo nunc utimur, compilavit*.

In Prœmio Novellæ.

De Alano.

XXI. Alanus Canoniſta a multis confunditur cum Alano de Inſulis Doctore Univerſali, ſeu cum Alano Epiſcopo Antiſſiodorenſi, qui, ut probat Caſimirus Oudinus, cum Alano de Inſulis unus & idem eſt. At perperam. Hic enim Alanus de Inſulis, licet ex Alberici Chronico, quod Leibnitius edidit, obierit an. 1202. *Doctor univerſalis* appellatus; de Inſulis tamen fuit, ideſt Belga; ille autem, quem citant Canoniſtæ, *Alanus Anglicus* a Durando vocatur in procemio Speculi, ubi illum inter antiquos Canoniſtas recenſet. Hic ante Joannem Gallenſem novam decretalium compilationem ſcripſit; unde extravagantium Alani meminerunt aliquando veteres juris Canonici interpretes, ut obſervavit Antonius Auguſtinus in notis ad cap. 13. de Sponſalib. & Matrim. in prima collectione: qui etiam

Tom. 2. p. 1388.

iam ſuſpicatur Alani eſſe eam collectionem, quæ in Conciliorum editionibus poſt Lateranenſe III. ſub Alexandro III. celebratum legitur. Hujus etiam Alani gloſſas in primam & ſecundam collectionem idem Auguſtinus vidit, uti & Joannes Andreæ F. in additionibus ad prooemium Durandi inquiens, *Alani, Laurentii, Vincentii, Joannis Teutonici, & Tancredi gloſſas abundanter habemus;* ubi Alanum ante ceteros memorans, ceteris antiquiorem ſignificat. Eumdem ordinem ſequuntur Guillelmus Durandus, & idem Joannes Andreæ F. in prooemio Novellæ iis verbis, quæ in Joanne Gallenſi num. 20. recitavimus. Hic itaque Alanus ſub finem ſeculi XII. ſcripſit. Porro per hanc ætatem duo Alani ſcriptores Angli recenſentur a Fabricio in Biblioth. mediæ & infimæ Latinitatis tom. 1. pag. 88. Primus Alanus Albretus Benedictinus ex Monacho Cantuarienſi Abbas Deoberienſis, qui an. 1201. e vivis exceſſit: alter Alanus Beuclif, ſive Belloclinus, qui licet natione Anglus, Pariſiis tamen publicus Profeſſor circa an. 1230. a Mattheo Paris inter eruditiſſimos ætatis ſuæ celebratur. Num alter ex his, an alius tertius fuerit Alanus Canoniſta, affirmare non poſſum.

XXII. Laurentius Cremenſis tum a Durando tum a Joanne Andreæ F. locis memoratis poſt Alanum recenſetur inter antiquos juris Canonici interpretes, ac inter illos quidem, qui in antiquas decretalium collectiones gloſſas ſcripſere, ut ex prooemio Novellæ Joannis Andreæ colligi poteſt. Enimvero Antonius Auguſtinus hujus Laurentii ſcholia in duas primas compilationes ſe vidiſſe teſtatur. Scriptores varii poſt Guidonem Pancirolum lib. 3. de Clar. interpret. cap. 3. huic præterea gloſſas in Gratiani Decretum attribuunt. *De Laurentio.*

XXIII. Vincentius ab eodem Pancirolo ibid. Caſtellionæus Mediolanenſis, ab Oldrado autem antiquo Scriptore Hiſpanus dicitur. Fuit ſummus Canoniſta, & Bernardi Bottoni præceptor, ac in Gratiani opus notas ſcripſit. Poſt Laurentium laudatur a Durando, & Joanne Andreæ F. Hic poſtremus in notationibus ad prooemium Durandi de eodem ſcribit: *Vincentius autem, qui ſcripſerat in quartam compilationem* (lucubratam ſub Innocentio III.) *facta compilatione Gregorii, gloſſavit illam. Tancredus autem in antiquis compilationibus allegat Vincentium, ipſe Vincentius in compilatione Gregorii allegat Tancredum.* Ex quibus liquet, primum Vincentii opus fuiſſe ſcriptum ante opus Tancredi, ſecundum vero poſt. Hinc etiam detegitur nonnullorum error, qui Vincentium a Tancredo allegatum, eſſe putant Vincentium Bellovacenſem, cum non alius ſit quam Vincentius Canoniſta, de quo nunc agimus. Antonius Auguſtinus teſtatur Vincentium inprimis edidiſſe gloſſas in quartam compilationem decretalium, additque ſe ejuſdem ſcholia in duas primas collectiones vidiſſe. Vincentii prooemium in Gregoria- *De Vincentio.*

nam compilationem Joannes Andreæ F. in prooemio Novellæ commemorat.

De Tancredo. XXIV. Tancredus a Corneto, qui Tuſciæ locus eſt, Laurentii Cremenſis diſcipulus, & Bononienſis Eccleſiæ Archidiaconus, in hujus urbis Academia publice docuit. Pariſiis etiam circa an. 1217. videtur profeſſus; in opuſculo enim *de Judiciorum ordine*, quod per id tempus lucubravit, & tom. 3. Tractatuum part. 1. p. 44. inſertum legitur, judiciorum formulas deſcribens, Pariſienſem civitatem & monetam laudat. Præter memoratum opuſculum ſcripſit gloſſas in Gratiani Decretum, nec non in antiquas collectiones decretalium, ut Joannes Andreæ F. teſtatur; & Antonius Auguſtinus gloſſas ejus in tres priores compilationes abs ſe lectas tradit. Inſigne fragmentum, quo Tancredus de antiquis compilationibus loquitur, ediderunt & laudatus Auguſtinus in calce notarum primæ collectionis, & Franciſcus Boſquetus in notis ad epiſtolam 71. Regeſti 13. Innocentii III. Quintam compilationem ſub Honorio III. plerique Antonium Auguſtinum ſequuti Tancredo tribuunt. Benedictus XIV. in præfatione Italici operis inſcripti *Annotazioni ſopra le feſte*, &c. pag. XXVII. poſt Innocentium Cironium, qui eam collectionem cum optimis adnotationibus typis dedit Toloſæ an. 1645. ex Honorii III. epiſtola eidem collectioni præfixa recte obſervavit, eam collectionem non a Tancredo lucubratam, ſed ut publicaretur, ad Tancredum ab ipſo Pontifice directam fuiſſe. Hinc Joannes Andreæ F. in prooemio Novellæ quatuor compilationibus recenſitis, *Demum Honorius*, inquit, *fecit quintam, quam Magiſtro Tancredo antiquo Doctori noſtro & Archidiacono Bononienſi direxit*. Ad eumdem miſſæ fuerunt duæ decretales ejuſdem Pontificis, quæ in Gregoriana collectione leguntur c. 20. & ult. *De judiciis*. Hinc etiam cauſſæ ipſi ab eodem Honorio delegatæ noſcuntur, ſicut & Gregorius IX. Honorii ſucceſſor ei delegavit examen teſtium in cauſſa Canonizationis S. Dominici, cujus acta an. 1232. e MSS. edidere P. P. Quietif. & Echard. tom. 1. Script. Ord. Prædic. p. 44 ac propterea nondum hoc anno e vivis exceſſerat. Immo ex documento apud Sigonium Hiſt. Bononienſis lib. 5. t. 3. Operum Sigonii p. 246. ille adhuc vivebat XIII. Cal. Maii an. 1233. quod ea de cauſsa monendum fuit, ne quis eum obiiſse credat an. 1230. ut nonnulli ſcribunt.

De Ruffino. XXV. Cum plurium Canoniſtarum nomina ab R. littera incipiant; niſi aliunde certius aliquid colligi poſſit, difficile eſt verum auctorem, qui allegatur, divinare. Id præſertim evenire in littera R. a qua trium antiquorum Canoniſtarum nomina initium ſumunt, ſua vel ætate opportune monuit Joannes Andreæ F. cujus hæc ſunt verba in notationibus ad Durandi prooemium: *Perpendes, quod horum poſteri ipſos allegando, vel ipſorum gloſſas ſignando, & ſolam litteram R. ſine vocali ponendo, inter Ruf-*

finum,

ſinum, Richardum, & Rodoicum nos reliquerunt incertos, qui vocalibus poſitis certi fuiſſemus propter varietatem ipſarum. Hac eadem de cauſsa P. Laget in ſua editione, quam ad amuſſim ſecuti ſunt Typographi noſtri, cum in Raymundi exemplaribus inveniſſet ſcriptorem indicatum ſola litterà initiali R, Roffredi nomen expreſſit, uti bis factum fuerat in editione Avenionenſi an. 1715. adnotatumque legitur in præfatiuncula editionis Romanæ an. 1603. Sed Roffredus a Durando & Joanne Andreæ F. non recenſetur inter *Canonicæ legis expoſitores*, ſed inter eos, *qui circa juris practicam, videlicet tam circa libellos aliaſque formas judiciales tradendas, quam circa judiciorum ordinem diverſimode laborarunt.* Roffredo ergo expuncto, quis ex tribus ſupra memoratis laudetur a Raymundo, quærendum eſt. Editio Romana an. 1603. ad fidem MSS. codicum exarata, hoc dubium penitus tollit; nam pag. 46. ſic legitur: *In hoc dixerunt Jo. & Ru.* Cum *R.* litteræ addatur vocalis *u*, Ruffinum indicari manifeſtum eſt. Pro *Roffredo* ergo *Ruffinus* corrigendum utroque loco, ubi hunc auctorem Raymundus laudat; utrobique enim ejuſdem auctoris teſtimonium allegatur. Hunc vere Ruffinum Bernardo Papienſi, & Joanne Gallenſi antiquiorem Joannes Andreæ F. in additionibus ad proœmium Durandi prodidit; qui ibidem nonnullas gloſſas ex eodem, Gratiani Decreto ſubjectas, indicat: unde in Gratianum ſcholia ſcripſiſſe videtur. Hac autem occaſione, qua errorem deteximus in legendo Roffredo pro Ruffino, ſuſpicionem quamdam de alio ſimili errore indicare liceat. Inter gloſſatores antiquos, qui in veteres quattuor compilationes ſcholia ſcripſere, Antonius Auguſtinus poſtremo recenſet Rogerium, ejuſque ſcholia MSS. ſe vidiſſe tradit. Hunc autem Rogerium Canoniſtam illius ætatis nemo præter Auguſtinum allegavit, nec ſane illum omiſiſſent vel Guillelmus Durandus, qui antiquorum Canoniſtarum nomina recenſet in proœmio Speculi, vel Joannes Andreæ Filius, qui in additionibus ad Durandum prætermiſſos a Durando diligenter adnotavit. Auguſtinus autem falſus videtur littera R. quam quidem unam in MSS. reperiſse illud ſuadet, quod dum ſcholia refert in quartam compilationem, dubius de vero auctore, *Rogerio ſive Roberto* tribuit. Si *Ro.* in MSS. legebatur; ea Rodoici eſse potuere, alias Richardo Anglico adſcribenda erunt; nam Ruffinus, qui Bernardo Papienſi primæ collectionis auctore antiquior fuit, multo ante quartam collectionem ſcripſit. Ad Canoniſtas Raymundi revertamur.

XXVI. Melendum ab eodem laudatum peuci memorant. *De Melendo.* Guillelmus Durandus illum inter Canonici juris interpretes refert. De eo Joannes Andreæ F. in notis ſic: *De Melendo not.* 18. (l. 19.) *diſt. Secundum* 28. (l. 27.) *quæſt.* 1. *Virginibus, & de Sev. non ord. Nullus & de Accuſ. Veniens in* 1. *gloſſa.* Ex his apparet Melendum gloſſas ſcripſiſse non tam in Gratiani Decreutm,

tum, quam in antiquas decretalium compilationes. Quæ ultimo loco allegatur gloſsa in c. *Veniens*, *de Accuſ.* eſt in decretalem Innocentii III. quæ in tertia compilatione reperitur.

De Hugutione. XXVII. Reliqui Canoniſtæ a Raymundo laudati ſunt Hugo ſeu Hugutio, & Joannes a Gallenſi diſtinctus, quem ſine additione cognominis *Gal.* in MSS. ſæpius allegatum invenies. Utrique ſunt celebres Gloſſatores in Gratiani Decretum. De his S. Antoninus cap. 6. tit. 18. P. III. Hiſt. *Primus gloſſator ejus* (ſcilicet Decreti Gratiani) *ſeu commentator fuit Hugo ſeu Hugutio; ſecundus, qui gloſſavit, fuit Joannes Teutonicus, & ipſa eſt gloſſa communis in textu.* Idem S. Antoninus in Summa Theologica Part. 1. in fine tit. 17. pag. 826. editionis noviſſimæ Veronenſis. *Primus qui fecit ibi lecturam, fuit Hugo, qui nimis ſcrupuloſus fuit in ſuis determinationibus: ſed gloſſa communis ejus eſt Joannis ſatis bona.* Hugo ſeu Hugutio *Vercellis, quæ ejus patria fuit, profeſſus creditur*, Pancirolo teſte lib. 3. c. 3. De hoc ſic ſcribit Joannes Andreæ in annotat. ad proœmium Durandi: *Hugo, certum eſt, quod vidit primam & ſecundam compilationes, in ſua tamen Summa rariſſime decretales allegat. Quod illas viderit, patet quia decretalis*, In quadam, de Celebrat. Miſsar. *& decretalis*, Quanto, de Divort. *directæ fuerunt ad ipſum tum Ferrarienſem Epiſcopum: & de ipſo loquitur decretalis* Coram, de Offic. deleg. *Quæ omnes in tertia compilatione poſtea ſunt inſertæ.* Ego tamen arbitror in Gratiani opus Hugonem ſcripſiſse, antequam ad Ferrarienſem ſedem eveheretur. Tres decretales indicatæ a Joanne Andreæ F. ſunt Innocentii III. & ex tertia compilatione traductæ in Gregorianam collectionem. Innocentius III in cap. *Quanto*, Hugonem *in canonico jure peritum* vocat, eumdemque *quondam alios Canonici juris peritiam edocuiſſe* ex eadem decretali integra diſcimus. Hunc ipſum Hugonem ſolitum fuiſse Apoſtolicam Sedem in dubiis interrogare duæ memoratæ laudati Innocentii decretales *In quadam*, & *Quanto*, ad ipſum tum Ferrarienſem Epiſcopum directæ, teſtantur. Decretalis *Coram* demonſtrat eum ab Apoſtolica Sede delegatum fuiſse in quadam cauſsa, ejuſque ſententiam a M. Cardinali, & ab ipſo Summo Pontifice Innocentio fuiſse confirmatam. Neque prætermittam ex documentis hujus Veronenſis Eccleſiæ teſtimonium proferre, quo idem Hugo Ferrarienſis Epiſcopus una cum Petro Epiſcopo Adrienſi ab eodem Pontifice delegatus fuit, ut de contractu permutationis cognoſceret inter Adelardum Epiſcopum Veronenſem, & Marchionem Azonem Eſtenſem Veronæ Poteſtatem pro communi Veronæ, eumque contractum, ſi ratum haberet, confirmaret, uti factum fuit Ferrariæ die 10. Aprilis an. 1207. Sed ſatis de Hugone.

De Joanne Teutonico. XXVIII Joannes Semeca, Teutonicus vulgo appellatus, in Gratianum gloſsas ſcripſit, quæ *communes* vocantur, quibuſque Bartholomæus Brixienſis aliquid addidit. Idem etiam in quartam

tam

tam compilationem decretalium lucubravit ſcholia, quæ manuſcripta Antonius Auguſtinus vidit: ac propterea inter antiquarum collectionum interpretes a Joanne Andreæ F. in prooemio Novellæ recenſetur. Ex his patet Joannem hunc ſcripſiſſe ante an. 1234. quo Gregorii IX. compilatio edita fuit; & idcirco a Joanne Andreæ F. qui temporum ordinem ſervavit, inter Vincentium & Tancredum memoratur. Is a pleriſque Pancirolum ſequutis Prædicatorum Ordini nomen dediſſe traditur, quod tamen ex veterum etiam ejus ævi atque Ordinis Scriptorum, qui de eo meminerunt, ſilentio falſum convincit P. Echard Tom. 1. Scriptor. Ord. Præd. p. 489. Fuit præpoſitus S. Stephani Halberſtadienſis in Saxonia, quæ dignitas eum clericum ſæcularem demonſtrat. De eo pene omnes narrant memorabile appellationis & excommunicationis factum ſub Clemente IV. quod utriuſque mors finivit. At ſi verum eſt, quod in Bibliotheca mediæ & infimæ Latinitatis Joannes Albertus Fabricius ſcribit, eum obiiſſe *anno* 1243. *non* 1267. *vel* 1269. quippe qui (ut in Bibliotheca Latina affirmat) *vidit ejus epitaphium in templo Cathedralis* Halberſtadienſis, *quod teſtatur eum obiiſſe an. MCCXLIII.* ea narratio, quæ ad Clementis IV. pontificatum Joannis vitam producit, inter aniles fabulas referenda erit. Hi ſunt Auctores, quorum opiniones S. Raymundus allegat.

lib. 3. c. 6. de Clar. Interpret.

Tom. 4. p. 418.

§ VI.

De principiis, quibus S. Raymundus uſus eſt in decidendis caſibus, ubi contrariæ ſunt Auctorum ſententiæ. A novitio probabiliſmo, qui eidem a nonnullis impingitur, quantum abfuerit.

XXIX. Nunc utile erit cognoſcere, quæ principia in decidendo ſecutus ſit. Immo cum non defuerint nonnulli, qui eum inter Probabiliſtas accenſent; hæc cognitio (ne quis error ſubrepat) maxime neceſſaria eſt. Non unus vel alter locus, qui favere videatur, ingerendus; ſed omnia ſimul diligenter ſcrutanda & conferenda, ut genuinus S. Scriptoris ſenſus detegatur. Rationem ergo ac methodum a S. Raymundo adhibitam in definiendis quæſtionibus practicis ſi expendamus, reperies eum ſemper aut *veriorem*, aut *tutiorem* ſententiam prætuliſſe, quod probabiliſmi principiis palam repugnat. Ne fuſior ſim in recitandis ſingulis locis, præcipua tantum indicabo, quæ quis cum toto contextu legere & expendere poterit. Objecta vero teſtimonia, ne quodpiam per artem declinare videar, dein ſingillatim ſubjiciam & explicabo.

XXX. *Veriorem* nunc de magis tuta ita præeligit, ut contrariam ſequi non poſſe ſatis indicet. Ita lib. 3. tit. 14. p. 266. neophytos ne in minoribus quidem ordinibus admittendos inter varias opiniones cenſet hac formula: *Et hoc credo verius his,*

quæ dicta ſunt. Nec obſtat quod legitur, &c. quibus obiecta refellit. Iterum tit. 17. pag. 274. *Verius tamen credo cum Tancredo, illam decretalem intelligendam, quando* &c. Nunc autem de benigniore & minus tuta. Lib. 1. tit. 16. p. 133. *De hac materia varie loquuntur jura, & diverſæ ſunt opiniones, inter quas eligens meo judicio veriorem dico cum Laurentio, Hugotione, Vincentio, & multis aliis*, &c. Et lib. 2. tit. 4. in fine pag. 157. inter diſcrepantes Auctorum opiniones, num quædam excommunicatio latæ ſit, an ferendæ ſententiæ, benigniorem præfert, quia *veriorem* judicat. *Hæc ultima opinio eſt verior. Non ſunt ergo excommunicati a jure, ſed a judice excommunicandi, niſi deſtiterint admoniti*. Porro *veriorem* in benigna ſententia pro probabiliori, quæ probabilitatis exceſſu veritatem ſuadeat, Raymundum accipere, ipſa formula *verior* indicat. Etſi enim in probabilitate, quæ certum modum non recipit, una opinio haberi poſſit probabilior altera adhuc probabili; tamen in veritate, quæ indiviſibilis eſt, una opinio haberi nequit *verior* altera vera: unde *veriorem* aliquam ſententiam dicere idem eſt, ac *veram* ſuo judicio affirmare, & alteram falſam, uti ſane *veram* pro *veriori* S. Doctor alibi nonnumquam ſcripſit. Adde quod niſi benigna opinio omnino perſuadeat, prudens dubium relinquitur: in dubio autem tutiorem partem eſſe ſequendam idem Doctor pluribus inculcat. Hoc præſertim quod mentem ejus a novitia probabilitate alienam maxime demonſtrabit, evidentibus teſtimoniis ſtatuendum eſt.

XXXI. Itaque l. 1. tit. 8. §. 10. p. 69. in quadam quæſtione circa votum: *Dico*, inquit, *quod non licet ei redire ad ſeculum; & ſi dubitaret, idem conſulerem ei; quia in dubiis via tutior eſt eligenda*. Similiter tit. 15. §. 4. pag. 127. in controverſia, num ex quibuſdam rebus decimæ ſint ſolvendæ, licet de juſtitiæ materie ſermo ſit, concludit tamen: *Quia in ambiguo ſemper tutior via eſt eligenda Extr. de Homicid. c. Ad audientiam; unde conſulendum eſt, ut ſolvantur Eccleſiæ parochiali*. Neque obligationis & præcepti vim excludas ex voce *conſulendum*: qua enim ſententia hanc vocem antiqui adhibuerint, ut nihil propoſito noſtro adverſetur, luculenter oſtendimus Prælect. I. in primam S. Antonini partem num. 13. ubi ſimile argumentum ſuſius digeſſimus. Hinc lib. 3. tit. 33. §. 9. pag. 414. in quæſtione de excommunicatione, ſine ulla ſimili formula *ſublatis opinionibus* abſolute pronunciat: *In dubio ſemper in judicio animæ debet eligi tutior via, ut ſcilicet præſumatur, & ita petat abſolutionem ad cautelam*.

XXXII. Innumera porro loca ſunt, quæ in hanc eamdem ſententiam de *tutiori* opinione monent, non ut ſciatur quæ opinio ſit tutior (hoc enim per ſe notum, monitione non indiget) ſed ut ea in dubio ſequenda indicetur. Lib. 1. tit. 8. §. 12. pag. 71. *Opinio autem Hugonis videtur tutior & congruentior ad ſalutem*. Lib. 2. tit. 5. §. 12. pag. 174. *Tutius credo, quod*

tenea-

teneatur. Et tit. 6. §. 6. pag. 204. *Dicerem tamen ei ſemper, quia tutius eſt, quod reſtitueret, ſi poſſet* 14. *q.* 6. *Si res. Item aliquantulam pœnitentiam imponerem illi ad cautelam*. Et tit. 7. §. 5. pag. 210. *Tutior eſt hæc ultima opinio*. Lib. 3. tit. 30. §. 2. pag. 350. *Credo præcipuam & tutiorem viam, ut pœniteat & convertatur*. Et tit. 22. §. 6. p. 294. *Ad hoc variæ ſunt opiniones, ſed inter alias hanc elige tutiorem, ut regulariter teneas*, &c. Quod poſtremum licet ad ſacramenta pertineat, ratio tamen decidendi non ex peculiari ſacramentorum jure ſumitur, ſed ex communi dubitationum natura, quæ in foro conſcientiæ tutius ſequi vult, ut in aliis quoque materiis S. Doctor præſcripſit. Nondum ſcilicet tum temporis invaſerat Probabiliſtarum ſyſtema, quo dubium ex pugnantium Auctorum vel rationum probabilitate ortum, deponi poſſe crederetur niſi veritate ipſa, quæ melioribus documentis & accuratiori examine in altera parte nitidius eluceſceret atque perſuaderetur. Hæc veritas, quæ mentem potioribus argumentis convinceret, probabilitas antiquorum fuit: unde Raymundo frequenter uſurpatum: *Si ſcitur vel creditur probabiliter*, vel *ſciebant aut probabiliter credebant*, quorum alterum certam omnino notitiam, alterum vero moralem atque prudentem ex valde probabilioribus argumentis perſuaſionem indicare ex eodem Raymundo liquet: quippe qui agens de emente rem, quæ furto ſublata fuerat, eum *probabiliter credidiſſe* ait, ſi *omnes vicini ſui, vel major pars,* pag. 181. *vel ad minus ſapientes ita credebant, prout ſibi emtori videbatur*, non autem ſi contrarium *ex omnibus vicinis, vel ex majori parte, vel* pag. 182. *etiam ex paucioribus, ſed ſapientioribus audiverat:* quod palam illos damnat, qui probabiliori ſententia plurium, vel ſapientiorum neglecta minus probabilem ſequuntur.

XXXIII. Cenſuiſſe autem Raymundum omne dubium ita adimendum, ut neque probabilis dubitatio ex Auctorum & rationum contradictione remaneret, ex duobus conſtat. Primo enim in Auctorum pugna, niſi veritas omnino convinceret, citius ſuſpendendam duxit ſententiam, quam temere definiendum. Hinc l. 1. tit. 15. pag. 130. in quadam difficili controverſia, licet multum moveretur in unam partem, quæ rem humano juri & conſuetudini ſubjiciebat; metuens tamen, num divini eſſet juris, de ea opinione, in quam ſerebatur, addidit: *Hoc tamen definire formido, audire magis cupiens quam audiri;* ac proinde veluti in dubio tutius conſilium in ipſa praxi ſequendum ſubjecit. Nihil autem ad Raymundi mentem penitus dignoſcendam explicatius afferri poteſt, quam quod ſcribit l. 2. tit. 5. pag. 190. de præſcriptionis jure, num hæc dominium etiam pro interno foro legitime transferat. *In hac quæſtione*, inquit, *diverſi diverſa ſentiunt. Theologi fere omnes dicunt, quod tenentur reſtituere. Omnes fere Doctores juris dicunt contrarium, quod non tenentur; & jura primo inducta, quæ videntur contradicere, intelligunt*

ante

ante completam præſcriptionem. Alanus diſtinxit, utrum poſſeſſor habuerit rem ex cauſſa lucrativa, ut tunc teneatur, arg. ff. De his quæ in frau. cred. Quod autem §. Sed quid, *an ex cauſſa non lucrativa, ut tunc non teneatur, arg.* 14. q. 1. Quod debetur. *Mihi videtur, ſalvo meliori judicio, aliter diſtinguendum; quia aut iſte poſſeſſor poſt completam præſcriptionem habet conſcientiam remordentem, aut non. In primo caſu dicam ei præciſe, quod reſtituat rem; quia qui facit contra conſcientiam etiam erroneam, ædificat ad gehennam,* 11. *q.* 3. Cui eſt illata, Extra de Simon. Per tuas 2. *In ſecundo caſu ſi dicat quod credit juſte poſſidere juris auctoritate, nec habet conſcientiam ſuper hoc remordentem, vel etiam ſi habuit aliquo tempore poſt completam præſcriptionem, conſilio peritorum depoſuit omnem ſcrupuloſitatem conſcientiæ, tunc conſulerem ei, ut reſtitueret ſaltem propter ambiguum duplicitatis; & quia vix poterunt concurrere omnia, quæ exiguntur ad præſcriptionem. Si nollet acquieſcere, non audeo ſibi dare ſecuritatem, quod ſit in ſtatu ſalvandorum per jura pro prima parte inducta: non audeo etiam præciſe definire eum teneri, vel eſſe propter hoc in ſtatu damnandorum per jura pro ſecunda parte inducta, præſertim cum ſic videatur ſervare per univerſum orbem, quocumque ſe diffundit, Eccleſia.* In hac controverſia, in qua nonnulli nedum antiqui præſertim Theologi, ſed recentiores, etiam Juriſconſulti peritiſſimi, dubitarunt, ut videre eſt ex Cujacio ad legem Juliam ff. *De Uſucapion.* nihil mirum, ſi S. Raymundus dubitationem induit. *Omnium* tamen *fere doctorum juris* auctoritas, quæ præſcriptioni favebat, erat tanta, ut hac quoque in dubitatione, ſi quæ induxiſſet in animum probabilitatis principia, debuiſſet omne dubium deponere, vel ſaltem eos, qui benignam ſententiam ſine ſcrupulo ſequerentur, tutos præſtare, nec ipſis de periculo metum injicere, cum præſertim eam ſententiam falſam pronunciare temerarium judicaret. Minora multo exigunt Probabiliſtæ, ut ſe vel alios certos ac tutos polliceantur. Sed Raymundus æque ac ceteri omnes antiqui non in probabilitate ancipiti ac controverſa, quæ dubium prudens debet excitare, ſed in ſola veritate, quæ documentis ſaltem multo probabilioribus citra temeritatem perſuaderetur, ſe tutos putabant. Si Auctor de præſcriptionis jure in foro conſcientiæ perſuaſus fuiſſet, ut aliis benignioribus ſententiis perſuaſus nonnumquam fuit; pro benigniore utique ſententia, ſicut in aliis quæſtionibus, ita in hac citra dubitationem pronunciaſſet. At gravia ſibi ex una parte videbantur jura præſcriptioni faventia; & quatenus ea vera eſſe poſſent, illos, qui præſcriptione uterentur, damnare non audebat. Ex altera vero parte gravia item cenſebat jura, quæ præſcriptioni adverſabantur; & eatenus de falſitate metuens, ſecuritatem dare non poterat. Igitur in hoc *ambiguo duplicitatis* (*duplicitatis* ſcilicet rationum ſeu jurium hinc & hinc gravium & probabilium) nihil certum definiens, eo principio ductus, quod ex canoni-

bus

bus didicerat, *ſemper in ambiguo tutiorem viam eſſe eligendam*, tutius ſequendum præcepit, quod a probabilitatis doctrina alieniſſimum eſt.

XXXIV. Nunc objecta loca expendamus. Qui Auctorem Probabiliſtis accenſent, aliquot teſtimonia congerunt, in quibus cum poſt relatam unam ſententiam, recenſeat alteram hac fere formula *Vel dic*; utramque cujuſvis arbitrio eum permittere dictitant. Id porro evidentius confirmare nituntur tribus aliis locis, quibus hanc licentiam expreſſius dare videtur, nimirum ex illis verbis l. 3. tit. 33. p. 406. *Hæc ultima opinio bona eſt, & ſecura; vel, ſi vis tenere primam, conſulo &c.* & tit. 34. pag. 441. *Verum quamcumque opinionem teneas:* & apertius pag. 446. ubi duabus opinionibus propoſitis concludit: *Elige quam volueris*. Sed hæc nihil contradicere conſtitutis hactenus, ſi ſingula expendantur, manifeſtum fiet. Quædam enim ad ſpeculativas controverſias pertinent, in quibus, cum dogma non tangunt, utramlibet opinionem ſequaris, ſine animæ periculo eſt. Talis eſt quæſtio pag. 443. propoſita, *utrum peccata dimiſſa redeant* poſt relapſum. Subjectis autem hac in re opinionibus, *quibus magni & probati* favent *Doctores*, concludit pag. 446. *Primæ duæ opiniones ſunt magis ſolemnes, in quantum ad efficaciam videntur tendere ad eumdem finem; ſed ſecunda videtur aliquatenus tutior. Elige quam volueris.* Quis hoc ad practicas quæſtiones traducat? Quædam vero loca de ſententiis agunt, quarum utraque tuta eſt. Hujus generis eſt locus ex lib. 3. tit. 33 pag. 406. ubi quæritur, num ex juramento ſolvendum ſit aliquid ei, qui deinceps excommunicatus, vitandus præſumitur. Reſpondet: *Dicunt quidam quod licet ille non poſſit petere, ego tamen debeo ei perſolvere: ſimile de uſurario, cui promiſi interpoſito juramento ſolvere uſuras.... Alii dicunt, quod non debeo perſolvere, ſed debeo deponere in æde ſacra, donec ille ſit abſolutus; & ſic utiliter agetur ejus negotium, ut per hoc citius veniat ad ſatisfactionem. Hæc ultima opinio bona eſt & ſecura; vel, ſi vis tenere primam, conſulo quod veniat debitor cum teſtibus ad domum creditoris & dicat: Sitis mihi teſtes, quod pono hic pecuniam, quam ſibi debeo; vel numero eam uxori ſuæ, vel filio, vel ſervo, vel ballivo accipienti nomine ejus, & ipſo præſente & non contradicente, & ſic liberatur &c.* Vide quam perperam hic locus pro opinione probabili ac dubia obtrudatur, cum utrinque tutiſſima ſit. Tandem alia loca pertinent ad quæſtiones, in quibus benigniorem ſententiam S. Raymundus veriorem & certo licitam judicat; unde nil mirum, ſi utramque permittit. Ejuſmodi eſt quæſtio de pœnitentiis propoſita pag. 441. num in foro conſcientiæ ex antiquorum canonum taxatione injungendæ ſint, an confeſſariorum arbitrio permittantur. Quidam antiquæ diſciplinæ tenaces, nonniſi ex cauſſa a canonicis pœnitentiis recedi poſſe opinabantur. Cum vero Raymundus aſſentiretur aliis dicentibus eam praxim

Nicol. Pegalet. Tractat. Probabilitatis. cap. 27. n. 32. & ſeqq. p. 333.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ex conſuetudine jam fuiſſe abrogatam, unde etiam ſcripſit: *Hanc ultimam opinionem videtur amplecti conſuetudo;* nihil in probabiliſmum conferunt, quæ mox ſubjicit: *Verum quamcumque opinionem teneas*, &c.

XXXV. Si hæc præcipua loca, quæ utramque opinionem videntur expreſſius permittere, tam puſilla & inepta ſunt, quid cenſendum erit de aliis elatis ſola particula *Vel dic*, quæ nihil tale expreſſe permittens, varias interpretationes recipit. Ne quid temere jactare videar, ſingula objecta paucis expediam. Lib. 1. tit. 8. pag. 76. proponitur quæſtio, num homo laxiorem religionem profeſſus, ſi rigidius cœnobium ſubinde ingredi cogatur, ibidem remanere debeat, an poſſit ad conventum mitiorem tranſire. S. Raymundus hac in re diſtinguens inter hominem juriſperitum & ignarum; de ignaro primo quidem innuit, quod ſi regula eidem explicata non fuit, credebat autem vitam duci ſecundum regulam, *& ad illam aſperitatem voluit ſe obligare, & non ad majorem, & hoc expreſſit; non cogetur ibi manere, ſed tranſibit ad alium ordinem, quem valeat ſuſtinere;* ſecus autem *ſi hoc non expreſſit;* nam *non poteſt allegare dolum nec deceptionem; quia ſit melior ſua conditio: & poteſt magis imputari fatuitati ſuæ, quia non examinavit ut debuit*. At dein per formulam *Vel* repudiata quodammodo hac diſtinctione inter eum qui *expreſſit*, ac qui *non expreſſit*, æque de omnibus definiendum concludit: *Vel dic indiſtincte, quod debet remanere; quia dolus aliorum, vel ſimplicitas novitii non excuſat in talibus, ut dictum eſt:* quod probabiliſmo quid faveat, non video. Similiter tit. 15. pag. 126. loquens de decimis in feudum traditis, quod in Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. vetitum fuerat, licet primo videatur concedere, ante hanc prohibitionem per quamdam tolerantiam decimas quoad temporale jus militi juſtis de cauſſis potuiſſe dari in feudum, ſi bene *juvat & defendat Eccleſiam;* hoc tamen veluti corrigens ſubdit: *Vel dic quod nullo tempore poterunt dari in feudum, etiam quoad jus temporale ſeu civile, ita quod tranſirent ad hæredes, ſicut & feudum*. Eodem tit. 15. pag. 121. in quæſtione, num decimæ a Clericis ſint ſolvendæ, ut conciliet jura, quæ videntur contraria, varias interpretationes ſeu exceptiones ſubjicit, quæ cum probabilitatis principiis nihil commune habent. *Quod dictum eſt* (can. *Novum genus*) *de Clericis ſecularibus, reſtringunt quidam ad manſum Eccleſiæ... nam de prædiis patrimonialibus tenentur dari illi Eccleſiæ, in cujus parochia ſita ſunt. Alii dicunt, quod ſi non recipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta ab illa Eccleſia, non tenentur dare; alias ſic. Vel dic, quod ſi deſerviunt illi Eccleſiæ, non tenentur; alias ſic: & ſecundum hoc poteſt legi illa decretalis*, Novum. Eadem ratione l. 3. tit. 27. §. 5. pag. 333. variis interpretationibus varios textus conciliare nititur, quorum alii presbytero permittunt, ut præſente Epiſcopo benedicat, alii autem prohibere videntur, nimirum ni-

ſi

ſi Epiſcopus permittat, unde pag. 334. ait: *Vel dic, quod Presbyter, dum celebrat præſente Epiſcopo, debet ſibi innuere, an ipſe velit benedicere: quod ſi velit, non benedicet Presbyter; & ita loquitur illud c.* Ecce ego. *Diſt.* 95. Similis conciliatio canonum ac ſententiarum habetur tit. 33. pag. 408. *Dicunt plerique, quod ſacerdos ſi incœpit miſſam, non debet dimittere; quia non debet relinquere officium inexpletum, Cauſſa 7. q. 1. c.* Nihil. *Vel dicas hoc verum eſſe de plano, ſi eſt occultum; ſed ſi eſt manifeſtum, moneat eum publice, ut exeat: ſi non vult exire, & nondum incboavit Canonem; poteſt dimittere. Arg. Cauſſa 24. q. 1. cap.* Omnis, qui. *Si vero incboavit Canonem* &c. Idipſum tit. 34. pag. 437. in quæſtione, num liceat pœnitentibus militiam, officium, vel negotium priſtinum exercere: *Dico quod poteſt intelligi* &c. ubi textus, ut videntur, contrarii variis interpretationibus in concordiam vocantur. Lib. 2. tit. 5. pag. 168. loquens de pedagio, quod in certo caſu juſte negari poſſe credit, quattuor negandi modos proponit: *Poſſent negare*, inquit; *vel debent adire ſuper hoc judicem, quod tutius eſt; vel dicant, quod ceſſante in illo cauſſa, ceſſat in eis obligatio; vel illo non ſervante fidem eis, nec ipſi tenentur ei*. Mirum hæc pro probabilitate afferri potuiſſe. Eodem tit. 5. p. 178. agens de pluribus ſimul furantibus, poſtquam ſingulos obligavit in ſolidum, cum ſe ſe invicem videantur adjuvare; ſecus dicendum ait, ſi nemo alteri ullatenus cooperatus ſit. Addit autem: *Alias ſi non iverunt ſimul, ſed quilibet per ſe ſeparatim faciebat damnum, quilibet tenetur pro eo quod fecit; vel forte in utroque caſu poſſe tolerari, quod quilibet ſatisfaceret de his, quæ habuit, & induceret alios pro poſſe ad ſatisfaciendum. Sed primum dictum eſt tutius*. Hoc ſecundum, quod tutius eſt, in his, qui nihil cooperati ſunt, eſt ſimul etiam ſatis tutum; licet primum ſit tutius, quod de cooperatione aliqua ſit metuendum. Lib. 3. tit. 24. pag. 310. ut oratorium ad orandum tantummodo in privatis domibus privata auctoritate erigatur, cuilibet fideli ex quodam canone permittit; & ſolum particula *vel* reſtrictionem nonnullorum addit, qui in ejuſmodi quoque oratoriis Epiſcopi conſenſum requirunt. *Vel etiam dic, quod nec etiam oratorium aliquod licet habere in forma Eccleſiæ abſque auctoritate Epiſcopi*. Hæc ex varia temporum diſciplina mutari poſſunt, & cautio ejuſmodi, quæ ſartæ tectæ diſciplinæ ſervandæ utiliſſima eſt, ad probabilitatem nihil confert. Teſtimonium objectum ex tit. 32. §. 5. pag. 372. varias interpretationes cujuſdam textus S. Auguſtini proponit, ne innocentes pro nocentibus excommunicatione plecti poſſe exinde colligatur, quod ad probabilem practicam quæſtionem nequaquam pertinet. Tit. 34. pag. 451. duos modos ſuggerit, quibus ſacerdos ſe ſe gerere poteſt, dum ex alicujus confeſſione de hæreticis audiit, ut ne ſecretum prodat, & publicæ rei ſimul proſpiciat. Si tandem lib. 1. tit. 10. §. 4. in quæſtio-

ſtione perplexa, num quis ad alterius vitam tuendam, ad quam ſe ſe obligatum credit, mendacio uti poſſit; ſi, inquam (ubi aliæ viæ evadendi non ſuppetant) ſubdit pag. 101. *Vel dic ſimpliciter, quod debet negare & aſſerere eum non eſſe ibi, ſi tamen ſua conſcientia dictat ſibi, quod ita debeat dicere*; id non ex probabilitatis principiis pendet, ſed quia in hiſce anguſtiis & in hoc conſcientiæ judicio, quod non tutiorem partem ſed culpam in contraria ſententia deprehendit, ita ab omnibus decidendum eſt. Quod ſi hanc negationem a mendacio Auctor excuſat; benignam ejuſmodi ſententiam probabiliorem & perſuaſam ipſi fuiſſe, ut aliis nonnullis etiam Patribus & antiquioribus fuit, ex hoc loco tantum colligitur. Si nihil aptius ad probabilitatis ſyſtema Probabiliſtæ ex Raymundo afferre poſſint, nihil conficient.

§. VII.

Editiones Summæ. Quid in hac editione præſtitum ſit.

XXXVI. Romana hujus Summæ editio an. 1603. prima a multis traditur: hæc enim leguntur in ejuſdem fronte. *Summa S. Raymundi.... nunc primum in lucem edita*. Et in nuncupatoria totius Prædicatorum Ordinis ad Clementem VIII. *Eam ab oblivionis injuriis ereptam, & nunc primum typis excuſſam Sanctitati Veſtræ humiliter offert humilis Prædicatorum Ordo*. Similia repetuntur in alia ejuſdem Ordinis nuncupatoria epiſtola ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem. Ignotæ fuerunt editoribus duæ vetuſtiones editiones, quas recenſet P. Echard, alteram Lovanienſem per Joannem a Weſtfalia an. 1480. fol. & Pariſienſem alteram apud *noſtros*, inquit, *Inſulenſes* circa an. 1500. Nitidior tamen & ex pluribus vetuſtis ac emendatioribus codicibus concinnata eſt editio Romana, quam occaſione canonizationis Prædicatorum Ordo diligentiſſime procuravit. Additæ etiam gloſſæ Joannis de Friburgo; quas tamen huic perperam adſcriptas, & Fratri Guillelmo Rodonenſi Raymundi coævo aſſerendas P. Laget in præfatione ad Raymundi editionem, & P. Echard tom. 1. Scriptor. Ordin. Prædicat. p. 130. ac p. 526. & ſeqq. luculenter monſtrarunt. Eadem Romana editio anno 1619. per Andream Phæum repetita legitur, in qua tamen novum dumtaxat programma ſeu frontiſpicium, uti appellant, veteri editioni impoſitum videtur. Alamannus Salviatus Prolegatus Avenionenſis, dein vero S. R. E. Cardinalis, Romanam editionem cum iiſdem gloſſis Avenione recudendam curavit, prodiitque nitidiſſimis typis in 4. anno 1715. Poſtremo vero anno 1728. Lugduni recuſa typis Aniſſon & Pouſel; eademque poſt biennium an. 1720. renovato primo folio, Pariſiorum nomen præfert apud Franciſcum

ſcum **Rabuty**, ita tamen ut Lugduni quoque nomen charactere minuſculo impreſſum exhibeat. Hæc autem editio diligentius procurata fuit ſtudio & opera P. Honorati Vincentii Laget Aquiſextienſis, S. Theologiæ Profeſſoris, Ordinis Prædicatorum, qui ad hanc editionem locupletandam multa contulit. Canonum textus, qui in MSS. & editis tantum allegabantur, quibuſque tota vel præcipua decidendi innititur ratio, ut iis conſuleret, qui paupertatis cauſſa fontes adire nequeunt, ſuis locis opportune inſeruit, eiſque ad marginem Auctorum nomina affixit (Non deſunt tamen, qui hos Canones, ne Auctoris textum ac nonnumquam ſenſum nimis interſecent, una cum notis ad paginarum calcem poſitos mallent.) Raymundi textum ad veterum codicum fidem recognitum diſtinxit in ſectiones ac numeros, in quibus quid ageretur brevi titulo expoſuit. Celeberrima poſtremæ diſciplinæ decreta ex Tridentino inſeruit, nec non ſelectiores antiqui Gloſſatoris Guillelmi Redonenſis notationes (viros eruditos optare, ut omnes ejuſmodi notationes ſuis locis edidiſſet, P. Echard teſtatur) & nonnullas etiam ſuas. Quæ *Poſtillatoris* nomine margini appoſito ſignantur, Guillelmi Redonenſis notationes ſunt: quæ autem hoc nomine carent, ſunt ipſius P. Laget, ut & illæ omnes, quæ in margine nonnumquam leguntur. Hic præterea (ut alia omittam) præfationem, Auctoris Vitam, obſervationes, decretorum appendicem, & quattuor indices cum regulis juris Canonici adjecit. Cum hæc editio omnium præſtantiſſima, maximeque rara ſit; Veronenſis Seminarii Typographiæ Præfecti, qui S. Raymundi Summam poſt Summam S. Antonini typis ſubjiciendam deliberarunt, non aliam editionem ſequendam duxere. Ne vero nihil novi in bonum publicum viderentur attuliſſe (quod ab hujus Typographiæ inſtitutione alieniſſimum eſt) in ipſo opere emendatius edendo plurimum laboratum fuit. Quæcumque enim ſive in textu S. Auctoris, ſive in inſertis Canonibus difficultatem afferebant; cum emendatioribus libris ſunt quam accuratiſſime collata; & hæc diligentia plura loca ſanavit, quæ erant corrupta, & nonnullas etiam inſignes lacunas, quibus integræ quandoque lineæ per ſaltum deerant, ſupplevit. Iſthæc cura, quæ in genuinam ac emendatam operis lectionem, & in non modicam Lectorum utilitatem vergit, non levis haberi debet. Ut autem præterea aliquid ad ipſum Auctorem illuſtrandum, atque editionem locupletandam conferretur, nos ſub editionis finem excitati fuimus. In id novam hanc præfationem, autenticam S. Raymundi Vitam adnotationibus auctam, & ſelectiora quædam de Auctore teſtimonia paravimus. Cuperemus plura, quæ menti occurrunt, potuiſſe præſtare: ſed partim deliberatio recudendæ editionis P. Laget, quæ ſatis elaborata fuit, partim anguſtiæ temporis viginti circiter die-

Tom. 1. Script. Ord. Prædic. pag. 402.

rum, qui editione ad finem properante nobis ad cogitandum fuerunt conceſſi, nihil amplius permiſere. Quidquid autem noſter hic labor videbitur contuliſſe, æquis Lectoribus non ingratum accidet.

ADMONITIO
IN VITAM SEQUENTEM.

Sancti Raymundi *geſta plures litteris tradidere. B. Humbertus quintus Prædicatorum Ordinis Magiſter in libro de Magiſtris Ordinis, qui vivo adhuc Raymundo lucubratus fuit. Tum Stephanus de Salanbaco in Chronico, quod an. 1278. triennio poſt Raymundi mortem deſiuit. Dein Anonymus Catalauns auctor ejus vitæ, quam Franciſcus Peña Romanæ Rotæ Auditor Romæ edidit hoc titulo:* Vita S. Raymundi de Peñafort a vetuſto Scriptore olim breviter collecta, a Franciſco Peña notis illuſtrata, & duobus libellis aucta, Romæ 1601. in 4. pag. 381. *Plerique, qui rariſſimam hanc editionem non viderunt, cenſuere auctorem ejus vitæ eſſe Nicolaum Eymericum Scriptorem celeberrimum, qui obiit exeunte ſæculo XIV. Inter MSS. enim Eymerici, quæ Gerundæ ſervantur, hæc vita primum inventa, eidemque jure tribuenda viſa eſt. At cum ſtylus multum diſcrepat a ſtylo Eymerici, tum vero ex codice pergameno Barcinonenſis conventus multo vetuſtior agnita fuit. Anno enim 1351. ex vetuſtiore codice exſcripta teſtimonio Notarii traditur; ac præterea idcirco exſcripta, quod exemplar, unde ſumta fuit, vetuſtate ſubobſcura ac fere corroſa legi vix poſſet. Itaque anteriore ſæculo poſt Sancti obitum ab Anonymo coævo & Catalano exaratam Franciſcus Peña rectiſſime credidit. Hæc Vita in memorata editione librum primum occupat. Huic autem alterum adjecit Peña ex proceſſibus & actis canonizationis collectum, qui miracula continet; ac tertium item, in quo omnia in S. Raymundi canonizationem geſta ex ordine temporum diligenter referuntur. Peña autem perpetuis doctiſque adnotationibus ſingula illuſtrat. Neque omittendus ex antiquioribus Petrus Marſilius, qui ineunte ſæculo XIV. vitæ Jacobi I. Regis Aragonum de S. Raymundi geſtis non pauca inſeruit. Ex his deinceps alii plures e recentioribus viri Sancti geſta copioſius digeſſere, de quibus videſis Bollandum die 7. Januarii pag. 405. n. 5. & P. Echard T. 1. Scriptorum Ordinis Prædicatorum pag. 107. n. 1. Inter hos præcipue memorandi Michael Llot, Joannes Marietta, Franciſcus Diago, & Antonius Vincentius Domenec, qui in adnotationibus maximo uſui erunt. B. Humberti, Stephani Salanbaci, nec non Petri Marſilii textus, qui teſtimonia potius ſunt de S. Raymundo aliis operibus inſerta, quam Vita, cum aliis teſtimoniis ſelectis dabimus. Vitam ab Anonymo Catalano ſcriptam, & a Peña editam, quæ omnium antiquiſſima eſt, invenire non potuimus. Cum vero ex hac, nec non ex ceteris antiquis monumentis tum a Llot, tum a Peña copioſius editis & approbatis ſumta fuerit S. Raymundi Vita, quæ in canonizationis Bulla luculenter deſcripta legitur, hæcque præter ceteras majori auctoritate polleat; hac una contenti erimus, eique ubi expedire videbitur, adnotationes ſubjiciemus. Bollandus loco allegato eamdem Bullam cum notis edidit. Noviſſime autem P. Antoninus Bremond, qui Bullarium Ordinis Prædicatorum quam accuratiſſime digeſſit, eamdem Bullam Tom. 5. inſertam aliis adnotationibus illuſtravit. Cum ex his fere nos profeciſſe fatemur, tum vero quæ ex his ſumentur, ſuo cujuſque nomine diſtincta invenies. Ne eadem cum Lectorum faſtidio repetantur, Vitam in editione P. Laget deſcriptam, quæ multo eſt brevior, prætermiſimus.*

SAN-

SANCTI RAYMUNDI
DE PENNAFORT
Ordinis Prædicatorum
VITA ET CANONIZATIO
EX BULLA CLEMENTIS VIII.
ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATA

PRÆFATIO.

1. ROmana Catholica Eccleſia, quæ ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu ædificata, divinitus a Spiritu Sancto regitur, & ineffabili ejus æternæ ſapientiæ providentia mirabiliter gubernatur, in eadem unitate fidei & doctrinæ veritate, quam a Chriſto ſuo ſponſo & Apoſtolis accepit, perpetua conſenſione perſeverans, a Deo Patre miſericordiam continuis gratiæ cæleſtis benedictionibus cumulatur; ac veluti fecunda mater multiplici Sanctorum prole aucta, eorumdem meritis ac virtutibus illuſtratur. Atque hanc fidei Catholicæ unitatem unus idemque Spiritus per multas gratiarum diviſiones in corpore Chriſti, cujus nos membra ſumus, antea operatus eſt, & nunc etiam operatur. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, qui unum Dominum, unam fidem, unum baptiſma prædicarunt: ac veritatem facientes in caritate, creverunt in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum eſt per omnem juncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque membri. Præcipua vero hujus myſtici corporis membra ſunt viri ſancti, quos elegit Deus, & prædeſtinavit in vitam, qui eamdem fidem ſemper tenuerunt, & pro ejus defenſione legitime certantes, adepti ſunt repromiſſiones, & in cælis coronari meruerunt. Hujus autem fidei unitatem, in qua unum corpus in uno ſpiritu efficimur, jam inde ab ipſius Eccleſiæ naſcentis initio ad hæc uſque tempora principes & poteſtates tenebrarum multis hæreſum procellis ac turbinibus excitatis labefactare & convellere tentarunt; ſed divina Chriſti ſapientia, qua Eccleſiam ſuam ſupra firmam petram fundavit, adverſus quam portæ inferi prævalere numquam poterunt, potenti ſua dextera eam ſemper defendit, & uſque ad conſummationem ſæculi conſervabit. Atque in hoc admirabilis Dei providentia maxime elucet, quod omnium pæne ſæculorum ætatibus, & iis præcipue temporibus, quibus religio Catholica tyrannorum atrocitate, & hæreticorum perfidia impugnata eſt, invictos martyres, athletas fortiſſimos, glorioſos Confeſſores, & viros ſanctos, magnos in virtute, ac prudentia præditos, adverſus tyrannorum ſævitiam, atque hæreticorum iniquitatem excitarit, qui ſuo ſanguine fidem Chriſtianam decoratam, ac vitæ integritate, doctrinis, virtutibus, & miraculis confirmatam latiſſime propagarunt.

Semper variis in Eccleſia exſtiterunt.

2. Ac ſuperioribus quidem ſæculis ex glorioſis patris S. Dominici familia B. [2] Raymundus [3] a Peñafort Barcinonenſis exſtitit, qui amator veræ ſapientiæ, quæ numquam marceſcit, ſpretis omnibus divitiis, dives ſa- *S. Raymundi laudes.* 2 3

1 Hæc Bulla præmiſſa legitur editioni Romanæ S. Raymundi an. 1603. Ex hac autem editione, necnon ex Bullario, atque ex Garneveltio, qui Seriem compilavit, eam exſcripſit Bollandus die 7. Jan. Tom. I. Act. Sanct. pag. 407. cujus diviſionem in capita & numeros ſecuti ſumus. Exſtat pariter in Codice canonizationum, & in Bullario Ordinis Prædicatorum P. *Bremond.*

2 Apud Henricum Gandavenſem de Script. Eccleſ. *Remundus* dicitur.

3 *Sic a familia nuncupatum fuiſſe S.* Raymundum, *liquet ex ipſa Bulla. Idem docet* Franciſcus Diago Hiſtor. Prædic. Aragon. lib. II. Cap. VII. pag. 111. *ubi laudes ejuſdem nobilis gentis de* Peñafort *proſequitur. Quæris præterea, num ſcribendum ſit* Peñafort, Pegnafort, Pennafort,

factus eſt in gratia Dei, quæ data eſt in Chriſto Jeſu in omni verbo & ſcientia, dives in humilitate & virtute, dives in bonis operibus; in quo denique Deus oſtendit abundantes divitias gratiæ & gloriæ ſuæ. Nam vocavit eum in partem ſortis Sanctorum, & implevit agnitione voluntatis ſuæ, in omni ſapientia & intellectu ſpirituali, ita ut plenus Spiritu Sancto & fide, in medio Regum & Magnatum ſapientiam loqueretur; non ſapientiam hujus ſæculi, neque Principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur; ſed Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt a ſapientibus hujus mundi, & revelata parvulis: nimirum verus Dei miniſter in paupertate, in omni patientia, in orationibus, in laboribus Dei gloriam quærens, ac myſterium fidei in conſcientia pura, fidelibus & infidelibus ſumma caritate patefaciens, permultos in cæcitate cordis a via ſalutis aberrantes, verbo veritatis, & innocentia vitæ in rectam mandatorum Dei ſemitam traduxit, & adverſus hæreticorum impetum & audaciam ſe tamquam murum fortiſſimum & inexpugnabilem oppoſuit. Inſuper Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, dedit ei gratiam curationum; ac ſanctitatem ejus, in virtute Spiritus Sancti, per ſigna & prodigia, cum in ejus vita, tum poſt obitum ita manifeſtavit, ut ejus gloria per ampliſſima Hiſpaniarum regna permanarit.

Sancti a Deo honorantur. 3. Hæc enim eſt ſumma Dei benignitas, qua ſanctos ſuos, qui in contemptione honorum, in omni rerum humanarum deſpicientia, & in Cruce Chriſti Domini noſtri gloriantes, in hac vita ejus laudem & honorem amplificarunt, nunc eoſdem glorificans, a quibus ipſe glorificatus eſt, veluti quadam viciſſitudine honoris, omnium bonorum felicitate in cælis remuneratur, & tribuit eis nomen ſempiternum, quod numquam interibit. Quamobrem ad eorum virtutes imitandas vehementer incitari debemus, cum ejuſmodi homines averſos ab honoribus, in tribulationibus, in anguſtiis tantam adeptos eſſe gloriam videamus, ut ſua tenuitate & humilitate omnium Regum amplitudinem, omnem hujus mundi exiſtimationem & dignitatem longe ſuperarint. Nam diverſæ ſunt viæ Dei a curis hominum, qui in vanis cogitationibus & curis inanibus occupati loquuntur ſublimia gloriantes; Deus autem ſedes Ducum ſuperborum deſtruxit, & ceſſare fecit memoriam eorum a terra; memoriam vero humilium ſenſu reliquit, & maximis honoribus, ampliſſimiſque monumentis conſecravit. Quare B. Raymundum merito laudamus, & Deum in eo benedicimus, qui ſingularibus gratiarum donis, & ſummis virtutibus eum ornavit; de cujus vita, morum ſanctimonia, fidei puritate, & admirabilium ſignorum multitudine pauca ſolum ad communem totius Eccleſiæ utilitatem proponimus; ut omnes intelligant, quibus tandem ille gradibus in cælum aſcenderit, ac Deo gratias immortales agant, ejus nomen in Eccleſia Dei publico hoc noſtro & Sedis Apoſtolicæ decreto, numero Sanctorum fuiſſe adſcriptum.

CAPUT PRIMUM.

Raymundi eruditio, munia Eccleſiaſtica.

1. BEatus Raymundus[1] Barcinonenſis[2] ex nobili familia de Peñafort originem duxit. Prima in pueritia religionis Chriſtia- *S. Raymundus litteras gratis docet.*

fort, Penafort, vel Penlafort &c. & quid antiqua monumenta ferant, exhibet. Has de re tamen legendus eruditus Franciſcus Peña Libro III. Vitæ S. Raymundi Obſervatione altera pag. 189. &c. Conſulendus etiam Malvenda Annal. Prædicatorum ad An. MCCXXII. Cap. III. Ex his autem, quæ docet eruditus Franciſcus Peña hæc inter cetera notanda, quæ ſcribit pag. 193. ubi hæc habet: *Quamquam enim ſuperioribus ſæculis ortographiæ ignari, & præſertim tabelliones id cognomen interdum cum n duplicata ſic, de Pennafort; interdum autem cum unica n, & lineola ſuperinducta ſcripſerint in hunc modum Peñafort: idem tamen ſemper manebat familiæ cognomen, & eadem vulgaris pronunciatio retinebatur: qui autem magis ad veritatem accedere ſtudebant, cognomen familiæ de Peniafort unica n cum lineola ſuperinducta ſcribebant ſic de Peñafort, quod tamen pronunciando, huic ſcriptioni de Peniafort reſpondebat. Notum eſt enim vulgare idioma Hiſpanum per unicum n cum lineola ſuprapoſita idem indicare, quod Itali ſuo idiomate exprimunt per g & n; nam quæ nomina nos ſcribimus & pronunciamus ſic, montaña, año, paño, & ſimilia, ſi Italice ſcribenda, & eodem modo pronuncianda forent, ita omnino ſcriberentur, montagna, agno, pagno. Quamobrem Epiſcopi & alii, qui diverſis ſæculis pro Canonizatione intercedentes, ad Sedem Apoſtolicam ſcripſerunt, ut eam vel fallaciam, vel diverſitatem evitarent, idem familiæ cognomen intactum retinentes, interdum ita Peñafort, interdum autem ſic de Pegnafort ſcriptum protulerunt: probe enim noverant Itales idiomatis Hiſpani ut plurimum ignaros, cognomen de Peñafort ſic ſcriptum, & pronunciaturos de Prunafort.* Hæc Franciſcus Peña ſcribens anno MDCI. Ceterum conſultatus Hiſpanis & Italis nomen ſuum ſic *Pegna* ſcribendum curaverat anno MDLXXXV. ut videre eſt ex Directorio Inquiſitorum, Romæ ab ipſo vulgato. *Bremond.*

2 Uti habetur ex Diago mox laudato. Idem docet Franciſcus Peña in Notis ad Præfationem Vitæ S. Raymundi pag. 1. Ipſis prævierat Stephanus Salanhacus auctor ſynchronus in Chronicis Magiſtrorum Ordinis dicens: *Tertius Magiſter Ordinis Succeſſor Fratris, ac Patris Jordanis F. Raymundus de Pennafort, Catalanus natione, Barcinonenſis.* Ita *Bremond.* At Barcinonenſis dici potuit, ſive e Barcinone, ſive e Barcinonis diœceſi ortum duxerit. B. Umbertus in Chronico de Magiſtris Ordinis Prædicatorum Raymundum e diœceſi oriundum teſtatur, & locum, quem inter teſtimonia edidimus, ſuppletis ex codice duabus lacunis Malvanda integrum edidit ſic. *Fr. Raymundus de provincia Hiſpaniæ, Catalanus natione, oriundus de diœceſi Barcinonenſi villa quæ dicitur Pennafortis.* Hoc teſtimonium antiquiſſimum omnibus ceteris præſtat. Idem habent etiam Petrus Marſilius & Tholomæus Lucenſis, quorum verba in teſtimoniis ſelectis recitabimus. Solum cum vox *oriundus* originis quidem, non autem nativitatis locum neceſſario ſignificet, fieri potuit ut Barcinone natus fuerit, licet e Peñafort pago diœceſis originem duceret. Franciſcus Peña in libro I. Vit. S. Raymundi cap. 1. optime notavit. *Multi præterea viri, graves, & nobiles, quorum teſtificationes in acta relatas diligenter perſpeximus, commemorabant, nativum ſolum nobilium parentum Raymundi* adhuc hodie *conſpici non longe ab oppido, cui nomen eſt* Villa Franca de Penades XX. *milliar. a Civitate Barcinonenſi diſtante, in cujus Territorio in Parochia S. Margaritæ viſitur adhuc ruſticum prædium, vulgo appellatum* Peñafort, *conſtantique fama receptum, illud ipſum prædium vetuſteſque parietes parentum majorumque Raymundi fuiſſe domicilium & ejuſdem Raymundi natalem domum.* Hæc ex Martyrologio Hiſpanico t. 1. pag. 90. & ex his omnibus liquet, perperam omnino ab Henrico Gandavenſi S. Raymundum *natione Provincialem* vocari.

2 Hic audiendus Franciſcus Peña in notis ad caput I. Libri I. Vitæ S. Raymundi pag. 4. Raymundum in Aragonia

ſtianæ rudimentis imbutus, jam magnum aliquid portendere videbatur, cum eſſet eximia corporis & animæ indole, & naturæ quodam inſtinctu ad virtutem & pietatem in dies magis propenderet. Adoleſcens humaniores litteras tam avide arripuit, ut exiguo tempore maximos progreſſus fecerit, & [3] eas artes, quas plane didicerat, Deo adjuvante, ſumma cum laude plurimos Barcinone gratis docuerit.

Bononiam proficiſcitur.

5. Atque ut e talentis ſibi a Domino concreditis lucrum faceret ampliſſimum, [4] Bononiam, velut ad commune bonarum artium domicilium, & diſciplinarum emporium profectus eſt, ubi tempus ſibi ad negotiationem ſapientiæ datum non inſumſit in variis & carnalibus deſideriis, quibus ætas illa juvenilis a ſtudio virtutis abripi ſæpe ſolet, ſed pietatis officiis, ac Pontificio civilique Juri toto pectore [5] incubuit, ac tandem Doctoris laurea, ceteriſque doctrinæ inſignibus decoratus, ſacros Canones publice magna cum hominum admiratione abſque ullo ſtipendio eſt interpretatus. Cui poſtea cum Senatus Bononienſis ob præclaram ejus eruditionem honorarium ex ære publico decreviſſet; ipſe labores ſuos Domino ſanctificans, datæ ſibi a Senatu pecuniæ, omniumque rerum, quas ſua induſtria comparaſſet, Deo in primis, ac ſuo Parocho decimas fideliter offerebat.

Creatur Doctor,

Docet Jus Canonicum.

Redit Barcinonem: fit Canonicus

6. Quo in munere docendi cum [6] aliquot annis egregiam navaſſet operam, & jam ejus eruditionis fama per Italiam increbuiſſet; [7] Berengarius Barcinonenſis Epiſcopus ejus virtutibus ac ſcientia permotus, Roma ſuam ad Eccleſiam rediens, Bononiam iter inſtituit, ubi B. Raymundum convenit: ac multis ultro citroque ſermonibus habitis, Berengarius virum admiratus, ac ſecum ipſe reputans eum ingenti Eccleſiæ ſuæ ornamento & utilitati futurum, vehementer inſtitit, ut ſecum ad Eccleſiam Barcinonenſem, ubi educatus fuerat, reverteretur: quod tandem [8] magnis ab eo precibus obtinuit, quem etiam aliquanto poſt ejuſdem Eccleſiæ Canonicatu, & [9] quadam Præpoſitura addita ornavit.

7. Hoc beneficio & dignitate auctus, omnibus Canonicis, & univerſo illius civitatis populo integritatis ac doctrinæ ſplendore præfulgebat, eratque tanta ejus in omni geſtu motuque corporis modeſtia, & totius vitæ conſuetudine ſuavitas, ut omnium ætatum atque ordinum homines in amorem ſui raperet & admirationem. Deiparam Virginem ſingulari pietatis affectu venerabatur, ejuſque honorem & cultum pro viribus ſemper auxit. Nam cum feſtus Annuntiationis ejuſdem virginis dies ea in Eccleſia [10] minus celebris haberetur; ipſe ab Epiſcopo & Capitulo impetravit, ut duplici ritu ſolemniter perpetuo coleretur, atque ex Præpoſituræ ſuæ redditibus cenſum annuum attribuit Canonicis in diſtributiones erogandum, qui ſacris officiis eo die intereſſent.

Annuntiationis feſtum ſolemniter agi curat.

CA-

goniæ Regum originem retuliſſe ſcripſit Leander Albertus Lib. I. de *Viris* Illuſtribus Ordinis Prædicatorum, quem Surius, & alii ſequi videntur. Quorum ſententiæ aſtipulantur antiqua in Gente familiæ de Peñafort, quæ præter duas pinnas a dextris ſiniſtriſque ſuper duabus rupibus collocatas, præferunt quatuor baculos rubros aureo in ſcuto poſitos, qui Regum Aragonenſium inſignia quodam tempore fuerant, ut teſtatur Hieronymus Blancas Cæſaraugustanus Regni illius incliti Hiſtoricus in Aragonenſium rerum commentariis in Ranimiro II. Aragonum Rege X. Anno MCXXXVI. & MCXXXVII. *Bremond.* Nobilitatem autem diſerte teſtatur antiquus Auctor Vitæ S. Raymundi c. I. ubi originem militarem, quæ per ea tempora nobilitatis nota erat explorata, eidem vindicat: *Ex militari quidem progenie trahens originem, parentum nobilitatem honeſtiſſimis moribus reddidit clariorem.*

3 *Diagus ait S. Raymundum Logicam aliaſque philoſophicas ſcientias docuiſſe. Llot cap. 2. ſcribit, eum illas artes docere aggreſſum, cum 20. eſſet annorum.* Bollandus.

4 Dum S. Raymundus Bononiam iter habuit, teſtis fuit miraculi, quod ipſe die 21. Auguſti anno 1271. ſcriptis mandavit. Hoc ſcriptum poſt catalogum operum dabimus. Cum porro hoc in ſcripto affirmet miraculum accidiſſe *ab hinc elapſis ſexaginta & amplius annis*; Explorandum eſt hoc iter ſuſceptum ante Auguſtum An. 1211. In anno autem conſtituendo auctores non conveniunt, Alii enim An. 1210. Alii autem An. 1213. Raymundum Bononiam advenisse volunt. Vide Diagum, Malvendam, Peñam, & Domeneccum.

5 Quibus magiſtris uſus fuerit in his ſcientiis addiſcendis, docet *Franciſcus Peña*. Bremond.

6 Triennii ſcilicet ſpatio, ut docet antiquus Auctor *Vitæ S. Raymundi* Cap. 11. Hanc vitam publici juris fecit Illuſtriſſimus *Franciſcus Peña*. Bremond.

7 Hic eſt Berengarius IV. de Palatio (alias apud Bremond *de Palatiolo*) dictus, qui ab Hieronymo Paullo recenſetur trigeſimus tertius illius Eccleſiæ Antiſtes. Hic, ut Diagus ſcribit lib. 2. cap. 1. electus eſt anno 1212. & Prædicatores eodem anno, quo Raymundum in Hiſpaniam reduxit, advocavit Barcinonem vel Pariſiis, ut quidam volunt, vel Bononia, ut ipſe ex veteri MS. Kalendario probat. Habitarunt primum in ædibus *Petri Grunnii* in Parochia S. Jacobi, quæ etiamnum exſtant via *S. Dominici*; inque earum pariete *S. Dominici* (qui eodem anno Barcinonam venit atque iis ædibus eſt hoſpitatus) facies expreſſa cernitur, ſubtus cum *Berengarii* Epiſcopi inſignia, videlicet Palatium. Alibi deinde ædificatum eſt. 1223. Monaſterium, quod etiamnum incolunt Prædicatores, dictumque eſt *S. Catharinæ*, quod eam Sanctam virginem, ac martyrem ſingulari pietate colebat S. Raymundus, qui promovendo operi aut præfuit, aut plurimum certe allaboravit. *Bollandus.*

8 Domeneccus, & alii tradunt acceſſiſſe Papæ mandatum, quod in Ilerdenſi conventu ſtatutum eſſet, ut *Jacobo Regi Magiſter daretur:* quod tamen munus non geſſit (licet id aſſerat Marieta cap. 51.) altero ad id, priuſquam veniret, admiſſo. Idem *Bollandus*.

9 *Quod poſtea Archidiaconatu auctus fuerit, produnt auctores* Ferdinandus de Caſtillo, Franciſcus Diago, Llot &c. *Bremond.*

10 Minus quidem celebri, ſacro tamen cultu, longe ante S. Raymundi *tempora celebratum fuiſſe feſtum Annuntiationis, liquet ex his, quæ refert* Baronius *in Notis ad Martyrologium Romanum Octavo Kalendas* Aprilis. *Hinc tamen* emanaſſe creditur in Eccleſia Barcinonenſi ordinario celebrandi feſtum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis tamquam Duplex majus die XXV. Martii, ut apparet ex Breviario Barcinonenſi. *Franciſcus Peña in Notis ad Cap. III. Vitæ S. Raymundi Lib. I. pag. 9.* Bremond. Obſervandum vero hoc loco eſt, diem feſtum Annuntiationis B. M. V. celebrem ſemper fuiſſe apud Hiſpanos, ut conſtat ex Concilio Toletano X. an. 656. can. 1. at ſolum dies 25. Martii huic feſto non erat adſignata. Cum enim hæc dies fere incideret in quadrageſimam, vel in paſchales dies, in quibus nullum feſtum celebrari poterat; die octavo ante Chriſti natale celebrabatur, quo quidem die antiquo Hiſpanorum ritu, magnum B. M. feſtum notatur etiam in antiquiſſimo Orationario Hiſpanico, quod ex MS. Capituli Veronenſis edidit P. Joſeph Blanchinius t. 1. Operum Cardinalis Thomaſii. Cum autem S. Raymundus Romano more eam feſtivitatem die 25 Martii aliis in locis extra Hiſpaniam celebrari vidiſſet, ut eadem hac die Barcinone quoque celebraretur, ab Epiſcopo & Capitulo obtinuit.

CAPUT II.

Religionis ingreſſus, ſanctiſſima Vita. Inſtitutio Ordinis de Mercede.

Ordinem Prædicatorum ingreditur.

8. MAgnam hac ratione apud omnes auctoritatem, & ſanctitatis opinionem ſibi conciliarat, totiuſque civitatis oculos animoſque omnium, ac præcipue Prælatorum & Principum, in ſe converterat; cum inanem mundi gloriam inſtar fœni areſcentis decuſſo flore marceſcentem apud ſe ipſe contemnens, ad ſublimiorem vitæ ſtatum aſpiraret. Venerant tunc in eam urbem recenter Fratres Ordinis Prædicatorum, qui Apoſtolicum in morem Evangelio Chriſti prædicando populum docebant, & ad cultum Dei, ſtudiumque pietatis incitabant, quorum uſu & conſuetudine primum delectari B. Raymundus; deinde etiam ad idem vitæ inſtitutum [1] amplectendum vehementer cœpit inflammari. Neque anceps ea difficiliorve cogitatio fuit. Nam inclinatum ejus animum, & in via ſalutis ambulantem, ſpecioſi illi pedes evangelizantium pacem, in montem Domini, perfectionis nimirum Evangelicæ apicem, facile deduxeruot. Itaque jam matura ætate annum circiter quintum ſupra quadrageſimum agens, abdicatis honoribus, ſpretiſque omnibus divitiis, aſſumſit pennas ut columbæ; atque in requiem Domini evolans, in Ordine Fratrum Prædicatorum ſolemnem profeſſionem [2] emiſit.

Multi eum ſequuntur.

9. Quod ut omnibus admirationi fuit, hominem genere nobilem, doctrina præſtantem, affluentem bonis, dignitate & fama celebrem, ſuſcepto religioſæ vitæ inſtituto, ſpontaneam paupertatem opibus, ſuique contemtum honoribus & commodis prætuliſſe; ita ejus exemplo [3] complures litterati, ac ſtudiis doctriniſque dediti nobiles viri, eumdem Ordinem ſunt amplexi, ac propterea magnum ea Religio in dicta civitate ſuſcepit incrementum.

Excellit humilitate.

10. Hic jam novus Chriſti miles adverſus humani generis hoſtem fortiter dimicare apud ſe ſtatuens, ac turrim æternæ ſalutis ædificans, ut ſapiens architectus, humilitatis religioſæ, quæ ceterarum eſt parens cuſtoſque virtutum, fundamenta jacere decrevit. Itaque etſi omnibus eruditione & prudentia antecellebat; hoc tamen ipſo demiſſius ſentire de ſe, aliis omnia, ſibi nihil tribuere, ſingulos honore debito proſequi, denique libentius deliteſcere, quam in lucem prodire conſueverat; cujus ille virtutis tenaciſſimus in omni vita fuit. Et quoniam obedientia humilitatis vita eſt, ad hanc tuendam atque conſervandam (exemplo mediatoris & Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem) vir juſtus die ac nocte meditabatur obedientiam, ac ſepulto propriæ voluntatis arbitrio, mortuus huic ſæculo, vitam cum Chriſto in Deo abſconderat, ac totus a Superiorum nutu pendebat. Beatam paupertatem regni cælorum præmio dignam, & Chriſti ore laudatam, toto pectore amplexus eſt, ac eam veluti fraternæ pacis fundamentum, munditiam vitæ, curarum hujus mundi abdicationem, proximam denique & quaſi compendiariam ad Deum viam ſtudioſiſſima ſemper coluit, ac ſemetipſum tamquam aurum igni probatum in camino paupertatis expurgabat.

Obedientia.

Paupertate.

Caſtitate.

11. Caſtitatis, quæ cæleſtis & Angelicus theſaurus eſt, amantiſſimus fuit, ac præcinctus lumbos, & lucernam boni operis in manibus habens, eam in fictili corporis ſui vaſe in ſanctificatione & honore portans, incorruptam & integram uſque ad extremum vitæ diem conſervavit, & qua erat in Dei Matrem & intemeratam Virginem Mariam pietate, in cujus fidem & clientelam ſe jamdiu ante contulerat, nullum firmius ad dæmonis vires conterendas, quam ejuſdem Virginis præſidium inveniri poſſe, certum exploratumque habens, ejus patrocinium aſſidue invocabat: ac tantus erat ejus in oratione fervor & perſeverantia, ut ex variis occupationibus ſe ipſe frequenter colligens, ſederet ſolitarius, & levans ſe ſuper ſe, divinæ contemplationi vacaret; in qua cæleſtes plane ſpiritus hauriebat, & de fontibus Salvatoris aquas ſapientiæ ſalutaris accipiens, tanto gratiarum imbre omnes vitæ ſuæ actiones irrigabat, ut flumina aquæ vivæ de ventre ejus in aliorum utilitatem promanarent. In pauperes, ac præcipue captivos dura ſervitute ab infidelibus detentos, propenſiſſimus erat, nullumque officii genus umquam prætermiſit, quo eos liberari poſſe exiſtimaret: quorum eo etiam majorem curam & ſollicitudinem gerren-

Devotione erga Dei Virginem.

Caritate in pauperes.

1 *Hinc videat eruditus lector, quid ſentiendum de ſententia, quæ vulgo fertur, S. Raymundum Ordini Fratrum Prædicatorum nomen ex eo dediſſe, quod adoleſcentem quemdam revocaverat a propoſito eumdem Ordinem profitendi. Quid cauſſæ fuerit, cur* Raymundus, *divitiis & honoribus abdicatis, Prædicatorum familiæ ſe conſecraverit, deſcribit ſummus Pontifex. Num audiendi, maxima licet aliunde ſint auctoritate,* Petrus Paludanus, *ac ceteri, qui mox celatam opinionem ſectantur, aliorum eſto judicium.* Satis..... miramur, *inquit Illuſtriſſimus Franciſcus Peña in Notis ad Cap. IV. Vitæ S. Raymundi pag.* 10. unde hæc haurire potuerint, cum nos, qui plurima antiquitatis monumenta perlegimus, & procesſus ad vitam, mores, & miracula B. Raymundi ſpectantes, ſatis copioſos evolvimus, nec umbram quidem hujuſmodi cauſſæ reperire potuerimus. *Bremond.*

2 Habitum induit, ut ex veteri Barcinonenſis cœnobii MS. Kalendario tradit Diagus lib. 1. cap. 9. die Sanctæ Paraſceves 20. 1222. non a S. Dominico, ut putavit Marieta lib. 10. cap. 30. cum is Auguſto præcedente obiiſſet; non etiam Pariſiis anno 1218. ut habet Caſtillo; nec in æde S. Jacobi Barcinonenſi, ſed in veteri illo Grunniano domicilio. Ergo anno vertente, *Dominica Lætare*, quæ erat 2. Aprilis, profeſſionem emiſerit. Lib. c. 3. ſcribit an. 1209. ingreſſum eſſe in Ordinem. *Bollandus.*

3 Inter eos fuere *Petrus Ruber*, olim ejus Bononiæ ſocius, & *Raymundus de Roſanis* Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Barcinone, cujus ex fratre Nepos *Bernardus de Roſanis* an. 1256. Prædicatoribus quædam eſt elargitus, ut habet Diagus. *Bollandus.*

rendam eſſe eoſebat, quo io graviori periculo Chriſtianæ fidei adjurandæ, & amittendæ ſalutis æternæ verſarentur.

4 12. Cum itaque ejus hortatu [4] Petrus No-
5 laſcus natioe, Gallus, cujus confeſſiones
B. Raymundus audiebat, vir opibus florens, & inſigni pietate præditus, ad inopes alendos, & maxime ad captivos ex Barbarorum vinculis redimendos, ſuas copias & opes magna cum alacritate, ac libenti
6 animo [6] conferret; egregium pii ac liberalis animi officium pro ſua infinita bonitate gra-
7 tum Deus habuit. [7] Nam proxima noćte inſequente beatiſſima Virgo Dei Mater eidem Petro, qui ſanćtis meditationibus & ora-
8 tioni [8] vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Chriſtianorum in captivitate degentium ſuccurri poſſet, ſerena fronte ſe conſpiciendam dedit, & acceptiſſimum ſibi ac unigenito ſuo filio fore dixit, ſi ſuum in honorem inſtitueretur [9] Ordo Religioſorum, 9
quibus cura [10] incumberet captivos e tyrannide Turcarum liberandi: ac illa ipſa nocte 10
eadem Virgo ſanćtiſſima B. Raymundo, &
[11] Jacobo I. Aragoniæ Regi [12] apparuit, id 11 12
ipſum de Religioſis admonens. Quare hi collatis inter ſe conſiliis, & conſentientibus animis Ordinem B. Mariæ de Miſericordia, ſeu de [13] Mercede redemtionis captivorum [14] fundaverunt: cui B. Raymundus certas vivendi leges [15] præſcripſit ad iſtius Ordinis vocationem accommodatiſſimas, quarum [16] approbationem aliquot annis poſt a fel. rec. Gregorio IX. prædeceſſore noſtro impe-

Ordini de Mercede cælitus inſtituto Regulas ſcribit. 13 14 15 16

4 Snoctus fidei ſtudio præſtans, ardens caritate, animas ita ſitiens, ut in aliorum ſalute procuranda ſe ſuumque operam collocaris. *Bremond.*

5 *E Parochia, nunc Diœceſi* Sancti Papuli, *vulgo* S. Papoul, in Gallia Narbonenſi, Toloſam *inter* & Carcaſſonem, *oriundus*. *Lucis uſuram accepit in loco, quem* Manſum Sanctarum Puellarum *vocant*. *Nobili genere natus familiæ ſplendorem ſuis auxit virtutibus*. *Adoleſcens parentibus orbatus*, Albigenſium *hæreſim, quæ per id tempus* in Gallia *graſſabatur*, *execrans*, *divendito patrimonio* in Cataloniam *ſeceſſit*. Bremond.

6 *Notandum enim, quod antequam Ordinem fundaſſet, ut captivos e ſervitute redimeret, quinquies* Valentiam, *ſemel Inſulam* Balearem Majorem, *quibus tunc* Saraceni *dominabantur*, S. Petrus Nolaſcus *petierat*. *Qualibet autem vice trecentos in libertatem vindicaverat*, quatuor quidem propriis expenſis, bis adiutus ſtipe fidelium. *Bremond.*

7 Id primo die Auguſti accidiſſe ait Diagus lib. 2. c. 20. & Domenecus, ac fuiſſe *S. Raymundum* jam tum Regis *Jacobi* Confeſſarium, vel a Rege aſſumtum, vel ei a regni comitiis datum; nam eum fuiſſe apud Aragonios morem, ſcribunt Mariette cap. 33. & Caſtillo, a quibuſdam tradi. *Bolland.*

8 *Non igitur dormienti, ut nonnulli perperam opinati ſunt, ſed oranti apparuit Virgo Deipara. Hac de re legenda epiſtola* S. Raymundi de Peñafort *ad S.* Petrum Nolaſco *ſcripta*. Bremond. Hanc certe S. Raymundi epiſtolam poſt catalogum operum ex eodem Bremond dabimus.

9 *Hinc jure ac merito hujus Sacri Ordinis inſtitutio Beatiſſimæ Dei Genetrici refertur accepta*. Quapropter Summus Pontifex Paulus V. inhærens veſtigiis Prædeceſſorum ſuorum Deiparam Virginem primam, & veram hujus Ordinis Inſtitutricem fuiſſe, *docet in bulla*, *quæ incipit*. Inter omnes, Dat. Romæ Incarnationis Dominicæ MDCVI. Decimo Kal. Septembris Pontificatus anno Secundo. *Legitur in moderno* Bullario Ordinis de Mercede pag. 198. *Eodem Inſtitutricis nomine vocatur in orationcula*, quæ recitanda præſcribitur die feſto S. Mariæ de Mercede XXIV. Septembris. *Bremond.*

10 Hac de cauſſa tribus, quæ nuncupant, quartum eddunt ſolemne votum his verbis. Et in Saracenorum poteſtate, in pignus, ſi neceſſe fuerit, ad Redemtionem Chriſti fidelium detentus manebo. *Ex Conſtitutionib. S. Ordinis de Mercede Diſt. IV. Cap. VII. Quod illud votum ſolemne ſit, & ad ejuſdem Ordinis ſubſtantiam ſpectet, declaratur in iiſdem* Conſtitution. Diſtinct. III. Cap. IV. Num. V. *Bremond.*

11 *Cujus vitam conſcripſit* Bernardinus Gomezius Miedes, Archidiaconus Saguntinus. Ejuſdem meminerunt Annales Aragonum, aliique Scriptores brevitatis ergo prætermittendi. *Bremond.*

12 Diagus, & Domenecus ajunt, Regi pro redemtione eorum, qui a Mauris capti erant, ipſorum Maurorum internicione, noctu oranti apparuiſſe Deiparam admirabili ſplendore conſpicuam, & collaudato ejus zelo monuiſſe quæ hic referuntur. *Bollandus.*

13 *Unde nam petenda ſit hæc nomenclatura*, *paucis exponit mox laudatus* Gomezius De Geſtis Jacobi I. Aragonum Regis Lib. II. pag. 36. dicens: Mercedis vocata illa (Religio) fuit, quæ vox Hiſpanis non premium, non pretium aut fructum laboris, ſed latine reddita, idem quod donum, ſive gratiam ſignificet. Quoniam, ut poſtremum malorum eſt ſervitus, maxime vero quæ in carcere, aut vinculis fertur; ita neque majus ſervo beneficium, ſive donum impendi poſſe videtur, quam ipſum e vinculis exemtum e ſervitute *in libertatem vindicare*. Bremond.

14 S. Raymundum de Peñafort fuiſſe unum ex fundatoribus Ordinis S. Mariæ de Mercede nunc in confeſſo eſt etiam apud ejuſdem Ordinis alumnos. Id multis, & graviſſimis documentis evincitur, & ex decreto ſacræ Congregationis Rituum dat. ec. Feb. 20. *1817.* extra controverſiam, quæ olim viguit, poſitum eſt. *Hinc ſacer ille Ordo quatuor viros fundatores agnoſcit*: Sanctum *ſcilicet* Petrum Nolaſco, Sanctum Raymundum de Peñafort, & Jacobum I. Aragoniæ Regem, *quos ad hunc Ordinem conſtituendum delegaverat Virgo Deipara* prima & vera *ejuſdem Ordinis* Inſtitutrix, *uti mox diximus* Nota IX. *Fuit* S. Petrus Nolaſco *primus Religioſus ceterorum norma ac regula primuſque* Magiſter & Patriarcha. Certas vivendi leges huic Ordini præſcripſit S. Raymundus de Peñafort, *qui primum etiam Generalem Magiſtrum ſuis manibus habitu eodem indutum*, *creavit* S. Petrum Nolaſco. Quod Jacobum I. Regem Aragoniæ *ſpectat*, *legendum diploma* datum Cæſarauguſtæ Pridie Calendas Octobris Anno Domini MCCLV. Sic *incipit*. Pateat univerſis, quod Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Majoricarum, Valentiæ, Comes Barchinonæ, & Urgeli, & Dominus Montis Peſulani. Attendentes, & conſiderantes, quod Ordo vocatus de la Merce per Dei gratiam die quotidie proſperatur, & proficit: ideo Nos quia ejuſdem Ordinis Patroni, & Fundatores ſumus, volentes ipſum beneficiis proſequi &c. *Aſſervatur autographum hujuſce Diplomatis in Archivo* Valentini Cœnobii *Ordinis Prædicatorum*. Bremond.

15 *Leges a* S. Raymundo de Peñafort ſancitas, in ſubſtantialibus collatæ eſſe innovatas, *legitur in Proœmio Conſtitutionum Ordinis* de Mercede: *ut* enim ibidem aſſeritur, illæ primæ Conſtitutiones quoad ſubſtantialia ſtatuta revera ſunt iſtæ, quas uſque modo ordo noſter profeſſus eſt. *Bremond.* Soaſir, ut Officio & Breviario Prædicatorum uterentur, regulam S. Auguſtini ſervarent, & quaſdam Prædicatorum conſtitutiones ſuis functionibus magis accomodatas. Diag. Domenec. *Bollandus.*

16 *Non ſolum legum, ſed & Ordinis confirmationem impetravit* S. Raymundus de Peñafort. *Huc ſpectat epiſtola quam ſcripſit idem* S. Raymundus *Sancto* Petro Nolaſco. *Ipſius fragmentum legitur in antiquo* MS. vitæ S. Raymundi de Peñafort anno MCCCXXIII. *conſcripta*. *Hujus tenoris eſt*. Cum Virginis Sanctiſſimæ præclaræ Religionis ſtabilimentum peterem; ad aures ſuæ Sanctitatis (Gregorii IX.) tua in hac Redemtione geſta, mi Pater venerande, venerunt, & ſtupefactus in opere, de tam magno facinore attonitus, fere neſcivit proferre ſermonem; ſed lacrymabundus hæc de ſe promebat verba: O admiranda Religio, quæ tanta illuſtrata eſt fundatrice! O a toto orbe terrarum laudanda fundatio, cui famulata eſt mater Salvatoris! O vis caritate fervidus, qui ſollicitatus ardore, inclinat Cœlos, & Deiparam alloquitur! O certe divina opera, quæ adhuc, dum in via ſunt, a Deo laudantur, & eorum laus, & gloria a Maria enuntiantur, quæ Cœlo aperto fundatur! Quibus verbis o me confirmabitur? Taceat lingua, & Cœlum indicet modum, qui tanta funda ..... *Bullam Confirmationis refert* Cherubinus in Bullario Romano. *Eſt IX. inter Conſtitutiones Gregorii IX.* Bremond. Conſtitutio autem Gregorii IX. data eſt 17. Cal. Feb. an. 1235.

petravit, & dictum Petrum, qui eidem Or-
dini omnia ſua promte dederat; primum
17 etiam [17] Generalem Ordinis Magiſtrum
18 ſuis ipſe manibus habitu [18] eodem indu-
tum creavit.

CAPUT III.

Apud Legatum, & Pontificem obita officia.

Legato Apoſtolico ſocius adjungitur.

13. HÆc B. Raymundus, quæ ad unius
Dei gloriam, & proximi utilita-
tem [1] geſſerat, etſi occultiſſima eſſe volebat,
1 tamen ardentem illius in egenos caritatem,
& vitæ ſanctimoniam jam ubique ſama
vulgaverat, & ſanctæ ejus doctrinæ odorem
manifeſtabat in omni loco. Quamobrem
2 bonæ memoriæ [2] Joannes Cardinalis Epiſco-
pus Sabinenſis, eruditionis & pietatis lau-
de clariſſimus, ab eodem Gregorio IX. præ-
3 deceſſore noſtro [3] in Hiſpaniam ad Crucem
4 adverſus Saracenos prædicandam, [4] aliaque
ſedis Apoſtolicæ negotia pertractanda lega-
tus de Latere miſſus, multorum ſermoni-
bus ſingularem ejus integritatem intelligens,
5 eum ſibi legationis accepit [5] adjutorem.

14. Quo in munere B. Raymundus tanta
cum prudentia, tanta humilitate & cari-
tate verſatus eſt, ut omnibus eſſet bonus o-
dor Chriſti ad vitam. Nam etſi honeſtiſſi-
mo loco natus eſſet, & jam ætate provectus,
multiſque virtutibus cumulatus, magna a-
pud omnes auctoritate polleret; in hoc ta-
6 men longinquo & difficillimo [6] itinere nullis
umquam ab eo precibus obtineri potuit,
ut equo veheretur; ſed verus Chriſti diſci-
pulus calceatos pedes in præparationem E-
vangelii pacis, & aſſumto ſpiritus gladio,
quod eſt verbum Dei, iter ſuis comitatus
ſociis pedibus faciebat, & Cardinalem, quo
erat venturus, prævertens, quaſi viam an-
te faciem ejus in benedictione præparans,
Evangelio Chriſti prædicando permultos,
adjuvante Domino, ad arctam ſalutis ſe-
mitam a via lata & ſpatioſa traducebat;
& confeſſiones audiendo, a cenſuris & a
peccatorum nexibus liberabat. Quodque o-
mnibus mirum fuit, toto illo itinere nihil
umquam de ſolita ciborum abſtinentia, vi-
giliis, jejuniis, precationibus, totiuſque re-
ligionis ſeveritate remiſit: ſed obſervantiſſi-
mus conſtitutionum ſui Ordinis, ne latum
quidem unguem ab illius ſtatutis & legibus
diſcedebat.

15. Quare ſuſpiciebant ipſum univerſi,
colebant omnes; Joannes Cardinalis ſum-
mopere diligebat: qui perfunctus legatione 7
[7] ad Urbem rediens, cum B. Raymundum
una ſecum adducere decreviſſet, numquam
id tamen ab eo potuit impetrare: ſed cum
ad eumdem Gregorium IX. prædeceſſorem
noſtrum de rebus legationis referret, tam
multa, eaque præclara de hujus beati viri
virtutibus dixit, ut idem Gregorius præ-
deceſſor illius videndi deſiderio incenſus,
eum ad ſe confeſtim [8] evocarit: cujus ille 8
dicto audiens, quamquam religioſæ quietis
avidiſſimus, [9] Romam venit. 9

Romam a Gregorio IX. evocatur.

16. Excepit eum amanter & benigne præ-
dictus Gregorius prædeceſſor, ac brevi per-
ſpectis & exploratis ejus animi [10] dotibus, 10
ſummiſque virtutibus, Capellani ſui [11] of-
ficio (quod tunc temporis idem erat, 11
quod

Fit ejus Capellanus,

[17] Ordine confirmato, *fretus auctoritate Apoſtolica* S. Raymundus de Peñafort *Generalem Magiſtrum conſtituit* S. Petrum Nolaſco, *quem uti Patrem jam, ab Ordine fundato, venerabantur Fratres*. Bremond.

[18] Eodem ſcilicet habitu, quem S. Raymundus geſtabat. Feſto S. Laurentii 10. 1223. id factum in Eccleſia Cathedrali ſancto Crucis Barcinone. Ibi ad frequentiſſimum populum, novique inſtituti rationem reddidit S. *Raymundus*, & poſt offertorium Miſſæ, quam celebrabat *Berengarius* Epiſcopus, habitum S. *Petro Nolaſco* dedit. Ita Diagus, qui multorum Scriptorum teſtimoniis id confirmat: cum alii a *Berengario* Epiſcopo, quidam ab ipſo Rege datum ſcripſere, ut teſtatur Domeneccus. *Bollandus*.

[1] *Enim vero non facile dictu, quantum ſplenduerit, & utilitatis attulerit* Eccleſiæ *celeberrimus Ordo* de Mercede, *cujus alumnos* Alexander IV. *merito vocat novos ſub tempore gratiæ Machabæos. Sic ille ſummus Pontifex in Conſtitutione, quæ incipit*. Quoniam, ut ait Apoſtolus, Dat. Neapoli V. Idus Aprilis, Pontificatus Anno primo. *Floret etiam nunc ille Sacer, Regius, & militaris Ordo*, qui *ad hanc uſque diem protulit innumeros viros* & literis, & ſanctitate præſtantes. *Notant* Bollandus in actis Sanctorum ad diem XXIX. Januarii, & Bernardinus Gomezius Miedes ſupra laudatus, ut quibus ineunte, ac creſcente ſeculo XIII. *vexabatur Eccleſia, tribus occurreret malis, hæreſi nempe, morum corruptela, diraque Chriſtianorum ſervituti, Deum tres Ordines ſuſcitaſſe*, Prædicatorum *ſcilicet in hæreticos, Ordinem* Minorum *contra corruptos mores*, & *Ordinem* de Mercede, *qui fideles eximeret ſervitute. Addit* Bollandus, *huc ſpectare viſionem trium lancearum, de quibus agunt Scriptores Vitæ S. Patris* Dominici. *Bremond*.

[2] *Cognomento* de Abbatis Villa, Halgrin etiam, & Hoalegrin *vocatus, natione Gallus, Ordinis* Cluniacenſis, vir omni genere diſciplinarum excultiſſimus. *Adeas* Ciacconium in Gregorio IX. Ughellum in Epiſcopis Sabinen. Chifletium in Biſuntin. Hiſtoria. Legendus præſertim Franciſcus Peña in Notis ad Cap. VI. lib. I. Vitæ S. Raymundi pag. 65. &c. *Bremond*.

[3] *Alia poſtmodum legatione functus eſt ad Fridericum miſſus. Bremond*.

[4] *Ea maxime de cauſſa Roma venerat Legatus, ut de regio conjugio, quod Jacobus conſanguinitatis lege vitioſum eſſe diſputabat*, eorum ea diſceptaretur; ut tradit Mariana lib. 12. cap. 14. & Domeneccus. *Lite conteſtata ſecundum Regis voluntatem judicatum, Reginam dimittendam videri, filium* (ex ea ſuſceptum) *patri in regno ſubſtituendum*. Mariana. *Bollandus*.

[5] Id anno vel MCCXXVIII. vel MCCXXIX. contigiſſe probat *Franciſcus Peña* mox laudatus. Eadem de re conſulendus Malvenda Annal. Prædicatorum ad annum MCCXXVIII. *Bremond*.

[6] Quod *Joannes Legatus* & Sanctus Raymundus habuerunt iter, deſcribit *Malvenda Annal. Prædicatorum* ad an. MCCXXVIII. Cap. VIII. *Bremond*.

[7] Anno MCCXXIX. uti probat *Franciſcus Peña* in notis ad caput VII. lib. I. *Vitæ* S. Raymundi pag. 20. *Bremond*.

[8] Id anno 1230. factum, ut ait Diag. cap. II. Lior cap. 4. ſcribit *in virtute ſanctæ obedientiæ* mandatum ei fuiſſe, ut Romam veniret. *Bollandus*.

[9] Anno MCCXXX. ut ex *Franciſco Peña* videre eſt loco laudato. *Bremond*.

[10] *Jam Divina providentia arcana conſilia admirari licet & profunda humilitate venerari, cum hac ratione lucernam in Monaſterio S. Catharinæ Barcinonenſis latitantem reperiendam ab æterno conſtituerit, ut in maximo altiſſimoque Sedis Apoſtolicæ candelabro collocata, quæ ſua doctrinæ luce uni Urbi fulgebat, univerſe utilius, ac decentius præluceret orbi*. Franciſcus *Peña* in Notis ad caput. VI. lib. I. Vitæ S. Raymundi pag. 69. *Bremond*.

[11] *Cauſſarum*, ſcilicet *Palatii Apoſtolici Auditorem* creavit, ut ex ipſa Bulla liquet. Illud Officium tunc fuiſſe, quo nunc *Auditores Rotæ* funguntur, exiſtimat Franciſcus *Peña* in Notis ad caput VIII. pag. 85. &c. ibique de *Pœnitentiariorum* officio agit. *Bremond*.

quod nunc eſt cauſſarum Palatii Apoſtolici
Pœnitentiarius. Auditorum) & Pœnitentiarii dignitate ornavit: ac tanti ſemper fecit, ut nonniſi adhibito ejus conſilio graviores cauſſas tractaret. *Confeſſarius.* Quem cum etiam a ſacris ſibi confeſſionibus præfeciſſet, is, qua erat in egenos caritate, pœnitentiæ loco illi injungebat, ut inopum preces & juſtas petitiones ſtatim audiret, eorumque negotia expediret & quam citiſſime conficeret: quare ab eodem Gre-
12 gorio prædeceſſore [12] Pater pauperum eſt appellatus.

17. Decreta Romanorum Pontificum quo quæque tempore condita erant, diverſis in Epiſtolis & Conciliis ſparſa, quæ obſcuritatem & incertitudinem inducere videbantur, ad communem omnium, & maxime ſtudentium utilitatem, in ordinem & compendium redigi jamdiu omnibus fere placuerat; ſed tanto operi vir idoneus quærebatur. Itaque Gregorius prædeceſſor B. Raymundum huic muneri aptiſſimum eſſe ratus, id oneris ei impoſuit; quod tandem ipſe ingenti labore trium annorum ſpatio felici-
Decretales in ordinem redigit. ter [13] abſolvit, quemadmodum in ipſo Decretalium prooemio graviſſimo ejuſdem Gregorii teſtimonio eſt comprobatum.
13

CAPUT IV.

Declinata dignitas. Magiſterium totius Ordinis ultro abdicatum.

18. HIſce lucubrationibus, & aſſiduo humilitatis ſtudio, quamdiu Romæ vixit, contra otioſam mentis evagationem, & inanis gloriæ cupiditatem ſe ipſe tuebatur diligentiſſime. Quare oblatos etiam ho-
1 nores, & ampliſſimas Eccleſiarum [1] cathe-
Archiepiſcopatum Tarraconenſem recuſat. dras omni conatu repudiavit. Nam cum Gregorius [2] Archiepiſcopatum Tarraconenſem ei deferre decreviſſet, id ille adeo graviter & moleſte tulit, ut illico febri corre-
2

ptus [3] aliquot dies ingenti corporis animique 3
dolore torqueretur. Itaque ab hujus mundi gloria alieniſſimus omni ope contendit, ut eam a ſe dignitatem averteret: quod cum per ſe non poſſet, adhibitis multorum precibus, & quorumdam Cardinalium auctoritate, ejuſdem Gregorii prædeceſſoris animum ita inflexit, ut illius Eccleſiæ onus
[4] in eum transtulerit, quem ei muneri B. 4
Raymundus aptiſſimum eſſe judicavit.

19. Hac difficultate perſunctus exſultabat in Domino, ac veluti ſuo juri redditus, gratiis Deo peractis, ad ſolitos labores ſe ſe contulit: quorum tandem magnitudine & diuturnitate confectus, in tam gravem morbum incidit, ut illi certam mortem medici denuntiarent, niſi patrium ſolum repeteret. *Barcinonem redit ob valetudinem.* Itaque dimiſſo Confeſſarii ejuſdem Gregorii prædeceſſoris munere, & obtenta
abeundi facultate, [5] Barcinonem rediit, at- 5
que ita rediit, ut eum animi candorem ab omni ambitionis labe intactum & illæſum, quo imbutus ad Urbem venerat, in patriam reportarit.

20. Vix ab urbe receſſerat, cum ſtatim ei divinitus per ſpiritum data eſt gratia ſanitatum, atque operatio virtutum. *Gratiam ſanitatum divinitus accepit.* Nam
cum ad eum Cataloniæ portum, quem [6] Toſ- 6
ſa vocant, appuliſſet, advectum [7] ad ſe le- 7
vi cymba quemdam ejus loci incolam, Barcelo de Faro nuncupatum (qui dum in meſſem incumberet, adeo gravi & repentino correptus erat morbo, ut ſtatim omnibus orbatus ſenſibus, nullos neque clamores, neque admotos corpori ſtimulos perciperet, ſed humi jacens exanimis, mortuus eſſe crederetur) beatus vir miſeratus, Deum, qui dives eſt in miſericordia, ardentiſſime eſt deprecatus, ut ei vitam, quæ ſatis eſſet ad confitendum peccata, produceret: tum magna in Deum fide nixus, infirmum proprio compellans nomine rogavit, an vellet peccatorum ſordes ſacra confeſ-

12 Addunt Diagus, & Llot, Pontificem libenter ſuſcepta pœnitentia, ipſi imponere ſolitum eorum negotiorum, quæ ſibi commendabat, expeditionem, atque litterarum inſcriptionibus *Patrem pauperum* eum appellare. *Bollandus*.

13 Vide quæ de hac collectione in præfatione diximus.

1 *Bracarenſem*, ſcilicet ac *Tarraconenſem* Sedes recuſavit. De *Tarraconenſi* loquitur ipſa Bulla: de *Bracarenſi* legendi *Stephanus de Salanhaco*, *Bernardus Guidonis*, *Nicolaus Roſell*, aliique, quos laudat *Malvenda* Annal. Prædicatorum ad an. MCCXXXIII. Cap. XXX. *Bremond.* Nec omittenda ex Bollando, quæ huc maxime pertinent. Plures ei ab aliis Pontificibus, & Jacobo Rege delatas dignitates, at ſemper ab eo rejectas, ſcribit Llot cap. 5. Seraph. Razzius in Hiſt. Virorum illuſt. Ordinis Prædicatorum tradit, dicere ſolitum, *Magnam eſſe dignitatem, in Ordine Prædicatorum laudabiliter perſeverare*, Volaterranus lib. 21. ſæpe dictitaſſe ait, ſe ſalubrius, ac ſecurius ſubeſſe, quam præeſſe. Hactenus *Bollandus*.

2 Mortuo ſcilicet *Aſpargo* ſive *Aſparago* Archiepiſcopo circiter an. 1233. ut vult Diagus. Erat id temporis Tarraconenſis Archiepiſcopus Primas regni Aragoniæ, cum ab eo Cæſarauguſta quoque ſacra petere conſueſſet; quam Joannes XXII. in Metropolim erexit. *Bollandus*.

3 Tres, ut ajunt Diagus, Domeneccus, Llot. *Bollandus*.

4 *Guillelmum*, ſcilicet *de Montegrino*, vulgo *de Mongrio*, virum inſignem & ſtrenuum, cujus geſta narrant auctores, quos laudat *Malvenda* Annal. Prædicatorum, cap. XXIX. *Bremond*

5 Anno MCCXXXV., Romæ ſiquidem quinquennio commoratum fuiſſe produnt antiqui Scriptores omnes, Romam autem anno MCCXXX. veniſſe dictum fuit Nota 9. capitis antecedentis. *Bremond.* Hic autem reditus Barcinonem non ante Aprilem an. 1235. accidiſſe notavit *Bollandus*. Enim vero cum S. Raymundus Romæ exiſtens procuravit Apoſtolicam confirmationem Ordinis S. Mariæ de Mercede datam die 17. Januarii ejuſdem an. 1235. ex fragmento, quod recitavimus not. 9. in cap. 2. jam Raymundus Januario hujus anni Romæ degebat. Immo ex Epiſtola Gregorii IX. ad electum Tarraconenſem data die ultimo Aprilis an. 1235. per hoc tempus Raymundum Romæ nondum receſſiſſe cognoſcimus. At non multo poſt Barcinonem rediiſſe, ubi die 8. Februarii an. 1236. certiſſime erat, ex duabus ejuſdem Gregorii litteris ad Raymundum ſcriptis, & a P. Bremond editis liquet. Subjicit porro *Bollandus*. Menſe Octobri *anni ſequentis* 1236. *comitiis Regni Aragoniæ*, Montione, ſive Monſonii *interfuit*, *teſte* Zurita lib. 3. cap. 26. *quibus in comitiis actum de* Valentia *Urbe eripienda Mauris*. *Quorumdam conatibus urbi Barcinonenſi nocitis iſthic interceſſit Raymundus*. *Domeneccus*. Bollandus.

6 Diſtat XII. leucis *Barcinone*, II. *Blanda* Ptolomæi, quæ nunc *Blanes*. *Bollandus*.

7 Diagus ait eodem tempore, quo Raymundum, portum ſubiiſſe; rogatum Sanctum ad eum cum quattuor ſociis adiiſſe. *Bollandus*.

8 feſſione [8] diluere. Confeſtim ille velut e ſomno excitatus oculos ſuſtulit, receptoque
9 [9] vocis uſu, id velle ſe ac vehementer optare dixit; & confeſſione facta, atque exonerata peccatorum conſcientia, perceptaque abſolutione, nihil amplius elocutus, ſpiritum Deo reddidit. Id circumſtantes admirati glorificaverunt Deum, quod talem hominibus dediſſet poteſtatem.

21. Atque ubi Barcinonem appulit, confirmatis paullulum viribus, ſtatim ad res divinas & cæleſtes contemplandas animum adjecit. Ejus vero Barcinonem adventus ſimulatque per Hiſpaniam innotuit, ingens hominum concurſus ad eum fieri cœptus eſt, partim viſendi gratia, partim conſulendi;
10 nam [10] Pœnitentiarii poteſtatem, conceſſu ejuſdem Gregorii, etiam ab Urbe abſens exercebat. Quos omnes conſolabatur in Domino, & ſpiritualibus monitis mirifice recreabat. Ejus enim ſcientia, quaſi inundatio, in omnibus abundabat, & conſilium ejus, ſicut fons vitæ, ſalutem animæ plurimis afferebat. Hac autem Pœnitentiarii poteſtate, quo liberius Deo ſibique vacaret, ſponte ſe ſe [11] abdicavit: quamquam ejus etiam abſentis opera idem Gregorius prædeceſſor, ceterique Romani Pontifices qui eum ſecuti ſunt, prædeceſſores item noſtri, utebantur, ut ex ipſorum [12] litteris facile conſtat, quibus ei graviſſima negotia committebant. Conſcripſit etiam [13] Summam Caſuum conſcientiæ, qui ſolent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctri-

Conſulitur a multis.

11

12

13 *Summam ſcribit.*

8 Cum primum ad eum venit, alta voce eum compellavit Raymundus: nihil ille ſe movit, donec facta cum ſocia precatione, curſum ejus nomen inclamavit Sanctus. Ita Diag. Llot. *Bollandus*.

9 Id ad tertiam Claſſem Miraculorum referendum cenſuerunt Auditores Rotæ, *quia*, ut inquit Franciſcus *Peña* in Notis ad Cap. XII. lib. I. Vitæ S. Raymundi, *conſiderato ſtatu hujus infirmi, & ægritudinis gravitate, beneficio naturæ in tam brevi temporis ſpatio non potuit, ſine ullis medicamentis, & humano præſidio, ſenſum integrum & loquendi officium recuperare*. Bremond.

10 *Summum Pœnitentiarium* fuiſſe creatum cenſet Franciſcus *Peña* in Notis ad Cap. VIII. *quod mihi perſuadet*, inquit, *tum inſignis viri hujus peritia, & probitas; tum clavis, quam manu geſtat, ut indicat ejus effigies in veteſta marmore ſculpta*. Idem docet in Notis ad caput XIV. Suffragantur Scriptores, quos excepit *Malvenda* Annal. Prædicatorum ad an. MCCXXX. Cap. XXI. *Bremond.*

11 Hoc tamen poſt an. 1235. referendum eſt; nam hoc anno Innocentii IV. litteræ tom. I. Bullarii Ord. Prædicatorum pag. 215. ad Raymundum datæ leguntur, in quibus is ab eodem Pontifice *Capellanus & Pœnitentiarius noſter* appellatur. Capellani tamen nomen dimittere non potuit. Hoc enim titulo inſignitus legitur in litteris Gregorii X. quæ an. 1274. die 13. Auguſti paullo ante Raymundi mortem ſcriptæ fuerunt.

12 Petrus Marſilius hujus rei fidem ex ipſis Pontificum, quas viderat litteris facit. Enim vero non modo Gregorii IX. ſed (uno Celeſtino IV. qui ſeptem decem diebus vitam finivit, excepto) omnium ſucceſſorum ejus aliquæ litteræ ſuperſunt, quæ hoc idem demonſtrant. Duæ Gregorii IX. epiſtolæ a P. Bremond tom. I. Bullarii Ordinis Prædicatorum pag. 83. editæ ſunt, datæ die 8. Februarii an. 1236. quarum altera Raymundo id negotii dat, ut Aragonum Regem ab excommunicatione abſolvat, altera vero abſolvendi modum, ſeu conditiones præſcribit. Idem Gregorius IX. die 8. Febr. an. 1237. pag. 91. ejuſdem tomi, Raymundo commiſit, ut Robertum Ruſcinonenſem Comitem unitati fidei inhiantem abſolveret. Cum vero aliqua ſuſpicio circa hunc Robertum injecta fuiſſet Pontifici ab Epiſcopo Helenenſi, duas alias epiſtolas ad Raymundum Gregorius tradidit die 2. & die 15. Aprilis anni ejuſdem, in quibus vel abſolutionem ſuſpendendam, vel cautionem ab eodem Roberto exigendam præcepit. Extant etiam ejuſdem Pontificis litteræ diei 17. Feb. an. 1237. pag. 91. laudati Bullarii, quibus mandavit ut R. Falconem Vicecomitem Cardonæ, & T. uxorem ab impedimento matrimonii, quod ex quarto conſanguinitatis gradu ipſis contrahentibus olim ignoto, & occulto proveneret, auctoritate Apoſtolica diſpenſaret, *verbo* dumtaxat, quod ſecretum pœnitentiario modum indicat. Ex litteris porro Innocentii IV. die 11. Januarii an. 1247. pag. 170. t. I. Bullarii liquet, S. Raymundum una cum Epiſcopo Helenenſi Apoſtolica auctoritate potuiſſe cum hæreticis ad Eccleſiam redeuntibus mitius agere, & eadem auctoritate abſolviſſe Chabertum de Bathoren, quod Pontifex laudatis litteris ratum habuit. Idem Innocentius die 24. Decembris an. 1247. Raymundum cum aliis duobus elegit, ut controverſiam de eligendo Epiſcopo Ilerdenſe ſopiret. Vide eumdem Tomum Bullarii pag. 180. Ejuſdem Innocentii epiſtola diei 20. Octobris 1248. ad Priorem Provincialem in Hiſpania & Fr. Raymundum de Peñafort ibidem legitur pag. 184. pro conſtituendis Inquiſitoribus in Provincia Narbonenſi sis in locis tantum, quæ Regi Aragoniæ parebant. In alia ejuſdem Pontificis litteris 15. Martii 1252. eodem tom. I. Bullarii pag. 204. Raymundo & Miniſtro Fratrum Minorum in Aragonia mandatur, ut in Pontium Urgellenſem Epiſcopum inquirant. Pag. 225. die 2. Februarii an. 1253. idem Pontifex Raymundo ſcripſit, ut electionem Abbatis S. Saturnini de Tavernel cognita cauſa confirmaret, & poſt benedictionem ab eodem fidelitatis juramentum Romanæ Eccleſiæ nomine reciperet. Tandem pag. 232. die 25. Auguſti ejuſdem anni 1253. ut Raymundus ceſſionem Dalmatii Abbatis Rivipullenſis Pontificia auctoritate ſuſciperet ab eodem Innocentio in mandatis accepit. Alexander IV. 3. Maii 1255. pag. 281. Tom. I. Bullarii laudati ad Raymundum litteras dedit, ut Ilerdenſis Epiſcopi ſenio confecti ceſſionem admitteret, ipſique de bonis Eccleſiæ penſionem congruam aſſignaret. Idem Alexander ex Raymundi litteris acceperat, quanto cum fructu fratres Prædicatores apud Barbaros in Africæ Evangelium nunciaverint. Reſcripſit pontifex 25. Julii an. 1260. pag. 393. ut ad Saracenos etiam & alias Infidelium nationes poſſet Prædicatores dirigere: Urbani IV. litteras memorat Domenecus in Vita S. Raymundi, quibus S. Raymundus una cum Barcinonenſi Epiſcopo deſignatus fuit judex in cauſſa Matrimonii Alvari Cabreto, Comitis Urgellenſis, & Conſtantiæ Moncadæ, ut quod nunc Oſcenſis Antiſtes judicaret, ratum eſſe curaret. Sed Raymundus imbecillitate virium excuſata rem totam Barcinonenſi Antiſtiti reliquit. Raymundum item communicaſſe per litteras cum Clemente IV. exploratum fit ex epiſt. 163. hujus Pontificis apud Martene & Durand. Tom. 2. Theſaur. Anecdot. pag. 390. ad duos Cardinales ſcripta Nonis Auguſti an. 1266. in qua eorum conſilium quærens, an Sancio Regis Aragonum filio Toletana Cathedra concedenda eſſet, hæc inter alia poſuit, quæ præcipuam de Reymundo opinionem proferunt. *Licet autem de bonis ejus (Sancii) condoleatur, quorum aliqua ſe oculis exhibeat, laudabile teſtimonium recepimus de eodem, quia tamen multos trahere poterat ſpecialis affectio, multos retrahere timor ſublimium perſonarum, emiſſis ceteris litteras vobis mittimus dilecti filii noſtri F. R. de Peñaforti præſentibus incluſas, quibus fides fortius, in quantum ſe viret earum porrigeret, videretur habenda*. Poſtremus eſt Gregorius X. qui in litteris 15. Auguſti an. 1274. Tom. I. Bullarii Ordinis Prædic. pag. 588. Raymundo pene centenario grave negotium commiſit, ut de lite inter Fratres Mercedis Captivorum, & Fratres Minores orta judicium ferret. Hæc paulo ante Raymundi mortem, quæ die ſeptima Januarii anni ſequentis ſubſecuta eſt. Cum vero hinc explorata ſit inſignis Romanorum Pontificum de Raymundo exiſtimatio; nihil mirum accidet, illum a Jacobo Aragoniæ Rege in perdifficili negotio ad Pontificem legatum fuiſſe, ut Bollandus ex Mariana, & aliis notat. *Oratorem*, inquit, *idem Jacobus Rex ad Romanum Pontificem miſit Raymundum, interceſſorem ut Eccleſiaſticæ exſecrationibus ſolveretur* Manfredus *Frederici ex pellice filius, Siculi regni invaſor, qui filiam ſuam* Conſtantiam *cum ampla dote & certa ſpe Siciliæ deinceps adeunda* Petro Jacobi *filio conjugem offerebat*. Miſſus ad Alexandrum (*IV. ejus nominis*) Pontificem, *inquit Mariana noſtra Lib. 13. cap. 21.* Legatus Raymundus Peñafortius e Dominicano Ordine vir prudens, eruditus, & Sanctus: qui pro ea auctoritate, qua valebat maxime, Pontificem cum Manfredo in pace poneret. *Alii non ad Alexandrum, ſed ad Urbanum IV. miſſum volunt.* Hactenus Bollandus.

13 De hoc vide, quæ in præfatione pluribus diſſeruimus.

ctrinæ atque auctoritatis; & tam confeſſariis quam confitentibus valde utilem & neceſſariam.

Abſens Generalis Ordinis eligitur.

22. Dum ſacris & ſuavibus hiſce ſtudiis, & juvandi proximi occupationibus diſtine-
14 tur, [14] anno humanæ ſalutis milleſimo du-
15 centeſimo trigeſimo octavo [15] Jordanus e-
16 juſdem Ordinis ſecundus Generalis [16] Ma-
giſter, ex hac vita exceſſit. Quare novo Generali Magiſtro deligendo Capitulum ge-
17 nerale Bononiæ eſt [17] congregatum: ubi
18 cum [18] diſſidentibus ſententiis non ſatis Patribus inter ſe conveniret, ad S. Dominici corpus preces indictæ ſunt, atque inde ad ſuffragia ventum; quibus omnibus, nullo pe-
19 nitus refragante, B. Raymundus [19] abſens Generalis Magiſter eſt declaratus. Cujus illæ rei nuntio perculſus, atque animo perturbatus, primum repugnare vehementer cœ-
pit; ſed provectioribus ætate ac ſapientia 20
[20] Patribus Bononia Barcinonem adventantibus, qui eam omnium & Dei voluntatem eſſe confirmarunt; ægre tandem acquievit, ac magiſtratum iniit. Itaque aliorum precibus & auctoritate victus, animum ad regendam eam familiam adjecit. Quam cum
integro biennio [21] ſanctiſſime & magna cum 21
laude adminiſtraſſet, facto, ipſo poſtulante, ſuperiore anno ex communi Patrum
ſententia [22] decreto, ut liceret Magiſtro Ge- 22
nerali officium Magiſterii renuntiare, proximo inſequente Capitulo Bononiæ item habito affectam ætatem, infirmamque valetudinem incuſans, priſtinæ nimirum quietis, vitæque privatæ avidiſſimus, magiſtratu
mœrentibus omnibus ſponte ſe [23] abdicavit. 23

Ex ſe munere abdicat.

CA-

14 Id ad annum, quo S. Raymundus de Peñafort Generalis Magiſter renunciatus fuit, referendum non ad annum, quo B. Jordanus *vita functus eſt*. In confeſſo ſiquidem eſt apud omnes antiquos Scriptores, B. *Jordanum* obiiſſe Idibus Februarii *anno* MCCXXXVI. ſtylo veteri, novo MCCXXXVII. Hinc in Vitis Fratrum Parte III. Cap. XXXVIII. legitur: *Anno Domini MCCXXXVI. Idibus Februarii idem Magiſter Jordanis, qui in terram Sanctam iverat ad viſitanda loca Sancta & Fratres, obiit, ut patet ex litteris infraſcriptis*. Litteras refert auctor. Idem docet *Salanhacus*, *Bernardus Guidonis*, &c. Id etiam liquet ex Actis Capitulorum Generalium. *Bremond.*

15 *Jordanis* nonnumquam vocatus vir ſanctæ memoriæ, totius religionis ſpeculum, exemplar virtutum, ut teſtatur auctor libri *de Vitis Fratrum*. Bremond.

16 Electus an. MCCXXII. *Bremond.*

17 An. MCCXXXVIII. *Idem.*

18 Cum ſcilicet de futura electione mutuo loquerentur vocales, antequam Conclave ingrederentur; tunc *Hugonem* inter & *Albertum Magnum* vocalium diviſio fuit. *At eo quo primum in Conclavi fuerant incluſi, ſententias fuiſſe diviſas, ter electores ad ſcrutinium acceſſiſſe, re infecta e Conclavi egreſſos ad orandum in Eccleſia confugiſſe, poſt prandium regreſſos, tum tantum elegiſſe, nec habetur in Bullis, nec verum eſt*, ut pluribus demonſtrat Echard. Tomo I. Scriptorum Ordinis ad annum MCCXXXVIII. pag. 107. &c. Et ſane ſi Stephanum *Salanhacum*, qui præſens aderat, ut par eſt audiamus: *Tertius Magiſter Ordinis Succeſſor Fratris ac Patris Jordanis, Fr. Raymundus de Peñaforti Cathalanus natione Barchinonenſis. Hic fuit electus in Magiſtrum in capitulo Generali Bononiæ celebrato anno Domini MCCXXXVIII. Cumque eligeretur incluſis electoribus, ut moris eſt, orantibus Fratribus ceteris ante ſacrum corpus Beati Dominici, vidit in viſione imaginaria quidam Frater devotus illic orans omnes electores de Camera exeuntes, & in media Eccleſia maximam unam columnam erigentes, quæ erat guttis ſanguineis purpurata, attingens a ſummo uſque deorſum. Quod cum intuens lætaretur, ecce facto ſigno ad Capitulum omnes electores venerunt, & electum concorditer ab omnibus in primo ſcrutinio eum nominarunt. Ipſe vero præſens in Capitulo non erat, ſed in Conventu Barchinonenſi exiſtebat*. Hæc Stephanus *Salanhacus* in antiquo MS. *Bernard. Guidonis*. Aſſervatur in Archivo Ordinis. Verbis paululum immutatis idem narrat *Franciſcus Peña* ex alio MS. cujus hæc verba. *Aſſumto ex hoc mundo ad Patrem quaſi per martirii viam Sanctiſſima record. Fratre Jordano ſecundo Magiſtro Ordinis Prædicatorum B. Dominici ſucceſſore, convenerunt anno Domini MCCXXXVIII. apud Bononiam Fratres, ut ſibi Patrem, & Paſtorem eligerent, & generale Capitulum celebrarent. In craſtino ergo Pentecoſtes, ſicut tunc moris erat in Ordine ac Statutum, invocato devote Spiritu Sancto, duxerunt Fratres tum de Provincia Lombardiæ, quam de Provinciis aliis cum reverentia & timore electores ad cameram, in qua erat inſtans electio celebranda: quibus concluſis omnes ad Eccleſiam redierunt, & orantes, & deprecantes Dominum, ut eis de Paſtore idoneo provideret: videres in Choro Eccleſiæ, præcipue ante ſepulchrum B. Patris noſtri Dominici alios flentes, alios alta ſuſpiria emittentes, alios intra ſe tamquam columbas gementes, omnes autem meditationi ac orationi vacantes, nullum tunc vacantem vel loquentem alicui, ſi etiam quæreres, diligentius invenires. Stabat tunc quidam devotus Frater ante Sepulchrum B. Patris, & facta manu Domini ſuper eum videbat viſione quadam imaginaria electores omnes de camera exeuntes, & ad Eccleſiam procedentes erigebant unanimiter unam columnam marmoream guttis quaſi ſanguineis a ſummo uſque deorſum aſperſam, quæ a ſolo Eccleſiæ uſque ad tectum pertingens, totum reliquum ædificium ſuſtentabat. Videbat dictus Frater tunc Fratres omnes, ac etiam ſæculares innumeros concurrentes de erectione tam pretioſa ac ſpecioſa columnæ gaudentes, & gratias agentes Deo. Cum hæc videret, vix unum nocturnum dixiſſet: ecce exeunt de camera electores & venientes ad Capitulum Fratres, pronuntiant Fratrem Raymundum de Peñafort concorditer ab univerſis electum in Magiſtrum Ordinis Fratrum Prædicatorum. Exultaverunt Fratres de tam Sancto tamque famoſo viro divinitus ſibi dato, exultabant ſcholares ſpecialiter de tam eximio & excellenti viro Magiſtro. Ipſa die lectum eſt, Domino ordinante, illud Joelis in Refectorio*: Filii Sion exultate & Lætamini in Domino Deo noſtro, quia dedit vobis Doctorem juſtitiæ. *Vere prædictus vir columna fuit marmorea in media Eccleſia erecta & ſanguinis guttis aſperſa &c. Hæc verba fidelia ſunt, & vera. Qui præſens affuit, hæc ſcripſit, & dixit Frater Stephanus de Salanhaco Lemovicenſ. &c.* Apud Franciſcum *Peña* in Notis ad vitam S. Raymundi Lib. I. Cap. XXXI. pag. 92. Huc etiam ſpectat quod legitur in vita mox laudata Cap. XXXI. *Fratres ejuſdem Ordinis juxta ſuam conſuetudinem pro eligendo... Magiſtro ad Generale Capitulum convenerunt, & ſæpe dictum Fratrem Raymundum electores omnes Spiritus Sancti gratia invocata, concorditer elegerunt*. Bremond. Hic autem notandum eſt primum Salanhaci teſtimonium recitari a Llot cap. 8. ex approbata ſcriptura antiquiſſima an. 1305.

19 Degens nempe Barcinone. *Bremond.*

20 Quinam fuerint, narrat *Stephanus* Salanhacus ejuſdem temporis auctor. *Miſſi ſunt ad eum apud Barchinonam pro Magiſterio præſentando, & ſuſcipiendo F. Hugo Prior Provincialis Franciæ, F. Pontius de Sparra Prior Provincialis Provinciæ, F. Philippus, qui Prior fuerat Syriæ, ſed in eodem Capitulo fuerat abſolutus, F. Stephanus Hiſpanus, qui in eodem Capitulo fuerat abſolutus a Prioratu Lombardiæ, quem diu rexerat, & alii multi electi Fratres*. Bremond.

21. Dicere ſolitus erat, *eum, qui in virtutis exercitatione parva parvi facit, magna quoque non magni eſſe facturum*. Eratque ipſe minimorum ſtudioſus obſervator. Conſtitutiones Ordinis in duas diſtinctiones redegit. Provincias Ordinis fere omnes, & ſemper pedes, viſitavit. Caſtillo, Diagus, Domenecus, Llot, Marietta. *Bollandus*.

22 Id Diagus conatus refutare, quod Jacobus Dominicus, & Bernardus Guido tradant, omnes diffinitores, qui abdicationem admiſerunt, ipſumque *Pontium Sparram*, officio motos in Capitulo generali an. 1240. Bononiæ habito. Prius illud Capitulum, in quo decretum Sanctus condidit, ut Generali liceret munere ſe abdicare, Pariſiis celebratum ſcribit Llot cap. 8. *Bollandus*.

23 *Hic cum biennium rexiſſet Ordinem*, inquit mox laudatus Salanhacus, *propter nimiam debilitatem ſui corporis, ad ſuam magnam inſtantiam fuit a Magiſterio abſolutus in Capitulo Generali Bononiæ celebrato anno Domini MCCXL. Ex cujus abſolutione facta eſt tanta turbatio, quod ſtatutum fuit, quod Magiſtris ceſſio non admittatur niſi ob impedimenta perpetua*. Bremond.

CAPUT V.

Pro fidei defenſione ac propagatione, peccatorumque extirpatione, labores.

Inquiſitio ut inſtituatur ſuadet.

23 QUo veluti onere depoſito, lætus, & alacer ad conſuetas pietatis exercitationes, & proximi ad virtutem incitandi ſtudium ſe quam diligentiſſime retulit, ac nihil umquam antiquius habuit, quam ut religionem Catholicam longe lateque propagaret, & pro viribus ab hæreſum labe vindicaret. Quamobrem clar. mem. Jacobo Regi Aragoniæ ejus nominis primo in primis ſuaſit, ut [1] ſacrum Inquiſitionis officium ſuis in regnis inſtitueret, ad hæreſim videlicet, quæ tunc ex nefaria Valdenſium ſecta recenter exorta erat, omneſque alias procul a finibus ejus regni arcendas: atque hanc ob cauſſam [2] Concilio Provinciali Tarracone adverſus eoſdem ſectarios habito, juſſu ipſius Jacobi Regis interfuit.

Item ut Saracenis Evangelium prædicetur.

24. Sub idem vero tempus [3] Saraceni, qui nobiliſſimas Hiſpaniæ civitates, & finitimas inſulas impia ſui generis ſtirpe multo ante infecerant, armata manu vehementer etiam infeſtabant; quibus ut in ſuis regnis Evangelium Chriſti prædicaretur, eidem Jacobo Regi auctor fuit. Hunc etiam ad majorem inſulam [4] ex Balearibus proficiſcentem ejus rogatu comitatus eſt, tum ut ei a ſacris confeſſionibus eſſet; tum etiam, ut verbo Dei prædicando, fideique Catholicæ myſteriis explicandis, [5] Hebræos & Agarenos, qui ibidem magno numero erant, ad Chriſtianam religionem adduceret.

25. Ubi cum idem Jacobus Rex veſano amore captus, [6] cujuſdam feminæ conſuetudine uteretur, B. Raymundus, qua erat dicendi libertate ac prudentia, illum blando primum ſermone ab ea conatus eſt revocare. Verum ubi ſe nihil proficere animadvertit, tum orare, proque ſua in Deum fide precibus omnibus cœpit obteſtari, ne ob exiguam corporis voluptatem male ſe ipſum perderet. Sed neque preces quidquam profuere. Hic tum B. Raymundus animi dubius & incertus quo ſe verteret, conſulto tandem precibus divino numine, ſtatuit nihil gravius ſibi faciendum, quam ut ex inſula diſcederet, ne libidinem ejuſdem Jacobi Regis, quam ferre amplius non poterat, probare ſua præſentia videretur. Itaque eum adiit, ſerioque ac ſevere admonitum ſuæ voluntatis certiorem fecit. Jacobus vero Rex ejus apud ſe retinendi cupidus, nautas omnes præmoneri juſſit, atque capitali edicto prohiberi, ne ullus eum trajiceret. Interim ignarus ejuſce conſilii B. Raymundus in portum perrexit, ubi ab omnibus naviculatoribus communi conſenſu rejectus; cognita Jacobi Regis voluntate, in portum Sollar profectus eſt, itineris ſui comiti hoc unum firmiſſime aſſeverans, ibi æternum Regem ſibi non defuturum. At eum neque in eo portu a nautis admitteretur, id ſecum ipſe demiratus, hoc magna fide pronuntiavit, Regem quidem mortalem ita ſtatuiſſe, ſed Regem æternum aliter proviſurum.

Regem adulterum deſerit.

26. Itaque omnibus in littore ſalutatis, per quaſdam rupes & prærupta ſaxa in mare

Pallio pro navi uſus mare trajicit.

1 Legenda Conſtitutio LII. Gregorii IX. Tomo I. hujuſce Bullarii (Ord. ſcilicet Prædicatorum) pag. 38. Audiendus etiam Hieronymus *Surita* Lib. III. Annal. Arag. Cap. XCIV. *Scitu*, inquit, *digniſſimum eſt, virum hunc Sanctum Raymundum ſpiritu boni zeli ad amplificandam Catholicam fidem, cum multum opinione apud Regem valeret, cernerétque hæreticos ex Gallia in Cataloniam ſe recipere, procuraſſe ut haberetur Inquiſitio contra hæreticam pravitatem in ſuo Regno, & in ceteris, quæ acquiſiturus erat.* Idem docet *Petrus Marſilius* in Vita Jacobi Regis Lib. IV. Cap. XLVII. *Bremond.* S. Raymundum Jacobum Regem ſumma contentione rogaſſe, ut delegaros Inquiſitores contra hæreticos ejus regna corrumpentes, a ſummo Pontifice mitti ſibi curaret. Rem id *Raymundo* a Pontifice petendam commiſit: qui tandem an. 1233. data Bulla *Eſparraco Barca* Tarraconenſi Archiepiſcopo, cognato Regis, ejuſque ſuffraganeis, & quibuſdam ex Ordine Prædicatorum inquiſitionis ejuſmodi exercendæ poteſtatem commiſit. Confirmata ea eſt ſtudio *Guillelmi Mongriani*, qui Eſparraco ſucceſſerat: quod Pontifex Gregorius IX. litteris ultimo die Ap. 1235. datis collaudavit, miſitque inſtructionem ad id munus exſequendum accommodatam, a *S. Raymundo* tunc adhuc Romæ agente confectam. Ubi Archiepiſcopatu ſe abdicavit *Guillelmus*, *Petrus de Albalat* ejus ſucceſſor, plena cum *Raymundo* de ea re conſultavit. Hæc omnia, & quæ deinceps conſecuta ſunt, a pluribus deducit Ludovicus Paramus de Origine Inquiſitionis lib. 2. tit. 2. c. 8. qui ait, prius *in Cataloniæ* Principatu regnoque *Aragoniæ*, quam in ulla alia Hiſpaniæ regione *Inquiſitionem* viguiſſe. *Bollandus.*

2 Eymericus in Directorio Inquiſitorum part. 2. pag. 210. edit. Roman. an. 1585. fragmentum hujus concilii refert, ubi collationes cum *Venerabili Fratre Raymundo de Pennafort*, in eo concilio habitæ memorantur.

3 Qui duce *Tariffa* anno DCCXII. in Hiſpaniam venerant ex Africa. Adeas Franciſcum *Peña* in Notis ad Cap. XXIX. lib. I. Vitæ S. Raymundi. *Bremond.*

4 An. 1229. occupavit majorem Balearium Inſularum *Jacobus*, urbemque *Majoricam* ultimo Decembris vi cepit, teſte Mariana lib. 12. cap. 15. Anno deinde 1231. cum nunciatum eſſet Regem Tunetanum validam claſſem adverſus eas inſulas comparare, eo *Jacobus* tranſmiſit iteremque 1232. quo & minor Balearis capta. Sed verſabatur tunc in Curia Romana *Raymundus*: tamen Marietta, a Lluc, Caſtillo hoc contigiſſe ſcribunt in prima illa expeditione, cum occupata eſt Inſula. Diagus & Domenecceus an. 1269. hanc profectionem contigiſſe volunt, quo ex Mariana aliiſque conſtat regem ingenti adornata claſſe in Terram Sanctam ſolviſſe; ſed cum ad minorem Balearem perveniſſet, ei tempeſtatis claſſem disjectam, Regem in portum quempiam Galliæ Narbonenſis repulſum. Verum in ea expeditione hoc contigiſſe miraculum non arbitror, ſed cum alias eam inſulam Rex reviſeret ſtatum illius compoſiturus, Judæoſque & Agarenos *S. Raymundi* opera Chriſto adjuncturus. Jacobus de S. Joanne, qui an. 1456. S. *Raymundi* vitam ſcripſit, ut cap. 18. teſtatur Diagus, ait, *noluiſſe Raymundum iter ſuſcipere, niſi prius ſtipularetur Rex, ſe conſiliis ejus in iis rebus, quæ ad ejus populique ſalutem pertinerent, obtemperaturum. Ut primum appulit, quem deferre ei Primores inſulæ cupiebant, honorem declinans, ad cœnobium Prædicatorum divertit: recta ad templum contendit: peracta precatione, Priorem ceteroſque religioſos complexus ſalutavit. Non dicere ad infideles, multos Chriſto lucrari, diſſidentes reconciliare, pauperes ægroſque viſere, animoſque eorum & corpora curare.* Diagus ex Jacobo citato & Domenecceus. Unde patet, hoc in prima inſulæ occupatione contingere non potuiſſe, neque enim tum cœnobium in Balearibus habebant Prædicatores: *Bollandus.* At *Bremond* quoad tempus in Diagi ſententiam inclinat.

5 Quo tempore & qua occaſione Judæi venerint in Hiſpaniam, diſces ex Franciſco *Peña* loco laudato not. 3. *Bremond.*

6 Eam *Berengariam* fuiſſe ſcribit Diagus, cujus amoribus irretitum Regem, etiam prælium inire parantem, noluit alias a peccatis abſolvere Arnaldus Segarra Prædicatorum Provincialis, quod nollet ſe eam dimiſſurum ſpondere. *Bollandus.*

re porrecta aliquantulum progreſſus io ma-
re deſcendit, ac ſocium allocutus, *Videbis*,
inquit, *quemadmodum Deus optimam navem
providebit*. Quare fiduciæ plenus, expanſo
7 ſuper aquis pallio, [7] reductaque ejus ora
inſtar veli ad baculum, quo tamquam ma-
lo uteretur, Dei opem invocans, ac ſigno
crucis ſe muniens, relicto in inſula ſuo mo-
dicæ fidei ac dubitante ſocio, mari ſe com-
miſit, ac leoi proſperoque inflante vento,
perambulans ſemitas maris, ac benedicens
Deum qui dominatur poteſtati ejus, centum
8 ſexagiota milliatia ſex horis [8] confecit, o-
mnibuſque circum littora inſolitum navi-
gandi genus admirantibus, Barcioonem ap-
pulit: ubi reſumto pallio, quod ne quidem
aqua perfuſum erat, ad monaſterium ſui
Ordinis ſub meridiem ſe contulit, quodque
9 *Clauſis Januis cœnobium intrat.* noo minus admirandum eſt, [9] januis clauſis
illud ingreſſus, populi acclamationes evitans,
ad gratias Deo peragendas in templum ſe-
ceſſit. Cujus rei fama totam urbem fineſ-
que illius brevi pervaſit. Auxit etiam hu-
10 jus miraculi magnitudinem ejuſdem [10] Ja-
cobi Regis emendatio ſubſecuta. Extant
autem uſque in hunc diem veſtigia turris,
11 & [11] capellæ eo in loco, ex quo in mare de-
ſcenderat, exſtructæ, atque ipſum etiam
Pallii ejus attactu morbi curantur. pallium, ut continuata apud eos populos tra-
ditione receptum eſt, cujus contactu multi
a variis corporis infirmitatibus quotidie li-
berantur.

27. In procuranda Hebræorum & Sara-
12 cenorum ſalute, [12] magno caritatis ardore
ſemper incenſus fuit, omnemque operam
dedit ad eos fidei Chriſtianæ documentis ex-
colendos, ac pro viribus adjuvandos: quod
13 ut ei facilius eſſet, [13] Seminarium, io quo
nonnulli ſui Ordinis religioſi Hebraico & A- *Seminarium Hebraicæ & Arabicæ linguæ instituit.*
rabico ſermone erudirentur, Caſtellæ & A-
ragoniæ Regum impenſis [14] inſtituit. Quod
opus toti Hiſpaniæ ornamento, atque infi-
delibus adjumento fuiſſe, ex eo ſatis conſtat, 14
quod illius ope atque auxilio ingens eorum
[15] multitudo Chriſtianam religionem am- 15
plexa ſit. Neophytos non minori caritate,
doctrinæ Chriſtianæ præceptionibus imbue-
bat, atque tam aſſiduus erat in illis inſti-
tuendis, ut eorum parens eſſe videretur: &
ne alimenta eis ad vitam neceſſaria deeſſent,
undique eleemoſynas corrogabat.

CAPUT VI.

Virtutes, mors, exequiæ.

28. DE rebus dubiis ſæpe conſultus, ſin- *Conſulentibus gratiſus.*
gulari prudentia, ac divina plane
ſapientia omnibus, reſpondebat; atque io- 1
ter cetera beneficia quæ accepit, hoc præ-
cipue donum a Deo eſt conſecutus, ut eos,
quibuſcum ageret, mira conſuetudinis ſuæ
dulcedine ac voluptate perfunderet.

29. Orandi contemplandique ſummam
diuturno uſu adeptus eſt facultatem: nam
etſi variis gravibuſque negotiis diſtineretur;
tamen ubi ſe ad orationem compoſuerat,
tanta ſubito divini ſpiritus ſuavitate rapie-
batur, ut omnium rerum mortalium cura
exutus eſſe videretur. Ac ſæpe intempeſta *Orationis ſtudioſus.*
nocte clam obſervatus eſt in ſecretiori tem-
pli receſſu, tam crebra altaque ſuſpiria in-
ter orandum edere, ut audientes ad lacry-
mas commoveret. In [2] divinis officiis erat 2
aſſiduus, atque incredibilem pſallendo ca-
piebat voluptatem.

30. Sa-

7 Marietta, & Caſtillo ajunt ſcapulari pro velo uſum, ſcipione pro gubernaculo. Haud ſatis id veriſimile: nam quo ei gubernaculo opus? Lliot gubernaculi non meminit, ſed de ſcapulari velum facit, uti & Farraodus. *Bollandus.*

8 Ingens iſtud ſtupendumque miraculum ab inſulis Balearibus *Barcinonem* uſque tranſfretationis maris ſuper pallio egregie deſcribit *Franciſcus Peña* Vita S. Raymundi lib. 11. Cap. I. pag. 20. &c. *Bremond.* Addemus Echard. tom. 1. pag. 478. mirum videri, non ſolum a Petro Marſilio, ſed etiam ab Anonymo antiquo ſcriptore Vitæ S. Raymundi, quem Franciſcus Peña edidit, hoc miraculum tam inſigne ſilentio præteriri. Addit tamen idem Franciſcus Peña coram Summo Pontifice fuiſſe probatum.

9 Ferrandus, Caſtillo, Lliot ſcribunt januas illi ei apertas. *Bollandus.*

10 Qui mox cum aliquot religioſis Ordinis Prædicatorum ad Sollerii portum adiit, ac prominentem in aquas rupem, e qua Sanctus in mare deſcenderat, luſtravit. Diagus, Domenecus. Addit Marietta, miſſam a Rege triremem quæ Sanctum aſſectaretur. Lliot plures miſſas ſcribit. *Bollandus.*

11 Hæc capella erat dedicata S. Catharinæ Martyri, cujus in fundamentis reperta erat imago, quam ad eum locum ſæpius appulſi Mauri, indignis quidem modis tractarunt, numquam tamen avellere potuerunt. Sollerii oppidi incolæ alio deportarunt, ne barbarorum rurſus pateret latrocinio, ſed ea divina ad ſuam relata eſt ædiculam. Ita Jacobus de S. Joanne, qui id ſe adoleſcentem de parente ſuo, aliiſque ætate provectis, inque ipſo Sollerio oppido audiſſe profitetur. Diagus. *Bollandus.*

12 Inflammata magis ea caritas, cum ei divinitus revelatum eſſet, teſte Diago l. 2. cap. 16. & Lliot cap. 6. Fratrum Prædicat. opera multos infidelium religionis Chriſtianæ Myſteriis doctum iri. *Bollandus.*

13 Scribit Diagus, Domenec. & Lliot viginti aut plures religioſos miſſos eſſe partim Tunetum, partim Murciam, ut linguam iſthic Arabicam, & Hebraicam condiſcerent. *Bollandus.*

14 *Atque ex hoc Raymundi inſtituto non multis poſt annis* (verbis utor *Franciſci Peña* in Notis ad Cap. XXIX. Lib. I. Vitæ S. Raymundi pag. 88.) *profluxiſſe putamus decretum Concilii Vienneſis, quo ſancitum extitit, ut in ſtudiis, ſeu univerſitatibus Romanæ Curiæ, & Pariſienſi in Gallia, & in Oxonienſi in Anglia & in Salmantina in Hiſpania conſtituerentur Profeſſores Linguarum Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldeæ periti, qui linguas eaſdem docerent ad infideles convertendos, exemplo Domini, qui iturus per univerſum mundum ad evangelizandum Apoſtolos in omni linguarum genere fore voluit eruditos, ut latius continetur in* Clementina de Magiſtris. *Bremond.*

15 Mauri ad decem millia converſi, Diagus, Domenecus, Lliot. Miſſi deinde Fratres in Africam, qui Evangelium prædicarent, de quibus extat *Alexandri IV.* Bulla data Anagniæ 5. Kal. Jul. 1256. an. 2. ejus Pontificatus, Chriſti 1256. Ipſe *S. Raymundus* quibuſdam Maurorum Principibus, ipſique Tunetano Regi notus, amicuſque erat, qua ratione janua amplior aperiebatur Evangelio. Ipſemet Sanctus in ſuis ad Generalem Ordinis Magiſtrum litteris uberem fructum commemorat, qui Fratrum opera in Hiſpania & Africa referebatur. Extant eæ litteræ in libro, qui *Vitæ Fratrum inſcribitur*. Bollandus; qui etiam addit celebre S. Thomæ opus adverſus Gentes Raymundo hortatore lucubratum fuiſſe, ut pluribus refert Petrus Marſilius, cujus integrum locum inter teſtimonia invenies.

1 Sed, ut ſcribit Diagus, & Lliot, ait reſpondebat ex tempore, ſi quid ex eo de Jure quærerētur, cujus etiam erat ſcientiſſimus: ſed prius Auctores conſulebat. *Bollandus.*

2 Poſt matutinum, & Completorium omnia altaris Eccleſiæ obibat, eaque corporis humili ſubmiſſione venerabatur. Diagus, Domenecus. *Bollandus.*

Digitized by Google

30. Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium fe-
3 re quotidie [3] celebrabat. Quanta vero eſſet
ejus in ſacrificando animi puritas ac devo-
tionis fervor, vel ex eo facile exiſtimari
poteſt, quod aſtantes ex ejus ſolo aſpectu
ad orationem incitarentur, ac petita a Deo
patre miſericordiarum beneficia, ejus pre-
cibus impetrarent.

In celebranda pietas.

31. Nam frater Martinus ejuſdem Ordi-
nis Converſus; cum, antequam ſuavi ſe
Chriſti jugo ſubjiceret, voluptatibus carnis
liberius indulſiſſet, ac tunc earum rerum,
quibus ante aſſueverat, recordatione, ſuique
corporis illecebris quaſi quibuſdam ſtimulis
agitatus, mirum in modum vexaretur; o-
mnem hujus tentationis propulſandæ ſpem
in B. Raymundi meritis collocavit. Igitur
ejus ſacrificiis ſæpe intereſſe, ac ſummis
precibus a Deo flagitare cœpit, ut tanto
ſuo malo remedium aliquod afferret. Quod
dum perſeveranter peteret, quodam die ex
manibus B. Raymundi celebrantis, ac ſa-
cram Hoſtiam populo oſtendentis, Chriſtus
Dominus ſub auguſtiſſima pueri ſpecie cla-
4 riſſima luce radiantis ſpectandum ei [4] ſe præ-
buit. Quo viſo, tanto eſt repente gaudio
delibutus, ut ex eo tempore ad extremum
uſque diem, divina gratia & bonitate, ab
omni concupiſcentiæ carnis commotione
fuerit præſervatus.

Ejus meritis depulſa tentatio.

32. Cum cæleſtis militiæ Angelo tanta
inerat ei familiaritas & amicitia, quæ ma-
ximum eſt puritatis & ſanctimoniæ argu-
mentum, ut ab eo [5] frequenter ad oran- 5
dum a ſomno excitatus invitaretur. [6] 6

Angelo familiaris

33. Cibi potuſque parciſſimus fuit: totam
enim hebdomadam, excepto die Dominico,
jejunabat. Nullum umquam in eo contuma-
ciæ vel arrogantiæ veſtigium animadverti
potuit, quin immo lenitate ac patientia fuit
maxima, & in Deum tanta caritate, ut
ejus amore omnia arbitratus ſit ut ſtercora:
ex qua etiam egregia illa in proximos cari-
tas redundabat. [7] 7

Ejus abſtinentia, & lenitas.

34. Omnibus demum virtutibus cumula-
tiſſimus, devexa jam ætate, in perpetua qua-
dam erat animi vigilia, expectans Domi-
num, ut ad cæleſtes nuptias ab eo vocaretur.
Igitur [8] annos fere centum natus, cupiens 8
diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, in [9] lethalem 9
morbum incidit; atque Sacramentis omni-
bus rite munitus, orantibus ad lectulum fra-
tribus, deficiente ſenſim omni vitæ ſenſu,
ipſo die *Epiphaniæ* Barcinone obdormivit
in Domino, ſalutis humanæ [10] anno Mille- 10
ſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Moritur an. 1275. 6. Januar.

36. Vulgata ejus morte, ingens homi-
num concurſus ad monaſterium videndi cauſ-
ſa repente factus eſt; ac tanta fuit ejus ſan-
ctitatis apud omnes opinio, ut multi Epi-
ſco-

3 Semper fere ante Miſſam expiabat animum confeſſione. Quo die impeditus ſacrificium non obtuliſſet Deo, eo conſueta animi alacritate, & lætitia carere ſe aſſerebat. Diagus, Domenecus, Llot. *Bollandus*.

4 Addit Domenecus ex Petro Marſilio lib. 4. de vita Jacobi Regis, ſimul ac hoſtiam conſecravit *Raymundus*, delapſum ex alto globum ſive circulum igneum, qui ei caput & humeros circumcinxit uſque ad ejuſdem hoſtiæ ſumtionem. *Bollandus*. Adeas Franciſcum Peña in notis ad cap. XXVI. lib. I. Vitæ S. Raymundi pag. 52. *Bremond*.

5 Quotidie, ut ſcribit Llot, ante mediam noctem. *Bollandus*.

6 Sub noctem flagris, & zona ferrea in corpus ſuum acriter ſæviebat. Diagus, Domenecus. *Bollandus*.

7 In familiari cum aliis ſermone cum ei quædam facundia aderat, aptaque ad verum inſtructionem exempla affluebant. Murmurantes, aut alios detrahentes, quadam urbanitate cohibebat. Diagus, Domenecus. Subinde etiam acriter arguebat, ut Llot ait. *Bollandus*.

8 Diagus cap. 30. vult ſolum fuiſſe 85. annorum, quia exiſtimat, cum Bononiam profectus eſt an. 1218. vel 1222. fuiſſe ſolum 23. vel 24. annorum. Verum alii citius iviſſe Bononiam ſcribunt. *Bollandus*.

9 S. Raymundum prope centenarium obiiſſe cenſet etiam Franciſcus *Peña* in Notis ad Cap. XXXVIII. pag. 82. &c. & id probat tum ex antiquo Scriptore *Vitæ S. Raymundi* & ex *Marſilio* lib. IV. Vitæ Jacobi Regis Aragonum, tum ex Auditorum Rotæ ſententia ab Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus Sacris Rituum Congregationi præpoſitis comprobata. Hinc non arridet opinio *Franciſci Diago* Hiſtor. Provinc. Aragon. Lib. II. Cap. XX. cui ſuffragatur *Echard* Tomo I. Scriptorum Ordinis ad annum MCCXXXVIII. pag. 108. Putant iſti quod ad annum dumtaxat LXXXIX. vixerit, & in hoc emendandi. *Bremond*. Confer locum Petri Marſilii quem inter teſtimonia ſelecta dabimus.

10 Ita paſſim Scriptores omnes, *Nicolaus Roſelli*, *S. Antoninus*, *Leander Albertus*, *Hieronymus Surita*, *Bernardinus Gomezius Miedes*, *Stephanus Garibayus*, *Ferdinandus de Caſtillo*, *Jacobus Ferrus*, quos excipit Franciſcus *Peña* in notis ad Cap. XXXVIII. pag. 83. Suffragantur Franciſcus *Diago*, ceterique ſupra laudati. Sed in tribus antiquis exemplaribus Vitæ S. Raymundi legitur, quod *obdormivit in Domino anno ab incarnatione Domini MCCLXXVI.* Id ſcriptoris vitio factum fuiſſe, cenſet Franciſcus *Peña*. Eruditi viri pace dictum ſit, utrumque bene. Cum enim S. Raymundus, ut omnes fatentur, Cælos petierit die VI. Menſis Januarii, diſtinguendus eſt ſtilus novus a veteri, ut concilientur Auctores. Enim vero qui dicunt ipſum mortuum anno MCCLXXV. utuntur ſtylo veteri, adhibentes alii ſtylum novum anno MCCLXXVI. vita functum fuiſſe docent. *Bremond*. Hæc viri doctiſſimi opinio nobis plane arriſit, quippe per id tempus annus a menſe *Martio* ſtylo veteri exorſus, in pluribus documentis notari ſolebat. At poſtquam obſervavimus acta Capitulorum Generalium Ordinis Prædicatorum, quæ ex MS. Tuloſano ediderunt P. P. Martene, & Durand. tom. 4. Anecdot. exploratum omnino eſſe vidimus, S. Raymundum vita functum die 6. Jan. an. 1275. uti annis ſtylo novo computatis omnes Scriptores poſt Stephanum de Salanhaco & Petrum Marſilium tradunt. In actis enim Capituli Bononiæ habiti menſe Junio an. 1275. num. 21. hæc leguntur pag. 1783. *Iſta ſunt ſuffragia.... Pro Fratre Raymundo de Peñaforti defuncto quilibet ſacerdos tres Miſſas &c.* Cum hoc Capitulum celebratum fuerit menſe Junio an. 1275. procul dubio annus hic quovis ſtylo ſignatus, eſt an. 1275. ex quo menſe jam erat mortuus S. Raymundus, ac proinde non menſe Januario an. 1276. ſed Januario an. 1275. ſtylo novo, vel, ſi veteri ſtylo utamur, Januario an. 1274. Quam poſtremam computationem antiquus Auctor vitæ S. Raymundi fortaſſis ſecutus eſt, & per errorem librarii, qui ejus autographum exſcripſit, pro an. MCCLXXIV. poſtpoſita unitate, ut nonnumquam accidit, ſcriptum fuit an. MCCLXXVI. Hac occaſione placet recenſere, quæ in laudatis Generalium Capitulorum actis de S. Raymundo leguntur. In Actis Cap. Gen. an. 1240. Bononiæ celebrati, ubi S. Raymundus ceſſit Magiſterio Ordinis, hæc habentur n. 40. pag. 1682. *Suffragia pro Domino Papa.... Pro Fratre Raymundo quondam Magiſtro Ordinis, pro electione Magiſtri futuri &c.* In Capitulo Generali Florentiæ habito an. 1257. pag. 1718. *Sciant Fratres, quod Capitulum Generale olim conceſſit Fratri Raymundo de Peñafort, quod fiat pro eo ſicut pro Magiſtro Ordinis poſt mortem ſuam.* Quod executioni mandatum fuit in Capitulo generali an. 1275. ut ſuperius vidimus. Tandem in Capitulo an. 1279. pag. 1797. Prioribus eorumque Vicariis præcipitur, ut diligenter ſcribant in Martyrologiis diem mortis Magiſtrorum Ordinis: *Et ut melius ſciant*, inquiunt, *quomodo ſcribi debeant, ſcribant prout inferius continetur: Frater Raymundus de Peñafort Magiſter Ordinis tertius obiit in die Epiphaniæ. Frater Joannes &c. Frater Humbertus &c.*

ſcopi, complures Prælati ac nobiles viri, Clerus etiam & Populus Barcinonenſis univerſus, [21] funus ejus ſumma doloris ſignificatione ſint proſecuti. Communem vero illam ejus ſanctitatis famam auctoritate ſua magnopere auxerunt Alphonſus Caſtellæ, & Jacobus Aragoniæ Reges, qui ad ejus exequias, ſua præſentia cohoneſtandas, comitantibus filiis ac domeſticis omnibus, ſumma eum veneratione & fama ſanctitatis beati hujus viri convenerunt. Itaque corpus ejus magno totius civitatis luctu, ac Principum virorum dolore, honorifice humatum eſt: quod paucis annis poſt in [22] ſepulchrum marmoreum tranſlatum fuit.

Ejus exequiæ ſolemniſſimæ.

CAPUT VII.

Miracula [a] *poſt mortem.*

36. Barcinonenſis populus B. Raymundo vita functo, quaſi totius patriæ lumine extincto, mœrore afflictus graviter angebatur, atque ob recentem virtutum ejus ac beneficiorum memoriam eo carere omnibus acerbiſſimum erat. Sed pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui ſecundum multitudinem dolorum, conſolationibus ſuis timentium ſe corda lætificat, B. Raymundi meritis beneficia in omnes conferendo plebem ſuam mirifice recreavit. Nam fideliſſimi hujus ſervi integritatem & ſanctimoniam multis quidem in vita miraculis claram, pluribus ſignis poſt obitum ingenti omnium lætitia comprobavit.

Lepra è-jus inveteratior curata.

37. Atque ut omnes etiam intelligerent, quam Deo placita eſſet anima ejus, eo ipſo tempore, quo ex hac vita migravit ad Dominum, inſigni miraculo eſt declaratum. Erat in ea civitate Guillelmus de Villaragut, qui inveterata corporis lepra graviter laborabat, neque eum fœditas morbi doloriſve acerbitas in publicum prodire, ſolitaſque exercitationes & negotia obire patiebatur. Medici adhibitis fruſtra medicamentis omnibus, deplorata re animum diſponderant: ipſe vero, Deo ita diſponente, qui Sanctum ſuum clarificaturus erat, in ædes quaſdam monaſterio Ordinis Prædicatorum vicinas, ea ipſa nocte, qua B. Raymundus exceſſit e vita, diverterat; ubi cum graviſſimo elephantiæ dolore torqueretur, a pio quodam viro Bernardo de Molendinis nuncupato, Canonico Barcinonenſi admonitus eſt, ut B. Raymondi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis ſe commendaret: quod ille recuperandæ valetudinis cupidiſſimus ſimul atque diligenter præſtitit, confeſtim omnis lepra ex ejus membris collapſa eſt, ac ſanum corpus reliquit. In cujus rei ſignum, & accepti beneficii memoriam, idem Guillelmus monumento ſuſpenſo in templo, rem omnibus teſtatam eſſe voluit, & poſteritatis memoriæ commendavit.

Mortua ſuſcitata.

38. Illud vero maximum eſt ejus ſanctitatis argumentum, quod mortuos etiam ad vitam revocarit. Nam quædam Puella, Margarita nomine Joannis Phyſici filia, quattuor aut circiter annos nata, diuturna febri, continuiſque alvi fluxionibus exhauſta, diem obierat extremum: eamque vere mortuam eſſe, pallor ipſe vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes, ceteraque indicia confirmabant: quod & idem Joannes pater medicæ artis experţiſſimus aſſeruit, omnia mortis, nulla vitæ veſtigia in ejus corpore extitiſſe. Honeſta interim mulier Romea, ejuſdem Margaritæ mater, quæ paullo ante ad B. Raymundi ſepulchrum acceſſerat, & auxilium ab eo, filiæque valetudinem precabatur, ubi de morte filiæ certior a Joanne ejus marito facta eſt, ab eodem ſæpius domum revocata fuit: quo illa nuntio perculſa, tanto filiæ recuperandæ deſiderio inflammata eſt, ut neque inde ſe abituram, neque domum reverſuram affirmaret, niſi beati hujus viri meritis & interceſſione Margarita ejus filia vitæ reſtitueretur. Itaque lacrymis ac lamentis omnia miſcere, & ardentius orationi inſtare, atque a Deo per beati viri merita ſummis precibus flagitare cœpit, ut filiam vitæ ſibique redderet. Cujus perſeverantem firmiſſima fide orationem reſpexit Deus, nec ſprevit deprecationes ejus. Nam ſub occaſum ſolis Margarita filia, paullo poſt meridiem defuncta, non modo vitæ, ſed etiam integræ valetudini eſt penitus reſtituta: quæ poſtridie in templum pedes adiit ad gratias pro tanto beneficio agendas, & decem & quattuor annos ſupervixit.

Parturiens extremo periculo.

39. Altera item honeſtæ conditionis femina, Romea appellata, Michaelis videlicet

21 De celebritate funeris lege Petrum Marſilium inter monumenta ſelecta.

22 Id in peculiari ſacello ejus ac S. *Juliani* nomini dicato, collocatum. Sacellum ædificatum curante *Bananati* cujuſdam civis Barcinonenſis filia, cui pater ea lege opimam hereditatem an. 1297. reliquerat. Jacobus II. Rex ad illius ſacelli ædificationem haud tenuem contulit ſtipem an. 1299. ut Domeneccus tradit. Lloc ſcribit ab initio in ſepulchro marmoreo conditum, atque ad illud delatum ipſorum Regum manibus; neque uſque ad an. 1303. quo ſcribebat, apertum fuiſſe. Ter deinceps apertum ſepulchrum: primum anno 1596. 2. Aprilis juſſu Clementis VIII. præſentibus Archiepiſcopo Tarraconenſi, Epiſcopis Barcinonenſi, Vicenſi, Helleuenſi, Celſonenſi, aliiſque viris primariis: iterum anno 1599. 5. Junii Philippi III. Regis Catholici rogatu, præſentibus Rege cum Margarita uxore, & ſocio, ac Belgiæ noſtræ Principibus *Alberto* & *Iſabella Clara Eugenia*. Tertio demum 24. Maji 1601. ut cum publica ſupplicatione geſtaretur in ſolemnitate canonizationis. Domeneccus. *Bollandus*. Adeas Franciſcum *Peña* Vita S. Raymundi lib. 2. c. 99. pag. 468. *Bremond.*

a Hic eſſet dicendum de Miraculis S. Raymundi & de Canonizatione ipſius actis. Et hæc quidem tractanda ſuſceperam. Sed ubi legi ſecundum ac tertium Libros Vitæ S. Raymundi, quam vulgavit clariſſimus Franciſcus Peña, ab his ſuperſedendum putavi, ne ſcilicet actum agerem. Tanta ſiquidem diligentia fuit vir eruditus, ut nihil addi poſſe cenſeam. *Bremond.*

cet de Sala hominis pii uxor, B. Raymundi opem experta eſt. Nam cum maturo jam fœtu acerbiſſimis pariendi doloribus premeretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluſo corpore, tribus integris diebus ac noctibus graviſſimo cruciatu torqueretur, nihil propius factum eſt, quam ut ex hac vita decederet; nam ob languentis ſtomachi faſtidium, cibos omnes hauſtuſque reſpuebat, atque a ſenſibus alienata, vociſque uſu privata jacebat exanimis. Quo tam præſenti uxoris ſuæ periculo prædictus Michael vehementer omnino conſternatus, ad templum illico excurrit, B. Raymundi opem ſubſidiumque implorans: qui ſimul ac domum rediit, Romea felieiſſime partum edidit, atque omni dolore eſt liberata.

Alius lapſu convulſus, ſubito ſanatur.

40. Præterea juvenis quidam continuos viginti dies acutiſſima febri agitatus, viribuſque exhauſtus, in ſuperiorem ædium partem a ſuis delatus fuerat, ut aura puriore frueretur, animumque relaxaret: quo ex loco deorſum in lapides & ſaxa corruens, ita convulſus fractuſque membris fuit, ut immotus humi proſtratus, ab omnibus mortuus eſſe putaretur. Eo, ut fit, cum multi videndi & juvandi cauſſa accurriſſent, adſtantium quidam pulveres ex B. Raymundi ſepulchro deſumtos, quos religioſe ac pie ſecum geſtabat, in jacentis ac moribundi os injecit, colloque appendit, atque æger ille continuo valetudini eſt integræ reſtitutus. Et illa quidem, aliaque quam plurima multo ante tempore contigerunt, hæc vero recentiora ſunt.

CAPUT VIII.

Recentiora miracula.

Peſtis depulſa.

41. ANno milleſimo quinquegenteſimo octogeſimo nono cum peſtilentia Barcinone graſſaretur, atque ingenti hominum clade invaleſceret; quidam [1] probus vir, Michael Amat appellatus, peſte mortifera correptus, ac deſperata valetudine a medicis deſtitutus, Sacramentorum atque Extremæ unctionis ſuſceptione, ad mortem ſe compararet; ſenſim vero per omnia corporis membra ſerpente morbo, in eas redactus erat anguſtias, ut præcluſis faucibus loqui amplius non poſſet. Quare intimo cordis & animi affectu B. Raymundum eſt deprecatus; ut eam a ſe infirmitatem depelli precibus ſuis impetraret. Qua in oratione B. Raymundum ſibi videre viſus eſt, atque extenſa manu ſe contingere: quo ex facto ita omni repente morbo levatus eſt, ut eodem ipſo die convaluerit.

Item profluvium.

42. Hoc aliquanto recentius eſt. Nam anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto pia quædam mulier, Anna Beneta vocata, Barcinone honeſtis parentibus orta, ipſo Epiphaniæ feſto, copioſo ſanguinis profluvio in ſummum vitæ periculum adducta erat: neque adhibita medicorum remedia ſanguinem ullo modo ſiſtere poterant, neque ipſa in proximam diem victura putabatur. Quare eorumdem hortatu eum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, atque Extremæ unctionis Sacramenta pie & devote ſumſiſſet, mortem exſpectabat. Interim in B. Raymundi præſidium toto animo confugit, ac pulveres ex ejus ſepulchro ad ſe deſerri, atque in cyatho miſceri ſibi juſſit, quibus epotis melius ſe habere cœpit, & abſque ullo prorſus alio pharmaco vitæ diſcrimen evitavit.

Pulvere ſepulchri morbi ſanantur.

43. Illud vero perpetui ejuſdem miraculi vim obtinet, quod ex primo [2] ejus ſepulchro terra quædam tenuis, ſeu pulvis ſaluberrimus enaſcitur, qui licet magna in copia inde exportetur, numquam tamen deficit, ac multæ magnæque corporis infirmitates eo curantur.

Suavis odor ex ſepulchro.

44. Anno itidem milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto eum Judices conſtituti ad explorandas Beati hujus viri reliquias, arcam, ubi erant reconditæ, aperuiſſent; tantus illico odor ex ejus corpore, qui vivens in odorem ſuavitatis Deo ſe conſecrarat, exhalavit, ut multis, qui eo confluxerant, nihil eo percipi poſſe jucundius affirmarent: quin immo egregius vir Ludovicus de Claramont ex gravi morbo ſenſu odoratus a [3] ſexdecim annis orbatus, cum in ea hominum multitudine videndi deſiderio incitatus propius acceſſiſſet, eum etiam odorem ſuaviſſimum ſenſit, quo repente ita recreatus eſt, ut lacrymas præ gaudio continere, nec ullam vocem emittere ullo modo poſſet: verum tacitus apud ſe cogitans dubitabat, num iſtius ſolummodo odoris olfactum recuperaſſet, an etiam rerum aliarum: ſed domum reverſus ubi ſe varios odores percipere animadvertit, miraculum ſubito evulgavit. Neque vero hæc odoris fragrantia eo ſolum tempore ex ejus corpore emanavit, ſed aperto quodam ejus ſepulchri meatu, idem ſuavis odor quandoque efflatur, qui ab iis ſentitur, quos divina bonitas eo munere dignatur.

Odoratus iſthic recuperatus

1 Domenecus equidem vocat, & addit plures ſcribere Sancto acceptum, quod a contagionis periculo liberati ſint. *Bollandus*.

2 Quod ideo apertum relictum, ut ſcribit Marietta: at Llot cap. 13. ita ſcribit. *Ex quodam parviſſimo foro, juxta Sepulchrum hujus Sancti poſita, in quo ejus interiora fuerant ſepulta, miraculoſe quidem quædam minutiſſima terra nigri coloris emanat, quæ tenuiſſima cum ſit & infirmis utilis valde, & accomodata, & idea a die obitus Beati Patris in ingentem quantitatem fuerit propter infirmos a Sacriſta extracta, numquam lacus ille a terra vacuus fuit umquam repertus.* Eadem fere habet Ferrandus apud Trugillo, qui addit (quod & Ferdinandus de Caſtillo ſcribit) hunc pulverem ſæpe cibo aut potui infirmorum miſceri. *Bollandus*.

3 Domenecus ſolum habet, octo. *Bollandus*.

CAPUT IX.

Cœpta procurari ejus canoni-zatio.

Aragonii ſupplicant Nicolao III. Pontifici pro ejus canonizatione.

45. HIs pluribuſque aliis miraculis, quæ referre longum eſſet, corda Regum inclioata, plurimique Eccleſiarum Antiſtites & Prælati, populique integri regni Aragoniæ divinitus excitati, una voce & conſenſu a multis Romaois Pontificibus prædeceſſoribus noſtris frequenter petierunt, ut B. Raymundus io Sanctorum numerum referretur. Et quidem quarto ab ejus obitu anno, ſalutis videlicet humanæ milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo nono Archiepiſcopus Tarraconenſis, ac decem Epiſcopi regni Aragoniæ, multique Abbates in Concilio
1 [1] Provinciali Tarracone congregati, litteras ad ſel. rec. Nicolaum Papam III. prædeceſſorem noſtrum dederunt, quibus ſingularem ejus in Deum caritatem vitæque innocentiam coram Deo & hominibus teſtificati, ut eum, prævia virtutum ac miraculorum ejus inſpectione, Sanctorum numero adſcribere vellet, humiliter ſupplicarunt.

Item variis aliis Pontificibus.

46. Cum autem ipſe Nicolaus III. prædeceſſor e vita migraſſet, Præfecti civitatum Regni Aragoniæ, & Principatus Cataloniæ, totaque civitas Barcinonenſis, quin & Priores, ceterique Fratres Ordinis Prædicatorum, qui eas Provincias incolebant, i-
2 dem a ſel. rec. [2] Bonifacio VIII. etiam prædeceſſore noſtro enixe flagitarunt. Verum ipſo Bonifacio prædeceſſore ab humanis etiam erepto, Concilium [3] Provinciale Tarracone denuo convocatum, apud ſanctæ 3
mem. [4] Joannem XXII. prædeceſſorem etiam noſtrum, primam petitionem renovavit. 4
Quo tempore Frater [5] Arnaldus Burguetus Ordinis Prædicatorum Inquiſitor, 5
ac Procurator a Capitulo generali ad hanc cauſſam proſeqoendam ioſtitutus, multos teſtes ſuper miraculis, quæ de hoc beato viro vulgabantur, examioari curavit. Sed cum per dicti Joanois prædeceſſoris obitum res transfigi non potuiſſet, clar. mem. Petrus
[6] Aragoniæ Rex, datis ad ſel. record. [7] Clementem VI. ſimiliter prædeceſſorem noſtrum litteris, vehementer inſtitit, ut beatus hic vir humanis laudibus extolleretur in terris, quem divinæ providentiæ ſublimitas, quemadmodum in ejus litteris habebatur, honorare voluerat in excelſis. 6 7

Officium de ea permiſſum Prædicatoribus.

47. Cum vero hujus rei taota ſit gravitas & magnitudo, ut exiguo tempore perfici non potuerit, omois hujus cauſſæ tractatio uſque ad tempora ſanctæ mem. [8] Paulli III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri fuit intermiſſa: qui tandem precibus bon. mem. Fratris Joaonis [9] a Soleto titulo S. Sixti Cardinalis Burgenſis nuncupati inclinatus [10] conceſſit, ut in omnibus monaſteriis & eccleſiis Ordinis Prædicatorum, in regno Aragoniæ exiſtentibus, ſolemne officium de B. Raymundo celebrari poſſet. 8 9 10

CA-

1 Hujus Concilii epiſtolam lege poſt Petrum Marſilium inter documenta ſelecta. Bollandus autem addit. Fallitur Bzovius ad illum annum (1279.) n. 8. ſcribens, *nihil tunc in gratiam illorum concedere voluiſſe Nicolaum, quod Rex Petrus a Procyda ſeductus, jam turbat Italia moliretur, neque cenſum Eccleſiæ Romanæ pendere vellet.* Nam ſuit *Joannis Presbyter Petriger* Aragonii conatibus *Nicolaus*, uti narrat Mariana noſter lib. 14. c. 6. Potius id ad Martinum II. (qui IV. dicitur) referendum, qui Nicolao III. an. 1280. 26. Augusti, cum ſediſſet annos duos, menſes octo, dies 23. vita functo, ſuffectus an. 1281. 22. Feb. Ad hunc miſſus *de Raymundi canonizatione* Legatus; de quo Mariana. *Moritur interea Nicolaus Pontifex, ſucceſſore Martino IV. Turonenſi cive, Caroli* (Andegavenſis, Siciliæ Regis) *partibus dedititiſſimo: prorſus ut in ejus gratiam Palæologum Cæſarem diris devoverit, de impietate poſtulatum, quod Romanæ Eccleſiæ nollet obtemperare. Ab Aragonio Rege, Hugo Metaplano vir multarum rerum uſu ac ætate præſtans, ad novum Pontificem legatus eſt, ut ejus animum conſiliaque exploraret: tametſi legationis ſpecies erat Raymundi Pennafortii nomen ut conſecraretur. Renuit Pontifex negavitque aliquid ſe conceſſurum ei, qui vectigal Romanæ Eccleſiæ debitum pendere recuſaret. Præterea decuma Sacerdotiorum Jacobo Patri a prioribus Pontificibus concessa abrogata ſunt.* Hæc ille. At Diagus l. 2. c. 27. citans Petr. Marſilium, ſcribit, curaſſe Maximum Pontificem miracula S. Raymundi (nam vitæ ſanctitas ſatis probata videbatur) examinari a tribus Cardinalibus: ſed cum Siciliam invaſiſſet Petrus (poſt ſacrilas illas veſperas an. 1282.) negotium canonizationis intermiſſum eſſe. Conſtat id quoque ex epiſtola Conventuum Ord. Prædicatorum provinciæ Aragoniæ ad Bonifacium VIII. quam recitat Lint c. 24. Domenecus ſcribit petiiſſe tum Regem, ut in numerum quoque Sanctorum referretur Ollegarius Epiſcopus. *Bollandus.*

2 Bonifacius VIII. an. 1294. 24. Decemb. creatus obiit 9. Octobr. 1303. Cum hoc Pontifice actum de Canonizatione eſſe an. 1297 & 1298. quando Rex ipſe Jacobus II. Romam venit, ſcribunt Diagus, Domenecus, Lint, licet hic in cauſſa illius profectionis Jacobi in Italiam ab aliis diſcrepet. Recitat vero tarnen omnino litteras ad Bonifacium de eo negotio datas, quæ omnes ſingulare Raymundi continent præconium. Prima civitatis Barcinonenſis, data 4. Id. Novembr. 1298 quibus omnino ſimiles ſcriptas tradit e Rectoribus regni Aragoniæ. Secunda ſunt variorum Conventuum provinciæ Aragoniæ, ante citatæ. Tertia Bernardi de Buxedus Prioris, & totius Conventus Barcinonenſis, data 6. Kal. Julii 1298. *Bollandus.* Has omneſque alias litteras ad S. Raymundi canonizationem pertinentes Franciſcus Peña accurate recenſet.

3 Celebratum eſt id Concilium an. 1317. & præfuit Eximinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, interfuere Martinus Oſcenſis, Berengarius Vicenſis, P. Raymundus Urgelenſis, Guillelmus Gerundenſis, P. Guillelmus Ilerdenſis, Berengarius Dertuſenſis, Petrus Tiraſonenſis, Epiſcopi, Abbates, & alii Prælati, quorum litteras recitat Lint c. 26. datas die Cathedræ S. Petri an. 1317. *Bollandus.*

4 Creatus eſt an. 1316. 7. Augusti, obiit 4. Decembr. 1334. curavit per Epiſcopum Barcinonenſem ſormari proceſſum. *Bollandus.*

5 De eo pluribus agit Diagus lib. 1. cap. 13. & obiiſſe ait an. 1324. animi zelo virum. Hic 7. Kal. Aprilis 1318. coram Bernardo de Villalta, Vicario Pontii Epiſcopi Barcinonenſis abſentis, examinari teſtes curavit. *Bollandus.*

6 Petrus IV. an. 1336. Alphonſo Patri ſucceſſit, obiit 5. Jan. 1386. Miſit ad Pontificem pro hac canonizatione, an. 1349. ut tradit Domenecus. *Bollandus.*

7 Electus eſt 7. Maii 1342. obiit 28. Jun. 1352. Marietta, & Caſtillo ſcribunt, tempore Clementis VI. novum, & amplum proceſſum inſtitutum pro canonizatione S. Raymundi. *Bollandus.*

8 Creatus eſt Paullus III. an. 1534. 13. Octobr. *Bollandus.*

9 Hic Joannes Alvarez de Toledo, Albæ ducis Filius, Ord. Prædicatorum, in Collegium Cardinalium adſcitus a Paullo III. 13. Kal. Januar. 1539 Ciaccon. *Bollandus.*

10 Vivæ vocis Oraculo, 8. Junii 1542. ſed mox id indultum ipſo die a ſe ſignatum, miſit ad PP. Prædicatores Regni Aragoniæ. Id recitat Lint c. 28. meminit ejus Diagus l. 1. c. 27. *Bollandus.*

Digitized by Google

CAPUT X.

Proceſſus canonizationis varie examinatus.

1 48. INterjecto [1] autem diuturni temporis intervallo, cum Deus, qui eſt gloria virtutis Sanctorum, B. Raymundi meritis & interceſſione plurima in dies beneficia toti Hiſpaniæ largiretur; [2] clar. etiam mem. Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus per [3] litteras, & per dilectum filium nobilem virum [4] Antonium de Corduba & Cardona Sueſſæ Ducem, ſuum apud nos & ſedem Apoſtolicam Oratorem, ſupplicavit, ut huic cauſſæ ſub tot Romanis Pontificibus inchoatæ, ipſi vellemus finem imponere: quo ſane pio Regis ſtudio vehementer ſumus recreati. Nam cum ab ipſo Pontificatus noſtri principio nihil magis, quam Dei gloriam, & Catholicæ religionis exaltationem ſpectaverimus; gaudebamus in Domino, cum utramque hiſce Regis ſupplicationibus promoveri cerneremus. Itaque, ut religioſo ejus deſiderio ſatis facere mus, venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis ſacrorum rituum injunximus, ut acta omnia, quæ prius hac in re confecta erant, diligenter inſpicerent & examinarent. Hi autem fuere ex triplici ordine aſſumti, venerabiles Fratres Epiſcopi Alphonſus Oſtienſis Geſualdus, Inicus Avalos Portuenſis de Aragona, Gabriel Sabinenſis Paleottus, & dilecti filii noſtri Alexander S. Mariæ Trans Tiberim Medices, Franciſcus S. Petri ad Vincula de Giojoſa, Auguſtinus S. Marci Veronenſis, Dominicus S. Gryſogoni Pinellus, Franciſcus Maria S. Mariæ in Ara Cæli de Monte, Aſcanius S. Pudentianæ titulorum Presbyteri Columna, Odoardus S. Euſtachii Farneſius, Antonius SS. Quattuor Coronatorum Facchinettus Diaconi nuncupati S. R. E. Cardinales, coram quibus rite congregatis cum dilectus filius Michael Llot, ſacræ Theologiæ Doctor, frater ejuſdem Ordinis Prædicatorum profeſſus, ac Procurator legitime hac in cauſſa conſtitutus, pro ſuo munere, in quod per ſex annos continuos diligenter incubuit, quaſdam ſcripturas ad hanc ipſam cauſſam ſpectantes protuliſſet; quia tamen multæ probationes addi poterant, litteræ ad Archiepiſcopum Tarraconenſem, atque ad Barcinonenſem & Vicenſem Epiſcopos cum opportuna facultate miſſæ ſunt, ut alias omnes ſcripturas & probationes annis ſuperioribus hoc in negotio factas Barcinone extraherent; & ea denique agerent, quæ ad hanc cauſſam requiri videbantur, omniaque ad nos tranſmitterent. Quæ cum eſſent omni jure confecta, ſummaque auctoritate firmata, & debita cum diligentia & fide tranſmiſſa; Nos tribus juris doctrina & integritate præſtantibus, ac uſu peritiſſimis, Seraphino videlicet Olivario Razzalio Decano, Petro Franciſco Gipſio, & Franciſco Penlæ Cauſſatum Palatii noſtri Auditoribus commiſimus, ut ea ſummo ſtudio, quantaque poſſent diligentia legerent, expenderent, ac totius cauſſæ merita exactiſſime ponderarent. Quo in munere cum ſedulo & accurate verſarentur; Philippus II. Hiſpaniarum Rex Catholicus, cujus memoria in benedictione ſit, magno in primis noſtro & totius orbis Chriſtiani dolore ac detrimento viam univerſæ terræ ingreſſus eſt. Quare cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus III. Hiſpaniarum item Rex Catholicus ejus filius, non modo regnorum, verum etiam paternarum virtutum heres, ſtatim a primo regni ſui exordio, ut ſe ſuaque omnia in B. Raymundi præſidium ac patrocinium conferret, litteris, & per eumdem Antonium Sueſſæ Ducem, Oratorem item ſuum, nobis ſupplicavit, ut in hac cauſa progredi vellemus. Idcirco vehementer lætabamur, & benedicebamus Domino, qui pios reges perpetuo ſuſcitat, ad Sanctos ſuos honoribus proſequendos, quos elegit in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia.

Proceſſus canonizationis examinatur.

49. Cum igitur prædicti Auditores in diſcutiendis actis ac univerſo proceſſu diuturnam & aſſiduam navaſſent operam, nihilque eorum, quæ ad hanc rem peragendam pertinent, prætermiſiſſent; omnem rei geſtæ ſeriem, ſuumque judicium ſcripto nobis tradiderunt. Quorum integram relationem nos iiſdem Cardinalibus Congregationis Sacrorum rituum per eoſdem Auditores tradi juſſimus, atque ut plurium judicio tota hæc cauſa examinaretur, alios etiam Cardinales prioribus adjunximus, nimirum dilectos filios noſtros Federicum S. Mariæ Angelorum in Thermis Borromæum, Antonium Mariam S. Agnetis in Agone Gallum, Cæſarem SS. Nerei & Achillei Baronium, Silvium S. Salvatoris in Lauro titulorum Presbyteros Antonianum, atque Andream S. Angeli in foro Piſcium Perettum Diaconum, S. R. E. Cardinales, quos omnes monuimus, ut acta omnia de B. Raymundi puritate fidei, morum integritate, ac miraculorum evidentia, tanto ſtudio per-

Omnia in ea cauſſa a Cardinalibus, & Pontifice diligenter examinata & probata.

1 Iterum ſub Pio V. de eadem re agi cœptum. Caſtillo, Diagos, Domenectus. Recitat Llot litteras conſiliariorum Barcinonenſium 1. April. 1570. ad Pontificem datas. Conſtitutus ab Ordine ad eam rem agendam Procurator Seraphynus Cavalli Brixianus, ut ſcribunt Marietta, & Caſtillo. *Bollandus*.

2 Rudolphus quoque Imperator ad Pontificem ſcripſit, ut hoc canonizationis negotium expediret. *Bollandus*.

3 Litteras Philippi II. ad varios, aliorumque ad ipſum & Pontificem recitat Llot c. 19. 20. 21. *Bollandus*.

4 Hujus induſtria Proceſſus ſub antiquioribus Pontificibus olim conſtituti, cum deperditi putarentur, inventi ſunt in Monaſterio B. Mariæ ſupra Minervam Romæ. *Bollandus*.

perpenderent, quantum & rei gravitas requirebat, & nos merito exſpectabamus. Qui cum privatim multiſque Congregationibus inter ſe habitis, dilecto filio Pompejo Molella Fiſci noſtri Procuratore ſemper citato, & partes ſuas diligenter præſtante, ſingula rerum capita & acta omnia ſedulo examinaſsent, ac proceſsum, teſtes, inſtrumenta, & hujus cauſsæ momenta, cum Auditorum ſeotentiis diligenter contuliſsent, eoque adducta eſsent omnia, ut ad nos referri oporteret; Nos conſiſtorium ſecretum pro more convocari juſſimus, in quo præfatus Alphonſus Cardinalis Geſualdus, ſuo & totius Congregationis nomine, primum retulit ſcripturas, proceſſum, omniaque hujus cauſſæ acta legitime confecta eſſe, ac maximæ auctoritatis, probatæque veritatis vim obtinere; deinde tota Beati Raymundi Vita, multiſque miraculis enarratis, ſe, & ceteros dictæ Congregationie Cardinales una voce, unaque mente in eam ſententiam veniſſe dixit, Beatum Raymundum (ſi ita nobis videretur) poſſe catalogo Sanctorum aggregari. In quorum ſententiam cum reliqui Cardinales ſuo quiſque ſuffragio ex ordine iviſſent, magnam animi voluptatem capiebamus, quod B. hujus viri ſanctitatem in dies magis elucere videremus. Atque ut in hoc graviſſimo negotio, nihil de priſtina ooſtra conſuetudine, ac debita diligentia remitteremus, Nos ipſi acta ſtudioſe, & accurate perlegimus, atque eorumdem Rotæ Auditorum, & Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium relationem veriſſimam eſſe comperimus.

CAPUT XI.

Decreta Canonizationis.

Publica petitio canonizationis.

50. QUare, lapſis paucis poſt diebus ex Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum inſtituto, Conſiſtorium publicum indiximus, in quo præter Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, noſtrique familiares nobis adfuerunt, ac in eo dilectus filius Bernardinus Scottus Conſiſtorialis Aulæ noſtræ Advocatus, eximia Beati Raymundi caritate, vitæ innocentia, & miraculis copioſa oratione explicatis, Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Rodulphi Romanorum Regis Illuſtris in Imperatorem electi, & ejuſdem Philippi III. Regis Hiſpaniarum Catholici, & Principatus Cataloniæ, totiuſque Ordinis Prædicatorum nomine, ut B. Raymundum Sanctis adjungere vellemus, a nobis ſuppliciter flagitavit. Quæ cum audiremus, benedicebamus Domino, & gratias Deo agentes lætabamur præcipue, Philippum III. Regem Catholicum in ipſo regnandi principio hunc ſibi ad felicem regnorum ſuorum adminiſtrationem patronum tanto ardore poſtulare.

Reſponſio Pontificis.

51. Itaque reſpondimus, ſanctam ejus petitionem nobis eſſe gratiſſimam, & eam ad Dei gloriam in primis, & communem totius Chriſtianæ Reipublicæ utilitatem pertinere, quod nimirum Deus, qui ſplendor, & gloria Sanctorum eſt, in Sanctis ſuis magis laudatur, & Chriſtifideles eo facilius divinæ gratiæ munera, auctis intercesſoribus, obtinent, quo major cultus, & honor Sanctis adhibetur. Præterea ſingularem Regis pietatem commendantes, optare nos pio ejus deſiderio ſatisfacere diximus; hujus tamen rei tantam eſſe gravitatem, ut maturius adhuc cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & ceteris Epiſcopis deliberandum eſſe cenſeremus. Itaque omnes eos in Domino hortati ſumus, ut omnia, quæ ad Beati Raymundi Vitam, & miracula ſpectarent, omni ſtudio, & diligentia examinarent; deinde orantes in ſpiritu, & in ipſo vigilantes (quod nos facturi eramus) Deum precarentur, ut daret nobis ſpiritum ſapientiæ & revelationis, quo hæc arcana cæleſtia, quæ ratione humana comprehendi non poſſunt, cognoſceremus, & illuminaret oculos cordis noſtri, ut, quid in hac graviſſima cauſſa ſtatuendum eſset, deliberare poſsemus.

52. His peractis ſecretum aliud Conſiſtorium indiximus, cui etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui tunc erant in Urbe, ac noſtros, & ſedis Apoſtolicæ Notarios, necnon Palatii noſtri Auditores, & Secretarios voluimus intereſse, in quo nos ex gratiæ cæleſtis abundantia, qua noſtra tenuitas in hac ſuprema Paſtorali vigilia, domus Dei, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis conſtituta eſt, ea diximus, quæ ad hanc cauſsam ſpectare nobis viſa ſunt. Deinde ab iiſdem Fratribus noſtris petivimus, ut conſideratis, atque examinatis omnibus actis, id præciſe dicerent, quod Spiritus Sanctus eis daret eloqui, & an B. Raymundus Sanctis adſcribendus eſse videretur. Itaque primum S. R. E. Cardinales, deinde Patriarchæ, tum Archiepiſcopi, & Epiſcopi ibidem præſentes, ſuo quiſque loco dictis ſententiis, omnes communi conſenſu ex iis, quæ in univerſo proceſsu explorata erant, merito a nobis B. Raymundum inter Sanctos referendum eſse cenſuerunt. Gratias igitur Deo agebamus, qui Fratres noſtros omnes in unitate ſpiritus idem ſentire facit, tribuens omnibus cor unum & animam unam, eoſque monuimus, ut interim precibus, jejuniis, & eleemoſynis, Dei gratiam, & auxilium nobiſcum invocarent.

Conſiſtorium cenſet canonizari debere.

53. Cumque omnia jam ad præſcriptum, & normam Sacrorum Canonum confecta eſsent, quod ſupererat, acturi poſt aliquot menſes, diem Canonizationis diximus tertium Kal. Maii, Dominicam videlicet in Albis, qua Paſchalis ſolemnitas terminatur, Neophytorum habitus candore animi per-

Digitized by Google

Dies canonizationis a Pontifice indictus.

manente commutatur, & Evangelium in Eccleſia legitur, quo Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem ad diſcipulos januis clauſis ingreſſus, inſufflato eis Spiritu ſancto, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata eſt elargitus; in quo magna nobis lætitiæ materia oblata eſt: quia videlicet memineramus, Beatum Raymundum & Sacramenti pœnitentiæ miniſtrum extitiſſe, & poſt trajectionis miraculum januis clauſis Monaſterium ſui Ordinis Barcinone ingreſſum eſſe; deinde etiam quod eodem ſolemnitatis & lætitiæ die Nos ab hic ſeptem annis Sanctum Hyacintum Polonum ejuſdem Ordinis Fratrum Prædicatorum Beati Raymundi coætaneum in Sanctos retulimus. Ad quam quidem animi noſtri voluptatem non mediocris acceſſio facta eſt, quod hoc ipſo die Sanctæ Catharinæ Senenſis, ac Sancti Petri Martyris Feſtum in Eccleſia ſolemniter celebretur, qui ſub eadem Sancti Dominici diſciplina vitam ſanctiſſime traduxerunt. Quamobrem in tam accomodata totius Eccleſiæ, ac Sanctorum ejuſdem Ordinis ad hanc celeberrimam actionem feſtivitate, Nos Beato Raymundo eum honorem decernere ſtatuimus, qui Sanctis Confeſſoribus adhibetur.

CAPUT XII.

Ordo canonizationis:

Proceſſio & ritus canonizationis.

54. CUm igitur præſcripta Dominica in Albis, hodierna ſcilicet dies, adveniſſet, Nos cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui in Capella noſtra Pontificia hanc ob cauſſam convenerant, veſtibus ſacris induti, hymnum, Ave maris ſtella, inchoavimus, reliquum Capellæ noſtro choro proſequente, ad Beatæ Mariæ Virginis opem implorandam: atque ita cantantes in viis Domini; Romanæ Curiæ Prælatis, Officialibus, & familiaribus Noſtris, & ſæculari, ac religioſo Clero longo ordine præcedentibus, ſingulis cereos accenſos geſtantibus, ex noſtro Palatio Apoſtolico ad auguſtiſſimam Principis Apoſtolorum Baſilicam proceſſimus, vario ornamentorum genere inſtructam, eamque ingreſſi ad Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum genuflexi procubuimus, orantes, ut Deus hanc celeberrimam actionem ad laudem & gloriam nominis ſui dirigeret. Inde ad ſupremam Eccleſiæ ſumtu partem aſcendimus alto, & ſublimi fornice admirandam, ubi amplum, regioque ſuggeſtum erectum erat coram altari Sancti Petri Principis Apoſtolorum, in quo ſacram Pontificalem Miſſam celebraturi eramus, omniaque facibus, cereiſque ardentibus collucebant; ac plurimæ circum imagines Beatum Raymundum erecto corpore egregie pictum referebant, dextera manu clavem in poteſtatis, atque officii Pœnitentiarii memoriam, ſiniſtra librum doctrinæ, ac Decretalium monumentum gerentem: ubi ſtatim nobis in mentem venit, Nos iiſdem, quibus Beatus Raymundus, Capellani videlicet, ſeu Cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditoris munere, antequam in numerum Cardinalium aſſumeremur, & in ipſa Cardinalis dignitate ſummi Pœnitentiarii officio, quamquam non exacte, ac perfecte functos fuiſſe, ac propterea Deum in ſpiritu humilitatis non ſine lacrymis precabamur, ut, ſi quid iſtis in muneribus ex noſtra imbecillitate a nobis omiſſum, vel commiſſum fuiſſet, id ejus bonitas, atque clementia Beati Raymundi meritis, atque interceſſione nobis condonaret. Deinde in ſuggeſtum delati ante idem altare Principis Apoſtolorum oravimus, ut ſuo nobis auxilio, præſidioque adeſſet. Mox in excelſo e regione altaris throno conſidentes, eoſdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſacris indutos veſtibus obedientiam nobis de more præſtantes excepimus; tum dilectus filius noſter Odoardus Sancti Euſtachii Cardinalis Farneſius nuncupatus, Regni Aragoniæ Protector, Catholici Regis nomine, ſemel, iterum, ac tertio ſuppliciter a nobis flagitavit, ut Beatum Raymundum in Sanctos referremus, cujus ſingulis petitionibus opportune reſpondimus, ac per interjecta totidem intervalla, litanias, hymnos, preceſque adjunximus.

Canonizatur.

55. Denique abſolutis, perfectiſque omnibus iis, quæ a Romanis Pontificibus hoc in genere inſtituta ſunt, communibus precibus implorata Spiritus ſancti ope, ad honorem Sanctæ, & individuæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & religionis chriſtianæ augmentum, auctoritate ejuſdem Sanctæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Paulli, ac noſtra, de Venerabilium Fratrum noſtrum S. R. E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Romana curia exiſtentium conſilio, communique conſenſu, Beatum Raymundum a Peniafort Ordinem Fratrum Prædicatorum expreſſe profeſſum, ac in Eccleſia Sanctæ Catharinæ ejuſdem Ordinis Barcinone ſepultum, de cujus innocentia vitæ & miraculis nobis plane conſtat, Sanctum eſſe definivimus, ac Sanctorum Confeſſorum numero, & catalogo adſcribendum eſſe decrevimus, prout per præſentes definimus, decernimus, & adſcribimus, ſtatuentes, ut ab univerſa Eccleſia quolibet anno, die ſeptima Januarii Feſtum ejus, & Officium, ſicut pro uno Confeſſore non Pontifice, ad normam in Rubricis Breviarii Romani præſcriptam devote celebretur. Inſuper omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ſingulis annis eodem die prædictam Eccleſiam Sanctæ Catharinæ Barcinonenſis, in qua corpus ejus condi-

Indulgentiæ a Pontifice conceſſæ.

ditum eſt, pie, & devote viſitaverint, eaſdem Indulgeotias, & peccatorum remiſſiooes conceſſimus, & elargiti ſumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ ceteris dicti Ordinis Monaſteriis, & Eccleſiis diebus Feſtis Sanctorum ejuſdem Ordinis conceſſæ ſunt.

56. Itaque omnibus, quæ ad Beati Raymundi eanonizationem ſpectabant, rite peractis, atque hymno ad Dei laudem, & gratiarum actionem decantato, divinaque ope, Sancti Raymundi meritis, peculiari in ejus honorem Oratione, quam nos ipſi fecimus, & clara voce recitavimus, invocata, Nos in eodem loco, & altari Principis Apoſtolorum Miſſam ſolemnem de octava Dominicæ Reſurrectionis, cum ejuſdem Beati Raymundi commemoratione celebravimus, omnibuſque Chriſtifidelibus, qui & canonizationi, & Miſſæ interfuerunt, ad Dei laudem, & Sancti ſui gloriam, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam conceſſimus. Quare Deum mirabilem in Sanctis ſuis benedicamus, & gratias immortales ei agamus, quia ſuſcepimus miſericordiam in medio templi ejus, novum videlicet in Eccleſia interceſſorem, cujus meritis, ac ſuffragiis in omnibus animæ, corporiſque periculis adjuvemur. Ac ſingulari plane divinæ providentiæ munere factum eſt, ut hiſce difficillimis temporibus, quibus religio Catholica inimicorum telis aſſidue impugnatur, hunc patronum, & advocatum, univerſi Chriſtifideles conſecuti ſint, ad Eccleſiæ pacem in primis, & tranquilitatem, ad optatam Principibus Chriſtianis concordiam, ac hæreticis in errorum tenebris a via ſalutis errantibus lucem veritatis impetrandam.

Oratio ab ipſo Pontifice facta.

57. Ceterum, quia nimis difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula quæque loca deferri, volumus, ut earum tranſumtis etiam impreſſis manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides ubique habeatur, quæ hiſce præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſttorum definitionis, decreti, adſcriptionis, ſtatuti, conceſſionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Sanctorum Petri, & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo ſexcenteſimo primo, Tertio Kal. Maii, Pontificatus Noſtri Anno Decimo.

† Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

✠

✠ Ego Ptolomæns Epiſcopus Portuco. Card. Comen.

✠ Jul. Antonius Epiſcopus Præoeſtinus, Card. S. Severinæ.

✠ Hieronymus Epiſcopus Sabinen. Card. Ruſticucius.

✠

✠ Alexand. Epiſcopus Albaneo. Card. de Floreotia.

✠

✠ Ego Antonius Maria tt. S. Mariæ Tranſtiberim Presbyter Card. Salviatus.

✠ Ego Aug. tr. S. Marci Presbyter Card. Veronenſis.

✠ Ego Simeon tt. Sancti Laurentii in Lucina Presbyter Card. de Terra nova.

✠ Ego Dominicus tt. S. Chryſogoni Presbyter Card. Pinellus.

✠ Ego Fr. Hieronymus tt. S. Mariæ ſuper Mioervam Presbyter Card. Aſculanus

✠

✠ Ego Antonius tt. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Card. Saulius.

✠

✠

✠

✠ Ego Fr. Gregorius tt. Sancti Auguſtini Card. de Monte Elpero.

✠ Ego Paullus tt. Sanctæ Cæciliæ Presbyter Catd Sfrondatus.

✠ Ego Benedictus tt. Sanctæ Priſcæ Presbyter Card. Juſtinianus.

✠ Ego Franciſcus Maria tt. S. Mariæ in Arac æli Presbyter. Card. a Monte.

✠ Ego Octavius tt. Sancti Alexii Presbyter Card. Paravicinus.

✠ Ego Hieronymus tt. Sancti Pancratii Presbyter Card. Matthæius.

✠ Ego Octavius tt. Sanctæ Mariæ de Populo Presbyter Card. de Acquaviva.

✠ Ego Flaminius tt. S. Mariæ de Pace Presbyter Card. Platus.

✠

✠ Ego Lucius tt. SS. Quitici & Julittæ Presbyter Card. Saxus.

✠ Ego Franciſeus Maria tt. S. Bartholomæi in Ioſula Presbyter Card. de Senis.

✠

✠

✠

✠ Ego Camillus tt. SS. Jo. & Paulli Presbyter Catd. Burgheſius.

✠ Ego Cæſar tt. SS. mart. Nerei & Achilei Presbyter Card. Baronius S. R. E. Bibliothecarius.

✠ Ego Laurentius tt. S. Laurentii in Pane & Perna, Presbyter Card. Blanchettus.

✠ Ego Fraociſcus tt. Sanctæ Crucis in Hie-

Hieruſalem Presbyter Card. Avila.

✠

✠ Ego Franciſcus tt. S. Thomæ in Parione Presbyter Card. Mantica.

✠ Ego Pompeius tt. S. Balbinæ Presbyter Card. Arrigonus.

✠

✠

✠

✠ Ego Dominicus tt. Sancti Petri in Monte Aureo Presbyter Card. Tuſcus.

✠ Ego Arnaldus tt. S. Euſebii Presbyter Card. Oſattus.

✠ Ego Paullus Æmilius Presbyter Card. Sancti Marcelli.

✠

✠ Ego Silvius tt. Sancti Salvatoris in Lauro Presbyter Card. Antonianus.

✠ Ego Robertus tt. Sanctæ Mariæ in Via Presbyter Card. Bellarminius.

✠ Ego Bonviſus tt. Sancti Blaſii de Anulo, Presbyter Card. Bonviſius.

✠

✠ Ego F. Diac. Card. Sfortia S. Mariæ in Via Lata.

✠

✠

✠

✠

✠ Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.

✠ Ego Cinthius Diaconus Card. S. Georgii.

✠ Ego Bartholomæus Sanctæ Mariæ in Porticu Diac. Card. Cæſius.

✠

✠

✠ Ego Jo. Baptiſta Sanctæ Mariæ in Coſmedin Diac. Card. Detus.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

TESTIMONIA SELECTA DE S. RAYMUNDO

B. Humbertus V. Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter in [1] *Chronico Ordinis ab anno MCCIII. ad an. MCCLIV.*

Ex Tom. I. Scriptor. Ord. Prædicat. P. Jacobi Echard. pag. 106.

Anno Domini MCCXXXVII. electus eſt Bononiæ in Magiſtrum Fr. Raymundus de Provincia Hiſpaniæ, Catalanus, natione oriundus de diœceſi [2] Barcinonenſi, villa quæ dicitur Penniafortis. Hic fuit excellens Doctor in jure Canonico; in quo rexit Bononiæ. Hic ordinem ingreſſus, aſſumtus eſt in ſocium a Domino Joanne de Abbatiſvilla Cardinali legato in Hiſpania, & inde tranſiens cum eo ad Curiam, factus eſt familiariſſimus & conſiliarius ſecretus D. Papæ Gregorio IX. & capellanus, & pœnitentiarius ejus, & expeditor petitionum pauperum; & de ejus mandato compilavit decretales in volumen unum, quod hodie eſt in uſu, cum eſſent per quattuor volumina diſtractæ. Habuit autem ſe ita ſancte & prudenter in Curia, per omnia ſervans humilitatem Ordinis, & omnimodam honeſtatem; quod vix fuit umquam de curialibus, vel de euntibus & redeuntibus ab illa Curia, qui de ipſo bona non prædicaret, & ipſum virum ſanctiſſimum (non) reputaret. Cum autem Papa vellet eum cogere ad recipiendum Archiepiſcopatum quemdam in terra ſua; tam conſtanter ſancta quadam rebellione reſtitit, quod revocavit Papa coactionem, quam cœperat, videns ejus tam contrariam voluntatem. Hic obtenta licentia, licet cum difficultate, ad propria recedendi a curia propter ſuas debilitates & infirmitates, quas incurriſſe putatur in parte propter labores & vigilias, quas ibidem ſuſtinebat, & vitam aſperam, quam ducebat: tempore ſuæ electionis, ubi tunc erat in conventu Barchinonenſi, miſſi ſunt ad eum multi Priores provinciales, inter quos fuit unus Dominus Hugo, qui tunc erat prior in Francia, poſtea factus fuit Presbyter Cardinalis, & alii ma-

[1] Hoc Chronicon a nonnullis tribuitur Gerardo de Frachetto Lemovicenſi, qui, Humberto totius Ordinis Magiſtro jubente, *Vitas Fratrum* ejuſdem Ordinis in Argentinenſibus comitiis an. 1260. approbatas & editas ſcripſit: in MSS. enim hujus operis poſt. cap. 6. partis V. illud Chronicon legitur. Vide plura apud P. Echard pag. 147. & 206. Script. Ord. Prædicatorum, ubi tamen hoc Chronicon Humberto adſcribendum contendit. Notandum porro, teſtimonium id genus Raymundo adhuc vivente ſcriptum fuiſſe.

[2] In MS. quo uſus eſt P. Echard, duæ lacunæ erant, quibus omittebantur voces *Barcinonenſi*, & *Penniafortis*. Supplevimus autem ea alio MS. quem Meluanda adhibuit.

gni Fratres, ut eum inducerent ad officium recipiendum. Quibus licet eum difficultate, timens de periculo Ordinis, ſi ſe ſubtraheret, acquievit. Fuit autem vir maximæ perfectionis, paupertatis, & humilitatis, & totius honeſtatis zelator maximus, & apponens curam maximam, ut io minimis rigor Ordinis ſervaretur. Hic etiam compilavit Summam de caſibus toti Eccleſiæ pernecesſariam circa conſilia ſalutis animarum. Per ejus etiam indulgentiam (*ſic in MS. forte leg.* diligentiam) conſtitutiones redactæ ſunt ad formam debitam ſub certis diſtinctionibus & titulis, in qua ſunt hodie, quæ ſub multa confuſione ante habebantur. Cum autem quaſi per duos annos rexiſſet Ordinem, ſentiens ſibi vires ad hujuſmodi officium omnino deeſſe, tantum inſtitit apud Bononiam in capitulo generali apud Definitores, quod ejus ceſſionem receperunt. Super quo tanta turbatio orta eſt in capitulo & per Ordinem diffuſa, quod dedit occaſionem ſtatuendi poſtea, quod a Definitoribus amodo non reciperetur Magiſtri ceſſio, niſi ex cauſſis, ex quibus poſſet abſolvi. Hic igitur pater in conventu Fratrum de Barchinolia eligens commorari, licet infirmus & multum impotens, adhuc vivit in omni ſanctitate, religionis ſpeculum, exemplar virtutum, conſolatio provinciæ, zelator fidei propagandæ inter Saracenos, magnæ auctoritatis apud magnates, conſiliatius religiois.

3 *Stephanus de Salanbaco Ord. Prædicatorum in, Chronico Magiſtrorum Ordinis.*

Ex eodem P. Echard. ibid.

Tertius Magiſter Ordinis ſucceſſor Fratris ae patris Jordanis F. Raymundus de Pennaſorti Catalanus natione Barchinonenſis. Hic fuit electus in Magiſtrum in capitulo generali Bononiæ celebrato anno Domini MCCXXXVIII. cumque diligenter incluſis electoribus, ut moris eſt, orantibus Fratribus ceteris ante ſacrum corpus B. Dominici, vidit in viſione imaginaria quidam devotus Frater illic orans omnes electores de camera exeuntes, & io medio Eccleſiæ maximam unam columnam erigentes, quæ erat guttis ſanguinis purpurata attingens a ſummo uſque deorſum. Quod cum intuens lætaretur, ecce facto ſigno ad capitulum, omnes electores veniunt, & electum concorditer ab omnibus in primo ſcrutinio eum nominarunt. Ipſe vero præſens in capitulo non erat, ſed in conventu Barchinonenſi exiſtebat. Miſſi ſunt ad eum apud Barchinonam pro magiſterio præſentando & ſuſcipiendo F. Hugo Prior provincialis Franciæ, F. Pontius de Sparra Prior provincialis Provinciæ, F. Philippus qui Prior fuerat Syriæ, ſed in eodem capitulo fuerat abſolutus, F. Stephanus Hiſpanus, qui in eodem capitulo fuerat abſolutus a prioratu Lombardiæ, quem diu rexerat, & alii multi electi Fratres. Præfatus F. Raymundus fuit Doctor in decretis Bononiæ & domini Papæ capellanus, qui mandante D. P. Gregorio IX. compilaverat decretales, fecit etiam Summam perutilem de caſibus ſive de pœnitentia, item conſtitutiones noſtras ordinavit per diſtinctiones & capitula. Hic cum biennium rexiſſet Ordinem propter nimiam debilitatem ſui corporis ad ſuam magnam inſtantiam fuit a magiſterio abſolutus in capitulo generali Bononiæ celebrato anno Domini MCCXL. ex cujus abſolutione ſecuta eſt tanta turbatio, quod ſtatutum fuit, quod Magiſtri ceſſio non admitteretur niſi ob impedimenta perpetua. Supervixit autem vir humilitatis eximiæ & ſanctitatis magnæ annis xxxv. in conventu Barchinonenſi, ubi quievit in Domino in die Epiphaniæ VIII. idus Januarii anno MCCLXXV. ubi multam & magnam ipſius ſanctitatem erebra miraeula proteſtantur.

Henricus Gandavenſis Archidiaconus Tornacenſis (obiit an. 1293.)

De Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 48.

Remundus natione Provincialis, juriſperitiſſimus, Generalis Prior Ordinis Prædicatorum, ſcripſit Summam de caſibus pœnitentialibus, audientibus confeſſionem valde neceſſariam; quæ modo tam vulgata eſt, ut a nemine ignoretur. Ad mandatum etiam Domini Gregorii, compilator fuit illius codicis, qui modo novum Jus appellatur.

*Nicolaus de * Treveth Ord. Prædicatorum in Chronico ad an. 1240. ab Acherio edito.* 4

Ex Tom. 3. noviſſ. editionis pag. 192.

Fuit Raymundus Catalanus natione, qui ante ingreſſum Ordinis, in Jure Canonico Bononiæ rexerat excellenter. Poſt Ordinis vero ingreſſum a Domino Papa Gregorio familiariter recollectus, Capellanus ejus efficitur ac Pœnitentiarius, petitionumque pauperum expeditor, qui tandem eum difficulta-

ta-

3 Hoc teſtimonium de S. Raymundo iiſdem verbis legitur apud Martene Tom. 6. Vet. Script. & Monum. Collect. pag. 406. in libello de Magiſtris Ordinis Prædicatorum, quem Bernardus Guidonis ejuſdem Ordinis, dein Epiſcopus Lodevenſis ſcripſit. Obſervandum vero eſt cum P. Echard Tom. 1. pag. 413. idem opuſ. a F. Stephano de Salanbaco ſcriptum & productum uſque ad an. 1278. auctum inde fuiſſe & continuatum ad ſua tempora uſque (ideſt ad an. 1313.) a Bernardo Guidonis, qui an. 1280. in F. Stephani manibus religionem profeſſus fuerat: idemque eum Bernardus omnia e Stephano exſcripſeris, teſtimonium quoque de S. Raymondo ſcriptum a Salanbaco, etiam in libello Bernardi Guidonis inſertum legitur.

4 Hic Scriptor Anglus obiiſſe dicitur an. 1328. opus ſuum perduxit ad A. 1301. quod enim in editione P. Acherii legitur ab A. 1301. ad A. 1307. ex Mattheo Weſtmonaſterienſi additum videtur.

tate obtenta licentia redeundi ad terram ſuam, reſutato in eadem Archiepiſcopatu, poſt Fratrem Jordanum Magiſter effectus eſt Ordinis Fratrum Prædicatorum. Qui ut rigor Ordinis etiam in minimis ſervaretur (attendens quod qui minima negligit, paulatim decidit) appoſuit magnam curam. Scripſit Summam de Caſibus Confeſſoribus perutilem: Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, quæ prius ſub confuſione habebantur, ſub certis diſtinctionibus & titulis poſuit. Poſt biennium vero ob impotentiam magiſterio cedens, in conventu Barchinone conſenuit, tanta religionis ſanctitate pollens, ut poſt mortem miraculorum gloria habitus ſit inſignis.

1 *Petrus* [1] *Marſilius Ord. Prædicatorum in Commentario de geſtis Jacobi I. Regis Aragonum lib.* 4. *cap.* 47.

Ex Tomo I. Martyrologii Hiſpanici Joannis Tamayo de Salazar pag. 80. ad diem VI. Januarii.

Theſaurum optimum humili operimento opertum habebat eo tempore in civitate Barcinonenſi mediator Dei, & hominum Chriſtus Jeſus, quem tanta temporis diuturnitate probatum, tanta per totum orbem celebri ſama diffuſum, tanta in Romana curia opinione præclarum, tanta in Hiſpania ſanctitate vulgatum, ipſe Rex Regum, in feſto Regum, & in horum Regum præſentia, venerabilem illum, ac felici memoria dignum Fratrem Raymundum de Pennaſorti Ordinis Prædicatorum, dono ſingularis honoris voluit honorare. Qui in ſuæ juventutis flore, ſtudio ſcientiarum ſtudioſiſſime deditus, ac Sacrorum Canonum Doctoratum adeptus, de Capitulo venerabili Canonicorum Barcinonenſium, ad novum novorum pauperum fratrum Prædicatorum Ordinem, tunc per mundi partes noviter ſuos palmites extendentem, ſe tranſtulit. In quo quaſi repente velut ſummus effectus, apparuit humilitate excelſus, perfecta paupertate locuples, ſincera carnis ſuæ integritate ſœcundus, oratione ſuſpenſus, zelo virtutum inſignis, vitiorum objurgator rigidus, patientia firmus, fide clarus, ſpe erectus, caritate accenſus, temperantia parcus, ſortitudine invictus, juſtitia rectus, prudentia præditus, & omnium virtutum vas pretioſum, & ſolidum, ad commune ſui Ordinis regimen per Capitulum Generale aſſumtus, tertius poſt virum Dei *B. Dominicum* Magiſter, & Rector Ordinis, officio, & merito eſt adſumtus.

Hic Vir venerabilis Deo plenus, Domini Papæ Gregorii IX. qui ſedere incepit anno MCCXXVII. Pœnitentiarius, & Capellanus, ac perſonalis Confeſſor, ad ipſius Papæ injunctionem, ex pluribus decretalium voluminibus, unum compilavit in quinque libros diſtinctum volumen, de quo mandavit Sum. Pontiſex uti eo Doctores, & Judices, ſicut in ejus Prologo eſt notatum. Compatiens etiam caritativo animo Paſtorum ignorantiæ, & gregum diſcrimini, librum compoſuit ad animarum regimen perutilem, ad conſcientiarum purgationem neceſſarium, ut ſciant peccata audientes confitentium, inter lepram prudenter diſtinguere, & competentem, juxta diverſitatem ægritudinum, medicinam apponere, & ex peccatis, oppreſſis & nauſragantibus dare portum, & remedium ſalutare.

Sentiens etiam ſugitivos hæreticos de Toloſanis, Biterrenſibus, & Carcaſonenſibus partibus ad partes Cathaloniæ, velut ad ſecreti ſinus latibulum evolare, ac more cancri ſermonem eorum ſerpere in plurium terræ partium ulceroſam corruptionem: tractavit, ut Rex, qui ejus adhærebat conſiliis, & ſalutaribus ſavebat monitis, pro terris, & habendis a Romana Curia peteret, & obtineret Inquiſitiones hæreticæ pravitatis. Converſionem etiam infidelium, ardenter deſiderans, rogavit eximium Doctorem ſacræ paginæ, Magiſtrum in Theologia, F. Thomam de Aquino ejuſdem Ordinis (qui inter omnes hujus mundi clericos, poſt F. Albertum Philoſophum, maximus habebatur) ut opus aliquod ſaceret contra infidelium errores, per quod & tenebrarum tolleretur caligo, & veri ſolis doctrina credere nolentibus panderetur. Fecit Magiſter ille, quod ıanıi Patris humilis deprecatio requirebat, & Summam, quæ contra Gentiles intitulatur, compoſuit, quæ pro illa materia non habuiſſe parem creditur. Studia linguarum pro Fratribus ſui Ordinis Tunicii, & Murtiæ ſtatuit, ad quæ Fratres Catalanos electos deſtinari procuravit. Qui in multum fructum animarum profecerunt, & in ſuæ decoratum ſpeculum Nationis.

Sed poſt Cutiæ Romanæ ſequelam, poſt ceſſionem univerſalis Magiſtratus officii, juxta ſui Ordinis inſtituta, locum ſibi ad manendum eligere habuit, elegitque conventum Barcinonenſem, non quia amplior gloria ſibi a ſuis compatriotis daretur, ſed quia dicti conventus devotione tenebatur, & religione ſamoſa emulcebatur, ibique in laudibus Altiſſimi expectare voluit ſuum diem extremum, de cujus diœceſi erat oriundus. Supramodum enim ex dono veræ humilitatis abhorruit ex corde humanam gloriam, & omne officium, quod eum ex ſe ſubjiciebat divino examini venturo, quaſi venenum animæ ſugiebat. Vacante Tarraconenſi Eccleſia, de eo providit tunc præ-

ſen-

[1] Hic Petrus Marſilius Barcinonenſis Jacobo II. Aragonum Regi in primis carus, qui eum Legatum ad Clementem V. A. 1309. miſit, Regi eidem nuncupavit ſuum Commentarium A. 1313. Ex quo Commentario hactenus inedito inſigne de S. Raymundo teſtimonium excerpſit, atque primus publicavit P. Franciſcus Diago A. 1603. nec non ex alio MS. Tamayus A. 1651.

Digitized by Google

ſenti in Curia Summus Antiſtes: ſed etiam per ſententiam exeommunieationis pulſatus, nullatenus voluit aeceptare. Sed quia honores fugientes, ſe merito inſeqnnntur, cnm Bareinone quaſi in uno mundi angulo ſe latitare credidit, ac elongatus a Curia Curialium negotiorum tumultus varios evitaſſe, eurrit poſt eum cordis adſectione Romana Curia, & quem multiplieiter præſentem probaverat, de ejus ſancta, ſineeraque circumſpectione pieniorem gerens fiduciam, committebat ſibi, exortis negotiis, nunc proviſionem fiendam de Arehiepiſcopo, nnnc Epiſcoporum & Abbatum confirmationem, nune contra Prælatos aliquos examinationem, nunc examinatornm depoſitionem (ut cujuſdam pravi Epiſcopi Urgellenſis) abſolutiones exeommunicatorum, & diſpenſationem eum irregularibus, ſæpe mittebat ſibi Romanus Antiſtes; ſæpe quid certnm fiendum determinans; ſæpius ſibi, ſi videretur, fiendum eommittens.

Sic jam longo quaſſatus ſenio cœpit infirmari, & a Rege, ae Rege Caſtellæ ſæpius viſitatns, in die Epiphaniæ Domini, circa horam VI. illum Pſalmum incipiens: *Exaudiat te Deus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob*, præſentibus Fratribus, & orantibus, ſpiritum reddidit Creatori. Ioterfuerunt antem ejns eelebribus exſeqniis Rex Caſtellæ Ildephonſus, & germanus ejus Ferrandus, & filins ejus Sanctius, & duo Infantes minores: Rex Jaeobus, & Infans filius Jaeobus: Epiſcopus Barcinonenſis, Oſeenſis, Conchenſis, & plures alii Prælati, ac Prineipes, & Nobiles, & totns Clerus, & Populus Barcinonenſis: & corpus illud tam venerabile ſepulturæ dederunt Anno Domini MCCLXXV.

Divini ſplendoris radius Sancti hujus Patris interiorem hominem totum illuſtrans, in eo celari non potuit, quin ad miraculorum gloriam, & donorum cæleſtium indicium, notum hominibus attingeret, in vita pariter, & poſt mortem. Angelum Dei bonum familiarem habens, nocte qualiber orationis tempore exeitabatur ab eo, ut ſacrificium laudis ſuo ſolveret Redemtori. Invidebat ejus fervori humani generis inimicus, & illuſiones plurimas in obſcuris noctis ſilentiis per diverſa phantaſmata miniſtrabat. Sacris aſtans altaribus offerebat Deo Patri hoſtiam noſtræ redemtionis: & globus igneus ex alto ſubmiſſus in illo actu conſecrationis, tanti Sacerdotis Apoſtoliei eaput, & humeros operuit, nec Sanctum Dei miniſtrum deſeruit, uſque ad corporis & ſanguinis Chriſti ſumtionem. Apparuit inter ejus manus effigies ſplendidiſſima pueri, quemdam circumſtantem, gravibus carnis ſuæ incendiis longo tempore moleſtum, & retro ad mundanas laſcivias aſpicere proponentem, dono caſtitatis perpetuæ inſignivit. Apud Thoſam de Curia veniens vidit hominem poſt gravem ægritudinem mortis ineurriſſe damna; cujus ſpiritui, potiuſquam carni pertimeſcens, gravibus ſuſpiriis ad aures pulſavit Altiſſimi, petiitque hominem ſibi coneedi ad eonfeſſionis benefieium: quod omnibus videntibus, & mirantibus, meruit obtinere. Cujus confeſſionem, cum perſonaliter audiviſſet, & plenarie abſoluiſſet, ſtatim reſumtum ſpiritum reddidit Creatori.

Puerum nnnm poſt chronieam ægritudinem apud Minoriſam extinctum, cum jam ipſe puer carnis debitum exoluiſſet, invocatis ejus meritis per doloroſam matrem, vitæ eſt redditus, & ſaluti. Juvenis viginti diebus quotidiana ſebre afflictns, in loco eminenti recreationis gratia poſitus, ſubito ad pavimentum lapidibus ſtratum corruit, & ſanguine ejus ore, & naribus profluente, viſus eſt exanimis expiraſſe. Sed miles unus de viri Dei meritis plenam gerens fiduciam, de terra tumuli ejus accipiens, & miſcens cum aqna in illius ore infudir, & partem aliam terræ in ejus collo cum invocatione Sancti nominis alligavit. Quo facto ille reſpiravit reſtitutus vitæ, pariter & ſalutl. Puer nnus longa dyſenteria evaeuatus, ad mortis januas more humanæ miſeriæ appropinquans, longo habito planctu mortis, ae demum de oculo lachryma profluente, penitus eſt extinctus. Quem mater mortnum in brachiis bajulans, ad Fratrum Eccleſiam, ubi S. Viri corpus requieſeit, cum lachrymis afferens, non potuit ingredi. At clauſis januis, poſt Completorium genibus flexis & nudis Sancti patrocinium invoeabat. Qua diu orante, & miſericorditer exaudita, pueri vitam habuit, pro qua mater tam inſtanter oravit. Plures enim mortui per ejus merita ſuſcitati ſunt, aliqui leproſi curati, maeuloſi mundati, & diverſis infirmitatibus afflicti, per eum ſunt optata benefieia adſecuti. Sed ne digreſſionis hujus nimis ſeriem protraham, nolo per ſingula exponere, neque ad ſpecialia deſcendere, licet non faceret præſenti præjudicium operi, quia in Chronicis Papalibus, & Imperialibus aliquando fit mentio de illis Sanctis, qui ſuis temporibus floruerunt. Ut igitur tam victoris Regis præeonium in hoe opere elarus haberetur, inſerta eſt rationabiliter Patris *Raymundi* hiſtoria, qui ipſius Regis familiaris extitit, & ipſe Rex ejus exequias ſua regali præſentia honoravit.

Ad tantorum igitur miraeulorum frequentiam Prælati, Principes, & Conſulatus eivitatum exeitatl, ſupplicaverunt S. Rom. Antiſtiti pro virl Dei eanonizatione ſemel, bis, & tertio. Et negotlum hujuſmodi commiſſum extitit tribus Cardinalibus, qui utrnm Romani Inquiſitores ad examinandum miraeula mitti debeant, judicarent. Sed cnm negotium properari cerneretur, & res optato fini appropinqnaret; variis interpoſitis, & pluries ſolemnibus nuntiis, intervenit Regni Sieiliæ per domum Aragoniæ oc-

cupatio ; & negotium in Cutia favorem perdidit habitum , & habendum . Indulto autem ad digreſſionem hanc habito, litteram S. Concilii Tarraconenſis inſero, cujus tenor talis habetur.

Conciliaris Tarraconenſis Synodi Patrum pro canonizatione P. F. Raymundi de Peñaforti Ordinis Prædicatorum Epiſtola S. P. Nicolao directa.

Sanctiſſimo & omnimoda reverentia Patri ſuo digniſſimo D. Nicolao Dei gratia S. R. E. Summo Pontifici, Bernardus ejuſdem patientia Tarraconenſis Archiepiſcopus, Arnaldus Barcinonenſis, Bernardus Gerundenſis, Raymundus Vicenſis, Guillelmus Ilerdenſis, Petrus Urgellenſis, Arnaldus Dertuſenſis, Petrus Cæſarauguſtanus, Jacobus Oſcenſis, Iaſperius Valentinus Epiſcopi, Abbates, & alii Prælati in Tarraconenſi Concilio conſtituti, totaque ejuſdem Concilii univerſitas, ſeipſos, & devota pedum oſcula beatorum.

Novorum nova materia gaudiorum , divinitatis providente clementia, noviſſimis oborta temporibus , lætabundis ſuæ novitatis applauſibus, cæleſtia ſcilicet, & æterna , tanto delectabilius innovavit , quanto ſupernorum civium choris , pro ſui beata ſocietate, ac ſocia cohabitatione concivis, tam inclyti, tam magnifici , ac tanta civilitate condigni, Reverendi ſcilicet Patris , ac Fratris quondam *Raymundi de Peñaforti* Fratrum Prædicatorum , materia copioſior divinæ laudis, & gratiarum actionis acceſſit in cælis, & in terris Mater Eccleſia ſuis paſtum , & auctum uberibus alumnum gratioſiſſimum , & filium devotiſſimum , de ſinu ſuo ad Patrem omnium Dominum adſumtione glorioſa translatum, eo felicius, quo jucundius gloriatur. Nempe vir iſte venerabilis ſanctæ memoriæ Gregorii PP. Prædeceſſoris veſtri Capellanus quondam , & Pœnitentiarius, novæ breviationis decretalium, ac Summæ, quæ dicitur de caſibus, compilator ; Magiſter etiam Fratrum dicti Ordinis , ab ipſo ſuæ virtutis ævo , mundanis contemtis illecebris, ſub ſanctæ profeſſionis habitu , lucis armaturam ferens, miro virtutum coruſcans fulgore, fide prævia , juſtitia comite , perſeverantia ſubſequente , quinquaginta & amplius annorum ſpatio uſque ad ipſam mortem ſuam Chriſti militavit in arce, cujus ducatu potitus, & gratia fretus , ſe totum divinis dedicaverat obſequiis, & regularis obſervantiæ mancipaverat inſtitutis , converſationis ejus inſignia , Religionis documenta, profeſſionis exempla, quæ immenſis laudum ſunt titulis adtollenda, cujus tota incolatus peregrinatio multis fuiſſe dignoſcitur multipliciter fructuoſa. Nec enim ſufficienter explicare ſufficimus humilitatem ejus in corde, dulcedinem in ſermone , ſtrenuitatem in opere , fervorem in caritate, in orationibus vigilantiam, in conſiliis prudentiam, in moribus diſciplinam . Sed nec omnino ſilere devotio patitur , quantum, & quomodo zelo fidei ſuccenſus ad genera linguarum , ut addiſcerentur a Fratribus ſui Ordinis , ſtudium impenderet, & conatum diligentiæ quidem ejus, pia mediante ſolicitudine, divulgatum , & prædicatum eſt nomen Chriſti , fideſque ejus ex multorum converſione amplioribus dilatata profectibus . Tanto igitur merito ſanctitatis mirabilis in altis Dominus, & in terris mirabilium operator, Sanctum ſuum dignatus eſt ſignorum immenſis mirificare prodigiis, & virtutes ejus oſtendere prædicabiles univerſis ; ut latens ipſius lucerna ſub modio, jam ſuper candelabrum exaltata clareſcat , & quantum poſſint apud omnium Dominum tanti Patris probatiſſima merita, miraculorum indiciis univerſaliter innoteſcat. Quæ quidem, qualia, & quanta ſint, & quam perſpicua, fide dignorum atteſtatione probata, per Inquiſitores immittendos S. V. circumſpectio judicaverit , Romanæ Curiæ manifeſte poterit, veritate comperta, parere locis , & temporibus opportunis. Hinc eſt, quod ad multam devotionem , ad eum mentes fidelium benigna manus omnipotentis erexit , & ipſius invocanda ſuffragia de diverſis partibus diverſarum concurrit frequentia perſonarum . Propter quod & Patres, huius dignum veneratione ſepulchrum, ab illis in multa reverentia viſitationis , & honoris habetur , multiplicatis quoque luminaribus illuſtratur. Ubi, & immenſa multitudine ceræ diverſorum effigiatorum dependentes imagines , quanta , & qualia per eum ſint facta miracula , etſi homines taceant , clamare non ceſſant , & rerum evidentia proteſtatur. O vir per cuncta laudabilis, cujus vita ſancta , doctrina ſana, & mors extitit pretioſa! O felix Hiſpaniæ Regio indigenæ talis dotata ſplendore , quam ſingularem in contemporaneis olim ſibi fœcunda ſæcula genuerunt! O immenſa Romanæ Curiæ gloria , quæ tam fructuoſum , de Officialium ſuorum numero, tamquam de vite fœcunda , mundo palmitem miniſtravit ! Tantis igitur fidei documentis edocti, tantiſque virtutum adſecti exemplis B. V. duximus humiliter ſupplicandum, rogantes , devotione, qua ſcimus , & poſſumus obſecrantes, quatenus ad Sancti hujus ſacram canonizationem, de vita, & miraculis inquiſitione præmiſſa , ſi placuerit, tam ferventer , quam efficaciter Apoſtulica procedere dignetur auctoritas, ut ipſum verum Prædicatorem cuncti fideles colant communiter , & venerentur in terris, quem Dominus virtutibus plenum , miraculis clarum , & gratia præditum , ſpectabilem, & mirabilem præbuit univerſis. Dat. Tarraconæ , Anno Domini MCCLXXIX. In Octava B. Andreæ .

Tho-

Tholomæus [6] *Lucenſis Ord. Prædicatorum Hiſt. Eccl. lib. 21. cap. 29.*

Ex Tom. XI. Rerum Italicarum pag. 1139.

Hic Pontifex (*Gregorius IX.*) per Fratrem Raymundum Ordinis Fratrum Prædicatorum Pœnitentiarium ac Capellanum ſuum, ex pluribus voluminibus decretalium compilavit volumen unum, mandans ubique doctoribus illo uti, ſicut patet in principio decretalium. Quis autem ſuerit iſte Frater Raymundus, ex aliis hiſtoriis habetur, quia vir maximæ ſanctitatis, & in utroque jure peritiſſimus, per quem Deus multa miracula oſtendit, natione Catalanus, diœceſis Barchinonenſis. Hic ſcripſit Summam ad petitionem Suorum Fratrum, quæ de Caſibus appellatur, quia in ea Confeſſores inſtruuntur in his, quæ pertinent ad animarum ſalutem: unde ad hoc ſolum ipſius titulos ordinavit. Hic Frater Raymundus ad notitiam Summi Pontificis is venit per Dominum Joannem de Villa Abbatis Cardinalem, qui tunc erat Legatus in Hiſpania pro prædicanda Cruce contra Saracenos. Qui Fratrem Raymundum in ſuam aſſumens ſocietatem, ac probitatem conſiderans, ſecum ad Curiam adduxerat, & de Ipſo Summo Pontifici in ſuo reditu multa virtuoſa retulerat.

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Hiſtor. Part. 3. tit. 23. c. 11. §. 2.

In moralibus pertinentibus ad caſus conſcientiæ dilucidandos, Raymundus, qui & decretales compilavit ad requiſitionem Gregorii IX. ſuit quaſi primus, qui compoſuit Summam in ſoro conſcientiæ: quæ tunc multum ſuit in uſu, & dicitur Raymundina. *Idem S. Antoninus capite ſequenti* 12. Tertius magiſter Ordinis ſuit Frater Raymundus de Pennaforti, Catalanus natione. Congregatis in capitulo generali Bononiæ patribus canonice ſuit electus. Et quia preſens non erat, ſolemnes ſratres Provinciales priores, ut Hugonem, qui poſtea fuit Cardinalis, & alios ad eum miſerunt Barchinonam ad preſentandam ei electionem, & ſuadendom acceptionem. Hic rexerat Bononiæ in jure canonico, & decretales compilaverat ad mandatum Gregorii IX. Ipſe Ordinis conſtitutiones redegit ad unum volumem, prout nunc ſunt, quæ prius erant diſperſæ & conſuſæ. Zelum religionis habebat in obſervantia ceremoniarum. Hic poſtquam per biennium Ordinem rexerat, debilitate corporis gravatus, ad ſui magnam inſtantiam admiſſus ſuit ad ceſſionem Magiſterii. Ex qua ceſſionis admiſſione ſecuta eſt tanta turbatio, qua ſtatutum ſuit, ut ceſſio Magiſtri non admitteretur, niſi propter impedimentum perpetuum. Supervixit autem annis XXXV. poſt ceſſionem, humilitatis eximiæ & magnæ ſanctitatis; & in conventu Barchinonenſi infirmatus, in Domino requievit, ubi & miraculis claruit.

Joannes Tritbemius Abbas Spanbemenſis De Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 442.

Raymundus de Pennaforti, natione Catalanus, ſive Provincialis, Ordinis Prædicatorum tertius Magiſter generalis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & ſecularium litterarum non ignarus, ingenio promtus, & juris canonici notitia inſignis, nomen ſuum varia ſcribendo immortale reddidit, & ſibi Eccleſiam ſuis opuſculis perpetue (ut ita dixerim) debitricem obligavit. Nam juſſu Gregorii Papæ noni comportavit

Decretales Juris lib. V. *Rex pacificus pia.*

Summam de Caſibus lib. III. *Quoniam, ut ait Hieronymus.*

Conſtitutiones Ordinis ſui lib. 1. & quædam alia.

Claruit ſub Federico ſecundo Imperatore. Anno Domini MCCXXX.

Leander Alberti Ord. Prædicatorum in Vita S. Raymundi.

Raymundus ...:. Summam de Caſibus conſcientiæ edidit, opus inſigne, & omni admiratione obſervationeque dignum.

6 Tholomæus, corrupte vulgo appellatus *Ptolemæus*, hoc opus ſcripſit paullo poſt annum 1312.

CATALOGUS
OPERUM SANCTI RAYMUNDI
Ex Tomo I, Scriptorum Ord. Prædicatorum P. Jacobi Echard pag. 108. & ſeq.

Quæ aſteriſcis * interſeruntur obſervationes, hac in editione additæ ſunt.

1. COmpilatio *Decretalium quinque diviſa libris juſſu Gregorii IX.* &c. * De hac in Præfatione ſatis diximus. *

2. *Summa de pœnitentia & matrimonio. Opus plane novum*, inquit Nicolaus Antonius Bibl. Hiſp. veter. lib. 8. cap. 4. pag. 48. *nulli antea tentatum. Hanc cum aliis libris ſecum ſemper vehebat Benedictus Papa XIII.* ſic in ſua obedientia dictus, *ut patet ex antiqua ſcheda in Bibl. Barber. ſervata*. Quandonam a Raymundo edita fuerit, non conveniunt auctores. Diagus contendit ab eo Barcinone ſcriptam, priuſquam a Cardinali Joanne de Abbatiſvilla in familiam aſciſceretur. Caſtillus & Marieta volunt Romæ, cum apud Gregorium IX. ageret, ab eo editam. Ut ut ſit, prælo pluries prodiit. Lovanii Joan. a Weſtphalia. 1480. ſol. Pariſiis circa 1500. in 4. quæ editio apud noſtros Inſulenſes elegans eſt hoc titulo: *Summa S. Raymundi de Peniafort &c. de pœnitentia & matrimonio cum gloſſis Joannis de Friburgo*. Romæ Joan. Tallini. 1603. ſol. Quæ eadem editio ſub novo ſolum programmate væniit, ſcilicet: *Joannis de Friburgo Ord. Prædic. de ſacramentis pœnitentiæ, ordinis, & matrimonii ad Summam S. Raymundi commentariorum libri* iv. Romæ Andreæ Phæi. 1619. ſol. In utroque hoc titulo turpe erratum: gloſſæ enim illæ ſeu commentarii non Joannis de Friburgo fœtus ſunt, ſed noſtri Guillelmi Redonenſis Joanne longe antiquioris, ut ex antiquis codd. MS. poſtea evincetur, ubi de utroque: Id monendum curavi R.P. noſtrum Laget, qui novam hujus operis editionem nunc parat, & ſpero ab eo emendandum. Alva Sol. verit. Rad. 161. col. 1344. quærit, quis ab omnibus iſtis editionibus ſuſtulit clauſulam de conceptione B. V. quæ in codd. MS. legitur. Facilis reſponſio. Sublata eſt ab iis, qui typis præerant, ob decretum concilii Baſileenſis, quod & in pluribus antiquis Scriptoribus ſibi permiſerunt: id porro ſummi Pontifices non de antiquis, qui ante bullam Sixti IV. ſcripſerant, ſed de poſterioribus tantum juſſerunt. Ita autem negligenter ſe geſſerunt illi editores, ut clauſulam tollendo a textu, gloſſam in margine reliquerint, cujus reclamatio aliquid in opere Raymundi reſciſſum manifeſte indicat. Innumeri ſunt in bibliothecis hujus Summæ codices MS. Hi a me viſi Pariſiis: in Regia n. 3891. codex elegans fol. med. membr. Item. n. 4493. In Colbert. nn. 2013. 3342. 5170. 5228. 6383. In Sorbon. quinque alii Summam Raymundi ſolam, alii ad marginem apparatum, ut loquuntur, id eſt gloſſas Willelmi Redonenſis exhibent. In Navarr. ſunt quattuor codd. MS: memb. duo in fol. cum appartu Willelmi: duo alii fol. par. ſine apparatu, omnes a curioſo legendi. In Auguſtin. ad pontem novum codex ſol. mag. mem. & elegans n. 276. vel 226. ex dono Gauſredi ex decano Pariſienſi Cardinalis. In Sangermanea a Pratis codices duo fol. memb. nn. 325. & 557. In Victorina duo memb. fol. med. abſque apparatu nn. 522. & 1127. hos vidit Alva citatus, ſed non recte legit.

Iſta S. Raymundi de pœnitentia Summa vel ab ipſo, vel ſi ab alio, certe eo etiamnum vivo in compendium redacta fuit, & etiam typis prodiit Caveo teſte Coloniæ 1502 Antiqui & ſeculi XIII. codices MS. plures mihi occurrerunt in bibliothecis: in Colbert. nn. 6164. & 6220: in Victor. n. 775. memb. in 4. cum apparatu Willelmi etiam in compendium redacto: in Sorbon. codex eſt memb. fol. par. eleganti charactere ex legato Roberti de Sorbona, unde ante MCCLXXIV. ſcriptum conjicias. Adeſt & Willelmi apparatus itidem in compendium redactus. Titulus eſt *Summa de caſibus abbreviata*. Eſt & alter codex ſimilis formæ ejuſdemque tituli, ſed abſque apparatu. Hunc legavit Reginaldus de Sueſſione ſocius Sorbonicus, qui florebat ante MCCLXXXVIII.

* Summæ S. Raymundi compendium poſtremo indicatum exametris verſibus fuiſſe ſcriptum liquet ex Auberto Miræo in Notis ad Henricum Gandavenſem de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 48. ubi ex eadem editione Colonienſi anni 1502. hic primus verſus deſcribitur: *Summula de Summa Raymundi prodiit iſta*. Hinc etiam alii Auctori hoc compendium tribuendum videtur. P. Peregrinus Orlandus in Italico opere inſcripto *Origine e progreſſi della ſtampa* pag. 396. antiquiorem Colonienſem hujus Summulæ editionem an. 1498. commentario illuſtratam ſe vidiſſe teſtatur (videtur eſſe commentarium Willelmi in compendium item redactum, cujus Echard mentionem fecit) ibique Summæ ipſius Raymundi editionem pariter Colonienſem an. 1495. commemorat *

3. *Dubitabilia cum reſponſionibus ad quædam capita miſſa ad Pontificem. Conſultationes intelligo*, inquit Nic. Antonius Bibl. vet.

vet. Hiſp. p.48. b. *Gregorio IX. roganti directas*: addens ſe noviſſe eas fuiſſe inter libros membranaceos Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis, & hunc ducentorum annorum præ ſe ferre antiquitatem in ejus catalogo, cum confectus eſt, doceri. In uno e codd. MS. Sorbonicis laudatis n. 1. p. 1079. in 8. pellibus vitulinis charactere minutiſſimo, ſed eleganti poſt Summam Raymundi de pœnitentia, adduntur ad calcem *Quæſtiones de caſibus*, cum reſpoſionibus. Princ. *De temporibus & qualitate ordinandorum*.

Quæſtio 1. Quæritur de iis qui, ſcienter peccaverint peccatis enormibus &c.

Q. 2. Nunc quid furioſus, demoniacus, aut caduco morbo perculſus.

Q. 3. An Fratres poſſint injungere publicas pœnitentias? Queritur an Fratres Prædicatores poſſint injungere publicas pœnitentias de generali commiſſione Epiſcopi? Reſpondetur. Aliud eſt de pœnitentia publica, aliud de ſolemni, &c.

Q. 4. De Epiſcopie qui committunt Fratribus vices ſuas. Aliqui Epiſcopi committunt Fratribus vices ſuas, &c.

Sequuntur aliæ plures: has vero indicare placuit, ut illi, quibus occurrent *Dubitabilia* ab Antonino laudata, collatione ſacta videant, an ſint eom his quæſtionibus eadem. Nam has eſſe Raymundi etſi aſſerere non audeam, non levis tamen eſt conjectura, non ſolum quia ſequuntur ad ejus Summam, ſed & quia ad earum calcem additur: *Index quinque librorum decretalium* juxta Raymundi novam compilationem.

4. *Summa, quando pœnitens remitti debeat ad ſuperiorem*. Extabat Codice 412. Bibl. Thuanæ, & laudatur a Labbeo ſpecim. antiq. lectionn. p. 52. Habetur etiam in Bibl. Cæſar. laudata a Lambecio lib. 2. pagg. 812. & 813.

5. *Tractatus de bello & duello*. Sic Luſitanus in Bibl.

* Baldus quoque de Feodis tit. *de Pace tenenda & ejus violatoribus* n. 16. hunc tractatum laudat his verbis: *Et nota quod de Iure Canonico iſta pugna eſt omnino prohibita, ut bene notatur per Raymundum de Peniafort in tractatu ſuo de Duello ſive Monomachia, quod idem eſt dictu*. Num vero hic de Duello tractatus idem ſit ac ille, qui inſertus eſt Summæ tit. 3. lib. 2. ubi S. Raymundus de Duello fuſe diſſerit, an alius Tractatus diſtinctus & ſeparatus, affirmare non auſim. Præferendam tamen credimus ſententiam doctiſſimi Viti March. Scipionis Maffei conſtitutam in celeberrimo opere Italice ſcripto *della Scienza chiamata Cavallereſca*, ubi hanc pſeudo-ſcientiam adeo feliciter confutavit, ut ex ipſa praxi (quod impoſſibile putabatur) inveteratas conſuetudines ab ejus pſeudo-ſcientiæ regulis inductas ubique fere extirparit, exterminarit, ejecerit. Sic autem ille in rem noſtram lib. 2. cap. 6. *Ben meriterebbe ſpecial menzione* il Trattato del Duello *citato da Baldo di S. Raimondo Pegnaforte, che morì centenario nel 1275. il quale per non vederſi alla luce, molto fra' Codici a penna vien ricercato; ma forſe non ſenza inganno: imperciocchè io penſo, che queſto Trattato altro non ſia, che quel lungo capitolo del Duello regiſtrato da S. Raimondo nel ſecondo libro della ſua Somma, dove religioſamente il Duello riprova: e penſo, che motivo dell' equivoco foſſe il citarſi queſto da Baldo con nome di Trattato, quaſi foſſe opera ſpeciale. M' induce a così credere l'oſſervare, che il Chioſatore.... niuna menzione fa in occaſion di eſſo d'un tal Trattato; e che ſe bene molti Bibliografi ne fan regiſtro, niun però dice d'averlo veduto, nè dove ſi trovi, e finalmente che i due paſſi citati da Baldo ſon pur nel detto Capitolo.* *

6. *Tractatus de ratione viſitandæ diœceſis, & curandæ ſubditorum ſalutis.*

7. *Modus juſte negotiandi in gratiam mercatorum.*

Hos duos ultimos tractatus laudat Diagus lib. 2. cap. 13. fol. 120. a. quem excipiunt Bollandus & Altamura.

8 *Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum ad meliorem formam redactæ*, & ſub duabus diſtinctionibus concinnatæ, quæ prius confuſæ habebantur. Sub ea ratione ab Ordine acceptatæ in capitulis generalibus per modum inchoationis Pariſiis 1239: approbationis Bononiæ 1240: & tandem confirmationis Pariſiis 1241. Ex ipſis actis.

9 *Epiſtolæ plures præſertim encyclicæ ad totum Ordinem*, prima eum magiſtratum capeſſivit anno 1238: altera e Cap. gen. Pariſ. 1239. Sed hæ jam deperditæ. Unam ad Petrum Nolaſcum ſcriptam Bononiæ anno 1234. edidit Stephanus Corbera in vita Mariæ Cervellon, qua Petrum monet Raymundus, ne ſuo exemplo magiſterium ſui Ordinis deponat. Sed hæc mihi valde ſuſpecta eſt: nam anno 1234. Raymundus nondum ad clavum Ordinis ſtabat, imo pœnitentiarium apud Gregorium IX Romæ agebat. Adde Corberam fateri, illam ſe dare ex Codice anno tantum MCCCCXXX. ſcripto, quod ejus fidem non parum elevat. *

* Hanc tamen Echardi dubitationem excludit P. Bremond. tom. 1. Bull. Ord. Prædicator. p. 523. Not. 2. Nam ad primam rationem, qua hæc epiſtola Bononiæ data traditur a Corbera an. 1234. reponit in autographo ejuſdem epiſtolæ, quod Barcinone ſervatur apud Patres S. Mariæ de Mercede, nec diem nec annum deſignari, ut ex ejus ſeculi more pluribus exemplis confirmat: locus autem *Bone* ſine diphtongo indicatus, non Bononiam, ſed forte *Barcinonem* ſignificat. Addit forte Corberam ſcripſiſſe an. 1243. typographum autem pervertiſſe ſcribendo 1234. cujus generis menda facile excurrunt. Sed autographum

die

die & anno carens, his omnibus præſtat, Ad alteram vero rationem Echardi, qua ex Codice anni 1430. a Corbera adhibito fidem epiſtolæ elevat, reſpondet, fidem reſtitui ex authographo, ex quo authenticum exemplar an. 1721. ſumtum in cœnobio S. Adriani de Urbe ſervatur. Ipſum Tabellionum teſtimonium integre deſcribit. Tum vero in confirmationem, ut omnis amoveatur dubitatio, hæc adjicit: *Jam ab anno MCCLX exemplar ejuſdem epiſtolæ Romam ad Alexandrum IV. miſſum fuiſſe, conſtat ex authentico, quod aſſervatur Barcinone in arca ferrea, ubi antiquiora monumenta tenent Patres Ordinis S. Mariæ de Mercede. In ejuſdem Ordinis Comitiis Generalibus Barcinone coactis die XXI. Aprilis MCCCCXLI. Natali Gaver Generali Magiſtro*, Acta S. Petri Nolaſco *uno in Codice deſcripta fuere*, quia, *inquiunt Patres*, antiquitate pene durare futuris ſeculis non poterant, in hoc libro mandare fecerunt, & lecta ab omnibus approbata ſunt. *Die vero ſecunda Capituli, XXII. nempe menſis Aprilis*, lecta Epiſtola S. Raymundi, *quæ in eodem Codice reperitur*, reſpondit Congregatio conformari ſuo originali, ut patet in depoſito in arca ferrea. Aliqua ſunt emendata. *Anno MDCXXVII. ad novam compulſationem, ut loquuntur, Actorum S. Petri Nolaſco aliud exemplar authenticum ejuſdem Epiſtolæ Barcinone Romam delatum fuit. Hinc, mea quidem ſententia, inconcuſſa manet fides Epiſtolæ. Hinc omnis adverſa ſuſpicio dimovetur.*

Duo alia Raymundi opuſcula, quorum P. Echard. nihilum meminit, ex ſequentibus cognoſces.

OPUSCULA
S. RAYMUNDI

MONITIO.

QUæcumque ex S. Raymundo edita ſunt, nos hoc loco recuſſuros alibi recepimus. Primo edetur Tractatus ſeu Inſtructio *ſuper deprehenſis in hæreſi & carceribus*, quam Bzovius Annalibus Eccleſiaſticis inſeruit ad an. 1235. & P. Honoratus Laget ex eodem Bzovio deſcripſerat in S. Raymundi Vita. Hujus autem opuſculi occaſionem & authenticitatem laudatus Bzovius ſtatuit ex ipſis Gregorii IX. epiſtolis, primum ad an. 1232. ubi in margine ex ipſo Gregorii Regeſto allegat *epiſtolam* 137. deinde ad an. 1235. quo hæc epiſtola a Gregorio data, eam Inſtructionem Raymundi inſertam præfert. Audiatur ipſe Bzovius: *Hoc ipſo anno* (1235.) *Gregorius Pont. Max. Guillelmo Montegrino Electo Tarraconenſi Archiepiſcopo in cauſſis Fidei nonnulla præſcripſit. Sanctum Inquiſitionis Officium Fratribus Prædicatoribus a Sede Apoſtolica in Regno Aragoniæ olim commiſſum, & a Petro Epiſcopo Ilerdenſi magno cum fructu introductum, in Eccleſiam quoque ſuam Montegrinus invexerat. At cum dubia nonnulla ac difficultates, ut initiis maximarum rerum contingere ſolet, emergerent, quibus ſe non facile explicaret Guillelmus; de his conſulendos ſibi litteris exiſtimavit Gregorium Pontificem, & S. Raymundum Peniafortium, in Curia Romana commorantem. Itaque Pontifex geminas Apoſtolicas litteras e Peruſia, hoc anno pridie Cal. Maii ad præfatum Archiepiſcopum dedit, omniaque illius dubia expedivit. Sanctus quoque Raymundus, cum ad reliquas, tum vero ad reliquas duas difficultates, brevi tractatu compoſito adeo luculenter reſpondit, ut eumdem tractatum Gregorius Pontifex voluerit ſuis litteris inſerere Archiepiſcopoque præſcribere, ut in omnibus his ſententiam Raymundi ſequeretur. Ita habet Gregorius ad finem Epiſtolæ*. Et ſuper deprehenſis in hæreſi & carceribus, quid ſit tenendum, habeas Notam Fratris Raymundi, quam hic ponimus, quæ incipit *Credo. Sequiturque in litteris tractatus S. Raymundi hujuſmodi.* Dein illum deſcribit, ut inferius dabitur: ſed plura in fine omiſſa, hæc ipſius Bzovii verba indicant: *Hæc & alia plura Raymundus ad conſultationem Archiepiſcopi.*

Secundo ex epiſtolis S. Raymundi quattuor memorantur. Fragmentum epiſtolæ ad S. Petrum Nolaſco, quod ex Bremond dedimus Not. 16. in cap. 2. Vitæ. P. Laget in Vita S. Raymundi meminit epiſtolæ, qua idem Sanctus jam creatus Magiſter Ordinis an. 1238. menſe Julio pactionem quamdam,
„ quam fecerunt B. Humbertus de Roma-
„ nis, Prior veren. Cœnobii Lugdunenſis
„ Ordinis Prædicatorum (qui fuit quin-
„ tus Magiſter Generalis totius Ordinis)
„ aliique Fratres, ſuffragante F. Hugone a
„ S. Caro Priore Provinciale Franciæ (qui
„ fuit S. R. E. Cardinalis) cum D. Abbate
„ Athanacenſi & ejuſdem loci Monaſterio,
„ pactionem, inquam, de transferendo de
„ uno ad alium locum Conventu, eum cer-
„ tis appoſitis conditionibus ratam habuit,
„ & quantum ad ſe pertinuit, confirma-
„ vit patentibus litteris, quarum autogra-
„ phum in archivo extat Athanacenſi, &
„ earum apographum in dicto Conventu
„ Prædicatorum ſervatur; quæ ſic incipiunt:
„ *Venerabilibus in Chriſto Patribus Dei gra-*
„ *tia Abbati Athanacenſi, & ejuſdem loci*
„ *Conventui R. de Pennaforti Ordinis Fra-*
„ *trum Prædicatorum ſervus inutilis ſalu-*
„ *tem & orationes in Chriſto* „ &c. Alia eſt S. Raymundi Epiſtola ad S. Petrum Nolaſco, qua eum a Magiſterio Ordinis abdicando revocat: cujus quidem authenticitatem ex P. Bremond ſuperius oſtendimus.

Tan-

Tandem S. Raymundi litteræ ad Geoeralem Ordinis, in quibus Fratrum Prædicatorum fructum in Hiſpania & Aphrica in Maurorum converſione commemorat, extant in libro, qui *Vitæ Fratrum* inſcribitur, & Gerardum de Frachetto Lemovicenſem coævum auctorem haber. Ex his epiſtolis ſolam poſteriorem ſubjiciemus ad S. Petrum Nolaſco, prioris enim fragmentum in Notis deſcriptum invenies, alias autem duas habere nequivimus.

Tertio edetur teſtimonium miraculi, quod ipſe S. Raymundus abs ſe viſum, an. 1271. rogantibus fratribus deſcripſit. Hujus teſtimonii originale Barcinone cuſtoditur, & a Joanne Tamayo Salazar tom. I. Martirologii Hiſpanici puplici juris factum fuit.

S. RAYMUNDI

INSTRUCTIO

Super deprehenſis in hæreſi & carceribus.

Ex Annalib. Bzovii ad an. 1235. pag. 450. & 451.

1. CRedo, quod deprehenſi in hæreſi, quod ſecundum ſtatuta Domini Papæ debeant incarcerari in carcere de muro forti, & quantum fieri poteſt in loco oon ſuſpecto debeant retrudi ita caute, quod habeaot cuſtodes fideles Catholicos & ſecuros, per quorum munus provideatur eis in neceſſariis, & illorum ſollicitudine mediante. Per viros religioſos conſortentur interdum, & moneantur ad pœnitentiam, & patientiam: ut alii, maxime ſimplices, vel ſuſpecti nullo modo poſſint habere aditus loquendi ad ipſos.

2. Item: Utrum autem conjunctim, vel ſeparatim ponantur in uno, vel diverſis carceribus: dummodo maſculi cum mulieribus, vel converſi taliter ab hæreſi, cum aliis captis in aliis ſacinoribus deprehenſis, in eodem carcere non ponantur, non credo reſerre. Taliter etiam providendum eſt in qualitate carceris, & vitæ neceſſariis, quod non mortem eorum propter nimiam aſperitatem, ſed potius vitam, ſicut viri Evangclici in ſpiritu manſuetudinis & pietatis quærere videamur. Quia, ſicut ait Pater noſter Auguſtinus, ſive plectendo, ſive ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.

3. Credo, ſalvo meliori judicio, quod ſi uxor eſſet ejuſdem conditionis cum viro, ideſt ab hæreſi pariter cum ipſo converſa, debet ſimul, & ſeparatim ab aliis in eodem carcere poni. Si autem ipſa non fuerit hæretica, nec eſt celebratum divortium per carnalem, vel ſpiritualem fornicationem ab Eccleſia inter ipſos, ad inſtantem petitionem uxoris catholicæ, ſi alias diligenter admooita non poteſt ioduci ad contineotiam, debet, ſi fieri poſſit ſine periculo, uxori fieri interdum copia viri ſui, ut ei adulterandi occaſio tollatur.

4. Credo, quod quicumque ſit Inquiſitor, a Sede Apoſtolica conſtitutus, poteſt rogare & monere Epiſcopum cum debita reverentia, ut taliter deprehenſos in ſuo Epiſcopatu incarceret, vel incarcerari faciat ſecundum Domini Papæ ſtatuta, & incarceratos cuſtodiri faciat diligenter, licet forſitan poſſet dici, quod bona talium valeant confiſcari. Inquiſitori ſatis videtur ſufficere, quod de dictis bonis, in carceribus conſtituendis de vitæ neceſſariis provideatur eiſdem.

5. Ille quoque, qui non ſponte, ſed metu confitetur in jure, hæreticorum erroribus credidiſſe, eoſdem errores multipliciter exprimendo, aſſerit tamen ſe a quinque annis, vel pluribus a prædicto crimine emendatum, quod probare noo poteſt niſi per ſamam, nec aliud contra ipſum a prædicto tempore valeat probari; an cooverſus, an hæreticus debeat reputari: licet prima facie forſitan dici poſſet, quod hæreticus eſt cenſendus: tamen quia in re dubia certa non eſt facienda ſententia, ut vos dubieram ſuper metu, quam ſuper perjuriis, nec non & quibuſdam aliis caſum præſentem ſcripſiſtis, elegi tutius de ipſo caſu non reſpondere ad præſens.

6. Si quis citatus in jure, confitetur ſponte, ideſt non metu probationum, vel tormentorum, ſe olim hæreticis crediſiſſe, dicit tamen ſe de crimine emendatum, & in confeſſione ſecreta abſolutum ſeu reconciliatum, & paratus eſt probare per ſuum Confeſſorem; ſi crimen occultum erat, ita quod præter confeſſionem aliæ probationes non habentur, videtur quod ei ſufficiat, quantum ad hoc, teſtimonium Conſeſſoris, ſi tamen diſcretus ſit, & honæ opinionis. Si autem non ſponte; ſed metu facta eſſet talis cooſeſſio, vel crimeo non eſſet occultum; videtur ulterius ſecundum diſcretum judicantis arbitrium procedendum: præſertim ſi ſecundum Confeſſoris cognitionem, & probationes contra ipſum inventas convinci valeat aliquos in confeſſione ſua tacuiſſe errores: habita ſemper conſideratione, utrum per malitiam, vel ſimplicitatem hoc videatur feciſſe.

7 Quod factum eſt canonice, a judice præſertim, qui habet auctoritatem inquirendi a Sede Apoſtolica non ſolum circa homines Provinciæ ſibi deputatæ, ſed etiam circa extraneos, qui in ipſa inveniuntur Provincia: credo, quod quantum ad hunc articulum, alius Judex de cujus Provincia eraot ipſi extranei, ſine reprehenſionis no-

ta

ta poteſt habere ratum: niſi appareret erga illos, ut Inquiſitionem evaderent, fraudulenter ſugiſſe, & alii judici veritatem ſul erroris non ſimpliciter expreſiſſe: vel niſi quando receſſit, eſſet jam inchoata inquiſitio aontra ipſum, vel niſi alias conſideratis aliis circumſtantiis, ex tali proceſſu facto in alia Provincla, negotio Fidei vel animatum ſaluti periculum immineret.

8. Si quis recepit aliquando Waldenſes, credens illos eſſe bonos homines, licet ſciret qood Eccleſia perſequeretur eos, & Principes ſæculares igni traderent cremandos, non tamen per confeſſionem ejus vel aliam probationem babeat, quod alicui arrori crediderit ſpeciali: credo, quod ſi talis ſcir vel eredit, quod Eccleſia dictos Waldenſes propter hæreſim perſequitur, vel condemnat, indubitanter eſt hæreticus judicandus: niſi conſtaret ipſum adeo ſatoum, & ioſanum, quod neſciret, quid eſſet hæreſis, vel error: nec ſubterfugit, quominus ſuper his doceretur, & eſſet paratus credere ſecundum quod Eccleſia doceret eum. Si autem ignorat cauſſam perſecutionis hujuſmodi, credens eos eſſe Catholicos: licet prima facie violenta præſumtio habeatur contra ipſum, cum debuerit approbare quos approbat Eccleſia, & reprobare quos reprobat, non videtur, præſertim io ſoto confeſſionis bæreticus judicandus.

9. Si plures teſtes contra aliquem producuntur, & unus dicit, quod vidit Martinum adorantem R. bæreticum Romæ in hyeme: alius vero dicit eumdem Martinum prædicaſſe hæreſim Bononiæ in vere: tertius dicit eumdem Martinum vidiſſe adoraotem T. bæreticum Pariſiis in æſtate: credo, ſalvo meliori judicio, quod cum tales ſint in ſuis teſtimoniis ſingulares, non poteſt contra eum ſeotentia condemnationis proferri: niſi inſamia contra ipſum, & ſacta opinio talium teſtium, & alia conſimilia adminicula ſuffrageotur. Tali tameo videtur canonica purgatio iodicenda.

10. Licer dubitationes veſtræ eſſent per ſe apertæ, vel per viros religioſos, & peritos, quorum credo vos habere copiam, terminandæ: ut tamen mea debilitas veſtræ non videatur oolle ſatisſacere caritati, utcumque debiliter quantum io me eſt ad præſens ſatisſacere procuravi, rogans, & ſupplicans, & conſulens, ut a bonis, & peritis nihilominus ſuper his ad cautelam conſilium adhibeatis.

Hic ſiſtit Bzovius, & cetera omiſiſſe videtur.

S. RAYMUNDI

EPISTOLA

Ad Sanctum Petrum Nolaſco.

Ex Bullario Ord. Prædicatorum P. Bremond t. 1. p. 522. edit. Romanæ notationi ſecundæ inſerta.

FRater Raymundus de Pennafort Venerabili Fratri Petro de Nolaſch. S. P. D. Dominus Omnipotens & Clemens precibus genetticis ſemper Virgiois Mariæ cuſtodiat animam tuam. In omnibus memoriam tui faciens, cariſſime & deſideratiſſime Parer, ut commiſſum tibi gregem cuſtodias ſemper & protegas, indeſeſſoque animo paſcuas pingues, aquam vitæ tribuens, perficias opus Domini uſque in diem Chriſti Jeſu, neceſſe habui hanc ribi ſcribere. Cum enim certo ſcias, diverſas eſſe Cælorum vias ſecundum diverſas vocationes; nollem a te me miſerum imitari, qui conſtituus ab hominibus, & in ſupremum Religionis officium aſſumtus, ab eo me abdicavi, non ot vacarem otio, ſed ut inutilis ſervus, quæ ſanctorum & virorum nominatorum ſuot, vane non tenerem. Timui tamen, ne & tu alios reputans meliores, ut orationi vacares, quod debui ego ſacere, ſaceres. Ego aſſumtus ab hominibus, tu tamen a Virgine cælirus electus, ſic cælum obſerva, quia ut eligereris, cælorum culmine deſcendit Virgo. Parce mihi quæſo, Pater cariſſime, & temeritati ne quæ audis adſcribas. Ego inutilis, & tu bonus: tu viam veritatis tenens, & ego ſicut ovis errans. Ores, obſecro, tuam cariſſimam Matrem, ut mihi negligentias in tanto commiſſas officio ignoſcat. Gaode frater cariſſime, & noli ſuper tibi commiſſum gregem triſtari; non enim tibi aſſumpſiſti honorem, nec vlrgæ florentis indicio, ſed Matris ſanctiſſimæ deſcenſu. Cui enim aliquando Paſtorum dixit Virgo: *Paſce agnos meos?* Forte ergo Virgini contradices? Non ego hoc ſpero. Rogo ergo te per Virginis ſanctiſſimæ viſcera, ut ſuum tibi commiſſom gregem cuſtodias. Cum ſibi ſpecioſiſſimam deligeret Chriſtus ſponſam, ſine macula & ruga, decoram nimis, ſupra petram ſuam conſtituit, & in Petri amore ſolidavit: *Petre amas me?* Et cum triplici teſtimonio amorem probaſſet, eam ſibi cuſtodiendam tradidit. Petrum vidimus de amore, non de cura anxium. Si enim amore conglutinantur lapides vivi ædificii, teotatione haud ſcinduntur, inferno toto non triſtantur. Quare ergo Paſtor ille non timet ſuper Domini gregem vigilare, qui dum oleo amoris fidei lampades promittit accendere, inſufflante adoleſcentula, erroris no-

ćte

ćte extinxin ? Niſi quia amore illuſtrans cordis pervigiles lucernas fidei magis illuceſcentis amore, ſpei aures debet præſtare, quam de ſua innata infidelitatis inconſtantia perhorreſcere; illi Filius ſoliditatem fidei in ejus angulari lapide prędixit, ſibi Mater obſequium ſui amoris gratiſſimum Filio eſſe monſtravit. Reminiſcere, Petre cariſſime, illius feliciſſimæ noctis, cui arriſit æterna dies, cum ego ſuis meritis factus ſum cæleſtium civium conſors: cum eam vidimus, cujus pulchritudine cæli facti ſunt glorioſi, cujus decore ſol & luna lætantur. Unde enim poteſt triſtari, ſi ſic ne lætificarunt Angelici chori, jucundarunt aſpectus illius, quæ & Verbum concepit, & Trinitatem honoravit? Deſcendit ne umquam Virgo, ut perderet? Immo ut perditos revocaret. Quæ diſperſos congregat, congregantes ad ſe quomodo auſugere poteſt, quos cæleſti amplexu inamiſſibiliter ad ſe nectit? Præbe humeros, ne a ſuſcepto Officio detrahas manus, ne eam imprudentem docens, cujus ſapientia omnia conſtant mutabilia, & tranſitoria firma, & ſtabilia perſeverant. Numquid non ei imprudentiæ ſcriberetur, parvi ponderis hominem ad magni officii onera ſublevaſſe, evectum a ſe quem ſciebat deſecturum? Si humiliratis ſpecie a Virginis officio volueris te abdicare, motum cæli ſequere, reverenter priſtinam vocationem intuere: non enim eſt ſanctus motus animi, viam Domini non pertranſiens, cujus ſemitam cæli indixerunt. Perfice igitur viam tuam, immo melius dicam Domini: quia quæ ſe ad tantam dignitatem dignata eſt ſublevare, inde ſe ac cæleſti gloria non deiiciet, ſed perducet, ubi cum Trinitate gloriatur in ſæcula ſæculorum Amen. Saluta filios tuos & fratres meos nominatim. Bone.

TESTIMONIUM MIRACULI

A S. Raymundo deſcripti.

EGo F. Raymundus de Peñafort minimus in Ordine Prædicatorum, rogatu Fratrum noſtrorum, & ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ Virginis Mariæ Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti, Salvatoris, & Redemtoris noſtri, in anno MCCLXXI. die XVIII. Auguſti, confiteor, & recognoſco, quod in præterito tempore, cum eſſem in ſæculo, ab hinc elapſis ſexaginta, & amplius annis, vadens Bononiam ad ſtudendum cum M. Petro Ruber, Clerico de Barcinone, qui poſtmodum ordinem noſtrum ingreſſus eſt, & in eo laudabiliter vitam ſuam finivit, pervenimus Brigantium ad pedem, ſeu radices Monginigri. Ubi audientes famam, quæ ferebatur de miraoulo quodam, quod tunc effecerat Domina noſtra, ejuſque Beatiſſimus Filius in oppido quodam ejuſdem Diœceſis, quod vocatur Sancta Maria Delbeza, & cupientes veritatem tanti miraculi cognoſcere, ivimus ad domum, quæ juxta viam, qua tranſibamus, erat; & ibi vidimus materiam tanti gaudii. Siquidem cum nobis narraſſent, qui adſuere præſentes, id, quod acciderat, intelleximus, quod paucis ante diebus Juvenis quidam devotionis cauſſa itineri ſe commiſerat, ut dictum locum Dominæ noſtræ viſitaret. Conabatur ejus mater iter illi impedire, illumque retinere, quod ſciret eum per loca quædam ſuorum inimicorum tranſiturum, timens ne aliquid mali illi inſerrent. Cum id efficere non potuiſſet, flexis genibus, & cum lacrymis commendavir filium Reginæ cæli, ut eum vivum, & ſanum ſibi reſtitueret, qoalis e domo ſua diſcedebat. Contingit id, quod mater timebat; nam cum incidiſſet Juvenis in manus inimicorum ſuorum, oculos ei radicitus evulſeront, & manus præciderunt, & non ultra progreſſi ſunt. Ille ſic male tractatus finem (ut potuit) ſuæ peregrinationi impoſuit, & ad Eccleſiam B. V. pervenit. Confeſtim id mater reſcivit, & ad ſanctum locum cucurrit; quæ filium ita male acceptum cernens ad altare Dominæ noſtræ ſe proripuit, ibique totam noctem inſomnem ducens, clamoribus, & lacrymis filium ſibi reddi ſanum a *S. V.* poſtulabat. Dicebat ſemper, & repetebat hæc verba: *O Virgo Maria Mater Domini Noſtri Jeſu Chriſti, redde mihi filium ſalvum, & ſanum, ſicuti eum tibi commendavi.* Succeſſitque illi ad menſuram votorum ſuorum. Nam ſtatim filius ejus, novos oculos recepit, & manus creſcere cœperunt, paullatim augmentum capientes. Et cum hæc eſſet miraculi fama; ſocius meus, & ego diligentiam adhibuimus, ut Juvenem videremus. Simol ac vidimus, oculos conjecimus in eos, quos illi Domina Noſtra reſtituerat, qui erant pauci, ut falconis, ſeu accipitris: quamvis cum illis tam perfecte, ut cum aliis, quos antea habuerar, cerneret. Dedir ei tales oculos Virgo Beata, ut (commuoiter credebatur) eo modo tantum miraculum numquam oblivioni traderetur. Vidimus quoque novas manus, & in illis ſigna, qua parte priores abſciſſæ ſuerant: nam voluit Deus, ut ſigna illa extarent ad majorem miraculi manifeſtationem. Habebat novas illas manus teneras, & nihilominus validas, & ſanas; nec ſciri poterat, num illis addendum eſſet parum, id quod deerat; nam quamvis omnia opera Domini perfecta ſiot, nihilominus exiſtimabatur, non ulterius augmentum proceſſurum, ad majorem miraculi memoriam, quemadmodum eſt dictum. Quo illatis Deo, & V. M. gratiis iter proſecuti, undecumque, ut occaſio ferebat, Dei miſericordias recenſeotes, miraculum repetebamus.

NOI
RIFORMATORI
DELLO
STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto dalla Fede di Reviſione, e Approvazione del P. *Frà Lauro Maria Picinelli Inquiſitor di Verona*, nel libro intitolato: *S. Raymundi de Pennafort Ordinis Prædicatorum Summa, Textu Sacrorum Canonum, quos laudat, aucta, & locupletata ad Veterum Codicum fidem recognita, & emendata, Opus ſuo Ordine novum Opera, & ſtudio R. P. F. Honorati Vincentii Laget Aquiſextienſis S. P. Magiſtri Ordinis Prædicatorum &c.* non v' eſſere cos' alcuna contra la Santa Fede Cattolica, e parimente dall' Atteſtato del Secretario noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo licenza ad *Agoſtino Carattoni Stampator di Verona*, che poſſa eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Data li 30. Maggio 1743.

Z. Piero Paſqualigo Rif.
Zuane Querini Proc. Rif.

Regiſtrato in Libro a C. 9.

Agoſtino Bianchi Seg.

PRÆ.

PRÆFATIO

P. HONORII VINCENTII LAGET

Præmiſſa editioni Lugdunenſi.

EN *opus perantiquum quidem, ſed tibi novum, tuaque peritia haud indignum, erudite Lector; perantiquum dico, ſi Summam Sancti Raymundi annorum numero penderes; novum vero, ſi eam textui Sacrorum Canonum, ex quibus ortum habuit, adjectam, ex utroque aliae diviſo, unum, vel geminum a me confectum opus perpendas. Verum æquitatis erat, ut caſuum conſcientiæ Summa inter alias huc uſque publico juri expoſitas, ordine & excellentia primatum habens, & in vetuſtis jam Bibliothecis quaſi ſepulta, cum ſplendore ſibi debito & ornatu, hac nova editione reſurgeret*. Unde enim, *divino reclamante oraculo*, exeunt flumina, revertuntur. *E Sacris Decreti & Decretalium Epiſtolarum theſauris, tamquam civus de perennibus hauſtus ſcatebris, hæc morum diſciplina exierat, & quamquam*, in ſicco non obierit, *ſed*, quaſi trames aquæ immenſæ exierit de paradiſo, rigaverit hortum *Eccleſiæ*, plantationum, & inebriaverit prati illius fructum, ecce facta ipſi trames abundans ipſique fluvius, *fonte eo largiori profluens, quo abundantiori tramite, it, & appropinquat ad mare, ſeu ad Sacros Canones*; unde exierat revertitur; ſed ut iis, *tamquam divinis fecundata limphis, & quaſi tumefacta*, iterum fluat, *refluatque, uberiores fructus in Ethica Chriſtiana, & Litteraria republica impoſterum productura*.

Ea eſt editoris mens, is fuit & cordatorum virorum ſenſus, is erit operis ſcopus, ut varii erga morum regulas textus, in varia ſparſi volumina, in unum ſolum, relictis aliis ad eas non ſpectantibus, ad commune & maxime Theologiæ moralis Candidatorum commodum, redigantur; neque enim alias eos duos textus ſua materia ſic affines, una cum recenti hoc opere ſociatos, lectori ſine diſpendio temporis unico contuitu legendos ſubjicio, quam ut de uno, & altero unicum ferat judicium, unamque ſententiam, & in utroque unum eumdemque ſpiritum loquentem audiat, ſequatur & amplectatur; Itaque textum Summæ Sancti Raymundi, contextu Canonum plene comprobatum, atque elucidatum, cuilibet titulo, cuilibet caſuum deciſioni ſic adaptatum, ſicque novo copulatum fœdere in majorem Lectoris utilitatem redundare, quis in dubium revocat?

Sane vero, ſi boni multum, prænominatorum textuum auctores non minus ſanctitate, quam ſcientia ſpectabiles, attulerint Eccleſiæ Chriſti, qui multarum rerum ad ſcientiam ſalutis ducentium copiam in diſciplinas invexerunt, non parum qui rationem pararunt, & tempus & viam, qua diſciplinæ ipſæ facilius, & commodius ordine traderentur: illis enim tamquam priſcis, & Sanctis Doctrinæ ſanæ expoſitoribus nos debere multum, negare nequimus; & *debemus certe iſtis nonnihil qui brevi expeditaque via, eam jam expoſitam, ad communem diſcipulorum uſum accomodarunt, ut, & breviori tempore, & viliori ſumtu, & ſolertiori diligentia compararetur; quamobrem hocce geminum a me edendum opus ſumſi, eo autem libentius, quod viris doctis (niſi me opinio fallit) non prorſus ineptum, indoctis vero magnopere neceſſarium exiſtimaverim.*

At ut operis habeatur perfecta ratio, nonnullas ſive ſummæ, ſive Sacrorum Canonum ipſi adjunctorum, ſive vitæ & ſanctitatis auctoris notiones, expendere, operæ pretium eſt.

---

§. I.

Summæ notio atque commendatio.

A*Bſoluta Decretalium Epiſtolarum Summorum Pontificum compilatione, juſſu Gregorii Papæ IX. edita, ſcripſit Sanctus Raymundus Summam de Pœnitentia, & peculiarem de matrimonio tractatum habuit, vel ſaltem jam inceptum utrumque perfecit in illis ætatis primordiis, in quibus nulla de rebus ad mores ſpectantibus, nedum luci publicæ expoſita fuere opera, qua clara, expeditaque ratione intricatos conſcientiæ caſus enuclearent, Ethicæ enim ſcientiæ quæſtiones, Sacræ Scripturæ auctoritate, Sacrorum Canonum tunc uſque emanatorum diſpoſitionibus, Sanctorum Patrum aſſertionibus, & ſignato ſuper nos vultus Domini lumine, ſeu rationis naturalis innata luce, penitus reſolutæ ac deciſæ manebant; unuſquiſque iis omnibus, vel aliquo coram, conſcientiam formans ac dirigens, quæ Dei, quæ proximi, quæ ſui erant, nullis conſcientiæ ſtimulis agitatus, reddebat.*

Sed creſcente temporis ætate, & increbreſcentibus vitiis, cœpit, & pedetentim inolevit eorum, vel nauſea, vel ignorantia, vel abuſus, ne dicam contemtus: jam in Chriſtianorum mores irrepere inceptabat opinandi libertas; quorum nonnulli antiquæ diſciplinæ ſervatoribus novitatum amatores præponentes, rationem auctoritati nequaquam ſubjiciebant, ſed ſubſtituebant; rem Theologicam, & Moralem ſillogiſmis abſolvebant, ut loquitur Auguſtinus, Epiſt. ad Dioſcurum, *immo, & Sophiſticis, ineptiſque rationibus tranſigebant. Et utinam ipſi nos experti non fuiſſemus; utinam hæc effrænis noviter opinandi libido ſucceſſu temporis incrementum non accepiſſet; utinam ea in toto orbe non graſſaretur peſtis, qua jam S. Raymundi ætate cum ingenti Chriſtianorum clade invaleſcere videbatur.*

Novitati enim in omnibus obediant non aliqui; narrationes Patrum, Seniorum, Philoſophorum, Theologorum antiquorum in peſſum eunt, propriæ unuſquiſque innititur prudentiæ contra C. Nun inniteris. *De Conſtit. ex Apoſtolo ſumtum: mores non ad normam Sacrorum Canonum componuntur, ſed Sacri Canones ad corruptelas morum inflectuntur. Nonnulli e diametro poſiti, rigiditati in omnibus ſtudentes, aliorumque laxitates citra modum inficiantes, aliam viam abeunt, ſed a recto tramite flectentes, aliud non minus infauſtum ſubeunt diſ-*

crimen, & dum alias indulgentia præſumtionem generante notant, ſnot in deſperationem inducunt. Illi dicunt malum bonum, iſti bonum malum, illi tenebras lucem, iſti lucem tenebras, illi falſum verum, iſti verum falſum, illi ſalvant damnandum, iſti damnant ſalvandum.

Ignoro an tempore Sancti Raymundi hæc auſtera, & immoderata ſeveritas, conſcientiæ haud ſecus noxia, ac illa laxior indulgentia, profectum habuerit, ſicut noſtra ætate progreſſum; unum ſcio, & credere teneor, hos in via ſalutis ductores, ad nimis ardua, fidelium corda compellentes, annis Chriſti extitiſſe; ſcio hoc hominum genus in Phariſæorum, & Scribarum perſonis Chriſtum increpaſſe, dum his verbis criminabatur, Matth. 2. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: *quem locum allegans cauſſa 26. q. 7. c.* Alligant, *ita ex Joan. Chriſoſt. vel auctore operis imperfecti commentatur.* Alligant onera gravia & importabilia, &c. Tales ſunt nunc etiam Sacerdotes, qui omnem juſtitiam populo mandant, & ipſi nec modicam ſervant, videlicet, non ut faciendo ſint juſti: ſed ut dicendo appareant juſti. Tales ſunt, qui grave pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciunt, & ſic dum pœna præſentis pœnitentiæ fugitur, contemnitur pœna peccati futura: ſicut enim ſi faſcem ſuper humeros adoleſcentis, quem non poteſt bajulare, poſueris, neceſſe habet, ut aut faſcem rejiciat, aut ſub pondere confringatur. Sic & homini, cui grave pondus pœnitentiæ imponis, neceſſe eſt, ut aut pœnitentiam tuam rejiciat, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt, ſcandalizatus amplius peccet. Deinde, etſi erramus modicam pœnitentiam imponentes: nonne melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem? Ubi enim paterfamilias largus eſt, diſpenſator non debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt, ut quid Sacerdos ejus auſterus? Vis apparere ſanctus, circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam benignus.

Vide, Lector erudite, in quos ſcopulos hæc duo lubricarum opinionum extrema inclinant: vide in quibus periclitatur animarum ſalus inter laxas, & strictas vias, quæ æquo pede, quamvis diſſimilibus ſemitis ad perditionem ducunt: ſed ut unum ac alterum quis declinet, ſicque medium nulli conſentaneum teneat, ſervetque, attendat uni, & forte ſoli utriuſque origini, quam D. Bernardus uni ex filiis ſuperbiæ, ſingularitati nimirum, attribuendam eſſe docet; qua hæc ſuo abundans ſenſu aliis adhærere ſententiis, non bonos ſibi arbitratur: proprii equidem tumeſcens ingenii fœtibus, communes vias bonorum amplecti, imbecillitatis, ignorantiæ, levitatis eſſe exiſtimat. Itaque omnem humani eloquii ſermonem contradictioni obnoxium eſſe neceſſe eſt, non ſolum quia in alio capite, & mente, alia propemodum ſententia eſt, ſed quia diſſentientibus voluntatum moribus, diſſentiens quoque ſit ſenſus animorum.

Sed huic ſingularitatis vitio, quod nequiſſimum a S. Bernardo reputatur, eo quod hæreſim induat, & novitatem rerum, & vocum doctrinæ Chriſti & Apoſtolorum traditioni ſubſtituere non vereatur; huic, inquam, graſſanti adhuc peſti, quid aliud apponi poteſt, ut ſanetur penitus, quam Apoſtoli commendatio Timotheo facta, quam Sancti Patres novatoribus, uti teſtimonium, quo evincebantur, ſemper & ubique tantopere appoſuere? O Timothee, *inquit*, 1. *Tim.* 6. Depoſitum cuſtodi, devitans prophanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ. *Quem locum miratur Melchior Cano, a Cajetano de gregis commiſſi depoſito, non de commiſſa doctrina eſſe intellectum; præſertim cum alium ſimillimum in poſteriore ad Timotheum Epiſtola, non de grege, ſed de doctrina interpretatur, ſcilicet,* profana autem, & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem: *Debuerat autem Cajetanus admonere, Paulum de Verbo Dei fuiſſe locutum, ex iis quæ e veſtigio ſubdidit,* devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ; *utraque enim harum traditioni Apoſtolicæ adverſa eſt, & vocum profana novitas, & falſi nominis ſcientia: traditio quippe vetuſtate commendatur, & ſi quid audieris in Eccleſia novi, tum vero id ſcias eſſe, ut antiquitati, ita quoque Apoſtolicæ fidei adverſum. Cum autem legitur, voces eſſe vitandas, non tibi vocum ſonus in mentem veniat, ſed vocum ſignificatas: dogmata enim, ſententiaſque novitias vitare jubet Apoſtolus, non verborum ſonitus inanes aut novos; tametſi novitia quoque verba, quoad licebit, vitare in fidei, morumque diſciplina debemus: ſcientiam vero falſi nominis, vel ſophiſticam, vel artem cabaliſticam intelligere oportet: nam traditionibus non aliter opponuntur, ac fabuloſa veris, ſacris ſuperſtitioſa.*

Verum cum falſæ, & claudicanti in utramque partem vera, rectaque ethica adverſetur, adverſum eumdem eſſe ſermonem neceſſe eſt. Verba autem Apoſtoli quamquam in promtu ita ſint, ut confirmatione non egeant, ſunt tamen tibi, erudite Lector, Vincentii Lyrinenſis viri in Eccleſia benemeriti eruditione explananda, & auctoritate roboranda. Sed operæ pretium eſt, *inquit*, totum ipſum Apoſtoli capitulum diligentius pertractare. O Timothee, *inquit*, depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates. O: exclamatio iſta præſcientiæ eſt pariter, & caritatis; prævidebat enim futuros, quos etiam prædolebat errores. Quis eſt hodie Timotheus, niſi, vel generaliter univerſa Eccleſia, vel ſpecialiter totum Corpus præpoſitorum qui integram Divini cultus ſcientiam, vel habere ipſi debent, vel aliis infundere? Quid eſt depoſitum cuſtodi? Cuſtodi, *inquit*, propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus ſuperſeminent zizania ſuper illud tritici bonum ſemen, quod ſeminaverat filius hominis in agro ſuo. Depoſitum, *inquit*, cuſtodi. Quid eſt depoſitum? Id eſt quod tibi creditum eſt, non quod a te inventum: quod accepiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenii, ſed doctrinæ: non uſurpationis privatæ, ſed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non a te prolatam: in qua non auctor debes eſſe, ſed cuſtos: non inſtitutor, ſed ſectator: non ducens, ſed ſequens. Depoſitum, *inquit*, cuſtodi, Catholicæ fidei talentum, inviolatum, illibatumque conſerva. Quod tibi creditum eſt: hoc penes te maneat; hoc a te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia ſubjicias: nolo pro auro impudenter plumbum aut fraudulenter æramenta ſupponas: noli aurei ſpeciem, ſed naturam plane. O Timothee, O Sacerdos, o Tractator, o Doctor, ſi te divinum munus idoneum feceris ingenio, exercitatione, doctrina, eſto ſpecialis tabernaculi Beſeleel, pretioſas divini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna ſapienter, adjice ſplendorem, gratiam, venuſtatem. Intelligatur te exponente illuſtrius,

quod antea obſcurius eredebatur. Per te poſteritas intellectum gratuletur, quod ante vetuſtas non intellectum veneiabatur. Eadem tamen quæ dediciſti doce, ut cum dicas nove, non dicas nova:

Quod Timotheo Apoſtolas, & ia illo magna cura commiſit omnibus, qaamplurimi etiam magna cura ſervarunt, in quorum aamero aulli ſecundas ceaſetur S. Raymundas, qui hoc ſane depoſitam ſibi, nobiſque creditum, illibatamque ſervaſſe, pluſquam ſatis demonſtrat; dam compilatorem in hoc opere ſe damtaxat eſſe gloriatur; non aactorem ſane, non inſtitatorem, non dactorem eorum, quæ didicit, ſed cuſtodem, & ſectatorem eorum, quæ accepit, non qaæ excogitavit. Sacris Canonibus quaſi ex promtuariis omni doctrina, & eruditione pleais, tractantibus ex hoc ia illad, exhaaſtam opus reddidit, & noluit nobis pro aliis, alia ſubjicere, ſed at alter Timotheas, ut verus Sacerdos, ut eruditus Doctor Canoniſta, at idoneas tractator ex Saactoram Patram ſeateatiis, pretioſas Chriſtianæ diſcipliaæ gemmas exculpſit, fideliter coaptavit, adornavit ſapieater, intricatos laxitatis, & rigiditatis ſcopalos ita æque vitavit, at nec ia unam, vel alteram in ſemitis mandatorum Dei, & Eccleſiæ, partem inſlexerit; ſed mediam, qaod tenuere beati, ipſe ubique ſemper tenuit, ſemperque uſurpavit, ad exemplam Chriſti Salvatoris noſtri, qai at dicit S. Beraardas, amat ſemper media, diverticula ſemper, & declinatoria reprobat filius hominis, Dei, & hominum mediator.

Quo ut res illuſtrior fiat, Lectori benevolo non diſplicebit nonnullas caſque præcipuas caſaam reſolutiones ſingalatim, & brevi calamo in calce operis annotare, at digito tangat Saactum Magiſtram in reſolvendis caſibus, modo illo medio, paro, conſtanti ſibi, æquali andique ſui, utpote ex omni parte circameiſo, quem ſolum conſtat eſſe, virtatis, & non vitii, veritatis, & non erroris, uſam ſemper fuiſſe.

Opas enim ia gratiam, & directionem Fratrum Ordinis ſui, & aliorum periculo animarum expoſitorum, juſſu Fratris Sugerii primi Prioris Provincialis in Hiſpania, edidit, quod ſammulam ipſe nancupat, ſea compeadiam ex diverſis aactoritatibus, & majorum dictis diligeati ſtadio compilatam, ut impetiüa miniſtrantis ſecuadam poſt aaufragiam tabalam, ſeu pœniteatiam, ſabmergi cootingat aliquando aaufragantes, ut ipſe loqaitur; hoc opere obedientia ſaſcepto varias qaæſtiones, & caſas difficiles, & perplexos tam ia conſilio, qaam in judiciis animarum, ia foro pœniteatiali occarrentes ita enodavit, caneleavitque, at alii viri probi, & docti eam ſummam, tamqaam frequenti uſu receptam. Raymundiaam dictam, & at primam ia hoc genere conſcriptam, atque rectam ac veram moram regulam venerandam, andecumqae perfectam, omnibus omnino numeris abſolutam, ia foro deaique conſcientiæ amplectendam judicarant (& at Vincentii Lyrinenſis verbis atar) iatellexerunt ipſo expenente illuſtrias, quod antea obſcurias credebatur, per ipſam poſteritas iatellectum gratalatur, qaod ante vetuſtas non iatellectum venerabatur, & ſequebatur.

Summæ Diviſio.

SUmmam hanc mox in tres libros diſtribait, quoram primas peccata, qaæ in Deam committantar, declarando conſligit; ſecaadus, qaæ proximum iaſectantur, ipſique nocent, expendeado decertat. Tertius de Altaris, & Sacramentorum, & præſertim Pœnitentiæ miaiſtris, iiſque omnibus qaæ ad ipſos, ipſoramque officia, dotes, & dignitates ſpectant, ſermonem habet, aon prolixam quidem, ne præſcriptos ſibi fines in opere ia compendium redacto pertranſiret, ſed brevitas atilitate peaſatur; quid eaim atilius ſcholæ Theologorum tradi poteſt, qaam ut aaaſqaiſque diſcat quid Deo, quid proximo, qaid ſibi debeat? qaid Deo odioſam, quid proximo nocivum? quid ſibi damnoſam inveſtiget. Univerſa hæc diſtincte ia his libris ponderantur, omnibus locis Theologicis, auctoritatibas ſcilicet ſcripturæ, Patrum, Conciliorum, Sammoram Pontificum deciſionibas ac ſtatatis reſpective firmantar. Verum Sanctas Magiſter hos locos Theologicos laudando, eos qaaſi digito indicat, & lectorem Corpori jaris Canonici, ia quo in extenſum collocantar, remittit, at eoſdem inveſtigando erudiatur plenias: At ego, ut labori, & tempori parcerem, eos e Corpore juris elicitos, lectoris conſpectui pandere caravi, eoſque & Summam haac in anum coegi. Quapropter atriaſque præſeatibus, atriaſqae legendis efficiet expedue lector in Sacra Doctriaa profectum ſine dabio pleniorem, & ex his tamqaam materiam, atque formam differeadi, judicandi, reſolvendi, mutuatus, poteas erit exhortari in doctrina ſaaa, & eos qui contradicunt arguere. Qaartas liber circa matrimonium penitas occupatar, & qaamvis in quibuſdam priſcis Codicibus ante Sammam de pœaiteatia habeatur; ia qaibuſdam vero ſubſeqaitur; & ex ordine, & locutione Sancti Magiſtri poſt Sammam de pœnitentia adjiciendus videtur: aam ia præſatione libri qaarti poſt Summam do pœnitentia, ſpecialem de matrimonio ſabjeciſſe tractatam profitetar.

Itaque Sammam hanc, ut foatem medicum qaidem patabuat, qai eam verborum aamero tenus, qaibus conficitar, ponderare ſat habent; at creſcentem in flamen maximum eam profecto iaſpicieat, qui varios ſea reram, ſea perſonarum, ſea judicioram tractatus, qaibus abundat, & qai a Sacris Canonibas tamqaam a promptaariis doctrinæ, & aathoritatis pleaiſſimis cructant, attento, & ſollicito animo percarrere ſatagaat; eaqae in qaatuor, ſic diſtribata, ſaaa, & clara ſcientia tamqnam aqais Spiritu Domini fœcandatis de Paradiſo exeuntibas, qaatuor maadi partes hinc inde irrigari neceſſe ſit.

Cuncti eteaim cujaslibet ſtatus, dignitatis, conditioais, qaalitatis, & officii viri, hajaſce fluminis impeta lætificandi, ad ipſias aqaas properare aon deſinent. Ia eis immerſi ſimoniaci, ſordibus penitas abſterſi exibunt, ſi velint: eas propiaantes Magiſtri mittent tamqaam imbres eloquia ſapientiæ, & palam facient diſcipliaam ſanæ doctrinæ: eis Judæi, Sarraceni, Pagani, Schiſmatici, & Apoſtatæ omaino ſuffocati evadent: iis diſtincti vos, viri mendaces, perjuri, adulatores, ſortilegi, mox vobis oſtendemini vos. Homicidæ, duelliſtæ, raptores, prædones, incendiarii, fures, uſurarii, aleatores iafixi ia limo profandi, naſqaam lavati reſurgent, etiamſi in altitadinem maris venire teateat, pœnarum Canonicaram tempeſtas demerget eos, ſi minis, pœniſqae imperterriti, damaa proximi ſarcire dedignentur.

Venite, properate, qaæſo, viri omnes conſcripti; ad hanc amœniſſimam ſontem accedite: vos ſiquidem jadices, in ferendis ſententiis æquitatem; vos Advocati in patrociniis concedendis probitatem; vos etiam teſtes in perhibendis teſtimoniis veritatem; vos accuſatores in porrigendis libellis religionem: eas omnes officiorum veſtrorum dotes, tamqaam aquas de ſontibas Salvatoris haurietis pleniſſime.

Stomachum non moveat S. Magiſter, eo quod in titulo de raptoribus, veſtrum mentionem fecerit, excuſatam eum habeatis, rogo; non tam enim ea, quæ in officiis veſtris acturi eſtis, quam ea quæ in damnum proximi perpetrare valetis, in lucem prodit, ut ab iis alieni religioſe omnia acta, agendaque ad lancem divinæ, atque humanæ legis expendatis: quæ enim opera (ut verbis Oratoris utar, de offic. lib. 2.) *non largitione beneficia dari, hæc tum in univerſam rempublicam, tum in univerſos cives conferri, non ignorabat S. Magiſter in uno ac altero jure doctor: nam in jure cavere, conſilio juvare, atque hoc ſcientiæ genere prodeſſe quampluri-mis, & ad opes agendas pertinet, & ad gratiam: ſed jam illud vos non eſſe admonendos, cum eodem Oratore agnoſcebat (eſt enim in promtu) ut animadvertatis, cum alios juvare velitis, ne quos offendatis; ſæpe enim aut eos læditis, quos non debetis, aut eos quos non expedis: ſi imprudentes, negligentiæ eſt; ſi ſcientes, temeritatis: atendum etiam eſt excuſatione adverſus eos, quos inviti offendatis, quacumque poſſitis, quare id quod feceritis, neceſſe fuerit, nec aliter facere potueritis, certiſque operis, & officiis erit, quod violatum, raptamque eſt, compenſandum.*

Hancce caſuum conſcientiæ Summam, quam Bulla Canonizationis Sancti Magiſtri, magnæ doctrinæ, atque auctoritatis, *dicit, conſultam habebunt Clerici ad Sacros ordines, præſertim ad Sacerdotium promovendi, atque promoti, & tamquam ſibi utiliſſimam probabunt, atque laudabunt. Hic labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus. Hic dotes, quibus frui Prælati debent, quaſque oſtentat Apoſtolus ad Timoth. luci exponuntur, & explicantur, & quamvis eas ſoli Epiſcopo attribui videatur: diſcent alii Clerici ordinandi, S. Auguſtinum, & S. Ambroſium auctoritate Nicæni Concilii fretos, eas ad ipſos extendendas eſſe, judicaſſe. Hic tandem ab ordinatione excluſos ſe videant inſiti in fide, ne elati in diaboli ſuperbiam incidant; ſolemniter pœnitentes, utpote non digni ſuſcipere vaſa Sacramentorum, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum: Curiales omnes, & obligati ad ratiocinia, donec depoſitis oneribus, & reddita ratione, actus vitæ ipſorum fuerint ab Eccleſia comprobati: ſervi niſi manumittantur: viſiati culpa ſua in corpore panes Domino offerre probibentur, ne profecto diluere aliena delicta non valeant ii, quos adhuc propria devaſtant: filii Presbyterorum, illegitimique nati, ne vilibus perſonis, infamibus, & imitatoribus ſæpe paterni ſceleris committatur dignitas Clericalis: peregrini, & ignoti per alienam meſſem tranſeuntes, ne falcem judicii mittere præſumant in eam ſegetem, quæ alteri videtur commiſſa: ii quoque qui cunctando, horrore ſolum mortis baptizare ſe faciunt, niſi poſt baptiſmum, fides eorum, & vita probabilis appareat: Infantes, pueri, ne Sancta Sanctorum quis tractare præſumat ante experientiam vitæ. Nec mulieres admittendæ, dicente Auguſtino,* mulier ſemel docuit, & totum mundum ſubvertit, *& licet Beatiſſima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominos Claves cælorum tranſmiſit.*

Deinde Sacramenta, ad quorum adminiſtrationem deputantur Clerici, in lucem panduntur. Quid Sacramentum. Quid Signum. Quid Sacrificium. Quid Myſterium diſcutitur, explanatur. Electionum, Poſtulationum & Confirmationum Prælatorum, ut ſint Canonicæ, conditiones exponuntur: Ordinandorum qualitates, & a quibus, & de quibus, & quando, & ubi, & quomodo, qua forma, ut legitimæ ſint, ne alias, non per oſtium, ſed aliunde in ovile ovium introiiſſe quis videatur.

Poſtea dicente Apoſtolo, ſicut in uno corpore, multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent, ita multi unum ſumus in Chriſto Jeſu: *hæc etenim membra in hocce opere diſtincta noſcuntur, cuilibet proprium munus, officium, jus, dignitas, præeminentia diſtributa habentur ſecundum gratiam ſpecialem quæ data eſt nobis per impoſitionem manuum Presbyteri. Summo omnium ſumma conceduntur, Pontifici maximo plenitudo poteſtatis, aliis ſollicitudinis pars: non turbatur navis, quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet ..... Illic ergo turbatio, ubi modica fides; ibi ſecuritas, ubi perfecta dilectio: & etſi aliis imperetur, ut laxent retia, ſoli tamen Petro dicitur;* duc in altum, *hoc eſt, in profundum diſputationum: ea enim omnia quæ ſummo Pontifici attribuenda ſunt, quæ Patriarchis, quæ Primatibus, quæ Archiepiſcopis, quæ Epiſcopis deneganda non ſunt, diluclde explananda ſuſcepit S. Magiſter: Archidiaconi, Præpoſiti, Decani, aliorumque munera conticeſcit, quia in his quot Eccleſiæ, tot eſſe cernuntur conſuetudinum varietates.*

Conſtitutis ordinatione Prælatis, expectantur in Eccleſia, virtutum exempla, vitiorum exitia, fidei fulcimenta, religionis propugnacula, ſed heu! exclamat quoddam Concilium Toletanum; proclivis eſt curſus ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum; hinc lapſis de diſpenſationibus, quæ ab irregularitatibus, & juris infamia eximunt; & infamatis de purgatione Canonica, quæ facti infamiam delet, providere neceſſum fuit; in quos tribus modis procedere poſſe declarat cum Canoniſtis S. Magiſter, accuſatione ſcilicet, denunciatione, & inquiſitione, ita tamen, ut accuſationem præcedat legitima inſcriptio, denunciationem charitativa admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio. Cuilibet crimini ſtatuuntur pœnæ, præhabitis ſententiis, vel præcepti, vel definitionis, vel excommunicationis, in quibus attendenda ſunt majoritas, obedientia, & virtus præcepti. Majoritas in prærogativa Ordinis, Conſecrationis, diſpenſationis, & antiquitatis: obedientia in reverentia, in judicio, & in præcepto: virtus præcepti in obligatione ſubditi obtemperandi Prælato. Sententia definitionis, qua cauſſæ tribuitur finis; interlocutoria, quæ non ſuper principali, ſed ſuper aliis inter finem, & principium emergentibus: definitiva, qua principalis principaliter terminatur. Excommunicatio, quæ eſt a qualibet communione, vel legitimo actu ſeparatio: alia major, alia minor: prima a Sacramentis, ab ingreſſu Eccleſiæ, & a fidelium communione quis diſcernitur, & ſeparatur: ſecunda, a ſola Sacramentorum ſuſceptione; utraque vel a jure, vel ab homine inflicta: illa pro crimine, iſta ob contumaciam in crimine, utraque a judice competente, vel declarante ſi a jure, trina, vel una pro trina citatione præhabita; vel proferente ſi ab homine, trina præcedente monitione; nulla, ſi poſt appellationem legitimam lata, vel intolerabilem continens errorem. Abſolutio ſive juſta, ſive injuſta quoad militantem Eccleſiam ſemper tenet, & omnem rem per quaſcumque cauſſas natam, per eaſdem diſſolvi, vult regula juris.

Jam abyſſo, & laqueis Babylonis memoratis, ut agnoſcantur, & agnita evitentur, viam rectam, eamque infallibilem inquirit S. Magiſter, promtumque oſtentat remedium a Chriſto inſtitutum, ut cum quis in abyſſum præceps actus, vel laqueis peccatorum haud auſpicato vinctus fuerit, ea for-

ti-

Digitized by Google

titer erutus, eiſque penitus ſolutus evadat: hoc autem remedium: hanc ſecundam poſt naufragium tabulam, pœnitentiam jure dicit, qua quis plangit mala præterita, & proponit in animo plangenda iterum non committere. Solemnis una, altera publica, tertia privata. Solemnis in capite Quadrageſimæ celebratur, publica in faciem Eccleſiæ agitur, privata clam Sacerdoti declaratur: ſolemnis non iteratur, bene tamen alia quælibet, quoties homo peccat. Tribus perficitur, cordis contritione, oris confeſſione, operis ſatisfactione; ut quot modis Deus offenſus fuerit, tot aliis, & ipſis oppoſitis reparetur.

Contritio dolor eſt, non utcumque, ſed acer, acrior, acerrimus: acer ob creatoris offenſam; acrior ob illatam Patri cœleſti injuriam; acerrimus ob adverſus Redemptorem, ingrati animi crimen: univerſalis actu, continua habitu, quam præcedit gratia, quam comitatur dilectio, quam ſequitur peccatorum remiſſio.

Confeſſio coram ſacerdote legitimo peccatorum declaratio; qui poteſtate ligandi, atque ſolvendi gaudeat. Ea amara, ea feſtina, ea integra, ea frequens a S. Magiſtro deſideratur. Integram eſſe dicit, cum voluntariam, fidelem, propriam, accuſatoriam, veram, nudam, diſcretam, puram, moroſam ſe præbet,

Satisfactio in tribus agenda; in oratione, in jejunio, in eleemoſyna, ſicque ternarium ternario ſuperatur; oratione ſuperbia, jejunio carnis vitium, eleemoſynis avaritia. Non reſtituitur peccatum, niſi reſtituatur, vel ſimonia, vel rapina, vel prædatione, vel incendio, vel furto, vel ſacrilegio, vel uſura, vel turpi, & doloſa negotiatione ablatum. Infirmo, & ei qui diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem, *nec pœnitentia, nec reconciliatio denegatur, ſi converſi per ſe, vel per alios ad Dominum clament. Defuncti abſolvuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut jejuniis cognatorum. Verbum Dei dimittit peccata, Sacerdos judex eſt, & dimittit; ligat, & abſolvit Sacerdos, ligatum quoque, & ſolutum in faciem Eccleſiæ oſtendit. Iis omnibus a S. Magiſtro diſcuſſis, per hanc anguſtam veræ pœnitentiæ portam intrare nos docendo invitat.*

Tandem quæ perplexitates, quæ dubia ſæpe occurrunt circa Chriſtianorum matrimonia! praxi eas ſciunt Parochi aliique animarum cultores, qui audiendarum confeſſionum periculo exponuntur: non ignorant advocati, qui partium cauſſas, quotidie agunt.

Sponſalia matrimonium præcedunt: ea ſunt futurarum nuptiarum promiſſio; aliquando datis arrhis ſponſalitiis, aliquando annuli ſubarratione, aliquando juramento contracta; omnia valida, ſi ætate legitima fiant; ipſo jure tamen ſoluta, ſi unus religionem amplectatur, vel cum altero, vel altera matrimonium contrahat.

Matrimonium, viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem retinens, olim ſolo conſenſu contractum, nunc ex Concilio Tridentino præter conſenſum alia expoſuimus neceſſario celebranda. Inſtitutum in paradiſo ante peccatum in ratione officii poſt peccatum in ratione Sacramenti ſimulque & officii a Chriſto commendatum. Fides, proles, Sacramentum, ipſius bona ſunt: in fide attenditur vinculum, ne rumpatur: in prole, ut ſuſcipiatur, & educetur: in Sacramento, ut non rumpatur conjugium: Hæc bona valent, ut excuſentur peccata. Clandeſtina nunc reprobantur matrimonia; legitima jure laudantur, utpote cum ſolemnitatibus ab Eccleſia approbatis celebrata; initiantur conſenſu, carnali conſummantur copula. Perfectum inter B. Virginem, & B. Joſeph, non ſignificatione, ſed ſanctitate agnoſcit S. Magiſter; perfectum triplici nuptiarum bono: prole, fide, Sacramento: prole agnoſcitur ipſe Dominus Jeſus fide: quia nullum adulterium: Sacramento, quia nullum divortium.

Plura ſunt impedimenta, quæ etiam contracta dirimunt matrimonia, & alia quæ ſolum contrahenda prohibent: ſed multo plures, qui ea penitus ignorant, & qui tamen animarum regendarum periculo expoſiti cernuntur. Nonnulla addidit Concilium Tridentinum. Hæc in hocce opere ſingulatim explanantur, & explicantur. Caſus in eis occurrentes Canonico ſolvuntur Jure. Limitantur ii, qui propter impedimentum aliquod, ut propter fornicationem matrimonium accuſare præſumunt; deſignatur teſtium numerus; qui filii ſint legitimi, qui non: Dotes tandem aſſignantur, & cui de jure conſervantur:

Ea omnia in Summa dilucidantur, Sacris Canonibus in integrum recenſitis confirmantur, & praxi continua quotidie probari oſtenditur. Eo magis commendatur Summa, quo Parochi, & animarum cultores iis pleniſſime inſtructi, atque formati, novorum acervo doctorum minus indigeant, quicumque ſint; nam ſanæ Doctrinæ amatores, quidquid boni ſcripſerunt, quod mores ſpectat, ab ea Summa mutuatum agnoſcitur; & quid de aliis, qui ſanam doctrinam non ſuſtinent, ſed ad novitates, & fabulas converti videntur? Hæc ſola ſibi ſufficit: hæc ſola hac uſque omnibus, & nulli uſquam obeſſe exiſtimatum fuit: quid amplius exigi poteſt, ut ab omnibus tuto ſuſcipiatur? cum eam a poſterioribus receptam auctoribus, & commendatam, ſimul cum auctore, ſolemni ritu Canonizavit S. Mater Eccleſia. Conſcripſit Summam, *refert Bulla Canonizationis*, caſuum conſcientiæ, qui ſolent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ, atque auctoritatis, & tam confeſſariis, quam confitentibus valde utilem, & neceſſariam. *Illa ſedis Apoſtolicæ tam ſolemnis approbatio profecto lydius lapis eſt Catholiciſmi puri, probati terræ, purgati ſeptuplum, quo vera doctrina comprobatur, quoque ut pura, & legitima ab adulterina diſcernitur:* Eccleſia enim, *inquit Petrus Damianus*, eſt officina fabrilis cui nimirum is, qui fabri filius dicebatur, præſidet, ad cujus regulam omnis monera reducitur, ad cujus rectitudinis lineam quidquid uſpiam depravatum fuerit, reformatur. *Et hæc ad notionem, & commendationem Summæ pluſquam ſatis ſufficiant.*

Genuinus Summæ Poſtillator.

HUc uſque typis proditum fuit, F. Joannem de Friburgo Germanum Ordinis Prædicatorum, Gloſſarum ad Summam Raymundi auctorem aſcitum fuiſſe, cui etiam in editione Romæ facta ſub Clemente VIII. operis inſcriptio, ſeu intitulatio attribuitur ſub hac forma. Joannis de Friburgo Ordinis Prædicatorum, de Sacramentis pœnitentiæ, &c. ad Summam S. Raymundi Commentariorum Libri 4. *Qui primus fuit qui hujuſce facti inſcitia præoccupatus, honorem auctori Gallo debitum, Germano reddere præſumſit, penitus ignoro: Scio bene Germanos viros in omni genere Scientiarum celeberrimos alienis ſic honoribus non egere, ut mutuatum honorem ſuos inter collocari qualemcumque navent operam. Reddenda quippe ſunt omnibus debita, cui tributum, tri-*

Digitized by Google

tributum ; cui honorem, honorem. Itaque hoc in opere incumbit nobis, falſo commentaria ad Summam Raymundi Joanni de Friburgo adſcribi, ſed F. Wilb. ſeu Wilhelmum, vel Guillelmum Rhedonenſem Gallum, genuinum horum Commentariorum, ſeu Gloſſarum fuiſſe auctorem, evidentiſſime demonſtrare; juſtaque de cauſſa primum a frontiſpicio operis a me oblitteratum eſſe; ſecundum in locum ipſius ſubſtitutum.

1. Veriſimile non eſt F. Joannem de Friburgo, qui e vita migravit 40. annos poſt obitum S. Raymundi, qui fere centum agens obdormivit in Domino, gloſſarum Summæ fuiſſe auctorem: Harum enim S. Thomas, cujus obitus uno tantum anno S. Raymundi mortem prævenit, in opuſc. 22. in calce operis recenſendo, mentionem fecit, quamvis non ut magnæ auctoritatis, ac ponderis: nam de abſolutione Sacramentali ſermonem habens, objectæ cuidam Poſtillæ Summæ Raymundi reſpondet, deriſorium eſt, inquit, in tanta re Poſtillam Summæ pro auctoritate adducere. Theatrum etiam Dominicanum tit. 441. ex Mirreo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis refert, F. Joannem de Friburgo Teutonicum Ordinis Prædicatorum Oſſunen. Epiſcopum in Ungaria mortuum fuiſſe, 1314. duas quidem ſcripſiſſe Summas unam Prædicatorum, & Confeſſorum alteram. Ex quo infertur, eo tempore quo luci expoſitæ fuere prædictæ Gloſſæ, Joannem de Friburgo, vel non adhuc natum, vel ſaltem religionis habitu non adhuc indutum fuiſſe. Ceterum ipſe Mirreus qui duas Summas ipſi attribuit, attribuiſſet etiam eidem Apparatum ad Summam S. Raymundi, ſic enim vocitatur in pluribus manuſcriptis gloſſarum opus, ut mihi epiſtola teſtis fuit, R. admodum P. Echard ordinis Prædicatorum, auctor diſſertationis, cujus titulus eſt, S. Thomæ Summa ſuo auctori vindicata. Ex iis omnibus colligitur has gloſſas Joanne de Friburgo antiquiores eſſe.

2. Si monumenta antiqua hac in re conſulta habuiſſet, qui has gloſſas Joanni de Friburgo adſcripſit, attentiori profecto egiſſet animo, cum Summæ faciem nomine dicti auctoris adornavit: nam nulla antiqua Summæ, & apparatus manuſcripta hujus mentionem faciunt, bene tamen Guillelmi ſub hoc nomine Wilb. Et hoc non ſolum in Summa, ſed in Summula, ſeu in ea in compendium redacta conſcriptum intuemur: Wilb. autem idem eſt ac Wilhelmus, ſeu Guillelmus.

3. Vincentius Bellovacenſis Burgundus S. Thomæ coætaneus, qui ut ait Sixtus Senenſis lib. 4. Bibliotecæ Sanctæ, claruit, ſub Friderico Imperatore 2. & Philippo Valeſio Francorum regi, anno 1240. in ſuo ſpeculo doctrinali lib. 9. & 10. perpetuo, ſeu in omnibus fere paginis cum Summa S. Raymundi, Summam quam Guillelmo Rhedonenſi attribuit, laudat: ſic enim vocat Gloſſas, quas Apparatum de caſibus dicunt antiqua manuſcripta: at textus in eo ſpeculo in extenſum relatos nihil addito, nihil adempto, eoſdem omnino eſſe de verbo ad verbum, ac Gloſſarum, ex quibus excerptæ fuere, legenti, & comparanti evidentiſſime patebit. Non igitur Joanni de Friburgo forſan non dum in lucem ſuſcepto adſcribi debet is de caſibus Apparatus, ſed Guillelmo Rhedonenſi.

4. S. Antoninus in ſua Summa majori, & in fine proœmii enumerationem faciens auctorum antiquorum, quos inducit ad probationem dicendorum, eos inter collocat quemdam Guillelmum, quem in rebus ad mores ſpectantibus paſſim laudat, proprias ſententias, propriaque verba recenſendo, quæ in nullo diſcrepant a verbis textus Gloſſarum in Summa S. Raymundi circumlatarum: quædam annotavi in obſervatione ad titulum de Magiſtris, in calce operis appoſita.

5. Palmario, & peremtorio id demonſtratur argumento: Nam Joannes ipſe de Friburgo in Prologo 2. ſuæ Summæ Confeſſorum Lugduni anno 1518. evulgatæ, fatetur his verbis, ſuum opus velle diſtinguere, ſicut & Summam Raymundi, cujus etiam ordinem, & titulos proſequitur; & monet lectorem, quod cum nominatur in ſuo opere Gloſſa, ſemper intelligendum eſt de Gloſſa Welhmi ſuper Summam Raymundi, niſi alia Gloſſa ſpecificetur, ut Gloſſa Innocentii, vel Hoſtienſis, aut Bernardi, vel Gloſſa ſuper aliquod decretum. Et q. 6. de Simon. citans Gloſſam Guillelmi, ait: aliqui tamen dicunt, ut Guillelmus in Gloſſa hic. Quod partes poſſunt ſine peccato ſibi invicem intimare voluntates ſuas. Et q. 10. de Simonia dicit: Nota etiam ſecundum Gloſſam Guillelmi hic, cum dicit aliquod dari pro ſpiritualibus, ut pro Miſſa, vel pro viſitatione, ly pro, non notat cauſſam finalem, ſed adminiculationem. Comparentur hæc verba, & multa alia ibidem relata, cum verbis Gloſſæ, eadem omnino invenientur.

Item in Bibliotheca Dominicana a R. P. Ambroſio de Altamur proſecuta, de Joanne de Friburgo dicitur, quod Antonius Poſſevinus Societatis Jeſu in tomo ſecundo Apparatus fol. 254. attribuit ipſi Summam Confeſſorum, & tabulam utilem juxta ſeriem Alphabeti, ad Summam, & ad apparatum Raymundi, de quo ipſe Joannes in ſuo primo prologo ad Summam Confeſſorum, ſub his verbis mentionem facit: Primo tam de textu, quam de apparatu, ſeu Gloſſa Raymundi quondam Magiſtri ordinis, regiſtrum, ſeu tabulam ſecundum ordinem Alphabeti cum diligentia ordinavi: Sed hoc opus, ut fatetur Poſſevinus nondum prodiit, cum tamen manuſcripta ſtare in Germania dicantur. Hæc evidenter demonſtrant, non Joannem de Friburgo, ſed Guillelmum Rhedonenſem Gallum, Gloſſarum auctorem fuiſſe, & perperam editores, & nuperrime Diarium Trivollienſe, eas primo adſcripſiſſe.

Gallum dico, eo quod Vincentius Bellovacenſis Rhedonenſem eum facit, ſeu civitatis quæ eſt in Britannia minori. Hoc Lectori apparebit, ſi Gloſſas ipſas perquirat; nam ſæpe numero conſuetudinum, uſuumque regni Galliarum ſermonem habet, intactis aliarum regionum Sanctionibus, & ſingulatim in titulo de Sepulturis proponit ſibi conſuetudinem quarumdam regionum, ubi Eccleſia Parochialis de omnibus mobilibus, quæ poteſt moriens in teſtamento relinquere, exigit tertiam partem, & morienti injungit, quod Sacerdoti revelet omnia mobilia ſua, & inde ſuam tertiam partem poſſit habere, ſicut fit alicubi, ſcilicet in Britannia minori. Hæc non Germanum, ſed Gallum, & hunc Britannum fuiſſe apprime indicant.

In hos, & ſimiles facti errores incidunt qui in ſcholaſtico pulvere nimium exercitati, Hiſtoriam Eccleſiaſticam, Eccleſiaſticos ſcriptores, Theologiam poſitivam, nec quidem a limine ſalutant: hinc proprii monumenta etiam ordinis confundunt, unum auctorem alteri temere ſubſtituunt, intitulationes librorum ad placitum mutant, nec proprio, nec communi ſui ordinis honori parcentes, ludibrio, & poſteriorum contemptui ſe exponunt: diſcant qui talia agunt, vel memores ſint brevis admonitionis Sixti Senenſis in ſua Bibliotheca ſancta, de falſa librorum inſcriptione.

(Non abs re, inquit, veteres illuſtrium ſcriptorum expoſitores præceperunt, inſcriptiones operum,

&

& auctorum nomina in ſingulis voluminum exordiis diligenter inquiri, & prudenti judicio perpendi: ſenſerunt enim, quam magni referat, noſſe qualis traditionis & auctoritatis fuerit cujuſque operis auctor, præſertim vero in ſcriptis Sanctorum Patrum, & nobilium Eccleſiæ doctorum, unde velati ex oraculis Theologorum academiæ aſſertionum ſuarum conſtantiam accipiant, ſummique Pontifices decreta ſumunt, quibus regitur Chriſtianus orbis) Abſit, ut exiſtimem hujus & auctoris nominis inſcriptionis mutationem malitioſe fuiſſe factam, & ponam editores in numero eorum, de quibus loquitur idem Sixtus Senenſis, ibidem verſus finem.

Sunt & ignavi quidam furunculi, qui inſtar Æſopicæ Cornicułæ ſeſe alienis pennis venditantes, & coccycis ritu in alienos nidus ioſilientes, aliorum ſcriptorum labores furantur, & deletis veris titulis, propria, vel propiorum nomina imponunt: *bene tamen in eorum numero colloco*, qui, *ut proſequitur poſt pauca idem Sixtus Senenſis*, nimio & inconſiderato alicujus ſcriptoris amore capti, aliorum lucubrationes, ſine ullo judicio & delectu uſurpatas, ei vendicant, exiſtimantes ſe ex auctione & multitudine librorum majorem nominis celebritatem adamato auctori comparare; hoc forſitan excuſando, ſed neutiquam approbando affectu permoti nonnulli Thomiſticæ ſanctitatis, ac ſapientiæ amatores, Exegeticis S. Thomæ inſeruere Commentaria in Geneſim, in Iſayam, in Hieremiam, in Threnos, in Joannem, in Epiſtolas Catholicas, in Apocalypſim, atque alia permulta his ſimilia, cum ceteris ejus ſcriptis, nec eruditione, nec judicii acumine conferenda.

§. II.

N O T I O

Juris Canonici.

PRopoſitum eſt nobis hoc opere, ut jam dictum fuit, cum S. Raymundi Summæ cum jure Canonico, ex quo ortum habuit, affinitatem dicere, & ſine diſpendio temporis eos duos textus unico intuitu legendos ſubjicere, ut facillime quidquid compertum, probatumque in uno optatur, promtum in altero habeatur: id quo recte, atque ex ordine fiat, optimum fuerit, aliqualem juris Canonici candidato Lectori notionem dare, maxime librorum penuria ita laboranti, ut penes ſe non eſſet, alibi addiſcere; quodnam jus Canonicum ſit, quæ illius quaſi ſubjecta materies, quæ diviſio, quæ utilitas, quis ſcopus, in quem Theologo Canoniſtæ ſtadia dirigenda ſint omnia, ut veritate in hocce opere, ut oportet, percepta, adeptaque, eam viam ſumat, quæ recta tramite ducit ad vitam.

Quid jus Canonicum.

CAnon græce, Regula latine redditur: regula dicta, eo quod recte ducit, nec aliquando aliorſum trahit. Alii dixerunt regulam, vel quod regat, vel normam recte vivendi præbeat, vel quod diſtortum, pravumque corrigat, & ex Gratiano in decret. diſt. 3. Eccleſiaſtica Conſtitutio Canonis *nomine cenſetur, & quod ſola Concilia œcumenica, ſedeſque Apoſtolica in deciſionibus fidei, & morum uſurpant: ex quo obiter infertur Theologum ſimplicem cujuſcumque etiam in terris excellentiæ ſit, temeritatis vacuum non eſſe, qui reſolutiones ſuas in rebus morum, regulas ſeu Canones dicere, ac cenſeri debere præſumit: id enim in Apoſtolicis dumtaxat decretis conſecratum, & Eccleſiaſticæ eſſe nomenclaturæ, huc uſque agnitum fuit; & irriſorium eſt, verſatilis doctoris ſententias ut Canonicas judicare, niſi aliunde vim, conſtantiam, & firmitatem Canonis obtineant.*

Juriſprudentiam Canonicam, vel jus Canonicum dicimus collectionem regularum, quibus Chriſtiani dirigantur in iis, quæ directe & immediate ad religionem ſpectant; & cum Theologia ſcholaſtica, utpote ſpeculativa, in divinarum rerum cognitione quieſcit, Canonica juriſprudentia praxim, ſcilicet Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum regimen, tam in ſpiritualibus, tum in temporalibus rebus intendit: illæ autem regulæ a Sacris ſcripturis, & divinis Traditionibus, Conciliis, Summorum Pontificum Conſtitutionibus, Sanctorumque Patrum ſcriptis originem habent; & ad unum beatitudinis æternæ ſcopum, omnes Chriſtianorum actiones regenda, ordinant.

Inſtitutor juris Canonici agnoſcitur Chriſtus Dominus Salvator, Paſtor, & Legislator, qui auctoritatem dedit Petro condendi leges in his verbis Joann. 21. Paſce oves meas; *Chriſtiani autem non ſolum vocali, ſed ſcripto, quod eſt lex, paſcuntur verbo; & non ſoli Petro, ſed etiam aliis Apoſtolis, & SS. Pontificibus Petri ſucceſſoribus fuit eadem collata poteſtas.*

Incipit jus Canonicum a Chriſti Evangelio, & ab illo Sacro Apoſtolorum Hieroſolimitano Concilio, 17. vel 18. anno poſt Chriſti Aſcenſionem celebrato, ut habetur in actibus Apoſtolorum c. 15.

Juris Canonici Materies.

COnſtat jus Canonicum divinæ legis præceptis, ſeu Jure divino, Conſuetudine, & Conſtitutionibus tamquam principalibus partibus: Jus divinum in lege & Evangelio continetur, quod tamquam immutabile ſemper permanet. Conſuetudo, jus non ſcriptum moribus viventium approbatum dicitur, quod pro lege, quando deficit, recipitur: mos enim populi Dei, & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt; & ſicut prævaricatores divinarum legum, ita & contemtores Eccleſiaſticarum conſuetudinum ſunt coercendi.

Conſtitutio eſt lex ſcripta, adeo ut ſcriptura ſit de ratione & forma ipſius, ut a conſuetudine, quæ non ſcriptura, ſed moribus comprobatur, diſtincta ſit.

Conſtitutio pluribus nuncupatur nominibus; quandoque Canon. *quamvis hoc vocabulum proprie dicatur de Conſtitutione Conciliari, qua Chriſtianorum actiones regulantur: quandoque* Dogma *in ſpectantibus ad fidem Catholicam: quandoque* Decretum, *cum Conſtitutio a S. Pontifice cum Cardinalibus, & aliis aſſenſum præſtantibus conditur, & in ſcripta redigitur; quandoque* Decretalis epiſtola: *cum S. Pontifex alicui ſuper aliquo caſu dubitanti, & Apoſtolicam ſedem conſulenti, Conſtitutionem ſcripto tranſmittit: quandoque* Mandatum, *cum Conſtitutio eſt in concernentibus Eccleſiaſticam diſciplinam, & Eccleſiaſticorum mores: quandoque* Interdictum, *cum ordinatur ad correctionem præſentium, & imminentium malorum: quandoque* Sanctio, *cum ad futurorum cautelam in comminatione pœnæ contra tranſgredientes legem, vel mandatum principis, unde pœnalis Conſtitutio dicitur.* Bullæ *eandem aliquando dicuntur Summorum*

Digitized by Google

rum Pontificum Conſtitutiones, quia ut bullæ, quæ fiunt in aquis, facile evaneſcunt; unde & dicimus, homo bolla, *hoc eſt, brevi vivens tempore; quia Summi Pontifices facile hujuſmodi Conſtitutiones ſolent revocare, immutare, ac de medio tollere; vel dicuntur* Bullæ *a ſigno aureo, vel plumbeo a funiculo dependente, quod appellatur* Bulla. *Unde Bullatum eſt, quidque tale munitur ſigno. Ita communiter Canoniſtæ.*

Sed iis non immoramur, intentum impræſentiarum eſt, brevem corporis juris Canonici uſitati notitiam præbere lectori candidato, ut textus hac in Summa laudatos agnoſcat extractos fuiſſe ab eo corpore ſeu collectione juris, eoſque ibi, cum libuerit, invenias; ſilentio prætermiſſis pluribus aliis collectionibus in variis ætatibus factis, ſolam illius mentionem facimus, quæ uſu recepto & approbato vim juris nunc obtinet.

Anno enim 1151. *Gratianus Monaſterii S. Felicis Bononienſis, Ordinis S. Benedicti Monachus, jus Canonicum in unum opus redegit, cum hoc titulo ſecundum veterum Codicum fidem:* Concordia diſcordantium Canonum. *Sub Eugenii* 3. *Pontificatu, hanc adornavit collectionem, Dionyſii exigui, Iſidori, & Ivonis collectiones amplectentem, quas novis Conſtitutionibus Pontificum, Canonibus Conciliorum, & SS. Patrum locis amplificavit, & locupletavit; & quam Innoc.* 3. *in Epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellanum vocat,* Corpus Decretorum. *Innumera tamen erant in hac collectione errata, & quidem graviſſima contra hiſtoriæ leges, contra ſanæ Theologiæ Principia, contra veritatem teſtimoniorum Patribus adſcriptorum, & conciliorum nullibi gentium celebratorum: hæc autem annotata ſunt, & emendata a Correctoribus Romanis, viris nimirum eruditis, quos Summi Pontifices Pius* 4. *Pius* 5. *& Gregor.* 13. *huic caſtigando operi præpoſuerunt.*

Non immoramur etiam quæſtioni a novis ſcriptoribus tam ſæpe agitatæ, an ſcilicet omnes Decretales Epiſtolæ Romanorum Pontificum, uſque ad Siricium Papam genuinæ ſint, quamvis in corpore juris habeantur, & a Pontificibus ſupra dictis laudentur, & approbentur: neque ob hoc ad quemdam ex partibus Calvini recurrimus, nec ejus criterium laudamus, ſicut unus ex noſtris laudat, quia epiſtolas illas priſcis Pontificibus abjudicat: Quid enim nobis, Catholice lector, de iis qui foris ſunt? Etiamſi veriſſima eſſent, quæ dicerent in materia fidei, & Eccleſiæ Catholicæ, non propter eorum loquelam, ea credituri eſſemus, ſi aliunde vim, & auctoritatem non obtinerent. Sed quamvis hæ epiſtolæ ſint ſuppoſititiæ; vim tamen Canonum habere, fatentur plurimi; quia Summi Pontifices eas adoptarunt, eaſque occaſione nacta admiſerunt, ſuaſque fecere, juxta illud L. Sacratiſſ. Noſtra enim facimus, quibus noſtram impertimus auctoritatem. *Hanc vim & robur Canonum in præfatis Epiſtolis agnovit Nicolaus* 1. *ut fatetur R. P. Alexander in ſua hiſtoria Sæculi* 1. *diſſert.* 20. *nam æſtu contentionis abreptus, in reſponſione ad argumentum a Nicolao* 1. *ſuppeditatum, quo illas epiſtolas admiſiſſe probatur; ſic diſtinguit*, admiſit, ut vim Canonum habentes, concedo. Admiſit, ut genuinas nego..... Non intendebat igitur Nicolaus, probare epiſtolas veterum Pontificum genuinas eſſe, quia de hoc ipſum inter & Gallicanos Epiſcopos non movebatur controverſia: ſed ſolum vim legis Eccleſiaſticæ ipſas habere.

Nos in præſens de genuitate illarum epiſtolarum non curamus: conſtet Cæleſtino Sfondrato, in admonitione prævia ad ſuam Galliam vindicatam, *eas eſſe ſuppoſititias, & falſo eis Pontificibus, quibus adſcribuntur, adſcribi, & non referre, cui nomini tribuantur, ſi veræ ſint, & auctoritate SS. Pontificum adornentur:* Nec intereſt, *inquit*, Apellem, aut Parrhaſium auctorem imago habeat, ſi pulchra eſt, & placet. *Hæ Decretales in Gallia, nec pulchræ habentur, nec placent, nec ullius auctoritatis cenſentur in materia diſciplinæ.*

Juris Canonici Diviſio.

H*Æc Gratiani collectio in tres partes diſtribuitur, quarum prima* 101. *complectitur diſtinctiones: ſecunda cauſſas* 36. *& ſingulæ cauſſæ in quæſtiones diſtinguuntur, & quælibet quæſtio in capita: at vero quæſtio tertia Cauſſæ* 23. *tractatum habet* de pœnitentia, *in ſeptem quæſtiones per capita diviſum. Tertia pars ſermonem exhibet* de Conſecratione: *in quo quinque diſtinctionibus agitur de conſecratione Eccleſiarum, & Miſſarum celebratione, de Sacramento Euchariſtiæ, de Feſtivitatibus per anni circulum celebrandis, de Baptiſmi Sacramento, de Confirmatione, & Jejunio.*

Citatur hæc collectio in Summa, & citari ſolet ab auctoribus quattuor modis. Primo ſic: diſt. 29. *c.* Neceſſe. *Id eſt, diſtinctione* 29. *& capite, quod incipit,* Neceſſe. *Secundo ſic:* 12. *q.* 1. *c.* Expedit: *id eſt, Cauſſa* 12. *quæſtione prima, capite, quod incipit hoc verbo,* expedit. *Tertio modo tractatus* de pœnitentia *ſic laudatur.* De pœnit. diſt. 3. c. Nam: *id eſt, de pœnitentia, diſtinctione tertia, capite, quod incipit hoc verbo,* Nam. *Quarto tractatus* de Conſecratione *ſic allegatur;* De Conſec. d. 4. c. Gratia, *id eſt, de Conſecratione, diſtinctione quarta, capite, quod incipit hoc nomine,* Gratia.

Gratiani collectioni acceſſit altera Decretalium Epiſtolarum, juſſu Gregorii IX. Pontificis Maximi, a S. Raymundo hujuſce Summæ auctore, ipſius Capellano adornata, & in quinque libros diviſa: in primo agitur, de munere & officio perſonarum Eccleſiaſticorum: *in ſecundo*, de judiciis, & iis, quæ ad judicia ſpectant: *in tertio*, de rebus ad Clericos, & Eccleſias pertinentibus: *in quarto*, de rebus, quæ laicis competunt: *in quinto*, de delictis, & eorum pœnis.

Hoc autem modo laudantur: c. Cum contingat, *de reſcriptis. Id eſt, capite, quod incipit his verbis,* Cum contingat, *titulo, de reſcriptis: quidam allegant librum, & ſic eſſet,* libro primo: *& S. Magiſter adjungit particulam,* Ext. *id eſt, extra Gratiani collectionem.*

Hæc collectio cum fuerit facta juſſu & auctoritate Apoſtolica, vim legis Eccleſiaſticæ obtinet; aliæ vero collectiones, ante & poſt factæ, privato tantum ſtudio, privataque auctoritate compoſitæ, de medio tolluntur. Unde falſum, & ineptum omnino reputatur; quod temere profert Antonius Contius in ſua annotatione, ad editionem particularem a ſe factam anno 1556. idem, *ſcilicet;* multo juſtius de Raymundo iſta dici poſſe, quod de Triboniano; multas illum utiliſſimas Conſtitutiones, dum brevitati ſtudet; miſere laniaſſe, laceraſſe, ut plerumque divinare neceſſe ſit, quid eſſet in controverſia poſitum, quidve juris reſcriptum, & reſponſum.

Si ad præfationem Gregorii IX. in frontiſpicio Decretalium poſitam attendiſſet, benigniorem electioni, & collectioni ſub oculis ſummi Pontificis factæ,

Digitized by Google

ſtæ, dediſſet ſenſum. Saoe, *ut declaravit ibidem S. Pontifex*, diverſas Conſtitutiones, & Decretales epiſtolas prædeceſſorum noſtrorum in diverſa ſponſas volumioa, quarum aliquæ propter nimiam ſimilitodinem, & quædam propter contrarietatem, nonnullæ etiam propter ſui prolixitatem, confuſionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur extra volumina ſupradicta, quæ tamquam incertæ, frequenter in judiciia vacillabant; ad communem, & maxime ſtudentinm utilitatem, per dictum filium F. Raymundum Capellanum, & Pœnitentiarium ooſtrum in unum volumen (reſecatis ſuperfluis) providimus redigendas. *Quæ prolixa, quæ incerta, quæ ſuperflua, quæ contraria ſummo Pontifici videbantur, dilaniata, lacerata, neceſſaria, certa, utilia, ab Antonio Contio ſimplici juriſconſulto, in Metropoli Biturigum profeſſore, judicantur: proh Deus! ſufficit nobis ad impugnationem temeritatis hujus doctoris, dicere Summum Pontificem in fine Præfationis declaraſſe, his verbis:* Volentea, ut hac tantum compilatione, *Raymundi*, univerſi utantur in judiciis, & in ſcholis, diſtrictius prohibemus, ne quis præſumat aliam facere, abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſpeciall.

Hæ duæ ſolæ compilationes Gratiani ſcilicet, & Raymundi vigebant tempore, quo ipſe Summam de caſibus in lucem edidit: & hæ ſola in ea laudantur; at ſucceſſu temporis, & creſcentibus adhuc juris difficultatibus, ſextus liber *quinque libris decretaliam additus eſt a Boniſacio VIII. qui liber Summorum Pontificum, qui ſederunt inter Gregorium IX. & Boniſacium VIII. ipſiuſque etiam Boniſacii Conſtitutiones amplectitur, quæ non omnes ab Eccleſia Gallicana receptæ ſunt, & maxime Boniſacii VIII. Iſta collectio ſic citari ſolet.* Si judex laicus. *De ſent. excomm. in 6. id eſt, capite,* ſi judex laicua, *titulo*, de ſenteotia excommuoicationis, *libro ſexto Decretalium.*

Iis etiam addita ſunt Clementinæ, *id eſt, Clementis V. Conſtitutiones in Concilio Viennenſi in Gallia editæ, quæ hoc modo laudantur. Clement.* Si furioſua, *de homicidio, id eſt, Clementina, quæ ſic incipit.* Si furioſua, *titulo*, de homicidio.

Porro ſequitur, Extravagantium *collectio ſive Joann. 22. ſive communium, quæ a diverſis Pontificibus editæ ſunt: ita nuncupantur Conſtitutiones illæ, eo quod extra corpus juris vagantur: ſic autem allegantur: Extravag.* Vas electionis, *de hæret. id eſt, in titulo*, de hæreticis, *ia Extravaganti, quæ incipit*, vas electionis.

Iis omnibus conſtat juris Canonici corpus, quod hodie jus novum nuncupatur, quibus, & judices in tribunali laicali; ſive Sacerdotes in Eccleſiaſtico, uti ſolent in caſibus occurrentibus: multos ipſum ſupplevit juris veteris defectus; & iſta novarum legum multitudo neceſſaria fuit, at novis in dies emergentibus cauſſis lux afferretur, noviſque malis, quæ graſſari cœperant, remedia adhiberentur opportuna.

Circa autem nomen, Palea, *quæ interdum a ſcriptoribus laudatur, eo quod nonnulla in Gratiani Collectione capita, ea adornari cernuntur; variæ ſunt doctoram ſententiæ: multi ea capita, in quibus res inanes, ac leves continerentur, hoc nomine appellari cenſuerunt: alii quaſi* Τὰ, παλαιὰ, *id eſt, antiqua: alii quaſi additiones quaſdam derivata, ac potius depravata voce ab adverbio,* πάλιν, *id eſt,* rurſum, *quo ſcriptores etiam Latini tempore Gratiani uterentur: verum Joann. Andreas in additionibus ad ſpecul. tit. de diſputat. & allegat. prope finem, quem ſequuntur nonnulli Canoniſtæ, putat quemdam Protopaleam, quem Jaſon addit Cardinalem fuiſſe, collectioni Gratiani hæc capita adjunxiſſe, ſed ea omnia valde incerta reputantur, falſam tamen eſſe illorum opinionem, qui eas Paleas contemnendas putant, ex eo conſtat, quod multæ & in Decretalibus, & apud vetuſtiores Gratiano collectores habentur.*

Juris Canonici Utilitas.

T*Antæ utilitatis, ne dicam neceſſitatis nonnullis olim viſa fuit juris Canonici ſcientia, ut Auguſtinus, de Ancbona in lib. de poteſtate Eccleſiaſtica (quem S. Antoninus laudat, 3. p. tit. 5. c. 2. §. 2.) cenſerit, Magiſtrandum in Theologia teneri ſcire jus Canonicum: rationem hujus dat,* quia, *inquit*, diſtinctio unioa ſcientiæ ab alia non accipitur penes rem, quæ cognoſcitur; ſed penes modum ſciendi diverſum: unde penes diverſum modum conſiderandi Philoſophus 6. Metaph. poſuit diſtinctionem ſcieotiarum: illa ergo eadem, quæ tractantur in Theologia, reperiuntur io jure Canooico, & quæ reſpuuntur ibi, reſpuuntur & hic, ut diſt. 12. c. *omnia*, & diſt. 15. c. *Sancta Romana*. Differunt tamen Theologia, & ſcientia Canooica in modo conſiderandi quantum ad quinque. Primo, quidem quia a Theologia determinantur illæ materiæ de divinis Sacramentis, & aliis ac moribus fidelium modo ſubtili, & quaſi *propter quid*: eo tamen modo quo in Theologia aſſignari poteſt, *propter quid*. In jure autem Canonico, modo groſſo, & poſitivo, & ſolum, *quia*. Secundo, quia illa determinantur a Theologo principaliter propter veritatis contemplationem, a Canoniſtis principaliter propter actionem, & quæſtionum occurrentium ſolutionem. Tertio, quia a Theologis determinatur principaliter de cultu Dei, & de his quæ ſpectant ad integritatem fidei unius Dei; a Caooniſtia magia de miniſtrorum ordine, & Eccleſiaſticorum negotiorum ſpectaotium ad talem cultum. Quarto, quia a Theologia determinantur Csoones qualiter piis opitulentur, & defendantur contra impios: in jure Canonico quo modo opitulentur piis, & defendantur contra impios. Quinto, quia a Theologo determinantur magiſtraliter, & in foro conſcientiæ, quo agitur cauſſa inter Deum, & hominem; a Canoniſtis vero magis particulariter applicando ad particularia negotia in foro exteriori judicii, in quo agitur cauſſa inter hominem, *& hominem*: & quia ſermones uoiverſalea in materia morali parum ſunt utiles, ut dicitur 1. Ethic. ideo puto, quod provida ordinatio eſſet, ut dignus Magiſtrari in Theologia poſt lecturam libri ſententiarum, teneretur legere librum Decretorum, quatenus magis tritus, & expertus aſſumeretur in his, quæ ſont neceſſaria ad conſulendum ſaluti aoimarum.

Ex quibus concludit S. Antoninus: Unde ſicut Magiſtrandus in Theologia debet prius ſcire ſcientias humanas, ut clarius, & ſubtilioa poſſit iotelligere Sacram Scripturam; ſic multo magis debet ſcire Sanctorum Canones, ut melius, & fructuoſius poſſit conſulere ſaluti animarum.

Iis acceſſit Melchior Cano, qui lib. 8. de locis Theol. c. 6. inquit [*quod ſi a Theologis: animarum cura non eſt aliena, ſed potius animas regere, eorum quaſi peculiare munus eſt, procul dubio juris Canonici ſcientia eſt illis neceſſaria*] *ſententiam*

Cajetani non approbat, cum dicit pœnitentes in excommunicationibus, ſuſpenſionibus, irregularitatibus, aliiſque ejuſmodi pœnis ad juris peritos remittendos eſſe, ne confeſſor ipſo alterius facultatis onere prægravetur: Id ignoro prorſus, *inquit*, quemadmodum ſine magnis incommodis fieri queat, primum enim interdum in pœnis juris incurrunt fœminæ, quas pro conſcientiæ remedio, juriſprudentium adire domos, abſurdum erit, & certe parum muliebri verecundiæ conſentaneum: deinde etiam, cum juriſperiti & ſcientiam, & verba locare ſoleant, ad confeſſionis Sacramentum nonniſi prius data pecunia erit acceſſus... Sed quid ego incommoda numerare pergo, in quæ confeſſores incidant neceſſe eſt, atque adeo pœnitentes; ſi confeſſores ipſi Canonum ſunt ignari? Cum manifeſtiora ſint, quam, ut indicare debeamus: fatendum eſt igitur juris Canonici peritiam Theologis magno uſui futuram.

Enumeratis poſtea caſibus, & articulis in volumine Decretalium contentis, tumquam utilibus, & neceſſariis, tum in conſiliis animarum, & pœnitentiæ fora, quam in regendis, & diſponendis Eccleſiis, & rebus Eccleſiaſticis: Utinam, *exclamat*, Theologi, qui juris Canonici ſunt penitus ignari, vel a decernendis conſcientiæ caſibus abſtinerent, ne imperiti riſui haberentur, cum de his nonnunquam reſpondent ut Magiſtri, nunquam ut diſcipuli didicerunt; vel certe ea eſſent modeſtia præditi, ut juriſperitos conſulerent, ne divinando de ſenſu proprio reſponderent. Quod ſi docere vellemus, in quos errores Theologi nonnulli ob juris Pontificii ignorantiam incurrerint, facillimum quidem eſſet, niſi eſſet longum, & alio noſtra oratio properaret.

Attamen ipſe Melchior Cano, non ſibi cohærere videtur, qui poſtquam opinionem Cajetani inconvenientibus impugnaverit, in eam inclinat, dum juris Pontificii voluminibus in tria rerum genere diſtributis, concludit quidem in iis, quæ ad fidem, & mores attinent, Theologum juriſconſultorum authoritate non egere, notatque errore non levi, qui aſſerunt in materia uſurarum, ſimoniæ, & aliis hujuſmodi, in quibus de peccato mortali agitur, ad juriſperitos potius, quam ad Theologos recurrendum eſſe; ſed tamen in his quæ pœnas a jure præfinitas, ſcilicet irregularitatis, excommunicationis, interdicti, ſuſpenſionis, &c. reſpiciunt, tunc, *inquit*, Theologus inſolentiſſimus erit, ſi quod ignorat, judicarit, inſolentior, ſi poſteaquam juriſperitos conſuluerit, omnium auctoritati refragatur.

Nos ne confuſis, & æquivocis laboremus, aliam, quæ non incongrua conſideranti cenſebitur, diſtinctionem facimus, ſcilicet eorum, quæ ad lites, judicia, judiceſque pertinent, ut de litis conteſtatione, de libelli oblatione, de accuſationibus, Inquiſitionibus, & denunciationibus, de Appellationibus, accuſationibus, de arbitris, de ſententia, & re judicata, ut lite pendente nihil innovetur: *Porro ea omnia, quæ ad lites, & ob lites inſtituta ſunt, Theologus Juriſtas Canoniſtas conſulere tenetur, ſed eorum quæ ad Pœnitentiæ tribunal, ſeu forum poli* directe, *vel indirecte conducunt, quæcumque ſint quoque modo, vel approbata, vel improbata, vel permiſſa, vel prohibita, ſive lege divina, ſive Eccleſiaſtica, ſeu poſitiva, ſeu Pontificia, cognitio præ juriſtis ad Theologum periculo animarum expoſitum, vel exponendum ſpectare exiſtimamus; & eorum ignorantia eum a peccato non eximit, ſi a regulis juris in iis deviare contingat; neque ſimplex Theologus in foro ſori, ſi inconſultis juriſperitis in iis, quæ ad lites, & ad forum exterius pertinent ſe ingerere, vel ea eorum tribunali Eccleſiaſtico, vel laico defendere velles: non enim præſumitur quis ignorare, id quod ipſe poteſt, & tenetur ſcire, vel ſaltem potuit, ac debuit conſulere peritiores. Rota deciſ. 3. de ſentent. excomm. coram Mobedano, alias 693. ubi fuit dictum, etiam Moniales non excuſari ſequentes opinionem doctoris ſui ordinis; quia in hoc caſu Canoniſtæ debuiſſent dici Magiſtri, qui ſunt periti, & doctores, non autem Theologi, maxime in loco ubi adeſt copia juriſperitorum, qui conſulunt imperitis: ut dicitur in L. Leges Sacratis, C. de legibus.*

Canonum Concordantia.

D*Uo ſunt in jure Canonico præceptionum, & prohibitionum genera: nonnullæ mobiles, aliæ immobiles. Immobiles ſunt, quas lex æterna ſanxit, quæ obſervata ſalutem conferunt, non obſervata eamdem auferunt, qualia ſunt:* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut te ipſum. *Et* honora patrem; *&* non occides, non mœchaberis *& hujuſmodi. Mobiles vero ſunt, quas lex æterna non ſanxit, ſed poſteriorum diligentia, ratione utilitatis invenit, non ad ſalutem principaliter obtinendam, ſed ad eam tutius muniendum: quale eſt illud Apoſtoli.* Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem devita. *Canonum itaque præceptiones, vel prohibitiones mobiles ſunt, & ſecundum vigorem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel moderationem quandoque arctantur, quandoque diſpenſantur.* Quas ſiquidem præceptiones, vel prohibitiones, *inquit Hugo Priſcus Canoniſta*, cum diligenter intuitus fueris, & quid ſecundum rigorem, quid ſecundum moderationem, quid ſecundum judicium, quid ſecundum miſericordiam dicatur, vigilanter attenderis: nihil ex iis jam ambigui, vel contrarietatis invenies.

Cum autem in ſcriptis Sanctorum Patrum, vel Apoſtolicorum virorum noſtrorum, aliquod capitulum, vel Canonem reperieris, ab uno quidem ſecundum rigorem judicii intenſum, ab alio vero ſecundum indulgentiæ moderationem diſpenſatum, non ſtatim, ut contrarium reprehende, ſed ſcriptorum intentione diligenter intuitu, unum eſſe ſcripturæ faciem intellige, quæ de uno caritatis fonte proceſſit V. G. B. Gregor. dicit in Canone, quem ſcribit Secundino incluſo. Lapſi in Sacris ordinibus poſt condignam ſatisfactionem revocari poſſunt, & ad ordinem ſuum redire, *ſed Martinus Papa ab eo docimus dicit, quod* ſemel lapſi poſt ſuam ordinationem, deinceps jam depoſiti erunt, & nullum gradum Sacerdotii poterunt adipiſci. Et putaſne, *inquit idem Hugo*. Hæc ſunt contraria? Videtur ſuperficies litteræ facere diſſonantiam, ſed ſi diligenter attendas, auctorum intentio facit concordiam: ecce enim Canonem illum, quem alter diſpenſat, & moderatur propter infirmos compaſſione miſericordiæ, alius aggravat, & intendit rigore Eccleſiaſticæ diſciplinæ: nec deſperatione veniæ hoc dicitur, ne forte contra Claves Eccleſiæ diſputaretur, quibus ligata ſolvuntur; ſed zelo quodam juſtitiæ, & fervore extirpandi vitia, ut hac ſingulari cautela, metus quidam libere peccantibus incuteretur: Multa in hunc modum in ſacris Canonibus reperies, quæ pro ne-

Digitized by Google

neceſſitate temporum, vel conſideratione perſonarum, vel etiam ætatum, aliquando rigore judicii intenduntur, aliquando miſericordiæ moderatione indulgentur.

Illos vero Canones, qui juris naturalis, & divini aliquid admixtum habent, ſemper, & immobiliter obligare, docet D. Thom quodlib. 9. art. 15. ubi loquens de Canonibus plurium Præbendarum, ſive Beneficiorum poſſeſſionem prohibentibus, ait: Quantum ad hoc quod jura illa antiqua continent jus naturale, abrogari non poſſunt per contrariam conſuetudinem, utpote irrationalem; quantum autem ad hoc quod ſolum de jure poſitivo continent, poſſunt eſſe abrogata, præcipue ſi diſſimulantes hanc contrariam conſuetudinem, in quorum poteſtate eſt jus poſitivum mutare, intendunt per talem diſſimulationem antiqua jura mutare.

Advertendum tamen eſt, jus poſitivum a Sacris Canonibus conſtitutum ſola etiam diſſuetudine, aut conſuetudine contraria non ſemper abrogari, ſi diſſuetudo illa ſit recens, nec ab Eccleſia tolerata, & ſi contraria illa conſuetudo non ſit præſcripta, eamque Eccleſia plectat, quoties ad ipſius judicium defertur: Concilium Pariſienſe VI. c. 1. id declarat: quorumdam, *inquit*, perverſiſſime conſuetudines, propriæque voluntates multimoda adinventione contumaciter, quod valde periculoſum eſt, efficiunt, ut opera fidei magna ex parte negligantur. Qui dum legis divinæ tranſgreſſores exiſtunt, eaſdem conſuetudines ſibi leges faciunt, & ſecundum eas ſe vivere abſque ſui diſcrimine, & poſſe & debere contendunt, ſua quærentes, non quæ Jeſu Chriſti. Quod quantum auctoritati divinæ contrarium ſit, aut non advertunt, aut certe animadvertere detrectant. Quantum etiam ob hoc Religio Chriſtiana in iis periclitetur, facile qui ſapit, advertit. Quapropter unuſquiſque fidelis, ſi ſalvus eſſe vult, oportet ut remotis perverſis conſuetudinibus, quæ periculum animarum generant, fidem, Chriſti quam percepit, bonis operibus exornare non negligat.

Porro abuſus invaleſcens contra legem, cujus vim Sacri canones obtinent, ut jus quoddam haberi non poteſt, ſi legis utilitas, ac ratio manet: tunc enim lex conſuetudini ſemper præponenda eſt, dicente S. Thoma. 1. 2. q. 97. a. 5. Si maneat ratio eadem propter quam lex primo utilis erat, non conſuetudo legem, ſed lex conſuetudinem vincit.

Juris Canonici Scopus.

IN directiam ſocietatis humanæ ad commune bonum verſatur ſcopus, & finis juris, & legum; cum hoc tamen diſcrimine, quod commune bonum, ut eſt conveniens hominum ſocietati, ſeu ſtatui politico, a jure civili intenditur; at commune bonum, ut ad vitam æternam refertur, ſeu finem ſupernaturalem, a jure Canonico principaliter inſpicitur, & conſideratur; adeo ut ſola ſalus hominis, tamquam præcipuus finis juris Canonici agnoſci debeat, & ut aſſeverat Paſſerinus noſter ſup. c. ut animarum 2. *de conſtitut. in 6.*

,, *Pontifici qui Juris Canonici eſt auctor, nulla*
,, *alia prorſus data eſt poteſtas, nec aliam habet,*
,, *niſi poteſtatem Clavium regni cælorum, ſecundum*
,, *illud Matth. 16. Et* tibi dabo Claves, *&c....*
,, *ſuper quod D. Thom.* Unde Chriſtus, *inquit*,
,, Vicarium ſuum Petrum conſtituit, ut intro-
,, duceret in cælum, unde illud miniſterium
,, dedit, unde Claves dedit: Claves enim in-
,, troducunt, unde Petrus habet miniſterium
,, introducendi. *Pontifex igitur Petri ſucceſſor non*
,, *habet poteſtatem, niſi in ordine ad introducendum*
,, *in regnum cælorum, tamquam regni cælorum Cla-*
,, *viger: fines igitur mandati ſui excedit, ſi quod*
,, *operatur, & non principaliter, & proprie in or-*
,, *dine ad regnum cælorum: quia nulla alia ſibi eſt*
,, *data poteſtas, niſi ut ſolvendo, & ligando in*
,, *terris, regnum cælorum aperiat, vel claudat.*
,, *Sed hoc manifeſtius probatur, cum Chriſtus*
,, *Joan. 21. Vicarium ſuum inſtituis per hæc verba*,
,, paſce agnos meos, paſce oves meas: Paſcere
,, autem oves, *inquit Alcuinus*, eſt credentes
,, in Chriſto, ne a fide deficiant, conſortare,
,, terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt, ſubditis pro-
,, videre, & exempla virtutum cum verbo præ-
,, dicationis impendere, adverſariis obſiſtere,
,, errantes ſubditos corrigere. *Sed hæc non ad*
,, *aliam finem, niſi ut Petrus, tamquam fidelis*
,, *ſervus oves Chriſti ad caulas paradiſi; & ſa-*
,, *tietatem felicitatis æternæ perduceret: nullam a-*
,, *liam ergo poteſtatem aut juriſdictionem habet Pa-*
,, *pa Petri ſucceſſor, niſi paſcendi Chriſti oves, &*
,, *ſi hujuſmodi fines excedit, male facit, & non*
,, *bene data ſibi utitur poteſtate; nihil igitur poteſt*
,, *diſponere, niſi ex fine paſcendi oves Chriſti; quia*
,, *ad hunc finem limitata eſt poteſtas illius, cui*
,, *nulla alia conceſſa fuit, niſi paſcendi Chriſti o-*
,, *ves*, Ita Paſſerinus quondam in Rom. ſapientia S. Theologiæ Profeſſor.

Brevis notio Juris Civilis.

CUm S. Raymundus in utroque jure Doctor, interdum in Summa jus civile laudet, lectori brevem ejus notitiam indicendam duximus, ac modum, quo citari ſolet, expendendum.

Jus civile Romanum, quod nihil aliud eſt, quam collectio earum legum, quibus homines diriguntur in bonum Reipublicæ, conſtat ex his libris, qui in ſcholis explicantur, & qui integrum corpus juris civilis conſtituunt. 1. *ſunt* 4. *libri inſtitutionum, & quilibet liber ſuos habet titulos, & titulus quilibet ſuos paragraphos.* 2. *Pandectæ, ſeu libri* 50. *Digeſtorum, quorum tituli ſuas leges habent.* 3. 12. *libri Codicis.* 4. *Novellæ diverſorum Imperatorum.* 5. *Feudorum Conſtitutiones.* 6. *Extravagantes. Sic citari ſolet.*

I. id eſt, Inſtitutiones. D. vel ff. Digeſta, ſeu Pandectæ. C. id eſt, Codex. N. Novellæ, E. Edicta Juſtiniani Imper. N. I. Novellæ Juſtin. T. C. Conſtitutiones Tiberii. C. II. Conſtitutiones Juſtiniani Juſtini. L. Leonis Novellæ C. I. Conſtitutiones Imperiales. F. Feudorum Conſuetudines. Ex. Extravagantes. Quæ ſingula vix explicari poſſunt, niſi oculis libros evolvendo, oſtendantur.

M O N I T U M

P. Honorati Vincentii Laget præfixum editioni Lugdunenſi.

SUbit animum hic admonere, quanta hoc jam opus virgula cenſoria affecerint nonnulli; & ii præſertim qui in deprimendis auctoribus, ut magiſtros ac duces ſe haberi præſumunt; & cum opus ad ſalivam eorum non eſt, priuſquam luci expoſitum illud viderint, priuſquam legerint, una cum auctore, vel editore caninis dentibus lacerare, & corrodere inter hominum congreſſus non dedignantur; Pharaonis barbariem ſectari non erubeſcentes, qui Hæbræarum partum crudeli morte addicere curaverat, antequam primum vitalem halitum emittere poſſent: jam ejuſdem ſarinæ homines S. Hieron. ætate vigebant, jam æque effrenis erat hæc in carpendis libris libido, ut edita volumina evolverent, non tam hauriendæ utilitatis gratia, quam ut columniandi, detrahendique anſam atriperent, *multique illorum*, inquit, *antequam librum legerent, jam illum, ejuſque auctorem maledico dente præſcinderent; ignorantes quid audiant, & quid loquantur, de eo audent judicare, quod neſciunt, & ante deſpiciunt, quam probent, eruditos ſe exiſtimant, ac diſſertas, & in eo ſe ſcire aliquid arbitrantur, ſi de cunctis detrahant*. Iis minime cedunt aliqui noſtræ ætatis, ac civitatis viri, qui *non æqua critici penſant examine libros. Homines; non ſicut ceteri, velut etiam hic publicanus*: ſed *homines* profecto ſingulares, viſi *ut arbores ambulantes*, ex Dodona ſylva oriundæ, quibus inſidentes columbæ, oracula olim fundebant: ambulantes, inquam, in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, montium cacumina petunt, & ibi occiſis infauſtis columbis, aſſatis, & in cibum redactis *pinguia ſub viridi celebrant convivia luxu*. Et *dum conviv antur, dapibuſque opitulantur opimis*: non amplius columbæ, ſed ipſæ arbores, quibus inſidebant, virentes ac virides, ventre plenæ, mente vacuæ, oracula pandunt: at cur allegorice, & non clare loqui? Oſcitantes illi viri qui in omnes ſcriptores cenſoriam accipiunt virgulam, & idcirco ſe eruditos putant; ſuper civitatis tecta oculis ambulantes, nec ſupremo. nec infimo; nec ſacro, nec profano: nec Eccleſiaſtico, nec politico parcentes, de univerſo mundo ſententiam proferunt. *Non eſt grande garrire per angulos* ajebat Hieronymus, *& medicorum tabernas, & de mundo ferre ſententiam*. Conticeant omnes, & intenti ora teneant, jam unus ſui, ac aliorum vice, pleno ore buccinare cæpit. *Hic bene dixit, ille male; iſte ſcripturas novit, ille delirat; iſte loquax, ille infantiſſimus eſt, ut de omnibus judicet, cujus hoc judicia meruit? contra quemlibet paſſim in triviis ſtrepere, & congerere maledicta, ſcurrarum eſt, & paraſitorum. Moveat manum, figat ſtilum, commoveat ſe, & quidquid poteſt, ſcriptis oſtendat; det nobis occaſionem reſpondendi diſertitudini ſuæ: poſſum remordere ſi velim, poſſum genuinum dentem læſus infigere, & nos didicimus litteras & nos ſæpe manum ferulæ ſubduximus*: & nos doctores ſumus a docendo ſin a birreto: *ſed magis volumus eſſe diſcipuli ejus, qui ait: faciem meam non averti a confuſione ſputorum, qui cum malediceretur, non remaledixit, & pro inimicis deprecatus eſt dicens: pater ignoſce illis; quid enim faciunt, neſciunt: & ego ignoſco errori fratris; intelligo, quia diaboli arte deceptus eſt, inter mulierculas ſciolus ſibi, & eloquens videbatur.. parcat ſibi, parcat mihi, parcat nomini Chriſtiano: Monachum ſe eſſe, non loquendo & diſcurſando, ſed tacendo, & ſedendo noverit*.

Verum licet hæc ita ſe habeant; illud tamen unum te monitum velim, officioſe lector, hocce opus, ut Summam S. Raymundi, & Sacrorum Canonum (ex quibus ortum habuit) textus complectens, a ſimili, & ſimilium virorum virgula cenſoria ſeipſo vindicatum eſſe, atque cenſeri ab iis qui communem hominum ſenſum non adhuc exuerunt: quia purum frumentum eſt, ex area Chriſti, & Eccleſiæ, extractum; quantum vero ad ea quæ, a me & modulo meo, vel annotationibus, vel obſervationibus addita fuere, palcam dicas, nihil refert: ſi diſplicuetit, ne mireris; nec mihi multa arrident; & quod Ovidio accidiſſe comperimus, id quoque hac in re mihi accidere ſateor; ita ut de meis canere poſſim, quod ipſe de ſuis cecinit ſcriptis.

Cum relego, ſcripſiſſe pudet, quia plurima cerno,
me quoque, qui feci, judice, digna lini.

Ceterum nuſquam in animo ſuit malarum partium viros ad hujus operis compellere lectionem: non eos, inquam, qui vel Pauli, vel Apollo, vel Cephæ ſe eſſe gloriantes, Jeſum Chriſtum dividere præſumunt: audiant me cum S. Hieronymo libere proclamantem: *nemo cogitur legere, quod non vult: ego petentibus ſcripſi, non faſtidioſis, gratis non invidis, ſtudioſis, non oſcitantibus*: ſed ea tamen pauca quæ ſcripſi, ſedi Apoſtolicæ nec maculam, nec rugam habenti, quam ſanctiſſime occupat Clemens XI. ea qua par eſt humilitate & obedientia, libenti animo ſubmitto. Id eſt, Catholice Lector, quod S. Chryſ. Homil. de Petro & Elia, *portum fidei: inexpugnabilem portum: portum abſque fluctibus* nuncupat, ubi fideles majori firmitate ſtuuntur, ne hæreticorum ſallaciis circumventi, in immanes errorum ſcopulos impingant: *Heu miſeranda conditio!* exclamat vinc. Lir. in commonit. *Quantis illi curarum æſtibus, quantis turbinibus exagitantur! Nunc enim qua ventus impulerit, incitato errore rapiuntur, nunc in ſemetipſos reverſi, tamquam contrarii fluctus reliduntur ... Quæ quidem dubii & male penduli cordis afflictio, divina erga ſe miſerationis eſt medicina, ſi ſapiant. Idcirco enim extra tutiſſimum Catholicæ fidei portum diverſis cogitationum patiantur, verberantur, ac pene necantur procellis, ut excuſſa in altum, elata mente velæ, deponant, quæ male novitatum ventis expanderant, ſeſeque intra fidiſſimam ſtationem placidæ, ac bonæ Matris reducant, ac teneant, atque amaros illos, turbulentoſque & errorum fluctus primitus revomant, ut poſſit deinceps vivæ & ſalientis aquæ fluenta potare*. *Qui* enim, inquit S. Hilarius Lib. ad Conſtantium Auguſtum *poſtquam nova potius cæpit condere, quam accepta retinere, nec veterata defendit, nec innovata firmavit, & facta eſt fides temporum, potius quam Evangeliorum: dum & ſecundum annos ſcribitur, & ſecundum confeſſionem baptiſmi non tenetur. Periculoſum nobis admodum, atque etiam miſerabile eſt, tot nunc fides exſtere, quot voluntates: & tot nobis doctrinas eſſe, quot mores; & tot cauſſas blaſphemiarum pullulare, quot*

vitia

c

vitia ſunt: dum aut ita fides ſcribantur, ut volumus, aut ita ut volumus, intelligatur … Dum in verbis pugna eſt, dum de novitatibus quæſtio eſt, dum de ambiguis occaſio eſt, dum de autoribus querela eſt, dum de ſtudiis certamen eſt, dum in conſenſu difficultas eſt, dum alter alteri anathema eſſe cœpit, prope jam nemo Chriſti eſt: incerta enim doctrinarum vento vagamur, & dum docemus, perturbamus, & dum docemur, erramus.

Licentia Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis.

NOs Fr. Antoninus Cloche Sac. Th. Profeſſor ac totius Ord. Fr. Prædicat. humilis Magiſter Generalis, & ſervus, ſalutem: Harum ſerie, noſtrique authoritate officii, tibi R. P. Fr. Vincentio Laget S. Th. Profeſſori Provinciæ noſtræ Toloſanæ, licentiam facimus in lucem edendi opus a te digeſtum, cui titulus eſt *S. Raymundi de Pennafort Ordinis Prædicatorum Summa, Texta ſacrorum Canonum, quos laudat, aucta, & locupletata, &c.* dummodo prius a R. adm. P. Magiſtris Aliſſan, & Antonio Duchesne reviſum, & approbatum fuerit, ceteraque de jure ſervanda ſerventur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem, &c. Datum Romæ, die 24. Februarii. 1714.

Fr. Antonius Cloche
Magiſter Ordinis.

Regiſtrata fol. 78.

Fr. Bern. d' Arcet
Magiſter & Socius.

Licentia Reverendi admodum Patris Provincialis.

NOs Fr. Guillelmus Collenno ſacræ Theologiæ Profeſſor, & Provinciæ Pariſienſis Ordinis Fratrum Prædicatorum humilis Prior Provincialis: Viſa licentia a Reverendiſſimo Patre noſtro Magiſtro Generali data tibi R. P. Fr. Vincentio Laget ſacræ Theologiæ Profeſſori, jam a duobus annis in noſtro Conventu Lugdunenſi commoranti. In lucem edendi opus a te digeſtum, cujus titulus eſt: *Summa S. Raymundi de Pennafort, Texta ſacrorum Canonum, quos laudat, aucta, & locupletata*; quantum ad nos attinet, noſtrique authoritate officii eamdem licentiam tibi libenter impertimur, ſervatis a R. P. noſtro Generali præſcriptis, aliiſque de jure ſervandis. In quorum fidem, &c. Datum in actuali noſtra viſitatione prædicti Conventus noſtri Lugdunenſis hac die 15. Julii anni 1716.

Fr. Guillelmus Collenno
humilis, qui ſupra.

Regiſtrata fol. 6.

Fr. Petrus Diaque Socius.

Approbationes Doctorum Ordinis.

Prima.

PRodiit denuo Summa S. Raymundi de Pennafort, & plurium cordatorum virorum, qui id quam maxime expetebant, votis fit ſatis. Hanc novam editionem juſſu Reverendiſſimi Patris Generalis noſtri perlegi, in qua tantum abeſt, ut aliquid irrepſerit, quod a recta fide probiſve moribus abhorreat, quin & illud habet ſingulare, ac laudandum, quod quæſtiones ſub uno, ac perpetuo contextu in aliis editionibus propoſitæ, hic commodius in varios titulos diſtributæ habeantur, & quod a ſancto Raymundo laudati ſolummodo, & indicati decretorum loci, in integrum exſcribantur. Opus hoc a R. Patre Honorato Vincentio Laget S. Theologiæ Profeſſore elaboratum, non modo luce dignum, ſed & ſtudioſis hominibus, & originum amantibus pergratum fore judico. Lugduni, die 27. Decembris. 1716.

Fr. Antonius Dominicus Duchesne
Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus, Ordinis Prædicatorum.

Secunda.

SUmma S. Raymundi de Pennafort, Ordinis Prædicatorum typis mandatur denuo: ſed quod in prima deſiderabatur editione, huic novæ abunde acceſſit: Textus ſacrorum Canonum a S. Raymundo laudati quidem, ſed non exſcripti, & alibi inveſtigandi, ingentem pariebant difficultatem lectoribus, qui tot Conciliorum, Decretorum, ac Patrum voluminibus ut plurimum deſtituti, ſacrorum Canonum inſcitia laborabant, nec poterant, ut par erat, concluſiones in Summa propoſitas, probationibus fulcire. His occurrit R. P. Honoratus Vincentius Laget, S. Theol. Profeſſor ejuſdem Ordinis, qui indicatos ſolummodo, & alibi ſparſos Canones propriis Summæ locis reſtituit; quæſtiones ſub uno contextu propoſitas, in varios titulos percommode diſtribuit, dubiiſque lucem affert non mediocrem. Opus jubente Reverendiſſimo Patre noſtro Generali, a me pervolutum, Theologis, conſcientiarum moderatoribus, Parochis tantopere neceſſarium, publici juris fiat, & omnium teratur manibus, utpote puræ fidei, probiſque moribus undequaque conſonum. Ita cenſeo. Lugduni, die 15. Auguſti, an. 1718.

Fr. Ludovicus Bertrandus Aliſſan
Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus,
Ordinis Prædicatorum Lugdunenſium.

Tertia.

ITerum exit in lucem antiqua Sancti Raymundi de Pennafort Caſuum ſumma: quid in illius nova productione præſtiterit Reverendus Pater Honoratus Vincentius Laget ſacræ Theologiæ Profeſſor, panget, plauderque quiſquis priorem perluſtraverit editionem; in ea quippe quæ diſperſa erant, & confuſa, digeſſit diſtinctius; inordinata, & præpoſtera diſpoſuit rectius; imperfecta, & hiantia repoſuit plenius; informia, & diſparata in ſeriem perfectam reformavit, denique ſententias nunc pro aliis falſo indica ſubſtitutas, nunc immutatas, mutilitas, vel perverſo etiam ſenſu depravatas, ſuas unicuique proprias ſinceros, & ex originali textu in integrum reſtauratas reddidit, reſtituitque eruditus ac ſtudioſus Author noſter, cujus opus Theologis viris perutile, eapropter prælo, & publica luce dignum judico. Datum Lugduni, in Conventu noſtro, die ſeptima Septembris anni labentis. 1718.

Fr. Joſephus Rolin Facultatis Pariſienſis
Doctor Theologus, & Conventus Fratrum Prædicatorum Lugdunenſium Prior.

Approbatio Reverendi in Chriſto Patris Fratris Joannis Claudii Viaas ſacræ Facultatis Theologiæ Univerſitatis Aquenſis Decanus, & Sindici, Prioris inſignis Eccleſiæ S. Joannis Hieroſolymitani Aquenſis, Commendatarii Bayonæ.

UT primum R. P. Honoratus Vincentius Laget ſacræ Theologiæ Profeſſor ad novam editionem moralis Summæ S. Raymundi de Pennafort ſe accinxit, me conſultum habere voluit, an temporis ratio, & rerum concurſus novæ editioni convenirent; & mature perpendens utilitatem, ac fructum, quem habere poſſet Eccleſia ex hac editione, illi author fui, ut ad hoc opus animum appelleret, hoc præſertim ſæculo diverſis opinionibus agitato, & turbato, ubi labans Eccleſiæ diſciplina, & antiqua ſeveritas magnis utrinque animis agitantur; ſed cogitanti mihi, hac nova editione bellantes opiniones dirimi poſſent authoritate tam ſancti & eruditi Doctoris, qui plurimis retro ſæculis, ſecuras definitiones caſuum conſcientiæ expoſuit, rogantibus Summis

Pon-

SANCTI
RAYMUNDI
SUMMA.

S U M M A
SANCTI RAYMUNDI
DE PENNAFORT

TEXTU SACRORUM CANONUM, QUOS LAUDAT, AUCTA, ET LOCUPLETATA.

P R O L O G U S.

PRIMO. *Epiſt. ad Pam. & Occean.* QUONIAM, ut ait Hieronymus, *ſecunda poſt naufragium tabula* eſt culpam ſimpliciter confiteri, ne imperitia miniſtrantis prædictam tabulam, ſubmergi contingat aliquando naufragantes; Ego Raymundus inter Fratres Ordinis Prædicatorum minimus, immo inutilis ſervus, ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & glorioſæ Virginis Matris ejus, & beatæ Catharinæ, præſentem Summolam ex diverſis auctoritatibus, & Majorum meorum dictis, diligenti ſtudio compilavi; ut ſi quando Fratres Ordinis noſtri, vel alii circa judicium animarum in foro pœnitentiali forſitan dubitaverint, per ipſius exercitium, tam in conſiliis, quam in judiciis, quæſtiones multas, & caſus varios, ac difficiles, & perplexos valeant enodare. Hoc autem non præſumens de viribus propriis attentavi, quia nullæ ſunt, præſertim quum nec velle, nec nolle habeam, ſed ſpem figens totaliter in bono obedientiæ, atque in ſumma clementia Salvatoris, qui *fecit mirabilia magna ſolus*.

SECUNDO. Diſtinguitur *hæc Summula* per tres particulas, in quarum prima agitur de criminibus, quæ principaliter & directe committuntur in Deum: in ſecunda, de his, quæ in proximum: in tertia, de miniſtris irregularibus, & irregularitatibus, & impedimentis ordinandorum, diſpenſationibus, purgationibus, ſententiis, pœnitentiis & remiſſionibus.

Addit S.tus auctor quartam particulam, ſeu quartum Librum de matrimonio, & de his, quæ ad ipſum attinent.

TERTIO. Modus agendi eſt talis: In ſingulis particulis præmittuntur rubricæ ad ipſas particulas pertinentes. In qualibet rubrica tractatur primo de materia rubricæ, prout plenius & planius potui, ponendo utilia & neceſſaria, & vitando ſuperflua. Secundo ponuntur dubiæ quæſtiones & caſus. Tertio ſubjunguntur notulæ juris ad rubricæ naturam ſpectantes, non ambiguam, ſed veram & certam ſententiam continentes. Unde, lector, mihi, precor, eſto benevolus, & affectum meum conſiderans, lingua toxicata non mordeas: utilia ſoli Deo attribuas; & ſi quæ tibi minus utilia, vel prorſus inutilia videbuntur, dicas vel librum mendoſum, vel te non intelligere, vel a me præter propoſitum inſerta cogitans, caritate fraterna corrigas & emendes.

LIBER PRIMUS.

Sexdecim titulos tractandos proponit. 1. De Simonia. 2. Ne Prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant. 3. De Magiſtris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi. 4. De Judæis, & Sarracenis, & Paganis, & eorum ſervis. 5. De Hæreticis, & fautoribus eorum, & ordinatis ab eis. 6. De Schiſmaticis & ordinatis ab eis. 7. De Apoſtatis. 8. De voto & votorum tranſgreſſoribus, & redemtoribus. 9. De juramento, & Perjurio. 10. De Mendacio, & adulatione. 11. De Sortilegiis, & Divinis. 12. De Feriis. 13. De Sacrilegiis. 14. De Immunitate Eccleſiarum, cœmeteriorum, & rerum ad ipſas pertinentium. 15. De Decimis, Primitiis, & Oblationibus. 16. De ſepulturis.

TITULUS PRIMUS.

De Simonia.

QUoniam inter crimina Eccleſiaſtica Simoniaca hæreſis obtinet primum locum, ut cauſa prima, quæſt. ultima c. *Patet*.

PASCHALIS PAPA. ,, PAtet Simoniacos veluti primos & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos: & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris etiam poteſtatibus opprimendos. Omnia etiam crimina ad comparationem Simoniacæ hæreſis quaſi pro nihilo reputantur.

Videndum eſt primo quid ſit Simonia, unde dicatur, quibus modis contrahatur, qua pœna Simoniacus puniatur, quæ erga ipſum diſpenſatio fiat. Ultimo de quibuſdam dubitabilibus ſupponemua.

---

§. I.

Quid ſit Simonia, & unde dicatur.

1. SImonia eſt ſtudioſa cupiditas, vel voluntas emendi, vel vendendi aliquod ſpirituale: nec oportet addi, vel ſpirituali adnexum: nam ſpirituali adnexum, ſpirituale eſt. Cauſa prima quæſt. tertia, c. *Si quis objecerit*.

PASCHALIS PAPA. ,, SI quis objecerit, non conſecrationes emi, ſed res, quæ ex conſecratione proveniunt, penitus deſipere probatur; nam cum corporalia Eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas, aut tale aliquod ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter vivit; quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alternm provenit, neutrum invenditum derelinquit; nullus igitur emat præbendam, vel Eccleſiam, vel aliquod Eccleſiaſticum; nec paſtellnm, nec paſtum antea, nec poſtea quo hujuſmodi ſolvat.

Videtur tamen, quod debeat addi: jus enim patronatus prohibetur vendi, quia eſt adnexum ſpirituali. Extra, De jure patron. c. *De jure*.

ALEX. III. ,, DE jure vero patronatus (& infra) Mandamus, quatenus ſi R. illud comparavit (cum inconveniens ſit vendi jus patronatus, quod eſt ſpirituali adnexum) contractnm illum irritum eſſe decernas.

Sed illud dicitur ideo, quia illud jus ſpirituale, ſcilicet jus patronatus, cadit in perſonam laici.

Probatur hæc definitio, ſeu deſcriptio Cauſſa prima, quæſt. prima c. *Qui ſtudet*.

GREGOR. NAZIANZ. ,, QUi ſtudet donum Dei pretio mercari, in ſacro ordine, nulla ratione de cetero permanere, aut revocari poſſe, dubium non eſt; nam Spiritus ſancti donum pretio comparari, quid aliud eſt, quam capitale crimen & ſimoniaca hæreſis? ....

Videtur tamen quod ſola intentio, vel voluntas non etiam ſtudioſa, vel declarata, faciat ſimoniacum, ſicut & uſurarium, ut in Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, & extra de uſuris c. *Conſuluit*.

URBANUS III. ,, COnſuluit nos tua devotio, an ille in judicio animarum quaſi uſurarius debeat judicari, qui non alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, ut licet omni conventione ceſſante, plus tamen forte recipiat.... Verum, quia, quid in his caſibus tenendum ſit, ex Evangelio Lucæ manifeſte cognoſcitur, in quo dicitur: *Mutuum date, nihil inde ſperantes*; hujuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis uſura, & ſuperabundantia prohibeatur in lege *) judicandi ſunt male agere, & ad ea, quae taliter ſunt accepta, reſtituenda in animarum judicio efficaciter inducendi.

* *Quidquid accedit ſorti, eſt uſura.* l. 1. & 2. C. de Pign. ac.

Vincentius Canoniſta. Ad hoc diſtingue cum *Vincentio & Ambroſia*: Quædam ſunt prohibita, quia ſimoniaca, ut vendere, vel emere Sacramenta: & breviter, quæ in veteri, novoque teſtamento ſimoniaca erant, in iſtis ſufficit ſola voluntas. Quaedam ſunt ſimoniaca, quia prohibita, ſcilicet, quæ per conſtitutionem Eccleſiæ tantum ſunt ſimoniaca; ut quum quis renuntiat Eccleſiæ, illa conditione, vel pacto, ut nepoti ſuo detur, vel alii: in talibus non ſufficit ſola voluntas, niſi procedat in actum.

2. Item nomine Emtionia, & Venditionis intelligas omnem contractum non gratuitum, præter contractum permutationis: de qua ſic teneas; quia permutatio dignitatum, vel præbendarum, vel aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum non poteſt fieri auctoritate partium, abſque periculo ſimoniæ, ſicut nec Tranſactio. Extra de Tranſact. c. *Super eo*, & de rerum permut. c. *Cum olim*.

,, SUper eo, quod quæſiviſti, utrum de Eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto, poſſit fieri tranſactio; tale damus reſponſum, quod tranſigi ſuper re ſacra & litigioſa nun poteſt. Etenim res ſacræ, ut poſſideantur aliquo dato, vel retento, ſeu promiſſo ſpeciem credimus habere ſimoniæ. Aliaa ſi gratis, & amicabiliter inter ſe litigantes ſe componant, ſacris canonibus nequaquam dicimus obviare. ALEX. I.

,, CUm olim magiſter S. & B. Archidiaconatum, & Præpoſituram adinvicem commutaſſent (& infra) Licet prædictus magiſter ab initio ſponte fuerit de permutatione confeſſus; idem tamen B. eam inficiabatur omnino, proponena, quod ipſe Præpoſituram ſine conditione qualibet reſignavit, & poſt reſignationem prædicti magiſtri, Archidiaconatum fuerat aſſecutus (& infra) Cum ergo nobis conſtaret, quod ipſe B. ſuum præſtiterit permutationi conſenſum, prædictus autem magiſter ſuum publice fateretur errorem; & hunc Præpoſitura, & illum Archidiaconatu curavimus ſpoliare, ſuper hoc definitivam contra eos ſententiam proferentes. INNOC. III *Senonen. Archiep.*

Epiſcopus tamen, ſi cauſſam Inſpexerit neceſſariam, poteſt ex officio ſuo trasferre perſonas, & facere permutationem. Extra de rerum permut. c. *Quæſitum*. & c. *Cum univerſorum*.

,, QUæſitum eſt ex parte tua, ſi commutationes fieri valeant Præbendarum, cum commutatio dignitatum in Turonenſi Concilio fuerit interdicta... (& infra) Generaliter itaque teneas, quod commutationes Præbendarum de jure fieri non poſſunt, præſertim cum pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus, labem continet ſemper ſimoniæ. Si autem Epiſcopus cauſſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit de uno loco ad alium transferre perſonas: ut quæ uni loco minus ſunt utiles, alibi ſe valeant utiliua exercere. URBANUS. III.

,, CUm univerſorum (& infra) Intelleximus G. canonico referente, quod cum ipſe, & L. Clericus, de permutatione Præbendarum ſuarum inter ſe tractare cœpiſſent, quam utilitati utriuſque imminere credebant, tandem inde L. Præbenda ejuſdem G. cuidam conſanguineo ſuo adſignata, Præbendam ſuam ei, ſicut promiſerat, noluit reſignare (& infra) Cum igitur deceptis, & non decipientibua jura ſubveniant: licet ipſi per ſe de jure non poſſent Eccleſiaſtica Beneficia permutare; ut tamen ſimplicitati venia tribuatur, mandamus, quatenus ſi conſtiterit, prætaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, amoto a Præbenda ſua conſanguineo ipſius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam reſtitui faciat eidem. INNOC. III *Archiep. & P. S. Aad. Colon.*

Quan-

Google

Quantum ad proprietatem autem poteſt fieri permutatio Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum, dum tamen fiat auctoritate ſuperioris, & nullum temporale interveniat. Extra, de rer. permut. c. *Ad quæſtiones*.

CLEMENS. III. ,, AD quæſtiones ſolvendas (& infra) Intelleximus ex litteris tuis, quod duæ conventuales Eccleſiæ ſunt in tua diœceſi conſtitutæ, quarum utraque parochialem habet Eccleſiam cum poſſeſſionibus magis alteri, quam ſibi vicinam; illis autem deſiderantibus permutare eas, cum illarum altera reſpectu meliorum proventuum plus abundet, & ideo ſibi poſtulet adjici certam ſummam pecuniæ numeratæ, ut ſic ad æqualitatam permutationes valeant pervenire, utrum poſſet id licite fieri, extitit dubitatum. (& infra) Reſpondemus, quod cum de dictis parochialibus Eccleſiis per ſe queat commutatio celebrari, & in permutatione poſſeſſionum per ſe non ſit inhibitum, ſi altera, ratione poſſeſſionum alteri præponderet, pecuniam poſſe refundi de ipſarum poſſeſſionibus adinvicem, prout viſum fuerit expedire; refuſa certæ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri; ſic tamen, quod illi contractus nequaquam ſibi invicem miſceantur.

Niſi forte altera abundaret multum in redditibus, alia parum; quia tunc minus abundans poſſet refundere alteri certam pecuniæ quantitatem, ita quod temporale pro temporali daretur, & contractus nullo modo miſcerentur.

3. Dicitur autem ſimonia a *Simone* mago, primo in novo teſtamento hujus ſceleris auctore, quia voluit emere gratiam Spiritus ſancti a ſancto Petro, ſicut & *Giezi* in veteri teſtamento voluit vendere gratiam ſanitatis Naaman Syro: unde proprie venditor ſpiritualium dicitur Giezita a *Giezi*; emtor vero ſimoniacus a *Simone*; uſu tamen uterque dicitur *ſimoniacus*.

§. II.

Quibus modis committitur ſimonia.

Greg. lib. 9. ſup. Job cap. 26. COmmittitur ſimonia tribus modis, ut dicit Greg. ſuper illum locum Iſaiæ 33 *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*: non dicit ſolummodo *a munere*, ſed *ab omni munere*: aliud enim eſt Munus *a manu*, aliud *ab obſequio*, aliud *a lingua*. Munus *a manu* pecunia eſt. Munus *ab obſequio*, eſt ſervitus indebite impenſa. Munus *a lingua*, favor. Cauſſa prima q. 1. c. *Sunt nonnulli*.

B. Greg. in Evang. Tractatu. ,, SUnt nonnulli, qui quidem numorum præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamen ſacros ordines pro humana gratia, vel laude largiuntur, atque de ipſa largitate, laudis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimirum quod accipiunt gratis, gratis non tribuunt, quia de impenſo officio ſanctitatis, munus expetunt favoris. Unde cum virum juſtum Propheta deſcriberet, ait: *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*, non dixit ſolum *a munere*, ſed *ab omni munere*: quia aliud eſt munus *ab obſequio*, aliud *a manu*, aliud *a lingua*. Munus *ab obſequio*, eſt ſervitus indebite impenſa: Munus *a manu* pecunia eſt: Munus *a lingua*, favor; qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non ſolum pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit.

Item nota, quod ſimoniaca dicitur ordinatio, alia ex parte ordinatoris tantum, alia ex parte ordinandi tantum, alia ex parte, utriuſque, alia ex neutrius parte, quæ eſt, quum, utroque ignorante, amicus ordinandi dat, vel promittit conſiliario Epiſcopi. Cauſſa prima, quæſt. 1. c. *Statuimus* 2. & c. *Si quis a ſimoniacis*.

NICOLAUS PAPA II. ,, STatuimus decretum de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis: & de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis: & de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum Eccleſiaſticos Canones a proprio gradu decidant. Simoniaci quoque ſimoniace a non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio male accepto semoveantur. Simoniacos autem non ſimoniace a ſimoniacis ordinatos, miſericorditer per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere. (Sed hoc intelligendum eſt de his, qui ordinantur a ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos: hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci. De quibus Urbanus Papa ait:)

URBANUS PAPA. ,, SI qui a ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſunt, ſiquidem probare potuerint ſe, cum ordinarentur, neſciviſſe eos ſimoniacos eſſe; & ſi tunc pro catholicis habebantur in Eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus; ſi tamen eos laudabilis vita commendat: qui vero ſcienter ſe a ſimoniacis conſecrari, immo execrari permiſerint, eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

§. III.

Caſus, in quibus licite pro ſpiritualibus datur quandoque munus a manu, *quandoque ab* obſequio, *quandoque* a lingua.

POrro ſunt caſus, in quibus licite pro ſpiritualibus datur quandoque munus *a manu*, quandoque *ab obſequio*, quandoque *a lingua*.

Munus *a manu* poteſt dari in quinque caſibus. Primus, ſi gratis offeratur, non pro ſpirituali. Cauſſa 1. quæſt. 1. c. *Quidquid inviſibilis*.

EX CONC. Tolet. 11. ,, QUidquid inviſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, numquam quæſtibus, vel quibuſlibet præmiis venundari penitus debet, dicente Domino: *Quod gratis accepiſtis, gratis date*; **Matth. 10** & ideo quicumque deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis, conſignandiſque fidelibus, pro chriſmate, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia, niſi voluntarie oblata, pro hujuſmodi ambitione ſuſceperit, &c.

Si autem dubitetur, utrum gratis, vel ex pactione, vel corrupta voluntate datum ſit, tria ſunt maxime attendenda, ſcilicet dantis & recipientis qualitas, videlicet, an a paupere diviti, vel e converſo ſive a divite locupleti: Muneris quantitas, ſi magni, vel minoris pretii res data exſiſtat: & donationis tempus, an ſcilicet inſtante neceſſitate, ſeu alio tempore conferatur; & ſecundum hoc eſt habenda præſumtio, vel pro, vel contra. Extra de ſimonia, c. *Et ſi quæſtiones*.

ALEX. III. Strigonen. Archiep. ,, ET ſi quæſtiones... Cum in accipiendis, vel dandis muneribus tria ſunt maxime attendenda, perſonæ ſcilicet dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus, qualitas perſonarum, ut a quo, vel

Digitized by Google

„ cui, videlicet, an a paupere diviti, vel e converſo, ſive a divite locopleti datum fuerit: æſtimatio muoeris, & donatioois tempus, ſi magni, vel minoris pretii res data exſiſtat, & an ioſtante neceſſitate, ſive alio tempore cooferatur. Si ergo prædictorum Cardinalis & Fratris tui perſooam & qualitatem peoſamus; non fuit magnum ab eodem fratre tuo Cardinali, equum unum traoſmitti, quem etiam joculatori non petenti, vir taotus, & tam abundans forte donaret. Verum ſi temporis oeceſſitatem perpendimus, oon alia inteotione hoc conſtat factum fuiſſe, quam ut Cardinali ſubveniretur in articulo prænotato (& infra) Quod autem ſcriptum eſt: *Beatus qui* *Iſai. 3.* *excutit manus ſuas ab omni munere*; de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, vel pervertere ſolent: quoniam ſi ipſa etiam perſona electi offerat ordinatori, vel conſecratori ſuo electuarium, vel de vino, ſive de aliis hujuſmodi, quæ modici pretii fuerunt, & quæ voluntatem recipientis ioclinare, vel movere non debeant; non tamen Eccleſia Romana interpretari cooſuevit, accipientem in his delinquere, vel dooantem.

Secundos caſus eſt pro operibus ſpiritualibus, ad quæ non teneatur ex officio. Cauſſa 12. q. 2. c. *Caritatem*.

GREGOR. *Maximiano Syracuſ. Epiſc.* „ CAritatem... Viſitatores Eccleſiarum, Clericique eorum, qui cum ipſis non per ſuæ civitatis parochias fatigaotur; aliquod laboris ſui capiant te diſponente ſubſidium. Joſtum namque eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium.

Tertius etiam pro quibuſdam operibus ſpiritualibus debitis, puta quum conſecrat Epiſcopus Eccleſiam, vel viſitat Epiſcopatum, poteſt exigere procuratiooem moderatam. Extra de ſimonia, c. *Cum ſit Romana*. Cauſſa 10. q. 3. c. *Relatum*. Extra de præſcript. c. *Cum ex officii*.

ALEX. III. *Vigilien. Epiſcopo.* „ CUm ſit Romana (& ioſra) conſultationi tuæ reſpood. Quod nihil pro Eccleſiarum conſecratione potes, vel debes præter procurationem exigere.

INNOC. III *Pariſienſi Epiſc.* „ CUm ex officii ſui debito Senonenſem provinciam viſitaret Archiepiſcopus Senoenſis, per Pariſienſem diœceſim tranſitum faciens, ad Abbatis ſaocti Maglorii Prioris de Caſtres & quorumdam aliorum Eccleſias ejuſdem diœceſis, neceſſe habuit declinate: a quibus cum procurationem ſibi debitam poſtularet, ipſi eam iohumaniter negaverunt, ad ſoæ negotiationis defenſionem hoc ſolum allegantes, quod non meminerant, ſe procurationem hujuſmodi prædeceſſoribus ejuſdem Archiepiſcopis exſolviſſe, nec ab eis aliquando fuiſſe petitam (& infra) Nos igitur præmiſſam allegationem eorum nullam pœnitus reputantes, cum cootra procurationem, quæ ratiooe viſitationis debetur, præſcribi nequiverit, quemadmodum nec contra viſitationem ipſam poteſt aliquo modo præſcribi, etſi alius contra eum præſcribere poſſet utramque. Ideoque mandamus, quateous ſententiam, quam io hujuſmodi contemtores, de aotiqua Metropolis conſuetudine tulit Archiepiſcopus memoratus, uſque ad ſatisfactionem condignam facias obſervari; quia ſecundom Apoſtolum: *Qui ſpiritualia ſeminat, non eſt ma-* *1. Cor. 9.* *gnum, ſi metat carnalia, cum nemo cogatur ſuis ſtipendiis militare*. Si quid enim aliud, qoam ſuperius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiſcopi objicere voluerint, & probare, nos eis faciemus juſtitiam exhiberi.

Quartus pro vita æteroa, & peccatorum remiſſiooe. in Dan. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime*.

Quiotus pro redimenda vexatione, quæ ſibi fit iojuſte ſuper jure ſpirituali. Extra de ſimonia, cap. *Dilectus filius*, & Apoſtolus: *Redimentes tem-* *ad Eph. 5.* *pus, quoniam dies mali ſunt*.

CELESTIN. III. *Linconiun. Epiſ. & Priori de Pontefracto.* „ DIlectus filius R. Præpoſitus nobis expoſuit, quod cum Eboracen. Archidiaconus enm multis gravaminibus afficere non ceſſaret, promiſit ei certam quaotitatem pecuniæ ſe daturum, ut ab ipſiua deſiſteret læſione. Verum dictus Archidiaconus poſt receptionem pecuniæ ſuper dignitatibus, & beneficiis ſuis, ab ejus moleſtia non quievit. Ideoque dilectioni veſtræ mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, Archidiaconum reſtituere, quod accepit (ſi eum cootra promiſſionem ſuam veniſſe conſtiterit) compellatis.

In munere *ab obſequio*. Diſtingue, quia aut eſt corporale, aut eſt ſpirituale. In primo eaſu, ſi obſequium eſt honeſtum, poteſt, ut ſi eat Romam pro Eccleſia, vel ſerviat alicui Epiſcopo, vel Eccleſiæ in licitis, & honeſtis, dum tamen ſine pactione. Si inhooeſtum, non poteſt, ut ſupra, eodem præc. verſ.

Munus *ab obſequio*, eſt ſervitus indebite impeoſa: ſi ſpirituale, non debet facere tale obſequium pro beneficio, vel alio ſibi daodo, niſi quum tale obſequium fuerit impoſitum ipſi beneficio, v. gr. alicui præbeodæ eſt impoſitum hoc onus, ut quicumque eam habuerit, cantet quotidie de B. V. Maria Miſſam. Extra de præbend. cap. *Significatum*.

ALEX. III. *Præpoſito & Capit. Inſul.* „ SIgnificatum eſt nobis, quod cuidam ſacerdoti præbendam uoam in Eccleſia veſtra communi voluntate dediſtis, ita quod Miſſam de S. Maria (niſi corporis iofirmitate gravatus ſit) debeat quotidie celebrare, & Eccleſiam veſtram, nonoiſ. communi tam præpoſiti, quam capituli aſſeoſu poſſit dimittere, vel cuidam præbendæ illius anniverſarium delegare. Quam ſiquidem ioſtitutionem eatenus coofirmamus, ut prædictus ſacerdos, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus, aſſidue debeat obſeqnium ſuum impendere Eccleſiæ memoratæ, & quaoto frequeotius poteſt (ſalva honeſta ſua & debita devotione) Miſſarum ſolemnia celebrare; nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere, ſive cauſſa voluntatis, ſive ſe ad aliam Eccleſiam transferendo.

Pro ſpiritualibus aut temporalibus aliquid dare, puta, calice, oroameotis & ſimilibos, dicunt quidam, quod noo eſt ſimonia, niſi inveniatur prohibitum, ut in Eccleſia, Cœmeterio, & Chriſmate, vel oleo beoedicto. Cauſſa 1. quæſt. 1. *Placuit* 2. *Dictum*, 2. & *Statuimus*. 1. Extra De ſimonia, c. *Ad noſtram*.

EX CONCIL. *Brachar. 2. Tertia pars ſolidi eſt tremiſſis. Gloſ.* „ PLacuit, ut nullus Epiſcoporum pro modico balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per Eccleſias datur, quia ſinguli tremiſſem pro ipſo exigere ſolent, aliquid ulterius exigaot; oe forte quod pro ſalute animarum per Invocationem Spiritus ſancti conſecratur, ſicut Simon magus dooum Dei pecunia voluit emere, ita nos venumdantes damnabiliter venumdemur.

EX CONCIL. TAURIN. „ DIctum eſt ſolere in qnibnſdam locis pro perceptione Chriſmatis nummos dari. Similiter pro baptiſmo, & communione; hoc ſimoniacæ hæreſis eſſe ſemen, deteſtata eſt ſan-

„ cta

„ ctaSynodus,& anathematizavit,ut de cetero,nec
„ pro ordinatione , nec pro chriſmate , vel bapti-
„ ſmo , vel pro balſamo , nec pro ſepultura , vel
„ communione quidquam exigatur , ſtatuit . Sed
„ gratis dona Chriſti , gratuita diſpenſatione do-
„ nentur .

Ex Conc. *Cabilonen.* „ STatuimus , ut ſicut pro dedicandis Baſilicis,
„ & dandis ordinibus nihil accipiendum eſt ;
„ ita etiam pro balſamo , vel pro luminaribus
„ emendis , nihil presbyteri chriſma accepturi
„ dent . Epiſcopi itaque de facultatibus Eccleſiæ
„ balſamum emant , luminaria ſinguli in Eccle-
„ ſiis ſuis concinnanda provideant .

Alex. III. „ AD noſtram (& infra) Dilectioni veſtræ
„ mandamus,quatenus pro miniſterio Eccle-
„ ſiaſtico exercendo, ſive pro vicariis aſſignandis ,
„ ſeu pro chriſmate nullatenus pecuniā exigatis .

Hugotio Canoniſta. In munere *a lingua* , diſtinguitur ab Hugotio
& multis aliis : aut eligitur quis , vel ordinatur
ſuis precibus , aut alienis . In primo caſu , quan-
tumcumque ſit dignus , eſt ſimonia. Cauſſa 8.q.1.
c. *In Scripturis*, Cauſſa. 1. q. 1. c. *Ordinationes* .

Gregor. *in regiſtro* . „ IN ſcripturis veſtris vos magnopere requiem
„ quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralem
„ ſollicitudinem vos congrue veniſſe oſtenditis :
„ quia ſicut locus regiminis deſiderantibus negan-
„ dus eſt ; ita & ſugientibus offerendus eſt, & ſicut
D. Paulus ad Hebr. v. „ ſcriptum eſt: *Ne quiſquis ſibi ſumat honorem, ſed*
„ *qui vocatur a Deo tamquam Aaron* , &c.

Gregor. VII. „ ORdinationes , quæ interveniente pretio, vel
„ precibus, vel obſequio alicui perſonæ , ea
„ intentione impenſo , vel quæ non communi
„ conſenſu Cleri , & populi , ſecundum Canoni-
„ cas ſanctiones fiunt , & ab his, ad quos con-
„ ſecratio pertinet , non comprobantur ; falſas
„ eſſe dijudicamus : quoniam qui taliter ordinan-
„ tur , non per oſtium , id eſt , per Chriſtum
Joan. 10. „ intrant , ſed, ut ipſa veritas teſtatur , *fures ſunt*
„ *& latrones* .

In caſu ſecundo , aut illæ preces ſunt carnales,
aut ſpirituales . Si carnales, & ſunt pro indigno,
ſimonia eſt . Cauſſa 1. q. 1. c. *De ordinationibus*;
tunc enim preces ſuccedunt loco pretii. Cauſſa 1.
v. ſup. p. 3. quæſt. 1. c. *Sunt nonnulli* .

B. Greg. *Joan. Corinthior. Epiſc.* „ DE ordinationibus accipere aliquid ſub di-
„ ſtricta interdictione vetuimus . Oportet
„ ergo , ut neque per donum , neque per gra-
„ tiam , neque per quorumdam ſupplicationem,
„ aliquos ad ſacros ordines conſentias , vel per-
„ mittas adduci .

Si vero ſunt carnales pro digno , non com-
mittitur ſimonia , dummodo ordinator , vel e-
lector non habeat reſpectum ad preces , ſed ad
Deum , & ad merita perſonæ. Extra , de ætate
& qualitate & ordine præficiendorum c. *Tuam* .
Cauſſa 1. q. 1. c. *Latorem* .

Innoc. III. *Tit. S. Crucis Presbytero Cardinali* . „ TUam in Domino diligentiam commenda-
„ mus,quam ſuper Monaſterio ſancti Quirici
„ reformando dignoſceris adhibere . Mandamus,
„ quatenus , ſi non potes eidem monaſterio de
„ perſona idonea melius providere,ut monachum
„ illum , quem litteris tuis de honeſtate , ac in-
„ duſtria commendaſti , per quem ſtatus ejuſdem
„ loci creditur reformandus (nullum prorſus
„ habens reſpectum ad petitionem illicitam,quam
„ quidam laici faciebant , ſed ex tuæ dumtaxat
„ proviſionis officio) inſtituas in Abbatem &c.

B. Greg. *Petro Corticæ Epiſc.* „ LAtorem præſentium per interceſſionem ve-
„ ſtræ ſanctitatis , abſolutum fecimus , quem
„ ad obſequia veſtra tranſmiſimus, ut ſi in lucran-
„ dis animabus amplius ſervierit , proficere am-
„ plius poſſit .

Alii ſunt , qui diſſentiunt in primo articulo ,
dicentes , quod licite poteſt quis petere pro ſe ,
exemplo Petri dicentis Domino : *Ecce nos reliqui-* *Matth. 19.*
mus omnia , & ſequuti ſumus te ; quid ergo erit no-
bis ? Ego diſtinguo , ſalvo meliori judicio , quod
non poteſt pro ſe petere Eccleſiam , vel dignita-
tem , vel aliud beneficium habens curam anima-
rum adnexam , & in hoc ſentio cum Hugotio ,
per jura ſupradicta , & Extra de jure patron. c.
Per noſtras .

„ PEr noſtras poſtulaſti litteras edoceri , utrum Innoc. III.
„ Clericus ad vacantem Eccleſiam , in qua *Rothomag.*
„ jus obtinet patronatus, ſeipſum (ſi eſt idoneus) *Archiep.*
„ valeat præſentare ; cum igitur nullus ſe inge-
„ rere debeat Eccleſiaſticæ Prælationis officio ;
„ reſpondemus , quod nullus ſe poteſt ad perſo-
„ natum alicujus Eccleſiæ præſentare, quantum-
„ cumque idoneus ſit , & quibuſcumque ſtudiis
„ & meritis adjuvetur .

Beneficium vero ſimplex , ſi indiget , & ſentit
ſe dignum , poteſt petere abſque metu peccati ,
& ſimoniæ. Extra de reſcriptis, c. *Ad aures* , & de
præbendis c. *Non liceat* : & in hoc ſentio cum aliis.

„ AD aures noſtras pervenit, quod plerumque Lucius III
„ Decani, Archidiaconi, Præcentores, vel a- *Lincolnienſi Epiſc.*
„ lii Eccleſiaſticis præditi dignitatibus , ſuper mi-
„ noribus beneficiis litteras impetrantes , nomen
„ ſupprimunt dignitatis ſuæ , & ſimplici nomine
„ ſe appellant , tamquam non habeant aliquem
„ perſonatum (& infra) Tuæ igitur conſulta-
„ tioni taliter reſpondemus, quod cum non ſit
„ intentionis noſtræ, ut perſonæ pluribus redi-
„ tibus abundantes , per litteras noſtras , paupe-
„ res Clericos ſuper minoribus beneficiis inquie-
„ tent ; litteras , in quibus actor ſuæ nomen di-
„ gnitatis ſupprimit , vires nolumus obtinere .

„ NOn liceat ulli Epiſcopo ordinare Clericos, Ex Conc.
„ & eis nullas alimonias præſtare; ſed duo- *Pictavien.*
„ rum alterum eligat: vel non faciat Clericos, vel
„ ſi fecerit , det illis , unde vivere poſſint .

Si vero non indiget , peccat , ut patet per il-
lam , *Ad aures* , jam citatam: & Cauſſa 1. quæſt. 2.
c. *Clericos* : & Cauſſa 12. q. 1. c. *Illi autem qui* .

„ CLericos autem illos convenit Eccleſiæ ſtipen- S. Hiero.
„ diis ſuſtentari , quibus parentum, & propin- *ad Damaſū Papam* .
„ quorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bo-
„ nis parentum, & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt,
„ ſi quod pauperum eſt , accipiunt , ſacrilegium
„ profecto committunt , & per abuſionem ta-
„ lium , judicium ſibi manducant & bibunt .

„ ILli autem , qui tam infirmi ſunt , ut poſſeſſio- S. Prosper
„ nibus ſuis renuntiare non poſſint ; ſi ea, quæ
„ accepturi erant , diſpenſatori relinquant, nihil
„ habentibus conferenda , ſine peccato poſſident
„ ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt,
„ quando propriis contenti rebus , nihil eorum ,
„ quæ labori , vel ordini ſuo deberi arbitrantur ,
„ accipiunt .

---

§. IV.

An ſpiritualia redimi poſſint, ac debeant ?

ITem nota , quod ſicut ſpiritualia non debent
vendi , vel emi, ita nec redimi . Extra de ſimo-
nia c. *Querelam* .

„ QUerelam Monachorum de Acra recepimus, Alex. III.
„ quod cum ipſi quoddā manerium cum per- *Vigor. Epiſc. & Priori de Acra* .
„ tinentiis ſuis,& Eccleſiam de Genen. a Monachis
„ de Cardonio ſub annuo cenſu quindecim libra-
„ rum ſuiſſent adepti,& inde chartam ab ipſis Mo-
„ nachis habuiſſent; Prior eorum, Capitulo incon-
„ ſulto , præſcriptum manerium & chartam Mo-
„ nachis

,, nachis de Cardonio accepta pecunia reſignavit. Unde quia præfati Monachi de Acra ſe conqueruntur injuſte gravatos; mandamus quatenus partibus convocatis, præſcriptam cauſſam concordia, vel judicio terminetis, ſcituri, quod ſicut emi non potuit, ita nec redimi Eccleſia memorata, &c.

Nec aliquo dato, vel retento, vel promiſſo, poſſideri *ſpiritualia poſſunt*, nec ſuper eis tranſigi. Extra de Tranſact. c. *Super eo*. & de pactis, c. *Cum pridem*. Cauſſa 1. q. 1. c. *Quam pio*. *v. pag. 2.* *v. infra.* *v. pag. 7.*

ALEX. III. *Exonen. & Vigorn. Episc.*

,, CUm pridem S Clericus Procurator Prioris, & Monachorum de Acra, & P. Clericus pro cauſſa, quæ inter eos, & prædictum P. ac fratrem ejus, cujus vicem ſe gerere dicebat, ſuper Eccleſia & Capella de L. vertebatur, ad noſtram præſentiam acceſſiſſent, inter ſe (non tamen nobis mediantibus) convenerunt, quod eidem P. pro expenſis, quas fecerat, tres marchæ argenti ſolverentur, & idem P. liti cederet, & a Monachorum infeſtatione ceſſaret. Cumque compoſitionem iſtam auctoritate Apoſtolica peterent confirmari; Nos eam non duximus admittendam, pro eo quod videbatur pravam illicitæ pactionis ſpeciem continere (& infra) Ille igitur noſtris monitis acquieſcens, & eidem liti pro ſe, ac fratre ſuo renuncians, authentica inſtrumenta, quæ ſuper hoc habebat, in noſtris manibus reſignavit, quæ nos Priori, & Monachis deſtinantes, mandavimus, ut eidem P. & fratri ejus, in aliquo ſtuderent beneficio providere, de quo majus lucrum valeant Apoſtolica intercesſione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita provenire, &c.

Circa hoc tamen diſtinguunt quidam, quod & ante, & poſt electionem, vel ordinationem licite petitur cautio, quæ habetur ex jure, vel approbata conſuetudine, Diſtinct. 23. c. *Quamquam* Diſtinct. 63. c. *Quia ſancta*.

EX CONCIL. TOLET. XI.

,, QUamquam omnes, qui ſacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti; expedibile tamen eſt, ut promiſſionis ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus Eccleſiaſtica probat diſciplina. Solet enim plus timeri, quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali ſponſione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto Concilio, ut unuſquiſque, qui ad Eccleſiaſticos gradus eſt aſcenſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui adnotatione promittat, ut fidem catholicam ſincera cordis contritione, & devotione cuſtodiens, juſte, & pie vivere debeat, &c.

STEPH. PAPA.

,, QUia ſancta Romana Eccleſia, cui, Deo auctore, præſidemus, a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia abſque Imperiali notitia, Pontificis fit electio, & conſecratio, nec canonico ritu & conſuetudine ab Imperatore directi interſunt nuntii, qui vetent ſcandala fieri; volumus, ut, cum inſtituendus eſt Pontifex, convenientibus Epiſcopis, & univerſo Clero eligatur, præſente ſenatu, & populo, qui ordinandus eſt, & ſic ab omnibus electus, præſentibus legatis Imperialibus conſecretur; nulluſque ſine periculo ſui, juramenta, vel promiſſiones aliquas nova adinventione audeat extorquere, niſi quæ antiqua exigit conſuetudo; ne vel Eccleſia ſcandalizetur, & Imperialis magnificentia minuatur.

A ſuperiore vero quælibet cautio peti poteſt, dum tamen honeſta. Cauſſa 10. q. 3. c. ult. ſeu, *Illud*. Extra de Elect. c. *Significaſti*.

PELAGIUS *Creſconio Illuſtri.*

,, ILlud Magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quod Syracuſanæ civitatis Epiſcopus inter alia, quæ in cautionum ſuarum pagina ſpopondit, hoc etiam, ſpecialiter ſub interpoſitione pœnæ legitimæ promiſiſſe legitur, numquam ſe a quolibet ſuæ diœceſis presbytero ultra duos ſolidos catedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occaſionem quidquam in ejus ſe diſpendio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua non ſolum a prædicto Epiſcopo, ſed de omnium Epiſcoporum Siciliæ perſonis, competenti ſollicitudine cuſtodire non deſinat: nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundum mediocritatem uniuſcujuſque loci Epiſcopo ad conſignationem venienti ſuſceptionis præparari convivium; quia nec eo prætextu pauperibus inferri damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

PASCHALIS *Panormit. Archiep.*

,, SIgnificaſti nobis, Frater cariſſime, Reges & Regni majores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocriſiariis noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi ſacramentum, quod nobis ſcriptum detulerant, exhiberes (& infra) Mirentur in hac cauſſa Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui cum ovium ſuarum curam Petro committeret, conditionem poſuit dicens: *Si diligis me, paſce oves meas*. Si conſcientiarum factor, & cognitor ſecretorum, conditione hac uſus eſt, nec ſemel tantum, ſed & ſecundo, & uſque ad contriſtationem; qua nos ſollicitudine oportet tantam Eccleſiæ prælationem imponere fratribus, quorum conſcientias non videmus? &c. *Joan. 21.*

Alii dicunt, quod ante electionem nulla cautio, vel pactio peti poteſt, & ſi præſtat, ſimonia eſt, quia videtur facere propter hoc, ut eligatur. Cauſſa 8. q. 3. cap. *Talia*.

GRATIANUS.

,, QUod autem Simoniacus habendus non ſit, qui poſt electionem pro indemnitate Eccleſiæ juramentum præſtiterit, facile probatur. Aliud eſt enim ante electionem juramentum facere, vel ſe paciſci facturum ad hoc, ut eligatur. Aliud eſt nulla præcedenti conventione poſt electionem hujuſmodi juramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impenſum dejicit; hoc autem conſecrando nullum impedimentum generat. De priori caſu ſcribit Pelagius Clero Catinenſi.

PELAGIUS, *Clero Catinenſi.*

,, TAlia quidem jam dudum ad fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Eucarpium de viſitatione Catinenſis Eccleſiæ ſcripta direximus, ut in eis judicium noſtrum potuiſſetis agnoſcere. Verumtamen, quia quoſdam ibi non ſana intentione, ſed pravis ſtudiis diſſenſiones ſuſcitare, veſtra etiam relatione, cognovimus, qui ſcientes, ſe ad epiſcopatum, nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ meritis poſſe perduci, ad hoc tantummodo inquietare Eccleſiam volunt, ut ſibi de his, quæ ex ipſa præſumta ſunt, impunitatem futurus promittat Epiſcopus, & fiat rapinæ ſecuritas, Epiſcopatus ambitio; hoc etiam vos duximus commonendos, ut decretum in Elpidium Diaconum factum, & ſubſcriptum ab omnibus, quos veſtra relatio deſignavit, ad nos cum prædicti viſitatoris epiſtola, & cum eodem diacono maturetis Deo propitiante perducere (& poſt pauca) Cum igitur huc filius noſter magnificus vir Leo Prætor veniſſet, retulit nobis de ſingulis, quæ ibi mota ſunt, & quomodo vota prope totius civitatis in Elpidio Diacono concordarent. Unde quia de memorati viri teſtimonio dubi-

tari

„ tari omnino non poſſumus ; idcirco ſicut dictum eſt, Elpidium diaconum ad nos ſacite properare, nec exſpectetis ulterius, ut admonitio sd eum noſtra debeat deſtinari, quem tamen hoc per veſtram dilectionem præſenti juſſione ſpecialiter admonemus, ne cuiquam ſe aliquid dare, vel daturum eſſe promittat; ſed neque de Eccleſiaſticis præteritis cauſſis aliquam ſecnritatem cuiquam audeat ſacere, ſive promittere, ant quaſi factus Epiſcopus, ea, quæ direpta ſunt, non repetat : ſed apud eos, a quibus direpta ſunt, permanere libere patiatur, ſciens quod ſi tale aliquid ſecerit, vel ſecit, nec a nobis omnino permittitur valere ipſa promiſſio, & cum judicii noſtri, quod de ſe ipſo habuimus, damno, paſtoralis conſecrationis ordinem promereri non poterit.

Idem eſt, ſi promittat ante electionem, ſe poſt electionem juraturum. Cauſſa 1. q. 2. c. *Quam pio*, & in prædicto cap. *Talia*.

Bonifac. omnibus Carolitanæ Eccleſiæ Cœnobitis.

„ QUam pio mentis affectu, fratres cariſſimi, veſtræ deſtitutioni Romana compatiatur Eccleſia, &c... Cavete ergo, fratres, quam ſit ambiguum, quod petiſtis conſilium: quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum, nulla invenimus ratione confirmatum; verumtamen, ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis, dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conventio nullaque veſtræ Eccleſiæ ſiat diſtractio; accedat, gratis Deo ſervire incipiat, ſuique regiminis devote gerat obſequium; & poſtmodum vos quaſi ſubſidii gratia, aliqua ſuæ Eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio, Romana permittit Eccleſia.

Sed poſt electionem bene poteſt, quia tunc nihil ſperat habere ab eis: dum tamen non fiat ex præcedenti pactione. Cauſſa 8. q. 3. c. *Artaldus*.

De ſecundo vero caſu ingeſtis Urbani ſecundi legitur.

Urbanus II.

„ ARtaldus Arelatenſis Epiſcopus Narbonenſis Eccleſiæ Suffraganeus Romam conſecrandus ad Dominum Papam Urbanum venit, ſuus quippe Archiepiſcopus eum conſecrare nolebat, quia poſt electionem ſuam propter bona Eccleſiæ conſervanda, Canonicis juravit. Conſecratus itaque eſt a Domino Papa Urbano ante purgatus hujuſmodi juramento: De juramento, qnod canonicis noſtræ Eccleſiæ feci, poſt electionam nullam ante conventionem, ut eligerer, feci. Narbonenſis vero Eccleſiæ Archiepiſcopus nulli præter id, criminis cauſſa, canonicam conſecrationem omiſit, me ſciente; neque mihi criminis conſcius ſum, propter quod a ſacerdotio me repellat.

A ſuperiore vero poteſt peti honeſta cautio, & ante, & poſt electionem. Diſt. 28. c. *De Siracuſanæ*, & Diſt. 100. c. *Optatum*: & in hoc concordant cum primis: & hæc ultima opinio magis placet.

Pelagius Cethego patritio.

„ DE Siracuſanæ urbis Antiſtite optaveramus in ipſo initio, gloriæ veſtræ deſideriis obedire, niſi nos multiplex ratio ipſius non paucis temporibus ordinationem differre ſacerdotii coegiſſet... Qua de re ſummo ſtudio ab eodem Siracuſanæ urbis Epiſcopo, priuſquam a nobis in Epiſcopum contingeret ordinari, hujuſmodi exegimus cautionem, per quam & ſuam ſateretur, quantula eſſet, præſentis temporis habita rerum deſcriptione, ſubſtantiam, & nihil unquam per ſe, aut per filios, & uxorem, ſive quamlibet propinquam, aut domeſticam, vel extraneam forte perſonam, de rebus audeat uſurpare Eccleſiæ, & univerſa ſui Epiſcopatus quæſita tempore, Eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret : nihil ultra id, quod modo deſcriptum eſt, filiis ſuis, vel hæredibus relicturus.

Joann. Epiſcopus Vulberto Agrip. Epiſcopo.

„ OPtatum tibi pallium nunc conſerre nequivimus, quia fidei tuæ paginam minus, quam oporteat, continere reperimus, cum videlicet nullam in ea ſanctarum univerſalium ſynodorum, in quibus fidei noſtræ Simbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorum conſtitutorum ſecundum morem feceris mentionem : ſed nec illam propria ſubſcriptione munieras, nec aliquem qui hanc jurejurando firmaret, miſeras.

---

§. V.

De Pœna Simoniaci.

CIrca pœnam ſimoniaci diſtingue : quoniam aut eſt ſimonia in ordine, aut in beneficio; ſi in ordine, non recipit executionem, ſed eſt ipſo jure ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios, ſive ſit occultum, ſive maniſeſtum, ſicut & notorius fornicator. Extra de ſimonia, c. *Tanta*; & Diſt. 32. c. *Verum*, & ſic intelligitur Cauſſa 1. q. 1. c. *Reperiuntur* & hoc, quia caracterem habet furtivum. *v. pag. 17.*

Ambros. in Litt. Paſtorali.

„ REperiuntur quam plurimi negotio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus ſancti : dum vile pretium donant, ut pontificalis ordinis ſublimitatem acquirant... Nos huic vulneri canceroſo ignitum (quod ſupereſt adhuc) injicimus ferrum, decernentes omnino, ut quicumque deinceps pro accipienda divini dignitate doni quodlibet præmium detectus fuerit obtuliſſe, ex eodem tempore ſe noverit anathematis opprobio condemnatum, atque a participatione corporis, & ſanguinis Chriſti alienum, ex quo illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitium. Quod ſi aliquis ejus accuſator extiterit, ille, qui hunc ordinem, munerum fuerit datione lucratus; & ſuſcepto honoris gradu privetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia retrudatur : illi vero, qui hac cauſſa munerum acceptores extiterint, ſi clerici fuerint, honoris ſui amiſſione mulctentur; ſi vero laici, perpetuo anathemate condemnentur.

Item punitur depoſitione, & infamia, ſi de crimine, judici ſuo, aliquo modo, etiam per inquiſitionem, vel denuntiationem conſtiterit. Cauſſa 15. q. 3. c. *Sane*. Extra de accuſatione c. *Inquiſitionis*. *v. infra.*

In 1. Lib. Codicis Imperator Leo Armaſio Præfecto Prætorio.

„ SAne quiſquis hanc ſanctam, & venerandam Antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiiſſe, aut ſi quis, ut alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad inſtar publici criminis & læſæ majeſtatis accuſatione propoſita, a gradu ſacerdotii detrahatur: nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus, ut quos facinus par coinquinat, & æquat, utroſque ſimilis pœna comitetur.

Innoc. III Epiſcopo Gebennenſi.

„ INquiſitionis negotium, quam de Epiſcopo, & Canonicis Valentinen. vobis commiſimus terminandam...(& infra) Secundo quæſiviſtis, quid vobis ſit ſtatuendum, ſi contra quempiam per inquiſitionem probatū fuerit tale crimen, quod deponeret accuſatum criminaliter, & convictum. In quo quidem duximus diſtinguendum, utrum ſit tale crimen, quod ordinis executionem ſuſcepti, aut retentionem beneficii, etiam

poſt

Digitized by Google

,, poſt peractam pœnitentiam impediret, pu-
,, ta, ſi homicidium commiſiſſet, vel adeptus
,, eſſet ordinem, aut beneficium, vitio ſimoniæ:
,, quo caſu erit ſicut in accuſationis judicio pro-
,, cedendum, &c.

Item non poteſt repetere pecuniam, quam dedit, non qoia alius bene acceperit, ſed quia iſte turpiter dedit. Cauſſa 14. q. 5. c. *Non ſane*.

Aug. ad Maced. ,, NOn ſane, quidquid ab invito ſumitur, in-
,, juriose aufertur, ... Cum aurem judi-
,, cia & teſtimouia, quæ nec juſta oec vera ven-
,, denda ſunt, iniqua & falſa veuduntur, mul-
,, to ſceleratius utique pecunia ſumitur; quia
,, ſcelerâre etism quamvis a volentibus datur.
,, Ille tamen ſolet tamquam male ſibi ablatam
,, pecuniam repetere, qui juſtum judicium e-
,, mit, quia veuale eſſe non debuit. Qui vero
,, pro iniquo judicio dedit, vellet quidem repe-
,, tere, niſi timeret, vel puderet emiſſe, &c.

Si vero eſt Simouiacus, quia contulit ordinem ſimoniace, vel quia dedit, vel recepit beneficium ſimoniace, vel fuit mediator ſimoniæ; ſi eſt occultum, eſt ſuſpenſus ipſo jure quoad ſe tantum, ſicut & quilibet criminoſus; non tamen quoad alios. Arg. extra de Simonia, c. *Et ſi quæſtiones*, & *Veniens*, & c. *Ex tuæ fraternitatis*. v. pag. 3.

Alex. III. ,, VEniens ad nos F. Presbyter propoſuit,
,, quod Abbas, & fratres S. R. noluerunt
,, eum in Monachum recipere, quouſque tri-
,, ginta ſolidos dare convenerit: conventione
,, autem facta, ſequenti die eum monaſticum
,, habitum inducrunt, & iidem monachi trigin-
,, ta ſolidos, Abbas vero decem, & familia duo-
,, decim pro paſtu (aſſerentes hoc eſſe de con-
,, ſuetudine monaſterii) poſtularunt. Quoniam
,, ergo factum hujoſmodi perniciosum videtur;
,, mandamus, quatenus, ſi ita eſſe inveneris,
,, Abbatem, & Monachos ad reſtituendam pecu-
,, niam præfato F. tam indigne acceptam com-
,, pellas: & Abbatem, & majores perſonas mona-
,, ſterii, pro tantæ pravitatis exceſſu, ab officii
,, executione ſuſpendens, præcipias dicto F. ut
,, In alio monaſterio, in habitu monaſtico, Do-
,, mino ſtudeat deſervire.

Idem. ,, EX tuæ fraternitatis litteris, & ex confeſ-
,, ſione Sacerdotis præſentium latoris acce-
,, pimus, quod cum ad Sacerdotii ordinem non
,, aliter voluiſſet eum ejus Archidiaeonus præ-
,, ſentare, ſex ſolidos ſulvit eidem, & ſic ordi-
,, nem ipſum per eum præſentatus accepit. Un-
,, de tibi ſic duximus reſpondendum, ut ſi hoc
,, non eſt publicum, ſed ſecretum, eumdem Sa-
,, cerdotem ſecreto convenias, monens ſine ulla
,, coactione propenſius, & inducens, ut ordinem
,, alicujus religionis aſſumat, & perpetuo ab
,, officio abſtineat, quod illicite acquiſivit. Alio-
,, quin non erit tutum (cum ſit ſecretus ejus ex-
,, ceſſus) ipſum invitum ab eodem officio coer-
,, cere, cui tamen ſecretam pœnitentiam, ſe-
,, cundum quod tibi viſum fuerit, injungere non
,, poſtponas.

Si vero eſt manifeſtum, eſt ipſo jure ſuſpenſus, & quoad ſe, & quoad alios. Extra de Simonia c. *Accuſatum*, & c. *Quoties*.

Deodatus Papa. ,, ACcuſatum Simoniacum neceſſe habuimus
,, prohibere, ne miſſarum ſolemnia celebra-
,, ret, donec quid eſſet, verius conſtitiſſet.

Idem. ,, QUoties (& infra) Provenit ad nos, quod
,, per ſimoniacam hæreſim fueris ordinatus,
,, propterea neceſſe habuimus te prohibere, ne
,, miſſarum ſolemnia celebrare debuiſſes, donec
,, quid ſit, verius diſcerneremus.

Item qui recipit beneficium ſimoniace, tenetur renunciare beneficio, & reſtituere omnes fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent. Cauſſa 14. q. 6. c. *Si res aliena*, & extra de reſtitut. ſpoliat. c. *Gravis*.

Celestin. III. ,, GRavis ad nos querela (& infra) Man-
,, damus, quatenus ſi vobis conſtiterit de
,, præmiſſis, prædictum Archidiaconum ablata
,, prænominati Monaſterii fratribus cum inte-
,, gritate reſtituere, damna plenarie reſarcire,
,, & de illatis injuriis competenter ſatiſfacere
,, compellatis, proviſuri, ut non tantum fructus
,, a novo & violento poſſeſſore perceptos, ſed
,, quos (ſi eis poſſidere fuiſſet licitum) poſſeſſo-
,, res veteres percepiſſent, reddi faciatis eiſdem.

Generaliter enim poſſidens ſine titulo, tenetur ad omnia damna, & lucra percepta & percipienda, ff. de re vend. *Si navis*, §. *Generaliter*.

Idem eſt, ſi habeat talem titulum, qui pro non titulo eſt habendus, utputa turpiter, & contra legum interdicta mercatus eſt, C. de agricol. & cenſ. *Quemadmodum*, ff. quod met. ca. *Sed etſi partus*.

Et intellige fructus, qui ſuperſunt, deductis expenſis, quæ fiunt quæreodorum, congregandorum, & conſervandorum fructuum gratia, qui ducuntur tam a bonæ fidei, quam a malæ fidei poſſeſſore, ff. de pet. hæred. *Si a patre*, §. ultim.

Item intelligo hoc de fructibus, quos non expendit in ſervitium, & utilitatem Eccleſiæ, ſed in alios uſus; nam & qui deprædandi cauſſa acceſſit ad negotia mea agenda, habet contra me actiooem, non in id, quod ſibi abeſt, quia proterve ad negotia mea acceſſit; ſed in quo ego locupletior factus ſum, ut ff. de neg geſt. *Si pupilli*, §. *Sed & ſi quis*.

Idem intelligo de illo, quo ſciente, & conſentiente, facta fuit Simonia, vel ſtatim quum ſcivit, non renunciavit. Arg. extra de Simonia, *Sicut tuis* circa finem cap.

Innoc. III. Abbati Jemblacen. ,, SIcut tuis litteris intimaſti..... (& infra)
,, Quamvis autem ſecundum Sacrorum Ca-
,, nonum inſtituta, etiam parvuli, qui cupidi-
,, tate parentum Eccleſias per pecunias ſunt ad-
,, epti, eas dimittere teneantur: quia tamen
,, longe diverſum eſt non præbere conſenſum,
,, & expreſſe aliquid prohibere; taliter duxi-
,, mus reſpondendum, quoniam ex eo, quod
,, contra prohibitionem, & voluntatem tuam
,, (a qua poſtmodum minime receſſiſti) aliquis,
,, te penitus ignorante, promiſit pecuniam, &
,, exſolvit, præſertim cum is nulla ſit tibi con-
,, ſanguinitate conjunctus, nihil tibi debet ad
,, pœnam, vel culpam (ſicut credimus) impu-
,, tari, niſi poſtea conſenſeris, pecuniam ſol-
,, vendo promiſſam, aut reddendo ſolutam &c.

Aliter ſi eſſet bonæ fidei poſſeſſor, tenetur non de cõſumtis fructibus, ſed de exſtantibus tantum. C. de rei ven. *Certum*. Item hæc pœna clericorum; Laici autem debent excommunicari. Cauſſa 1. q. 1. c. *Reperiuntur*, & *Si quis Epiſcopus*. v. pag. 9.

Ex Concil. Chalcedon. ,, SI quis Epiſcopus per pecuniam ordinatio-
,, nem fecerit, & ſub pretio redegerit Spiritus
,, Sancti gratiam, quæ vendi non poteſt, ordina-
,, veritque per pecuniam Presbyterum, aut Dia-
,, conum, vel quemlibet de his, qui cognominan-
,, tur in Clero, aut promoverit pecunia diſpenſa-
,, torem, aut defenſorem, vel quemlibet, qui ſub-
,, jectus eſt regulæ, pro ſuo turpiſſimi lucri com-
,, modo; is, qui hoc attentaſſe probatus fuerit,

,, proprii gra-

„ dus periculo ſubjacebit, & qui ordinatus eſt,
„ nihil ex hac ordinatione, vel promotione,
„ quæ eſt pro negotiatione facta, proficiat; ſed
„ ſit alienus a dignitate, vel ſollicitudine,
„ quam pecuniis acquiſivit. Si quis vero me-
„ diator tam turpibus & neſandis datis, vel
„ acceptis exſtiterit, & ipſe, ſiquidem clericus
„ fuerit, a proprio gradu decidat; ſi vero lai-
„ cus, anathematizetur.

ſ. VI.

Sed quid de pecunia, vel poſſeſſione ſimoniace accepta? cui reſtituetur?

RESpondeo hæc omnia debere reſtitui illi Eccleſiæ, in cujus injuriam data ſunt, a quocumque accepta fuerint, ſive Clerico, ſive laico, ſive principali, ſive mediatore, ſive alio. Extra de Simonia c. *De hoc autem*, & c. *Veniens*.

v. pag. 8.

ALEX. III. *Toletano Archiepiſ.*

„ DE hoc autem quod Epiſcopus Oxomen,
„ Archidiacono beneficium, & cuidam cle-
„ rico ante electionem ſuam Prioratum dicitur
„ promiſiſſe, ut uterque conſentiret eidem;
„ tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi mani-
„ feſtum eſt eumdem Archidiaconum, & Cleri-
„ cum ob cauſſam illam, promiſſa recepiſſe,
„ aut exinde confeſſi fuerunt in jure, vel le-
„ gitime convicti, ab altaris miniſterio ſunt
„ perpetuo deponendi. Si vero id manifeſtum
„ eſt, nec tamen inde convicti, vel confeſſi
„ fuerint, ſed tantum publica laborant infamia,
„ eis canonica purgatio debet indici; in qua ſi
„ defecerint, tamquam auctores tanti ſceleris
„ ſunt puniendi. Regem autem, & principes
„ ejus debes inducere, ut ſi qua receperint a
„ præfato Epiſcopo, ut ejus electioni præſta-
„ rent aſſenſum, Eccleſiæ Oxomen. ſine dimi-
„ nutione reſtituant; cum ea ſine gravi ſuæ
„ ſalutis periculo retinere non poſſint.

Contra. Ubi reſtituetur ei, qui dedit? Solutio. Dicunt quidam illud diſpenſative factum fuiſſe. Alii diſtinguunt, quibus aſſentio, quod ſi remanet in ſæculo ille, qui dederat pecuniam, non eſt ei reſtitutio facienda, ſed Eccleſiæ, ut ſupra; ſi vero tranſeat ad religionem, vel ſi jam erat perſona religioſa, & tranſeat de illo monaſterio ad aliud, debet reſtitui pecunia ſimpliciter, & poſſeſſiones, ſaltem quoad uſumfructum, illi monaſterio, quod ingreditur, ut ſicut habet onus, habeat & emolumentum, & ſic loquitur contrarium. Simile Cauſſa 16. q. 6. c. *De lapſis*, & 27. q. 1. *Si quis rapuerit*.

GREGOR. *Epiſt. 42.*

„ DE lapſis ſacerdotibus.... Si qui vero ex
„ familia Eccleſiaſtica ſacerdotes, vel le-
„ vitæ, vel monachi, vel clerici, vel quilibec
„ alii lapſi fuerint, dari eos in pœnitentiam
„ volumus; ſed res eorum eccleſiaſtico juri non
„ ſubtrahi; ad uſum tamen ſuum accipiant,
„ unde ad pœnitentiam ſubſiſtant: ne, ſi nu-
„ dentur, locis, in quibus dati fuerint, ſint o-
„ neroſi.

EX NOVEL. JUSTINIANI IMPERAT.

„ SI quis rapuerit, vel ſollicitaverit, vel cor-
„ ripuerit Aſſiſteriam, vel Diaconiſſam, vel
„ monacham &c. bona ipſius, & eorum, qui hu-
„ juſmodi ſceleris communione contaminati
„ ſunt, a religioſo loco vendicentur, in quo ta-
„ lis mulier habitabat, per religioſos Epiſco-
„ pos, & œconomos, & præſides provinciarum
„ & officiales eorum: ipſi autem capitali peri-
„ culo ſubjiciantur. Mulier autem ubique in-
„ veſtigatur, & cum ſuis rebus in monaſterio
„ cautiori tradatur, ſin autem Diaconiſſa fuerit,
„ legitimos habens filios, pars legitima liberis
„ legitimis ejus præſtetur.

Item ſecundum quoſdam punitur pœna depoſitionis & infamiæ Simoniacus in beneficio: ſicut ſupra dictum eſt de Simoniaco in ordine. Extra de accuſat. c. *Inquiſitionis*.

v. pag. 7.

Joannes Canoniſta.

Joannes tamen intelligit illud de depoſitione, non ab ordine, ſed a beneficio, crimine probato in modum denuntiationis vel inquiſitionis: quia, ſi in modum accuſationis; deponeretur ab ordine, & beneficio, ſicut & pro aliis criminibus regulariter.

ſ. VII.

Quæ diſpenſatio fiat erga Simoniacum?

REſtat videre quæ diſpenſatio fiat erga Simoniacum. Diſtingue circa ordinem quattuor caſus, in quibus prohibita eſt prorſus diſpenſatio. Unde verſus

Sive bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur,
Sive, ut evertatur fidei ſtatus, ordo petatur,
Vel ſi præſtetur, ut utrumque Simon operetur,
Et diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur.

Cauſſa 1. q. 7. c. *Saluberrimam*, de conſecr. diſt. 4. c. *Qui bis*, cauſſa 1. q. 7. c. *Convenientibus* verſ. *Porro Simoniaci*, cauſſa 9. q. 1. *Ab excommunicatis*.

v. infra lib. 3. de Sacram. iteran.

LEO *Januario Epiſcopo Aquilejenſi.*

„ SAluberrimum enim, & ſpecialis medici-
„ næ utilitate pleniſſimum eſt, ut ſive preſ-
„ byteri, ſive diaconi, aut cujuslibet ordinis
„ clerici, qui ſe correptos videri volunt; atque
„ ad catholicam fidem, quam jam pridem ami-
„ ſerant, rurſum reverti ambiunt: prius er-
„ rores ſuos, & ipſos auctores errorum a ſe
„ damnatos ſine ambiguitate fateantur: ut ſen-
„ ſibus pravis etiam peremptis nulla deſpe-
„ randi ſuperſit occaſio, ne ullum membrum
„ talium poſſit ſocietate violari, cum per o-
„ mnia illis profeſſio propria cœperit obviare:
„ circa quos etiam illam Canonum conſtitutio-
„ nem præcipimus cuſtodiri, ut in magno ha-
„ beant beneficio, ſi adempta ſibi omni ſpe
„ promotionis, in quo inveniuntur ordine, ſta-
„ bilitate maneant perpetua; ſi tamen iterata
„ unctione non fuerint maculati.

Gratianus ex 7. Synodo.

„ COnvenientibus apud Nicæam Bithyniæ
„ &c. Porro Simoniaci nec ab hæreticis ordi-
„ nantur ad fidei ſubverſionem, nec intra Eccle-
„ ſiam catholicam ordinati adverſus fidem ar-
„ mantur. Quamvis enim nonnullos per pecu-
„ niam ordinent, non tamen fidem impugnant,
„ nec gratiam Spiritus Sancti venalem prædi-
„ cant. Unde veraci pœnitentia cum hæreſim
„ ſuam deteſtati fuerint, præmiſſis auctoritati-
„ bus non prohibentur recipi in ſuis gradibus:
„ verumtamen Capitulo illo Nicænæ Synodi:
„ *Si quis per pecuniam* &c. & illo alio 7. Synodi:
„ *Si quis omnem traditionem*: & Innocentii, & a-
„ liorum multorum auctoritatibus irreparabili-
„ ter damnari jubentur.

Urbanus II. ,, AB excommunicatis, quondam tamen catholicis Epiſcopis ordinatos, ſi quidem non ſimoniace ordines ipſos acceperunt, & ſi ipſos Epiſcopos ſimoniacos non fuiſſe conſtiterit: ad hoc, ſi eorum religioſior vita, & doctrinæ prærogativa viſa fuerit promereri; pœnitentia indicta, quam congruam duxeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus, permanare permittas. Ad ſuperiores autem conſcendere non concedimus, niſi neceſſitas, & utilitas maxima flagitaverit, & ipſorum ſancta converſatio promeruerit (Sed & illud Gregorii de nominatim excommunicatis intelligitur, quorum ordinationes ſunt irritæ, ſi eorum damnatio non erat ordinandis incognita.)

Alias diſpenſari poteſt in ordine a Papa, ex plenitudine poteſtatis, etiam cum illis, quibus ſcientibus commiſſa eſt. Extra de Simonia c. *Nobis*, Cauſſa I. q. I. *Erga ſimoniacos*.

Celestin. III. ,, NObis fuit ex parte tua intimatum &c. Ad ultimum, quod in fine conſultationis tuæ invenimus, hoc duximus reſpondendum, quod aliquis in Eccleſiæ cujuslibet Prælatum electus, & ut dictum eſt, per pravitatem ſimoniacam reprobatus, ab Epiſcopo ſuo diſpenſationem aliquam de jure obtinere non poteſt.

Alex. II. ,, ERga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſervanda habendam eſſe decernimus; ſed juxta Canonum ſanctionem, & ſanctorum Patrum decreta, eos omnino damnamus, ac deponendos auctoritate Apoſtolica ſancimus. *Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint.*

---

§. VIII.

Sed numquid Epiſcopus poteſt diſpenſare cum talibus?

DIcunt quidam indiſtincte, quod non. Arg. extra de Judiciis, c. *At ſi clerici*.

Alex. III. *Salernit. Archiepiſc.* ,, AT ſi clerici coram ſæculari judice convicti fuerint, vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc a ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi: ſicut enim ſententia a non ſuo judice lata non tenet, ita nec facta confeſſio coram ipſo; ſi vero coram Epiſcopo de criminibus in jure confeſſi ſunt, ſeu legitima probatione convicti; dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito, ſuſpendendi ſunt a ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuo removendi: de adulteriis vero, & aliis criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum clericis poſt peractam pœnitantiam diſpenſare....

Alii dicunt, & melius, quod ſi crimen, neſcientibus ordinatis, perpetratum eſt, poſtquam ſimpliciter renunciavit executioni ordinis, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Extra de Simonia, cap. *De ſimoniace*.

Lucius III. ,, DE ſimoniace ordinatis, certum tibi non poſſumus dare reſponſum, niſi plenius cognoſcamus, qualiter fuerint ordinati: cum quidam licet ſecundum quamdam ſpeciem ſimoniæ, utpote ipſis ignorantibus, ſimoniace ordinentur, poſſunt (quia ſimoniaci non ſunt) in ſuis ordinibus remanere.

Quod intelligo, ſi non fuerit data pecunia ipſi Epiſcopo; nam ſi Epiſcopo fuiſſet data, non poſſet ipſe propter turpitudinem ſuam, ſed ſolus Papa. Cauſſa I. quæſt. I. cap. *Erga*, & cap. *Si quis neque*, & Cauſſa I. quæſt. 5. cap. *Præſentium*. *v. ſupra. v. infra.*

B. Greg. *in regiſtro.* ,, SI quis neque ſanctis pollens moribus, vel neque a Clero, populoque vocatus, vel pulſatione coactus, impudenter Chriſti ſacerdotium, jam quolibet facinore pollutus, injuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſive comitatu, ſive manuali ſervitio, ſive fraudulento munuſculo, Epiſcopalem, ſeu Sacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ avaritia fultus, dignitatem acceperit; & in vita ſua non ſponte reliquerit, eumque inſperata mors pœnitentem non invenerit; proculdubio in æternum peribit.

Urbanus II. *Alberto Metenſi Epiſcopo.* ,, PRæſentium portitorem, quem parentum incuria per pecuniam non Epiſcopo, ſed cuidam principum ejus datam, & invitum ſacerdotii dignitatem obtinuiſſe, ſignificaſti: licet Sancti Canones deponendum eſſe teſtentur; tamen quia culpam iſtam neſciens, & coactus commiſit, & quia ab eodem ordine, ut deponeretur, ſupplicavit ultroneus: ex conſideratione diſcretionis (quæ mater eſt omnium virtutum) magis quam ex rigore Canonum miſericordiæ viſcera adhibendo, ipſum in eodem ordine eſſe fraternitati tuæ conſulimus: ita tamen, ut ſi Eccleſia illa, cui deſervit, ſacerdotum penuriam non patitur, ſuſpenſus a ſacerdotali officio permaneat: quod ſi fortaſſe Eccleſiæ utilitas exegerit, ut curam regiminis aſſumat; liceat ei ex conceſſione ſui Epiſcopi, fratrumque obedientia, ſacerdotali officio fungi.

Si vero non fuit data pecunia Epiſcopo, ſed collaterali, Epiſcopo ignorante, poteſt diſpenſare Epiſcopus. Cauſſa I. quæſt. 5. cap. *Præſentium*, ut ſupra.

Quotuplex eſt diſpenſatio cum Simoniaco. Diſpenſatio cum ſimoniaco in beneficio eſt quadruplex, ſcilicet, parva, magna, major, maxima. *Parva*, ut habeat laicam communionem. *Magna*, ut poſt pœnitentiam in Eccleſia in ſuo ordine remaneat. *Major*, ut etiam remaneat in eadem, ſed in minoribus ordinibus. *Maxima*, ut in eadem majores etiam exſequatur, non tamen habeat Prælationem. Cauſſa I. quæſt. 5. cap. *Quicumque ſane*.

Urbanus Papa. *de ſimoniacis.* ,, QUicumque ſane cupiditate parentum, cum adhuc parvuli eſſent, Eccleſias, vel Eccleſiarum partes per pecuniam adepti ſunt; poſtquam eos omnino dimiſerint, ſi canonice in eis vivere voluerint, pro magna miſericordia ibidem eos eſſe concedimus, neque pro hoc facto a ſacris ordinibus illos removemus, ſi alias digni inveniantur. Illi vero, qui per ſeipſos, cum majoris ætatis eſſent, nefanda cupiditate ducti, eas emerunt, ſi in aliis Eccleſiis canonice voluerint vivere, ſervatis propriis ordinibus, pro magna miſericordia ibi eos miniſtrare permittimus. Quod ſi ad alias fortaſſis transferri non potuerint, & in eis canonice vivere promiſerint; minoribus ordinibus contenti, ad ſacros ordines non aſcendant, ſalva tamen in omnibus Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qui tamen ante emtionem catholice ordinati ſunt, cum ea, quæ emerunt, dimiſe-

,, miſerint, & vitam canonicam egerint, in ſuis
,, gradibus permittantur, niſi forte hujuſmodi
,, Eccleſia ſit, nbi primum locum debeant
,, obtinere; primum enim, vel ſingularem,
,, vel Præpoſituræ locum in emtis Eccleſiis
,, eos habere non patimur. *Hoc autem eum non*
,, *in præjudicium Canonum, ſed ex miſericordiæ*
,, *diſpenſatione dixiſſe, ex epiſtola ejuſdem colligi-*
,, *tur miſſa Vitali Presbytero.*

Sed numquid cum iſtis poterit Epiſcopus diſpenſare? Dicunt quidam, quod in nullo caſu poteſt Epiſcopus cum ſimoniaco diſpenſare. Arg.
v. pag. 10. Extra de ſimonia c. *Nobis*.

Alii dicunt, quibus aſſentio, quod ſi ignorante eo, cui beneficium acquiritur, ſimonia commiſſa eſt, poteſt Epiſcopus diſpenſare, etiam, ut de novo conferatur ei idem beneficium, quum idom pure, & ſimpliciter renunciaverit beneficio; quia tales ſimoniaci non
ibidem. ſunt. Extra de Simonia c. *De ſimoniace*.

Hoc autem intellige, ſi Epiſcopus ſimiliter ignoraverit: nam ſi ſcienter contuliſſet beneficium tali, non ipſe, ſed ſuperior poſſet diſpen-
ibidem. ſare. Arg. Cauſſa 1. q. 5. c. *Quicumque ſane*, & extra de Clericis conjugatis c. *Diverſis fallaciis* in fine.

INNOC. III. *Norvicen. Epiſc.* ,, DIvetſis fallaciis (& infra)... Manda-
,, mus, quatenus hujuſmodi Clericos be-
,, neficiis Eccleſiaſticis, quæ in tua Diœceſi ſunt
,, adepti, prives appellatiooe remota, præſertim
,, cum rerum Eccleſiaſticarom ſubſtantia per ta-
,, les ſoleat deperire. Niſi forte tu talibus ſcien-
,, ter contuleris eccleſiaſtica beneficia, quibus
,, eos non per te, ſed per ſuperiorem decerni-
,, mus ſpoliandos.

Si vero bennficiato ſciente, ſolus Papa diſpenſare poteſt. Extra de Simonia c. *De regularibus*.

CLEMENS. III. ,, DE regularibus Canonicis, ſeu Monachis
,, nos conſulere voluiſti, qui per ſimo-
,, niam ingreſſum, ipſis ſcientibus, habuerunt.
,, Unde cum ſuper hoc auctoritates multæ re-
,, periantur expreſſæ, non aliud, quam ſta-
,, tutum eſt, reſpondemus, ut locum, quem
,, taliter adepti ſuut, omnino dimittant, &
,, ſolitudines, ſeu alia monaſteria diſtrictio-
,, ra adeant, in quibus tam execrabilem exceſ-
,, ſum ſine intermiſſione deplorent; ſi autem
,, ignorantibus illis pecunia data fuerit, cogas
,, eos ad renunciandum loco eidem, & poſt-
,, modum in ipſum reducere, ſi ibi abſque ſcan-
,, dalo potuerint remanere, vel in alio, qui
,, ſit de ordine ipſo, ad ſerviendum Deo pot-
,, eris collocare.

Item poteſt diſpenſare cum illo, qui ſola intentione, ſeu voluntate occulta commiſit ſimoniam, quia non invenio ſibi prohibitum. Arg. extra de Sent. Excomm. c. *Nuper*.

INNOC. III *Wratiſlavien. Epiſc.* ,, NUper a nobis tua diſcretio requiſivit...
,, In ſecunda vero quæſtione credimus di-
,, ſtinguendum, an is, qui nominatim excom-
,, municato communicat, ſcienter in crimine
,, communicet criminoſo, ei conſilinm im-
,, pendendo, auxilium, vel favorem, aut alias
,, in oratione, vel oſculo, aut orando ſecum,
,, aut etiam comedendo. In primo quidem ar-
,, ticulo, cum talis communicet crimini, &
,, participet criminoſo, ac per hoc ratione
,, damnati criminis videatur in eum delinque-
,, re, qoi damnavit; ab eo, vel ejus Superio-
,, re, merito delicti, tunc erit abſolutio requi-
,, renda, cum facientem, & conſentientem
,, par pœna conſtringat. In ſecundo vero caſu
,, a ſuo Epiſcopo, vel a proprio ſacerdote pot-
,, erit abſolutionis beneficium obtinere; quam-
,, vis enim & tunc non judicis, ſed juris ſen-
,, tentia excommunicato communicans ſit liga-
,, tus; quia tamen conditor canonis ejus abſo-
,, lutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo
,, conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxan-
,, di &c.

Immo per condignam pœnitentiam liberatur ex toto. Arg. diſt. 50. c. *De his clericis*, & eſt *v. p.* 141.
expreſſum in decretali nova. Extra de Simonia, *Mandato*.

,, MAndato noſtro recepto, ut cum mo- GREGOR. IX.
,, nachis, qui per ſimoniam dato aliquo,
,, locum io Monaſteriis ſunt adepti, ſecundum
,, conſtitutionem generalis Concilii diſpenſa-
,, res (& infra) Conſultationi tuæ breviter
,, reſpondentes, dicimus, mandatum Apoſto-
,, licum etiam ad Abbates extendi, & ad re-
,, ſignationes ſpiritualium, & temporalium,
,, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præce-
,, dente, utrinque taliter acquiruntur (in
,, quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam
,, pœniteotiam ſuo ſatisfacere creatori) eos pro
,, ſimonia hujuſmodi non teneri.

Cum illo quoque, qui ordinem, vel beneficium contulit ſimoniace, vel fuit mediator ſimoniæ; dum tamen ſit occultum, & cum eo, qui carnales interpoſuit preces, etiam pro indigno, nulla alia interveniente conditione, vel pacto. Item cum iſto, qui ordinem recepit ſimoniace. In rite autem ſuſceperis, & cum eo, qui recepit beneficium ſimoniace, poſtquam reſignavit in exſecutione ordinum, credo, ſalvo meliori judicio, poſt ultimam pœnitentiam poſſe Epiſcopum ſnum, ſi ab illo ſit peccato immnnis, alioquin Metropolitanum, debita diſcretione adhibita, in pœnitentiali judicio diſpenſare, per jura ſupra proxime allegata.

Qui vero ſcit, vel credit, conferentem eidem contuliſſe ordinem, vel beneficium, principaliter propter obſequia, ſeu preces carnales a ſe, vel ab alio interpoſitas; credo, quod ſi erat indignus, debeat reſignare, quia tunc ſuccedunt preces hujuſmodi loco pretii: alioquin ſi erat dignus, non tenetur, ſed debet pœnitere de intentione corrupta. 1. q. 1.
c. *Sunt nonnulli*. Extra de qualitate, & ætat. *v. pag.* 3.
præficiend. c. *Tuam*. Extra de Simonia c. *Man-* *& pag.* 5.
dato. *& ſupra*.

---

§. IX.

Quid fiet de monaſteriis, in quibus plures monachi, vel regulares, vel alii religioſi, vel moniales ſimoniace recepti ſunt?

DIcas, qnod ſine exceptione pure, ac ſimpliciter debent renunciare, ſeu ſint ſubditi, ſeu prælati: & ſi ipſis ſcientibns fuit commiſſa, & poſt Concilium generale, ſine ſpe reſtitutionis, de ſuo monaſterio repellantur, & ad agendam perpetuam pœnitentiam ſunt hujuſmodi perſonæ in locum arctioris regulæ retrudendæ: ſi vero ante Concilium, & ipſa ſcien-

ſcientibus, remotæ de monaſteriis, quæ perperam ſunt ingreſſæ, debent in aliis locis ejuſdem ordinis collocari; quod ſi commode non poteſt fieri, ne damnabiliter in ſæculo evagentur, debent recipi in eiſdem monaſteriis diſpenſative de novo, mutatis minoribus locis, & inſerioribus aſſignatis. Extra de Simonia, c. *Dilectus* 2, & c. *Quoniam ſimoniaca*,

INNOC. III. *Cantuar. Archiepiſc.*

,, DIlectus filius A. nuncius tuus pro parte
,, tua propoſnit, quod cum Cant. diœceſim
,, viſitans, in monaſteriis, & religioſis locis pul-
,, lulaſſe repereris ſimoniacam pravitatem, ita
,, quod in eis multi pretio ſunt recepti, qui
,, potius gratis recipi debuiſſent, immo etiam ad
,, religionis obſervantiam invitari; dubitans i-
,, gitur, an quia multitudo reperitur in cauſſa,
,, ſeveritati ſit aliquid detrahendum? Nos in-
,, quiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi
,, adverſus eos, qui labe fuerint hujuſmodi ma-
,, culati, accuſatio coram te fuerit canonice in-
,, ſtituta, poſtquam crimen ordine fuerit judi-
,, ciario pateſactum, tam in dantes, quam in
,, recipientes, canonicæ ſeveritatis exerceas ul-
,, tionem; quod ſi de hoc tibi per ſolam inqui-
,, ſitionem conſtiterit, eos, qui per ſimoniacam
,, pravitatem in locis talibus ſunt recepti, ab
,, illis amotos, ad agendam pœnitentiam ad mo-
,, naſteria dirigas arctiora; Abbatibus autem,
,, Abbatiſſis, Prioribus, Prælatis quibuslibet,
,, & officialibus eorum injungas pœnitentiam
,, congruentem, & donec illam peregerint, eos
,, a ſacrorum ordinum executione ſuſpendas:
,, injungens Epiſcopis tuis, ut hanc formam per
,, ſuas diœceſes ſtudeant obſervare: illud tamen
,, gratanter recipi poterit, quod fuerit ſine
,, taxatione gratis oblatum.

IDEM IN CONCIL. *Generali.*

,, QUonia ſimoniaca labes adeo pleraſque
,, Moniales inſecit, ut vix aliquas ſine
,, pretio recipiant in ſorores, paupertatis præ-
,, texto, volentes hujuſmodi vitium palliare,
,, ne id de cetero fiat, penitus prohibemus,
,, ſtatuentes, ut quæcumque de cetero talem
,, commiſerint pravitatem, tam recipientes,
,, quam recepta, ſive ſit ſubdita, ſive prælata,
,, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio ex-
,, pellatur, in locum arctioris regulæ ad agen-
,, dam perpetuam pœnitentiam retrudenda. De
,, his autem, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum
,, taliter ſunt receptæ, ita duximus providen-
,, dum, ut remotæ de monaſteriis, quæ perpe-
,, ram ſunt ingreſſæ, in aliis locis ejuſdem or-
,, dinis collocentur: quod ſi forte propter ni-
,, miam multitudinem alibi nequiverint com-
,, mode collocari; ne damnabiliter in ſæculo e-
,, vagentur, recipiantur in eiſdem monaſteriis
,, diſpenſative de novo, mutatis prioribus locis,
,, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam circa mo-
,, nachos vel alios regulares decernimus obſer-
,, vandum. Verum, ne per ſimplicitatem, vel
,, ignorantiam ſe valeant excuſare, præcipimus,
,, ut diœceſani Epiſcopi ſingulis annis hoc fa-
,, ciant per ſuas diœceſes publicari.

Si autem ipſis ignorantibus, ſeu ante Concilium, ſeu poſt, renuncient, ut ſupra; & poſtea poſſunt eligi de novo, mutatis tamen locis, ut ſupra. Extra, De Simonia c. *Ex inſinuatione*.

CLEMENS, III.

,, EX inſinuatione tua nobis innotuit, quod
,, pater tuus interveniente pecunia, olim
,, tibi præbendæ beneficium acquiſivit, cumque
,, ad annos diſcretionis perveniens, accepiſſes
,, Dominicæ crucis ſignum, dictam præbendam
,, in manu præpoſiti & fratrum libere reſigna-
,, ſti. Sed iidem tibi compatientes, de novo te
,, in ſuum Canonicum elegerunt, ita videlicet
,, quod per electionem iſtam, poſtremum lo-
,, cum in choro, & in aliis obtineres (& infra)
,, Reſpond. ut indulgentia, quam fratres tui
,, miſericorditer tibi feciſſe noſcuntur, conten-
,, tus exſiſtens, ratione primæ receptionis, ni-
,, hil audeas in ipſa Eccleſia vendicare.

Item in primo caſu, ſi non invenitur arctior regula, credo cum Joan. quod poſt renuntiationem debent mutari in aliud monaſterium ejuſdem regulæ. Quod ſi non poterit commode fieri, fiat ſaltem ad tempus. Arg. Diſt. 81. c. *Valet*, & poſtea eligatur de novo, ut ſupra: & hoc maxime ubi agitur de pœnitentia.

Innocent. *De ſummo bono lib. 2. c. 10.*

,, VAlet interdum converſis pro ſalute ſuæ
,, animæ mutatio loci; plerumque enim
,, dum mutatur locus, mutatur & mentis affe-
,, ctus. Congruum eſt enim, inde etiam cor-
,, poraliter evelli, ubi quiſque illecebris deſer-
,, vivit. Nam locus, ubi quiſque prave vixit,
,, hoc in aſpectu mentis apponit, quod ſæpe i-
,, bi vel cogitavit, vel geſſit.

Item credo, quod cum talibus poterit diſpenſare juxta diſtinctionem prædictam Epiſcopus, vel etiam Capitulum, dum tamen ipſi non fuerint participes ſimoniæ; tunc enim, quum propter hoc puniri debeant, extra, De Simonia c. *Dilectus*. 1. non debent ex eodem facto privilegium obtinere: immo videntur amiſiſſe poteſtatem eligendi, & alii, qui non peccaverunt, acquiſiviſſe. Arg. extra de Elect. c. *Bonæ memoriæ*. v. pag. 4.

INNOC. III. *Canonicis Maguntiacenſibus.*

,, BOnæ memoriæ Maguntinenſi Archie-
,, piſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo,
,, cum vota veſtra ſe in varia diviſiſſent, &
,, quibuſdam petentibus Wormacienſem Epi-
,, ſcopum, quibuſdam vero Archiepiſcopum ve-
,, ſtrum, tunc Præpoſitum ſancti Petri Ma-
,, guntinenſis, ſibi eligentibus in Paſtorem:
,, Prænestino Epiſcopo a ſede Apoſtolica le-
,, gato dedimus in mandatis, ut ſi eumdem E-
,, piſcopum quoad temporalia, vel ſpiritua-
,, lia recepiſſe conſtaret Eccleſiam Magunti-
,, nenſem, vel miniſtraſſe in temporalibus,
,, aut ſpiritualibus in eadem: poſtulationem
,, factam de ipſo nunciaret irritam (& in-
,, fra) Deinde inquireret de ipſius electione
,, Archiepiſcopi veritatem, & ſi ei de vi,
,, quam ipſe & ſui metuebant, conſtaret (eo
,, non obſtante, quod poſt appellationem ad
,, nos interpoſitam, fuerat in ipſius electio-
,, ne proceſſum, cum alii, qui appellationi ad
,, nos interpoſitæ, ne ſine ipſo, ac ſociis e-
,, jus haberent in electione proceſſum, non
,, duxerint deferendum; uti contra ipſum hac
,, exceptione non poſſent, quia *fruſtra legis*
,, *auxilium invocat, qui committit in legem*: un-
,, de nec ab eis poſſe objici videbatur, quod
,, idem eſſet a paucioribus ſecundum eorum
,, aſſertionem electus, cum ipſi appellationem
,, ad nos legitime interpoſitam contemnentes, &
,, præter licentiam noſtram recipientes Epiſco-
,, pum memoratum, reddiderint ſe indignos)
,, electionem Archiepiſcopi confirmaret (& in-
,, fra) Licet autem eſſent notoria, quæ contra
,, dictum Wormacienſem Epiſcopum, & ejus
,, fautores fuerant objecta; prædictus tamen le-
,, gatus ad majorem cautelam multos teſtes re-
,, cepit ex ipſius Archiepiſcopi parte produ-
,, ctos. Unde ipſe juxta mandati noſtri teno-

L. Auxilium ff. de minor.

,, rem

,, rem procedens , poſtulationem ſactam de
,, Wormacienſi caſſavit, & electionem Archi-
,, epiſcopi memorati (quamvis a pauciſſimis
,, celebratam) curavit auctoritate Apoſtolica
,, confirmare , ipſumqne ordinavit in presby-
,, terum, & tandem in Archiepiſcopum con-
,, ſecravit (& inſra) Contra legati vero pro-
,, ceſſum hoc facere videbatur , quod non eita-
,, tis Wormacienſi Epiſcopo , & ejus ſautori-
L. Si vero §. qui proreі. ,, bus , proceſſiſſet . Porro exceſſus notorius
,, examinatione non indiget, & pro his, quæ a
,, judice ſunt acta , præſumitur , qnod omnia
,, rite fuerint celebrata, quamvis & qnod cita-
,, ti non fuerint, non poſſet de facili compro-
,, bari: quia negantis factum , per rerum na-
,, turam nnlla eſt directa probatio: cum etſi qui-
,, libet de ſe poſſet aſſerere , quod ad eum ci-
,, tatio minime perveniſſet , ſinguli tamen ve-
,, ſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares .
,, Ad ipſum quoqne legatum, ſi voluiſſent, ſe-
,, cure potuiſſent procuratorem idoneum deſti-
,, nare, ſicut nuncium deſtinarant (& inſra)
,, Nos igitur etſi propter auctoritatem judi-
,, eiariam præſumamus pro his, quæ acta ſunt
,, a legato; illi tamen plus innitimur rationi,
,, quod adverſarii Archiepiſcopi ex tribus cauſ-
,, ſis prædictis, ſe nſque adeo reddiderunt in-
,, dignos...... ad nos devoluta ſuiſſet hac vi-
,, ce ordinatio Eccleſiæ Maguntinenſis : qua-
,, re dictum Archiepiſcopum ſine juris injuria
,, potuiſſemus eidem Eccleſiæ præficere in pa-
,, ſtorem . Super his ergo , habito diligenti
,, tractatu , caſſationem poſtnlationis factæ de
,, Wormacienſi Epiſcopo ratam habnimus, e-
,, lectionem memorati Archiepiſcopi confirman-
,, tes.

Si vero alterius electionem propter ſimoniam , eo ignorante , ac ratum non habente , commiſſam contigerit reprobari , cum eo ſuper prælatione , ad quam taliter electus fuerat , illa vice non poterit Epiſcopus diſpenſare, qnamvis circa illum , qui ignoranter beneficium recipit ſimplex per ſimoniacam pravitatem , poſt liberam reſignationem , Epiſcopi diſpenſatio toleretur. Extra de Elect. c. *Si alicujus*.

GREGOR. IX. ,, SI alicujus electionem propter ſimoniam ,
,, eo ignorante , ac ratum non habente ,
,, commiſſam contigerit reprobari, cum eo ſu-
,, per prælatione , ad quam taliter electus fue-
,, rat, illa vice non poterit Epiſcopus diſpen-
,, ſare, quamvis circa illum, qui ignoranter be-
,, neficium recipit ſimplex per ſimoniacam pra-
,, vitatem , poſt liberam reſignationem , Epi-
,, ſcopi diſpenſatio toleretur.

Item duo caſus ſunt, in quibus de jure communi non ſunt ſimoniaci , nec tenentur renunciare . Unus , ſi inimicus meus daret fraudulenter pecuniam pro electione mea , nt poſtea caſſaretur electio , & ego remanerem infamis. Alius ſi me invito , & expreſſe contradicente aliqnis latenter dedit , vel promiſit pecuniam Epiſcopo nolenti confirmare electionem , vel collatoribus ſuis . Extra de Simonia , cap. *Nobis* , & cap. *Sicut* 2. Et hoc intelligimus verum eſſe, niſi poſtea forte conceſſerim pecuniam ſolvendo promiſſam , vel reddendo ſolutam, ut in illa *Sicut* . 2. *v. pag. 10. & pag. 8.*

§. X.

Quid de conſuetudinibus quibuſdam circa procurandis conventus &c.

ITem quæritur utrum conſuetudines circa procurandos conventus poſt receptionem , vel circa exactiones, & extorſiones , quas plerique faciunt in conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum , & ordinibus Clericorum, dicentes: Tantum eſt dandum ſcriptori , tantum portario, tantum cantori, vel ſimilibus, quæritur, inquam, utrum hæc inducant ſimoniam?

Videtur quod non ; quia recipere in ſumtus & ſtipes tabernaculi non eſt ſimonia . Cauſſa 1. quæſt. 1. cap. *Judices* . Item conſuetndo facit non eſſe delictum , quod alias eſſet delictum , 32. q. 4. *Objiciuntur* . *v. pag. 15.*

S. AUGUS. ,, OBjiciuntur Jacob quattuor uxores, quod ,
,, quando mos erat, crimen non erat , ſic-
,, ut Patriarchæ conjugibus excipientibus ſemen
,, ſuum miſcebantur, non concupiſcentia per-
,, ficiendæ voluptatis, ſed providentia propagan-
,, dæ ſneceſſionis. Sic Apoſtoli auditoribus ad-
,, mirantibus doctrinam ſuam , condelectaban-
,, tur, non aviditate conſequendæ laudis , ſed
,, caritate ſeminandæ veritatis.

Et videtur expreſſum Diſt. 63. cap. *Quia* , & 1. q. 3. c. *Quæſitum* . *v. pag. 6. v. pag. 21.*

Contra. In talibus conſuetudo non minuit peccatum , ſed auget. Extra De ſimonia , cap. *Non ſatis* .

ALEX. III. *In Concil. Turonca.* ,, NOn ſatis ....(& Inſra) Prohibemus igi-
,, tur , ne ab iis, qui ad religionem tranſ-
,, ire volunt , aliqua pecunia requiratnr. Nec
,, Prioratus , vel Capellaniæ quælibet mona-
,, chorum, aut clericorum , annua diſtractione
,, vendantur . Nec ab eo , cui regimen ipſa-
,, rum committitur , pro earum commiſſione
,, ullum pretium exigatur. Unde quiſquis con-
,, tra hoc decretum attentare præſumſerit ,
,, tam ille, qui dederit, quam ille , qui rece-
,, perit, val conſenſerit, partem ſe cum Simo-
,, ne non dubitet habiturum. Pro ſepultura quo-
,, que , & chriſmatis , & olei receptione , nul-
,, la cujnſquam pretii exactio attentetur ; nec
,, ſub obtentu cujuſquam conſuetudinis reatum
,, ſuum quis tueatur : quia diuturnitas tempo-
,, ris non diminuit peccata , ſed auget.

Item nec paſtum , nec paſtellum debet quis recipere . Cauſſa 1. quæſt. 3. cap. *Si quis objecerit* . Et expreſſe prohibentur hæc omnia extra, De ſimonia , c. 1. ſeu c. *In ordinando* . *v. pag. 2.*

GREGOR. *In Generali Synodo.* ,, IN ordinando ...(& inſra) ſicut non debet
,, Epiſcopus manum , quam imponit , ita nec
,, Miniſter, vel Notarius in ordinatione ejus ,
,, vocem , vel calamum vendere. Pro ordinatio-
,, ne igitur, vel uſu pallii , ſeu chartis , atque
,, paſtellis , enm , qui ordinatur , omnino ali-
,, quid dare prohibemus.

Solutio. Si talia exacta , vel extorta ſolvuntur , ſimoniaci ſunt , & qui receperint , & qui dederint , cum Giezi , & Simone condemnantur , nulla conſuetudina obſtante . Extra De ſimonia capite 1. jam citato , & cap. *Sicut pro certo* .

Innoc. III. *In Concil. Generali.*

„ SIcut pro certo didicimus, in pleriſque locis, a pleriſque perſonis quaſi columbas io templo vendentibus, fiunt exactiones, & extorſiones turpes & pravæ pro conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum: eſtque taxatum, quantum ſit iſti, vel illi, quantumve alteri, vel alii perſolvendum, & ad cumulum damnationis majoris, quidam cupiditatem & pravitatem hujuſmodi nituntur defendere per conſuetudinem longo tempore obſervatam. Tantum igitur abolere volentes abuſum, conſuetudinem hujuſmodi (quæ magis dicenda eſt corruptela) penitus reprobamus, firmiter ſtatuentes, ut pro his, ſive conferendis, ſive collatis, nemo aliquid quocumque prætextu exigere, aut extorquere præſumat; alioquin & qui receperit, & qui dederit hujuſmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi & Simone condemnetur.

Si vero electus, vel ordinatus, ſeu alius pro eis, non exactus, ſed gratis aliquid offerat, dicunt quidam, quod ſi fiat ex pactione præcedente, eſt ſimonia, aliter non. Alii, & melius, diſtinguunt, utrum principaliter detur propter illud, aut non, ita quod alias eſſet daturus. In primo caſu eſt, quia dare, eſt quandocumque dare; & accipere, quandocumque accipere, 1. q. 1. c. *Eos*, in fin. & 1. quæſt, 3. c. *Si quis præbendas*.

Ex Epist. *Tharaſii, Conſtant. Epiſc. Papæ Adriano.*

„ EOs, qui per pecuniam manus impoſuerunt, vel imponunt, Petrus divinus Apoſtolus (cujus Cathedram ſortita eſt Sanctitas veſtra) tamquam Simonem magum deponit... Ait enim Petrus Simoni: *Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto; quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri*. Nam & vigeſimus nonus Canon Sanctorum Apoſtolorum, & actus eorumdem, & tertius, & quartus liber Regum alienum omnino a ſacerdotio pronunciant eum, qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, ſive ante manus impoſitionem, ſive in ipſa manus impoſitione, ſive poſt; accipere enim eſt quandocumque accipere.

Innoc. II. *In Synodo Romana.*

„ SI quis præbendas, vel prioratum, ſeu decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam Eccleſiaſticam, ſeu quodlibet ſacramentum eccleſiaſticum, utpote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes altarium, vel Eccleſiarum, interveniente execrabili ardore avaritiæ, per pecuniam comparaverit, honore male acquiſito careat, & emtor, atque venditor, & interventor nota infamiæ percellantur, & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicujus conſuetudinis ante, vel poſt a quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare præſumat; quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere, & abſque diminutione aliqua, collata ſibi dignitate, atque beneficio perfruatur.

In ſecundo caſu non eſt ſimonia. Extra de Simonia, c. *Et ſi quæſtiones*, & *Dilectus*. 2. in fin. debet tamen quilibet hujuſmodi non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mali ſecundum Apoſtolum abſtinere: nam licet ordinandus, eligendus vel electus non det cum intentione corrupta, nec alius ita recipiat; tamen ratione temporis, ut ſi in ipſa collatione, vel parum ante, vel parum poſt, vel ratione loci, vel perſonæ, vel rei quæ datus, ſurgit præſumtio, vel pro, vel contra. 1. quæſt. 1. c. *Emendari*, Extra, de Simonia c. *Et ſi quæſtiones*.

v. pag. 3. & pag. 4.

1. ad Theſſ. 5.

v. pag. 3.

Ex Conc. *Eliberit.*

„ EMendari placuit, ut qui baptizantur (ut fieri ſolebat) nummos in concham non mittant; ne ſacerdos, quod gratis accepit, pretio diſtrahere videatur.

Item non ſunt excuſati a crimine ſimoniæ, qui rei nomen, & tempus ſolutionis immutantes, nummos, quos primo chriſmales, eo quod pro chriſmate, & in chriſmatis receptione darentur, ſecundo paſchales, tertio conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncuparunt. Extra, de Simonia c. *In tantum*.

Innoc. III. *Cantuar. Archiep.*

„ IN tantum peccatis exigentibus, corda quorumdam ſimoniaca pravitas depravavit (& infra) Sane pervenit ad audientiam noſtram, quod cum olim quidam ſuffraganei tui, pro chriſmate certam conſueverint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ ſolutionis anticipant, recipientes in media quadrageſima, quod accipere conſuevere poſt paſcha, & ut cauſſam recipiendi diſſimulent, nomen denariorum variant, denarios, quos prius chriſmales, ſecundo paſchales dicebant, conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncupantes (& infra) Cum vero expreſſius exprimat venditionis ſpeciem, qui prius recipit pretium, quam rem conferat pretioſam, & gratis ſit gratia conferenda; mandamus, quatenus taliter exceſſus corrigas ſupradictos, ſuffraganeos tuos, & officiales eorum a tam illicita exactione compeſcens, quo aliorum culpa, tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam. Pravam etiam illam conſuetudinem de tua provincia ſtudeas abolere, per quam pro eccleſiarum inveſtitura, Archidiaconi marcham argenti, minores vero decani vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolvi pecuniæ quantitatem.

Item per quæſtionem proximam intelligas ſolutam aliam: utrum ratione alterius conſuetudinis poſſint exigi aliqua pro benedictionibus nubentium, ſepulturis vel exſequiis mortuorum, chriſmate, vel oleo ſancto, vel quolibet eccleſiaſtico ſacramento, ut ſcilicet in eo gratia confertur; quod dico propter matrimonium, ut in quo (ut eſt tantum officium naturæ, & contractus naturalis) non confertur gratia; & ideo pro eo, ut ſic, dari pecunia poteſt. Extra de ſponſal. c. *De illis*.

Alex. III. *Panorm. Archiep.*

„ DE illis autem, qui præſtito juramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis, dimittunt terram, ſe ad partes alias transferentes; hoc tibi volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis (ſi non amplius in facto eſt proceſſum) ad alia ſe vota transferre, recepta tamen de perjurio pœnitentia, ſi per eas ſteterit, quominus fuerit matrimonium conſummatum.

Hoc etiam dico pro calice conſecrato, vel ſimilibus, quæ poſſunt vendi abſque periculo ſimoniæ, etiam in eadem forma, aliis Eccleſiis in caſibus neceſſitatis, quos reperias infra de Immunit. eccleſiaſt.

Item utrum ſimiliter ratione conſuetudinis poſſint aliqua exigi pro intronizandis Epiſcopis

vel Abbatibus, vel quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis inveſtiendis.

Item pro danda excommunicatorum abſolutione. Item pro jure decimarum. Item pro juſtitia Eccleſiaſtica ſervanda, quia in omnibus his recipere pecuniam, vel æquipollens, ſimonia eſt, non obſtante conſuetudine. Probantur hæc omnia, 1. quæſt. 3. c. *Salvator*, & c. *Si* *v. pag. 14.* *quis præbendas*, & c. *Vendentes*, 10. quæſt. 2. c. *& infra.* *v. infra.* *Hoc jus*, 12. quæſt. 2. *Auram*, & extra de Simonia, cap. *Cum in Eccleſiæ*, & c. *Ad aures*.

URBANUS II. *Præpoſito Eccleſiæ Sancti Juventii.*
„ SAlvator prædicit in Evangelio circa finem
„ ſæculi, Pſeudo-apoſtolos, & Pſeudo-pro-
„ phetas ſurgere, & multos ſeducere... Quiſ-
„ quis igitur res Eccleſiaſticas (quæ Dei dona,
„ quoniam a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo
„ donantur, quæque ab eodem gratis accipiuntur,
„ tur, & ideo gratis dare debent) propter ſua
„ lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone
„ donum Dei poſſideri pecunia exiſtimat.
„ Ideo quia eaſdem res non ad hoc, ad quod
„ inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra munere
„ linguæ, vel indebiti obſequii, vel pecuniæ
„ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt;
„ cum principalis intentio Simonis fuerit ſola
Coloſſ. 3. „ pecuniæ cauſſa, avaritia, id eſt, idololatria,
„ ut ait Apoſtolus Paullus &c.

EX GREG. *Homil. 39.*
„ VEndentes & ementes de templo elimi-
„ nat Chriſtus, quia vel eos, qui pro
„ munere impoſitionem manuum tribuunt,
„ vel eos, qui donum Dei emere nituntur,
„ damnat.

EX CONC. *Lateranenſ.*
„ CUm in Eccleſiæ corpore (& infra) Hor-
„ ribile nimis eſt, quod in quibuſdam
„ Eccleſiis, locum venalitas perhibetur habe-
„ re; ita ut pro Epiſcopis, vel Abbatibus, ſeu
„ quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponen-
„ dis in ſedem, ſive introducendis Presbyte-
„ ris in Eccleſiam, nec non & pro ſepulturis,
„ & exſequiis mortuorum, & benedictionibus
„ nubentium, ſeu aliis Sacramentis aliquid re-
„ quiratur: putant autem plures ex hoc lice-
„ re, quia legem mortis de longa invaluiſſe
„ conſuetudine arbitrantur, non attendentes,
„ quod tanto ſunt graviora crimina, quanto
„ diutius infelicem animam tenuerunt alliga-
„ tam; ne igitur hæc de cetero fiant, vel
„ pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis in ſe-
„ dem, vel Sacerdotibus inſtituendis, aut ſe-
„ peliendis mortuis, ſeu benedicendis nuben-
„ tibus, ſeu aliis Sacramentis conferendis, ſeu
„ collatis aliquid exigatur, diſtrictius prohi-
„ bemus. Si quis autem contra hoc venire præ-
„ ſumſerit, portionem cum Giezi ſe noverit
„ habiturum.

LUCIUS III.
„ AD aures noſtras perveniſſe noveris, quod
„ cum C. de Senevilla propter pecuniam,
„ quam debebat, vinculo fuiſſet excommuni-
„ cationis adſtrictus, creditoribus ſatisfecit,
„ ſed excommunicatoribus decem libras pro ab-
„ ſolutione quærentibus, non valuit abſolu-
„ tionis beneficium obtinere. Quoniam igitur
„ indignum eſt, & Eccleſiaſticæ rationi con-
„ trarium, ut abſolutionis beneficium redima-
„ tur; diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus
„ ſi præfatus C. debitum ſolvit, ipſum gratis
„ faciatis abſolvi, ſi excommunicatores id non
„ fecerint requiſiti.

Si tamen laici ex pia conſuetudine ſolent aliquid in ſepultura, vel benedictione nubentium, vel exſequiis mortuorum, & ſimilibus præſtare, ſive hæc non poſſent a Sacerdotibus exigi, nec propter hoc debeant Sacramenta differri, ex poſtfacto, per Epiſcopum veritate cognita debent cogi laudabilem conſuetudinem obſervare. Extra de ſimonia: *Ad Apoſtolicam*.

INNOC. III *In Concil. Generali.*
„ AD Apoſtolicam audientiam frequenti re-
„ latione pervenit, quod quidam Clerici
„ pro exſequiis mortuorum, & benedictionibus
„ nubentium, & ſimilibus pecuniam exigunt,
„ & extorquent; & ſi forte eorum cupiditati
„ non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia
„ fraudulenter opponunt. Econtra vero, quidam
„ laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam
„ Eccleſiam pia devotione fidelium introdu-
„ ctam, ex fermento hæreticæ pravitatis nitun-
„ tur infringere, ſub prætextu canonicæ pie-
„ tatis. Quapropter ſuper his, pravas exactio-
„ nes fieri prohibemus, & pias conſuetudines
„ præcipimus obſervari, ſtatuentes, ut libere
„ conferantur Eccleſiaſtica Sacramenta. *Sed per*
„ Epiſcopum loci veritate cognita compeſcan-
„ tur, qui malitioſe nituntur laudabilem con-
„ ſuetudinem mutare.

Item nullus Presbyter debet prece, pretio, vel favore, vel conſanguinitate celare Epiſcopo peccatum publicum parochiani ſui, vel minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducere, & teſtimonium reconciliationis facere, vel quocumque livore digne pœnitentem a reconciliatione removere, quia utrumque ſimoniacum eſt. Extra de Simonia, c. *Nemo Presbyterorum*.

„ NEmo Presbyterorum xenium, vel emolu- ALEX. III.
„ mentum quodlibet temporale, immo
„ ſpirituale detrimentum, a quocumque publi-
„ ce peccante accipiat, ut Epiſcopo, vel mini-
„ ſtris ejus peccatum illius celet; nec pro reſpe-
„ ctu cujuſque perſonæ conſanguinitatis, aut
„ familiaritatis, alienis communicans peccatis,
„ hoc Epiſcopo innoteſcere detractet, nec
„ quemquam pœnitentem, vel minus digne
„ pœnitentem, gratia, vel favore ad reconci-
„ liationem adducat, & teſtimonium reconci-
„ liationis ferat eidem, vel quocumque livore
„ digne pœnitentem a reconciliatione removeat;
„ quia ſimoniacum eſt utrumque.

---

§. XI.

Numquid ſacerdos poteſt cantare Miſſam pro denariis?

DIco, quod ſi tenetur ex officio ad hanc Miſſam, vel exſequias, vel ſimile, exigere propter hoc aliquid, ſimoniacum eſt, 1. q. *v. ſupra.* 3. c. *Vendentes*.

Si vero non tenetur, & deſunt ei ſumtus, poteſt licite recipere, 1. q. 1. c. *Judices*.

„ JUdices, inquit, *ejus in muneribus judicabant,* B. HIERO. *In Michæa. 3. c.*
„ *& ſacerdotes ejus in mercede reſpondebant,*
„ *& Prophetæ ejus in pecuniis divinabant, & ſu-*
„ *per Dominum requieſcebant dicentes: Nonne Do-*
„ *minus eſt in nobis? Non veniet ſuper nos ma-*
„ *la. Idcirco propter vos Syon quaſi ager arabi-*
„ *tur, & Hieruſalem ut cuſtodia pomarii erit.*
„ Nemo ambigat Hieruſalem propter ſcelera,
„ quæ in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubver-
„ ſam (& infra) Poterat utique Petrus Simo- *Act. 8.*
„ ni mago vendere quod petebat: immo pote-
„ rat ſimulare vendentem (Spiritus enim
„ Sanctus, nec vendi, nec emi poteſt) ſed
„ oblatam pecuniam cum offerente damnavit,
„ (& paullo poſt) Nec quemquam moveat
„ illud,

1. *Reg.* 9. ,, illud, quod in primo Regum libro legimus,
,, Saulem volentem ire ad Samuelem, dixiſſe
,, puero ſuo, ad eum ſe ire non poſſe, quia
,, pretium, quod offerret pro vaticinio, non
,, haberet; & puerum reſpondiſſe: *Ecce in-*
,, *venta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecu-*
,, *niæ. Hanc dabo viro Dei, & annunciabit nobis*
,, *viam noſtram*. Non enim ſcriptum eſt, quod
,, Samuel acceperit, aut quod illi obtulerint:
,, quin potius paſcuntur a Propheta... ſed ſac,
,, eum accepiſſe: ſtipes magis æſtimandæ ſunt
Ezech. 45. ,, tabernaculi, quam munera prophetiæ. *Si-*
,, *clus enim xx. obolos habet*, & quarta pars ſi-
,, cli, quinque ſunt oboli. Et noſtri ergo Sa-
,, cerdotes ſi volunt vendere prophetiam, &
,, columbas in Cathedris ſuis proponere, quas
Joan. 2. ,, Dominus flagello ſubvertit, quinque tan-
,, tum obolorum ſint mercede contenti, qui
,, utinam non pretia villarum, ſed quinque
,, obolos acciperent. Hoc ipſum ſonat & in
3. *Reg.* 14. ,, tertio Regum libro, quod uxor Hieroboam
,, infirmante filio, pergit ad Achiam homi-
,, nem Dei, & defert ei decem panes, &
,, cruſtulam, & vas mellis: quia hæc magis
,, in ſumtum Prophetæ, quam muneri pro-
,, phetiæ reputanda ſunt; licet potuerint hi,
,, qui ad Ariolos ire conſueverant, (quia mul-
,, ti Divini, & Arioli erant in Iſrael) ex ma-
,, la eorum conſuetudine idipſum exiſtimaſſe,
,, etiam de prophetis; & voluiſſe ſanctis vi-
,, ris offerre, quod Divinis offerre conſueve-
4. *Reg.* 8. ,, rant. Unde in quarto libro Regum legitur,
,, quod *Heliſæus venit ad Damaſcum, & Bena-*
,, *dab Rex Syriæ ægrotabat, annunciaveruntque*
,, *ei dicentes: Venit vir Dei huc; & ait Rex ad*
,, *Azaelem: Tolle tecum munera, & vade in oc-*
,, *curſum viri Dei, & conſule Dominum per eum,*
,, *dicens, ſi evadere de infirmitate hac potero. I-*
,, *vit igitur Azael in occurſum ejus, habens ſe-*
,, *cum munera, & omnia bona Damaſci onera*
4. *Reg.* 5. ,, *quadraginta camelorum*. Sed non eſt creden-
,, dum accepiſſe, ſicut de eodem Heliſæo legi-
,, tur, quod Naaman mundatus a lepra obtu-
,, lit ei munera dicens: *Obſecro te, ut acci-*
,, *pias benedictionem a ſervo tuo: at ille reſpon-*
,, *dit: Vivit Dominus, ante quem ſto, quia non*
,, *accipiam*; cumque vim faceret, penitus non
,, acquievit.

Et poteſt ſacerdos, vel ad diem locare operas ſuas, vel ad annum, ſicut faciunt conductitii ſacerdotes. Extra, Ne prælati vias ſuas, cap. *Querelam*.

Si autem habet ſumtus; non tamen tenetur ad hoc, aut debet cantare gratis, aut ceſſare; alias videretur facere ex avaritia: & licet hoc forte non eſſet ſimoniacum (quum nemo teneatur ſuis ſtipendiis militare. Cauſſa 12. q.
v. pag. 4. 2. capite *Caritatem*. Extra de ſimonia, capite
ibid. *Cum ſit*) tamen turpe lucrum eſt, vel ad minus habet ſpeciem mali, a qua nos docet A-
v. pag. 14. poſtolus abſtinere, & Cauſſa 1. quæſt. 1. *Emendari*.

Celebrata tamen una miſſa, qui celebrant ſecundam pro pecunia, vel hominum adulatione indiſtincte, non evadit damnationem. De conſec. Diſt. 1. cap. *Sufficit*.

ALEX. II. ,, SUfficit ſacerdoti unam miſſam in die una
,, celebrare; quia Chriſtus ſemel paſſus eſt,
,, & totum mundum redemit. Non modica
,, res eſt unam miſſam facere, & valde felix
,, eſt, qui unam digne celebrare poteſt: qui-
,, dam tamen pro defunctis unam faciunt, &
,, alteram de die, ſi neceſſe fuerit. Qui vero
,, pro pecuniis, aut adulationibus ſæcularium,
,, una die præſumunt plures facere miſſas,
,, non exiſtimo evadere damnationem.

Quæritur hic conſequenter de proceſſionibus, quas faciunt conventuales Eccleſiæ, & aliæ in exſequiis defunctorum, data, vel promiſſa ſibi certa pecuniæ quantitate, alias non facturi.

Ad hoc dico, ſalvo meliori judicio, ſi non fecerunt ſuper hoc ſtatutum, idem quod ſupra in prima quæſtione, & per eadem jura; ſi vero factum eſt ſtatutum, & per hæc verba vel æquipollentia, *quod quicumque reliquerit conventus, decem habeat proceſſiones*, niſi tenebantur alias ad hoc, non eſt ſimonia; dum tamen hoc intenderent habere ratione laboris. Arg. extra de ſimonia, cap. *Cum ſit Romana*. Et ſimilium: ſi autem ſtatutum factum eſt per hæc verba, vel æquipollentia, *quod nulli fiat proceſſio, niſi reliquerit conventui* 10. non valet ſtatutum; quia removet officium pietatis, videlicet, quod non fiat gratis aliqua proceſſio, vel pro minori ſumma. Arg. extra de jurejur. cap. *Sicut* 1. & 2.

,, SIcut ex litteris tuæ diſcretionis cognovi- URBANUS
,, mus, R. Prior monaſterii tui, iracun- III.
,, diæ calore ſuccenſus, juramento firmavit,
,, quod in clauſtro ejuſdem monaſterii, quo
,, ſe vinculo profeſſionis obſtrinxit, non eſſet
,, cum G. monacho ulterius moraturus (&
,, infra) Reſpondemus quod non licuit mo-
,, nacho ſupradicto temerarium juramentum
,, facere, maxime cum fidem profeſſionis fran-
,, geret, & ſtabilitatis ſuæ propoſitum evacua-
,, ret. Ideoque circa eum tua ſollicitudo pro-
,, videat, quod talis ei pœnitentia injungatur,
,, ut alius quilibet exemplo ejus deterritus, ſi-
,, mila aliquid facere pertimeſcat. Ipſe vero
,, in clauſtro, quod licite abjurare non potuit
,, cum ſtabilitate perpetua, ſuam pœnitentiam
,, exſequatur.

,, SIcut noſtris eſt auribus intimatum, Eccle- INNOC. III.
,, ſia Tudertina vacante, ipſius Canonici, *Epiſcop.*
,, & Epiſcopus cum eis, dum eſſet in minori- *Amelien.*
,, bus ordinibus conſtitutus, juramenta quæ-
,, dam in damnum Epiſcopalis juris fecerunt,
,, priuſquam de Pontificis electione tractatus a-
,, liquis haberetur (& infra) Pro juratione in-
,, cauta imponi fecimus Epiſcopo pœnitentiam
,, congruentem (& infra) Quia non juramenta,
,, ſed perjuria potius ſunt dicenda, quæ contra
,, utilitatem Eccleſiaſticam attentantur. Man-
,, damus, quatenus ab ipſis Canonicis inquiras
,, ſuper præmiſſis diligentius veritatem, &, ſi
,, ea inveneris eſſe vera, quod in damnum E-
,, piſcopalis juris repereris taliter attentatum,
,, in ſtatum debitum appellatione remota re-
,, ducas.

Quid de confraternitatibus, quæ ita conſtitutæ ſunt, quod nullus recipiatur, niſi promittat, vel etiam juret ſe daturum annuatim decem?

Dico, quod ſi fiunt propter cauſſam honeſtam, ut puta, pro alendis pauperibus, redimendis captivis, vel ſimilibus; non eſt ſimonia, nec ſunt reprobandæ: immo Gangrenſe Concilium dicit anathematizandum, qui eas deſpicit, Diſt. 42. cap. *Si quis deſpicit*, & Eccleſia univerſalis approbat.

,, SI quis deſpicit eos, qui fideliter agapes, id Ex Conc.
,, eſt, convivia pauperum exhibent, & pro- *Gangr.*

pter

,, ter honorem Domini convocent fratres, & ,, noluerit communicare hujuſcemodi vacatio- ,, nibus, parvipendens quod geritur; Anathe- ,, ma ſit.

Juramentum tamen non approbo propter periculum perjurii. Plus, ſi ita dictum eſt, quod ſemel, vel bis in anno conveniant omnes confratres ad tractandum de ſalute animarum, ad audiendum verbum Dei, ad celebrandum Miſſas & orationes pro vivis, & defunctis, & ad excitandam devotionem, & ideo ponunt ſingulis annis certam quantitatem, ex qua reficiantur, & provideant pauperibus; bonum eſt, dummodo intentiones ſint mundæ, & principaliter in Deo fixæ: nam, ut dicit Auguſtinus: Abſit, ut ea, quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, ſi aliquid mali inde præter intentionem noſtram accidat, nobis debeat imputari. Cauſſa 23. q. 5. c. *De occidendis*.

Auguſt. ad Publicolam.

,, DE occidendis.... Abſit, ut ea, quæ propter ,, bonum ac licitum facimus, aut habe- ,, mus, ſi aliquid per hæc præter noſtram volun- ,, tatem cuiquam mali acciderit, nobis impu- ,, tetur. Alioquin nec ferramenta domeſtica, ,, aut agreſtia ſunt habenda, ne quis eis, vel ,, ſe, vel alterum interimat, nec arbores plan- ,, tandæ, ne quis ex eiſdem inde ſuſpendatur, nec ,, feneſtra facienda, ne per hanc ſe quiſquam ,, præcipitet. Quid plura commemorem cum ,, ea commemorando finire non poſſem? Quid ,, enim eſt in uſu hominum bonum, ac licitum, ,, unde non poſſit etiam pernicies irrogari?

§. XII.

Quæritur: ſi aliquis laica nullum jus habenti in electione, ſed malitioſe impedienti eam, det aliquid, ut ceſſet a tali impedimento, utrum ſit ſimonia?

v. pag. 9.

VIdetur expreſſum, quod ſic. Extra de ſimonia, c. *De hoc*. Item, quia uterque voluntatem habuit, ſaltem laicus vendendi, & Clericus emendi. Cauſſa 1. q. 1. c. *Qui ſtudet*. Cauſſa 1. q. 3. c. *Salvator*.

v. pag. 2. & pag. 13.

E contra videtur, quod non eſt ſimonia; dedit enim, ut redimeret vexationem ſuam, quod videtur licuiſſe. Extra, de ſimonia, c. *Dilectus filius*, 1. & Apoſtolus, ad Eph. 3. *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt*.

v. pag. 4.

Solutio, dubitari poteſt: credo tamen ſimoniam commiſſam, quia nondum erat ei jus acquiſitum; poſtquam autem eſſet ei jus acquiſitum, ſecus dicerem: in quo caſu loquuntur jura ultimo dicta.

§. XIII.

Pone, quod ſcit aliquis Epiſcopum ſuum ſimoniacum eſſe, & vult ordinari, & petit ab eo licentiam recipiendi ordines ab alio, & ille non vult dare, immo præcipit, quod recipiat ordines ab eo; quid faciet?

DIco, quod non debet recipere ab eo, ſi ſcit eum ſimoniacum in ordine: quum enim ille non habeat exſecutionem, non poſſet illi dare. Cauſſa 1. q. 1. c. *Reperiuntur*. Extra de ſimonia c. *Tanta*.

v. pag. 7.

DEODATUS

,, TAnta eſt labes hujus criminis, quod et- ,, iam ſervi adverſus dominos, & quilibet ,, criminoſi admittuntur ad accuſationem. Item ,, omnis peccator Miſſam cantare poteſt præ- ,, ter ſimoniacum, quem quilibet (ut ab ordi- ,, ne male accepto removeatur) accuſare pot- ,, eſt, vel etiam meretrix.

Et potius debet dimittere ſe excommunicari, quam recipere ordines ab eodem, Arg. Extra de ſententia excomm. c. *Inquiſitioni*.

INNOC. III

,, INquiſitioni tuæ reſpondentes credimus ,, diſtinguendum, utrum alter conjugum ,, pro certo ſciat impedimentum conjugii, ,, propter quod ſine mortali peccato non va- ,, leat carnale commercium exercere, quam- ,, vis illud apud Eccleſiam probare non poſ- ,, ſit, an non ſciat pro certo, ſed credat. ,, In primo caſu debet potius excommunica- ,, tionis ſententiam humiliter ſuſtinere, quam ,, per carnale commercium peccatum operari ,, mortale....

Quid ſi ignorabat, eum eſſe ſimoniacum, quum tamen eſſet?

Dic, quod quantumcumque ſit occultum, & iſte ignoret, non recipit exſecutionem, & indiget diſpenſatione; & hoc in deteſtationem criminis. Cauſſa 1. q. 1. c. *Si qui a Simoniacis*.

v. pag. 3.

Et licet ita dicam de ignorante, ſecus eſt de coacto: nam ille recipit exſecutionem. Cauſſa 1. q. 1. c. *Conſtat*.

INNOC. *ad Epiſc. Macedoniæ. Epiſt. 25. cap. 5.*

,, COnſtat multos vim paſſos eſſe, atque in- ,, vitos attractos, repugnanteſque ab hæ- ,, reticis ordinatos. Sed hujuſmodi aliquis ſi ,, poſt ordinationem talem non interfuit, cum ,, illi conficerent ſacramenta, ſi communioni ,, eorum participatus non eſt, ſi ſtatim di- ,, ſcedentibus illis, peſſimo conciliabulo eo- ,, rum abrenunciavit, ſi ad Eccleſiam rediit; ,, talis poteſt habere colorem aliquem excu- ,, ſationis. Ceterum qui poſt menſem, aut ,, amplius redierunt, cum ſe conſiderarent ab ,, hæreticis ordinatos; quamvis nihil ab eis ,, acceperint, rei ſunt uſurpatæ dignitatis.

Et eſt ratio, quia magis conſtat de voluntate coacti, quam ignorantis. Extra, de ſimonia, c. *Sicut tuis*. Et ſupra, eodem, §. *Quid fiat*, in fin. Hoc tamen intelligas de conditionaliter coacto: nam abſolute coactus non reciperet characterem. Extra, de baptiſmo, c. *Majores*. §. *Item quæritur* verſ. *Propter quod*.

v. pag. 8.

INNOCEN. III. *Arelat. Archiep.*

,, MAjores. Propter quod inter invitum, ,, & invitum, coactum, & coactum, a- ,, lii non abſurde diſtinguunt, quod is, qui ,, terroribus, atque ſuppliciis violenter attra- ,, hitur, & ne detrimentum incurrat, baptiſ- ,, mi ſuſcipit ſacramentum, talis (ſicut & is ,, qui ficte ad baptiſmum accedit) characte- ,, rem ſuſcipit chriſtianitatis impreſſum, & ,, ipſe tamquam conditionaliter volens, licet ,, abſolute non velit, cogendus eſt ad obſer- ,, vantiam fidei chriſtianæ; in quo caſu debet ,, intelligi decretum Concilii Toletani, ubi ,, dicitur, quod qui jam pridem ad chriſtia- ,, nitatem coacti ſunt (ſicut factum eſt tem- ,, poribus religioſiſſimi principis Siſebuti) quia ,, jam conſtat eos ſacramentis divinis aſſocia- ,, tos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & ,, chriſmate unctos eſſe, & corporis Domini ex-

„ ſtitiſſe participes; oportet etiam, ut fidem,
„ quam neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogan-
„ tur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fi-
„ des, quam ſuſceperunt, vilis ac contemtibilis
„ habeatur. Ille vero qui numquam conſentit,
„ ſed penitus contradicit, nec rem, nec characte-
„ rem ſuſcipit ſacramenti; quia plus eſt expreſ-
„ ſe contradicere, quam minime conſentire:
„ ſicut nae ille notam alicujus reatus incurrit,
„ qui contradicens penitus, & reclamans thuri-
„ ficare idolis cogitur violenter...

Joannes Canoniſta. Et ita ſentit Joannes & alii plerique, cum quibus Ego. Hugotio tamen intelligit totum de ordinatis ab hæreticis: quidam tamen dicunt, quod ſi non poſſunt probare eum eſſe ſimoniacum, debeo recipere ordines ab eo, ſi mihi præcipit, licet ſciam eum ſimoniacum; ſed non poſſum exſequi ſine diſpenſatione (dicunt quidam) Papæ: alii, cujuslibet ſuperioris, quæ in ſecreto erit petenda, ne Epiſcopos infametur: hæc de ſimoniaco in ordine; ſecus de alio, ſecundum diſtinctionem ſupra, eodem, §. *Circa pœnam*.

Quid, ſi credit propter relationem aliquorum eum ſimoniacum?

Reſpondeo: non debet credere; verumtamen durante credulitate, non debet ab illo recipere ordines, ſed deponere debet errorem: in ordine tamen ſuſcepto ab eo, quum nihil de ipſo audierat, poteſt miniſtrare. Extra de ſimonia, cap. *Per tuas*. 2. *v. pag. 19.*

---

§. XIV.

Pone, quod aliquis offert bona ſua Eccleſiæ pure, ac ſimpliciter; ea tamen intentione principaliter, ut per temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci: & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſuri; numquid erit ſimonia?

AD hoc reſpondet Innocentius, quod ſine dubio tam illi, quam iſti apud diſtrictum judicem, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum, culpabiles judicantur; unde dicunt quidam, quod quum non exprimat eos ſimoniacos, non eſt ſimonia; tenentur tamen ad parem pœnam, propter intentionem cum opera ſubſecuto. Arg. extra de Bigam. cap. *Nuper*.

INNOCEN. III. *Ratiſp. Epiſcop.*

„ NUper a nobis tua fraternitas (& infra)...
„ Nos autem in hac quæſtione taliter re-
„ ſpondemus, quod cum hujuſcemodi clericis,
„ qui quantum in ipſis fuit, ſecundas mulie-
„ res ſibi matrimonialiter conjunxerunt, tam-
„ quam cum bigamis non liceat diſpenſari, li-
„ cet in veritate bigami non exſiſtant, non
„ propter ſacramenti defectum, ſed propter af-
„ fectum intentionis cum opere ſubſecuto.

Alii, qui dicunt quod ſola intentio facit hominem ſimoniacum, dicunt plane hoc eſſe ſimoniam, 1. quæſt. 1. c. *Quicumque ſtudet*, & cap. *Reperiuntur*. *v. pag. 7.*

GREGOR. *Syagrio Epiſcop. Auguſtod.*

„ QUicumque ſtudet pretii datione ſacrum
„ ordinem mercaris, ... ſacerdos non eſt;
„ ſed inaniter tantummodo dici concupiſcit.

Sicut ſola intentio facit hominem uſurarium. Cauſſa 14. quæſt. 3. cap. 1. ſeu, *Si fœneraveris.*

AUGUST. *In Pſal. 36. ad verſ.* Tota die.

„ SI fœneraveris homini, id eſt, ſi mutuo
„ dederis pecuniam tuam, a quo pluſquam
„ dediſti, exſpectes accipere, non pecuniam
„ ſolam, ſed aliquid pluſquam dediſti, ſive il-
„ lud triticum ſit, ſive vinum, ſive oleum, ſi-
„ ve quodlibet aliud; ſi pluſquam dediſti ex-
„ ſpectes accipere, fœnerator es, & in hoc im-
„ probandus, non laudandus.

Hæc autem omnia intelligit, quum Eccleſia, vel monaſterium abundat; alias ſi monaſterium eſſet adeo tenue, vel paupertate depreſſum, quod reditus vel vix vel non ſufficerent perſonis præſentibus; non ſolum intentionem poſſent habere, ſed etiam credo, quod poſſunt dicere, non ſufficiunt nobis; libenter ſuſcepimus te ad ſpiritualia, ad temporalia non poſſumus, niſi habeamus plures poſſeſſiones: & tunc ille offerat ſe, ac ſua. Extra, De ſimonia, c. *Tua nos*.

INNOC. III *Decano Belvacen.*

„ TUa nos duxit diſcretio conſulendos (&
„ infra) Devotioni tuæ taliter reſponde-
„ mus, quod ſi quis clericos cum conditione, vel
„ pacto largiatur, aut offerat bona ſua, ut illa
„ poſtmodum pro Præbenda retineat, & in
„ canonicum admittatur; hujuſmodi oblatio,
„ vel receptio fieri non poterit ſine vitio ſi-
„ moniæ, cum in talibus omnis pactio, vel
„ conventio ceſſare debeat, juxta canonicas
„ ſanctiones. Si vero pure, ac ſine pacto, vel
„ conditione qualibet offerat, rogans humili-
„ ter, ut in canonicum admittatur, & bona
„ ſua retinere ſibi liceat pro Præbenda, & cle-
„ rici ejuſdem Eccleſiæ pure conſentiant; hu-
„ juſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo
„ ſimoniacæ pravitatis. Licet autem taliter du-
„ ximus reſpondendum, quia nobis datum eſt
„ de manifeſtis tantummodo judicare; ſi tamen
„ is, qui talem donationem facit, ea inten-
„ tione ducatur, ut per temporalia bona, quæ
„ offert, ſpiritualia valeat adipiſci: & clerici,
„ qui eum in fratrem admittunt, non eſſent
„ eum, niſi commoda temporalia perciperent,
„ admiſſuri; ſine dubio tam ille quam iſti a-
„ pud diſtrictum judicem (qui ſcrutator eſt
„ cordium, & cognitor ſecretorum) culpabiles
„ judicantur.

Quod autem dicitur in conſt. Extra, de ſimonia, c. *Quoniam*, verſ. *Paupertatis prætextu*; *v. pag. 12.* intelligitur, quum hoc dicebant in fraudem. Unde conſulendum eſſet ingredientibus, quod in hoc fraudarent intentionem ſuam, ut principaliter darent propter Deum, & ne eſſent onerosi domui. Arg. 16. q. 6. cap. *De lapſis*. *v. pag. 9.*

Sed numquid ſic recepti renunciare tenentur, & recipientes reſtituere, quod taliter acceperunt? Non; quia hujuſmodi ſimonia mortalis per condignam pœnitentiam expiatur. Extra, de ſimonia, cap. *Mandata*. *v. pag. 11.*

Per eamdem etiam decretalem, credo, ſalvo meliori judicio, quod qui per hypocriſim, ſimulationem, vel ambitionem, dum prætenderent ſpeciem ſanctitatis, promoti ſunt; nulla tamen interpoſita conditione, vel pacto ad ordines, beneficia, vel honores, non tenentur (ſi veram egerint pœnitentiam) reſignare.

Quid de quadam conſuetudine, quæ in pleriſque Eccleſiis inoluit, videlicet, dum debent fieri multi Canonici, dicunt, majores præcipue, adinvicem: *Canonicemus nepotulos noſtros*, forte adhuc in cunabulis, vel quaſi vagientes: *Pla-*

ceat

ceat tibi de meo, & mihi placebit de tuo. Sic paciſcuntur per hæc verba, vel æquipollentia. Alius modus eſt etiam: dicit aliquis: *Conſuetudo eſt, quod ſicut fuiſti exauditus in una petitione, ego debeo exaudiri in alia*. Item alius dicit: *Numquam me vivente fiet aliquis Canonicus in Eccleſia iſta, niſi ille, pro quo rogavi, prius fiat Canonicus*, vel ad minus cum aliis. Numquid in talibus, & ſimilibus committitur ſimonia?

Reſpondeo. In primo & ultimo caſu committitur ſimonia; quia dicit Canon: *Abſit omnis pactio, ceſſet omnis conventio*. Cauſſa 1. quæſt. 2.
v. pag. 7. c. *Quam pia*. In ſecundo caſu ſi preces ſunt ſpirituales, non eſt ſimonia. Arg. 63. diſt. c.
v pag. 6. *Quia*.

Omnes enim, qui in una Eccleſia uni Domino famulantur, pari debent libertate gaudere, quum pondus, & pondus, menſura, & menſura &c. Extra, de conſtit. c. *Cum omnes*.

Innoc. III. *Senonen. Archiep. & Epiſc. Trecen.*
,, CUm omnes unum corpus ſimus in Chri-
,, ſto, ſinguli autem alter alterius mem-
,, bra; non debent majores minoribus, aut ſe-
,, niores junioribus invidere; ſed omnes, qui in
,, una Eccleſia uni Deo famulantur, pari gau-
,, deant libertate; cum pondus, & pondus,
,, menſura, & menſura, utrumque abomina-
,, bile ſit apud Deum, & Evangelicus pater-
,, familias pari mercede primos vineæ ſuæ o-
,, perarios remuneraverit, & extremos...

Nec quidquam eſt alicui perſonæ honorabilius exhibendum, unde alii ſcrupuloſo corde moveantur. Cauſſa 16. q. 7. c. 1. ſeu, *Decimas*.

Gregor. VII.
,, DEcimas.... Has vero decimas ſub manu
,, Epiſcopi fore cenſemus, ut ille, qui
,, ceteris præeſt, omnibus juſte diſtribuat, nec
,, cuiquam perſonis honorabilius exhibeat, un-
,, de alii ſcrupuloſo corde moveantur; ſed ſint
,, omnia communia: quia inhoneſtum videtur,
,, ut alii ſacerdotes habeant; alii vero detri-
,, mentum patiantur; ſed ſicut una eſt fides
,, catholica, ita neceſſe eſt, ut ille, qui
,, proviſor eſt loci, quamvis multæ ſint Eccle-
,, ſiæ, omnibus tamen fideliter diſtribuat.

Et ſecundum Apoſtolum 2. ad Corinth. 8. *Quorumdam remiſſio non debet aliis eſſe tribulatio*.

Si preces ſint carnales, vel ex pacto quodam facto, vel nunc faciendo, ſimonia eſt. Supra, eodem, §. *Committitur*.

Quid de Epiſcopis, & aliis prælatis, qui fructus Eccleſiarum, vel aliorum ſpiritualium beneficiorum vacantium percipiunt per aliquot annos, & poſtea conferunt, retentis ſibi fructibus, & reditibus ſic perceptis, vel retenta ſibi parte fructuum?

Ad hoc diſtinguo cum Innocentio: Utrum qui dat ſpirituale beneficium, proventus ipſius ante donationem percipiat, aut non? nam ſi proventus ante donationem non percipit ipſe, ſed alius, & ex donatione conſequitur, quod ipſe proventus percipiat; non eſt dubium intercedere ſimoniacam pravitatem: ſi vero ante donationem percipit ipſe proventus, credimus eſſe diſtinguendum; utrum ante donationem conſtituat, ut ipſi proventus retineantur ad tempus pro cauſſa juſta, & neceſſaria: an conveniat cum eo, qui accepit beneficium, ſeu cum mediatore quocumque, ut, officio illo conceſſo, retineat ipſe ſibi proventus: primum enim membrum credimus eſſe licitum, ſecundum autem dicimus non licere, ne viam aperiamus iis, qui pravitatem ſuam fatagunt palliare. Extra, ut Eccleſiaſtica beneficia ſine dim. confer. c. *Ut noſtrum* in fin. Extra de cenſibus, c. *Probibemus*, Cauſſa 1. q. 3. *Si quis præbendas*. *v. pag. 14.*

Innoc. III. *Mediolan. Archiepiſ.*
,, UT noſtrum.... Circa inhoneſtatem fa-
,, cti, quia non licuit ex pactione, vel
,, conventione quacumque, ſub modo, vel te-
,, nore præſcripto concedere nudum officium,
,, & tibi retinere proventus: cum in Latera-
,, nenſi, Concilio prohibitum ſit, ne quis con-
,, ferendo Eccleſiaſticum beneficium, partem
,, proventuum ſuis uſibus retinere præſumat;
,, & alibi cautum reperiatur in canone, quod
,, Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione de-
,, bent conferri. Unde credimus diſtinguen-
,, dum, utrum qui dat ſpirituale beneficium,
,, proventus ipſius ante donationem percipiat:
,, nam ſi proventus ante donationem non per-
,, ceperit ipſe, ſed alius, & ex donatione con-
,, ſequatur, ut ipſe proventus percipiat; non
,, eſt dubium circa hæc intercedere ſimoniacam
,, pravitatem: ſi vero ante donationem per-
,, ceperit ipſe proventus; credimus diſtinguen-
,, dum, utrum ante donationem conſtituat, ut
,, ipſi proventus retineantur ad tempus pro
,, cauſſa juſta, & neceſſaria; an conveniat cum
,, eo, qui accepit beneficium, ſeu cum media-
,, tore quocumque, ut officio illo conceſſo re-
,, tineat ipſe ſibi proventus: primum enim mem-
,, brum credimus eſſe licitum: ſecundum au-
,, tem dicimus non licere; ne viam aperia-
,, mus his qui pravitatem ſuam ſatagunt pal-
,, liare.

Ex Conc. *Later. c. 4.*
,, PRohibemus inſuper, ne Abbatibus, Epi-
,, ſcopis, vel aliis prælatis novi cenſus im-
,, ponantur Eccleſiis, nec veteres augeantur,
,, nec partem redituum ſuis uſibus appropria-
,, re præſumant, ſed libertatem, quam ſibi
,, majores conſervare deſiderant, minoribus
,, ſuis bona voluntate conſervent; ſi quis vero
,, aliter fecerit, irritum, quod egerit, habeatur.

---

§. XV.

Aliquis non habet titulum, vult ordinari, non vult eum ordinare Epiſcopus, eo quod caret titulo, rogat aliquem presbyterum, ut præſentet eum ad titulum Eccleſiæ ſuæ, quod quum ille recuſet facere, iſte illi promittit, quod numquam, ſi præſentet eum in Eccleſia ſua, petet aliquam portionem, & ſic illo præſentante, ordinatur iſte. Quæritur, utrum commiſerit ſimoniam?

REſpondetur, quod niſi fuerit cum eo miſericorditer diſpenſatum; nec ad ſuperiores ordines aſcendere, nec in ſuſcepto debet ſecundum rigorem Canonum miniſtrare. Extra, de ſimonia, c. *Per tuas*. 3.

,, PEr tuas nobis litteras intimaſti, quod cum Innoc. III.
,, D. lator præſentium vellet in ſubdiaconum
,, ordinari, & certum titulum non haberet, quem-
,, dam presbyterum exoravit, ut ipſum ad Eccle-
,, ſiæ ſuæ titulum præſentaret; quod cum ille
,, facere recuſaret, ipſe illi firmiter repromiſit,
,, quod numquam, ſi præſentaret eumdem, in
,, Eccleſia ſua aliquam peteret portionem, &

,, ſic ad præſentationem ejns exſtitit ordinatus,
,, nec ſe in hoc egiſſe aliquid illicitum intel-
,, lexit (& inſra) Nos inquiſitioni tuæ tali-
,, ter reſp. quod niſi eum eo ſucrit misericor-
,, diter diſpenſatum, nec ad ſuperiores aſcen-
,, dere, nec in ſuſcepto debet ordine miniſtrare.

Nac etiam excuſatnr per ignorantiam juris, ſcilicet, ſi non credebat hoc eſſe illicitum, nt colligitur in cadam decretali. Sed quis diſpenſabit cum iſto? Reſpondeo cum Joan. ſolus Papa; quia eſt ſimoniacus in ordine; ordinator autem a collatione ordinum, & præſentator ab exſecutione per triennium noverint ſe ſuſpenſos. Extra, de ſimonia, *Si quis ordinaverit*.

GREG. IX. ,, SI quis ordinaverit, ſeu ad ordinem præ-
,, ſentaverit aliquem, promiſſionem, vel
,, juramentum ab illo recipiens, quod ſuper
,, proviſione ſua oun inquietet eumdem; ordi-
,, nator a collatione, præſentator varo ab exſe-
,, cutione ordinum per triennium, & ordinatus
,, ab ordine ſic ſuſcepto, donec diſpenſationem
,, ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam obtinera
,, meruerint, noverint ſe ſuſpenſos.

In ſumma nota, quod Synodus Calcedonenſis judicat ſimoniacos etiam procuratores rerum Eccleſiaſticarum, & deſenſores, & regulæ ſubjectos, ſi per pecuniam ordinantur; & etiam omnes mediatores. Nomine procuratoris intelligitur quilibet adminiſtrator rerum Eccleſiaſticarum, ut præpoſitus, ſeu œconomus, id eſt, vicedominus, ideſt, qui præeſt rebus Epiſcopi. Nomine deſenſoris, advocatus, ſeu ſyndicus, ille videlicat, qui præeſt cauſſis Eccleſiæ, & Caſtaldus, ſeu major domus, ſcilicet qui habet curam rerum extrinſecarum Epiſcopi, & judex Epiſcopi, ſicut in Eccleſia Bononienſi. In ſubjecto vero regulæ intelligitur Archipresbytar, Archidiaconns, Canonicus, Monachus, & quilibet Eccleſiaſtico mancipatns officio.

v. pag. 8. De mediatoribus planum eſt. Cauſſa 1. q. 1.
v. pag. 15. *Si quis Epiſcopus*, & Cauſſa 1. q. 3. *Salvator*.

URBANUS. II. ,, SAlvator... Alioquin cur ſancta ſynodus Cal-
,, cedonenſis ſexcentorum triginta Epiſco-
,, porum, procuratorem, vel defenſorem Ec-
,, cleſiæ, vel quemquam regulæ ſubjectum ad-
,, eo per pecuniam ordinari prohibet, nt in-
,, terventores quaque tanti ſceleris anathema-
,, tizet, niſi quod eoſdem ſimoniacos judicet?
,, Qnod ſi præſati milites Eccleſiæ ob hujuſmo-
,, di ſcelus taliter percelluntur, nemo ſapiens
,, negabit, non militantes Eccleſiæ multo da-
,, mnabilius ob hanc cauſſam, id eſt, emtionis,
,, vel venditionis debere percelli. Sed & Bea-
,, tus prædeceſſor noſter Paſchalis lib. de conſe-
,, cratione affirmat, quod quiſquis aorum al-
,, terum vendiderit, ſine quo alterum non
,, provenit, neutrum invenditum derelinquit,
,, ac per hoc eum, qui rem Eccleſiæ vendit, vel e-
,, mit, ſimoniacum eſſe intelligitur. Nomine vero
,, procuratoris intelligit præfata ſynodus quem-
,, libet Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem,
,, ut verbi gratia, præpoſitum, œconomum, vi-
,, cedominum; defenſoris nomine, advocatum,
,, ſive Caſtaldum, & judicem; in ſubjecto vero
,, regulæ, Archipresbyterum, Archidiaconum,
,, Canonicum, Monachum, vel quemlibet Ec-
,, cleſiaſtico mancipatum officio, &c.

Sed quum laicus poſſit eſse judex, & habera aliqua alia officia ſupra nominata, quæ non habent aliquid ſpiritualitatis, numquid in eis committitur ſimonia?

Bernardus Archid. Canoniſta. Ad hoc dicit Hugot. & Bern. quod in omni adminiſtratione rei Eccleſiaſticæ committitur ſimonia, ſi ematur: & hoc eſt ſimoniacum, quia prohibitum. Alii inhærentes conſuetudini generali, dicunt, & probabilius, quod tunc aſt ſimonia in emta adminiſtratione, vel dignitate, ſi talis aſt, quæ habeat aliquod ſpirituale ſibi adnexum; alias non: ſæpe enim conſuetudo facit licitum, quod alias eſſet illicitum, & econverſo. Extra, de cogn. ſpirit. c. *Super eo*, & Cauſſa 9. q. 3. c. *Conqueſtus*. *v. infra.*

ALEX. III. *Vigilan. Epiſcop.* ,, SUper eo, quod a nobis tua fraternitas re-
,, quiſivit, de duorum compatrum filiis; re-
,, ſpondemus, quod ſi talas filii fuerint, per quo-
,, rum alterum, vel utrumque parentes ad com-
,, paternitatem venerunt, aos conjungi nulla ra-
,, tione ſuſtineas, & coojunctos Pontificali au-
,, ctoritate non differas ſeparare. Ceterum, ſi per
,, neutrum eorum ad compatarnitatem ventum
,, fuerit, de his te volumus conſuetudinem tuæ
,, Metropolitanæ Eccleſiæ, vel aliarum circumpo-
,, ſitarum inquirera, & diligentius imitari &c.

TITULUS II.

Ne prælati vices ſuas ſub annuo cenſu concedant.

DIctum eſt ſupra da Simonia in genere, nunc in ſpecie videndum eſt, puta quum prælatus vices ſuas ſub annuo cenſu concedit. Circa hoc nota, qnod nec Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nec alius prælatus poteſt ſub pretio, vel annuo cenſu alicui coocedere vices ſuas, id eſt, juriſdictionem, vel prælationem, vel aliqnod jus ſpirituale. Extra. Ne prælati vices ſuas, c. 1. 2. & 3. vel *Præterea*. *Quoniam 1. Quoniam 2.*

ALEX. III. *In Concil. Later.* ,, PRæteraa quoniam in quibuſdam partibus
,, ſub pretio ſtatuontur, qui decani vocan-
,, tur, & pro certa pecuniæ quantitate Epi-
,, ſcopalem juriſdictionem axercent; præſenti
,, decreto ſtatuimus, ut qui de cetero hoc præ-
,, ſumſerit, officio ſuo privetur, & Epiſcopus
,, conſarandi hoc officium poteſtatem amittat.

IDEM *In Concil. Turon.* ,, QUoniam in quibuſdam partibus decani
,, quidam, vel Archipresbiteri, ad agendas
,, vices Epiſcoporum, ſeu Archidiaconorum,
,, & terminandas cauſſas Eccleſiaſticas, ſub an-
,, nuo pretio ſtatuuntur, quod ad Sacerdotum
,, gravamen, & ſubverſionem judiciorum, non
,, eſt dubium rednndara; id ulterius fiari pro-
,, hibemus, quod ſi quis de cetero ſecerit, re-
,, moveatur a Clero: Epiſcopus autem, qui hoc
,, ſuſtinuerit, & Eccleſiaſticam juriſdictionem,
,, ſua patitur diſſimulatione perverti, diſtrictio-
,, ne canonica percellatur.

IDEM. ,, QUoniam enormis qnædam conſuetudo
,, in quibuſdam locis contra ſanctorum
,, Patrum inſtitutiones invaluit, ut ſub annuo
,, pretio Sacerdotes ad Eccleſiarum regimen
,, ſtatuantur; ne id fiat, modis omnibus pro-
,, hibemus: quia dum Sacerdotium ſub hujuſ-
,, modi mercede venale diſponitur, ad æter-
,, næ retributionis præmium conſideratio non
,, habetur.

Quum enim tale jus ſit ſpirituale, non eſt dubium, pro eo dare, vel accipere pecuniam, ſimoniam eſſe, ut ſupra proximo §. *Committitur*.

Vide-

Videtur contra. Extra, de Relig. domibus, c. *Conſtitutus*.

Innoc. III. *Cryptæ Ferratæ*.

„ CONſtitutus in præſentia noſtra Epiſcopus
„ Albanen. in Eccleſia caſtri, quod Paulli
„ dicitur, in qua jus patronatus monaſterio
„ veſtro recognoſcebat, a vobis jus Epiſcopa-
„ le petebat, quoniam ſita erat in diœceſi Al-
„ banen. & ideo de jure communi ei teneba-
„ tur in Epiſcopalibus reſpondere (& infra)
„ Verum œconomus veſter propoſuit ex adver-
„ ſo, quod etſi Eccleſia ſita eſſet in diœceſi
„ Albanen. ei tamen non tenebatur in aliquo
„ reſpondere; cum Dominicus Lavitanus Epi-
„ ſcopus, qui fuerat Epiſcopus Albanen. uni-
„ verſas Eccleſias ad veſtrum monaſterium per-
„ tinentes, in diœceſi ejus ſitas, & quidquid
„ juris tam in monaſterio veſtro, quam in eis
„ habebat, in emphiteuſim ſub annua octo de-
„ nariorum uſualium penſione, monaſterio ve-
„ ſtro conceſſit; ita videlicet, ut liceret Abbati,
„ & fratribus a quocumque vellent Epiſcopo
„ tam ordinationem Clericorum, quam conſe-
„ crationem altarium, in monaſterio ipſo, &
„ prædictis Eccleſiis obtinere, in quibus etiam
„ vobis tertiam partem mortuariorum indulſit.
„ Et Cæleſtin. Pap. Prædec. noſter, quod ab
„ eo factum fuerat, confirmavit. Verum etſi
„ Eccleſia ipſa fuiſſet aliquando Eccleſiæ Al-
„ banen. ſubjecta, monaſterium veſtrum nihi-
„ lominus legitima ſe poterat præſcriptione
„ tueri, cum per quadraginta annos ipſam pa-
„ cifice poſſediſſet. Ceterum œconomus Epi-
„ ſcopi, conceſſionem Epiſcopi Lavitani non te-
„ nere dicebat, utpote continentem ſimoniacam
„ pravitatem: cum enim tertiam partem mor-
„ tuariorum monaſterio conceſſiſſet, & tam in
„ ordinationibus Clericorum, quam altarium
„ conſecrationibus, indulſiſſet ei plenariam li-
„ bertatem; non eſt dubium, quin cum ſpiri-
„ tualia hæc exſiſtant eo ipſo, quod ſuper his
„ recompenſationem certæ penſionis accepit,
„ commiſerit vitium ſimoniæ; unde contractus
„ hujuſmodi nullam obtinet firmitatem; Con-
„ firmatio autem Apoſtolicæ ſedis fuerat per
„ ſubreptionem obtenta, cum in eadem, de
„ penſione nulla mentio habeatur (& infra)
„ Cum autem nec inſolitum ſit, nec novum,
„ ut cum Epiſcopi Eccleſias conceſſerint piis
„ locis, aliquid ſibi reſervent in eis nomine
„ penſionis; nos quoque cum libertatis privi-
„ legium, vel protectionis præſidium aliquibus
„ Eccleſiis indulgamus, gratis accipiamus cen-
„ ſum gratis oblatum, & in litteris noſtris ad
„ Succeſſorum noſtrorum memoriam, cenſus
„ exprimamus etiam quantitatem: auditis pro-
„ poſitis, œconomum monaſterii veſtri, œco-
„ nomo ejuſdem Epiſcopi, Eccleſiæ nomine,
„ in ſolutionem penſionis prædictæ, juxta ra-
„ tam, quæ contingit Eccleſiam prædictam,
„ & reſtitutionem ſubtractæ a quadraginta an-
„ nis ſecundum ratam eamdem, per definiti-
„ vam ſententiam condemnamus, & eumdem
„ œconomum veſtrum ab impetitione œconomi
„ ejuſdem Epiſcopi ſuper aliis reddimus ab-
„ ſolutum, perpetuum illi ſilentium imponen-
„ tes.

Ubi juriſdictio ſub annuo cenſu remittitur, ergo & confertur, quia paria ſunt remittere, & conferre. Extra, de ſimonia, c. *Querelam*, & de Tranſact. cap. *Super eo*.

v. pag. 5. & pag. 2.

Ad hoc dic, quod ibi retinuit cenſum temporalem pro temporalibus, quæ remiſit; vel retinetur, non pro redemtione juriſdictionis, ſed in ſignum ſubjectionis antiquæ: ſi tamen Epiſcopus committeret alicui pure, ac ſimpliciter vices ſuas, ſi tali vicario conſtitueret poſtea ſalarium, non eſſet peccatum, immo tenetur ad hoc. Cauſſa 12. quæſt. 2. c. *Caritatem*. v. pag. 4.

Item reditus temporales poſſunt vendi ad tempus. Extra, ne prælati vices ſuas, &c. c. *Querelam*. v. pag. 5.

Sed numquid perpetuo vendi poſſunt hujuſmodi fructus temporales? dicunt quidam quod non; quia per conſequens videretur emtum jus ſpirituale propter connexitatem. Cauſſa 1. q. 3. *Si quis objecerit*. v. pag. 2.

Vel diſtingue melius cum Laurentio, utrum ab eo emat, qui confert beneficium, an a beneficiato. In primo caſu eſt ſimonia ſecundum diſtinctionem ſupra proximo tit. §. *Item quid de Epiſcopis*. In ſecundo, ſi emit a beneficiato perpetuo, id eſt, dum ipſe venditor teneat beneficium, non eſt ſimonia, nec eſt prohibitum; non tamen eſt honeſtum. Et hoc intellige, quod nihil ſpirituale interveniat. Extra, de rer. permut. cap. *Ad quæſtiones*. v. pag. 3.

Laurentius Canoniſta.

Item debent Eccleſiæ ſolvere aliquem cenſum in ſignum ſubjectionis Epiſcopis ſuis. Cauſſa 1. q. 3. c. *Quæſitum*.

Ex Conc. *Urbani Papæ habito Alverniæ*.

„ QUæſitum eſt de Epiſcopis, qui altaria
„ monaſteriis data frequenter redimi com-
„ pellebant pecunia, quia quidam ſimoniacæ
„ pravitatis uſus in Galliarum partibus jam
„ diutius inolevit, ut Eccleſiæ, vel decimæ
„ (quæ vulgari vocabulo apud eos Altaria nun-
„ cupantur) monaſteriis datæ ſæpius ab Epi-
„ ſcopis ſub palliata avaritia vendantur; mor-
„ tuis nimirum ſeu mutatis clericis, quos Per-
„ ſonas vocant. Nos autem, auctore Deo, ve-
„ nalitatem omnem tam ex rebus, quam ex
„ miniſteriis Eccleſiaſticis propellentes, hoc ul-
„ terius fieri auctoritate Apoſtolica prohibe-
„ mus; ſicut etiam Præbendas omnes venum-
„ dandas interdicimus. Porro quæcumque al-
„ taria, vel decimas ab annis triginta, & ſu-
„ pra, ſub hujuſmodi redemtione poſſediſſe
„ monaſteria noſcuntur, quiete deinceps, &
„ ſine moleſtia qualibet eis poſſidenda firma-
„ mus. Salvo utique Epiſcoporum cenſu an-
„ nuo, quem ab eiſdem altaribus habere ſoli-
„ ti ſunt.

Si autem loco tibi Eccleſiam, quum ſis preſbyter, & tu per conſequens locas operas tuas, ut ibi officies, non habiturus alias ibi aliquam juriſdictionem; non committis ſimoniam, nec alias peccas. Arg. Cauſſa 12. q. 2. c. *Caritatem*. De hoc reſpondi ſupra proximo tit. §. *Numquid ſacerdos*. v. pag. 4.

TITULUS III.

De Magiſtris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi.

DIximus qualiter ſpiritualia prohibeantur acquiri; nunc videamus de iis, quæ ſpiritualium inſtar habent, ſcilicet de magiſtris, & licentia docendi.

Nota ergo, quod ſtatutum fuit quondam ab Eugenio Papa, poſtea ab Alexandro in Concilio Late-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Lateranenſi, deinde ab Innocentio in Concilio generali, quod ſingulæ Eccleſiæ Cathedrales tenerent ſingulos magiſtros liberalium artium, ad minus grammaticæ, quæ earumdem Eccleſiarum Clericos, & alios ſcholares pauperes, gratis inſtituerent; propter quod aliquod competens beneficium magiſtro cuilibet præberetur in Eccleſia. Adjecit etiam in ſua conſtitutione Dominus Innocentius, quod non ſolum fieret hoc in Eccleſiis Cathedralibus, ſed etiam in aliis, quarum poſſent ſufficere facultates. Item quod Metropolitana Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in iis præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur.

Probantur hæc diſt. 37. c. *De quibuſdam*. Extra, de magiſtris, c. *Quoniam*, & *Quia nonnullis*.

Ex Synodo Eugenii Papæ 2.

„ DE quibuſdam locis ad nos refertur, neque magiſtros, neque curam inveniri pro ſtudio litterarum. Idcirco ab univerſis Epiſcopis ſubjectiſque plebibus & aliis locis, in quibus neceſſitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut magiſtri & doctores conſtituantur, qui ſtudia litterarum, liberaliumque artium dogmata aſſidue doceant; quia in his maxime divina manifeſtantur, atque declarantur mandata.

Ex Conc. Lateranenſ.

„ QUoniam Eccleſia Dei, ſicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non poſſunt, legendi, & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per unamquamque Cathedralem Eccleſiam magiſtro, qui Clericos ejuſdem, & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur (& infra) Pro licentia vero docendi nullus pretium exigat, vel ſub obtentu alicujus conſuetudinis ab eis, qui docent, aliquid quærat, nec docere quemquam (qui ſit idoneus) petita licentia illis interdicat; qui autem contra hoc venire præſumſerit, ab Eccleſiaſtico fiat beneficio alienus: dignum quippe videtur, ut in Eccleſia fructus ſui laboris non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Eccleſiaſticum profectum nititur impedire.

Innoc. III. In Concil. Generali.

„ QUia nonnullis propter inopiam, & legendi ſtudium, & opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranenſi Concilio pia fuit conſtitutione proviſum, ut per unamquamque Cathedralem Eccleſiam, magiſtro, qui ejuſdem Eccleſiæ clericos, alioſque ſcholares pauperes gratis inſtitueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis Eccleſiis id minime obſervatur, Nos prædictum roborantes ſtatutum, adjicimus, ut non ſolum in qualibet Cathedrali Eccleſia, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus a Prælato cum Capitulo, ſeu majori, & ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica facultate, ac alios inſtruat juxta poſſe. Sane Metropolis Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes, & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum a Capitulo unius præbendæ proventus, & pro Theologo Metropolitano tantundem, non quod propter hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo: quod ſi forte de duobus magiſtris Eccleſia Metropolis gravetur, Theologo juxta modum prædictum ipſa provideat; grammatico vero in alia Eccleſia ſuæ civitatis, ſive diœceſis, quæ ſufficere valeat, faciat provideri.

ſ. I.

Utrum committat ſimoniam Magiſter, ſi exigit aliquid a pauperibus, vel a Clericis Eccleſiæ, a qua recipit beneficium.

REſpondeo ſic: quum enim hoc ſit ſpirituale, & ex officio ſuo teneatur facere; certum eſt, exigere aliquid propter hoc, ſimoniam eſſe. Extra, de ſimonia, c. *Nemo*. In Templo vendentes ſunt, qui hoc, quod quibuſdam jure competit, ad præmium largiuntur. Cauſſa 1. q. 3. c. *Vendentes*. Cum eo concordat etiam Beda, eadem q. c. *Non ſolum*. *v. pag. 15.* *v. pag. 15.*

Beda.

„ NOn ſolum venditores ſunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiam honoris, inquirunt. Verum hi quoque, qui gradum, vel gratiam in Eccleſia ſpiritualem, quam Domino largiente, perceperunt, non ſimplici intentione, ſed cujuslibet humanæ cauſſa retributionis exercent, contra illud Petri Apoſtoli: *Qui loquitur, quaſi ſermones Dei: qui miniſtrat, tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum*. Quicumque ergo tales ſunt, ſi nolunt, veniente Domino, de Eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis, ne faciant domum Dei domum negotiationis. *Petr 1. 4.*

Per eadem jura dico, ſimoniam committere magiſtrum, qui feſtum de jure, vel conſuetudine colendum, non vult concedere ſcholaribus colendum, niſi pecunia ſibi data; vel e converſo, diem non colendum concedit colendum pro pecunia.

Sed numquid ab aliis ſcholaribus, qui nec ſunt pauperes, nec de eadem Eccleſia, poteſt exigere ſalarium? vel numquid Magiſter in ſcholis Pariſinis, vel Bononiæ poteſt facere licite collectam?

Videtur quod non; quia ſcientia donum Dei eſt, unde vendi non poteſt. Cauſſa 1. q. 3. c. *Non ſolum*, ut ſupra; immo potius debet projicere pecuniam exemplo Socratis, qui magnum pondus auri abjecit, videns, ſe non poſſe ſimul virtutes, & divitias poſſidere. Item profeſſores juris, etſi honeſte ſponte oblata recipiant, tamen inhoneſte petunt, *ff.* de var. & extraord. cog. l. 1. §. *Eſt enim quidem*.

Sed contra; qui pro tempore præſtat obſequium, debet conſequi beneficium, 12. q. 2. *Charitatem*. Item poteſt Magiſter vendere doctrinam, ſicut & juriſperitus conſilium, 14. q. 5. c. *Non ſane*. *v. pag. 4.*

Auctor.

„ NOn ſane, quidquid ab invito ſumitur, injurioſe aufertur; nam plerique nec

„ Medi-

„ Medico volunt reddere honorem ſuum, nec „ operario mercedem; nec tamen hæc, qui ab „ invito accipiunt, per injuriam accipiunt, quæ „ potius per injuriam non darentur; ſed non „ ideo debet judex vendere juſtum judicium, „ aut teſtimonium verum, quia vendit advoca„ tus juſtum patrocinium, juriſperitus verum „ conſilium: illi enim inter utramque partem „ ad examen adhibentur; iſti ex una parte „ conſiſtunt. Cum autem &c. *v. pag. 8.*

Item gratis poteſt docere, nihilominus pro expenſis ſuis collectam facere, ſicut teſtis gratis teſtatur, & tamen recipit procurationem, 4. q. 3. c. *Si teſtes*, §. *Venturis*.

Ex Conc. *Matiſcenſ. c. 6.* „ SI teſtes... Venturis autem ad judicium „ per accuſatorem, aut ab iis, per quos „ fuerant poſtulati, ſumtus competentes mi„ niſtrentur, etiamſi in pecuniaria cauſſa ab „ alterutra parte teſtes ſint producendi.

Et Epiſcopus gratis conſecrat Eccleſiam, & recipit ſimiliter procurationem. Extra, de ſimonia, c. *Cum ſit*. *v. pag. 4.*

Solutio. Dico cum Laurent. & Joan. quod ſi ſua non ſufficiunt ei competenter, & honeſte, poteſt licite exigere, & moderate: alias nihil debet exigere; ſed ſponte oblata poterit recipere, 1. q. 2. c. *Placuit*, 13. q. 2. c. *Queſta eſt*. Diſt. 18. c. *De Eulogiis*.

Ex Brac. Concil. „ PLacuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad „ conſecrandas Eccleſias Epiſcopi invitan„ tur, non quaſi ex debito munus aliquod a „ fundatore requirant; ſed ſi ipſe quidem ali„ quid ex ſuo voto obtulerit, non reſpuatur: „ ſi vero aut paupertas illum, aut neceſſitas „ retinet, nihil exigatur ab illo; hoc tamen „ unuſquiſque Epiſcoporum meminerit, ut non „ prius dedicet Eccleſiam, niſi antea dotem Ba„ ſilicæ, & obſequium ipſius per donationem „ chartulæ confirmatam, accipiat. Nam non „ levis culpa eſt illa temaritas, ſi ſine lumi„ nariis, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eo„ rum, qui ibidem ſervituri ſunt, tamquam „ domus privata, conſecretur Eccleſia.

Gregor. *In regiſtro Januario Epiſcopo Sardiniæ.* „ QUæſta eſt nobis Nereida femina clariſſi„ ma, quod ab ea centum ſolidos pro filiæ „ ſuæ ſepultura, fraternitas veſtra velit exi„ gere: hoc autem vitium & nos poſtquam, „ Deo auctore, ad Epiſcopatus honorem acceſ„ ſimus, de Eccleſia noſtra omnino vetuimus, „ & per pravam denuo conſuetudinem nequa„ quam uſurpari permiſimus; memores, quia „ dum Abraham a filiis Ephrem, hoc eſt, a „ filiis Seor, ſepulchrum pretio ad human„ dum corpus conjugis poſtularet; præmium „ accipere renuit, ne commodum de cadavere „ videretur conſecutus. Si ergo tantæ conſi„ derationis Paganus vir fuit, quanto magis „ nos, qui ſacerdotes dicimur, hoc facere non „ debamus? Unde ne hoc avaritiæ vitium, „ vel in alienis denuo tentari præſumatur, ad„ moneo: ſed ſi quando aliquam in Eccleſia „ veſtra ſepeliri conceditis, ſiquidem parentes „ ipſius, proximi, vel hæredes pro luminari„ bus ſponte quid offerre voluerint, accipi non „ vetamus; peti vero, aut aliquid exigi omni„ no prohibemus, ne (quod valde irreligio„ ſum eſt) aut venalis fortaſſe (quod abſit) „ dicatur Eccleſia, aut vos de humanis videa„ mini mortibus gratulari; ſi ex eorum ca„ daveribus ſtudeatis quærere quolibet modo „ compendium.

Leo IV. *Ad Epiſc. Britanniæ. Eulogiæ ſunt munera, quæ deferunt ſubditi ſuis prælatis.* „ DE Eulogiis ad ſacra Concilia deferendis „ nihil invenimus a Majoribus termina„ tum; ſed ſicut unicuique presbytero placue„ rit. Nam ſi conſtitutum fuerit illo in tem„ pore benedictiones afferri, forſitan minus „ libenter ad Synodum occurrent, & magis ve„ nire obtrectabunt, quæ non ſunt, ut arbi„ tror, rationabiliter requirendæ, nec ultro „ delatæ, reſpuendæ.

---

§. II.

Quid de Cancellario Pariſienſi, vel Bononienſi, vel de Magiſtris ſcholarum, ſeu de præceptoribus aliarum Eccleſiarum, qui a cupiditate, vel conſuetudine longa, nolunt forte aliquando dare licentiam docendi, niſi aliquo ſibi dato?

AD hoc dico, quod nec qui petit licentiam, debet quid dare, vel promittere, nec aliquis ſupradictorum aliquid exigere: ſi contra hoc factum fuerit, debent exactores dignitatibus, officiis ac beneficiis Eccleſiaſticis ſpoliari. Extra, de magiſtris, cap. 2. & 3. ſeu c. *Prohibeas* & c. *Quante*.

Alex. III. *Vintonien. Epiſcop.* „ PRohibeas, ne in parochia tua pro licen„ tia docendi exigatur aliquid, aut etiam „ promittatur. Si quid vero poſtea ſolutum „ fuerit, vel promiſſum, remitti promiſſum „ facias, & reſtitui, appellatione ceſſante, ſolu„ tum, ſciens quod ſcriptum eſt: *Gratis accepi*„ *ſtis, gratis date*. *Matth. 10.* Sane ſi quis diſtulerit Magi„ ſtros in locis congruis inſtituere; tibi liceat, „ appellatione poſtpoſita, ibi aliorum inſtru„ ctioni præficere viros providos, honeſtos, & „ diſcretos.

Idem. „ QUanto Gallicana Eccleſia *Majorum per*„ *ſonarum ſcientia & honeſtate præfulget, eo* „ *cautius nititur cavere, quæ confundere Eccle*„ *ſiaſticam videantur honeſtatem, tanto vehemen*„ *tiori* dignos eſſe animadverſione cenſemus, „ qui nomen Magiſtri ſcholarum, & digni„ tatem aſſumunt, & ſine certo pretio Ec„ cleſiaſticis viris docendi alios licentiam non „ impendunt. Cum autem hæc prava conſue„ tudo a cupiditatis radice proceſſerit, & de„ corem admodum Eccleſiaſticæ honeſtatis con„ fundat; mandamus quatenus (conſuetudine „ ipſa de veſtris Eccleſiis exſtirpata) ſub ana„ themaris interminatione hoc inhibere cure„ tis, diſtricte præcipientes, ut quicumque viri „ idonei, & litterati voluerint regere ſtudia lit„ terarum, ſine moleſtia, & exactione qualibet, „ ſcholas regere permittantur: ſi qui vero hujuſ„ modi prohibitionis, vel præcepti exſtiterint „ tranſgreſſores, eos officiis, & dignitatibus ſpo„ lietis.

Et licet ex utraque parte turpitudo verſetur, & ideo videatur potior conditio poſſidentis, ff. de cond. ob turp. Cauſ. l. 3. tamen ſubvenitur hic magiſtro promittenti, & ſolventi, ut promiſſum remittatur, & quod ſolverit, ſibi, appellatione ceſſante, & non obſtante aliqua conſuetudine, reſtituatur, non in favorem ſui, ſed in odium alterius. Extra, de Magiſtris, c. *Prohibeas*, & c. *Quanta*. *v. ſupra.*

Quid de Epiſcopo, qui clerico ſuo noluerit dare licentiam eundi ad ſcholas, niſi data ſibi primo pecunia.

Re-

Reſpondeo eum Laur. ſtricte non eſt ſimonia, ſed turpe lucrum. Arg. Cauſſa 1. quæſt. 3. cap. *Vendentes*.

v. pag. 15.

In ſumma nota, quod in omnibus ſupradictis nomine peconiæ totum, quod habent homines in terra, ſeu mobile, ſeu immobile, intelligitur, nt Cauſſa 1. quæſt. 3. c. *Totum*.

Auguſt. De Doctr. Chriſtiana, cap. 1.

„ TOtum, quidquid homines poſſident in
„ terra, omnia, quorum domini ſuot, pe-
„ cunia vocatur: ſervus, vas, ager, arbot, pe-
„ cus, quidquid horum eſt, pecunia dicitur.
„ Ideo autem pecunia vocata eſt, quia antiqui
„ totum, quod habebant, in pecoribus habe-
„ baor.

Item in talibus ſimoniis credo, cum contritis, & vere pœnitentibus poſſe per Epiſcopum diſpenſari, quia noo ſibi eſt prohibitum; quod ſufficit. Reliqua infra de diſpenſ. §. *Contra prædictas*.

TITULUS IV.

De Judæis, & Sarracenis, & eorum ſervis.

EGimus de iis, qui Spiritnm ſanctnm per ſimoniam blaſphemant: nunc de iis agamus, qui male colendo Deum inhonoraot, ut ſunt Judæi, Sarraceni, & Hæretici; ſed prius de Judæis, & Sarracenis, & eorum ſervis; videamus ergo, qui dicantur Judæi, & unde: qui Sarraceni, & unde: qualiter ſunt iovitandi ad fidem, & qualiter ſint a Chriſtianis tractandi, deinde viſuri, qoid juris de eorum ſervis, ſi jam ſunt, & nolunt fieri Chriſtiani; pauca etiam de Chriſtianorum ſervis adjungentes.

§. I.

Qui Judæi, Sarraceni, & qualiter ad fidem invitandi.

JUdæi dicuntur, qui legem Moſaicam ad literam tenent, ſe circumcidendo, & alia legalia faciendo: dicti ſunt Judæi a nomine digniotis Tribus, ſcilicet a Tribo Judæ Patriarchæ, quæ inter Tribus alias bellicoſior primam aciem in bellis, & Regis privilegium obtinebat, ſcilicet, ut de ea ſola Tribu crearetur Rex, ſicut ex Tribu Levi Sacerdotes; prius autem dicebantur Hebræi ab *Heber*, cujus familia cultum tenuit unius Dei, ceteris idololatria fœdatis.

Sarraceni dicuntur, qui nec novum, nec vetus recipiunt Teſtamentum, qui non ſe ab Agar ancilla Abrahæ, de qua eorum fuit origo, Agareni vocari volunt, ſed potius a Sarra ejus uxore & libera ſe Sarracenos appellaverunt. Sunt tamen inter Sarracenos quidam, qui receperunt libros quinque Moyſi, ſed Prophetas reſpuerunt: hi dicuntur Samaritani, a *Samaria* civitate; & ideo quia Prophetas reſpuerunt, dicitur in Evangelio Joan. 4. *Non coutuntur Judæi Samaritanis*.

Debent autem, ſicut ait Gregorius, tam Judæi quam Sarraceni auctoritatibus, rationibus & blandimentis potius, quam aſperitatibus ad fidem Chriſtianam de novo ſuſcipiendam provocari, non autem compelli; quia coacta ſervitia non placent Deo. Diſt. 45. c. *Qui ſincera*. Idem dicit Concilium Toletanum, ut eadem Diſt. c. *De Judæis*.

Gregor. Paſchaſio Epiſcopo Neapolitano.

„ QUi ſincera inteorione extraneos a Chri-
„ ſtiana religione ad fidem cupiunt rectam
„ perducere, blandimentis debent, non aſpe-
„ ritatibus ſtudere, ne quorum mentem red-
„ dita ad planum ratio poterat revocare, pel-
„ lat procul adverſitas. Nam quicumque ali-
„ ter agont, & eos ſub hoc velamine a con-
„ ſueta ritus ſui voluot cultura ſuſpendere, ſuas
„ illi magis quam Dei cauſſas probantur at-
„ tendere. Judæi ſiquidem Neapoli conſiſtentes
„ queſti ſunt nobis, aſſerentes quod quidam
„ eos a quibuſdam feriarum ſuarum ſolemoi-
„ tatibus irrationabiliter nitantur arcere, ne
„ illis ſit licitum feſtivitatum ſuarum ſolemnia
„ colere; ſicut eis nunc uſque, & parentibus
„ eorum longis retro temporibus licuit obſer-
„ vare. Quod ſi hujus rei veritas ita ſe habet,
„ ſupervacuæ rei videntur operam dare. Nam
„ quid utilitatis eſt, quando, etſi contra lon-
„ gum uſum fuerint vetiti, ad fidem illis, &
„ converſionem nihil proficit? Aut cur Judæis,
„ qualiter cæremonias ſuas colere debeant, re-
„ gulas ponimus, ſi per hoc eos lucrari non
„ poſſomus? Agendum eſt ergo, ut potius ra-
„ tione & mauſuetudine provocati ſequi nos
„ velint, non fugere; ut eos, ex eorum codi-
„ cibus oſtendeotes quæ dicimus, ad ſinum ma-
„ tris Eccleſiæ Deo poſſimus auxiliante converte-
„ re. Itaque fraternitas tua eos monitis qui-
„ dem, prout potuerit, Deo adjuvaote, ad
„ convertendum accendat, & de ſuis illos ſole-
„ mnitatibus inquietari deouo non permit-
„ tat; ſed omnes feſtivitates, feriaſque ſuas,
„ ſicut hactenus tam ipſi, quam parentes eo-
„ rum per longa colentes retro tempora, te-
„ nuerunt liberam, habeant obſervandi cele-
„ brandique licentiam.

Ex Conc. Tolet. IV.

„ DE Judæis autem præcipit ſancta Synodus,
„ nemini deinceps ad credeodum vim in-
„ ferri. *Cui enim vult Deus, miſeretur; & quem vult,*
„ *indurat*. Non enim tales inviti ſalvandi ſunt,
„ ſed volentes, ut integra ſit forma juſtitiæ.
„ Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate
„ ſerpenti obediens periit; ſic vocante ſe gratia
„ Dei, propriæ mentis converſione homo quiſ-
„ que credendo ſalvatur. Ergo non vi, ſed
„ libera arbitrii ſui voluntate, & facultate, ut
„ convertantur, ſuadendi ſunt, non potius im-
„ pellendi. Qui autem jam pridem ad Chriſtia-
„ nitatem coacti ſunt venire (ſicut factum eſt
„ temporibus religioſiſſimi Principis Siſebuti)
„ quia jam conſtat eos Sacramentis divinis aſ-
„ ſociatos & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, &
„ chriſmate unctos eſſe, & corporis, & ſangui-
„ nis Domini exſtitiſſe participes; oportet, ut
„ fidem, quam etiam vi, vel neceſſitate ſuſce-
„ perunt, tenere cogantur, ne nomen Domini
„ blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt,
„ vilis, ac contemtibilis habeatur.

Ad Rom. 9.

Si tamen coacti conditionaliter, puta, per minas, vel rerum ſuarum ablationem, vel verbera, vel aliam ſimilem coactionem ſuſceperunt aliquod Sacramentum Baptiſmi, & poſtea receſſerunt a noſtra fide, ſunt compellendi redire, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis, ac contemtibilis habeatur, ut Diſt. 45. cap. *De Judæis*.

v. ſupra.

Con-

Conditionaliter coacti ideo dico, quia ſi abſolute coacti eſſent, puta, quia corporabiliter cum violentia traherentur, & ſuper refuuderetur aqua, nou conſerretur character Baptiſmi. Extra, de Baptiſmo & ejus effec. c. *Majores* circa finem.

v. pag. 17.

---

§. II.

Circa eos quomodo debeant ſe habere Chriſtiani?

CIrca eos debent ſe habere Chriſtiani hoc modo, ſecuudum quoſdam: non debeut comedere cum eis, neque habitare, neque recipere eos ad convivia ſua. Cauſſa 28. quæſt. 1. cap. *Nullus*, & c. *Omnes*.

Ex Synodo 7.

„ NUllus eorum, qui in ſacro ſunt ordine,
„ aut laicus, azyma Judæorum mauducet,
„ aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in
„ iufirmitatibus ſois vocet, aut medicinam ab
„ eis percipiat, aut cum eis iu balneo lavet.
„ Si vero quiſquam hoc fecerit, ſi clericus eſt,
„ deponator; ſi laicus, excommunicetur.

Ex Conc. *Agathenſ.*

„ OMnes deinceps clerici, ſive laici, Judæo-
„ rum couvivia viteut, nec eos ad couvi-
„ vium quiſquam accipiat; quia cum apud
„ chriſtianos communibus cibis non utantur,
„ indignum, atque ſacrilegum eſt, eorum ci-
„ bos a chriſtianis ſumi, cum ea, quæ Apoſto-
„ lo permittente nos ſumimus, ab illis judi-
„ centur immunda: ac ſic iuferiores incipiant
„ eſſe chriſtiaui, quam Judæi; ſi nos quæ ab
„ illis apponuntur, utamur; illi vero a nobis
„ oblata contemnant, &c.

Cum Sarraceuis tamen poſſumus mauducare. Cauſſa 11. q. 3. c. *Ad menſam*.

Joann. Chrisost. *In Epiſt. ad Hebr.*

„ AD meoſam quippe Paganorum, ſi voloe-
„ ris, ire ſiue ulla prohibitione permitti-
„ mus (& infra) Si enim quis frater nomina-
„ tur iuter vos, fratrem iu hoc loco omuem
„ fidelem ſimpliciter intellige, non mona-
„ chum tantum. Quid autem eſt, quod iacit
„ fraternitatem, niſi lavacrum regenerationis,
„ quod facit poſſe vocari Deum patrem? (&
„ infra) *Si quis*, inquit, *nominatus fuerit fra-*
„ *ter fornicator, aut avarus, aut ebrioſus, cum*
„ *hujuſmodi neque cibum ſumere*. Cum autem de
„ Paganis ageret, non ita: *ſed quis vos vocave-*
„ *rit ex infidelibus* (Paganos ſignificans) *& vul-*
„ *tis ire, omne, quod apponitur vobis, comedite.*
„ *Si quis frater nominatur ebrioſus &c.* o quanta
„ integritas! nos autem non ſolum non fugi-
„ mus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos partici-
„ pantes cum eis &c.

1. Cor. 5. *Luc. 10.*

Ratio diverſitatis eſt; quia Judæi per abuſionem, & contemium ciborum noſtrorum magis fidem uoſtram impugnant.

Alii, ſcilicet Laur. Josun. & multi ſequaces, dicunt indiſtincte, & melius, quod ſicut chriſtianus non debet eum Judæo facere ſupradicta; ita nec cum Sarraceuo, quia & Sarraceni hodie judaizant: unde eadem cauſſa prohibitionis, & idem periculum utrobique. Excipitur tamen caſus, in quo licite poſſumus uti cibis, qui nobis a paganis appouuntur; hoc tamen cum modeſtia, & gratiarum actione, ſervata etiam temporum qualitate, videlicet, ſi contingeret nos, vel alios in terram eorum intrare ad prædicandum eis fidem Chriſti. Extra, de Judæis &c. cap. *Quam ſit laudabile*.

Clemens. III.

„ QUam ſit laudabile (& infra) Tuis, frater
„ Epiſcope, petitionibus aonuentes, tibi,
„ tuiſque ſociis, cum ad prædicandam Chriſti
„ fidem Paganis exhibitis, Apoſtolica auctori-
„ tate concedimus, ut vobis his cibis cum mo-
„ deſtia, & gratiarum actione, ſervata tempo-
„ rum qualitate, juxta cauonicas ſanctiones,
„ uti liceat, qui vobis ab ipſis infidelibus ap-
„ ponuutur....

Et ſic intelligitur, & bene, Cauſſa 11. q. 3. c. *Ad menſam*. Et hoc, uiſi eſſet eis dictum, quod eſſet idolis immolatum; tunc enim (ſicut ait Auguſtinus) ſatius eſſet mori ſame, quam veſci idolothyto. Cauſſa 32. q. 4. c. *Sicut ſatius*.

v. ſupra.

August. *De bon. conjug. cap. 16.*

„ SIcut ſatius eſt ſame mori, quam idolothyto
„ veſci, ita ſatius deſuugi ſine liberis, quam
„ ex illicito concubitu ſtirpem quærere.

Quod intelligunt, & bene, quidam, ſi veſcerentur ad veuerationem Idoli; alias in ſumma neceſſitate ſamis poſſet quis etiam idolothyto veſci; quia neceſſitas non habet legem. De conſecr. diſt. 1. c. *Sicut*.

Felix *Epiſcopus omnibus orthodoxis.*

„ SIcut non alii, quam ſacrati Deo ſacerdo-
„ tes debent Miſſas celebrare, nec ſacrifi-
„ cia ſuper altare offerre; ſic nec in aliis,
„ quam Domino ſacratis locis, id eſt, in ta-
„ bernaculis, divinis precibus a Pontificibus de-
„ libatis, Miſſas cantare, aut ſacrificia offerre
„ licet; niſi ſumma coegerit neceſſitas. Satius
„ eſt ergo Miſſam non cantare, aut nou audi-
„ re, quam in his locis, ubi fieri non oportet,
„ niſi pro ſumma neceſſitate contingat, quo-
„ niam neceſſitas legem non habet, &c.

Item chriſtiaui non debent in ſuis infirmitatibus vocare Judæos, uec ab eis recipere medicinas, nec ſe iu eiſdem balneis cum eis balneare. Cauſſa 28. q. 1. c. *Nullus*, & c. *Omnes*.

v. ſupra.

Item non debeut permitti habere inter chriſtianos, ſæculares dignitates, vel officia publica, ne in chriſtiauos occaſionem habeant ſæviendi. Diſt. 54. cap. *Nulla*.

Ex Conc. *Tolet. 4.*

„ NUlla officia publica Judæis injungantur,
„ per quæ eis occaſio tribuatur, pœnam
„ chriſtianis iuſerre. Si qui vero chriſtiani ab
„ eis Judaiſmi ritu ſunt maculati, vel etiam
„ circumciſi; non reddito pretio, ad liberta-
„ tem & religiouem redeant chriſtianam.

Item nullus Judæo, vel Pagano poteſt aliquid relinquere iu teſtamento; & ſi fecerit, etiam poſt mortem judicabitur auathema, id eſt anathematizabitur. Extra, de hæret. c. *Si quis Epiſcopus*, & c. *In eos*, & Cauſſa 24. q. 2. *Sane 2.*

Ex Conc. *Africano.*

„ SI quis Epiſcopos hæredes inſtituerit extra-
„ neos a conſanguinitate ſua, vel hæreticos
„ etiam couſauguioeos, aut paganos pertulerit;
„ ſaltem poſt mortem ei anathema dicatur, at-
„ que ejus nomen inter Dei ſacerdotes nullo
„ modo recitetur.

Ex Eod.

„ IN eos, qui Catholici non ſunt, etiamſi
„ conſauguinei fueriut, Epiſcopi, vel presby-
„ teri nihil conferaut. Denique hoc, quod de
„ Epiſcopis, & presbyteris dictum eſt, debet
„ de reliquis clericis exaudiri.

In 5. Act. *5. Synod.*

„ SAne profertur a quibuſdam, qui dicuut
„ oportere poſt mortem hæreticos anathe-
„ matizari, & ſequi in hoc doctrinam ſancto-
„ rum Patrum, qui non ſolum viventes hæreti-
„ cos condemnaverunt, ſed & poſt mortem, ut-
„ pote in ſua impietate mortuos: ſicut eos, qui
„ injuſte condemnati ſunt, revocaveruut poſt

,, mortem, & in ſacris diptychis ſeripſerunt.
,, Quod factum eſt in Joaune, & in Flaviano
,, religioſæ memoriæ Epiſcopis Conſtantino-
,, pol. *Item in actione quinta* Auguſtinus ait, ſi
,, forte iſti libri ita deſignant traditorem ſuum,
,, ſicut Dominus deſignavit Judam, legatur in
,, eis nominatim, & expreſſe, vel Cæcilianum,
,, vel ejus ordinatores, eorumdem librorum
,, ſuiſſe traditores, & niſi eos anathematizave-
,, ro, ipſe cum eis judicer tradidiſſe: *& infra ea-*
,, *dem in actione*. Quæ modo recitata ſunt, An-
,, guſtinus ſanctæ memoriæ conſuluit, & ſta-
,, tuit teneri ab initio in Eccleſia. Impium e-
,, nim dogma jam inculpatum eſt, & conde-
,, mnatum, & eos, qui tali dogmati obnoxii
,, ſunt, anathematizari volnit Eccleſiæ traditio,
,, licet etiam mortui eſſent. Ideo ſanctæ memo-
,, riæ Auguſtinus dicit, quod ſi modo convin-
,, ceretur Cæcilianus de his, quæ inſeruntur ei,
,, etiam poſt mortem ejus illnm anathematizo.
,, *Item in eadem actione*. Multi congregati ſunt,
,, & quidam de diverſis cauſſis ad Eccleſiaſti-
,, cum ſtatum pertinentibus diſponentes, de
,, Epiſcopis ſtatuerunt defunctis, qui ſuas fa-
,, cultates hæreticis reliquerunt, ut etiam poſt
,, mortem anathemati ſubjiciantur &c.

Item non debent permitti Judæi novas erigere ſynagogas, ſed antiquas reficere; dum tamen non ampliores, nec pretioſiores ſolito, & ritus ſuos, & ſolemnitates ſervare ſunt permittendi. Extra, de Judæis, c. *Judæi* 1. & c. *Conſulnit*.

GREGOR. *Genuenſi Epiſcopo.*
,, JUdæi de civitate (& infra) Sicut legalis
,, definitio Judæos novas non patitur erige-
,, re Synagogas; ita eos ſine inquietudine ve-
,, teres habere permittit.

ALEX. III.
,, COnſuluit (& inſra) Judæos de novo con-
,, ſtituere ſynagogas, ubi non habuerunt,
,, pati non debes. Verum ſi antiquæ corrue-
,, rint, vel ruinam minentur, ut eas reædifi-
,, cent, poteſt æquanimiter tolerari; non au-
,, tem, ut eas exaltent, aut ampliores, aut
,, pretioſiores faciant, quam antea fuiſſe no-
,, ſcuntur: qui utique hoc pro magno debent
,, habere, quod in veteribus ſynagogis, & ſuis
,, obſervantiis tolerantur.

Item in diebus Lamentationis, ac Dominicæ Paſſionis, non debent permitti aperire feneſtras, vel prodire in publicum: compellendi ſunt etiam talem habitum, vel ſignum deſerre in omni Provincia, & in omni tempore, quo manifeſte ab aliis populis diſtinguantur. De Judæis, cap. *In nonnullis*.

INNOCEN. III. *In Concil. Generali.*
,, IN nonnullis Provinciis a chriſtianis Ju-
,, dæos, ſeu Sarracenos habitus diſtinguit
,, diverſitas; ſed in quibuſdam, ſic quædam in-
,, olevit confuſio, ut nulla differentia diſcernan-
,, tur: unde contingit interdum, quod per er-
,, rorem chriſtiani Judæorum, ſeu Sarraceno-
,, rum, & Judæi, ſeu Sarraceni chriſtianorum
,, mulieribus commiſcentur. Ne igitur tam
,, damnatæ commiſtionis exceſſus, per vela-
,, men erroris hujuſmodi ulterioris excuſatio-
,, nis poſſint habere diffugium; ſtatuimus, ut
,, tales utriuſque ſexus in omni chriſtianorum
,, provincia, ac in omni tempore, qualitate
,, habitus publice ab aliis populis diſtinguan-
,, tur. In diebus autem Lamentationis, & Do-
,, minicæ Paſſionis in publicum minime prod-
,, eant; eo quod nonnulli ex ipſis talibus
,, diebus (ſicut accepimus) & ornatius non
,, erubeſcunt incedere, ac Chriſtianis, qui
,, ſacratiſſimæ Paſſionis memoriam exhibentes,
,, lamentationis ſigna prætendunt, illudere non
,, formidant. Illud autem diſtrictiſſime inhi-
,, bemus, ne in contumeliam Creatoris proſi-
,, lire præſumant. Et quoniam illius diſſimu-
,, lare non debemus opprobrium, qui probra
,, noſtra delevit; præcipimus, præſumtores hu-
,, juſmodi per principes ſæculares, condignæ
,, animadverſionis adjectione compeſci, ne Cru-
,, cifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare
,, præſumant.

Item compellendi ſunt ſolvere Eccleſiis decimas prædiales. Extra, de decim. capite, *De terris*.

ALEX. III. *Marſilienſi Epiſcopo.*
,, DE terris, quas Judæi colunt, tuæ pru-
,, dentiæ reſpondemus, ut eos ad deci-
,, mas perſolvendas, vel poſſeſſiones penitus
,, renuntiandas cum omni diſtrictione compel-
,, las, ne forte occaſione illa Eccleſiæ valeant
,, ſuo jure fraudari.

Item Judæi baptiſmum poſtulantes debent quadraginta diebus in pœnitentia, & abſtinentia probari. De conſecrat. diſt. 4. cap. *Ne, quod abſit*.

GREGOR. *Fauſtino Defenſori.*
,, NE, quod abſit, longa dilatio retro poſ-
,, ſit animos Judæorum revocare; cum
,, fratre noſtro Epiſcopo loci ipſius loquere,
,, ut pœnitentia ac abſtinentia quadraginta
,, dierum indicta, aut die Dominica, aut ſi
,, celeberrima feſtivitas fortaſſis occurrerit, eos
,, omnipotentis Dei miſericordia protegente
,, baptizes.

Item cogendi ſunt chriſtianos teſtes recipere contra ſe. Extra de teſtib. c. *Judæi*.

ALEX. III. *In Concil. Later.*
,, JUdæi ſive Sarraceni (& infra) teſtimo-
,, nium quoque chriſtianorum adverſus Ju-
,, dæos in omnibus cauſſis (cum illi adverſus
,, chriſtianos teſtibus ſuis uti præſumant) re-
,, cipiendum eſſe cenſemus. Et anathemate de-
,, cernimus feriendos, quicumque Judæos Chri-
,, ſtianis voluerint præferre in hac parte, cum
,, eos Chriſtianis ſubjacere oporteat, & ab eis
,, pro ſola humanitate foveri.

Item poteſt quis tales attrahere ad fidem promiſſionibus, & muneribus, & etiam per graviorem exactionem penſionum faciendam in principio locationis. Cauſſa 23. q. 4. c. *Debet homo*, & q. 6. c. *Jam vero*.

AUGUST. *Ad Maced.*
,, DEbet homo diligere proximum ſicut ſe-
,, ipſum, ut quem potuerit hominem vel
,, beneficentiæ conſolatione, vel informatione
,, doctrinæ, vel diſciplinæ coercitione adducat
,, ad colendum Deum.

GREGOR. *Maximo Epiſcopo.*
,, JAm vero, ſi ruſticus tantæ perfidiæ & ob-
,, ſtinationis fuerit inventus, ut ad Domi-
,, num Deum minime venire conſentiat; tan-
,, to penſionis onere gravandus eſt, ut ipſa
,, exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitu-
,, dinem feſtinare. Ex his omnibus colligitur,
,, quod mali ſunt cogendi ad bonum &c.

Item Sarracenis arma, & alia ſubſidia, quibus nos impugnare poſſint, mittere prohibemur. De hoc reſponde infra, De ſent. excom. §. *Utraque excommunicatio*, verſ. *Cum quis defert*.

Item ſi Judæi, vel Sarraceni ad fidem ſe converterint chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excluduntur. Extra, de Judæis, c. *Judæi*.

ALEX. III.
,, JUdæi, ſive Sarraceni, neque ſub alendorum
,, puerorum ſuorum obtentu, neque pro ſer-
,, vitio, vel alia qualibet cauſſa, chriſtiana man-
,, cipia in domibus ſuis permittantur habere,
,, excom-

Digitized by Google

,, excommunicentur antem qui cum eis præſumſerint habitare (& infra.) Si qui præterea, ,, Deo inſpirsnte, ad fidem ſe converterint Chriſtiansm, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus ex- ,, eludantur: cum melioris conditionis ad fidem ,, converſos eſſe oporteat, quam anteqnam fi- ,, dem ſuſceperint, habebantur. Si autem ſecus ,, fuerit factum, principibus, ſeu poteſtatibus ,, eorumdem locorum injungimus ſub pœna ,, excommnnicationis, ut portionem hæredita- ,, tis ſuæ, & bonorum ſuorum ex integro eis ,, ſciant exhiberi.

---

§. III.

Tranſgreſſorum omnium harum conſtitutionum quæ Pœna?

TRanſgreſſores omnium harum conſtitutionum ab illo §. puninotur hoc modo. Si elerici ſunt, & admoniti ſatisſacere nolunt, debent privari officio, & beneficio; ſi laici, ſeu principea qnum nolunt exſequi, ſeu alii qui aliquod opponunt impedimentum, debent, ſi admoniti non ſatisſecerint, excommunicari; ſi vero ſuerint Judæi, vel Sarraceni, tamdiu ſunt Chriſtiani, ab illorum commercio, & communione, ſub pœna etiam excommunicationis diſtricte, ſi neceſſe ſuerit, removendi, donec nutrices, & ſervientes dimiſerint chriſtisnas, & reſtitnerint omnia bona his, qui de ſno ritu, id eſt, judaico, fidem elegerunt Chriſtiansm. Item donec in uſus pauperum ehriſtianorum ſecundum providentiam dlœceſani Epiſcopi convertatur, quidquid fucrint a chriſtianis adepti occaſione officii ſuper ehriſtianos ſuſcepti, & officium cum pudore dimiſerint, quod irreverenter aſſumſerant, & inepte; & hoc tam de Judæis, quam de Paganis intelligas.

Statuit inſuper Eccleſia illos Judæos publicis cædibus deputandos, qui de infidelibus Baptizatos ſubvertere attentaverint; & ſimiles pœnas interdum etiam pecnniarias, prout qualltas delicti expoſcit, ſæpe ſtatuit Eccleſis contra tales; illa tamen moderatione sdhibita in flagellis, qnod ſtatutum ejus in vindictam ſanguinis tranſire minime videatur: talis enim pœna indiſtincte relinquenda eſt brachio ſæculari.

Probantur omnes Iſtæ pœnæ Cauſſa 28. q. 1. e. *Sæpe malorum*. Extra, de Judæis, c. *Sicut*, e. *Et ſi Judæos* in fin. & Conſtit. *Cum ſit nimis abſurdum*. Extra, de rapt. e. *In Archiepiſcopatu*, & Canſſa 17. q. 4. c. *Conſtituit*.

Ex Conc. Tolet. 4. ,, SÆpe malorum conſortia etiam bonos curumpunt; quanto magis eos, qui ad vi- ,, tia proni ſunt? Nulls igitur ultra communio ,, ſit Hebræis ad fidem Chriſtianam translatis ,, cum his, qui adhuc in veteri ritn conſiſtunt, ,, ne forte eorum participatlone ſubvertantur. ,, Quicumque ergo ex his, qui baptizatl ſunt, ,, amodo infidelium conſortis non vitaverint, ,, & hi ehriſtianis donentur, & illi publicis ,, cædibus deputentur.

Innocen. III. Archiep. Senonenſi & Epiſc. Pariſienſ. ,, ET ſi Judæos.... (& infrs) Inbibemus ergo diſtricte, ne de cetero nntrices, vel ,, ſervientes habeant ehriſtianos, ne filii liberæ, filiis famulentur ancillæ; ſed tamquam ,, ſervi a domino reprobati, in cujus mortem ,, nequiter conjurarunt, ſe ſaltem per effectum ,, operis recognoſcant ſervos illorum, quos ,, Chriſti mors liberos, & illos ſervos effecit, ,, (& inſra) Si vero nutriçes, & ſervientes ,, non dimiſerint chriſtisnos, ſub excommuni- ,, cationis pœna inhibeatis diſtricte omnibus ,, chriſtianis, ne cum eis commercium aliquod ,, audeant exercere.

Innoc. In Concilio Generali. ,, CUm ſit nimis abſurdum, nt blaſphemus Chriſti in chriſtianos vim poteſtatis ex- ,, erceat; quod ſuper hoc Toletanum concilium provide ſtatuit, nos propter tranſgreſ- ,, ſorum audaciam in hoc generali Concilio in- ,, novamus, prohibentes, ne Judæi publicis of- ,, ficiis præſerantur quoniam ſub tali prætex- ,, tu chriſtianis plurimum ſunt inſeſti. Si quis ,, autem eis officium tale commiſerit, per pro- ,, vinciale Concilium, quod ſingulis annis præcipimus celebrari, monitione præmiſſa, di- ,, ſtrictione, qua convenit, compeſcatur. Officiali vero hujuſmodi, tamdiu Chriſtianorum ,, communio in commerciis, & aliis denegetur, ,, donec in uſus pauperum Chriſtianorum, ſecundum providentiam diœceſani Epiſcopi ,, convertatur, quidquid ſnerit a chriſtianis adeptus occaſione officii ſic ſuſcepti, & offi- ,, cium cum pudore dimittat, quod irreverenter aſſumſit, hoc idem extendimus ad Psgsnos.

Alex. III. Panormit. Epiſc. ,, IN Archiepiſcopatu tuo quandoque Sarraceni mulicres chriſtianas, & pueros rapiunt, & eis abuti præſumunt, & quoſdam ,, etiam interdum occidere non verentur: cum ,, autem exceſſus hujuſmodi Rex Siciliæ tibi ,, & sliis Epiſcopis commiſerit puniendos; con- ,, ſultationi tuæ tallter reſpond. quod tales in ,, juriſdictione tua exſiſtentes pecuniaria pote- ,, ris pœna mulctare, & etiam flsgellis afficere, ea moderatiooe adhibita, quod flagella ,, in vindictam ſanguinis tranſire mlnime videantur. Si vero ita fuerit gravis exceſſus, ,, quod mortem, vel detruncationem membro- ,, rnm debeant ſuſtinere, vindictam reſervea ,, regiæ poteſtati.

Ex Conc. Tolet. 4. ,, COnſtituit ſanctum Concilium, nt Judæi, aut hi, qui ex Judæis ſunt, officia publica ,, nullatenus appetant; quis ſub hae occaſione ,, chriſtianis injuriam faciunt. Ideoque judi- ,, ces Provinciarum cum ſacerdotibus eorum ,, ſurreptiones fraudulenter elicitas ſuſpendant, ,, & officia publica eos agere non permittant. ,, Si quis antem judicium hoc permiſerit, velut ,, In ſacrilegum excommunicatio proſeratur; ,, & is, qui ſurrepſerit, publicis cædibus deputetur.

Patet ex præmiſſis, quod Eccleſia judicat de his, quæ foris ſunt, & infligit eis multiplices pœnss. Contrs: dlcit Apoſtolus 1. ad Cor. 5. *Quid enim mibi de his, qui foris ſunt, judicare?* Solutio. Non poteſt Eccleſia judicsre de his, nt infligat eis pœnam ſpiritualem, vel imponat religionis regulas; ſed pœnss temporales poteſt eis infligere, & ſpiritnalem etiam indirecte, removendo chriſtianos ab eorum communione. Item Papa judicat ſupra de hæreditate reſtitnenda converſis ad fidem, contra Extra, Qui filii ſine legit. c. *Cauſſam* 2.

Alex. III. Archiep. Senonenſi & Epiſc. Pariſienſ. ,, CAuſſam, quæ inter R. & F. ſuper eo, quod mater dicti R. dicitur non fuiſſe de legiti- ,, mo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, ,, vobis commiſimus terminandam. Verum quia ,, litteris noſtris inſeri fecimus, nt præfato R. ,, poſſeſſionem omnium, quorum poſſeſſor exſti- ,, tit, quando avus ſuus proficiſcendl Jeroſoly-

,, mam

,, mam iter arripuit, ante principalis cauſſæ
,, ingreſſum faceretis reſtitui, ſi eadem poſſeſ-
,, ſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus; nos
,, attendentes, quod ad Regem pertinet, non
,, ad Eccleſiam de talibus poſſeſſionibus judica-
,, re, ne videamur juri regis Angelorum detra-
,, here, qui ipſarum judicium ad ſe aſſerit per-
,, tinere; Fraternitati veſtræ mandamus, qua-
,, tenus, regi poſſeſſionum judicium relinquen-
,, tes, de cauſſa principali, videlicet, utrum
,, mater prædicti R. de legitimo ſit matrimo-
,, nio nata, plenius cognoſcatis, & cauſſam
,, hujuſmodi terminetis, licet incongruum vi-
,, deatur, ut matrimonium genitricis præfati
,, R. impetatur, quod ea vivente non fuit, ut
,, dicitur, impetitum.

Dic, quod iſtud fecit Papa ratione fidei, quam ſuſceperunt. Item quum dicat Hugotio, cultus legis ab adventu Chriſti, non differt ab Idololatria, & Origenes etiam dicat, quod jam ſecundum legem non poſſunt ſervire Deo. Cauſſa 16. quæſt. 7. c. *Et hoc*.

Origenes Homil. 13. ad c. 21. Matth. Iſai. 56. Matth. 21.

,, ET hoc diximus ſecundum ſimplicem intel-
,, lectum. Juxta moralem autem talia di-
,, cemus, & primo quidem de templo, de quo
,, per Prophetam dixit Deus: *Domus mea domus*
,, *orationis vocabitur*. Ergo ſecundum corpora-
,, lem circumciſionem carnis, & ſecundum
,, corporalis legis feſtivitates, & ſacrificia,
,, & alia corporalia conſequenter, & templum
,, Dei æſtimabatur, quod ex lapidibus inſen-
,, ſatis erat conſtructum, primum quidem a Sa-

2. Par. 2. Eſdræ 1. 4. Reg. 2.

,, lomone, deinde reparatum ab Eſdra; poſtea
,, vero poſt Chriſti adventum a Romanis de-
,, ſtructum, & illa eſtimabatur domus orationis,
,, qua deſtructa, neceſſe eſt, ut Judæi quaſi
,, jam non habentes domum orationis, jam
,, non habeant privilegium ſpeculationis Dei,
,, nec poſſint ſecundum legem ſervire Deo....

Quid eſt, quod Eccleſia dat eis auctoritatem peccandi mortaliter, dum præcipit, eos non impediri ritus ſuos ſervare?

Tom. 2. l. 1. cap. 34.

Ad hoc dic, quod Eccleſia non dat eis auctoritatem peccandi, ſed permittit, ne, ſicut ait Gregorius, quos poteſt de plano ratio revocare, pellat procul adverſitas. Præterea, ſi Judæi ab hoc prohiberentur, vel ob hoc punirentur temporaliter, jam cogerentur ad fidem: quod fieri non debet, ut ſupra dictum eſt.

---

§. IV.

De Judæorum & Sarracenorum ſervis.

REſtat videre de ſervis eorum. Nota ergo quod ſervus Judæi aut eſt vernaculus, id eſt, de propria ancilla natus, aut emtitius; ſi vernaculus fuerit, & velit fieri chriſtianus, eripitur ſtatim in libertatem, nullo pretio dato, C. de Epiſcopis, & cler. l. *Deo nobis*, §. *His ita*, & Arg. diſt. 54. c. *Fraternitatem*.

Gregor. Fortunato Neapolit. Epiſc.

,, FRaternitatem veſtram de his oportet eſſe
,, ſollicitam. Et de Judæorum ſervitio, non
,, ſolum Judæus, ſed etiam quiſque Paganorum
,, fieri voluerit chriſtianus, poſtquam voluntas e-
,, jus fuerit patefacta, ne hunc ſub quolibet inge-
,, nio vel argumento, cuipiam Judæorum venum-
,, dandi facultas ſit, ſed is, qui ad chriſtianam
,, converti fidem deſiderat, defenſione veſtra
,, in libertatem modis omnibus vendicetur. Hi
,, vero quos hujuſmodi oportet ſervos amitte-
,, re, ne forſitan utilitates ſuas irrationabiliter
,, exiſtiment impediri; ſollicita vos hæc conve-
,, nit conſideratione ſervare, ut ſi Paganos, quos
,, mercimonii cauſſa de extraneis finibus eme-
,, rint, intra tres menſes, dum emtor, cui ven-
,, diti fuerint, non invenitur, fugere ad Eccle-
,, ſiam forte contigerit, & velle ſe dixerint fieri
,, chriſtianos, vel extra Eccleſiam hanc talem
,, voluntatem prodiderint, pretium eorum ibi
,, a chriſtiano emtore percipiant. Si autem poſt
,, præfinitos tres menſes quiſquam hujuſmodi
,, ſervorum Judæorum velle ſuum dixerit, &
,, fieri voluerit chriſtianus, nec aliquis eum
,, poſtmodum emerit, nec dominus qualibet
,, occaſionis ſpecie hunc audeat venumdare,
,, ſed ad libertatis procul dubio præmia perdu-
,, catur; quia hunc non ad vendendum, ſed ad
,, ſibi ſerviendum dicitur comparaſſe.

Si vero emtitius, ſubdiſtingue: quia aut erat jam chriſtianus, quando fuit emtus, aut paganus. Si chriſtianus, indiſtincte liber efficitur, nullo pretio dato; quia chriſtiani commercium eſt Judæo penitus interdictum Diſt. 54. c. *Mancipia*.

Gregor. Libertino Præfecto Siciliæ.

,, MAncipia chriſtiana quæcumque Judæum
,, comparaſſe patuerit, ad libertatem juxta
,, legum præcepta ſine omni ambiguitate per-
,, ducite, ne (quod abſit) chriſtiana religio Judæis
,, ſubdita polluatur.

Similiter ſervi hæreticorum impune poſſunt etiam dominos relinquere, & ad Eccleſiam confugere, C. de hæreticis l. *Manichæos*: ſi autem ſit emtus, dum erat Paganus, aut cauſſa ſervitii, aut cauſſa mercimonii; in primo caſu, ſi vult chriſtianus fieri, liber efficitur ſine pretio, diſt. 54. c. *Fraternitatem*. In ſecundo vero caſu, *v. ſupra*. ſi infra tres menſes non expoſuit eum venalem, poſtea ſi vult fieri chriſtianus, liberatur ſine pretio; quia præſumitur quod ad ſerviendum, eum emerit; ſi autem expoſuit eum venalem infra tres menſes, & iſte vult fieri chriſtianus infra illud ſpatium, vel etiam poſt; dum tamen non ſteterit per Dominum quominus vendiderit eum infra illud tempus, liberatur reddito pretio duodecim ſolidorum ab aliquo Chriſtiano, diſt. 54. c. *Fraternitatem*, & extra c. 1., & 2. de Judæis, ſeu c. *Præſenti*, & c. *Multorum*. *v. ſupra*.

Ex Conc. Moteaſt ſeu Matiſcaſt.

,, PRæſenti Concilio ſancimus, ut nullum
,, Chriſtianum mancipium Judæo ſerviat,
,, ſed datis duodecim ſolidis pro quolibet bo-
,, no mancipio ipſum quicumque Chriſtiano-
,, rum, ſeu ad ingenuitatem ſeu ad ſervitium,
,, licentiam habeat redimendi, & ſi chriſtianus
,, fieri deſiderat, & non permittitur, idem
,, fiat: quia nefas eſt, quem Chriſtus redimit,
,, blaſphemum Chriſti in ſervitutis vinculis de-
,, tinere.

Gregor. Epiſcopo Lucen.

,, MUltorum ad nos (& infra) Nulli Ju-
,, dæo liceat chriſtianum mancipium in
,, ſuo dominio retinere; ſed ſi qui apud eos
,, inveniuntur, libertas eis ſervetur: hi ve-
,, ro, qui in poſſeſſionibus eorum ſunt, li-
,, cet legum diſtrictione ſint liberi; tamen
,, quia colendis terris eorum diutius adhæſe-
,, runt, utpote conditione loci debentes, ad
,, colenda rura remaneant, conſuetas penſio-
,, nes prædictis viris præbentes: cuncta etiam,
,, quæ de colonis, vel originariis jura præ-
,, cipiunt, peragant, & nihil eis extra hoc
,, one-

Digitized by Google

,, oneris indicatur. Quod ſi quiſquam Judæorum ,, aliquem de his, vel ad elium trensferre lo- ,, cum, vel ad aliud obſequium retinere volue- ,, rit; ipſe ſibi imputet, qui jus colonarium, ,, & jus dominii ſibi juris ſeveritate damna- ,, vit.

. Et hoc intellige, niſi dominns eum nolentem, quum diceret ſe velle fieri chriſtianum, circumcideret, vel alterius ſectæ ſignaculum imprimeret; tunc enim pro injuria proprii corporis ſine pretio liberatur, diſt. 54. c. *Nullu*.

v. pag. 25.

Quod dictnm eſt de ſervis Judæorum, idem per omnia dicimus de ſervis Sarrecenorum cum Laur. Joan. & aliis multis: hic tamen diſcordat in verneculis Paganorum, qui (ut dicit) ſi fiant chriſtiani, ſervire tenentur dominis Paganis. Paullus, 1. ad Timoth. 6. *Quicumque ſunt ſub jugo ſervi, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur*, & in Epiſt. ad Epheſ. 6. *Servi obedite dominis carnalibus cum timore, etium infidelibus*. Dicit Gloſſa: Et ſic Paganus poteſt eſſe dominus chriſtiani, ſed non debet fieri. Sed aliud eſt in vernaculis Judæorum propter illorum perfidiam, & magis ſuſpectam cohabitationem. Sed primum magis placet; quia hodie eadem ſuſpicio eſt, & idem periculum in utriſque, ut dixi ſupra eod. tit. §. *Circa*. Permiſſio ergo Apoſtoli ad primitivam Eccleſiem eſt referenda: vel loquitur quando accedebent ad eos cauſſa prædicationis. Require ſupra eodem titulo, §. *Circu*.

Cujus monetæ erunt dnodecim ſolidi ſupradicti?

Dicunt quidam, quod ſolidus pro aureo. Inſt. de pœn. tem. lit. ff. ultimo. Alii, quibus aſſentio, quod ejus monetæ, quæ ibi hebetur in uſu, ff. de leg. 3. *Nummis*.

Sed numquid erit iſte ſervus redimentis? Non; ſed reſtituet ei pretium, & erit liber. Arg. Inſt. de Noxal. act. §. *Dominus*, vel ſi non habet pretium, quærat oſtiatim, vel ſerviat ei aliqnanto tempore ad arbitrium boni viri. Arg. 36. q. 1. c. *De raptoribus*, val quinque ennis ad inſtar ejus, qui redemtus eſt ab hoſtibus, C. de captivis, & poſtliminio rever. l. ult. & hoc, niſi ceuſſa pietatis a chriſtiano ematur: tunc enim non tenetur eliquid reddere, nec ſervire; quia quod pietate datur, prohibet jus ne repetatur: quod ſemper præſumitur, niſi quis contrarium fuerit proteſtatus, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. *At ſi quis*, ff. *Sed interdum*.

v. pag. 157.

---

§. V.

Quid de Chriſtiano, numquid poteſt emere, vel habere Judæum, vel Paganum mancipium?

UTique 23. quæſt. 8. c. *Diſpar*. Extre, de Jndæis, c. *Et ſi Judæos*. Ubi dicitur, qnod Judæi ſervi ſunt chriſtianorum.

Alex. III Omnibus Epiſcop. Hiſpaniæ.

,, DIſpar nimirum eſt Judæorum, & Sarracenorum canſſa: in illos enim, qni chriſtianos perſequuntur, & ex nrbibus, & propriis ſedibus pellunt, juſte pugnatur. Hi vero ubique ſervire parati ſunt.

Innoc. III. Archiep. Senonenſi, & Epiſcop. Pariſienſ.

,, ETſi Jndæos (quos proprie culpa ſubmiſit perpetuæ ſervitnti) pietas chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum; ,, ingreti tamen nobis eſſe non debent, ut reddant chriſtianis pro gratie contumeliem, & de ,, familiaritate contemtum; quia tamquam miſericorditer in noſtram familiaritatem admiſſi, nobis illam retributionem impendunt, quam ,, (juxte vulgare proverbium) mus in pera, ,, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere. Accepimus ,, eutem, quod Judæi faciunt chriſtianas filiorum ,, ſuorum nutrices, & (quod non tentum dicere, ſed etiam neſandum eſt cogitare) cum ,, in die Reſurrectionis Dominicæ illas recipere corpus, & ſanguinem Jeſu Chriſti contingit, per triduum antequam eos lectent, ,, iec effundere faciunt in latrinam. Alia inſuper contra fidem Catholicam deteſtabilia, & inaudita cummittunt, propter quæ ,, fidelibus eſt verendum, ne divinam indignationem incurrant; cum eos perpetrare patiuntur indigne, quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt....

v. pag. 27.

Non tamen debet cum illo morari, ite quod eum habeat familiarem. Cauſſa 28. q. 1. cap. *Sæpe*, & c. *Nullus*.

v. pag. 25. & pag. 27.

Si autem voluerit ille fieri chriſtianus, poteſt; nec debet dominus prohibere, nec poteſt: nam Spiritus ſancti vocatio, omnie vincule ſolvit, 19. q. 2. c. *Duæ ſunt*.

Urbanus II. In Capitul. S. Ruffini.

,, DUæ ſunt, inquit, leges; una publica, ,, altera privata. Publica lex eſt, quæ a ſanctis Patribus, ſcriptis eſt confirmata; ut eſt lex ,, Cenonum, quæ quidem propter tranſgreſſiones eſt tradita, v. g. Decretum eſt in Canonibus, clericum non debere de ſuo Epiſcopatu ,, ed elium trenſire ſine commendatitiis litteris ,, ſui Epiſcopi; quod propter criminoſos conſtitutum eſt, ne videlicet inſames ab aliquo Epiſcopo ſuſcipientur perſonæ: ſulebant ,, enim officia ſua, cum non poterant in ſuo ,, Epiſcopatu, in alieno celebrare: quod jure præceptis & ſcriptis deteſtatum eſt. Lex ,, vero privata eſt, quæ inſtinctu Spiritus ,, ſancti in corde ſcribitur; ſicut de quibuſdam dicit Apoſtolus: *Qui habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis*, & alibi: *Cum enim gentes legem non habeant; ſi naturaliter quæ legis ſunt, faciant, ipſi ſibi ſunt lex*. Si quis ,, horum in Eccleſia ſua ſub Epiſcopo populum retinet, & ſæculariter vivit, ſi afflatus Spiritu ſancto, in eliquo Monaſterio, vel regulari Canonia ſalvare ſe voluerit, quia lege privata ducitur, nulle ratio exigit, ut lege publica conſtringatur: dignior ,, eſt enim lex priveta, quam publica: Spiritus quidem Dei lex eſt, & qui ſpiritu ,, Dei aguntur, lege Dei ducuntur; & quis eſt ,, qui Spiritui ſancto poſſit reſiſtere digne? Quiſquis igitur hoc Spiritu ducitur, etiam Epiſcopo ſuo contradicente, eat liber noſtra auctoritate: *Juſto enim lex non eſt poſita*: ſed *ubi ſpiritus Dei, ibi eſt libertas*, & ſi Spiritu Dei ,, ducimini, non eſtis ſub lege:

Hebr. 8. Rom. 2. 1. Timoth. 2. Cor. 3.

Et Apoſtolus. *Si infidelis diſcedit, diſcedat*. Sed numquid poſt baptiſmum remanebit ſervus Domini ſui? utique: ſervitus enim de jure divino eſt introducta. Geneſ. 9. *Maledictus Chaanan, ſervus erit fratrum ſuorum*: & per jus gentium approbata, ut diſt. 1. c. *Jus gentium*: & jure canonico confirmata, 12. q. 2. c. *Eccleſiarum ſervos*.

1. Cor. 7.

,, JUs gentinm ſedium eſt occupatio, ædificatio, munitio, belle, captivitates, ſervitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, le-

gato-

,, gatorum non violandorum religio, connubia
,, inter alienigenas prohibita. Hoc inde jus
,, gentium appellatur, quia eo jure omnes ſe-
,, re gentes utuntur.

Ex Conc. *Toletan.* 3. ,, ECcleſiarum ſervos, & Epiſcoporum, vel
,, presbyterorum, vel omnium Clericorum a
,, judicibus, vel exactoribus publicis in diver-
,, ſis angariis fatigari dolemus; propter quod
,, omne conſilium a pietate glorioſiſſimi Domi-
,, ni noſtri popoſcit, ut tales uſus deinceps in-
,, hibeat; ſed ſervi ſupraſcriptorum officiorum
,, in eorum uſibus, vel Eccleſiæ laborent. Si
,, quis vero judicum, vel actorum, clericum,
,, aut ſervum Clerici, vel Eccleſiæ in publicis,
,, ac privatis negotiis occupare voluerit; a com-
,, munione Eccleſiaſtica, cui impedimentum
,, facit, efficiatur extraneus.

Ubi tamen de conſuetudine bona non eſſent chriſtiani ſervi, ut in Cathalonia; conſuleram, quod dominus in remiſſionem peccatorum ſuorum manumitteret eum, vel ſaltem, ne dominus damnificaretur nimis, oſtiatim peteret eleemoſynas. Si vero haberet aliunde, quo ſe redimeret, ad arbitrium boni viri, 12. q. 2. c. *Cum redemptor*, & C. de capt. & poſtlim. rev. l. ult.

Gregor. *Montano & Thomæ. Lib.* 5. *Epiſt.* 12. ,, CUm Redemtor noſter totius conditor
,, creaturæ ad hoc propitiatus humanam
,, voluerit carnem aſſumere, ut divinitatis ſuæ
,, gratia, dirupto, quo tenebamur captivi, vin-
,, culo ſervitutis, priſtinæ nos reſtitueret liber-
,, tati; ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab
,, initio natura liberos protulit, & jus gentium
,, jugo ſubſtituit ſervitutis; in ea, in qua nati fue-
,, rant manumittentis beneficio libertate red-
,, dantur. Atque ideo pietatis intuitu, & hujus
,, rei conſideratione permoti, vos Montanum
,, & Thomam famulos ſanctæ Romanæ Eccle-
,, ſiæ, cui Deo auctore, deſervimus, liberos ex
,, hac die, civeſque Romanos efficimus, omne-
,, que veſtrum vobis relaxamus ſervitutis pecu-
,, lium (& infra) Hanc autem manumiſſionis
,, paginam Paterio Notario ſcribendam dictavi-
,, mus, & propria manu una cum tribus Pres-
,, byteris prioribus, & tribus Diaconis pro ple-
,, niſſima firmitate ſubſcripſimus, vobiſque tra-
,, didimus. Actum in urbe Romana.

---

§. VI.

Pone, quod Judæi occupant aliquam parochiam emendo prædia, & domos, quæ a parochianis ſolebant inhabitari; numquid poteſt petere Eccleſia a Judæis quidquid ſolvere conſueverant chriſtiani?

REſpondeo ſecundum omnes; poteſt petere omnes decimas prædiales, & quidquid occaſione prædiorum ſolebat percipere, etiam oblationes, & decimas perſonales. Extra, de decimis, c. *De terris*. Extra, de Judæis, c. *Etſi* *v. pag.* 27. *Judæos*. Extra, de uſur. c. *Quanto*.

Alex. III. *Marſilienſi Epiſcopo.* ,, DE terris, quas Judæi colunt, tuæ pru-
,, dentiæ reſpondemus, ut eos ad decimas
,, perſolvendas, vel poſſeſſiones penitus renun-
,, tiandas, cum omni diſtrictione compellas, ne
,, forte occaſione illa, Eccleſiæ valeant ſuo ju-
,, re fraudari.

Innoc. III. *In Concil. Generali.* ,, QUanto amplius chriſtiana religio ab ex-
,, actione compeſcitur uſurarum, tanto
,, gravius ſuper his Judæorum perfidia inſo-
,, leſcit, ita quod brevi tempore chriſtianorum
,, exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac
,, parte proſpicere chriſtianis, ne a Judæis im-
,, maniter aggraventur, Synodali decreto ſta-
,, tuimus, ut ſi de cetero, quocumque præ-
,, textu Judæi a chriſtianis graves immode-
,, rataſque uſuras extorſerint, chriſtianorum
,, eis participium ſubtrahatur, donec de im-
,, moderato gravamine ſatisfecerint competen-
,, ter. Unde chriſtiani (ſi opus fuerit) per
,, cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpo-
,, ſita, compellantur ab eorum commerciis
,, abſtinere. Principibus autem injungimus,
,, ut propter hoc non ſint chriſtianis infeſti, ſed
,, potius a tanto gravamine ſtudeant cohibere
,, Judæos. Hac eadem pœna Judæos decerni-
,, mus compellendos, ad ſatisfaciendum Eccle-
,, ſiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas
,, a chriſtianis de domibus, & poſſeſſionibus a-
,, liis percipere conſueverant, antequam ad Ju-
,, dæos quocumque titulo deveniſſent, ut ſic
,, Eccleſiæ conſerventur indemnes.

Quod tamen plerique doctores nolunt concedere quantum ad oblationes, & decimas perſonales, propter honeſtatem Eccleſiæ conſervandam. Item nota, quod licet chriſtianus non debeat ſervire, vel cohabitare Judæo in eadem domo, tamen non prohibetur excolere prædia Judæorum. Extra, de Judæis, c. *Multorum*. *v. pag.* 28.

TITULUS V.

De hæreticis, & fautoribus eorum, & ordinatis ab eis.

DIctum eſt ſupra de Judæis, & Paganis, qui per infidelitatem Deum inhonorant; nunc agendum de hæreticis, qui a fide deviantes, in Deum multipliciter peccant.

Videamus ergo, quot modis dicatur hæreticus, qua pœna feriatur, qualiter ab hæreſi rediens, recipiatur.

---

§. I.

Quot modis dicitur hæreticus.

QUattuor modis dicitur hæreticus; dicitur enim hæreticus errans a fide; unde ſic definitur ab Auguſtino: *Hæreticus eſt, qui falſam de fide opinionem vel gignit, vel ſequitur. Gignit* ut hæreſiarcha, puta Arrius, Sabellius; *ſequitur*, ut qui hæreſiarcham imitatur, veluti Arriani, & Sabelliani, 24. q. 3. c. *Hæreticus*. *Lib. de utilitate credendi ad Honoratum.*

,, HÆreticus eſt, qui alicujus temporalis Auguſt.
,, commodi, & maxime vanæ gloriæ, prin-
,, cipatuſque ſui gratia, falſas, ac novas opi-
,, niones vel gignit, vel ſequitur; ille autem
,, qui hujuſmodi hominibus credit, homo eſt,
,, imaginatione quadam veritatis, ac pietatis
,, illuſus.

Item (ut ait Hugot.) Hæreticus poteſt appellari, licet ab Eccleſia non receſſerit, qui aliter intelligit ſcripturam, quam ſenſus Spiritus Sancti flagi-

flagitat, a quo ſcripta eſt, ut cauſſa 24. quæſt. 3. c. *Hæreſis*.

HIERON. *In Epiſt. ad Galat. c. 5.*

„ HÆreſis græce ab electione dicitur, quod ſcilicet eam ſibi unuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem: quicumque igitur aliter ſcripruram intelligit, quam ſenſus Spiritos ſancti flagitat, a quo ſcripta eſt; licet ab Eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, & de carnis operibus eſt, eligens quæ pejora ſunt.

Item dicitur hæreticus a Sacramentis Eccleſiæ, vel communione fidelium diviſus, ut eſt excommunicatus. Cauſſa 4. quæſt. 1. cap. *Quod autem*.

NICOLAUS *Papa In Epiſtola ad Michaelem Imper.*

„ QUod autem &c. Sed ne hos hæreticos eſſe denegetis, audite ſequentia. Hæreticos autem, inquiunt, dicimus tam eos, qui olim ab Eccleſia projecti ſunt, quam qui poſt hæc a nobis anathematizati ſunt. Porro, ſi adhuc nec ſic creditis; audite quod ſubditur: Præter hos autem, ajunt, & eos qui fidem quidem ſanam negant, vel ſimulant confiteri, ſchiſmaricos etiam, & eos, qui ſeorſim a communicantibus nobis Epiſcopis collectas faciunt....

Dicitur etiam hæreticus perverſor Sacramentorum, ut ſimoniacus, qui vendit, vel emit Eccleſiaſtica Sacramenta, 1. quæſt. 1. c. *Eos, qui per pecunias*.

EX EPIST. *Tharaſii Conſtantin. Epiſc. ad Hadrianum Papam.*

„ EOs, qui per pecunias manus impoſuerunt, vel imponunt, Petrus divinus Apoſtolus (cujus Cathedram ſortita eſt Sanctitas veſtra) tamquam Simonem magum deponit (& infra) Tolerabilior eſt enim Macedonii, & eorum, qui circa ipſum ſunt, Spiritus ſancti impugnatorum, impia hæreſis. Illi enim creaturam, & ſervum Dei Patris & Filii, Spiritum ſanctum delirando fatentur: iſti vero eumdem Spiritum ſanctum efficiunt ſuum ſervum; omnis enim Dominus, quod habet, ſi vult, vendit, ſive ſervum, ſive aliquid aliud eorum, quæ poſſidet. Similiter & qui emit, dominus ejus volens eſſe, quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit; ita & hi, qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui ſancto, æqualiter peccantes, his, qui blaſphemaverunt, dicentes, *Chiſtum in Beelzebub ejicere dæmonia*, atque, ut verius dicamus, Judæ comparantur proditori, qui Judæis Dei occiſoribus Chriſtum vendidit. Cum ergo Spiritus ſanctus conſubſtantialis ſit Chriſto, ejuſdem omnino & ipſi portionis erunt, & proculdubio in eis non eſt gratia Spiritus ſancti, id eſt, ſacerdutis ſanctitas; nam quod non acceperunt, non habent.

Hic vero procedemus juxta primam ſignificationem.

---

§. II.

Qua Pœna feriatur hæreticus.

PUnitur autem hæreticus excommunicatione, depoſitione, rerum ablatione, & militari perſecutione.

Excommunicatione; quia hodie omnis hæreticus ſeu occultus, ſeu manifeſtus, eſt ipſo jure excommunicatus majori excommunicatione. Extra, de hæret. cap. *Ad abolendam*.

LUCIUS III.

„ AD abolendam (& infra) Univerſos, qui de ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel de Baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio, vel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quam ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſervat; & generaliter quoſcumque eadem Romana Eccleſia, vel ſinguli Epiſcopi per diœceſes ſuas, cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi, ſede vacante, cum conſilio (ſi oportuerit) vicinorum Epiſcoporum, hæreticos judicaverint, vinculo perpetui anathematis innodamus.... *v. infra.*

Depoſitione; quia indiſtincte ſive ſit clericus, ſive Papa, vel quilibet inferior debet deponi ab omni dignitate, ut diſt. 40. c. *Si Papa*, Cauſſa 24. q. 1. c. *Qui contra*. Extra, de hæret. c. *Ad abolendam*.

EX DICTIS *Bonifacii Martyris.*

„ SI Papa ſuæ, & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in ſuis operibus, & inſuper a bono taciturnus, quod magis officit ſibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos catervatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus. Hujus culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus, quia cunctos ipſe judicaturus, a nemine eſt judicandus, niſi deprehendatur a fide devius: pro cujus perpetuo ſtatu univerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animadvertit propenſius pendere.

LIBERIUS *Papa In Epiſt. ad Athanaſium.*

„ QUi contra Eccleſiæ pacem ſunt, ſi dignitatem, aut cingulum militiæ habeant, nudentur eis; ſi autem ſint privati, ſiquidem nobiles ſunt, ſuarum ſubſtantiarum proſcriptionem patiantur; ſi autem ignobiles, non ſolum in corpore verberentur, ſed exilio perpetuo caſtigentur.

LUCIUS III.

„ AD abolendam (& infra) Præſenti nihilominus urdinatione ſancimus, ut quicumque manifeſte fuerit in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt, vel cujuslibet religionis obumbratione fuſcatus, totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur; & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico, ſæcularis relinquatur arbitrio poteſtatis, animadverſione debita puniendus, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris, ad fidei catholicæ unitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis publice conſenſerit abjurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem niſi (prout dictum eſt) abjurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis judicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem....

Damnati vero principibus ſæcularibus, poteſtatibus, aut eorum ballivis relinquantur animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis, niſi continuo poſt deprehenſionem erroris, ſponte canonice recurrerint ad catholicæ fidei unitatem, ut ſupra capite ad *Abolendam*, & Conſtitutione, *Excommunicamus*, 1. & *Excommunicamus*, 2.

INNOC. III. *In Concil. Generali.*

„ EXcommunicamus itaque, & anathematizamus omnem hæreſim extollentem ſe adverſus hanc ſanctam orthodoxam, & catholi-

cam

Digitized by Google

,, cam fidem, quam ſuperius expoſuimus: condemnantes hæreticos univerſos, quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem diverſas habentes, ſed caudas adinvicem colligatas; quia de vanitate conveniunt in idipſum. Damnati vero, præſentibus ſæcularibus poteſtatibus, aut eorum ballivis, relinquantur animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis, ita quod bona hujuſmodi damnatorum confiſcentur, ſi laici fuerint; ſi vero clerici, applicentur Eccleſiis, a quibus ſtipendia receperunt.

Greg. IX. ,, EXcommunicamus, & anathematizamus univerſos hæreticos Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Joſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcumque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diverſas, ſed caudas adinvicem colligatas; quia in vanitate conveniunt in id ipſum: damnati vero per Eccleſiam, ſæculari judicio relinquantur, animadverſione debita puniendi, clericis prius a ſuis ordinibus degradatis....

Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo ſunt carcere detrudendi. Extra, de hæret. *Excommunicamus*, 2. §. *Si qui*.

Greg. IX. ,, EXcommunicamus... Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam pœnitentiam condignam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos ſimiliter judicamus.

Ubi etiam ſubjungitur: *Quod credentes eorum erroribus, hæretici ſimiliter judicantur*.

Rerum ablatione. Quia bona illorum omnia debent confiſcari Eccleſiæ, cui deſerviebant, ſi erant clerici. Idem, ſi erant laici, Eccleſiæ temporali juriſdictione ſubjecti; aliorum vero bona Laicorum principibus. Extra, de hæret. c.

v. ſupra. *Excommunicamus* 1. §. *Damnati*, Diſt. 8. c. *Quo jure*.

August. ſuper Joannem. ,, QUo jure defendis villas Eccleſiæ? divino, an humano? Divinum jus in ſcripturis habemus, humanum in legibus regum: unde quiſque poſſidet, quod poſſidet,

Pſal. 23. nonne jure humano? nam jure divino. *Domini eſt terra & plenitudo ejus*. Pauperes & divites una terra ſupportat. Dominus de uno limo fecit & pauperes, & divites. Jure tamen humano dicitur, hæc villa mea eſt, hic ſervus meus eſt, hæc domus mea. Jura autem humana, jura Imperatorum ſunt: quare? quia ipſa jura humana per Imperatores, & Reges ſæculi Deus diſtribuit humano generi. Item tolle jura Imperatorum; & quis audet dicere, hæc villa eſt mea, meus eſt ille ſervus, mea eſt hæc domus? Si autem, ut teneantur iſta ab hominibus, regum jura fecerunt, vultis, ut reticeamus leges, ut gaudeatis? Item legantur leges, ubi manifeſte præceperunt Imperatores, eos, qui præter Eccleſiæ catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen chriſtianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine Eccleſiæ audeant poſſidere. Sed dicitis, quid nobis, & Imperatori? Sed, ut jam dixi, de jure humano agitur; & tamen Apoſtolus voluit ſerviri regibus, voluit honorari

1. Pet. 2. reges, & dixit: *Reges reveremini*. Noli ergo dicere: quid mihi & regi? quid tibi ergo & poſſeſſioni? per jura regum poſſidentur poſſeſſiones: dixiſti: quid mihi & regi? noli ergo dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa jura renuntiaſti humana, quibus poſſeſſiones poſſidentur.

Militari perſecutione; quia, ſi aliter non poteſt fieri, manu armata & militari ſunt ab eis bona omnia, quæ injuſte occupata detinent, auferenda: nam ſicut probant Iſidorus, & alii ſancti, & præcipue Auguſtinus, nullo jure poſſunt poſſidere: non jure naturali; quia ſecundum illud, omnia ſunt communia, Diſt. 1. c. *Jus naturale*.

,, JUs naturale eſt commune omnium nationum, eo quod ubique inſtinctu naturæ non conſtitutione aliqua habetur; ut viri & feminæ conjunctio, liberorum ſucceſſio, & puerorum educatio, communis omnium poſſeſſio, & omnium una libertas, acquiſitio eorum, quæ cælo, terra, marique capiuntur. Item depoſitæ rei, vel commendatæ pecuniæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio. Nam hoc, aut ſi quid huic ſimile eſt, numquam injuſtum, ſed naturale, æquumque habetur. Isidorus lib. 5. Etym. c. 4. *Commendatæ, alias Commodatæ.*

Nec jure divino, unde ipſe Dominus dicit: *Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus*. Item: *Labores impiorum juſti edent*. Item: *Omnia ſunt juſtorum*, 23. q. 7. cap. 1. 2. & 3. ſeu c. *Quicumque*, c. *Si de rebus*, & c. *Quod autem nobis*. Matth. 21. Prov. 13. Iſaiæ 61.

,, QUicumque vos ex occaſione hujus legis imperialis non dilectione corrigendi, ſed odio inimicandi perſequitur, diſplicet nobis. Et quamvis res quæque terrena recte a quoquam poſſideri non poſſit, niſi vel jure divino, quo cuncta juſtorum ſunt, vel jure humano, quod in poteſtate eſt regum terræ; ideoque falſo res appellatis veſtras, quas nec juſte poſſidetis, & ſecundum leges terrenorum regum amittere juſſi eſtis, fruſtraque dicitis nos in eis congregandis laboravimus, cum ſcriptum legatis: *Labores impiorum juſti edunt*. Sed tamen quiſque ex occaſione legis hujus, quam reges terræ Chriſto ſervientes ad emendandam impietatem veſtram, promulgaverunt, res proprias veſtras cupide appetit, diſplicet nobis. Quiſquis denique res ipſas pauperum, vel baſilicas congregationum, quas ſub nomine Eccleſiæ tenebatis (quæ omnino non debentur, niſi ei Eccleſiæ, quæ vera eſt Chriſti Eccleſia) non per juſtitiam, ſed per avaritiam tenet, diſplicet nobis. Quiſquis pro aliquo flagitio, vel facinore dejectum a vobis ita ſuſcipit, ſicut ſuſcipiuntur, qui excepto errore, quo a nobis ſeparamini, ſine crimine apud vos vixerunt, diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratis; & ſi monſtretis, nonnullos toleramus, quos corrigere, vel punire non poſſumus; neque propter paleam relinquimus aream Domini, neque propter piſces malos rumpimus retia Domini, neque propter hœdos in fine ſegregandos, deſerimus gregem Domini, neque propter vaſa facta in contumeliam, migramus de domo Domini. August. Ad Vincentium Epiſt. 48. Sap. 10.

,, SI de rebus, vel locis Eccleſiaſticis, quæ tenebatis, & non tenetis, quærimini, poſſunt & Judæi ſe juſtos dicere, & iniquitatem nobis objicere; quia locum, in quo impie regnaverunt, modo Chriſtiani poſſident: quid ergo indignum, ſi ea, quæ tenebant hæretici August. Contra Petilianū l. 2. c. 43. Matth. 21.

ſecun-

,, ſecundum parem voluntatem Domini, catholici tenent? Ad omnes iniquos, & impios
Matth. 21. ,, illa Domini vox valet: *Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti juſtitiam.*
Sap. 10. ,, An fruſtra ſcriptum eſt: *Labores injuſtorum pii edent?* Quapropter magis mirari debetis, ,, quod adhuc tenetis aliquid, quam quod aliquid amiſiſtis. *Item.* Si qua jam præciſi poſſidere cœpiſtis, quia vobis ablata, nobis Dominus Deus dedit; non idao concupiſcimus ,, aliena; quia illius imperio, cujus ſunt omnia, ,, facta ſunt noſtra, & juſte noſtra ſunt: vos ,, anim his utebamini ad præciſionem, nos ad ,, unitatem. Alioquin & primo populo Dei ,, poſſent illi objicere alienæ rei concupiſcentiam, qui divina poteſtate ab eorum facie, ,, quia ea terra male utebantur, expulſi ſunt: ,, & ipſi Judæi, a quibus ablatum eſt regnum ,, ſecundum verba Domini: *Et datum eſt genti facienti juſtitiam*, poſſunt objicere alienæ rei ,, concupiſcentiam; quia Chriſti Eccleſia poſſidet, ubi perſecutores Chriſti prius regnabant.

IDEM Epiſt. 50. ad Bonifacium. ,, QUod antem nobis objiciunt, quod res eorum concupiſcamus, & anferamus; utinam catholici fiant, & non ſolum, quæ dicunt ſua, ſed etiam noſtra in pace & caritata nobiſcum poſſideant: uſqua adeo autem ,, calumniandi cupiditate cæcantur, nt non attendant, quam ſint inter ſe contraria, quæ ,, loquuntur. Ipſi certe dicunt, & invidioſiſſime ſibi conqueri videntur, quod eos in noſtram communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, ſi res illorum poſſidere vellemus. ,, Quis enim avarus quærit compoſſeſſoram? ,, Quis dominaodi cupiditate inflammatus, vel ,, faſtu dominationis elatus deſiderat habera ,, conſortem? ipſos eerte attendant quondam ſuos, modo etiam ſocios noſtros, & ,, fraterna nubis dilectione conjunctos; quemadmodum ea teneant, non ſolum quæ habebant, ſed etiam noſtra, quæ non habebant; quæ tamen, ſi pauperum compauperes ſumus, & noſtra ſunt, & illorum. Si ,, autem privatim, quæ nobis ſufficiaot, poſſidemus; non ſunt illa noſtra, ſed panperum, ,, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione ,, damnabili vendicamus. Quidqnid igitur nomine Eccleſiarum partes Donati poſſidebant, ,, Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ,, ipſis Eccleſiis ad catholicam Eccleſiam tranſire juſſerunt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earomdem Eccleſiarum, nobiſcum pauperes, qui de eiſdem poſſeſſiunculis alebantur; ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcera aliena, ſed intrent in unitatis ſocietatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, ,, quæ dicunt ſua; verum etiam quæ dicunt &
1. Cor. 3. ,, noſtra. Scriptum eſt enim: *Omnia veſtra ſunt,* ,, *vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.*

Nec jure Humano, ut ſupra probatum eſt,
v. pag. 32. & diſt. 8. *Quo jure.*

§. III.

Sed numquid viri Catholici auctoritate propria poſſunt eos ſpoliare?

VIdetur quod ſic; Eccleſia enim videtur eis dare generalem auctoritatem ut extermiment eos; concedit etiam talibus idem privilegium, quod accedeotibus in terræ ſanctæ ſubſidium eſt conceſſum, 23. quæſt. 5. cap. *Si vos.* Extra, de Hæret. cap. *Excommunicamus*, 1. §. *Catholici vero*, & in Deut. *Si audieris in una ex* *Deuter.*
Civitatibus &c. Cauſſa 23. q. 5. c. *Si audieris,* *17.*
& quæſt. 8. c. *Legi*, & c. *Occidit Phinees.*

AUGUST. In lib. de unitate Eccleſiæ, c. 17. ,, SI vos contra Eccleſiam Chriſti altaria erexiſſe, & a chriſtiana unitate, quæ toto ,, orbe diffunditur, ſacrilego ſchiſmate ſeparatos eſſe, & corpori Chriſti (quod eſt Eccleſia toto orbe diffuſa) & rebaptizando, & ,, blaſphemando, & quantum poteſtis oppugnando adverſari, ſancta & canonica ſcriptura convincit, vos impii, & ſacrilegi eſtis; illi autem, qui vos pro taoto ſcelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ privatione ,, deterrendos, coercendoſque decernunt, ut ,, cogitantes, quale iſta patiamini, ſacrilegium ,, veſtrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini; diligentiſſimi rectores ,, & piiſſimi conſultorea deputantur.

INNOC. III. In Concil. Generali. ,, EXcommunicamus.... Catholici vero, qui ,, crucis aſſumto charactere, ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gandeant indulgentia, illoque ſancto privilegio ,, ſint muniti, quæ accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur.

CYPRIAN. Lib. de exhort. Martyr. c. 5. ,, S*I audieris in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inbabitare te illic, dicentes: Eamus, & ſerviamus Diis alienis, quos* ,, *non noviſti; interficiens necabis omnes, qui* ,, *ſunt in civitate cæde gladii, & incendes civitatem igni, & erit ſine habitaculo in æternum: non* ,, *reædificabitur etiam nunc, ut avertatur Deus ab* ,, *indignatione iræ ſuæ, & dabit miſericordiam tibi, & miſerebitur tui, & multiplicabit te, ſi* ,, *audieris vocem Domini Dei tui, & obſervaveris* ,, *præcepta ejus.* Cujus præcepti, & vigoris memor Matathias ioterfecit eum, qui ad aram ,, ſacrificaturus acceſſerat. Quod ſi ante adventum Chriſti circa Deum colendum, & idola ,, ſperneoda, hæc præcepta ſervata ſunt; quanto magis poſt adventum Chriſti ſervanda ,, ſunt, quando ille veniens non tantum verbis nos hortatus ſit, ſed etiam factis?

HIERON. ad Riparium v. 25. 4. Reg. 1. Act. 5. Act. 13. Deuter. 13. Syromaſtem, id eſt vindictam. ,, LEgi Syromaſten Phinees, auctoritatem ,, Heliæ, aelum Simonis Chananæi, Petri ſeveritatem Ananiam, & Sapphiram trucidantis, & Paulli conſtantiam, qui Elymam ,, magum viis Domini reſiſtentem æterna cæcitate damnavit. Non eſt crudelitas, crimina pro Deo punire, ſed pietas. Unde etiam ,, in lege dicitur: *Si frater tuus, & amicus, &* ,, *uxor, quæ in ſinu tuo dormit, depravare te voluerit a veritate, ſit manus tua ſuper eos, &* ,, *effunde ſanguinem ipſorum.*

JOAN. CHRYSOST. ,, OCcidit Phinees hominem, & reputatum ,, eſt illi ad juſtitiam. Abraham vero non

E ,, ſolum

Digitized by Google

Super Matth. Homil. 17. num. 25. Geneſ. 22. Act. 5.

,, ſolum homicida, ſed etiam parricida (quod
,, certe gravius eſt) effectus, Deo magis pla-
,, enit. Petrus vero geminum fecit homicidium;
,, fuit tamen opus ſpirituale quod factum eſt.
,, Non ſola igitur reſpiciamus opera, ſed tem-
,, pus, & cauſſam, & voluntatem, & perſonarum
,, differentiam, & quantacumque alia ipſis ope-
,, ribus acciderint, diligentiſſime inquiramus:
,, non enim poſſumus ad veritatem aliter per-
,, venire.

Verumtamen ſatis videtur tutum, quod ſemper fiat ex ſpeciali edicto principis, vel Eccleſiæ, ne alias ex cupiditate, vel ultione potius, quam ex juſtitia, vel obedientia pugnare videantur, 23. q. 1. c. *Quid culpatur*, & q. 2. c. *Juſtum*, c. *Dominus*, c. *Notandum*, &c. & q. 3. c. *Sex differentiæ*.

August. Contra Manichæos, lib. 22. Contra Fauſt. c. 74.

,, QUid culpatur in bello? an quia mo-
,, riuntur, quandoque morituri, ut do-
,, minentur in pace victuri? hoc reprehendere
,, timidorum eſt, non religioſorum. Nocendi
,, cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus,
,, atque implacabilis animus, feritas rebellandi,
,, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt,
,, quæ in bellis jure culpantur, quæ plerum-
,, que, ut etiam jure puniantur, adverſus vio-
,, lentias reſiſtentium (ſive Deo, ſive aliquo
,, legitimo imperio jubente) gerenda ipſa bel-
,, la ſuſcipiuntur a bonis; cum in eo rerum
,, humanarum ordine inveniuntur, ubi eos vel
,, jubere aliquid tale, vel in talibus obedire
,, juſte ipſe ordo conſtringit. Unde neque Jo-
,, annes ab armis jubet diſcedere milites: &
,, Chriſtus tributa Cæſari monet reddi; quia
,, propter bella neceſſatio militi ſtipendium
,, præbetur: ordo tamen ille naturalis morta-
,, lium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſu-
,, ſcipiendi belli auctoritas, atque conſilium pe-
,, nes principes ſit (& infra) Sed ſi humana
,, cupiditate bellum geritur, non nocet ſan-
,, ctis, in quos non habet quiſquam poteſta-
,, tem, niſi deſuper datam. Non enim eſt
,, poteſtas, niſi a Deo, ſive jubente, ſive ſi-
,, nente. Ergo vir juſtus, ſi forte ſub Re-
,, ge homine etiam ſacrilego militet, recte
,, poteſt illo jubente bellare, ſi vice pacis ordi-
,, nem ſervans, quod ſibi jubetur, vel non eſ-
,, ſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel
,, utrum ſit, certum non eſt: ita ut fortaſſe
,, reum faciat regem iniquitas imperandi; in-
,, nocentem autem militem oſtendat ordo ſer-
,, viendi.

Isydorus Etymolog. lib. 18. c. 1. & 15.

,, JUſtum eſt bellum, quod ex edicto geritur
,, de rebus repetendis, aut propulſandorum
,, hoſtium cauſſa. Judex dictus, quaſi jus di-
,, cens populo, ſive quod jure diſceptet; ju-
,, re autem diſceptare eſt juſte judicare: non e-
,, nim eſt judex, ſi non eſt in eo juſtitia.

August. In lib. 6. quæſtion. Joſue 8.

,, DOminus noſter jubet ad Jeſum nave, ut
,, conſtituat ſibi retrorſum inſidias, id eſt,
,, inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſti-
,, bus. Hinc admonemur hoc non injuſte fieri
,, ab his, qui juſtum bellum gerunt, ut nihil homo
,, juſtus præcipua cogitet in his rebus, niſi ut
,, bellum juſtum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt;
,, non enim fas eſt omnibus: cum autem ju-
,, ſtum bellum ſuſceperit, utrum aperte pu-
,, gnet, an ex inſidiis, nihil ad juſtitiam in-
,, tereſt. Juſta autem bella ſolent definiri, quæ
,, ulciſcuntur injurias, ſit qua gens & civitas bel-
,, lo petenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit,
,, quod a ſuis improbe factum eſt; vel red-
,, dere, quod per injurias ablatum eſt. Sed
,, etiam hoc genus belli ſine dubio juſtum eſt,
,, quod Deus imperat, apud quem non eſt
,, iniquitas, & novit quid cuique fieri de-
,, beat, in quo bello ductor exercitus, vel ipſe
,, populus non tam auctor belli, quam miniſter
,, judicandus eſt. *Cum ergo juſtum bellum ſit, quod*
,, *ex edicto geritur, vel quo injuriæ ulciſcuntur;*
,, *quæritur quomodo a Filiis Iſrael juſta bella ge-*
,, *rebantur? de his ita ſcribit:*

August. In quæſt. Numer. quæſt. 44. ad c. 20.

,, NOtandum eſt ſane, quemadmodum ju-
,, ſta bella gerebantur a Filiis Iſrael con-
,, tra Amorrhæos. Innoxius enim tranſitus ne-
,, gabatur, qui jure humanæ ſocietatis æquiſſi-
,, mo patere debebat.

August. in expoſitione Pſalm. 108.

,, SEx differentiæ ſunt, reddere bona pro
,, malis, non reddere mala pro malis: hæc
,, duo bonorum ſunt, & prius melius. Non
,, reddere bona pro bonis, & reddere mala
,, pro bonis: hæc duo malorum ſunt, ſed
,, poſterius deterius. Reddere bona pro bo-
,, nis, & pro malis mala: hæc duo medio-
,, crium ſunt; prius propinquum bonis, con-
,, venit etiam malis, quod Chriſtus non ar-
,, guit, ſed plus oportere dicit, quia & Eth-
,, nici hoc faciunt: poſterius propinquum ma-
,, lis; convenit tamen etiam bonis. Unde &
,, lex modum ultionis ſtatuit: *Oculum pro o-* *Exod. 21.*
,, *culo*. Quæ, ſi dici poteſt, injuſtorum juſti-
,, tia eſt, non quia iniqua eſt ultio, quam
,, lex ſtatuit; ſed quia vitioſa eſt libido ulci-
,, ſcendi, magiſque ad judicem pertinet hoc
,, inter homines diſcernere, quam bonum ho-
,, minem ſibi expetere. Hic enim malum pro
,, malo redderet; judex vero punit, non de-
,, lectatione alienæ miſeriæ, quod eſt malum
,, pro malo; ſed dilectione juſtitiæ, juſtum pro
,, injuſto, quod eſt bonum pro malo; quod et-
,, iam Deus Judex facit.

---

§. IV.

Quid ſi poſtea convertantur ad fidem hæretici, numquid reſtituentur ſibi res ablatæ, vel ſaltem filiis?

REſpondeo: non tenetur aliquis, niſi ſibi gratis voluerit miſereri. De hæret. c. *Vergentis*.

,, VErgentis in ſenium ſæculi corruptelam *Innoc. III.*
,, (& infra) In terris vero temporali
,, noſtræ juriſdictioni ſubjectis, bona hæreti-
,, corum ſtatuimus publicari; & in aliis idem
,, præcipimus fieri per poteſtates, & principes
,, ſæculares, quos ad id exſequendum (ſi for-
,, te negligentes exſtiterint) per cenſuras Ec-
,, cleſiaſticas appellatione remota compelli vo-
,, lumus, & mandamus; nec ad eos bona co-
,, rum ulterius revertantur, niſi eis ad cor re-
,, vertentibus, & abnegantibus hæreticorum
,, conſortium, miſereri aliquis voluerit; ut
,, temporalis ſaltem pœna corripiat, quem
,, ſpiritualis non corrigit diſciplina. Cum e-
,, nim ſecundum legitimas ſanctiones, reis læ-
,, ſæ majeſtatis punitis capite, bona confi-
,, ſcentur eorum, filiis ſuis vita ſolummo-
,, do ex miſericordia conſervata; quanto ma-
,, gis qui aberrantes in fide, Domini Dei fi-
,, lium Jeſum Chriſtum offendunt, a capite
,, noſtro, quod eſt Chriſtus, Eccleſiaſtica debent

diſtri-

,, diſtrictione præcidi, & honis temporalibus ſpo-
,, liari: cum-longe ſit gravius æternam, quam
,, temporalem lædere majeſtatem. Nec hujuſ-
,, modi ſevaritatis cenſuram orthodoxorum ex-
,, hæredatio filiorum, quaſi cujuſdam miſe-
,, rationis prætextu, debet ullatenus impadi-
,, re: eum in multis caſibus (etiam ſecundum
,, divinum judicium) filii pro patribus tem-
,, poraliter puniantur: & juxta canonicas ſan-
,, ctiones, quandoque feratur ultio, non ſo-
,, lum in auctores ſcelerum, ſed etiam in pro-
,, geniem damnatorum.

Item quid ſi habeat filios catholicos, vel alios conſanguineos, numquid illi ſaltem debent habere bona ſua?

Videtur quod ſic; quia ita dicitur C. de hæreticis. Auth. *Idem eſt de Neſtorianis*. Dominus tamen Innocentius argumentans a minori de crimine læſæ Majeſtatis terrenæ ad crimen majeſtatis cæleſtis, conſtituit etiam filios orthodoxos a paternis bonia penitus excludendns. *v. ſupra.*

Unde nota, quod in tribus eriminibus filii excludnntur ab hæreditate paterna, ſcilicet in erimine hæreſis, de hæret. e. *Vergentis* in fin. Quod videtur intelligendam, quum pater publice prædicat contra fidem catholicam, vel publiee confitetur, vel defendit errorem, vel coram prælato ſuo convictus eſt, vel confeſſus, aut ſententialiter condemnatus de hæreſi. De verb. ſignif. c. *Super quibuſdam*. *v. pag. 34.*

Innoc. III. Comiti Toloſano.
,, SUper quibuſdam mandatorum articulis
,, (& infra) Tua devotio poſtulavit a nobis,
,, qui ſint dicendi hæretici maniſeſti. Super
,, quo tibi duximus reſpondendum, illos in-
,, telligendos eſſe maniſeſtos hæreticos, qui
,, contra fidem catholicam publice prædicant,
,, aut profiteotur, ſeu defendunt eorum erro-
,, rem, vel qui coram prælatis ſuis convicti
,, ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter
,, condemnati ſuper hæretica pravitate: quo-
,, rum bona propria confiſcantur, & ipſi juxta
,, ſanctiones legitimas puniuntur....

Item in crimina læſæ Majeſtatis, & ſecundum quoſdam, ſimoniæ; quia ei parificatur, 15. quæſt. 3. e. *Sane*, & c. *Nemini*. *v. pag. 7.*

Julius Papa.
,, NEmini (præterqnam de crimine læſæ
,, Majeſtatis) de ſe confeſſo ſuper alie-
,, num erimen credi oportet: qnoniam ejus
,, atque omnis rei profeſſio periculoſa eſt,
,, & admitti adverſus quemlibet non debet.

Item in interfectore Clerici, qui privatur omni beneficio Eccleſiaſtico, de pœnis, c. *In quibuſdam*.

Innoc. III. In Concil. Generali.
,, IN quibuſdam provinciis Eccleſiarum pa-
,, troni, & advocati, ſeu vicedomini ſe in
,, tantam inſolentiam erexerunt, quod non
,, ſolum, eum vacantibus debet Eccleſiis de
,, paſtoribus idoneis provideri, difficultates in-
,, gerunt, & malitias; verum etiam de poſ-
,, ſeſſionibus, aliiſque bonis Eccleſiaſticis pro
,, ſua voluntate ordinare præſumunt: & (quod
,, horrendum eſt dicere) in necem prælato-
,, rum prorumpere non formidant. Cum igi-
,, tur quod ad defenſionis ſubſidium eſt inven-
,, tum, ad depreſſionis diſpendium non de-
,, beat retorqueri; prohibemus expreſſe, ne
,, patroni, vel advocati, ſeu vicedomini ſu-
,, per præmiſſis de cetero plus uſurpent, quam
,, reperiatur in jure permiſſum: & ſi contra
,, præſumſerint, per ſeveritatem canonicam
,, diſtrictiſſime compeſcantur. Sacri nihilo-
,, minus Concilii approbatione, ſtatuimus,
,, quatenus ſi patroni, vel advocati, aut feu-
,, datarii, ſeu vicedomini, aut alii beneficiati
,, alicujus Eccleſiæ, rectorem vel clericum a-
,, lium ipſius Eccleſiæ, per ſe, vel per alios
,, occidere, vel mutilare auſu neſando præ-
,, ſumſerint; patroni jus patronatus advoca-
,, ti advocatiam, ſeudatarii feudum, vicedo-
,, mini vicedominatum, & beneficiati benefi-
,, cium prorſus amittant. Et ne minus vindi-
,, ctæ, quam exceſſus memoria prorogetur,
,, non ſolum de præmiſſis nihil perveniat ad
,, hæredes, ſed etiam uſque ad quartam ge-
,, nerationem poſteritates talium in clericorum
,, collegio nullatenus admittantur; neque in
,, domibus regularibus alicujus prælationis aſ-
,, ſequantur honorem, niſi cum eis fuerit mi-
,, ſericorditer diſpenſatum.

Et dicemus infra de homicid. Aliter regulariter bona damnatorum ad hæredes devolvuntur, C. de bonis damnatorum, Auth. *Bona*.

Puniuntur autem hæretici in fautoribus ſuis hoc modo. Credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum ſunt ipſo jure excommuuicati majori excommunicatione, de hæret. e. *Excommunicamus*, 1. §. *Credentes*, & *Excommunicamus*, 2. §. *Si qui*. *v. pag. 31. & 32.*

Item qui tales, poſtquam ab Eccleſia fuerint damnati, contamſerint evitare, anathematis ſe noverint ſententiam incurriſſe, de hæret. c. *Vergentis*. *v. pag. 34.*

Item Laicus, ſi poſtquam fuerit ab Eccleſia excommunicatione notatus, non ſatisfecerit infra annum; ex tunc ipſo jure eſt factus inſamis, nec poteſt exercere aliquod legitimum officium: & ſi fecerit, non valebit quidquid per ipſum dictum, vel factum fuerit; nec poteſt facere teſtamentum, nec ex teſtamento alterius aliquid capere, nec eligi, nec eligere ad officium vel dignitatem.

Si vero Clericus fuerit, ab omni beneficio, & officio ſuſpandatur: & ſi aliquis Clericus hujuſmodi peſtilentibus exhibuerit Eccleſiaſtica Sacramenta, vel tradiderit eos ſepolturæ, vel oblationes, ſeu eleemoſynas eorum receperit, debat privari officio ſuo, ad quod numquam reſtituetur, abſque indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali: & idem eſt, non obſtante privilegio, in Regularibus obſervandum.

Item qui fuerint inventi ſola ſuſpicione notabiles, niſi canonice ſe porgaverint, anathematis gladio ſeriantur, & uſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus evitentur; ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.

Item moneantur ſæculi poteſtates, &, ſi neceſſe eſt, per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur, omnes hæreticos ab Eccleſia damnatos de ſuis provinciis, bona fide, pro viribus ſuis exterminare; & quum quis de novo eligitur in poteſtatem ſive perpetuam, ſive temporalem, debet hoc ipſo juramento firmare.

Archiepiſcopi inſuper, & Epiſcopi, qui circa extirpandam de ſua Diœceſi hæreticam pravitatem, negligentes fuerint, & remiſſi, quum id certis patebit indiciis, ab Epiſcopali deponantur officio, in quo alii debent ſubſtitui, qui velint, & poſſint hæreticam confundere pravitatem. Hæc omnia & multa alia contra tales probantur, de hæret. c. *Ad abolendam*, & c. *Vergentis*, & c. *Si adver-* *v. pag. 31. & 34.*

Digitized by Google

adverſus & conſtit. *Excommunicamus*.

,, SI adverſus nos terra conſurgeret (& infra)
,, Quia plus timeri ſolet quod ſpecialiter
,, injungitur, quam quod generaliter impera-
,, tur; vobis advocatis, & ſcriniariis firmiter in-
,, hibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus,
,, vel defenſoribus eorumdem in aliquo præſte-
,, tis auxillom, conſilium, vel favorem, nec eis
,, in cauſſis, vel in factis, vel aliquibus litigan-
,, tibus, ſub eorum examine veſtrum patroci-
,, nium præbeatis & pro ipſis publica inſtru-
,, menta, vel ſcripta facere nullatenus attente-
,, tis. Quod ſi contra præſumſeritis, ab officio
,, veſtro ſuſpenſos, perpetuæ vos decernimus
,, infamiæ ſubjacere.

---

§. V.

Redeuntes ab hæreſi quomodo recipi debeant?

REdeuntes ab hæreſi debent recipi hoc modo, quod ad arbitrium Epiſcopi regionis abjurent errorem, & promittant, & firment etiam per ſcripturam, quod tenebunt firmiter ad mandatum Eccleſiæ fidem Catholicam: & hoc publice, vel privatè, ſecundum quod crimen fuit publicum, vel privatum, 1. q. 7. c. *Quoties*, de conſec. diſt. 2. c. *Ego Berengarius*, de hæreticis, c. *Ad abolendam*.

v. pag. 31. GREGOR. *In Regiſt. Lib. 10. Epiſt. 31.*

,, QUoties cordis oculus nube erroris ob-
,, ductus, ſupernæ illuſtrationis lumine
,, fit ſerenus, magna cautela utendum eſt,
,, ne latenter auctor ſchiſmatis irruat, & ab
,, unitatis radice eos, qui ad eam reverſi fue-
,, rant, telo iterum erroris abſcindat. Et id-
,, eo poſtquam Ego N. civitatis illius Epiſco-
,, pus comperto diviſionis laqueo, quo tene-
,, bar, diutina mecum concitatione pertra-
,, ctans, prona, & ſpontanea voluntate ad u-
,, nitatem ſedis Apoſtolicæ divina gratia duce
,, reverſus ſum: & ne non pura mente, ſed ſi-
,, mulata reverſus exiſtimer; ſpondeo ſub or-
,, dinis mei caſu, & anathematis obligatione,
,, atque promitto tibi N. & per te, ſancto Pe-
,, tro Apoſtolorum principi, atque ejus vica-
,, rio N. beatiſſimo, & ſucceſſoribus ejus,
,, me numquam quorumlibet ſuaſionibus, vel
,, quocumque alio modo ad ſchiſma, de quo re-
,, demtoris noſtri miſericordia liberante ereptus
,, ſum, reverſurum; ſed ſemper me in unitate
,, ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & communione
,, Romani Pontificis per omnia permanſurum.
,, Unde jurans dico per Deum omnipotentem,
,, & per hæc ſancta quattuor Evangelia, quæ in
,, manibus meis teneo, & ſalutem Dominorum
,, noſtrorum N. & N. Rempublicam gubernan-
,, tium, me in unitate, ſicut dixi, Eccleſiæ Catho-
,, licæ, ad quam Deo propitio ſum reverſus, &
,, in communione Romani Pontificis ſemper,
,, & ſine dubio permanere. Quod ſi (quod ab-
,, ſit) ab hac me unitate, aliqua excuſatio-
,, ne, vel argumento diviſero; perjurii rea-
,, tum incurrens, æternæ pœnæ obligatus in-
,, veniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam
,, in futuro ſæculo portionem. Hanc autem
,, profeſſionis, promiſſioniſque meæ chartulam
,, tibi N. Notario meo cum conſenſu Pres-
,, byterorum, & Diaconorum, & Clericorum,
,, qui me in hac unitate obligantes, in ſupra
,, ſcriptis omnibus prona ſimiliter voluntate ſe-
,, cuti, atque propriis manibus ſubſcriptori ſunt,
,, ſcribendam dictavi, ex propria manu ſub-
,, ſcribens tibi tradidi. Acta in loco tali, die
,, tali, & conſulibus ſupra ſcriptis. Subſcriptio
,, Epiſcopi illius. Ego N. Epiſcopus Civitatis il-
,, lius huic confeſſioni promiſſionique meæ,
,, præſtito de conſervandis ſupraſcriptis omni-
,, bus Sacramento ſubſcripſi.

Juramentum a Schiſmate redeantium.

CONFESSIO BERENGARII Coram Nicolao Papa facta in plena Synodo.

,, EGo Berengarius indignus Eccleſiæ ſancti
,, Mauritii Andegavenſis Eccleſiæ Diaconus,
,, cognoſcens veram, catholicam & Apoſtoli-
,, cam fidem, anathematizo omnem hæreſim,
,, præcipue eam, de qua hactenus infamatus
,, ſum; quæ aſtruere conatur, panem & vi-
,, num, quæ in altari ponuntur, poſt conſe-
,, crationem ſolummodo Sacramentum, & non
,, verum corpus, & ſanguinem Domini noſtri
,, Jeſu Chriſti eſſe, nec poſſe ſenſualiter, niſi in
,, ſolo Sacramento manibus Sacerdotum tracta-
,, ri, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri.
,, Conſentio autem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ,
,, & Apoſtolicæ ſedi, & ore, & corde profiteor
,, de Sacramentis Dominicæ menſæ eamdem fi-
,, dem me tenere, quam Dominus, & venera-
,, bilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta ſynodus au-
,, ctoritate Evangelica & Apoſtolica tenendam
,, tradidit, mihique firmavit; ſcilicet panem,
,, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt con-
,, ſecrationem non ſolum Sacramentum, ſed et-
,, iam verum corpus, & ſanguinem Domini
,, noſtri Jeſu Chriſti eſſe, & ſenſualiter non ſo-
,, lum Sacramento, ſed in veritate manibus Sa-
,, cerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus
,, atteri; jurans per ſanctam & Homouſion Tri-
,, nitatem, & per hæc Sacro-Sancta Chriſti
,, Evangelia: eos vero, qui contra hanc fidem
,, venerint, cum dogmatibus, & Sectatoribus
,, ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronun-
,, cio. Quod ſi ego ipſe aliquando contra hæc
,, aliquid ſentire, aut prædicare præſumſero;
,, Canonum ſeveritati ſubjaceam. Lecto, & per-
,, lecto ſponte ſubſcripſi. (Hanc confeſſionem
,, ſuæ fidei de corpore, & ſanguine Domini
,, noſtri Jeſu Chriſti a Berengario Romæ co-
,, ram 114. Epiſcopis factam, miſit Papa Nico-
,, laus per urbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, &
,, ad quæcumque loca fama pravitatis ejus per-
,, venire ante potuit, ut Eccleſiæ, quæ prius
,, doluerant de averſo, atque perverſo, poſtea
,, gauderent de reverſo, atque converſo.)

Quod ſi poſt abjurationem erroris, vel poſtquam ad arbitrium proprii Antiſtitis ſe purgaverint, deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim recidiſſe; ſæculari judicio ſunt ſine ulla penitus audientia relinquendi. De hæreticis, c. *Ad abolendam*. *v. ſupra.*

Sed nonne audit eos Eccleſia, quæ nulli claudit gremium redeunti? utique quoad fidem, & Sacramenta. C. de ſumma Trinitat. *Inter Claras*, de Pœnitent. Diſt. 3. c. *Adhuc inſtant*.

AUGUST. *Lib. de pœnitentia.*

,, ADhuc inſtant perfidi, qui ſapiunt plus
,, quam oportet, non ſobrii, ſed ex-
,, cedentes menſuram. Dicunt enim: etſi ſe-
,, mel peccantibus poſt baptiſmum valeat pœ-
,, nitentia, non tamen ſæpe peccantibus prode-
,, rit iterata; alioquin remiſſio, ad peccatum
,, eſſet incitatio: dicunt enim, quis non ſem-
,, per peccaret, ſi redire ſemper poſſet? dicunt
,, enim Deum incitatorem mali, ſi ſemper pœ-
niten-

,, pœnitentibus ſubveniret, & etiam ei placere
,, peccata, quibus ſemper præſto eſt gratia. Er-
,, rant autem; immo conſtat ei multum peccata
,, diſplicere, qui ſemper præſto eſt ea deſtruere:
,, ſi enim ea amaret, non ita ſemper deſtrue-
,, ret, ſed conſervaret, atque ut ſua munera
,, foveret; ſemper deſtruit peccata, quæ inve-
,, nit, ne ſolvatur, quod creavit, ne corrum-
,, patur, quod amavit. Sumunt occaſionem hy-
,, pocritæ iſti ex factis Domini. Quem enim
,, cæcum bis illuminavit? quem leproſum bis
,, mundavit? quem mortuum bis ſuſcitavit?
Joan. 11. ,, non Lazarum, quem dilexit: non filium vi-
Luc. 7. ,, duæ, quem miſertus matri ſuæ reddidit: non
Luc. 15. ,, filium diſſipatorem legitur bis ſuſcepiſſe: non
Matth. 15 ,, filiam Abrahæ bis a Dæmonio liberaſſe. In
,, nulla perſona iteravit factum, docens, ut a-
,, junt, a Domino non ſæpe fieri remedium.
Joan. 8. ,, Dixit mulieri: *Vade, & amplius noli pecca-*
,, *re, ne quid tibi deterius contingat*, promittens
,, pœnam, non amplius veniam. Quod autem
,, multos cæcos, & in diverſo tempore illu-
,, minaverit, & multos debiles confortaverit,
,, oſtendit in diverſis illis eadem ſæpe pecca-
,, ta dimitti, ut quem prius ſanavit leproſum,
,, alio tempore illuminet cæcum. Ideo enim
,, tot ſanavit febricitantes, tot languidos, tot
,, claudos, cæcos, & aridos, ne deſperet de ſe
,, peccator. Ideo non ſcribitur aliquis niſi ſe-
,, mel ſanatus, ut quiſque timeat mergi pec-
,, cato. Videmus adhuc quotidie in Eccleſia
,, ſæpe febricitantes, ſæpe languidos, ſæpe
,, paſſionibus captos, ſæpe liberari; ut appareat
,, toties opus miſerantis, quoties confeſſio fit
,, pœnitentis. Quomodo enim corpus quod vi-
,, lius eſt, & ab ipſo diſſimilius, ſæpe ſana-
,, ret, & animam digniorem & redemtam
Marc. 2. ,, non toties liberaret? Medicum ſe vocat, &
,, non ſanis, ſed male habentibus opportunum.
,, Sed qualis hic eſſet medicus, qui malum
,, iteratum neſciret curare? Medicorum enim
,, eſt centies infirmum viſitare, centies cu-
,, rare. Qui ceteris minor eſſet, ſi aliis poſſi-
,, bilia ignoraret, memor eſt ſui, qui promi-
Ezech. 33. ,, ſit: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut converta-*
,, *tur, & vivat*. Quem enim peccatorem exclu-
,, ſit? Et quod omnibus promiſit indulgentiam,
Matth. 10. ,, aliis quoque promiſſionibus declarat: *Qui me*
,, *confeſſus fuerit coram hominibus*. Id eſt, omnis
,, quantumcumque, & quoties peccator cujuſ-
Joel. 2. ,, cumque ordinis, etiamſi fuerit ſacerdos, *con-*
,, *fitebor & ega eum coram Patre meo*: nam *qui-*
,, *cumque invocaverit nomen Domini*, id eſt, ſecun-
,, dum quod nominatur Dominus, id eſt, qui
,, invocaverit eum ad ſe, ſerviendo, & non
,, contradicendo, ut forſitan ſæpe fecit; *omnis*,
,, id eſt, quicumque ſit ille peccator, *ſalvus*
,, *erit*. Omnem enim animam iſte promiſſor
,, ſaturavit bonis, etiam ſedentem in tenebris,
,, & umbra mortis, nullam excipiens animam.
,, Hunc magiſtrum intellexerat diſcipulus ille,
2. Cor. 13. ,, qui Corinthios per Epiſtolas ſuas voluit cor-
,, rigere, & ut ipſe teſtatur, ter in litteris ſuis
,, eos correxit. Oportebat enim, ut quoties vi-
,, deret eos cadere, toties juvaret eos reſurgere.
Joan. 20. ,, Memor enim erat illius, qui dixarat: *Quorum*
,, *remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Scimus
,, autem & primos patres, & in omni tempo-
,, re Eccleſiam Dei ſemper, id eſt, uſque ad
,, ſeptuagies ſepties (quod eſt ſemper) peccata
,, dimittere: quam poteſtatem iſti ab Eccleſia
,, auferre conantur. Oportet enim Eccleſiam
,, Dei ſic credere, quæ confitetur ſe ſæpe pec-
,, care: negant enim veritatem ſeducti, qui
,, ſe abſque peccato audeant jactare. In mul- *Job. 15.*
,, tis enim offendimus omnes. Nec infans u- *et 70.*
,, nius diei abſque peccato ſuper terram eſſe
,, poteſt. Quapropter eliminandus eſt ab Ec-
,, cleſia iſte error, qui nunquam pœnitentibus
,, negat indulgentiam: non enim inquirit,
,, quid Apoſtolus ſenſerit, qui dixit: *Nihil* *1. Cor. 4.*
,, *mihi conſcius ſum; ſed non in hoc juſtificatus*
,, *ſum*. Sciens enim & juſtis peccata ſolere
,, contingere, non ſe confirmabat abſque pec-
,, cato, qui ſe cognovit indiſſolubili vinculo
,, caritatis junctum Chriſto: niſi enim ſciret
,, juſtos ſæpe venire ad veniam, quomodo dubi-
,, taret ſe peccare, qui ſciebat ſe ſpiritum Dei
,, habere, & intentione mundiſſima ei ſervi-
,, re? Cur enim Dominus Petri pedes laviſ-
,, ſet, & Eccleſiam hoc idem docuiſſet, niſi *Joan. 13.*
,, quia (quoniam quotidiana eſt offenſio) o-
,, portet, ut quotidiana ſit remiſſio? Cur do-
,, cuiſſet orantes dicere: *Dimitte nobis debita* *Matth. 6.*
,, *noſtra*, niſi ipſe miſericors perſeveraret, qui
,, nos ab hac petitione non vult deficere?

Sed quoad bona recuperanda non debent audiri, ut in prædicta Deeretall, *Ad abolendam*.

---

§. VI.

Numquid tales ad fidem converſi de jure communi, vel ſaltem diſpenſative poterunt promoveri, vel in ſuſceptis ordinibus ab Epiſcopis hæreticis miniſtrare?

AD iſtius quæſtionis intelligentiam nota,
quod Joan. & Roffredus dixerunt, quod *Roffredus*
Epiſcopus hæreticus, qui recipit ultimam manus *Canoniſta.*
impoſitionem, id eſt, ordinem Epiſcopalem in
Eccleſia, ordines confert, ſed non ordinis exſe-
cutionem; ſi autem extra, nihil confert, nec
ordinem, nec ordinis exſecutionem; quia nihil
receperat, Arg. cauſſa 1. q. 7. c. *Daibertum*.

,, DAibertum a Nezelone licet ſimoniaco, Urbanus.
,, non ſimoniace ejuſdem confeſſione repe- I I.
,, rimus in Diaconum ordinatum, & beati In- *Petro Piſtorienſi*
,, nocentii Papæ ſententia conſtat declaratum, *Epiſcop.*
,, quod Nezelon hæreticus (quem conſtat ab *& Ruſtico*
,, hæreticis ordinatum) quia nihil habuit, *Abbati*
,, nihil dare potuit ei, cui manus impoſuit. *vallis Umbroſæ.*
,, Nos igitur tanti pontificis auctoritate fir-
,, mati, & Damaſi Papæ teſtimonio roborati
,, (qui ait: reiterari oportet quod male actum
,, eſt) Daibertum ab hæreticis corpore & ſpiritu
,, digreſſum, atque utilitatibus Eccleſiæ pro viri-
,, bus inſudantem, ex integro (Eccleſiæ neceſſi-
,, tate ingruente) diaconum conſtituimus. Quod
,, non reiterationem exiſtimari cenſemus, ſed
,, tantum integram diaconii dationem: quo-
,, niam, ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil
,, dare potuit.

Sed hæc opinio reprobatur, 9. quæſt. 1. cap. *Ordinationes* & 1. quæſt. 7. capite *Convenientibus*. *v. pag. 9.*

,, ORdinationes, quæ ab hæreſiarchis nomi- Urbanus
,, natim excommunicatis factæ ſunt, & ab II.
,, eis, qui catholicorum adhuc viventium Epi-
ſcopo-

Digitized by Google

,, ſcoporum ſedes invaſerunt, irritas eſſe judi-
,, camus; niſi probare valuerint, ſe cum ordi-
,, narentur, eos neſciſſe damnatos: qui vero
,, ab Epiſcopis quondam quidem Catholice or-
,, dinatis, ſed in Schiſmate a Romana Eccle-
,, ſia ſeparatis conſecrati ſunt, eos, nimirum
,, cum ad Eccleſiæ unitatem redierint, ſerva-
,, tis propriis ordinibus miſericorditer ſuſcipi
,, jubemus; ſi tamen vita & ſcientia eos com-
,, mendant. Amodo vero quicumque a prædi-
,, ctis ſchiſmaticis, ſanctæque Romanæ Eccle-
,, ſiæ adverſariis ſe ordinari permiſerit, nul-
,, latenus hac venia dignus habeatur. Quam-
,, vis autem miſericordiæ intuitu, magnaque
,, neceſſitate eogente hanc in ſacris ordinibus
,, diſpenſationem conſtituerimus; nullum ta-
,, men præjudicium ſacris canonibus fieri volu-
,, mus; ſed obtineant proprium robur, & ceſ-
,, ſante neceſſitate illud quoque ceſſet, quod
,, factum eſt pro neceſſitate. Ubi enim multo-
,, rum ſtrages jacet, ibi ſubtrahendum eſt ali-
,, quid ſeveritati, ut addatur amplius caritati.

Dicas ergo cum Laur. Vincen. & aliis ſete omnibus, quod ſeu quis recipiat ultimam manus impoſitionem in Eccleſia, ſeu extra; dum tamen formam Eccleſiæ ſervet in ordinando, & in forma Eccleſiæ fuerit ordinatus, ſemper verum ordinem confert; ſed non ordinis exſecutionem: & hoc, ſive ſcienter, ſive ignoranter alius ordinetur ab eo. Unde regulariter teneas, quod Epiſcopi, & Sacerdotes ſive ſint excommunicati, ſive hæretici, ſive depoſiti, vera conferunt Sacramenta; dum tamen in forma Eccleſiæ, ut dictum eſt, 1. q. 1. cap. *Dominus declaravit*, cap. *Non nocet*, & cap. *Dictum*.

AUGUST. *Contra Petilianū. l. 2. c. 21.* ,, DOminus declaravit in uno cœtu homi-
,, num eadem ſacramenta ſumentium ali-
,, quorum immunditiam, mundis obeſſe non
,, poſſe (& infra) Petilianus dixit: At ſi
,, quiſquam carmina Sacerdotis memoriter te-
,, neat, numquid inde Sacerdos eſt, quod ore
,, ſacrilego carmen publicat Sacerdotis? Augu-
,, ſtinus reſpondit: Ita iſtud dicis, quaſi modo
,, quæramus, quis ſit verus Sacerdos, & non
,, quid ſit verum baptiſma. Ut enim ſit quiſ-
,, que verus Sacerdos, oportet, ut non ſolum
,, Sacramento, ſed juſtitia quoque induatur,
Pſal. 131. ,, ſicut ſcriptum eſt: *Sacerdotes tui induantur*
,, *juſtitia*. Qui autem ſolo Sacramento Sacer-
,, dos eſt, ſicut fuit Pontifex Caiphas perſe-
,, cutor unius, & veriſſimi Sacerdotis; quam-
,, vis ipſe non ſit verax, quod dat tamen, ve-
,, rum eſt, ſi non det ſuum, ſed Dei.

GREGOR. ,, NOn nocet malitia Epiſcopi neque ad
,, Baptiſmum infantis, neque ad Eccle-
,, ſiæ conſecrationem; quia Baptiſma a Deo
,, datur, non ab homine venit: ſic & Eucha-
,, riſtia, & omnia quæcumque in altari ponun-
,, tur, non ab homine, ſed a Deo ſanctifica-
,, tionem accipiunt.

AUGUST. *Lib. quæſt. vet. teſt. cap. 11. num. 6.* ,, DIctum eſt a Deo in Numeris ad Moy-
,, ſem, & Aaron Sacerdotes: *Vos ponite*
,, *nomen meum ſuper filios Iſrael: ego Dominus be-*
,, *nedicam eos*, ut gratiam traditam per mini-
,, ſterium ordinantis transfundat hominibus,
,, nec voluntas Sacerdotis obeſſe, aut prodeſſe
,, poſſit, ſed meritum benedictionem poſcen-
,, tis. Quanta autem dignitas ſit Sacerdotalis
,, ordinis, ſeu officii, hinc advertamus. Di-
,, ctum eſt autem de nequiſſimo Caipha inter-
,, fectore Salvatoris inter cetera: *Hoc autem a*
,, *ſemetipſo non dixit; ſed cum eſſet princeps &*
,, *Pontifex Sacerdotum anni illius, prophetavit.*
,, Per quod oſtenditur Spiritum ſanctum da-
,, torem gratiarum, non perſonam ſequi di-
,, gni, aut indigni; ſed ordinem traditionis,
,, ut quamvis aliquis boni meriti ſit, non ta-
,, men poſſit benedicere, niſi fuerit ordina-
,, tus, ut officii miniſterium exhibeat: Dei
,, autem eſt, effectum tribuere benedictionis.
,, Quod vero per hæreticos Sacramenta digni- *Gratianus.*
,, tatis miniſtrata dicuntur carere effectu, im-
,, probatur auctoritate Anaſtaſii Papæ, qui
,, ordinationem Achacii, quamvis hæretici,
,, ita ratam approbat, ut etiam eis, quos poſt
,, damnationem ſuam baptizavit, vel ordina-
,, vit, in nullo ream perſonam nocuiſſe aſſe-
,, rat; ſed hoc eum illicite & non canonice,
,, immo contra decreta ſuorum prædeceſſo-
,, rum feciſſe, & ſucceſſorum probant Felix
,, & Gelaſius, qui Achacium ante Anaſtaſium
,, excommunicaverunt, & Hormiſda, qui ab
,, ipſo Anaſtaſio tertius eumdem Achacium
,, damnavit. Unde etiam ab Eccleſia Roma-
,, na repudiatur, & a Deo fuit percuſſus.

Item Diſt. 32. c. *Præter*, §. *Verum*, de conſecr. Diſt. 4. c. *Non in vobis*.

,, PRæter.... Verum principia harum aucto- GRATIAN.
,, ritatum contraire videntur Hieronymo,
,, Auguſtino, & ceteris, qui Chriſti Sacra-
,, menta neque in bono, neque in malo ho-
,, mine fugienda demonſtrant, ſicut ſequens
,, cauſſa ſimoniacorum plenius demonſtrat;
,, ſed Urbanus ſecundus in Epiſtola deſtina-
,, ta Præpoſito ſancti Juventii hanc contrarie-
,, tatem determinat dicens: Ad hoc vero,
,, quod ſubjungitur in eadem Epiſtola, id eſt,
,, utrum ſit utendum ordinationibus, & reli-
,, quis Sacramentis a criminoſis exhibitis, ut
,, ab adulteris, vel ſanctimonialium violato-
,, ribus, vel hujuſmodi; ad hoc, inquam,
,, ita reſpondemus. Si ſchiſmate, vel hæreſi
,, ab Eccleſia non ſeparentur, eorumdem or-
,, dinationes, & reliqua Sacramenta, ſancta
,, & veneranda non negamus, ſequendo Au- *Tract. 5.*
,, guſtinum, qui ſuper Joannem, de hujuſ- *ad cap. 1.*
,, modi tam copioſe, quam veraciter diſſerit: *Joann.*
,, (ait enim: Baptizat ſervus ſive bonus, ſi-
,, ve malus) neſciat ſe ille, qui baptizatur
,, baptizari, niſi ab eo, qui ſibi baptizandi
,, tenuit poteſtatem. *Et paullo poſt*. Non ab-
,, horreat columba miniſterium malorum, re-
,, ſpiciat Domini poteſtatem..... Hæc de ma-
,, lis Catholicis, qui intra Eccleſiam ſunt.
,, Ceterum ſchiſmaticorum, & hæreticorum
,, Sacramenta, quoniam extra Eccleſiam ſunt,
,, juxta ſanctorum Patrum traditiones, ſcili-
,, cet Pelagii, Gregorii, Cypriani, Auguſti-
,, ni, & Hieronymi, formam quidem Sacra-
,, mentorum habent, non autem virtutis ef-
,, fectum habere profitemur, niſi cum ipſi,
,, vel eorum Sacramentis initiati per manus
,, impoſitionem ad Catholicam redierint uni-
,, tatem. Sciendum vero eſt, quod Canones
,, Apoſtolorum (quorum auctoritate orienta-
,, lis & ex parte Romana utitur Eccleſia) &
,, inſignis Cyprianus martyr, & octoginta E-
,, piſcopi cum eodem, Baptiſma hæreticorum
,, lavacrum Diaboli appellant. Stephanus ve-
,, ro, & Cornelius Martyres, & Pontifices
,, Romani, & venerabilis Auguſtinus in li-
,, bro de Baptiſmo, eumdem Cyprianum, &
,, præfatos Epiſcopos ob hanc cauſſam vehe-
men-

„ menter redargunnt, affirmantes baptiſma ſi-
„ ve ab Hæretico, ſive Schiſmatico, more Ec-
„ cleſiaſtico celebratnm, ratnm eſſe; & meri-
„ to, quia alia in baptiſmo, & alia in reli-
„ quis Sacramentis conſideratio eſt: quippe
„ cum & ordine prior, & neceſſarior ſie
„ ſubito enim morituro, prins baptiſma-
„ te, quam Dominici corporis communio-
„ ne, vel aliis Sacramentis conſulitur; & dum
„ ſorte Catholicus non invenitur, ſatius eſt
„ ab Hæretico Baptiſmi ſacramentnm ſumere,
„ quam in æternnm perire. Et hanc ſenten-
„ tiam præſcriptorum Pontificum, Cornelii,
„ Stephani & Auguſtini ſecuti ſunt Syricius,
„ Innocentius, Leo, Anaſtaſins & magnus
„ Gregorius, & omnis Eccleſia catholica te-
„ net. Prohibentnr ergo de manibus talium
„ Saeerdotum Sacramenta ſuſcipi, non quia
„ ſint vera quantum ad ſormam & effectum,
„ ſed quia dum hnjuſmodi Sacerdotes ſe a po-
„ pulo contemtos viderint, rubore verecundiæ
„ ſacilius ad pœnitentiam provocentur.

August. ad Donatiſtas, Epiſt. 48. Pſal. 54.

„ NOn in vobis mutamus, in quibus nobiſ-
„ cum eſtis (in multis enim eſtis nobiſ-
„ cum) nam & de talibus dictum eſt: *Quo-*
„ *niam in multis erant mecum*; ſed ea corrigi-
„ mus, in quibus nobiſcum non eſtis, & ea
„ vos hic accipere volnmus, quæ non habetis
„ illic, ubi eſtis. Nobiſcum antem eſtis in
„ Baptiſmo, in Symbolo, in ceteris Domini-
„ cis Sacramentis. In ſpiritu autem unitatis,
„ & in vinculo pacis, in ipſa denique Ca-
„ tholica Eccleſia nobiſcum non eſtis. Iſti an-
„ tem cum quibus, vel de qnibus agimus, non
„ ſunt deſperandi: adhue enim in corpore
„ ſunt; ſed non quærant Spiritum ſanctum,
„ niſi in corpore Chriſti, cujus habent foris
„ Sacramentum: ſed rem ipſam nun tenene
„ intus, cujus eſt illud Sacramentum; & ideo
„ judicium ſibi manducant & bibunt.

Et in Epiſt. 50. ad Bonifacium.

Peccant tamen mortaliter, & crimen idololatriæ cummittunt, dantes ſic indigne, & ſuſcipientes ab eis, niſi ſorte Baptiſmum in articulo neceſſitatis, qunm non poſſet Catholicus inveniri, Diſt. 32. cap. *Præter*, & §. *Verum* circa fin.

v. ſupra.

Quidam tamen dicunt contra, quod apud Hæreticos non ſunt vera Sacramenta. Pro eis eſt cauſſa 24. quæſt. 1. cap. *Schiſma*, ubi dicitur, *ſi veritate dirigimur, non eſt Corpus Chriſti, quod Hæreticus conficit*.

Pelagius Papa.

„ SChiſma ſiquidem...... Noli ergo, qua-
„ ſi nulla Schiſmaticorum, atque Eccle-
„ ſiæ differentia ſit, velle indifferenter utro-
„ rumque Sacrificiis ſociari. Non eſt Cor-
„ pus Chriſti, quod Schiſmaticus conficit,
„ ſi veritate duce dirigimur: nec eoim divi-
„ ſum eſſe Chriſtnm poterit qniſquam ſine
„ Apoſtoli reprobatione confingere. Unam
„ autem, nt ſæpe dictnm eſt, conſtat eſ-
„ ſe Eccleſiam, quæ in duo, vel in plu-
„ ra dividi non puteſt. Simul enim cum
„ ah ea qniſquam receſſerit, eſſe deſiſtit Ec-
„ cleſia.

Item quia Sacramenta non debent dividi, de conſecr. Diſt. 2. cap. *Quia paſſus*.

August.

„ QUia paſſus eſt Dominus pro nobis,
„ commendavit nobis in iſto Sacramen-
„ to corpus, & ſangninem ſuum: quod et-
„ iam fecit & nos ipſos. Nam & nos cor-
„ pus ipſius facti ſumus, & per miſericor-
„ diam ejus, quod accipimus, nos ſumus.
„ Recordamini & vos, quod non fniſtis, &
„ creati eſtis, & ad aream Dominicam com-
„ portati eſtis, laboribus boum, id eſt, an-
„ nuntiantinm Evangelium triturati eſtis;
„ quando Cathecumeni deſerebamini, in hor-
„ reo ſervabamini, nomina veſtra dediſtis:
„ cœpiſtis moli jejuniis, & exorciſmis: poſt-
„ ea ad aquam veniſtis, & conſperſi eſtis, &
„ panis Dominicus facti eſtis. Ecce quod
„ accepiſtis. Quomodo ergo videtis eſſe u-
„ num, quod factum eſt; ſic unum eſtote
„ vos, diligendo vos, tenendo unam fidem,
„ unam ſpem, individuam caritatem. Hæ-
„ retici, quando hoc accipiunt Sacramentum,
„ teſtimonium contra ſe accipiunt; quia illi
„ quærunt diviſionem, cum panis iſte indi-
„ cee unitatem: ſic & vinum in multis race-
„ mis fuit, & modo unum eſt, unum eſt
„ in ſuavitate calicis, poſt preſſuram torcu-
„ laris. Et vos poſt illa jejunia, poſt labo-
„ res, poſt humilitatem, & contritionem
„ cordis jam in nomine Chriſti, tamquam
„ ad Chriſti calcem veniſtis, & ibi vos eſtis
„ in menſa, & ibi vos eſtis in calice, no-
„ biſcum vos eſtis. Simnl enim hoc ſumi-
„ mus, ſimnl bibimns, quia ſimul vivimus.
„ *Item in ſermone de infantibus*. Ita Dominus
„ nnſter Jeſus Chriſtus nos ſignificavit, nos
„ ad ſe pertinere voluit, myſterium pacis, &
„ unitatis noſtræ in ſua menſa conſecravit. Qui
„ accipit myſterium unitatis, & non tenet
„ vinculum pacis, non myſterium accipit pro
„ ſe, ſed taſtimonium contra ſe. Nulli eſt
„ aliquatenus dubitandum tunc, unumquem-
„ que fidelium corporis, & ſanguinis Domi-
„ nici fieri participem, quando In baptiſma-
„ te membrum efficitur Chriſti: nec alienari
„ ab illius panis, caliciſque conſortio, etiam-
„ ſi antequam panem illum comedat, cali-
„ cemque bibat, de hoc ſæculn in unitate cor-
„ poris Chriſti cunſtitutus abſcedat. Sacramen-
„ ti quippe illius participatione, ac benefi-
„ cio non privatur, quando in ſe hoc,
„ quod illnd Sacramentum ſignificat, inveni-
„ tur.

Item quia extra unitatem Eccleſiæ non eſt locus veri ſacrificii, ut ait Auguſtinus, 1. q. 1. c. *Extra Catholicam*.

August. Lib. Sent. c. 15.

Extra Catholicam Eccleſiam non eſt locus veri Sacrificii.

Sed intelligas omnis illa quantum ad effectum ſacramentorum, vel quando non ſervatur ſurma Eccleſiæ. In hoc autem ſolo eſt diſſerentia inter ordinatos ſupradictos; quia ordinati ab eo, qui recepit ultimam manus impoſitionem in Eccleſia, ſeu ignoranter, ſeu ſcienter, ſi alias digni ſunt, tolerantur diſpenſative in ordinibus ſuſceptis; ad ſuperiores autem non debent promoveri, niſi neceſſitas, vel utilitas maxima flagitaverie, & ipſorum ſancta converſatio promeruerit, 9. quæſt. 1. cap. 3. 4. & 5. ſeu c. *per Illicitam*, c. *Ab excommunicatis* c. *Ordinationes*.

v. pag. 37.

Damasus Papa. Palea.

„ PEr illicitam manus impoſitionem vulne-
„ ratum capnt illi, qni videbantur aliquid
„ accepiſſe, habebant: & ubi vulnus infixum eſt,
„ neceſſe eſt medicinam sdhiberi, qua infixa ſa-
„ netur macula, id eſt reiterari neceſſe eſt, quod
„ legitime actum, aut collatum minime proba-
„ tur, ſi perfectum eſſe debebitur. Nam quo-
„ modo poſſit honorem retinere, qui ab illn
„ ſcceperit, qui poteſtatem dare non habuit legi-

„ time,

Digitized by Google

GRATIAN. ,, time, invenire non poſſum. *Sed excommu-*
,, *nicati hic intelliguntur, qui in ipſa ſua ordina-*
,, *tione pœnam excommunicationis contraxerunt,*
,, *qui numquam in numero Catholicorum fuerunt.*
,, *Cterum, qui inter Catholicos prius deputati*
,, *ſunt, ſi poſtea excommunicationis ſententia nota-*
,, *ti fuerint, ordinationes tamen eorum ab Eccle-*
,, *ſia miſericorditer tolerantur.*

URBANUS II. ,, AB excommunicatis, quondam tamen Ca-
,, tholicis Epiſcopis ordinatos, ſiquidem
,, non ſimoniace ordines ipſos acceperunt, &
,, ſi ipſos Epiſcopos ſimoniacos non fuiſſe con-
,, ſtiterit; ad hæc, ſi eorum celigioſior vita,
,, & doctrinæ prærogativa viſa fuerit promere-
,, ri, pœnitentia indicta, quam congruam du-
,, xeris, in ipſis, quos acceperunt, ordinibus
,, permanare permittas: ad ſuperiores autem
,, conſcendere non concedimus, niſi neceſſitas,
,, val utilitas maxima flagitaverit, & ipſorum
GRATIAN. ,, ſancta converſatio promaruerit: *Sed & illud*
,, *Gregorii de nominatim excommunicatis intelligi-*
,, *tur, quorum ordinationes irritæ ſunt, ſi eorum da-*
,, *mnatis non erat ordinandis incognita.*

Fallit hoc in quattuor caſibus, in quibus nullo modo diſpenſatur, quos cequire ſupra de ſimonia, §. *Reſtat*, in principio. Si vero ſunt ordinati ab eo, qui recepit ultimam manus impoſitionam extra Eccleſiam; ſi ſcienter, numquam tolerantur; ſi ignoranter, & hoc
v. pag. 37. probaverint, tolerantur, 9. quæſt. 1. cap. *Ordinationes*.

---

§. VII.

Quid agendum circa alios Hæreticos revertentes.

CIrca autem alios Hæreticos revertentes teneas, quod de jure communi non debent recipi, niſi in Laicam communionem, 1. q. 7. c. 1. ſeu, *Si qui Presbyteri*.

CYPRIAN. ad Steph. ,, SI qui Presbyteri, aut Diaconi, qui vel in
,, Eccleſia Catholica prius ordinati fuerint,
,, & poſtmodum perfidi, & rebelles exſtiterint
,, contra Eccleſiam, vel apud Hæreticos a pſeu-
,, do-Epiſcopis, & Antichriſtis contra Chriſti
,, diſpoſitionem profana ordinatione promo-
,, ti ſint, & contra Altare, atque divinum
,, verbum ſacrificia foris falſa, & ſacrilega offerre
,, conati ſint; eos quoque hac conditione ſuſci-
,, pi convenit, cum revertuntur, ut communi-
,, cent Laicis, & ſatis habeant, quod admit-
,, tuntur ad pacem, qui hoſtes pacis exſtiterint;
,, nec debera eos revertentes ea apud nos or-
,, dinationis, & honoris arma retinera, quibus
,, contra nos cebellaverint.

Quadruplex diſpenſatio. Adhibetur tamen erga eos quadruplax diſpenſatio, ſcilicet ſemiplena, plena, plenior, & pleniſſima.

Semiplena, quando recipitur in ordinibus ſuſceptis, ſublata eis omni ſpe promotionis, 1. q. 1. c. *Si quis Hæreticæ*.

LEO PAPA Epiſt. 3. ad Julianum Aquilejenſ. ,, SI quis Hæreticæ communionis contagiona
,, ſe maculaverit, hoc in magno habeat be-
,, neficio, ſi ademta ſibi omni ſpe promotio-
GRATIAN. ,, nis, in quo invenitur ordine, permaneat. *Ec-*
,, *ce ſi Clericus, vel in ordinatione, vel quolibet Sa-*
,, *cramento Hæreticis communicat, ceſſans a pro-*
,, *motione, vix in ſuo ordine perſeverat. Non eſt e-*
,, *nim de Sacramenta hoc, ut de ceteris. Cetera*
,, *enim, vel ad culpas abluendas dantur, ut Ba-*
,, *ptiſmus, & Pœnitentia; vel pro culpis non in æ-*
,, *ternum, ſed ad horam negantur, ut Euchari-*
,, *ſtia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de*
,, *neſariis peccatis conceditur. Hoc non ſolum pro*
,, *culpa, ſed etiam pro infamia interdicitur, &*
,, *pro munditiæ ſuæ imminuta, vel extrinſecæ, vel*
,, *intrinſecæ perfectionis prærogativa, ut bigamis,*
,, *vel viduæ maritis, vel illitteratis, vel corporis*
,, *qualibet parte vitiatis denegatur; quibus tamen*
,, *Baptiſmus, & Eucbariſtia non negatur. Poteſt*
,, *etiam talis cetera Sacramenta ſacerdotaliter ad-*
,, *miniſtrare, qui iſtud ſolum non valet conferre.*

Plena, quando poſſunt fieri Sacerdotes, & non ultra, 1. quæſt. 7. c. *Convenientibus*. v. pag. 24

Plenior, quum poſſunt fieri Epiſcopi, ſed non Primates, 12. Diſtin. cap. *Nos conſuetudinem*.

,, NOs conſuetudinem, quæ tamen contra GREGOR. univerſis Epiſc. Numidiæ.
,, fidem Catholicam nihil uſurpare digno-
,, ſcitur, immotam permanere concedimus,
,, ſive de Primatibus conſtituendis, ſive de ce-
,, teris Capitulis, exceptis his, qui ex Dona-
,, tiſtis ad Epiſcopatum perveniunt, quos pro-
,, vehi ad Primatus dignitatem (etiam cum
,, ordo Clericorum eos deferat ad locum eum-
,, dem) modis omnibus prohibemus. Sufficiat
,, autem illis commiſſæ ſibi plebis curam ge-
,, cere: nun antem illos Antiſtites, quos Ca-
,, tholica fides in Eccleſiæ ſinu & edocuit,
,, & genuit ad obtinendum culmen Primatus
,, anteire.

Pleniſſima, quando ad omnes oedines & dignitates promoventur, 23. quæſt. 4. cap. *Ipſa pietas*.

,, IPſa pietas, veritas, caritas nos non per- AUGUST. Bonifacio Epiſt. 50.
,, mittit contra Cæcilianum eorum homi-
,, num accipere teſtimonium, quos in Eccleſia
,, non videmus, cui Dominus perhibet teſti-
,, monium: qui enim divina teſtimonia non
,, ſequuntur, pondus humani teſtimonii per-
,, diderunt. *Item infra*. Moleſtus eſt Medicus
,, furenti ſrenetico, & Pater indiſciplinato
,, fillo; ille ligando, iſte cædendo; ſed am-
,, bo diligendo. Si autem illos negligant, &
,, perire permittant, iſta potius falſa manſue-
,, tudo eſt crudelitas. *Item infra*. Si per
,, poteſtatem, quam propter raligionem, ac
,, fidem ragum tempore, quo debuit, divino
,, munere accepit Eccleſia; hi, qui inveniun-
,, tur in viis & ſepibus, id eſt in hæreſibus,
,, & Schiſmatibus, coguntur intrare, non quia
,, coguntur, reprehendant, ſed quare cogan-
,, tur, attendant. Convivium Domini eſt u-
,, nitas corporis Chriſti, non ſolum in Sacra-
,, mento Altaris, ſed & in vinculo pacis. *In*
,, *eadem infra*. Theodoſius Imperator legem
,, generaliter in omnes hæreticos promulga-
,, vit, ut quiſquis eorum Epiſcopus, vel Cle-
,, ricus ubilibet eſſet inventus, decem libris
,, auri mulctaretur. *Item infra*. Si duo ali-
,, qui in una domo ſimul habitarent, quam
,, certiſſime ſciremus ruituram, nobiſque id præ-
,, nunciantibus nollent credera, atque in ea-
,, dem manera perſiſterent; ſi inde eos poſſe-
,, mus eruere, vel invitos, quibus imminentem
,, illam ruinam poſtea prædemonſtraremus, ut
,, ulterius redire ſub ejus periculum non au-
,, derent; puto, niſi faceremus, non immeri-
,, to crudeles judicaremur. Porro, ſi unus illo-
,, rum nobis diceret: quando intraveritis eruere

nos

,, nos, memetipſum continuo trucidabo: alter
,, autem nec exire quidem inde, nec eruis
,, vellet, ſed neque necare ſe anderet; quid
,, eligeremus, utrum ambos ruinæ opprimen-
,, dos relinquere; an uno ſaltem per miſericor-
,, diæ noſtram operam liberaro, alterum non
,, noſtra culpa, ſed ſua potius interire?
,, Nemo eſt tam infelix, qui non quid fieri in
,, talibus rebus oporteat, facillime judicet.
,, *Item poſt pauca*. Quod ſi plurimi eſſent in
,, domo ruitura, & inde unus ſaltem liberari
,, poſſet, atque id cum facere conaremur,
,, alii ſemetipſos præcipitio necarent, dolo-
,, rem de ceteris noſtrum de unius ſaltem ſa-
,, lute conſolaremur: non tamen, ne ſeipſos
,, alii perderent, perire univerſos nullo libe-
,, rato permitteremus. Quid igitur de opere
,, miſericordiæ, quod pro vita æterna adipi-
,, ſcenda, & pœna æterna vitanda, homini-
,, bus debemus impendere, judicandum eſt, ſi
,, pro ſalute iſta non ſolum temporali, ſed et-
,, iam brevi, & ad tempus exiguum liberanda,
,, ſic nos ſubvenire hominibus, ratio vera &
,, benigna compellit? *Item infra*. Si (inquiunt
,, Donatiſtæ) oportet, ut & nos extra Eccle-
,, ſiam, & adverſus Eccleſiam fuiſſe pœniteat,
,, ut ſalvi eſſe poſſimus; quomodo poſt iſtam
,, pœnitentiam apud vos clerici, vel etiam E-
,, piſcopi permanemus? hoc non fieret,
,, quoniam re vera (quod fatendum eſt) fieri
,, non deberet, niſi pacis ipſins compenſatione
,, ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multo ma-
,, xime humiliter doleant, qui in tanta mor-
,, te præciſionis jacent, ut iſto quodam vulne-
,, re matris Eccleſiæ reviviſcant. Cum enim
,, præciſus ramus inſeritur, fit aliud vulnus in
,, arbore, quo poſſit recipi, ut vivat, qui ſine
,, vita radicis peribat; ſed cum receptus reci-
,, pienti coaluerit, & vigor conſequetur, &
,, fructus; ſi antem non coalnerit, ille quidem
,, areſcet, ſed vita arboris permanebit. Eſt e-
,, nim & tale inſerendi genns, ut nullo præ-
,, ciſo ramo, qui intus eſt, ille qui foris eſt,
,, inſeratur; non tamen nullo, ſed vel leviſſimo
,, vulnere arboris. Ita ergo & iſti, cum ad
,, radicem catholicam veniunt, nec eis quam-
,, vis poſt erroris ſui pœnitentiam honor cleri-
,, catus, aut Epiſcopatus auſertur, fit quidem
,, aliquid tamquam in cortice arboris matris
,, contra integritatem ſeveritatis: verumtamen,
,, quia *neque qui plumut, eſt aliquid, neque qui ri-*
,, *gat*; ad Dei miſericordiam precibus fuſis coa-
,, leſcente inſitorum pace ramorum, *caritas*
,, *cooperit multitudinem peccatorum*. *Et paullo poſt*.
,, Verum in hujuſmodi cauſſis, ubi per graves
,, diſſenſionum ſciſſuras non hujus, aut illius
,, hominis eſt periculum, ſed plurimorum ſtra-
,, ges jacent; detrahendum eſt aliquid ſevari-
,, tati, ut majoribus malia ſanandis ſincera
,, caritas ſubveniat. Habeant ergo iſti de præ-
,, terito deteſtabili errore, ſicut Petrus habuit
,, de mendacii timore, amarum dolorem, &
,, veniant ad Eccleſiam Chriſti veram, id eſt,
,, catholicam matrem: ſint in illa Clerici:
,, ſint Epiſcopi utiliter, qui contra eam fue-
,, runt hoſtiliter, non invidamus; immo am-
,, plectimur, hortamur, optamus, & quos in
,, viis, ant in ſepibus invenimus, intrare co-
,, gimus, & ſic nondum quibuſdam perſuade-
,, mus; quia non res eorum, ſed ipſos quærimus.

Sed quis poterit diſpenſare? Reſpondetur infra, de diſpenſ. §. *Contra prædictas*.

§. VIII.

Dubius in fide infidelis eſt.

IN Summa nota, quod dubins in fide infidelis eſt, nec ei omnino eſt credendum, qui fidem veritatis ignorat, extra de hæret. cap. *Dubius*.

STEPH. PAPA *Omnibus Epiſcop.*

,, DUbius in fide infidelis eſt, nec eis o-
,, mnino credendum eſt, qui fidem veri-
,, tatis ignorant.

Si tamen aliquis errat in fide, ſeductus forte a parentibus, vel etiam ab aliis, quærit autem cauta ſollicitudine veritatem, paratus corrigi, quum invenerit; nequaquam (ſicut ait Auguſtinus) eſt inter hæreticos daputandus, Cauſſa 24. q. 3. c. *Dixit Apoſtolus*.

,, DIxit Apoſtolus (hæreticum hominem,
,, poſt primam & ſecundam correctionem
,, devita, ſciens quia ſubverſus eſt hujuſmo-
,, di, & peccat, & eſt a ſemetipſo damnatus)
,, ſed qui ſententiam ſuam, quamvis falſam
,, atque perverſam nulla pertinaci animoſitate
,, defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ
,, præſumtionis pepererunt, ſed a ſeductis, at-
,, que in errorem lapſis parentibus acceperunt:
,, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem,
,, corrigi parati cum invenerint; nequaquam
,, ſunt inter hæreticos deputandi.

AUGUST. *Glorio, & aliis Epiſc. Epiſt.* 162.

In articulis autem fidei parum diſtat in vitio, vel decipi, vel decipere poſſe, Cauſſa 16. q. 1. c. *Si cupis*.

,, SI cupis eſſe, quod diceris, Monachus, id
,, eſt, ſolus, quid facis in urbibus, quæ u-
,, tique non ſunt ſolorum habitacula, ſed mul-
,, torum? (& infra) Habeto ſimplicitatem co-
,, lumbæ, ne cuiquam machineris dolos, &
,, ſerpentis aſtutiam, ne aliorum ſupplanteris
,, inſidiis. Non multum diſtat in vitio vel de-
,, cipere poſſe, vel decipi Chriſtiannm, quem
,, ſenſeris tibi, aut ſemper, aut crebro de num-
,, mis loquentem, excepta eleemoſyna (quæ in-
,, differenter omnibus patet) inſtitorem potius
,, habeto, quam Monachum.

HIERON. *ad Paulinum, De inſtitut. Monachi Epiſt.* 13.

Item minus peccatum eſt in contractibus fallere, quam in articnlis fidei falli, Cauſſa 22. q. 2. c. *In ipſarum*.

,, IN ipſarum conſideratione rerum, quæ di-
,, cuntur, tantum intereſt: quia ſive quis
,, fallatur, ſive mentiatur, utcumque falli,
,, quam mentiri, minus eſt malum, quantum
,, pertinet ad hominis volnntatem; tamen lon-
,, ge tolerabilius eſt in his, quæ a religione
,, ſejuncta ſunt, mentiri, quam in his, ſine
,, quorum fide, vel notitia Deus coli non pot-
,, eſt, falli. Item quod dicitur: *Perdes omnes,*
,, *qui loquuntur mendacium*, non de omni men-
,, dacio intelligendum eſt. Sunt enim quæ-
,, dam mendacia, in quibus etſi ſit aliqua cul-
,, pa, non tamen damnabilia ſunt; immo tam-
,, quam non mendacia habenda ſunt: ſunt &
,, alia mendacia, quæ ſunt gravioris culpæ, de
,, quibus intelligitur: *Perdes omnes, qui loquun-*
,, *tur mendacium*.

AUGUST. *in Enchiridion. c.* 18.

Gratianus.

Item ſi quis vult ſcire, quid debet credere, legat ſymbolum, quod cantatur in Miſſa, & *Quicumque vult*, & Diſt. 23. cap. *Qui Epiſcopus*. Extra, de ſumma Trin. & fid. Cath. cap. *Firmiter*.

Concil. Carthag. 4 cui interfuit Auguſtinus.

,, QUi Epiſcopus ordinandus eſt, antea exa-
,, minetur, ſi natura ſit prudens, ſi doci-
,, bilis, ſi moribus temperatus, ſi vita caſtus,
,, ſi ſobrius, ſi pervigil, ſi ſemper ſuis nego-
,, tiis cavens, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſe-
,, ricors, ſi litteratus, ſi in lege Domini in-
,, ſtructus, ſi in ſcripturarum ſenſibus cautus,
,, vel acutus, ſi in dogmatibus Eccleſiaſticis
,, exercitatus, & ante omnia, ſi fidei docu-
,, menta verbis ſimplicibus aſſerat, id eſt, Pa-
,, trem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum
,, Deum eſſe confirmans, totamque Trinita-
,, tis unitatem, deitatem coeſſentialem, & con-
,, ſubſtantialem, & coæternalem, & coomnipo-
,, tentem prædicans; ſi ſingulas quaſque in
,, Trinitate perſonas plenum Deum, & totas
,, tres perſonas unum Deum. Si Incarnatio-
,, nem divinam non in Patre, non in Spiritu
,, ſancto factam, ſed in Filio tantum credat, ut
,, qui erat in divinitate Dei Patris filius, ipſe
,, fieret in homine hominis matris filius, verus
,, Deus ex patre, verus homo ex matre, carnem
,, ex matris viſceribus habens, & animam huma-
,, nam rationalem, ſimulque in eo veritas u-
,, triuſque naturæ, idem Deus & homo, una
,, perſona, unus Filius, unus Chriſtus, unus
,, Deus Creator omnium, quæ ſunt, & auctor,
,, & Rector Deus cum Patre & Spiritu ſancto,
,, omnium creaturarum. qui paſſus ſit pro ſa-
,, lute noſtra vera carnis paſſione, mortuus
,, vera ſui corporis morte, reſurrexit vera ſuæ
,, carnis receptione, & vera animæ reſumtione,
,, in qua veniet judicare vivos, & mortuos.
,, Quærendum eſt etiam ab eo, ſi veteris, &
,, novi teſtamenti, id eſt, legis, & Propheta-
,, rum, & Apoſtolorum unum eumdemque cre-
,, dat auctorem Deum, & ſi Diabolus non per
,, conditionem, ſed per arbitrium factus ſit ma-
,, lus. Quærendum eſt etiam ab eo, ſi credat
,, hujuſmodi, quam geſtamus, carnis, & non
,, alterius reſurrectionem: ſi credat judi-
,, cium futurum, & recepturos ſingulos pro
,, his, quæ in carne hac geſſerunt, vel pœnas,
,, vel præmia; ſi nuptias non prohibeat; ſi ſe-
,, cunda matrimonia non damnet; ſi carnium
,, perceptionem non culpet; ſi pœnitentibus
,, reconciliatis communicet; ſi in baptiſmate
,, omnia peccata, id eſt, tam illud originale pec-
,, catum contractum, quam illa, quæ voluntarie
,, admiſſa ſunt, dimittantur: ſi extra Catholi-
,, cam Eccleſiam nullus ſalvetur. Cum in his
,, omnibus examinatus, fuerit inventus plene
,, inſtructus; tunc cum conſenſu Clericorum,
,, & laicorum, & conventu totius Provinciæ
,, Epiſcoporum, maximeque Metropolitani vel
,, auctoritate, vel præſentia ordinetur Epiſco-
,, pus. Suſcepto in nomine Domini noſtri Je-
,, ſu Chriſti Epiſcopatu, non ſuæ delectationi,
,, non ſuis motibus, ſed his Patrum definitio-
,, nibus acquieſcat.

Innoc. III. in Concil. Generali Lateran.

,, FIrmiter credimus, & ſimpliciter confite-
,, mur, quod unus ſolus eſt verus Deus, æ-
,, ternus, immenſus, & incommutabilis, incom-
,, prehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater,
,, & Filius, & Spiritus ſanctus: tres quidem
,, perſonæ, ſed una eſſentia, ſubſtantia, ſeu
,, natura ſimplex omnino. Pater a nullo, Fi-
,, lius a Patre ſolo, ac Spiritus ſanctus pariter
,, ab utroque; abſque initio, ſemper, ac ſine fi-
,, ne; Pater generans, Filius naſcens, & Spiri-
,, tus ſanctus procedens, conſubſtantiales, &
,, coæquales, & coomnipotentes, & coæterni,
,, unum univerſorum principium; creator o-
,, mnium viſibilium & inviſibilium, ſpiritua-
,, lium & corporalium; qui ſua omnipotenti
,, virtute ſimul ab initio temporis utramque
,, de nihilo condidit creaturam, ſpiritua-
,, lem & corporalem, Angelicam videlicet, &
,, mundanam, ac deinde humanam quaſi com-
,, munem ex ſpiritu & corpore conſtitutam.
,, Diabolus enim & alii dæmones a Deo qui-
,, dem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per
,, ſe facti ſunt mali. Homo vero Diaboli ſug-
,, geſtione peccavit. Hæc ſancta Trinitas ſe-
,, cundum communem eſſentiam individua, &
,, ſecundum perſonales proprietates diſcreta:
,, primo per Moyſem, & ſanctos Prophetas,
,, alioſque famulos ſuos juxta ordinatiſſimam
,, diſpoſitionem temporum, doctrinam huma-
,, no generi tribuit ſalutarem. Et tandem u-
,, nigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus a tota
,, Trinitate communiter incarnatus ex Maria
,, ſemper Virgine, Spiritus ſancti cooperatio-
,, ne conceptus, verus homo factus, ex ani-
,, ma rationali, & humana carne compoſitus,
,, una in duabus naturis perſona, viam vitæ
,, manifeſtius demonſtravit. Qui cum ſecun-
,, dum divinitatem ſit immortalis, & impaſſi-
,, bilis, idem ipſe ſecundum humanitatem fa-
,, ctus eſt mortalis, & paſſibilis. Qui etiam
,, pro ſalute humani generis in ligno crucis
,, paſſus, & mortuus, deſcendit ad inferos,
,, reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cælum,
,, ſed deſcendit in anima, & reſurrexit in car-
,, ne; aſcenditque pariter in utroque, ventu-
,, rus in fine ſæculi judicaturus vivos, & mor-
,, tuos, & redditurus ſingulis ſecundum opera
,, ſua, tam reprobis quam electis, qui omnes
,, cum ſuis propriis reſurgent corporibus, quæ
,, nunc geſtant, ut recipiant ſecundum opera
,, ſua, ſive bona fuerint, ſive mala, illi cum
,, Diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chri-
,, ſto gloriam ſempiternam. Una vero eſt fi-
,, delium univerſalis Eccleſia, extra quam nul-
,, lus omnino ſalvatur, in qua idem ipſe Sa-
,, cerdos eſt ſacrificium Jeſus Chriſtus, cujus
,, corpus, & ſanguis in Sacramento altaris ſub
,, ſpeciebus panis, & vini veraciter contine-
,, tur, tranſubſtantiatis pane in corpus, &
,, vino in ſanguinem poteſtate divina, ut ad
,, perficiendum myſterium unitatis accipia-
,, mus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de no-
,, ſtro. Et hoc utique Sacramentum nemo pot-
,, eſt conficere niſi Sacerdos, qui rite fuerit
,, ordinatus ſecundum claves Eccleſiæ, quas
,, ipſe conceſſit Apoſtolis, eorumque ſucceſ-
,, ſoribus Jeſus Chriſtus: Sacramentum vero
,, Baptiſmi (quod ad Dei invocationem, &
,, individuæ Trinitatis, videlicet Patris, & Fi-
,, lii, & Spiritus ſancti, conſecratur in aqua)
,, tam parvulis, quam adultis in forma Eccle-
,, ſiæ a quocumque rite collatum proficit ad
,, ſalutem. Et ſi poſt ſuſceptionem Baptiſmi
,, quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per
,, veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari.
,, Non ſolum autem virgines, & continentes,
,, verum etiam conjugati, per rectam fidem,
,, & operationem bonam placentes Deo, ad
,, æternam merentur beatitudinem pervenire.

Item *Hæreticum hominem*, ſicut præcipit Apo- *Ad Titum c. 3.*
,, ſtolus, *poſt primam & ſecundam correctionem*
,, *devita*, ſcilicet, quoad ſecreta fidei, quæ non
ſunt

Digitized by Google

ſunt ei propalanda; quia non debemus *margaritas projicere ante porcos*; tantummodo in prima, & ſecunda vice, & poſtea, quoties fuerit opportunum, poſſum, & debeo ipſum monere, ut ceſſet a peccato, ita quod in aliis non communicem ei, quum ſit excommunicatus, 43. diſt. c. *In Mandatis*, & cauſſa 1. q. 7. c. *Convenientibus*, & 24. q. 3. c. *Dixit Apoſtolus*.

v. pag. 9. & 41.

Origenes. ,, IN mandatis habemus, ut venientes ad civitatem diſcamus prios, quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus; quanto magis noſſe oportet, quis qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Solliciti enim & valde ſolliciti debemus eſſe, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos; ſed & ob alias cauſſas utile eſt, viri hujuſmodi habere me notitiam: ſi enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari, quod bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi juſtus, ſi mitis, & humanos eſt (quæ utique bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, nt ei, qoi obtinet bona virtutum, etiam quod deeſt fidei & ſcientiæ, conferatur, & in quibus maculari ejus vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his, quæ palam ſunt, peccatis involutus permanet, & inquinatus, non me oportet ei aliquid de ſecretioribus, & remotis divinæ ſcientiæ proloqui, ſed magis proteſtari, & convenire eum, ut peccare deſinat, & actus ſuos a vitiis emendet. Quod ſi ingeſſerit ſe, & provocaverit nos dicere ea, quæ eum minus recte agentem non oporteat audire; prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſſa, utile non videtur, ne forte exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen, & ſic fides eorum lædatur non intelligentium propoſitum noſtrum.

Matth. 7.

Sed quid, ſi ipſe diſputando ſe ingerat & provocet nos dicere ſecreta fidei, quæ ipſum non deceat audire? Tunc prudenter debemus eum eludere; nam nihil omnino reſpondere, auditorum cauſſa, utile non videtur, ne forte exiſtiment, nos reſponſionis penuria declinare certamen; & ſic fides eorum lædatur, non intelligentium propoſitum noſtrum. Diſputare ergo cum hæreticis coram populo, vix poteſt eſſe ſine periculo, quum tales non intendant ad aliud, niſi ut reprehendant, & poſſint rumpere tunicam Domini. Diſt. 34. cap. *In mandatis*, cauſſa 24. quæſt. 1. cap. *Quoniam vetuſto*.

v. ſupra.

Hieron. *Joan. 19.* ,, QUoniam vetuſto oriens inter ſe populorum furore colliſus indiſciſſam Domini tunicam, & deſuper contextam minutatim per fruſta diſcerpit, & Chriſti vineam vulpes exterminant, ut inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, ubi fons ſignatus, & hortus ille concluſus ſit, poſſit intelligi; ideo mihi Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam. Inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, unde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Neque vero tanta vaſtitas elementi liquentis, & interjacens latitudo terrarum me a pretioſæ margaritæ potuit inqoiſitione prohibere. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregantur & aquilæ: profligato a ſobole mala patrimonio, apud vos ſolos incorrupta Patrum omnino ſervatur hæreditas. Ibi ceſpite terra fœcundo Dominici ſeminis puritatem centeno fructu refert. Hic obruta ſulcis frumenta in lolium, avenaſque degenerant. Nunc in occidente ſol juſtitiæ oritur. In orienre autem lucifer ille, qui ceciderat, ſupra ſidera poſuit thronum ſuum. Vos eſtis lux mundi, vos eſtis ſal terræ, vos vaſa aurea, & argentea, hic teſtacea vaſa, vel lignea virga ferrea, & æterno operiuntur incendio. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo; tamen invitat humanitas: a Sacerdote victima ſalutem, a paſtore præſidium ovis flagito; ſatiſcat invidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Chriſti loquor; ego nullum præmium, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Sancti Petri communione conſocior; ſuper illam petram fundatam Eccleſiam ſcio; quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt: ſi quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio; & quia pro facinoribus meis ad eam ſolitudinem commigravi, quæ Syriam conjuncto Barbariæ fine determinat, nec poſſum ſanctum Domini, tot interjacentibus ſpatiis a ſanctimonia tua ſemper expetere. Ideoque hic collegas tuos, Ægyptios Confeſſores ſequor, & ſub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque non tecum colligit, ſpargit; hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antiehriſti eſt.

Matth. 24. *Matth. 5* *Genes. 7.* *Matth. 1.*

Item ne hæretica pravitas, vel alia vitia ſnb ſpecie virtutum occulte ſubintrent, interdicendum eſt laicis, cujuſcumque ordinis cenſeantur, officium prædicandi, de hæret. c. *Sicut in uno*.

Gregor. IX. *Archiep. Mediolan.* ,, SIcut in uno corpore (& infra) Cum igitur nonnulli laici prædicare præſumant, & verendum nimis exſiſtat, ne vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrent; nos attendentes, quod Doctorum ordo eſt in Eccleſia Dei quaſi præcipuus, mandamus quatenus, cum alios Dominus Apoſtolos dederit, alios Prophetas, alios vero Doctores, interdicas laicis univerſis, cujuſcumque ordinis cenſeantur, uſurpare officium prædicandi.

TITULUS VI.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.

DIctum eſt de hæreticis; ſed quoniam ſchiſma inducit hæreſim, ut infra dicetur, conſequenter de ſchiſmaticis agamus. Videamus igitur, quid ſit ſchiſma, unde dicatur, in quo differat ab hæreſi, qua pœna ſchiſmatici feriantur, poſtmodum viſuri de ordinationibus, & alienationibus factis a ſchiſmaticis.

§. I.

Quid ſit ſchiſma, unde dicatur, & in quo differat ab hæreſi?

SChiſma eſt illicita diſceſſio eorum, inter quos unitas eſſe debet: vel ſic: Schiſma eſt illicitus ab unitate, ſeu ab univerſitate diſceſſus.

Dicitur autem ſchiſma a ſciſſura, quia per ſchiſma fit in unitate ſciſſura, 24. quæſt. 1. c. *Schiſma*.

PELAGIUS *Papa*. „ SChiſma ſiquidem ipſum, quod græcum nomen eſt, ſciſſuram ſonat; ſed in unitate „ ſciſſura eſſe non poteſt. Non ergo unitati „ communicant, qui ſchiſmaticis communicant. „ Partes ſibi fecerunt, & ab eo, quod unum „ eſt, ut Apoſtoli Judæ jam verbis loquar, „ ſemetipſos ſegregantes, Spiritum non habent; „ quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non ſunt; ut quia in parte eſſe „ voluerunt; ut quia Spiritum non habent „ corporis Chriſti, ſacrificium habere non poſſint....

Differt autem ab hæreſi, quia in principio ſui habet hæreſia perverſum dogma, quod non habet ſchiſma; licet in fine confingat aliquam hæreſim, ut recte ab Eccleſia receſſiſſe videatur. Ita dicit Joan. 24. q. 3. cap. *Inter hæreſim*.

HIERON. *In Epiſt. ad Titum c. 3.* „ INter hæreſim & ſchiſma hoc intereſſe arbitrantur, quod hæreſis perverſum dogma „ habeat, ſchiſma propter Epiſcopalem diſſenſionem ab Eccleſia pariter ſeparat; quod equidem in principio aliqua ex parte intelligi „ poteſt. Ceterum nullum ſchiſma non aliquam ſibi hæreſim confingit, ut recte ab Eccleſia receſſiſſe videatur.

Unde poſſet dici, quod eſſet talis differentia, qualis inter diſpoſitionem, & habitum: primo enim dicitur ſchiſma; ſed quum poſt tempus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ, aſſerens non eſſe obediendum Romanæ Eccleſiæ; eſt hæreſis, quia peccat in illo articulo fidei: *Unam ſanctam Catholicam Eccleſiam*. Vel dic, quod talis eſt differentia, qualis inter genua, & ſpeciem: quia omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus; ſed non e converſo.

§. II.

Qua pœna feriantur ſchiſmatici?

PUniuntur ſchiſmatici multipliciter tam a Domino, quam a judice homine: volens enim Dominus nobis oſtendere, quam horrendum ſit hoc deteſtabile crimen ſchiſma, Chore, Datan, & Abiron punivit hiatu terræ, ſepultis auctoribus univerſis, & ceteris cæleſti igne conſumtis. Item decem Tribus, quæ poſt mortem Salomonis, relicto Roboam filio ſuo, facientes ſchiſma, adhæſerunt Jeroboam, demolivit, & dedit in diſperſionem. Item Abdo propheta miſſus a Domino ad Jeroboam ad exprobrandum ſibi peccatum ſchiſmatis, prohibitus eſt apud illos ſchiſmaticos panem comedere, & aquam bibere, quod quia non ſervavit, rediens morſu leonis in itinere necatus eſt. Unde propter magnitudinem pœnæ videtur Hieronymua ſentire, quod hoc peccatum ſit gravius hæreſi, & omni peccato; ait enim.

AUGUST. *non Hieronymus*. „ IDolum fabricatum atque adoratum eſt, „ & propheticus liber ira Regis contemtoris incenſus, & ſcbiſma tentatum, & idololatria gladio punita eſt, exuſtio libri bellica „ cæde, & peregrina captivitate; ſchiſma hiatu terræ ſepultis auctoribus vivis, & cætera „ cæleſti igne conſumtis: quis jam dubitaverit „ hoc eſſe ſceleratius commiſſum, quod eſt „ gravius vindicatum? 24. q. 1. c. *Non afferamus*.

AUGUST. *lib. 2. de Bapt. c. 6.* „ NOn afferamus ſtateras doloſas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro dicentes, hoc grave eſt, hoc leve eſt; ſed afferamus divinam „ ſtateram de ſcripturis ſacris tamquam de theſauris Dominicis, & in illa, quid ſit gravius, „ appendamus; immo non appendamus, ſed a Domino appenſa recognoſcamus. Tempore illo, „ quo Dominus priora delicta recentibus pœnarũ „ exemplis cavenda monſtravit, & idolum fabricatum atque adoratum eſt, &c. ut ſupra.

Sed contra: hæreſia eſt majus crimen, quia obtinet primum locum in pœnis, cauſſa 32. q. 7. cap. *Quid in omnibus*.

EX EPIST. *Clementis ad Jacob*. „ QUid in omnibus peccatis adulterio eſt „ gravius? ſecundum namque in pœnis „ obtinet locum; quoniam quidam primum habent illi, qui aberrant a Deo, etiamſi ſobrie „ vixerint.

Solutio. Dic, quod omne ſchiſma habet hæreſim annexam, maxime ex quo perſeverat, ut ſupra: vel die: licet hæreſis ſit majus crimen in ſui natura, quam ſchiſma; tamen quia ex majori contumacia illi, de quibus ait Hieronymus, videntur feciſſe ſchiſma, quam alii idololatriam, gravius dicuntur peccaſſe; & ſecundum hoc, illud, *Sceleratius*, erit adverbium: nam quanto major eſt contemtus, tanto magis ſcelerate peccatur; a Judice autem homine puniuntur ſpiritualiter, videlicet per excommunicationem, vel depoſitionem, ut Diſt. 23. c. *In nomine Domini*. Extra, de Schiſmaticis c. 2. ſeu *Fraternitati*.

AUGUST. *non Hieronymus*.

NICOLAUS *Papa II. in Concil. Lateran.* „ IN nomine Domini noſtri Salvatoris Jeſu „ Chriſti. Anno ab incarnatione ejuſdem „ MLIX. Menſe Aprili, indictione XXII. propoſitis Sacroſanctis Evangeliis, præſidente „ quoque Reverendiſſimo, ac Beatiſſimo Nicolao Apoſtolico Papa in baſilica Lateranenſis Patriarchii, quæ cognominatur Conſtantiniana, conſidentibus etiam Reverendiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, „ Diaconis, idem Venerabilis Pontifex auctoritate Apoſtolica decernens de electione ſummi Pontificis, inquit:

„ Novit Beatitudo veſtra, dilectiſſimi fratres, „ & Epiſcopi, inferiora quoque membra Chriſti non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædeceſſore noſtro, hæc „ Apoſtolica ſedes, cui, auctore Deo, deſervio, „ quot adverſa pertulerit, quot denique per ſimoniacæ hæreſis trapezitas repetitis malleis, „ crebriſque tunſionibus ſubjacuerit; adeo ut „ columna Dei viventis jamjam pene videretur „ concuſſa nutare, & ſagena ſummi piſcatoris, TRAPEZ. *id eſt Campſores*.

„ pro-

,, procellis intumeſcentibus cogeretur in nau-
,, fragii profunda ſubmergi. Unde ſi placet fra-
,, ternitati veſtræ, debemus, auxiliante Deo,
,, futuris caſibus prudenter occurrere, & Eccle-
,, ſiaſtico ſtatui, ne recidiva (quod abſit) ma-
,, la prævaleant, præcavere. Quapropter inſtru-
,, cti prædeceſſorum noſtrorum, aliorumque
,, ſanctorum Patrum auctoritate, decernimus,
,, atque ſtatuimus, ut obeunte hujus Roma-
,, næ univerſalis Eccleſiæ Pontifice, inprimis
,, Cardinales Epiſcopi diligentiſſime ſimul de
,, electione tractantes, mox Chriſti clericos
,, Cardinales adhibeant: ſicque reliquus Cle-
,, rus, & populus ad conſenſum novæ electio-
,, nis accedat, nimirum præcaventes, ne vena-
,, litatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Et
,, ideo Religioſiſſimi viri præduces ſint in pro-
,, movenda Pontificis electione, reliqui autem
,, ſequaces. Certus vero, atque legitimus hinc
,, electionis ordo perpenditur, ſi perſpectis di-
,, verſorum Patrum regulis, ſive geſtis, etiam
,, illa Beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſenten-
Nulla dist. 62. c. 1. ,, tia recolatur. *Nulla*, inquit, *ratio ſinit, ut*
,, *inter Epiſcopos habeantur, qui nec a clericis ſunt*
,, *electi, nec a plebibus expetiti, nec a Compro-*
,, *vincialibus Epiſcopis cum Metropolitani judicio*
,, *conſecrati*. Quia vero ſedes Apoſtolica cun-
,, ctis in orbe terrarum præfertur Eccleſiis,
,, atque ideo ſuper Metropolitanum habere non
,, poteſt, Cardinales Epiſcopi proculdubio Me-
,, tropolitani vice funguntur, qui videlicet e-
,, lectum Epiſcopum ad Apoſtolici culminis a-
,, picem provehant. Eligatur autem de ipſius
,, Eccleſiæ gremio, ſi reperiatur idoneus; vel
,, ſi de ipſa non invenitur, ex alia aſſumatur:
,, ſalvo debito honore, & reverentia dilecti fi-
,, lii noſtri Henrici, qui impræſentiarum Rex
,, habetur, & futurus imperator, Deo conce-
,, dente, ſperatur; ſicut jam ſibi conceſſimus,
,, & ſucceſſoribus illius, qui ab hac Apoſtolica
,, ſede perſonaliter hoc jus impetraverint. Quod
,, ſi pravorum, atque iniquorum hominum i-
,, ta perverſitas invaluerit, ut pura, ſincera,
,, atque gratuita fieri in urbe non poſſit ele-
,, ctio; Cardinales, Epiſcopi cum Religioſis
,, Clericis, Catholiciſque laicis, licet paucis,
,, jus poteſtatis obtineant eligere Apoſtolicæ
,, ſedis Pontificem, ubi congruere viderint.
,, Plane, poſtquam electio fuerit facta, ſi
,, bellica tempeſtas, vel qualiſcumque homi-
,, num conatus, malignitatis ſtudio reſtiterit,
,, ut is, qui electus eſt, in Apoſtolica ſede jux-
,, ta conſuetudinem inthroniaari non valeat;
,, electus tamen, ſicut verus Papa, obtioeat
,, auctoritatem regendi Romanam Eccleſiam,
,, & diſponendi omnes facultates illius: quod
,, B. Gregorium ante ſuam conſecrationem
,, feciſſe cognovimus. Quod ſi quis contra hoc
,, noſtrum decretum Synodali ſententia pro-
,, mulgatum, per ſeditionem, vel præſumtio-
,, nem, aut quolibet ingenio electus, aut et-
,, iam ordinatus, ſeu inthronizatus fuerit,
,, auctoritate divina, & ſanctorum Apoſtolo-
,, rum Petri, & Paulli, perpetuo anathe-
,, mate cum ſuis auctoribus, fautoribus, &
,, ſequacibus, a liminibus ſanctæ Dei Eccle-
,, ſiæ ſeparatus abjiciatur, ſicut Antichriſtus,
,, invaſor, & deſtructor totius Chriſtianitatis;
,, nec aliqua ſuper hoc ei audientia reſerve-
,, tur, ſed ab omni Eccleſiaſtico gradu, in
,, quocumque fuerat prius, ſine retractatione
,, deponatur, cui quiſque adhæſerit, vel qua-
,, lemcumque tamquam Pontifici reverentiam
,, exhibuerit, aut in aliquo eum defendere
,, præſumſerit, pari ſententia ſit mancipatus.
,, Quiſquis autem hujus noſtræ decretalis ſen-
,, tentiæ temerator exſtiterit, & Romanam
,, Eccleſiam ſua præſumtione confundere, &
,, conturbare contra hoc ſtatutum tentaverit,
,, perpetuo anathemate, atque excommunica-
,, tione damnetur, & cum impiis, qui non
,, reſurgent in judicio, reputetur, omnipoten-
,, tis iram contra ſe ſentiat, & ſanctorum A-
,, poſtolorum Petri, & Paulli, (quorum Ec- *Pſalm. 1.*
,, cleſiam præſumit confundere) in hac vita, &
,, in futura furorem ſentiat. *Fiat habitatio e-* *Pſalm. 68.*
,, *jus deſerta, & in tabernaculis ejus non ſit,* *Pſalm.*
,, *qui inhabitet: fiant filii ejus orfani, & uxor e-* *108.*
,, *jus vidua: Commotus, amoveatur ipſe, & filii*
,, *ejus & emendicent, & ejiciantur de habitatio-*
,, *nibus ſuis: orbis terrarum pugnet contra eum,* *Sapien. 5.*
,, & cuncta elementa ſint ei contraria, & o-
,, mnium ſanctorum quieſcentium merita illum
,, confundant, & in hac vita ſuper eum aper-
,, tam vindictam oſtendant. Obſervatotes au-
,, tem hujus noſtri decreti, omnipotentis Dei
,, gratia protegat, & auctoritas Beatorum A-
,, poſtolorum Petri, & Paulli ab omnium pec-
,, catorum vinculis abſolvat.

,, FRaternitati tuæ (& infra) Priorem, INNOC. III.
,, quem a ſchiſmatico aſſeris fuiſſe ordina- *Biſunt.*
,, tum, ab officio poteris repellere incunctan- *Archiep.*
,, ter: niſi legitime probaverit ſecum fuiſſe
,, miſericorditer diſpenſatum, & ab ea perſo-
,, na, quæ ſuper hoc poteſtatem habuerit
,, diſpeuſandi.

Item pecuniariter punitur. Arg. 23. q. 7. c. *Quod autem*. *v. pag. 34.*

Et ſi neceſſe eſt manu militari, id eſt, armata, diſt. 17. c. *Nec licuit*, cauſſa 11. quæſt. 1. c. *Petimus*.

,, NEc licuit alicui aliquando, nec licebit, par- GELAS.
,, ticularem Synodum congregare; ſed quo- *Papa*
,, ties aliqua de univerſali Synodo aliquibus *Alii me-*
,, dubitatio naſcitur, ad recipiendam de eo, *lius di-*
,, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte *cunt* PALAGIUS.
,, hi, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad
,, Apoſtolicam ſedem pro recipienda ratione
,, conveniant: aut ſi forte, ſicut de talibus
,, ſcriptum eſt: *Peccator cum pervenerit in pro-* *Proverb.*
,, *fundum malorum, contemnit*, ita qui obſtinati, *18.*
,, & contumaces exſtiterint, ut doceri non ve-
,, lint; eos ab eiſdem ſedibus Apoſtolicis aut
,, attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt,
,, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſe-
,, cundum Canones per ſæculares oportet oppri-
,, mi poteſtates.

,, PEtimus, ut dignemini dare fiduciam, qua Ex CONC.
,, neceſſitate ipſa cogente liberum nobis ſit *Cartag. 3.*
,, rectorem Provinciæ ſecundum ſtatuta glorio-
,, ſiſſimorum Principum adverſus illum adire,
,, qui plebem, quam invaſerat, uſque hodie
,, commonitus, ſecundum quod ſtatutum fue-
,, rat, relinquere contemnit, ut qui miti ad-
,, monitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere no-
,, luerit, & emendare illicitum; auctoritate
,, judiciaria protinus excludatur. Aurelius E-
,, piſcopus dixit: Servata forma diſciplinæ, non
,, æſtimabitur appetitus, ſi a veſtra charitate
,, modeſte conventus, recedere detrectaverit,
,, cum fuerit ſuo contemtu, & contumacia
,, faciente, judiciaria poteſtate conventus. Ho-

,, nora-

,, noratus, & Urbanus Epiſcopi dixerunt; hoc
,, ergo omnibus placet. Ab univerſis Epiſcopia
,, dictum eſt: Juſtum eſt: Placet.

Qualiter autem iſtæ pœnæ ſint ordinandæ, & utrum ſimul debeant imponi? Reſpondetur infra de pœn. *§. In ſumma*.

---

§.. III.

Quid juris de ordinatis a ſchiſmaticis, & de alienationibus ab ipſis factis?

NUnc videndum, quid juris ſit de ordinatis ab eis. In hoc dixerunt Joan. & Roffredus, quod, qui recipit ultimam manus impoſitionem in Eccleſia, id eſt ordinem Epiſcopalem, ordines confert, ſed non executionem, &c. & dic indiſtincte per omnia & per eadem jura, ut de ordinatis ab hæreticis eſt diſtincte ſupra Titulo prox. de hæreticis, §. *Item numquid*, ab illo verbo, *Nota quod Joan. & Roffred.* uſque ad verſum, *Circa alios autem hæreticos*.

Alienationes autem rerum Eccleſiaſticarum ab intruſis, vel ſchiſmaticis factæ non valent. Unde debent ad Eccleſiam ſine onere reverti; ut de ſchiſm. c. 1. ſeu c. *Quod*, & 12. q. 2. c. *Alienationes*.

Ex Conc. *Lateran. ſub Alex. III.*
,, QUod a prædeceſſore noſtro (Et infra)
,, Ordinationes ab Octaviano, & Guidone
,, Hæreſiarchis factas, & ab ordinatis ab eis ir-
,, ritas eſſe cenſemus, adjicientes, ut qui digni-
,, tates Eccleſiaſticas, ſeu beneficia per dictos
,, ſchiſmaticos acceperint, careant impetratis.
,, Alienationes quoque, quæ per eoſdem ſchiſ-
,, maticos, ſeu per laicos factæ ſunt de rebus
,, Eccleſiaſticis, omni careant firmitate, & ad
,, Eccleſias ſine omni onere revertantur. Si
,, quis autem contraire præſumſerit, excommu-
,, nicationi ſe noverit ſubjacere. Illos vero, qui
,, ſponte juramentum de tenendo ſchiſmate
,, præſtiterint, a ſacris ordinibus, & dignitati-
,, bus decernimus manere ſuſpenſos.

Urbanus *Papa*.
,, ALienationes omnium per intruſionem
,, ſeu Canonice electorum ſub Epiſcopi
,, nomine, aut Abbatis, qui ſecundum ſuæ Ec-
,, cleſiæ uſum conſecrandus eſt, alienationes
,, dico quocumque modo factas, necnon &
,, ordinationes perſonarum ab eiſdem ſine com-
,, muni conſenſu Clericorum Eccleſiæ, ſive
,, per ſimoniam itidem factas, irritas judicamus.
,, Illud etiam per omnia interdicimus, ut nul-
,, lus Clericus Præbendam ſuam, ſeu benefi-
,, cium aliquod Eccleſiaſticum aliquo modo a-
,, lienare præſumat; quod ſi præſumtum olim
,, fuerit, vel aliquando fuerit, irritum erit,
,, & ultioni Canonicæ ſubjacebit.

Et ipſi tenentur reſtituere loca, ſi qua invaſerunt, & fructus omnes perceptos, & qui percipi potuiſſent, ſecundum diſtinctionem poſitam in ſimoniaco, ſupra de ſimonia, §. *Circa pœnam ſimoniaci*, verſ. *Qui recipit beneficium ſimoniace, tenetur renunciare beneficio*.

Item quum omne ſchiſma intendat ſibi conſtituere Eccleſiam, ut univerſalem Eccleſiam impugnare; vix, vel numquam poteſt eſſe ſine hæreſi, & omnino debent abjurare ſchiſma, & ſatisfacere ad mandatum Eccleſiæ, & debent recipi cum manus impoſitione, ut accipiant Spiritum ſanctum, qui extra Eccleſiam non eſt, nec dari poteſt, 24. quæſt. 1. cap. *Didicimus*, & cap. *Pudenda*, & cap. *Schiſma*.

,, DIdicimus omnes omnino hæreticos, & Cyprian. *Magno Filio lib. 1. Epiſt. 6.*
,, ſchiſmaticos nil habere poteſtatis & ju-
,, ris; propter quod Novatianus nec debet, nec
,, poteſt excipi, quominus ipſe quoque extra
,, Eccleſiam conſiſtens, & contra pacem, ac
,, dilectionem Chriſti faciens, inter adver-
,, ſarios, & antichriſtos computetur. *Et paul-*
,, *lo poſt*. Eccleſia una eſt, quæ una & in-
,, tus eſſe, & foris eſſe non poteſt. Si e-
,, nim apud Novatianum eſt, apud Corne-
,, lium non fuit: ſi vero apud Cornelium fuit,
,, qui Fabiano Epiſcopo legitima ordinatione
,, ſucceſſit, & quem præter Sacerdotii hono-
,, rem, martyrio quoque Dominus glorifica-
,, vit; Novatianus in Eccleſia non eſt, nec
,, Epiſcopus computari poteſt, qui Evangeli-
,, ca, & Apoſtolica traditione contemta ne-
,, mini ſuccedens, a ſe ipſo ortus eſt: ha-
,, bere namque, aut tenere Eccleſiam nullum-
,, modo poteſt, qui ordinatus in Eccleſia non
,, eſt. *Et paullo poſt*. Quod vero eumdem,
,, quem & nos, Deum patrem, eumdem
,, filium Chriſtum, eumdem Spiritum ſan-
,, ctum noſſe dicuntur; nec hoc adjuvare pot-
,, eſt tales (& infra) Invenimus in tali fa-
,, cinore non ſolum duces & auctores, ſed et-
,, iam participes pœnis deſtinari, niſi a com-
,, munione malorum ſe ſeparaverint, præci-
,, piente Domino per Moyſem, & dicente:
,, *Separamini a tabernaculis hominum iſtorum du-* Num. 16.
,, *riſſimorum, & nolite tangere de omnibus, quæ ſunt*
,, *eorum, ne ſimul pereatis in peccatis eorum*: &
,, quod comminatus per Moyſem Dominus fue-
,, rat, implevit, ut quiſquis ſe a Chore, &
,, Dathan, & Abiron non ſeperaſſet, pœnas
,, ſtatim pro impia communione perſolveret.
,, Quo exemplo oſtenditur, & probatur, obno-
,, xios omnes & culpæ, & pœnæ futuros,
,, qui ſe ſchiſmaticis contra Præpoſitos, & Sa-
,, cerdotes irreligioſa temeritate miſcuerint:
,, ſicut etiam per Oſeam Prophetam Spiritus
,, ſanctus teſtatur, & dicit: *Sacrificia eorum* Oſeæ 9.
,, *tamquam panis luctus: omnes, qui manducant ea,*
,, *contaminabuntur*, docens ſcilicet, & oſtendens
,, omnes omnino cum auctoribus ſuis ſuppli-
,, cio conjungi, qui fuerint eorum peccatis
,, contaminati. Quæ ergo apud eos merita eſſe
,, circa Deum poſſunt, quibus ſupplicia divi-
,, nitus irrogantur? (& infra) Si autem foris
,, cuncti Schiſmatici & hæretici non habent
,, Spiritum ſanctum, & ideo apud nos eis ma-
,, nus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic
,, nec eſſe, nec dari poteſt; manifeſtum eſt,
,, nec remiſſionem peccatorum dari per eos
,, poſſe, quos conſtat Spiritum ſanctum non
,, habere.

,, PUdenda, ut ita dicam, rapina in diviſione Pelagius *Papa*.
,, eſt non conſecratus, ſed exſecratus Epi-
,, ſcopus: ſi enim ipſum nomen conſecrationis
,, rationabili, ac vivaci intellectu diſcutimus,
,, is, qui cum univerſali detrectat conſecrari Ec-
,, cleſia, conſecratus dici, vel eſſe nulla ratione
,, poterit: conſecrare enim eſt ſimul ſacrare; ſed
,, ab Eccleſiæ viſceribus diviſus, & ab Apoſto-
,, licis ſedibus ſeparatus exſecrat ipſe potius, &
,, non conſecrat. Jure ergo exſecratus tantum,
,, & non conſecratus poterit dici, quem ſimul
,, ſacra-

,, ſacrare in unitate coniunctis membris non
,, agnoſcit Eccleſia. Videamus tamen utrum,
,, vel ipſarum conſuetudinem partium in ſua
,, ordinatione conſervaverint; nempe is mos
,, antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel
,, difficultate itineris ab Apoſtolico oneroſum
,, illis fuerat ordinari, ipſi ſe invicem Medio-
,, lanenſis, & Aquilejenſis ordinare Epiſcopi
,, debuiſſent, ita tamen, ut in ea civitate, in
,, qua erat ordinandus Epiſcopus, alterius ci-
,, vitatis pontifex occurrere debuiſſet, ut or-
,, dinandi electio a præſenti ordinatore ex con-
,, ſenſu univerſalis, cui præficiendus erat, Ec-
,, cleſiæ, melius, ac facilius potuiſſet agnoſci,
,, & in ſua, qui ad Epiſcopatum provehendus
,, erat, nec tamen ordinatori ſuo ſubdendus
,, fuerat, ordinaretur Eccleſia. Etenim cum,
,, ſicut dicimus, Eccleſia una ſit, cui in Canti-
Can. 6. ,, cis canticorum dicitur: *Una eſt columba mea*,
,, nullam aliam eſſe conſtat, niſi quæ in A-
,, poſtolica radice fundata eſt; a quibus ipſam
,, fidem in univerſo orbe propagatam eſſe, non
,, poteſt dubitari. Quod vobis licet notiſſimum
,, omnino ſit, Beati tamen Auguſtini teſtimo-
Simile ,, nio comprobemus. Audite quid in quodam
quoddam ,, opere ſuo præclariſſimus doctor dicat Eccle-
Diſt. 11. ,, ſiæ. Ait enim, quod ſi nullo modo recte dici
c. Palam. ,, poteſt Eccleſia, in qua ſchiſma eſt, reſtat, ut
,, quoniam Eccleſia nulla eſſe non poteſt, ea
,, ſit, quam in ſedis Apoſtolicæ per ſucceſſio-
,, nes Epiſcoporum radice conſtitutam, homi-
,, num nullorum malitia (etiamſi nota excludi
,, non poſſit, ſed pro temporis ratione tole-
,, randa judicetur) ullo modo valeat extin-
,, guere.

IDEM ,, SChiſma...... Non autem nobis nunc il-
,, la quæſtio eſt utrum tolerare malos, ſed
,, utrum debeamus ſchiſmaticis ſociari? Si e-
,, nim etiam ipſi, licet in ſenſu ſuo abundan-
,, tes, inter materna tamen viſcera poſiti quæ-
,, rerent veritatem, a nobis repellandi non e-
,, rant, donec apud eos ratione duce rei veri-
,, tas claruiſſet; ſed quia ſe ab univarſali Ec-
,, cleſia diviſerunt, ſicut B. Auguſtinus ait,
,, omnis catholicus ſecurus eam partem dete-
,, ſtatur, cui Eccleſiam univerſalem Apoſtoli-
,, cis ſedibus ruburatam non communicare co-
,, gnoſcit; nec enim levigat crimen eorum,
,, magis vero auget, quod eos diu reſtitiſſe di-
,, ximus, ne Apoſtolicis ſedibus communican-
v. pag. 39. & 44. ,, tes, in ſua communione raciperent....

TITULUS VII.

De Apoſtatis.

EGimus de hæreticis, & ſchiſmaticis; ſed quia utrique cadunt in apoſtaſiam, merito conſequenter de ipſa, tamquam utrique conjuncta, videamus. Unde notandum eſt, quid ſit apoſtaſia; quæ ejus ſpecies; qua pœna Apoſtatæ feriantur; & qualiter revertentes recipiantur?

§. I.

Quid ſit apoſtaſia, & quæ ejus ſpecies?

APoſtaſia eſt temerarius a ſtatu fidei, obedientiæ, vel religionis receſſus, & dicitur apoſtaſia, quia *poſt ſtatio*, id eſt, retrogradatio, vel retrogradus ſtatus.

Eſt autem triplex apoſtaſia, ſcilicet perfidiæ, inobedientiæ, & irregularitatis. *Triplex Apoſtaſia.*

Perfidiæ, qua quis recedit a fide; ut Julianus Apoſtata. De hac habetur 2. quæſt. 7. c. *Non poteſt*.

,, NOn poteſt erga homines eſſe fidelis, qui *Ex Conc. Toletan. IV.*
,, Deo extiterit infidus. Judæi ergo, qui
,, dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti
,, fidem prævaricati ſunt, ad teſtimonium di-
,, cendum admitti non debent, quamvis ſe eſ-
,, ſe Chriſtianos annuncient; quia ſicut in fi-
,, de Chriſti ſuſpecti ſunt, ita & in teſtimonio
,, humano dubii habentur. Infirmari ergo o-
,, portet eorum teſtimonium, qui in fide falſi
,, docentur, nec eis eſt credendum, qui veri-
,, tatis a ſe fidem abjecerunt.

Inobedientiæ, qua quis tranſgreditur ſpontanea voluntate mandatum, vel præceptum; ut Adam, & Eva, & qui ſacris canonibus obedire contemnunt. De hac 3. q. 4. c. *Alieni*. Extra, de major. obed. c. *Si quis*.

,, ALieni erroris ſocietatem ſectantem, vel IGINIUS *Papa.*
,, a ſui propoſiti tramite recedentem, aut
,, Apoſtolicæ ſedis juſſionibus inobedientem ſu-
,, ſcipare non poſſumus, nec impetere recte
,, credentes, vel ſanctorum Patrum juſſioni-
,, bus obtemperantes permittimus, quia in-
,, ter fideles, & infideles magna debet eſſe
,, diſcretio.

,, SI quis venerit contra decretum Epiſcopi, GREGOR.
,, ab Eccleſia abjiciatur. In lib. Reg. legi- 1. *Reg.* 13.
,, tur: *Qui non obedierit principi, morte moriatur*:
,, & in concilio Agathenſi, quod anathemati-
,, zetur.

Irregularitatis, qua quis a ſtatu ſumtæ religionis recedit; ut quum apoſtatat Monachus, Clericus, vel Converſus, vel aliquis religioſus. De hac Diſt. 47. c. *Quantumlibet*, Cauſſa 16. q. 1. c. *Legi*.

,, QUantumlibet vigilet diſciplina domus AUGUST.
,, meæ, homo ſum, & inter homines vi- *Cl. & pop.*
,, vo; nec mihi arrogare audeo, ut domus *Hipp. Epiſt.* 137.
,, mea melior ſit quam arca Noe, ubi inter o- *Geneſ.* 9.
,, cto homines unus reprobus inventus eſt; aut
,, melior ſit, quam domus Abrahæ, ubi dictum *Gen.* 21.
,, eſt: *Ejice ancillam, & filium ejus*; aut melior
,, ſit, quam domus Iſaac, cui de duobus gemi- *Malac.* 1.
,, nis dictum eſt: *Jacob dilexi, Eſau autem odio*
,, *habui* (& infra) Simpliciter autem fateor ca-
,, ritati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui
,, eſt teſtis mihi ſuper animam meam, ex quo
,, Deo ſervire cœpi: quomodo difficile ſum ex-
,, pertus meliores, quam qui in monaſteriis
,, profecerunt; ita non ſum expertus pejores,
,, quam qui in monaſteriis defecerunt; ita ut
,, hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: *Qui* *Apoc.* 22.
,, *eſt juſtus, juſtificetur adhuc, & qui in ſordibus*
,, *eſt, ſordeſcat adhuc*.

,, LEgi Epiſtolam benignitatis tuæ de Donato, AUGUST.
,, & fratre ejus, & quod reſponderem, diu *ad Aurelianum*
,, fluctuavi; ſed tamen etiam atque etiam cogi- *Epiſt.* 76.
,, tanti quid ſit utile ſaluti eorum, quibus nu-
trien-

,, triendis in Chriſto ſervimus, nihil mihi a-
,, liud occurrere potuit, niſi non eſſe iſtam
,, viam dandam ſervis Domini, ut ſe faci-
,, lius puteot eligi ad aliquod melius, ſi ſacti
,, ſuerint deteriores. Et ipſis eoim ſacilis la-
,, pſus, & ordini clericorum fit indigniſſima
,, injuria, ſi deſertores monaſteriorum ad mi-
,, litiam clericatus eligantur, cum ex his, qui
,, in monaſterio permanent, non tamen niſi
,, probatiores, atque meliores in clerum aſſu-
,, mere ſoleamus; oiſi ſorte (ſicut vulgares di-
,, cunt) *Malus choraula* (primus videlicet in
,, choro) *bonus ſimphoniacus eſt*: ita iidem ipſi
,, vulgares de nobis jocabuotur, diccntes: *Malus*
,, *Monachus, bonus clericus eſt*....

Hæc vero, ſcilicet irregularitatis apoſtaſia fit multis modis, ſcilicet dimitteodo tonſuram, vel coronam, accipiendo uxorem, abjiciendo religionis veſtem, ſen clericatum, redeundo ad ſæculum, 20. quæſt. 3. cap. t. ſeu, *Propoſitum*, & 27. qoæſt. 1. eap. *Omnes*. Extra, de Apoſtatis, cap. 1. & 3. ſeu *Præterea*, & *Tuæ fraternitati*.

Leo *Papa ad Ruſticum Epiſc. Epiſt. 99.*
,, PRopoſirum Monachi proprio arbitrio, &
,, voluntate ſuſceptnm, deſeri non poteſt
,, abſque peccato. Quod enim vovit Deo, de-
,, bet & reddere. Unde qui relicta ſingulari-
,, tatis profeſſione ad militiam, vel ad nuptias
,, devolutus eſt, publicæ pœnitentiæ ſatisfa-
,, ctione purgandus eſt: quia etſi innocens mi-
,, litia eſt, & hooeſtum poteſt eſſe conjogium,
,, electionem tamen meliorum deſeruiſſe tranſ-
,, greſſio eſt.

Ex Conc. *Toletano.*
,, OMnes feminæ venientes ad ſacram reli-
,, gionem pallio capita ſua contegant, &
,, conſcriptam roboratamque profeſſionem fa-
,, ciant Poſt quam ſcripturam non ſinantur re-
,, labi ad prævaricationis audaciam. Quæ vero
,, ex his omnibus ſuerint repertæ, animum,
,, aut veſtem in tranſgreſſionem dediſſe, ex-
,, commuoicationis ſententiam ferant: & rur-
,, ſus mutato habitu in monaſteriis, donec diem
,, ultimum claudsnt, ſub ærumnis ardoæ pœ-
,, nitentiæ permaneant religatæ.

Alex. III.
,, Præterea, Clerici, qui relicto ordine Cle-
,, ricali, & habitu ſuo, in apoſtaſia tam-
,, quam laici converſantur; ſi in criminibus
,, comprehenſi tenentur, per cenſuram Eccle-
,, ſiaſticam non præcipimus liberari.

Innoc. III.
,, TUæ fraternitati (& infra) Super ſecun-
,, do articulo inqniſitioni tuæ duximus
,, reſpondendum, quod clerici, qui ſunt de apo-
,, ſtsſiæ crimine infamati, qui videlicet abje-
,, cerunt habitum clericalem, non ſunt in ſæ-
,, culari habitu tolerandi; ſed per diſtrictiooem
,, Eccleſiaſticam coercendi, donec deficiente
,, probatione ad infamiam abolendam, purga-
,, tionem canonicam curaverint exhibere.

---

§. II:

Qua pœna feriantur Apoſtatæ?

PŒna Apoſtatarom procedit inxta varietatem apoſtaſiarum: nam pro apoſtaſia perfidiæ pnnitur Apoſtata excommonicatione; eſt enim hæreticus, & infidelis; ergo per conſequens excommunicatur ipſo jure. Require ſupra, de hæreticis, §. *Punitur hæreticus*. Item res eorum publicantur, & amittunt factionem teſtamenti, nec in ſtatum priſtinum revertuntur, etiam acta pœniteotia, C. eodem, l. t. 2. & 3. Item ſunt infames, & repelluntur a dignitatibus, & aliis multis. Extra, de jurejnr. cap. *Querelam*, 6. quæſt. 1. cap. *Infames*, de conſec. Diſt. 3. cap. *Celebritatem*, & reſpondetur infra, in titulo de Infamibus in principio.

Alex. III. *Lundon. & Vigorien. Epiſcopis.*
,, QUerelam R. Canonici Linconien. acce-
,, pimus, quod cum V. Clericus ei duos
,, biſaotios nomine Eccleſiæ de ſtatera ſe an-
,, nuatim ſolutum interpoſito ſacramento fir-
,, maſſet, per biennium ab hujuſmodi penſio-
,, nis ſolutione ceſſavit. Quooiam igitur non
,, merentur Eccleſias regere, qui ſunt crimi-
,, ne perjurii irretiti; Mandamus, quatenus ſi
,, vobis conſtiterit memoratum V. contra ju-
,, ramentum ſuum non neceſſitate, ſed volnn-
,, tate ab ejuſdem penſionis ſolutione ceſſare;
,, ipſum a præſcripta Eccleſia removentes, eam
,, præfato R. reſtituere minime differatis.

Stephan. *Papa Hilario Epiſt. 1.*
,, INfames eſſe eas perſunas dicimus, quæ
,, pro aliqua culpa notantur infamia, id
,, eſt, omnes, qui chriſtianæ legis normam
,, abjiciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica conte-
,, mnunt; ſimiliter fures, & ſacrilegos, & o-
,, mnes capitalibus criminibus irretitoa, ſepul-
,, chrorum quoque violatores, & Apoſtolo-
,, rum, atque ſucceſſorum corum reliquorum-
,, que Patrum ſtatuta libenter violantes, &
,, omnes, qui adverſus patres armantur, qui
,, in omni mundo infamia ootantur; ſimili-
,, ter, & inceſtuoſos, homicidas, perjuros,
,, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de
,, bellis publicis ſugientes, & qui indigna ſi-
,, bi petunt loca tenere, aut facultates Eccle-
,, ſiæ auſerunt injuſte, & qui fratres calu-
,, mniantur, aut accuſant, & non probant,
,, vel qui contra innocentes Principum ani-
,, mum ad iracundiam provocsnt, & omnes ana-
,, thematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab
,, Eccleſia repulſos, & omnes, quos Eccle-
,, ſiaſticæ leges, vel ſæculi infames pronun-
,, ciant. Hi nimirum omoes nec ſervi ante
,, legitimam libertatem, nec pœnitentes, uec
,, bigami nec illi, qui curiæ deſerviunt, vel
,, non ſunt integri corpore, aut ſanam noo
,, habent mentem, vel intellectum, aut qui
,, inobedientes ſanctorum Patrnm decretis ex-
,, ſiſtunt, aut qui ſurioſi manifeſtantur; hi
,, omnes, inquam, nec ad ſacros gradus debeot
,, provehi, nec iſti, nec ſuſpecti, nec liberti,
,, nec rectam fidem, vel dignam converſa-
,, tionem non habentes, ſummos Sacerdotes
,, poſſunt accuſare, nec ad accuſatiooem, ſeu
,, ad teſtimooinm nllatenus juſte poſſunt re-
,, cipi.

Victor *Papa XIII. a Petro, in primo. decreto ſuo.*
,, CElebritatem...... Ipſi vero, qui infide-
,, litatis nota aſpergontur, infames effi-
,, ciuntur, & inter fideles minime repntan-
,, tur. Hæc vero ſtatuta nulla debent impro-
,, bitate convelli, nulla novitate mutari; quia
,, alia eſt ratio cauſſarum ſæcularium, alia di-
,, vinarnm.

Pro apoſtaſia inobedientiæ repellitur quis a teſtimonio, infamis efficitur, excommunicatur, 3. q. 4. c. *Si quis vero*, Cauſſa 11. q. 3. *Si autem vobis*.

Pius Papa. *Epiſt. 1.*
,, SI quis vero a ſuo propoſito retrorſum exor-
,, bitaverit, & juſſum Apoſtolicæ ſedis liben-
,, ter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Repro-
,, bari ergo oportet eorum redargotiones, qni in

,, recta

,, recta fide ſuſpecti ſunt. Fides autem, & con- ,, verſatiu primum ſcrutanda eſt, & deinde qui ,, irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipien- ,, di, & non priua.

CLEMENS *Epiſt. 3. omnibus Coepiſc.*

,, SI autem vobia Epiſcopis non obedierint ,, omnes preabyteri, diaconi, & ſubdiaco- ,, ni, & reliqui clerici, omneſque principes ,, tam majoris ordinis quam inſerioris, atque ,, reliqui populi, non ſolum inſames, ſed et- ,, iam extorres; a regno Dei, & conſortio fide- ,, lium, ac a liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ a- ,, lieni erunt.

Et ſi perſtiterit in inobedientia, creſcente contumacia, debebit creſcere & pœna, extra, Ut lit. non conteſt. c. *Quoniam frequenter* in fin.

INNOC. III.

,, QUoniam frequenter.... In aliis caſibus pru- ,, denter eſt attendendum, utrum contu- ,, max reali actione, an perſonali conveniatur... ,, Si autem ſuper perſonali actione conveniatur, ,, vel mittendus eſt actor in poſſeſſionem mobi- ,, lium bonorum ipſius, vel immobilium, ſi for- ,, te mobilia non babeat pro modo debiti decla- ,, rati, vel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſen- ,, tentia proferenda, ita videlicet, quod alte- ,, rutra pœna, quæ magis timeri debeat, judex ,, a principio ſit contentus; ad alteram nihilo- ,, minus proceſſurus, ſi hoc meruerit protervi- ,, tas contumacis, qui veniens intra annum, vel ,, poſt annum etiam audietur juxta diſtinctio- ,, nem in alio caſu ſuperius adnotatam.

Pro apoſtaſia irregularitatis, interim ab accuſatione, & teſtimonio removetur, tamquam infamis, 2. quæſt. 7. c. *Alieni*, Cauſſa 3. quæſt. 4. c. *Beatus*.

DIONYSIUS *Papa Epiſt. 2.*

,, ALieni erroria ſocium, vel a ſui volunta- ,, rie prupoſiti tramite recedentem, aut ,, ſacris Patrum regulis, & conſtitutionibus non ,, obedientem ſuſcipere non poſſumus, nec de- ,, bemus. Nec impetere recte credentes, vel ,, ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperan- ,, tes permittimus; quia iuſamea omnes eſſe ,, cenſemus, qui ſuam aut chriſtianam legem ,, prævaricantur, aut Apoſtolicam, vel regula- ,, rem libenter poſtponunt auctoritatem.

ANACLET. *Papa in prima decretali.*

,, BEatua Prædeceſſor noſter Clemens vir A- ,, poſtolicus, & Spiritu Dei plenua una ,, cum reliquia ſanctis collegis ſuis ſtatuit dicens; ,, Accuſandi, & teſtificandi licentia denege- ,, tur hia, qui chriſtianæ religionis, & nominis ,, dignitatem, & ſuæ legia, vel ſui propoſiti ,, normam, aut regulariter probibita neglexe- ,, rint. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, ,, ejuſque violatores & recedentes Apoſtatæ nomi- ,, nātur; omnis enim Apoſtata refutandus eſt an- ,, te reverſionem ſuam, non in accuſatione recte ,, agentium, aut teſtimonio ſuſcipiendus eſt.

Item interim ad dignitatem, vel ordinem promoveri non poteſt, 16. quæſt. 1. c. *Legi*, diſt. 50. c. ult. ſeu, *Hi qui*. *v. ſupra.*

CONCIL. *Arelat. 2.*

,, HI, qui poſt ſanctam religionis profeſſio- ,, nem apoſtatant, & ad ſæcularem red- ,, eunt converſationem, & poſtmodum pœni- ,, tentiæ remedia non requirunt, ſine pœniten- ,, tia communionem penitus non accipiant; ,, quos etiam jubemus ad clericatus officium ,, non admitti & quicumque ille ſit, poſt pœ- ,, nitentiam habitum ſæcularem accipere non ,, præſumat; quod ſi præſumſerit, ab Eccleſia ,, alienus habeatur.

Item ſi receperit ſacrum ordinem, licet ſit poſtea reconciliatus Abbati, & receperit pœnitentiam, non poteſt abſque diſpenſatione Romanæ Eccleſiæ miniſtrare in ordine ſic ſuſcepto. Extra, de Apoſtatis cap. ult. ſeu *Conſultationi*.

HONORIUS III. *Archiepiſcopo Lugdun.*

,, COnſultationi tuæ breviter reſpondemus, ,, quod monachus aliquem ſacrum ordi- ,, nem in apoſtaſia recipiens, quamtumlibet ſuo ,, fuerit reconciliatus Abbati, & receperit pœni- ,, tentiam; abſque diſpenſatione Romani Pon- ,, tificis miniſtrare non poterit in ordine ſic ſu- ,, ſcepto.

Item ſi admonitus non ſe correxerit, eſt deponendus, Cauſſa 21. quæſt. 4. cap. *Sine*, & *Præcipimus*.

LEO PAPA.

,, SIne ornatu Sacerdotali extra domos Sacer- ,, dotes apparera nullo modo convenit, ne ,, ut aliquia ſæcularium injurias patiatur; con- ,, trarius denique inventus, aut deſinat, aut ,, canonicæ ſubjaceat diſciplinæ.

INNOC. II. *in Concil. Lateran.*

,, PRæcipimus, ut tam Epiſcopi, quam Cle- ,, rici in ſtatu mentis, in habitu corporis, ,, Deo & hominibus placere ſtudeant: & nec ,, in ſuperfluitate, ſciſſura, aut colore veſtium, ,, nec in tonſura intuentium (quorum forma e- ,, xemplum eſſe debent) offendant aſpectum; ſed ,, potius quod eorum deceat ſanctitatem, præ ſe ,, ferant: quod ſi moniti ab Epiſcopis emenda- ,, re noluerint, Eccleſiaſticis careant beneficiis.

Item interim caret privilegio Clericali, adeo qui eum verberans, non incidat in canonem latæ ſententiæ. Extra, de Apoſtatis, c. 1. ſeu *Præterea*, & de ſent. Excommunic. c. *Cum non ab homine*. *v. ſupra.*

CLEMENS.

,, CUm non ab homine (*& infra*) Conſulta- ,, tioni tuæ taliter reſpondemus, quod a ,, communione illius, qui pro ſacrilega ma- ,, nuum injectione in Clericum, in edictum ,, excommunicationis incidit, licet denuncia- ,, tus non ſit, debes abſtinere; niſi forte id ti- ,, bi ſoli pateret; in quo caſu ipſum privatim ,, tantummodo evitabis, quamdiu ab Eccleſia ,, toleratur, ut ſaltem verecundiæ rubore ſuf- ,, fuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compel- ,, latur. In articulo vero ſecundæ quæſtionis ,, reſpondemus, quod occiſores Clericorum, ,, vel presbyterorum, qui contemto Clericali ,, habitu, tyrannidi, & enormitati ſe invere- ,, cunde immiſcent; in odium Clericalis exceſ- ,, ſus, & terrorem, atque correctionem ſimi- ,, lium, canone latæ ſententiæ minime coer- ,, centur: injungatur tamen eis pœnitentia ,, competens aliquantulum aſperior, quam ſi ,, in laicos talia commiſiſſent.

Hoc tamen intelligo cum diſtinctione, quam require infra de ſent. excomm. §. *Utraque excommunicatio cum invenit eum in apoſtaſia*.

---

§. III.

Revertentes ab apoſtaſia quomodo recipiendi?

REvertentes ab apoſtaſia perfidiæ, quum fuerint hæretici, tamquam revertentes ab hæreſi videntur recipiendi. Require ſupra de hæreticis, §. *Redeuntes*.

Non obſtat cauſſa 11. q. 3. c. *Julianus*, ubi milites catholici obediebant Juliano Apoſtatæ Imperatori in omnibus, quæ non erant contra Deum.

Ambros. „ JUlianus Imperator, quamvis eſſet Apoſtata, habuit tameo ſub ſe chriſtianos milites, quibus cum dicebat: Producite aciem pro defenſione rei publicæ, obediebant ei; cum autem diceret eis: Producite arma in chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cæli.

Quia Juliaona adbuc tolerabatnr ab Eccleſia propter ſcandalum, quod timebatur. Vel melius illud loquitnr ſecundum antiqua jura, quando diſtinguebatur inter hæreſim veterem, & novam, damnatam & non damnatam, manifeſtam & oceultam, Cauſſa 24. quæſt. 1. §. 1. & *Sin antem*.

Hodie ſublatæ ſunt omnes diſtinctiones; quia omnia hæreticus eſt ipſo jure damnatus, & excommunicatus; ut ſupra de hæreticia, §. *Punitur hæreticns*.

Revertentes autem ab apoſtaſia inobedientiæ, aut ſunt propter boc excommunicati ab Eccleſia, aut non: ſi non, recipiuntur ad pœnitentiam, quoties revertuntur; ita tamen quod ſicut quælibet iteratio aggravat peccatum, ſic & pœnitentia aggravetur. Nam (ſicut ait Auguſtinus) *Vulnus iteratum tardius ſanatur*. De pœnit. diſt. 3. c. *Inanis*.

Augustr. in lib. Soliloq. „ INanis eſt pœoitentia, quam ſequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum ſanatur tardius; frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur: nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata: nihil valat veniam a malis poſcere, & mala denuo iterare. Perſiſte ergo in confeſſione: eſto in pœnitentia. Fortiter confirmatus, vitam bonam quam accepiſti tenere non deſinas: propoſitum booæ vitæ conſerva jugiter.

Si vero ſunt excommunicati, recipiendi ſunt cum ſatisfactione canunica, quam require infra de ſent. Excomm. §. *In abſolutione*.

Ab apoſtaſia vero irregularitatis redeuntes, ſi ſunt monachi, vel regulares, & regulariter & bene viventes, recipieutur in eodem monaſterio, quoties, & qualiter in eadem regula continetur: ſi vero monaſterium redarguitur de diſſolutione, debent retrudi in aliud arctius, vel diſtrictius monaſterium cum rebus, qnas obtnlerant primo monaſterio, Cauſſa 27. quæſt 1. cap. *Si qua Monacharum*, & *Si quis rapuerit*.

Gregor. Januario Epiſcopo Caralitano. „ SI qua Monacharnm, vel per anterioram licentiam, vel per impunitatis pravam conſuetudioem ad lapſum adulterii deducta fuerit, aut in ſtupri fuerit perducta voraginem; hanc poſt competentis ſeveritatem vindictæ io aliud diſtrictius monaſterium virginum in pœnitentia volumus redigi, ut illic orationibus atque jejuniis vacet, & ſic pœnitendo proficiat, & metoendum ceteris arctiuris diſciplinæ præſtet exemplum. Is autem, qui cum hujuſmodi feminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, omni communione privetur, ſi laicus eſt; ſi vero clericus a ſuo quoque remotus officio, pro ſuis continuo lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur.

Ex Nov. Juſtinian. Imperat. „ SI quis rapuerit, vel ſollicitaverit, vel corruperit Aſſiſteriam, vel Diaconiſſam, vel Monacham, vel aliam mulierem, religioſam vitam, vel habitum habentem; bona ipſius, & eorum, qui hujuſmodi ſceleris communione contaminati ſunt, a religioſo loco vendicentur, in quo talis mulier habitabat, per religioſos Epiſcopos & œconomos, & præſides provinciarum, & officiales eorum: ipſi autem capitali periculo ſubjiciantur: mulier autem ubique inveſtigetur, & cum ſuis rebus monaſterio cautiori tradatur: ſi autem Diaconiſſa fuerit legitimos habens filios, pars legitima liberis ejus legitimis præſtetur.

Sed contra Cauſſa 16. quæſt. 6. c. *Si Epiſcopum*. Ubi dicitur, quod delictnm perſonæ non redundat in damnnm Eccleſiæ; quomodo ergo auferentur res primo monaſterio, & dabnntur ſecundo?

Ad hoc dicas, quod non videtur redundare in damnum primi, ex quo non providebit ei. Itam dabuntur res iſtæ ſecundo monaſterio, quoad uſumfructum, id eſt, in vita ipſius, ne ſit ei oneroſus; poſt mortem ipſius, uſuſfructus redibit ad primum monaſterium, Cauſſa 16. queſt. 6. *De lapſis*. *v. pag. 9.*

---

§. IV.

Circa iſtas apoſtaſias poſſunt moveri aliquæ utiles quæſtiones.

QUæritur ergo circa apoſtaſiam perfidiæ ſic: *Ecce multi Chriſtiani reſident in quibuſdam civitatibus Sarracenorum, & maxime illi, qui vocantur Atrones, aliquis illorum profitetur Maumethum nuncium eſſe Dei, ſicut & Sarraceni faciunt ad laudem, & venerationem illius, quem colunt, & venerantur pro ſancto. Alius oſculatur ſepulchrum Almeadi, quaſi ex reverentia, ac ſi eſſet ſanctus. Alii in publico gerunt ſe pro Sarracenis, & in occulto pro Chriſtianis. Nunc quæritur, utrum iſti, & ſimiles ſint apoſtatæ, vel hæretici judicandi.*

Ad has tres quæſtiones unam do ſolutionem; quia ſi Chriſtiani ſponte, & ex fide, quia ita credunt, profitentur illum nuncium Dei, vel alterius oſculantur ſepulchrum, vel in publico ſe gerunt pro Sarracenis, vel quia per hoc intendant placare Deo; indiſtincte omnes tales ſunt apoſtatæ, vel hæretici judicandi, & per conſequens excommunicati.

Licet enim iſti nihil expreſſe dicant contra aliquem articulum ſpecialem, tacite tamen, & per conſequentiam dicunt; quum dicant vel ſentiant verbo, vel ſigno illos perfidos eſſe nuncios, quos conſtat hæreticos, & apoſtatas exſtitiſſe, & in ſimili caſu fuit damnatus de hæreſi Anaſtaſius ſecundus, Diſt. 19. cap. *Anaſtaſius*.

„ ANaſtaſius ſecundus, natione Romanus fuit temporibus Theodorici Regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri ſe a communione ipſius abegerunt, eo quod communicaſſet ſine conſilio Epiſcoporum, vel presbyterorum, & clericorum cunctæ Eccleſiæ catholicæ, Diacono Theſſalonicenſi, nomine Photino, qui communicaverat Achacio; & quia voluit occulte revocare Achacium, & non potuit; nutu divino percuſſus eſt (Hine etiam de Maximo Epiſcopo in Conſtantinopolitana Synodo ſtatutum eſt.) *Caput Hoc habetur in Tom. 2. Conciliorum in vita Anaſtaſii.*

Si vero profitentur hoc verbo tantum, vel faciunt propter metum, ſed in corde in nullo deviant a fide; nec dico eos apoſtatas, nec hæreticos, nec

ex-

excommunicatos; peccant tamen mortaliter, quantuſcumque ſuerit metus. Auguſtinus de bono conjug. c. 16. *Satias mori fame, quam veſci idolothytis*. Cauſſa 32. quæſt. 4. cap. *Sicut ſatius*.

v. pag. 25.

Idem: Ad mendacinm in doctrina religionis, ſcilicet Chriſtianæ, dicendum nulla conditione quis debet adduci. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Primum*.

August. in lib. de Mendacio.

,, PRimum eſt capitale mendacium, & longe fugiendum, quod ſit in doctrina religionis, ad quod mendacinm nulla conditione quivis debet adduci.

Matth. 10.

Item Joan. Chryſoſt. ſuper illum locum: *Nolite timere illos, qui occidunt corpus &c.* Non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palam mendacium loquitur; ſed etiam ille, qui non libere pronunciat veritatem, quam clare pronunciare oportet; aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere convenit, proditor eſt veritatis. Cauſſa 11. q. 3. c. *Nolite*. Idem dicitur extra, De iis quæ vi metus. cauſſa, c. *Sacris*.

Joann. Chrysost. vel auctor operis imperfect. homil. 25. in Matth.

,, NOlite timere eos, qui occidunt corpus; ne forte propter timorem mortis non libere dicatis, quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his verbis oſtenditur, quod non ſolum ille proditor eſt veritatis, qui tſanſgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: ſed etiam ille, qui non libere veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet: aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere convenit, proditor eſt veritatis. Nam ſicut Sacerdos debitor eſt, ut veritatem, quam audivit a Domino, libere prædicet; ſic laicus debitor eſt, ut veritatem, quam audivit a Sacerdotibus probatam quidem in ſcripturis, defendat fiducialiter; quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis: *corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*.

Rom. 10.

Joan. III. Vidronens. Archiepiſ.

,, SAcris eſt canonibus (& infra) Diſtinguimus autem, utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, ſit per coactionem adſtrictus, aut per metus inductus. In primo caſu talem non credimus excommunicatione teneri, cum magis pati, quam agere videatur. In ſecundo licet motus attenuet culpam; quia tamen non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incorrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

Sed Ambroſius videtur contradicere vehementer. De pœnit. diſt. 1. c. *Poteſt fieri*. Ubi ponit hanc quæſtionem, ſcilicet de illo, qui victus ſuppliciis, ſermone negat, & corde adorat Deum; & nititur eum excuſare, non ſolum a peccato, ſed etiam innuit eum dignum remuneratione.

Ambros. Lib. 8. de pœnit. c. 3.

,, POteſt fieri, ut aliquis victus ſuppliciis ſermone neget, & corde adoret. Numquid eadem cauſſa eſt ejus, qui ſponte neget, & ejus, quem tormenta inclinaverint ad Sacrilegium, non voluntas? Quam indignum autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, ut apud Deum non valere aſſeratur? Nam ſæpe in hoc athletarum ſæculari certamine, etiam victos, quorum ſuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare conſuevit: maxime, quos forte viderit, aut dolo, aut fraude excluſos victoria. Chriſtus ergo athletas ſuos, quos viderit gravibus paulliſper ceſſiſſe ſuppliciis, ſine venia patietur manere? Numquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam, quos projicit, non in æternum projicit?

Sed illud intelligitur poſt pœnitentiam, vel exponitur de alleviamento pœnæ; licet enim metus peccatum non tollat, tamen attenuat, ut in præallegata decretali, *Sacris*. Et ſecundum hoc ſolvas, quod quæritur de his, qui circumcidunt filios ſuos propter metum, vel etiam ſeipſos circumcidi permittunt; quia licet peccent mortaliter; non tamen ſunt propter hoc Apoſtatæ, vel hæretici, licet aliter habeant intentionem corruptam.

Circa apoſtoſiam inobedientiæ quæritur, *utrum quilibet Clericus, vel laicus teneatur indiſtincte obedire præcepta ſui Epiſcopi*. De hoc require infra de ſententiis, §. *Sententia præcepti*, verſ. *Virtus, ſeu efficacia*.

---

§. V.

Quid ſi aliquis accepit primam tonſuram tantum, numquid poteſt eam deſerere?

CRedo, quod non; quia Clericus eſt, diſt. 21. c. *Cleros*, diſt. 54. c. *Antiquis*. *v. Indicem.*

Isidorus. Lib. 7. Etymol. c. 12

,, CLerus, & Clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias ſorte electus eſt, quem primum per Apoſtolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim græce, ſors latine, vel hæreditas dicitur; propterea ergo dicti ſunt Clerici, quia de ſorte Domini ſunt, vel quia Domini partem habent....

Et Clericus quilibet compellitur per anathema vivere clericaliter. Cauſſa 20. q. 3. cap. *Eos, qui*. Extra de vi, & hon. Cleric. c. *Si quis*.

Ex Conc. Chalced.

,, EOs, qui ſemel in Clero taxati fuerint; ſive in monaſterio deputati, decrevimus neque ad militiam, neque ad honores ſæculares venire. Eos autem, qui hoc auſi fuerint facere, & non ejus rei pœnitere maluerint, ut ad hoc idem revertantur, quod ante obtentu Dei ſibi propoſuerũt, convenit anathematizari.

Gregor. IX. v. Indicem.

,, SI quis ex Clericis comam relaxaverit, anathema ſit.

Gloſ. caſum excipit ex juſta cauſſa, ut ead. diſt. c. Clerici Inſinuatur; quod require in indice canonum, vel capitul. litterarum ordine conquiſito. Unde cum quidam reprehenderetur a Papa, reſpondit:

Tuties at peterem laici ſub imagine Romam,
Fas fuit, at ſinerem luxuriare comam.

Quid, ſi talis, vel etiam Acolythus acceperit uxorem? Videtur quod ad hoc tenetur deſerre coronam, cantare in Eccleſia, & clericaliter vivere, diſt. 32. c. *Si qui vero*, 12. q. 1. c. *Quia tua*: & ita plane ſentit Hugotio.

Gregor. August. Anglorum Episc. c. 2.

,, SI qui vero ſunt Clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe continere non poſſunt, ſortiri uxores debent, & ſtipendia ſua exterius accipere, quia & de eiſdem Patribus novimus ſcriptum, quod dividebant ſingulis, prout cuique opus erat; de eorum ergo ſtipendiis cogitandum, atque providendum eſt, & ſub Eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, ut bonis

,, moribus vivant, & canendis Pſalmis invigi-
,, lent, & ab omnibus illicitis & cor, & lin-
,, guam, & corpus, Deo auctore, conſervent.

Idem eidem c. 1. & 2.
,, QUia tua fraternitas monaſterii regulis
,, erudita ſeorſum non debet fieri a Cle-
,, ricis ſuis, in Eccleſia Anglorum, quæ, aucto-
,, re Domino, nuper ad fidem perducta eſt,
,, hanc debet inſtituere converſationem, quæ
,, in initio naſcentis Eccleſiæ fuit patribus no-
,, ſtris, in quibus nullus eorum ex his, quæ
,, poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed e-
,, rant illis omnia communia. Si qui vero ſunt
,, Clerici extra ſacros ordines conſtituti ... *ut*
,, *ſupra*.

Alii, ut Bern. Laur. Tancred. & Joann. &
eorum ſequaces diſtinguunt, utrum tranſivit ad
actum prorſus contrarium; puta, duxit uxorem
corruptam, vel ſecundam, vel forte ſe fecit
militem, exercuit ſacra, vel ſimile; & tunc mox
denudatur omni privilegio Eccleſiæ, vel digni-
tatis, diſt. 84. cap. *Quiſquis*.

Siricius Papa Himerio Tarraconenſi Epiſc. Epiſt. 1. c. 11.
,, QUiſquis Clericus aut viduam, aut certe ſe-
,, cundam duxerit uxorem, omni Eccleſia-
,, ſticæ dignitatis privilegio mox denudetur,
,, laica ſibi tantum communione conceſſa, quam
,, ita demum poterit poſſidere, ſi nihil poſtea
,, propter quod hanc perdat, admittat.

Aut non tranſivit ad actum prorſus contra-
rium; puta, quia ſimpliciter ambulat in habi-
tu laicali: vel etiam duxerit uxorem, ſed vir-
ginem; tunc debet vivere clericaliter, ſicut di-
cit Hugotio, & tenetur portare coronam, diſt.
32. *Seriatim*.

Leo Contra Epiſtolam Nicetæ Abbatis.
,, SEriatim, & aperte proſequemur, quod
,, ſancta Romana Eccleſia in gradibus Cle-
,, ricorum agat. Clericos tantum, Oſtiarios,
,, Lectores, Exorciſtas, Acolythos, ſi extra
,, votum, & habitum monachi inveniantur,
,, & continentiam profiteri noluerint, uxorem
,, ducere virginem cum benedictione ſacerdotali
,, permittit, non autem viduam, vel repudia-
,, tam; quia propter hoc deinceps nec ad ſub-
,, diaconatum provehi poterunt, quia nec lai-
,, cus non virginem ſortitus uxorem, aut bi-
,, gamus ad Clericatum poteſt aſcendere. Quod
,, ſi quis ex præfatis ordinibus deſiderat ad
,, ſubdiaconatum aſcendere, nequibit hoc ſine
,, conſenſu uxoris ſuæ, ut fiat de carnali de-
,, inceps ſpirituale conjugium, nemine ad hoc
,, cogente eos; neque permittitur poſtea uxor
,, jungi eidem marito ſuo carnaliter, nec cui-
,, quam nubere in vita, aut poſt mortem il-
,, lius.

Et hoc verum eſt, niſi in tribus caſibus. U-
nus eſt, ſi ipſe nullo modo vult retinere privi-
legium Clericale. Alius ſi non poteſt ferre abſ-
que ſcandalo uxoris, quod intellige, ſi non
habet beneficium Eccleſiaſticum; quia tunc o-
mnimodo deberet portare. Extra de Cler. con-
jug. c. *Joannes*.

Innoc. III. Epiſc. Pictavienſi.
,, JOannes nobis conquerendo monſtravit, quod
,, eum, quamquam jam dudum uxorem le-
,, gitimam duxerit, pro eo quod prius in acu-
,, lythum fuerat ordinatus, compellere niteris,
,, ut tonſuram deferat Clericalem, ex qua in-
,, ter ipſum, & uxorem ſuam poſſet ſcanda-
,, lum generari, cum de conſuetudine terræ
,, tuæ clerici uxorati non cogantur inviti por-
,, tare tonſuram. Quoniam igitur idem etiam
,, tonſuratus non poteſt privilegio clericali gau-
,, dere; Mandamus quatenus ipſum ſuper ton-
,, ſuratione hujuſmodi non moleſtes, dummo-
,, do nullum percipiat beneficium Eccleſiaſti-
,, cum, cujus ratione teneatur clericalem de-
,, ferre tonſuram; quia cum eum oporteat
,, ſæcularibus negotiis immiſceri, tonſura ipſius
,, ſæcularia exercentis videretur profecto in mi-
,, niſterii noſtri vituperium redundare.

Tertius eſt, quum juſta cauſſa timoris exigit
tonſuram vel habitum transformari. Aug. Cauſ-
ſa 23. q. 3. c. *Maximianus*.

,, MAximianus Epiſcopus Vagienſis auxi- *August. ad Bonifacium Epiſt. 50.*
,, lium petiit ab Imperatore chriſtiano
,, contra hoſtes Eccleſiæ, non tam ſui ulci-
,, ſcendi cauſſa, quam tuendæ Eccleſiæ ſibi
,, creditæ; quod ſi prætermiſiſſet, non ejus
,, fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia
,, merito culpanda: neque enim & Apoſtolus
,, Paullus vitæ ſuæ tranſitoriæ, ſed Eccleſiæ *Act. 23.*
,, Dei conſuluit, quando contra illos, qui eum
,, occidere conſpiraverant, conſilium eorum ut
,, Tribuno proderetur, effecit. Unde factum *Argumentum a ſimili.*
,, eſt, ut eum ad locum, quo fuerat perdu-
,, cendus, deduceret miles armatus, ne illo-
,, rum pateret inſidias.

---

§. VI.

Numquid Clerici ſæculares, qui non portant coronam, vel tonſuram, vel habitum congruentem, vel qui non interſunt divinis officiis, nec reſident, nec deſerviunt Eccleſiis, ſunt in ſtatu ſalvandorum?

AD hoc licet aliqui ſcandalizentur, volentes
applaudere ſibi in peccatis, & dicentes o-
mnia jura, quæ ſuper hoc emanaverunt, de
conſilio eſſe intelligenda; dico quod non: quum
enim pro tali apoſtaſia pœna gravis, & multi-
plex imponatur (ut ſupra eod. §. *Pœna* verſ.
Pro apoſtaſia irregularitatis) patet, quod non
eſt conſilium, ſed præceptum: ſi enim eſſet
conſilium, nullus aſtringeretur, nec non ſer-
vantes in aliquo punirentur, ut diſt. 4. c. *Deni-
que*, § ultimo, & 14. q. 1. c. ult. ſeu *Quiſquis*.

,, DEnique ſacerdotes .... Hæc etſi legibus *Gratian.*
,, conſtituta ſunt; tamen quia communi
,, uſu approbata non ſunt, ſe non obſer-
,, vantes tranſgreſſionis reos non arguunt. A-
,, lioquin his non obedientes proprio privaren-
,, tur honore, cum illi, qui ſacris neſciunt o-
,, bedire canonibus, penitus officio jubeantur
,, carere ſuſcepto, niſi forte quis dicat, hæc
,, non decernendo eſſe ſtatuta, ſed exhortan-
,, do conſcripta. Decretum vero neceſſitatem
,, facit; exhortatio autem liberam voluntatem
,, excitat.

,, QUiſquis præceptis non obtemperat, reus *August. Lib. 19. contra Fauſtum, c. 25.*
,, eſt, & debitor pœnæ (& paullo poſt) Præ-
,, cepto Domini non obedire, peccatum eſt:
,, & conſilio ſi uti nolueris, minus boni adi-
,, piſceris, non mali aliquid perpetrabis. Item
,, *Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum*: Quod
,, præcipitur, imperatur: quod imperatur ne-
,, ceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habet (&
,, infra) Ubi conſilium datur, offerentis arbi-
,, trium eſt: ubi præceptum, neceſſitas eſt ſer-
,, vientis.

Et eſt expreſſa quædam conſtitutio hodie. *Hæc conſtitutio.*
Extra, de Apoſtatis c. *Exſpectantes*, verſ. *Ponat*

& u-

non eſt hodie in corpore Decretal.

& unuſquiſque gladium ſuper ſemur per mediam caſtrorum tranſiens de porta in portam: nec parcat proximo, vel amico, quia ſalutis conſiliis vilipenſis, moram, vel vitæ abjicit honeſtatem, vel non ſervat in tonſura, veſtibus, & aliis modeſtiam clericalem.

Hi autem, qui non freqnentant Eccleſiam ſuam, & officium ſuum implere negligunt, ſi admoniti non ſe correxerint, debent ſuſpendi ab officio, & beneficio, diſt. 50. c. *Contumaces*, diſt. 91. c. *Eleutherius*, & *Clericus victum*.

Ex Conc. *Agathenſ.*

„ CONtumaces clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopo corrigantur, & ſi qui prioris gradus elati ſuperbia, communionem fortaſſe contemſerint, aut Eccleſiam frequentare, aut officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos pœnitentia correxerit, reſcripti in Matricula gradum ſuum, dignitatemque recipiant.

PELAGIUS *Papa*

„ ELeutherius frater, & Coepiſcopus noſter quæritur Clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire, & id, quod nobis jubentibus facta in ſcrinio cautione promiſit, ut quotidianis diebus Vigiliæ in ejus celebrarentur Eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe; ſed magis unumquemque ſuis (poſtpoſito Eccleſiæ ſervitio) vacare negotiis: & ideo exſperientia tua eos, quos tibi eſſe oſtenderit contumaces, debita objurgatione compeſce, & modis omnibus, Vigiliis vacare compelle.

Ex Conc. *Carthag.* 4.

„ CLericus victum & veſtitum ſibi artificiolo, vel agricultura, abſque officii ſui dumtaxat detrimento paret (item) Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate, Vigiliis deeſt, ſtipendio privatus, excommunicetur.

---

§. VII.

Sed numquid teneutur ad reſtitutionem illorum fructuum, quos voluptuoſe conſumunt, non facientes ſervitium, vel facientes, ſed non debito modo, quum ſint in mortali peccato?

VIdetur quod ſic, quia iſta oblata fuerunt Eccleſiis ob cauſſam videlicet, ut oraretur pro offerentibus, & inde alerentur pauperes; qui ergo recipit & non facit, infidelis eſt, & necator pauperum, niſi juſta aliqua cauſſa ſit impeditus, 13. q. 2. c. *Qui oblationes*, 2. & c. ſequenti, ſeu *Clerici*.

Ex Conc. *Vaſenſi* 1. c. 4.

„ QUi oblationes defunctorum retinent, & Eccleſiis tradere demorantur, ut infideles ab Eccleſia ſunt abjiciendi; quia uſque ad exinanitionem fidei pervenire certum eſt hanc pietatis divinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum ſuorum plenitudinē, & pauperes conſolatu alimoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi ergo tales quaſi egentium necatores, nec credentes judicium Dei habendi ſunt. Unde & quidam Patrum hoc ſcriptis ſuis inſeruit congruente ſententia, qua ait: *Amico quidpiam rapere furtum eſt; Eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium eſt.*

Ex Conc. *Agathenſi* c. 4.

„ CLerici, vel ſæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint, aut id, quod ipſi donaverint Eccleſiis, vel monaſteriis, crediderint auferendum, ſicut ſancta ſynodus conſtituit; velut necatores pauperum quouſque reddant, ab Eccleſiis excludantur. Si quis autem Clericus furtum Eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Item committitur furtum, quia ſubtrahit amico, quod obtulit: non enim obtulit iſti, ſed illi, qui debet facere ſervitium. Committit etiam ſacrilegium; quia fraudat totam Eccleſiam, cui deberet prodeſſe oratio, ut in prædicto c. *Qui oblationes*, & cauſſa 12. q. 2. *Gloria Epiſcopi*.

HIERON. *ad Nepotianum, de vita Cleric.*

„ GLoria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ providere..... Amico rapere quidpiam furtum eſt, Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt: accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis, vel cautum eſſe velle, vel timidum, aut quod apertiſſimi ſceleris, exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat.

Super Job lib. 18. c. 17. & lib. 5. c. 31.

Item Gregorius: *In gravibus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit*. Item: *Cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur*. Qui ſibi conſcius eſt, his auditis, det ipſe ſolutionem.

Circa apoſtaſiam autem irregularitatis quæritur.

---

§. VIII.

Aliquis clauſtralis egrediens clauſtrum, vagatur, & ſic acquirit multa, poſtea ingreditur aliud monaſterium: modo quæritur, cujus monaſterii ſunt illæ res, primi, an ſecundi?

AD hoc dicas, quod ſi primum monaſterium videbat eum ita vagantem, & noluit revocare, res tales erunt ſecundi monaſterii. In authen. De ſanctiſſ. Epiſcopis, §. *Monachus*; alias erunt primi, cauſſa 18. quæſt. 1. cap. 1. ſeu, *Statutum eſt*, & cauſſa 21. quæſt. 2. cap. *Si quis jam translatus*. Extra, de off. jud. ord. cap. *Quanto*.

Ex Conc. *habito apud Althrum.*

„ STatutum eſt, & rationabiliter ſecundum ſanctos patres a Synodo confirmatum eſt, ut Monachus, quem electio canonica a jugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſolvit, & ſacra ordinatio de Monacho Epiſcopum facit; velut legitimus hæres paternam ſibi hæreditatem poſtea jure vendicandi poteſtatem habeat: ſed quidquid acquiſierat vel viſus fuerat habere, monaſterio relinquat, & Abbatis ſui, qui fuerat ſecundum regulam ſancti Benedicti, arbitrio. Poſtquam enim Epiſcopus ordinatur, ad altare ad quod ſanctificatur, & intitulatur ſecundum ſacros canones, quod acquirere poterit, reſtituat.

Ex Conc. *Chalcedon.* c. 10.

„ SI quis jam translatus eſt ab una Eccleſia in aliam, nihil habeat commune cum priori, ſive ſub hac Eccleſia conſtitutis Martyriis, ſive in parochiis, ſive xenodochiis, aut eorum negotiis: eos vero, qui auſi fuerint poſt ordinationem hujus magnæ & univerſalis Syn-

„ odi

,, odi agere, quæ prohibita ſunt; ſtatuit ſancta Synodus cadere de proprio gradu. *Sed aliud eſt transferri, atque aliud propria temeritate tranſire. Illud Apoſtolica auctoritate fieri licet; hoc vero omnibus modis prohibetur.*

Gratian.

Innocen. III. *Auſitano Archiepiſ.*

,, QUanto devotio religioſorum (& infra) Ad audientiam noſtram noveris ,, perveniſſe, quod Monachi, Canonici, & ,, alii regulares tuæ provinciæ, cum deberent ,, potius in clauſtro juxta regularia conſtituta ,, divinis obſequiis vigilare, de obedientiis & ,, reditibus, quorum curam geſſerunt, pecunia ,, congregata, clauſtrum abhorrentes, per curias ,, Principum & potentum diſcurrere non verentur (& infra) Mandamus, quatenus quoſcumque tales inveneris, niſi ad commonitionem tuam reſpuerint, ut propriom in manibus Prælatorum ſuorum ſine difficultate reſignent, convertendum in utilitatem domus, ,, ſecundum Abbatis conſilium, & regularem ,, vitam obſervent: ſi prælati eorum poſt tuam ,, commonitionem id exſequi negligenter omiſerint, per ſuſpenſionem officii, & beneficii, ,, appellatiooe remota, compellas.

TITULUS VIII.

De voto, & votorum tranſgreſſoribus, & redemtoribus:

DE quibuſdam criminibus dictum eſt, quæ directe committuntur in Deum; ſequitur, ut ordine continuato, de quibuſdam aliis ſubjiciamus, quæ, licet non adeo directe, in Deum ſimiliter perpetrantur. Et primo de tranſgreſſione voti: ubi videndum, quid ſit votum; quæ ſpecies ejus; an, & qualiter redimi poſſit; & qualiter valeat irritari; & an in votis poſſit diſpenſari.

---

§. I.

Quid ſit votum, & quæ ſpecies ejus?

VOtum eſt alicujus boni cum delibetatione facta promiſſio: ſi enim fiat de re mala, vel de bona, ſed ſine deliberatione, non obligat Iſidorus, cauſſa 22. quæſt. 4. c. *In malis promiſſis.*

Isidorus *In Synonimis lib. 2.*

,, IN malis promiſſis reſcinde fidem; in turpi ,, voto muta decretum; quod incaute voviſti, ne facias; impia eſt promiſſio, quæ ſcelere ,, adimpletur. Extra, de voto, & voti redemtione, c. *Litteraturam.*

Alex. III *Magiſtro A. de Monteforte.*

,, LIteraturam tuam (& infra) Cum ex ,, quadam minutione nimio fuiſſes mortis ,, pavore perterritus, hæc verba protuliſti: Non ,, diu hic morabor, proponens in animo, quod ,, religionis habitum eſſes aliquando ſuſcepturus (& infra) Tibi igitur reſpondemus, quod ,, ſi plus non eſt in voto proceſſum, tranſgreſſor judicari non poteris, ſi non impleas, ,, quod dixiſti.

Votorum alia neceſſitatis, alia voluntatis. Vota neceſſitatis dicuntur ea, ad quæ implenda omnis homo neceſſario tenetur, ſive voveat ſive non, ut obrenunciare diabolo, & omnibus pompis ejus, renere fidem Catholicam, ſervare decalogum, & breviter omnia alia, ſine quibus noo eſt ſalus, & ad hæc ſe obligat quilibet in Baptiſmo: unde quotieſcumque poſtea peccat mortaliter, eſt tranſgreſſor hujuſmodi voti; ergo tenetur agere pœnitentiam pro illo peccato, & præterea pro tranſgreſſione. Sed dic, quod non eſt ſibi imponenda pœnitentia tamquam pro diverſis mortalibus, ſed tamquam pro uno, ex circumſtantiis tranſgreſſionis voti aggravato. Require infra, de pœnit. & remiſſ. §. *Item circa idem.* verſ. *Ad tertium quæſitum.*

Votum voluntatis dicitur illud bonum, ad quod non tenetur aliquis, quia ſine illo poteſt eſſe ſalus, & tamen ſponte obligat ſe ad illud, & poſtea tenetur: ut votum continentiæ, abſtioentiæ, peregrinationis, & ſimilia. De hoc dicitur in Pſalm. 75. *Vovete, & reddite,* id eſt, ſi vovetis, reddite. De utroque voto, ſcilicet neceſſitatis & voluntatis, dicit Auguſtinus: *Sunt quædam, quæ & non voventes, debemus; quædam etiam quæ niſi voverimus, non debemus, ſed poſtquam ea Deo promittimus, neceſſario reddere conſtringitur.* Cauſſa 17. q. 1. c. 1. ſeu, *Sunt quæ*, ut ſupra.

August. *De bono viduitatis c. 9.*

Votum autem voluntatis ſubdiſtinguitur; quia aliud privatum, ſeu ſimplex; aliud publicum, ſeu ſolemne. Quod dicatur ſimplex, & quod ſolemne, require in ſumma de Matrimonio in tractatu de impedimento voti.

Hoc tamen notandum eſt: quantum ad Deum votum ſimplex non minus obligat, quam ſolemne, & utriuſque tranſgreſſor peccat mortaliter. Extra, Qui cler. vel voventes matrim. contrah. poſſ. c. *Rurſus.*

Cælest. III.

,, RUrſus quidam votum caſtitatis emittens, ,, juravit ſe quamdam ducturum poſtea in ,, uxorem; unde a fraternitate tua requiſiti ,, arbitramur, quod cum ſimplex votum apud ,, Deum non minus obliget, quam ſolemne; ,, pro eo quod juravit temere, pœnitentiam ,, agat, & votum, quod Deo fecit, ſtudeat obſervare. Quod ſi poſtquam hujuſmodi præſtitit juramentum, ad nuptias proprio motu ,, convolaſſet: cum votum ſimplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen ,, dirimat jam contractum, nihil ambiguitatis ,, quæſtio tua continere videtur.

Et inter ſimplex verbum & juramentum Deus non facit differentiam, cauſſa 22. quæſt. 5. c. *Juramenti.*

Chrom. *In c. 5. Matth.*

,, JUramenti hæc cauſſa eſt: quia omnis, qui ,, jurat, ad hoc jurat, ut quod verum eſt, ,, eloquatur. Et ideo Dominus inter juramentum, & loquelam noſtram, nullam ,, vult eſſe diſtantiam: quia ſicut in juramento nullam convenit eſſe perfidiam; ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia utrumque, & perjurium, & ,, mendacium divini judicii pœna damnatur, ,, dicente Scriptura: *Os, quod mentitur, occidit animam*; quiſquis ergo verum loquitur, ,, jurat, quia ſcriptum eſt: *Teſtis fidelis non mentitur.*

Sap. 1. *Proverb. 14.*

Gravius tamen peccat qui frangit ſolemne, & gravior pœnitentia ſibi eſt imponenda, diſt. 27. cap. *Si vir*, cauſſa 27. quæſt. 1. cap. *Virginibus.*

Theod. *In pœnitentiali.*

,, SI vir ſimplex votum virginitatis habens ,, adjungitur uxori, poſtea non dimittat uxorem, ſed tribus annis pœniteat.

,, Vir-

Digitized by Google

Ex Conc. *Tribu-rienſi.*

,, VIrginibus ſactis ſe quoſdam temere ſo-
,, ciare cognovimus, & poſt dicatum Deo
,, propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque mi-
,, ſcere; quos protinus æquum eſt a ſacra
,, communione detrudi, & niſi per publicam,
,, probatamque pœnitentiam omnino non re-
,, cipi; ſed tamen his viaticum de ſæculo
,, tranſeuntibus, ſi digne pœnituerint, non
,, negetur.

Quod ergo dicitur, *non minus obligat ſimplex, quam ſolemne*, id eſt, non minori tempore; vel quia utriuſque fractio eſt mortale; ſed alterius majus, & alterius minus: & eſt ratio, quia in fractione voti ſolemnis & Deum offendit, & conſtitutiones Eccleſiæ tranſgreditur, & ſcandalum ſuſcitat: in alio non ſic.

Alia diviſio: votorum aliud purum, & abſolutum, ut ſine omni conditione, vel determinatione quis emittit votum continentiæ, vel peregrinationis, vel ſimile: aliud determinatum aut conditionale, ut quum dicit vovens, ſic voveo peregrinationem, ſi Dominus dederit mihi ſanitatem; vel uſque ad annum, & ſimile.

---

§. II.

De redemtione & commutatione votorum.

CIrca redemtionem votorum vel commutationem nota, quod quædam vota nullomodo poſſunt redimi, vel commutari, ut omnia vota neceſſitatis; & de voluntariis, votum continentiæ. Vota neceſſitatis ideo dico non poſſe commutari; quia non eſt diſpenſatio, vel commutatio contra Deum, 25. quæſt. 1. cap. *Sunt quidam*. Et diſt. 14. c. *Sicut*, 11. q. 3. cap. *Qui reſiſtit*.

Urbanus *Papa*

,, SUnt quidam dicentes Romano Pontifici
,, ſemper licuiſſe novas condere leges: quod
,, & nos non ſolum non negamus, ſed etiam
,, valde affirmamus. Sciendum vero summo-
,, pere eſt: quia inde novas leges condare pot-
,, eſt, unde Evangeliſtæ aliquid, & Prophetæ
,, nequaquam dixerunt: ubi vero aperte Do-
,, minus, vel ejus Apoſtoli, & eos ſequentes,
,, ſancti Patres ſententialiter aliquid definie-
,, runt, ibi non novam legem Romanus Pon-
,, tifex dare, ſed potius, quod prædicatum eſt,
,, uſque ad animam, & ſanguinem confirmare
,, debet: ſi enim quod docuerunt Apoſtoli &
,, prophetæ, deſtruere (quod abſit) niteretur,
,, non ſententiam dare; ſed magis errare con-
,, vinceretur: ſed hoc procul ſit ab eis, qui
,, ſemper Domini Eccleſiam contra luporum
,, inſidias optime cuſtodierunt.

Leo Papa *ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopũ.*

,, SIcut quædam ſunt, quæ nulla poſſunt ra-
,, tione convelli; ita multa ſunt, quæ aut
,, pro neceſſitate temporum, aut pro conſide-
,, ratione ætatum oporteat temperari, illa con-
,, ſideratione ſemper ſervata, ut in iis, quæ
,, vel dubia fuerint, aut obſcura, id noveri-
,, mus ſequendum, quod nec præceptis Evan-
,, gelicis contrarium, nec decretis ſanctorum
,, patrum inveniatur adverſum.

August. *Serm. 6. de verbis Domini.*

,, QUi reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi re-
,, ſiſtit. Sed quid ſi illud jubeat, quod
,, non debeas facere? Hic ſane contemne pote-
,, ſtatem, timendo poteſtatem. Ipſos humana-
,, narum legum gradus advertite. Si aliquid juſſe-
,, rit Curator, nonne faciendum eſt? tamen ſi
,, contra proconſulem jubeat, non utique conte-
,, mnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire.
,, Nec hinc debet minor iraſci, ſi major præla-
,, tus eſt. Rurſus ſi aliquid ipſe proconſul ju-
,, beat, & aliud jubeat Imperator; numquid du-
,, bitatur, iſto contemto, illi eſſe ſerviendum?
,, Ergo ſi aliud Imperator, & aliud Deus; quid
,, judicatis? Solve tributum, eſto mihi in
,, obſequium. Recte, ſed non in idolio. In i-
,, dolio prohibet. Quis prohibet? major pote-
,, ſtas. Da veniam, tu carcerem, ille gehen-
,, nam minatur. Hine jam tibi aſſumenda eſt
,, fides tua tamquam ſcutum, in quo poſſis
,, omnia ignita jacula inimici exſtinguere.

Poteſt tamen Papa verbum Evangelii interpretari. Extra de teſtibus, cap. *Licet*, t. in fin. verſ. *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*, interpretatur ſic, id eſt, *non paucorum*. Sunt enim plures caſus, in quibus plures teſtes requiruntur.

Item poteſt diſpenſare contra Apoſtolum, & omnem hominem quantumcumque ſanctum, & eorum dicta mutare, niſi in his, quæ illi de fidei articulis dixerunt, v. g. in canone Apoſtolorum præcipitur, quod presbyter, ſi fuerit fornicator, deponatur, Diſt. 81. cap. *Presbyter*.

Ex Conc. *Apoſtolorum.*

,, PResbyter aut diaconus, qui in fornicatio-
,, ne, aut perjurio, aut furto, aut homi-
,, cidio captus eſt, deponatur; non tamen com-
,, munione privetur. Dicit enim Scriptura: *Non*
,, *vindicabit Dominus bis in idipſum*.

Et tamen contra hoc diſpenſat concilium Gangrenſe, Diſt. 82. *Presbyter*.

Ex Conc. *Hybernenſ.*

,, PResbyter, ſi fornicationem fecerit, quam-
,, quam ſecundum Canones Apoſtolorum
,, debeat deponi; tamen juxta auctoritatem
,, beati Papæ Silveſtri, ſi in vitio non perdu-
,, raverit, ſed ſua ſponte confeſſus adjecit, ut
,, reſurgat; decem annis in hunc modum pœ-
,, niteat: tribus quidem menſibus privato loco
,, a ceteris remotus pane, & aqua, a veſpe-
,, re in veſperam utatur..... Epiſcopus in pri-
,, ſtinum honorem juxta beati Calixti Papæ au-
,, ctoritatem eum revocare poterit &c.

Item votum continentiæ ideo non poteſt commutari, quia vix vel numquam poteſt melius inveniri, in quod fuerit commutatio, & eſt expreſſum extra de ſtatu Monach. c. *Cum ad Monaſterium*, in fin. Cauſſa 32. q. 1. c. *Nuptiæ*.

Innoc. III. *Abbati & Conventui Sublacen.*

,, CUm ad Monaſterium Sublaceo... Nec exi-
,, ſtimet Abbas, quod ſuper habenda pro-
,, prietate poſſit cum aliquo Monacho diſpen-
,, ſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut, & cu-
,, ſtodia caſtitatis, adeo eſt annexa regulæ Mo-
,, nachali, ut contra eam nec ſummus Ponti-
,, fex poſſit licentiam indulgere.

Ambros. *vel, ut volunt alii,* Hieron. *lib. 1. contra Jovinianum.*

,, NUptiæ terram replent, virginitas para-
,, diſum. Sed & hoc notandum eſt dum-
,, taxat juxta hebraicam veritatem, quod cum
,, Scriptura in 1. & 3. & 4. & 5. & 6. die expletis
,, operibus ſingularum dierum dixerit: *Et vidit*
,, *Deus, quia bonum eſſet*, in ſecundo die hoc o-
,, mnino ſubtraxit, nobis intelligentiam derelin-
,, quens, non eſſe bonum duplicem numerum,
,, qui ab unione dividat, & præfiguret fœdera
,, nuptiarum. Unde & in Arca Noe nec omnia
,, animalia quæcumque bina ingrediuntur, im-
,, munda ſunt; impar numerus eſt mundus. Quã-
,, quam in duplici numero oſtendatur & aliud
,, Sacramentum, quod nec in beſtiis quidem,
,, & immundis avibus bigamia comprobata ſit.

Bina

,, Bina enim ingrediuntur immunda, & ſeptena, quæ munda ſunt, ut haberet Noe poſt diluvium quod de impari numero ſtatim
Gratianus. Deo poſſet offerre. *Verum hoc ad exhortationem, non ad neceſſitatem obſervandæ virginitatis refertur. Unde Ambroſius ait in lib. exhort. ad virg. Integritas Corporis expetenda a vobis eſt, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt, res magis voti, quam præcepti eſt*. Habetur ibidem c. *Integritas*.

Hoc tamen verum eſt, quod ſi votum continentiæ non eſt ſolemnizatum, ſed ſimplex, licet talis, qui ſic vovit ſimpliciter, peccet mortaliter matrimonium contrahendo; ſi tamen contraxerit, & per verba de præſenti, tenet matrimonium; & ipſe debet agere pœnitentiam de fractione voti. Extra, qui cler. vel voven-
v. ſupra. tes, c. *Veniens*, & c. *Rurſus*.

Alex III. ,, VEniens ad præſentiam noſtram M. Eremita propoſuit, quod I. mulier cuidam viro abſenti, fide data, ſe nupturam promiſit; ſed poſtmodum audiens plura de ſeveritate ipſius, ei noluit copulari: cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus ſuis votum continentiæ promiſit; non tamen locum, aut veſtem mutavit; quo audito, vir aliam ſibi copulavit. Nos itaque attendentes tutius eſſe, ut præfata mulier poſt fidem, & votum ſimpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat; Mandamus, quatenus ſi plus non proceſſit, ſibi de fide mentita, & voto violato congruam ſatisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non poſtponas.

Sicut econverſo ſolvitur matrimonium per religionis ingreſſum ante carnalem copulam. Extra, de converſ. Conjug. cap. *Verum*, & *Ex publico*.

Alex. III. Salernitano Archiep. ,, VErum poſt conſenſum legitimom de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiam repugnante, eligere monaſterium (ſicut ſancti quidam de nuptiis vocati fuerint) dummodo carnalis commixtio non intervenerit inter eos, & alteri remanenti (ſi commonitus continentiam ſervare noluerit) licitum eſt ad ſecunda vota tranſire. Quia cum non fuiſſent una caro ſimul effecti, ſatis poteſt unus ad Deum tranſire, & alter in ſæculo remanere.

Idem Brixienſi Epiſc. ,, EX publico inſtrumento nobis innotuit, quod cum Veronen. Epiſcopus cauſſam matrimonii, quæ inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet terminandam, judiciali ſententia matrimonium approbavit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum rediens, exhiberet eidem conjugalem affectum: quod cum renueret, fuit vinculo excommunicationis adſtricta. Ceterum quia licet a præfato viro deſponſata fuerit; adhuc tamen (ſicut aſſerit) ab ipſo eſt incognita; Mandamus, quatenus ſi prædictus vir ipſam carnaliter non cognoverit, & eadem ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire intra duorum menſium ſpatium debeat, ipſam a ſententia, qua tenetur, abſolvas; ita quod ſi ad religionem tranſierit, uterque reſtituat alteri, quod ab eo noſcitur recepiſſe (& infra) Sane quod Dominus in Evangelio dicit, *non licere viro, niſi ob cauſſam* *Matth. 5. & 19.*
fornicationis uxorem ſuam dimittere, intelligendum eſt ſecundum interpretationem ſacri eloquii, de his, quorum matrimonium carnali copula eſt conſummatum, ſine qua conſummari non poteſt.

Alia vero voluntatis vota poſſunt redimi, vel commutari: quum enim in veteri lege, in qua non minus præceptum Domini obligat, quam votum obligat hodie in Eccleſia, primogenita, quæ Domino mandabantur offerri, quædam Domino redderentur, ut primogenita Levitarum: quædam redimerentur, ut aliarum
Tribuum: quædam commutarentur in aliud, ſicut primogenitum aſini, quod ove commutaba- *Num. 3.*
tur; patet quod votum commutari poſſit in opus aliud pietatis. *Exod. 13.*

Item contra præceptum Domini, Joſue cor- *Joſue 9.*
poralem mortem Gabaonitarum commutavit in mortem civilem, id eſt, in perpetuam ſervitutem.

Nota ergo, quod duo exiguntur ad hoc, ut talium votorum fiat redemtio, vel commutatio: cauſſa, & ſuperioris auctoritas. Cauſſa, ut ſi vovens ſit ſenex, debilis, vel infirmus; vel ſi ex ipſius abſentia guerra, vel turbatio timeretur in terra; vel ſi veriſimiliter redemtio, vel commutatio melior videatur, & magis accepta Deo, quam peregrinatio, vel abſtinentia, v. g. emiſit aliquis votum Hieroſolymitanum, qui non eſt ibi utilis; quum non poſſit pugnare propter debilitatem, vel perſonæ conditionem, quia Clericus eſt; nec talis, qui ſuo conſilio vel prædicatione videatur ibi utilis; vel mulier: nec poteſt ſecum ducere bellatores; quia pauper eſt, nec eſt artifex, vel agricola, qui de laboribus ſuis poſſit acquirere neceſſaria, & terræ ſubſidia miniſtrare: quamvis non multi talium, propter brevitatem poſſeſſionum, & paucitatem inhabitantium, ibi ſunt opportuni. Item utrum habeat cauſſam temporalem, vel perpetuam, ut in primo caſu indulgeatur dilatio; in ſecundo redemtio, ſuperioris auctoritas exigitur; quia nemini licet auctoritate propria redimere, vel commutare.

Eſt tamen differentia inter votum terræ ſanctæ, & alia vota; quia de voto terræ ſanctæ redimendo, commutando, vel differendo nullus poteſt ſe intromittere, niſi Papa, vel alius de ſuo ſpeciali mandato, & hoc ſine opinione. In aliis autem redimendis, commutandis, vel differendis, licet quidam aliter dixerint, & alii dubitaverint; dico quod ſuus diœceſanus Epiſcopus, conſiderata cauſſa, poteſt auctoritatem præſtare; quia expreſſa eſt Decretalis, extra, de voto, & voti redemr. c. 1. ſeu *De peregrinationis*.

,, DE peregrinationis votis, an eleemnſynis redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari? Reſpondemus, quod ab ejus, qui præſidet, pendet arbitrio, ut conſideret diligentius qualitatem perſonæ, & cauſſam commutationis: ſcilicet an ex infirmitate ſeu affluentia divitiarum, an alia cauſſa probabili peregrinatin, an recompenſatio melior fuerit, & Deo magis accepta; & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare. *Alex. III. Exonen. Epiſcop.*

Probantur autem hæc omnia ſupra dicta ab illo verſ. *Alia vero voluntatis vota*. Extra, de voto, & voti redemt. cap. *Scripturæ*, & cap. *Non eſt*, & cap. *Magnæ*, & cap. *Quod ſuper his*, & cap.

& c. *Ex multa*, Cauſſa 22. quæſt. 4. c. *Inter cetera*, §. *Sed cum bis*, & c. *Innocens*.

IDEM ,, SCripturæ (& infra) Reus fracti voti a-
,, liquatenus non habetur, qui temporale
,, obſequium in perpetuam noſcitur religionis
,, obſervantiam commutare.

INNOCEN. III. *Strigon. Archiep.* ,, NOn eſt voti dicendus transgreſſor, qui
,, quod vovit, auctoritate ſedis Apoſto-
,, licæ diſtulir adimplere. Sane ſignificavir no-
,, bis rex Hungariæ, quod cum in regni per-
,, turbatione conſilium & auxilium tuum ſi-
,, bi ſenſerit hactenus profuiſſe, utilitati ejus
,, non modicum derogaret, ſi Hieroſolymam
,, (ſicut ex voto teneris) regno pergeres Im-
,, pacato (& infra) Ideoque mandamus, qua-
,, tenus non prius iter arripias Hieroſolymam
,, adeundi, quam regnum ipſum fuerit tran-
,, quillitati priſtinæ reſtitutum, vel ſuper hoc
,, receperis ab Apoſtolica ſede mandatum.

INNOC. III *Trecenſ. Epiſcop.* ,, MAgnæ devorionis (& infra) Cum Tre-
,, cenſis Eccleſia contra libertatem Ec-
,, cleſiaſticam gravaretur, nec per alium, quam
,, per Campaniæ Comitem in ultramarinis par-
,, tibus conſtitutum, eidem Eccleſiæ crederes
,, poſſe de facili ſubveniri, ad ipſum propo-
,, ſuiſti accedere, ac in ſignum peregrinatio-
,, nis, & devotionis terræ Orientalis crucem
,, Dominicam aſſumſiſti (& infra) Quamvis
,, autem audita morte ipſius, intentionem
,, tuam conſpiceres jam fruſtratam, noluiſti
,, tamen ſine conſilio Apoſtolicæ ſedis ad pro-
,, pria remeare; ſed ingreſſus urbem, inten-
,, tionis tuæ propoſitum, ac ſtatum Tre-
,, cen. Eccleſiæ nobis humiliter expreſſiſti (&
,, infra) Et quidem tria præcipue duximus
,, in hoc negotio attendenda; quid liceat ſe-
,, cundum æquitatem; quid deceat ſecundum
,, honeſtatem; & quid expediat ſecundum u-
,, tilitatem. Sane non videbatur contra vo-
,, tum licitum, ut venires, cum vox clamet
Pſalm. 75. ,, Prophetica: *Vovete, & reddite Domino Deo ve-*
,, *ſtro*, ut primum ad conſilium, ſecundum
,, ad imperium referatur. Sed nec decens vi-
,, debatur, cum ſit ſcriptum in Evangelio:
Luc. 9. ,, *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpi-*
,, *ciens retro, aptus eſt regno Dei, &c.* Præter-
,, ea non videbatur expedire, cum ex abſo-
,, lutione tua ſcandalum poſſet laicorum men-
,, tibus generari, dicentium: Ubi eſt Deus
,, Clericorum? & hoc exemplo credentium
,, ſe ad voti obſervantiam non teneri. Quod
,, enim agitur a prælatis, facile trahitur a ſub-
,, ditis in exemplum; juxta quod Dominus
Levit. 4. ,, inquit ad Moyſen in Levitico: *Si ſacerdos,*
,, *qui unctus eſt, peccaverit, faciet delinquere po-*
,, *pulum*. Verum ætatis vitæ ſeneſcentis de-
,, fectus, atque canicies, quæ vix labores, &
,, dolores ſuos tolerare poſſunt, in contra-
,, rium allegabant, & Eccleſiæ Trecen. ſuſpi-
,, ria, cui vinculo paſtoralis ſollicitudinis es
,, ligatus, ſine cujus aſſenſu votum peregri-
,, nationis emittere forſitan non debueras (&
,, infra) Ipſum etiam votum, quod ex ſui for-
,, ma ſanctum & honeſtum erat, ex perſo-
,, na voventis minus licitum videbatur. Cum
,, enim juxta Canonica inſtituta Clericus abſ-
,, que ſui Epiſcopi licentia peregrinari non
,, debeat, & Epiſcopus non minus, immo po-
,, tius ſedi Apoſtolicæ ſit adſtrictus, videri
,, merito poterat, quod abſque generali vel
,, ſpeciali licentia votum peregrinationis, qua
,, te tamdiu abſentares, emittere non debe-
,, res (& infra) Cum igitur in lege veteri, *Exod. 13.*
,, in qua non minus præceptum Domini obli- *& 22.*
,, gabat quam votum hodie obligat in Eccle- *Num. 3.*
,, ſia, primogenita, quæ Domino mandaban- *& 8.* *Deut. 15.*
,, tur offerri, quædam Domino redderentur, *Luc. 2.*
,, ut primogenita Levitarum, quædam redi- *Lev. 25.*
,, merentur, ut aliarum Tribuum, quædam *Exod. 36.*
,, commutarentur in aliud, ſicut primogeni-
,, tum aſini, qui pro ove commutabatur; ex
,, hoc attendentes, quod votum commutari
,, poſſit in opus aliud pietatis, non curantes
,, quod os loquentium iniqua loquatur;
,, dum tamen non recedamus a tramite ve-
,, ritatis, de illius auctoritate ſecuri, qui cum
,, audiſſet a diſcipulis: *Scis, quia Phariſæi au-* *Matth. 15*
,, *dito hoc verbo ſcandalizati ſunt?* reſpondit:
,, *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum*. Ti-
,, bi pro te, & famulis tuis licentiam conce-
,, dimus votum peregrinationis taliter com-
,, mutare, ut expenſas, quas fueras in eun-
,, do, morando, & redeundo facturus, ali-
,, cui religioſo committas in neceſſarios uſus
,, terræ illius, ſine diminutione qualibet tranſ-
,, ferendas (& infra) Laborem etiam labori-
,, bus recompenſes, ſollicitius inſtando vigi-
,, liis, devotius vacans orationibus, & in je-
,, juniis fortius te exercens. Ad hanc autem
,, indulgentiam tibi faciendam ſpecialiter nos
,, induxit, quod cum pro libertate Trecen.
,, Eccleſiæ per dictum Comitem aſſequendam
,, præcipue votum peregrinationis emiſeris;
,, eo ſublato de medio, quia ceſſavere cauſ-
,, ſæ, facilius ceſſare potuit & effectus.

,, QUod ſuper his (& infra) Quæſiviſti de *INNOC. III. Cantuarien. Ar-*
,, bis, qui pro ſuccurſu terræ ſanctæ,
,, ſigno crucis aſſumto, propter infirmitatem
,, aut paupertatem, vel aliam juſtam cauſſam,
,, votum non poſſunt utiliter adimplere, cum
,, ſine diſtinctione receperis in mandatis, ut
,, eos, qui ſignum crucis aſſumtum abjecerunt,
,, ad reſumtionem ipſius, & executionem vo-
,, ti compellas. Nos autem Inquiſitioni tuæ
,, taliter reſpondemus, quod debiles, & ino-
,, pes, magis illuc in defectum, quam ad pro-
,, fectum accedunt, cum iſti pugnare non poſ-
,, ſint, & illi mendicare cogantur; niſi for-
,, te ſint nobiles, & magnates, qui ſuis ſe-
,, cum expenſis bellatores adducant: vel ar-
,, tifices, & agricolæ, qui de laboribus ſuis
,, ſibi poſſint acquirere neceſſaria, terræ ſub-
,, ſidia miniſtrare: quamvis non multi ta-
,, lium, propter brevitatem poſſeſſionum, &
,, paucitatem inhabitantium ibi ſint opportu-
,, ni. Unde credimus diſtinguendum inter il-
,, los, qui temporalem, & eos, qui perpetuam
,, impedimenti cauſſam creduntur habere;
,, quod primis eſt indulgenda dilatio; ſecun-
,, dis autem eſt redemtio injungenda; ac re-
,, rum facultate penſata, quæ poſſunt, aut
,, quas facturi eſſent expenſas, perſonarum
,, præterea recompenſato labore, in ſubſi-
,, dium terræ ſanctæ tranſmittant, exſe-
,, quentes per alios, quod per ſe nequeunt
,, adimplere. Rurſus inter illos, qui pro de-
,, fenſione terræ ſanctæ votum peregrinatio-
,, nis emittunt, & eos, quibus pro ſatisfactione
,, ſuorum criminum, iter peregrinationis in-
,, jungitur, credimus diſtinguendum, quod
,, circa primos plus terræ ſanctæ ſuccurſus, &
,, circa ſecundos plus labor itineris ſecundum
,, intentionem voventis, vel pœnitentis debet
,, attendi. Unde ſi quis hoc modo voventium

Digitized by Google

„ eſt inutilis ad pugnandum, quamvis habilis
„ ſit ad eundum; melius eſt redimere votum,
„ quam expenſas cunſumere: quod & de pœ-
„ nitente, qui propter debilitatem non poteſt
„ iter injunctæ peregrinationis implere, ſane
„ valet intelligi; non autem de illo, qui quam-
„ vis ſit impotens ad bellandum, potens tamen
„ eſt ad eundum (& infra) De mulieribus au-
„ tem hoc credimus obſervandum, ut quæ re-
„ manere noluerint, viros ſuos ſequantur; ce-
„ teræ vero (niſi forte ſint divites, quæ ſecum
„ in ſuis expenſis poſſint ducere bellatores)
„ votum redimant, quod voverunt.

IDEM Eidem. „ EX multa tuæ ſollicitudinis providentia
„ (& infra)... Secundo quæſiviſti, utrum
„ quod dicitur: *Si quis voventium eſt inutilis ad*
„ *pugnandum, quamvis ſit habilis ad eundum,*
„ *melius eſt, ut redimat votum, quam conſumat ex-*
„ *penſas*, generaliter accipi debeat, ut nobiles,
„ & magnates, qui ſunt conſilio ſtrenui, & mul-
„ tos ſecum poſſunt trahere bellatores, an mi-
„ nores tantummodo verbum hujuſmodi cum-
„ prehendat? Verum ſi ad ſuperiora oculum
„ tuæ conſiderationis extendas, quæſtionem i-
„ ſtam invenies in ſerie conſultationis noſtræ
„ ſolutam, ubi dicitur, quod debiles & inopes
„ magis in defectum terræ ſanctæ, quam ad e-
„ jus profectum accedunt, &c. Quamvis poſſit
„ aliter reſponderi, quod non ſunt inutiles
„ ad pugnandum, qui etſi per ſe pugnare non
„ poſſunt, maturitate tamen conſilii adeſſe va-
„ lent pugnantibus, & perſonæ defectum per
„ alios relevare (& infra) Quod autem ſupe-
„ rius ponitur, *mulieres, quæ remanere noluerint*
„ *&c.* de illis intelligendum eſſe, quæ ſe ad
„ peregrinationis propoſitum nullius voti vin-
„ culo adſtrinxerunt (& infra) In tanta quo-
„ que neceſſitate populi Chriſtiani, ne terræ
„ ſanctæ impediatur ſubſidium, viri præter
„ uxorum aſſenſum, hujus peregrinationis pro-
„ poſitum vovere libere valent, & quod vove-
„ rint, libere adimplere. Ut autem conſen-
„ tiant, ſunt attentius commonendæ. De cle-
„ ricis vero duximus reſpondendum, quod cum
„ Clericatus officium eos reddat inhabiles ad
„ pugnandum, niſi vel conſilio ſtrenui, vel of-
„ ficio prædicationis inſtructi, aut magnatum
„ ſint obſequio deputati, aut uſque adeo di-
„ vites fuerint, & potentes, ut in expenſis
„ ſuis aliquos ſecum ducere valeant bellatores;
„ magis ab eis expetit redemtionem accipere,
„ quam ad votum illos cogere proſequendum,
„ ſi neceſſitas exigit, vel utilitas perſuadet.
„ Hæc autem de voventibus dicimus, non de
„ his, quibus labor peregrinationis in pœniten-
„ tia eſt injunctus.

Gratianus. „ INter cetera... (Sed cum his omnibus illicita
„ juramenta non ſervanda probentur, op-
„ ponitur, quod Joſue Gabaonitis contra præce-
„ ptum Domini non deleverit, quia ſeniores
„ Iſrael juramento cum eis pacem firmaverunt.
„ Sed notandum eſt, quod ſeniores Iſrael, etſi
„ ſcirent a Domino eſſe imperatum, ut delerent
„ gentes terræ promiſſionis; decepti tamen a Ga-
„ baonitis, neſciebant eos eſſe incolas terræ ſibi
Joſue 9. „ promiſſæ. Venerunt enim (ut hiſtoria refert)
„ attritis calceamentis, & cum aridis panibus di-
„ centes: Viri pacifici venimus de terra longin-
„ qua, calceamēta ſunt attrita in pedibus noſtris,
„ panis defecit in ſitarciis noſtris, audivimus
„ Dominum eſſe vobiſcum, & venimus compo-
„ nere pacem. quod verbum placuit ſenioribus
„ Iſrael, & fecerunt pacem cum eis. Poſt diem
„ vero tertium, cum filii Iſrael appropiaquarent
„ Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus jurave-
„ rant, ſeniores Iſrael: illi autem videntes ſe eſſe
„ deceptos, voluerunt delere eos; ſed peper-
„ cit eis Joſue propter juramentum ſeniorum
„ Iſrael.)

„ I*Nnocens credit omni verbo*. Non vituperanda AMBROS.
„ facilitas; ſed laudanda bonitas. Hoc eſt *In libro*
„ innocentem eſſe, ignorare quid noceat: & ſi *de officiis*
„ circumſcribitur ab aliquo; de omnibus tamen *c. 10.*
„ bene judicat qui fidem eſſe in omnibus arbi-
„ tratur. Hac igitur mentis ſuæ devotione in-
„ clinatus Joſue, ut crederet Gabaonitis, teſta-
„ mentum Dei diſpoſuit, pacem dedit, confirma-
„ vit ſocietatem; ſed ubi in terras eorum eſt
„ ventum, deprehenſa fraude, quod cum eſ-
„ ſent finitimi, advenas ſe eſſe ſimulaverant,
„ circumſcriptum ſe populus patrum indigna-
„ ri cœpit: Joſue tamen pacem, quam dederat,
„ revocandam non cenſuit, quia firmata erat
„ ſacramenti religione; ne dum alienam per-
„ fidiam redargueret, ſuam fidem ſolveret;
„ mulctavit tamen eos vilioris obſequio mi-
„ niſterii. Clementior ſententia, ſed diutur-
„ nior...

Nota etiam circa ſuperioris arbitrium, quod omne tale votum commutari poteſt in votum religionis; quia illud indubitanter melius eſt. Unde Alexander III. *Rei fracti voti nullatenus habentur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcuntur religionis obſervantiam commutare*; immo nec mutat aliquis propoſitum; tamen pro ſalute animæ utilius aliquid meditatur. Extra, eodem Titulo, cap. *Scripturæ*. *v. ſupra.*

Item in redemtione, ſeu commutatione debet ſuperior habere conſiderationem ad facultatem voventis & expenſas, quas poſſet facere, vel facturus eſſet, ſi votum impleret in eundo, morando, & redeundo: & etiam ad laborem; ut ſi votum erat Hieroſolymitanum, vel ſimile, puta contra hæreticos, vel aliud tale; omnia ſine diminutione tranſmutat per aliquem, vel per aliquos viros religioſos in uſus & ſubſidium terræ ſanctæ, ſeu Catholicorum pro fide pugnantium totaliter transferendo. Extra eod. c. *Magnæ*, & *Quod ſuper ſuis*. *v. ſupra.*

In votis aliarum peregrinationum, puta ſancti Jacobi, vel ſimilium, dico idem, hoc excepto, quod ad locum peregrinationis mittat oblationem, quam ibi eſſet facturus; & alias expenſas cum compenſatione laboris in alia, quæ magis Deo placere debent, credo, ſalvo meliori judicio, convertendas. Arg. Extra eod. c. 5. & c. *Scripturæ*. *v. ſupra.*

In voto abſtinentiæ habenda eſt ratio aſperitatis jejuniorum, panis, & aquæ, & omnium aliorum, quæ in voto fuerunt comprehenſa: conſiderari etiam debet affluentia voventis. Extra eod. c. 1. Nam in eadem ſpecie voti aliquis pauper poſſet redimere cum centum ſolidis, vel etiam uno denario, vel nullo, ſi nihil haberet, vel habere poſſet; ubi Rex, vel comes non poſſet cum mille marchis argenti. *v. ſupra.*

§. III.

§. III.

De irritatione votorum.

POtaſt autem voluntatis votum irritarl duobus modis, ſcilicet defectu conditionis, & poteſtate ſuperioris. Dafectu conditionis, ſeu generalis ſeu ſpecialis.

Generalis puta, *Si vixero; ſi potero; ſi Deus voluerit;* quæ ſemper ſubintalliguntur, atiamſi non apponantur. Cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Beata Maria.*

August. ,, BEata Maria propoſuir ſe ſervaturam vo-
,, tum virginitatis in corde; ſed ipſum vir-
,, ginitatis votum non expreſſit ore. Subjacir
,, ſe divinæ diſpoſitioni, dum propoſuit ſe per-
,, ſavaraturam virginem, niſi aliter Deus ai
,, revelaret. Committens argo vlrginitatam
,, ſuam divinæ diſpoſitioni, conſenſit in aarna-
,, lam copulam, non illam appatendo, ſed
,, divinæ inſpirationi ln utroque obediendo.
,, Poſtea vero filium genuit, & quod corde
,, conceperat, ſimul cum viro labiis expraſſit,
,, & uterque in virginitata permanſit. Conſen-
,, ſus ergo cohabitandi, & individuam vitæ
,, conſuetudinem ratinandi intarvanians, aos
,, conjuges fecit. Indivldua vero vitæ conſua-
,, tudo eſt, talem ſe in omnibus exbibere viro,
,, qualis ipſa ſibi aſt, & aconverſo. Ad indi-
,, viduam vitæ itaque conſuetudinem pertinet,
,, abſque legitiml conſenſu vlri, & orationi
,, aliquando non poſſe vacare, nec continen-
,, tiam profitari: quia argo iſte conſenſus fuir
,, inter aos, patat eos conjuges fuiſſe.

Specialis. Puta *ſi intravero Lombardiam, ibo ad ſanctum Marcum;* vel, *ſi filius meus fuerit liberatus de infirmitate, viſitabo ſanctum Jacobum,* vel ſimile hnic. Similiter ſi defecerit conditio, non obligatur ex voto; aliter ſic. Cauſſa 32. q. 8. c. *Non ſolum.* Extra, de condit. appoſ. c. *Verum.*

August. *lib. 1. de adulterin. conjugiis c. 24.* ,, NOn ſulum mœchandnm non eſt (quod
,, facit non quidam, ſed omnis; qui di-
,, mittit uxorem ſuam, & ducit altaram; atſi
,, propterea eam duxerit, ut chriſtianam ſaciat)
,, ſed etiam quiſquis non alligatus uxori con-
,, tinentiam Deo voverit, oullo modo dabat
,, iſta compenſatione peccare, ut ideo credar
,, uxoram ſibi eſſe ducendam, quia promiſit,
,, quæ nuptias ejus appetir, futuram ſa aſſe
,, chriſtianam. Quod enim cuiquam antequam
,, voviſſet, licebat; cum ſe id numquam fa-
,, cturum vuvarit, non licebit: ſi tamen id vo-
,, verit, quod vovendum fuit, ſicuti eſt perpe-
,, tua virginitas, vel poſt experta coonubia ſo-
,, lutis a vinculo conjugali, vidualia caſtitas;
,, ſeu ex conſenſu voventibus, & carnalia de-
,, bita ſibi invicem relaxantibus fidelibus, ca-
,, ſtiſque conjugibus (quod altarum ſine alte-
,, ra, vel alteram ſine altero vovere fas non aſt)
,, jugis continentia. Hæc ergo, & ſi qua alia
,, ſunt, quæ ractiſſime voventur, cum homines
,, voverint, nulla conditione rumpenda ſunt,
,, quæ ſine ulla conditione voverunt.

Alexand. III. ,, VErum cum alicui Eccleſiæ poſſeſſio quæ-
,, libat interpoſita conditione donatur, a
,, donatore donum poſtea revocari non poteſt,
,, niſi forte tali ſit conditione collatum, quod
,, ea ceſſante, debeat ravocari.

Et hoc intelligas, ubi tota obligatio ponebatur in eventu conditionis: ſacus ſi alia fuit concauſſa; vel etiam ſi fecit votum ob cauſſam, & publice, & non expraſſit cauſſam; ſed votum, & propter conſcientiam, & proptar ſcandalum rollendum tenatur implere. Extra, eodem c. *Magnæ.* Et de convarſ. conjug. c. *Ex parte tua* *v. ſupra.* circa fin.

Innoc. III. Lugdunen. Archiep. ,, EX parta tua aſt intimatum, quod cum quæ-
,, dam mulier valum viduitatia coram duo-
,, bus Abbatibus aſumſiſſet, benadictione ſo-
,, lemni, cum celebratione miſsæ, ac Litania
,, (ſicut debuit) accadente, quidam nobilis
,, proponebat ſe prius muliarem ipſam, me-
,, diantibus intarnunciia, per verba de præſen-
,, ti, arrha etiam interpoſita, deſponſaſſe (&
,, inſra) At illa ſe in illum conſenſiſse confeſ-
,, ſa, dixit, quod audierat aum aſse lepra per-
,, cuſsum, & ob hoc ejus fuerit abominata
,, complexus (& inſra) Nos autam inquiſi-
,, tiooi tuæ taliter reſpondamua, quod etſi poſ-
,, ſit non inconſulte videri, quod ex quo ma-
,, trimonium inter legitimas perſonaa per
,, verba de præſenti contrahitur, illis viven-
,, tibus ln nullo caſu poſſit diſsolvi, ut vivente
,, reliquo, alter ad ſecunda vota tranſmigrat,
,, etiamſi unus fidelium, inter quos aſt ratum
,, conjugium, fierat hæreticus, & nollet per-
,, manare cum altero ſina contumalia creatoris:
,, niſi forte ſecus fieret ax revelatione divina,
,, quæ ſuparat omnem legem, ſicut a quibuſ-
,, dam ſanctis legitur aſse factum; Nos ta-
,, men nolentas a prædeceſsorum noſtrorum
,, veſtigiis declioare, qui reſpondere conſulti,
,, antequam matrimoninm ſit per carnalem
,, copulam conſummatum, licare altari con-
,, jugum, relſquo inconſulto, ad religlonem
,, trauſira, ita quod reliquus ax tunc legiti-
,, ma poterit alteri copulari; hoc ipſum tibi
,, conſulimus obſervandum in articulo præno-
,, tato, quamvis ſalſa ſit cauſsa, per quam
,, ad ſuſcaptionem vali prædicta mulier aſt
,, inducta, cum ſina qualibet tali cauſsa id-
,, ipſum religionia obtentu ſacera potuiſset,
,, Porro licat prædicta mulier vidaatur in vali
,, ſuſceptiona, raligionis habitum aſsumſiſse;
,, ſi tamen valic in domo propria ramanare,
,, quaſi propoſitum caſtitatis in ſæculo ſerva-
,, tura, nihilominua conſummandum eſt ma-
,, trimonium jam contractum, niſi ſe voto
,, adſtrinxetir ad obſervantiam regularem: in
,, quo caſu compelli poteſt, ut relicto ſæculo,
,, religionis propoſitum exſequatur.

§. IV.

Poteſtate vero ſuperioris irritantur Monachorum vota.

POteſtate vero ſuperiorls multipliciter potaſt irritari votum: ſunt enim quædam perſonæ, quæ non habenr liberam facultatam vovendi; ut Monachus non poteſt ſacere votum abſtinantiæ, vel peragrinationia, val aliqood aliud; & ſi fecerit, non dabet exſequi ſine licentia Abbatis, ne ſuper eum fratres ſcandalizentur, ſi eorum conſuetudinem generalem, ſingu-

laris voluerit excedere ; vel ne detur ei occaſio evagandi. Cauſſa 20. quæſt. 4. cap. *Monacho*, & cap. *Monachum*, & §. *Verum*.

Basilius.

,, MOnacho non licet votum vovere ſine conſenſu Abbatis ſui : ſi autem voverit, frangendum erit.

Ex Conc. *Agathenſ. c. 27. Gratianus.*

,, MOnachum niſi Abbatis ſui aut permiſſu, aut voluntate &c. *Verum hoc intelligendum eſt de Monachis religioſe viventibus, quibus vota specialis abſtinentiæ, vel alicujus diſtrictionis, quæ generalem conſuetudinem ſuorum fratrum excedat, ſine Abbatis conſenſu vovere non licet, ne ſuper eos fratres ſcandalizentur : cauſſa etiam illorum ſtatutum eſt hoc ; qui regularem diſciplinam ſubterfugientes peregrinationis vota ſibi aſſumunt, quod nec Monacho, nec alicui clerico licet, ne hac occaſione ad ſæcularem converſationem redeat.*

Excipitur votum ſtrictioris religionis, ad quam ſi tranſire voluerit, non ex levitate, vel temeritate, in jacturam, & ruinam ſui ordinis ; ſed ex caritate & inſpiratione divina debet humiliter licentiam poſtulare a Prælato ſuo ; qua petita, ſive fuerit conceſſa, ſive non, poterit tranſire. Extra, de regul. & tranſ. ad relig. c. *Licet*.

Innoc. III *Priori, & conventui Dimelienſi.*

,, LIcet quibuſdam Monachis, & canonicis, nec non hoſpitalariis, & templariis a ſede Apoſtolica ſit indultum, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſſit ipſis invitis, arctioris etiam religionis obtentu tranſire, ut unuſquiſque ſecundum Apoſtolum in ea vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus. *Quia tamen ubi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege, quia lex non eſt poſita juſto*, ea ratione videtur, hoc illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate, vel levitate in jacturam vel injuriam ſui ordinis, ſub prætextu majoris religionis ad alium ordinem tranſvolaret ; ſicut frequenter a multis conſtat eſſe præſumtum : non quidem ut ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandam, ut non ficte, ſed vere ad frugem melioris vitæ valeat tranſmigrare. Talis ergo poſtquam a prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulaverit, ex lege privata (quæ publicæ legi præjudicat) abſolutus, libere poteſt ſanctioris vitæ propoſitum adimplere ; non obſtante proterva indiſcreti contradictione prælati, quia privilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate : cum etiam Romanus Pontifex, qui ſupremam in Eccleſia obtinet poteſtatem, Archiepiſcopis, & Epiſcopis cedendi licentiam ex juſta cauſſa petentibus ſine difficultate concedat. Quocirca noverint univerſi, quibus hujuſmodi privilegium eſt conceſſum, ſed ad concedendam licentiam tranſeundi taliter poſtulantibus de jure teneri ; quia ſicut ſubditus a prælato cum humilitate, & puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur ; ſic profecto prælatus ſubdito ſine difficultate, & pravitate qualibet debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire divinitus inſpiratum. Si vero probabiliter dubitetur, utrum qui velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorem ex caritate, an ex temeritate tranſire, ſuperioris eſt judicium requirendum, ne forte angelus ſathanæ in lucis angelum ſe transformet : illa ſemper regula inviolabiliter obſervata, ut nullus abſque licentia Romani pontificis præſumat occaſione quacumque deſerere præſulatum. Quoniam ſicut majus bonum, minori bono præponitur ; ita communis utilitas ſpeciali utilitati præfertur : & in hoc caſu recte præponitur doctrina ſilentio, ſollicitudo contemplationi, & labor quieti ; ad quod utique deſignandum unigenitus Dei filius Jeſus Chriſtus non de Rachele ſecundum carnem natus eſt, ſed de Lia, nec legitur eum in domum ſuam Maria recepiſſe, ſed Martha. Unde quando poteſt Epiſcopus prodeſſe pariter, & præeſſe, non debet cedendi licentiam poſtulare, aut etiam obtinere : cum ergo R. Monachus veſter ad fratres Ciſtercienſis ordinis tranſmigraverit, non ut ordini veſtro aliquatenus derogetur, ſed ut apud eos vitam duceret arctiorem ; Mandamus quatenus ſuper eo, quod de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta feciſſe dignoſcitur, eum nullatenus moleſtetis ; quia caritas eſt fons proprius, cui non communicat alienus.

1. Cor. 7. 2. Cor. 3.

Et hoc de omnibus religioſis, & præcipue de ſæcularibus eſt tenendum, ut in eadem Decretali *Licet*, & cauſſa 19. quæſt. 2. cap. *Duæ*.

Sed contradicunt aperte Gregorius, & Urbanus Papa. Cauſſa 19. quæſt. 3. cap. 1. 2. & 3. ſeu cap. *Nullus*, cap. *Mandamus*, & *Statuimus*. *v. ſupra.*

Gregor. VII. *In Concil. Eduenſi.*

,, NUllus abbas, vel Monachus canonicos regulares a propoſito profeſſionis canonicæ revocare, & ad monaſticum habitum trahendo ſuſcipere audeat, ut monachi fiant, quamdiu ordinis ſui Eccleſiam invenire quiverint, in qua canonice vivendo, Deo ſervire, & animam ſuam ſalvare poſſint : quod ſi temerario auſu id agere tentaverint, anathematis vinculo obligentur.

Urbanus II.

,, MAndamus, & univerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter profeſſus, niſi (quod abſit) publice lapſus fuerit, Monachus efficiatur : quod ſi decreto noſtro contraire præſumens, id agere tentaverit, ad ordinem canonicum præcipimus, ut redeat ; & deinceps monachalem cucullum deſerat, & ultimus in choro maneat. *Subaudiendum vero eſt, niſi cum Patris ſui licentia religionis propoſitum induerit.*

Gratianus. Urbanus II. *Abbati S. Ruffini.*

,, STatuimus, ne profeſſionis canonicæ quiſpiam, poſtquam Dei vice ſupra caput ſibi hominem impoſuerit, alicujus levitatis inſtinctu, vel diſtrictioris religionis obtentu ex eodem Clauſtro audeat ſine Patris, & totius congregationis permiſſione recedere ; diſcedentem vero nullus Abbatum, vel Epiſcoporum, nullus Monachorum ſine communi litterarum cautione ſuſcipiat.

In quibus diſtricte prohibetur canonicis regularibus ad monaſticam religionem tranſire abſque permiſſione Patris, ac Congregationis.

Sed illud non tenet ; vel intelligitur de his, qui levitatis cauſſa tranſire volunt, ut dicitur in illa Decret. *Licet*.

Quod dictum eſt de Monacho, intelligas de Clerico ſæculari, non in voto abſtinentiæ, ſed religionis, & peregrinationis. De conſec. diſt. 5. *Non oportet* 1.

,, Non

Digitized by Google

Ex Conc. *Laodicenſi c. 54.*

„ NOn oportet miniſtros altaris, vel quoslibet Clericos præter juſſionem Epiſcopi ad peregrinandum proficiſci. Laicum etiam ſine canonicis litteris, *id eſt formata*, ſimiliter non oportet alicubi proficiſci.

Fallit in Epiſcopo, qui nec votum peregrinationis, vel religionis facere poteſt, niſi obtenta licentia Papæ. Extra eod. c. *Magnæ*, & c. *Licet*, de Regul. *v. ſupra.*

§. V.

Servus ſine domini voluntate vota facere nequit.

ITem ſervus ſine domini voluntate, Diſt. 54. *Si ſervus ſciente.*

Leo Omnib. Epiſcop.

„ SI ſervus ſciente, & non contradicente domino ſuo, in clero fuerit ordinatus, ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit: ſed ſi ignorante domino, licet ei intra ſpatium unius anni & ſervilem fortunam probare, & ſervum ſuum accipere. Verum etiamſi legitimo probato experimento Monachus efficiatur, evadit jugum ſervitutis. Debent enim per triennium, antequam Monachi efficiantur, in monaſterio permanere: poſtea vero ſi monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Epiſcopalis enim ordo liberat a fortuna ſervili vel aſcriptitia, ſed non a curiali ſive officiali; nam, & poſt ordinationem durat: ſed etiam jus patriæ poteſtatis ſolvit Epiſcopalis dignitas: adſcriptitios vero in ipſis poſſeſſionibus Clericos, etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus; ita tamen, ut clerici facti impoſitam ſibi agriculturam adimpleant.

Tamen ſi intraverit religionem, & eſt perſona nota, vel etiam eſt incognita; quia neſcitur utrum ſit liber vel ſervus, non debet recipi ad monachatum per triennium; intra quod, ſi ſervus, vel ratiociniis obligatus, vel colonus, id eſt, originarius, vel adſcriptitius quæratur a domino ſuo, reddatur ei cum omnibus his, quæ attulit; fide tamen accepta de impunitate ſi autem intra triennium non fuerit requiſitus, poſtea quæri non poteſt, Cauſſa 17. q. 2. c. *Si quis incognitus.*

Ex Decr. *Bonifacii.*

„ SI quis incognitus monaſterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei non præſtetur: & ſi intra tres annos, aut ſervus, aut libertus, aut colonus quæratur a domino ſuo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de impunitate; ſi autem intra triennium non fuerit requiſitus, poſtea quæri non poteſt, niſi ſit tam longe, quod inveniri non poſſit; ſed tantum ea, quæ in monaſterium adduxerit, dominus ſervi accipiat.

Quando incipiat computari illud triennium? Dicit Hugot. quod a tempore ingreſſus curret continuo in favorem religionis. Laur. Joan. & alii plerique dicunt, quod a tempore ſcientiæ domini. Arg. prædicti c. *Si quis incognitus* in fin. verſ. *Niſi ſit tam longe quod inveniri non poſſit.*

Quod ſi recipiunt eum ad profeſſionem ante hoc tempus, credo, ſalvo meliori judicio, quod ille debet remanere in ordine, & monaſterium debet ſatisfacere domino, quia fuit in culpa recipiendo eum, Arg. diſt. 54. c. *Si ſervus ſciente.* *v. ſupra.*

Vel dic quod ſi iſte erat incognitus, & aſſerebat ſe liberum, quum interrogabatur de hoc, vel forte probabat hoc per falſos teſtes, & corruptos; ſi Dominus noluerit eum ex gratia dimittere, ſpoliabitur, tamquam indignus, & vilis, habitu, quem furtive accepit, & reſtituetur domino. Arg. Extra, de ſerv. non ordin. c. 2. ſeu, *De ſervorum.*

Ex Conc. *Toletano.*

„ DE ſervorum ordinatione (& infra) Statutum eſt, ut nullus Epiſcoporum deinceps ad ſacros ordines eos promovere præſumat, niſi prius a dominis libertatem fuerint conſecuti; & ſi quilibet ſervus fugiens dominum ſuum qualibet calliditate, aut fraude ad gradus pervenerit Eccleſiaſticos, decretum eſt, ut deponatur, & ejus dominus eum recipiat.

§. VI.

Quando impuberes abſque patris, vel tutoris auctoritate vota emittere poſſunt, & quando non?

ITem impuberes abſque patris vel tutoris auctoritate. Cauſſa 20. quæſt. 2. c. 1. & 2. ſeu *Si in qualibet*, & *Puella* Extra, de Regul. c. *Si quis.*

Ex Conc. *Toletan.* 10. c. 6.

„ SI in qualibet minori ætate, vel religioni debitam veſtem, vel religionis tonſuram in utroque ſexu filiis aut unus, aut ambo parentes dederint forte, aut nolentibus, aut neſcientibus ſe ſuſceptam, non mox viſam in filiis abdicaverint; ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia palamque in conventu eoſdem filios talia habere permiſerint, ad ſæcularem reverti habitum filiis ipſis quandoque penitus non licebit; ſed convicti, quod tonſuram, aut religioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum, habitumque revocentur, & ſub ſtrenua diſtrictione hujuſmodi obſervantiæ inſervire cogantur. Parentibus ſane filios ſuos religioni tradere non amplius, quam uſque ad quartum decimum eorum ætatis annum licentia poterit eſſe: poſtea vero, an cum voluntate parentum, an ſuæ devotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumtione deteſtus fuerit attigiſſe, tranſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat.

Ex Conc. *Triburien.* c. 24.

„ PUella, ſi ante duodecim annos ætatis ſponte ſua ſacrum ſibi velamen aſſumſerit, poſſunt ſtatim parentes ejus, vel tutores id factum irritum facere, ſi voluerint; & ſi annum, & diem id diſſimulando conſenſerint, ulterius nec ipſi, nec ipſa mutare hoc poterunt; ſi vero in fortiori ætate adoleſcentula, vel adoleſcens ſervire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

Ex Conc. *Maguntin.*

SI quis ante annos legitimos tonſuratus eſt ſine conſenſu parentum ſuorum; ſi parentes

„ ipſius

Digitized by Google

na. 813. celebrato. „ ipſius intra annum non reclamaverint ad Principem, aut proprium Epiſcopum, vel ad miſſum dominicum, in Clericatu permaneat; ſi vero poſt legitimos annos per vim Clericus factus eſt, & nec ipſe, nec parentes ejus intra annum ad memoratas perſonas reclamaverint, in clericatu permaneat, ſicut is, de quo ſuperius dictum eſt.

Et ſi intelligas impuberes maſculos uſque ad 14. annum, & feminas uſque ad 12. completos; in hoc tamen articulo multa & varia ſcripta ſunt: dixit enim Hugot. quod ſi doli capax, eſt ingreſſus monaſterium, ſeu per ſe, ſeu auctoritate patris, dummodo non fuerit coactus, amodo non poterit exire, licet non pervenerit ad annos pubertatis; quia quum doli capaces poſſint ſe obligare diabolo, ut extra, de delict. pueror. c. *Pueris*, multo fortius Deo.

Gregor. IX. „ PUeris grandiuſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis 14. cum pubeſcere cœperint: quod merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furta, mendacia, & perjuria non eſſe peccata? at his plena eſt puerilis ætas; quamvis in eis non ita, ut in majoribus, punienda videantur.

Alii vero, cum quibus ſentio, ſcilicet Laur. Joann. & Tancred. diſtinguunt ſic: Ingrediens monaſterium aut eſt adultus, aut impubes. In primo caſu, ſi intrat ſponte, & facit profeſſionem expreſſam vel tacitam, non poterit exire. Cauſſa 20. quæſt. 1. cap. *Puellæ*. Et quæſt. 2. cap. 1. & 2. ſeu, *Si in qualibet*, & *Puellæ*. *v. ſupra.*

Leo Papa Epiſt. 90. ad Ruſticum Epiſc. c. 13. & 14. „ PUellæ, quæ non parentum coactæ imperio, ſed ſpontaneo judicio virginitatis propoſitum, atque habitum ſuſceperunt, ſi poſtea nuptias eligunt, prævaricantur, etiamſi nondum eis conſecratio acceſſerit, cujus utique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent. Ambigi vero non poteſt crimen magnum admitti, ubi & propoſitum deſeritur, & conſecratio violatur: nam ſi humana pacta non poſſunt impune calcari; quid eos manebit, qui corruperint fœdera divini Sacramenti? *Cum ergo in* *Gratianus.* *principio hujus capituli dicatur* (Puellæ quæ non coactæ imperio parentum) *datur intelligi, quod ſi coactæ habitum virginitatis ſumſerint, ſine prævaricatione ipſum deſerere poſſunt; ſed puella hic nubilis intelligitur, cujus (ut in ſequentibus demonſtratur) poſt 12. annum liberum eſt arbitrium, nec in electione propoſiti cogitur ſequi parentum imperium.*

Si invitus intrat, exire poteſt, niſi propter aliquam culpam ibi poneretur ad agendam pœnitentiam. Cauſſa 20. quæſt. 1. cap. *Sicut*, cauſſa 21. quæſt. 2. cap. *Placuit*, diſt. 50. cap. *Si ille*.

In Synod. habita ab Eugen. Papa II. „ SIcut qui monaſteria elegerunt, a monaſteriis egredi non permittuntur; ita hi, qui inviti ſine juſtæ offenſionis cauſſa ſunt intromiſſi, niſi volentes non teneantur; quia quod non petunt, non obſervant. Ideoque tales conſiderandi ſunt magis peccata committere, quam plangere, ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſime continetur.

„ PLacuit, ut ſi quis Clericus miniſteriis, Eccleſiæ propriæ deſtitutus ad aliam tranſitum fecerit, compellente, ad quem confugerit, ſacerdote; ad Eccleſiam, quam prius incoluerat, remittatur; qui vero eum ſuſceperit, nec ſtatim ſine ullo niſu exceptionis ad propriam Eccleſiam remittendum elegerit, quamdiu eum reſtituat, communione ſe privatum cognoſcat: deſertorem autem Clericum cingulo honoris atque ordinis ſui exutum, aliquo tempore monaſterio relegari convenit; ſicque poſtea in miniſterio Eccleſiaſtici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus propagationis aboleri licentia, niſi fuerit in eis propter correctionem diſciplinæ ſubſecuta correctio. *Ex Conc. Hiſpalenſ. II.*

„ SI ille, qui ultro petit pœnitentiam, quamvis eam perfecte agat, non poteſt Epiſcopus, aut presbyter ordinari; ita ut etiam ſi per ignorantiam ordinatus fuerit, & poſtea convincitur pœnitentiam accepiſſe, dejiciatur: ille ergo, qui invitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſterium (qui utique nihil aliud, quam pœnitens dicendus eſt) qua conſcientia ad ſacerdotium pervenire permittitur? Nemo mihi alia quælibet contra auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vel contra 318. Epiſcoporum, vel reliquorum canonum conſtituta, objiciat; quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum ſanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium, ſed etiam periculoſum eſſe non dubito. *Hormisda Papa omnibus Epiſc. per univerſas Provincias conſtitutis.*

Et intelligas invitum, qui intravit propter metum, qui poteſt cadere in conſtantem virum, videlicet, mortis, vel verberum, vel ſervitutis, vel ſtupri ſui, vel filiorum: unde verſus:

Excuſare metus hos poſſe, puta, quia neſcis,
Stupri, ſeu ſtatus, verberis, atque necis.

Extra, de his quæ vi, metuſve cauſſa, cap. *Perlatum*, & *Cum dilectus*. De ſponſal. c. *Veniens ad nos*.

„ PErlatum eſt ad audientiam noſtram, quod cum quidam nobilis, & potens M. uxorem ſuam ſuſpectam haberet, milites ſui ejus præcepto, eam ad quamdam ſilvam ducentes, evaginato gladio occidere voluerunt; ſed tandem pietate ducti, ſub tali conditione pepercerunt eidem, quod in monaſterio de Colobris habitum ſuſciperet monachalem (& infra) Epiſcopi vero rem ignorantes miſſi a viro, ut ei velum imponerent; quia juvenis erat, & filium parvulum habebat, mutationem vitæ ſuæ ſuſpectam habentes, ſeorſum convenerunt eamdem; quæ rem pateſaciens, quod mortis timore monaſterium intrabat, propoſuit, & quod inde quandocumque poſſet, exiret; ſed alter Epiſcoporum ut viri tyrannidi ſatisfacere videretur, mulieri velum imponere ſimulavit: tandem viro de medio ſublato, prædicta mulier de monaſterio exiens, alium maritum accepit, quos Calaguritanenſ. Epiſcopus ad inſtantiam ſororum vinculo excommunicationis adſtrinxit (& infra) Ideoque mandamus, quatenus prædictam mulierem & virum (recepto ſacramento, quod veſtro debeant ſtare mandato) ab excommunicationis vinculo abſolvatis: deinde tam mulierem, quam prioriſſam, & moniales præſcripti monaſterii, ante veſtram præſentiam convocantes; ſi legitime *Alex. III. Oſcen. Epiſc. & Priori Sanctæ Mariæ Cæſaraug.*

„ pro-

,, probatum fuerit, non timore mortis præ-
,, dictam mulierem religionem intraſſe, aut
,, quod fecit, poſtmodum ratum habuiſſe, i-
,, pſam ad monaſterium redire, & habitum de-
,, poſitum reaſſumere cenſura Eccleſiaſtica com-
,, pellatis.

INNOC. III. *Marſil. & Agathen. Epiſcop.*

,, CUm dilectus filius (& infra) Quia con-
,, ſtitit nobis de voto emiſſo, & de præſtito
,, juramento a canonicis inſularum, quud regu-
,, lam Ciſtercien. obſervarent, vel tranſlationem
,, ipſius Eccleſiæ ad ordinem illorum nullate-
,, nus impedirent; cum utrumque ſervatum
,, non vergat in diſpendium ſalutis æternæ,
,, nolentes viam perjuriis aperire, non obſtan-
,, te violentia, quæ pruponebatur illata, cum
,, neque metum mortis, neque cruciatum cor-
,, poris contineret, & ideo non debuerat cade-
,, re in conſtantes. Nec obſtante dolo, pro
,, quo ſe proponebant fuiſſe ſeductos; enm ta-
,, lis dolus non tam ad circumventionem præ-
,, dictorum Ciſtercien. quam ad fatuitatem eo-
,, rum debeat retorqueri, ſuper reſtitutione pe-
,, tita ſilentium eis duximus ſententialiter im-
,, ponendum.

ALEX. III.

,, VEniens ad nos Gu. ſua nobis relatio-
,, ne monſtravit, quod in domo ſua mu-
,, lierem quamdam recepit, de qua prolem
,, habuit, & cui fidem coram pluribus præſti-
,, tit, quod eam duceret in uxorem: interim
,, autem cum apud domum vicini ſui pernocta-
,, verit, ejus filia nocta illa ſecum concubuit,
,, quos pater puellæ ſimul in uno lecto inve-
,, niens, ipſum eam per verba de præſenti de-
,, ſponſare coegit. Ideoque mandamus, quate-
,, nus ſi inveneris, quod primam poſt fidem
,, præſtitam cognoverit, ipſum cum ea facias
,, remanere; alioquin ſecundæ (niſi metu coa-
,, ctus, qui poſſet in virum conſtantem cade-
,, re, eam deſponſaverit) adhærere facias ut
,, uxori.

Si vero impubes intrat, aut ab alio ponitur in monaſterio, puta patre, vel tutore, aut propria auctoritate; in primo caſu ſi ipſe non conſentit, poteſt egredi quando voluerit uſque ad ætatem legitimam. Cauſſa 20. q. 1. c. *Puellæ*, & q. 3. c. *Præſens*. *v. ſupra.*

NICOLAUS *Papa Omnibus Epiſcop. in regno Ludovici.*

,, PRæſens Clericus, nomine Lambertus, una
,, cum patre ſuo, Nomine Attho, quondam
,, videlicet comite, nunc autem Clerico, ad li-
,, mina Apoſtolorum properans adiit præſentiam
,, noſtram, aſſerens qualiter idem pater ejus in
,, Laicali adhuc ordine in prædiis propriis ædifi-
,, caſſet duo monaſteria, voluntatem gerens, ut
,, poſt ſuum deceſſum præſens filius ejus Lam-
,, bertus in locum ejus ſuccederet, quem infra
,, teneram ætatem inter octavum, & decimum
,, annum conſtiturum memoratus pater proprio
,, arbitrio abſque regulari inſtitutione extra o-
,, mnem illius voluntatē cucullam induit. Igitur
,, poſt quoddam ipſius temporis ſpatium (ut ipſe
,, dicit) Salomon Epiſcopus cum quibuſdam
,, aliis abſque patris oblatione, vel Abbatis per-
,, cepta benedictione, eumdem Lambertum mo-
,, naſticum habitum induere fecit (ut ferunt)
,, invitum, & ſub hac occaſione, paterna, ſeu
,, materna hæreditate a fratribus ſuis privatum
,, eſſe, atque contra omnem (ut dictum eſt) vo-
,, luntatem ſuam, quaſi regularem illum Mo-
,, nachum permanere volunt. Super qua re di-
,, ligenti cura inveſtigantes, etiam ſub adjura-
,, tione patrem ipſius, ſi verum diceret, interro-
,, gavimus. Sed idem pater Attho reſpondit ſe
,, talem habuiſſe, & habere voluntatem, ut fi-
,, lius ſuus verus Monachus fieret, & in locum
,, ejus ſuccederet. Sub teſtificatione autem jure-
,, jurando firmavit, quod quando primitus ei
,, cucullam induit, idem Lambertus ſemper
,, reſtitit, & numquam ſe fieri Monachum
,, conſenſit; ſed damum ab inſequentibus Mo-
,, naſtico habitu violenter eſt indutus, aſſerens
,, quod numquam regulam aliquando promi-
,, ſit, neque ego pater ejus pallio altaris in-
,, dutum illum obtuli, neque a quocumque
,, Sacerdote, vel Abbate (ut mos poſcit)
,, benedictione percepta regulæ umquam ſe
,, Monachorum ſubjectum futurum promiſit.
,, Super his omnibus etiam proteſtatus eſt
,, præfatus Attho, quia ſi eo tempore, tam
,, duræ obſervantiæ monaſticam intellexiſſet
,, regulam, numquam eumdem filium Lam-
,, bertum coegiſſet portare cucullam. Quapro-
,, pter conſulte Pſalmographi verba reco-
,, lentes, quibus voluntarie ſe Deo ſacrifica-
,, re pronunciat, & voluntaria oris ſui bene-
,, placita fieri in conſpectu Dei obſecrat, præ-
,, ſentem (ut dictum eſt) Clericum, nomine
,, Lambertum, minime debere exiſtimavimus
,, ſub tali violentia fieri Monachum. Quod e-
,, nim quis non eligit, nec optat, profecto
,, non diligit: quod autem non diligit, facile
,, contemnit: nullum quippe bonum, niſi vo-
,, luntarium. Idcirco Dominus non ferendam
,, in via virgam, per quam violentia ulli in-
,, feratur, præcepit. Quapropter conſultius a-
,, getur, ſi piis ſuaſionibus contemtum mun-
,, di, & amorem Dei prædicando, quam vio-
,, lentiam inferendo ad cæleſtem amorem il-
,, lum accenderitis. Unde omnium veſtrum
,, caritati hanc noſtri Apoſtolatus mandare de-
,, crevimus Epiſtolam, monentes, atque præ-
,, cipientes, quatenus (ſi ita verum eſt, ut iſti
,, dicunt) nullus Epiſcopus vel Abbas, ſeu
,, Monachorum reliquorum conventus, mona-
,, ſticis illum regulis invitum ſubjicere compel-
,, lat, nec ullo modo fratres ejus per hanc
,, occaſionem licentiam habeant paterna, ſeu
,, materna illum hæreditate privare; ſed uſque
,, dum divina inſpiratione compunctus, pro-
,, pria voluntate regulæ ſe ſubdat, liceat eum
,, a mundanis, & Laicalibus remotum vaga-
,, tionibus, vel negotiis, inter religioſos, &
,, Eccleſiaſticos viros in canonica degere vi-
,, ta: non enim putamus (quod abſit) cano-
,, nicos religioſos a ſanctorum monachorum
,, vita, & conſortio ſejunctos; quia unuſquiſ-
,, que ſecundum Apoſtolum propriam merce-
,, dem accipiet ſecundum laborem ſuum. *Si*
,, *vero Epiſcopi vel Abbatis illecti promiſſionibus*
,, *aliqui tonſuram vel religionis veſtem ſuſcepe-*
,, *rint, ipſi quidem in eo, quod cœperunt, per-*
,, *maneant; res vero eorum hæredibus ſuis reſti-*
,, *tuantur.* *Gratianus.*

Si autem conſentit, licet conſenſus ille, qui fit ante annos puberatis non teneat; tamen exire non poteſt, priuſquam veniat ad ætatem legitimam. Cauſſa 20. q. 1. c. *Illud*, ad inſtar carnalis matrimonii. Extra, de deſponſ. impub. c. *De illis* 1.

MARCELL. *Papa.*

,, ILlud autem ſtatuendum eſſe cenſemus, ut
,, ſi in minori ætate filii monaſterio oblati
,, fuerint, vel ſacram tonſuram, vel velamina
,, ſuſceperint; dignum quidem duximus, ut
,, 15. anno a prælatis moniti inquirantur,
,, utrum in ipſo habitu permanere cupiant, an
,, non.

„ non. Si vero permanere profeſſi fuerint, ulterius pœnitendi locum minime ampleCti poſſuot. Sin vero ad ſæcularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur; quia ſatis inutile eſt, ut coaCta ſervitia Domino præſtentur.

Alex. III. Bathon. Epiſcop.

„ DE illis, qui intra annos aptos matrimoniis ſponſalia contrahunt, ſive uterque, ſive alter reclamet, antequam ad annos matrimoniis aptos perveoeriot, & poſtulent ſeparari, non ſunt ullatenus audiendi. Si vero alteruter iſtorum ad annos pubertatis pervenerit, intra eoſdem annos altero exſiſtente, cum ſponſalia contrahuntur; ſi is qui minoris ætatis eſt, cum ad annos illos pervenerit, reclamaverit, nec in alterum voluerit conſentire; judicio Eccleſiæ poterunt ab invicem ſeparari. Mulier autem, quæ poſtquam annos nubiles attigit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupſit, cum in eum ſemel conſenſerit, amplius non poterit diſſentire, niſi ipſe, cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, in eam ſuum negaverit præſtare conſenſum.

Sed quam cito pervenerit ad perfectam ætatem, poteſt egredi. Cauſſa 20. q. 3. c. *Præſens.* Extra, De regul. & tranſ. ad relig. cap. *Cum ſimus*.

v. ſupra.

Cælest. III.

„ CUm ſimus (& infra) Sane noſtris auribus eſt relatom, quod cum B. Miles, ſe cum filio ſuo diſcretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam monaſterium cum bonis ſuis etiam contuliſſet, dictum filium ſuum fecit habitum ſuſcipere monachalem (& infra) Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit monachalem; ſi ad hoc induci nequiverit, non eſt ullatenus compellendus; quia tunc liberum ſibi erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ipſi ex ſucceſſione proveniunt, poſtulare.

Si vero impubes propria auctoritate intrat, poteſt extrahi a patre, vel tutore infra annum, & diem. Cauſſa 20. quæſt. 2. cap. 2. ſeu, *Puella*.

v. ſupra.

Hoc tamen addidit Innocentius III. quod ſicut in matrimonio carnali, malitia ſupplet ætatem, ita & in ſpirituali. Extra. De regul. c. *Poſtulaſti*.

Hæc decretalis fuit mutata.

Si tamen impubes, & doli capax emiſit aliud votum, quam continentiæ, videtur quod ſit obligatus, niſi pater ſtatim cum audierit, revocet. Cauſſa 32. quæſt. 2. cap. *Mulier*.

In Lib. Num. c. 30

„ MUlier, ſi quidpiam voverit, & ſe conſtrinxerit juramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognoverit pater votum quod pollicita eſt, & juramentum, quo obligavit animam ſuam, & tacuerit, non rea erit; ſed quidquid pollicita eſt, & juravit, opere complebit: ſin autem ſtatim ut audierit, contradixerit pater, & vota, & juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia teoebitur ſponſioni, eu quod contradixerit pater ejus.

Item ſi aliquis impubes, doli tamen capax, ſponte intravit, conſulerem ei ad cautelam, quod noo exiret, vel ſi exiret, quod rediret, niſi duxiſset uxorem; non tamen dico ipſum teneri, niſi ſecundum diſtinctionem ſupradictam.

Sed quid ſi non metu, ſed dolo inductus intravit aliquis religionem, numquid poterit allegare deceptionem, & exire? Dico quod non: non enim poterit ſe dicere deceptum, cujus conditio melior facta eſt: nec alterius dolo, ſed ſuæ potius fatuitati adſcribat. Extra, Quod met. cauſsa, cap. *Cum dilectus*, & de converſ. conjug. cap. *Ex parte tua*. Alias obtinet contrarium regulariter; quod dolo dante cauſſam contractui, non tenet contractus, 15. quæſt. 6. cap. 1. ſeu, *Si Sacerdotibus*.

v. pag. 59. & pag. 63.

Alexand. Omnibus Orthodoxis.

„ SI quandoque a Sacerdotibus, & auctoribus Eccleſiæ quædam ſcripturæ quoquo modo per metum aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut ſe liberare poſſiot, quocumque ab eis conſcriptæ, aut roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium, vel nocumentum valere cenſemus, neque ullam eos infamiam, vel calumniam, aut a ſuis ſequeſtrationem boois umquam, Domino auctore, & ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſsoribus, ſuſtinere permittimus. Confeſſio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet (& infra) Omnis enim confeſſio, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt (& paullo poſt) Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potius ſponte profiteri.

---

§. VII.

An vota ab uxore emiſſa vir irritare poſſit?

ITem uxor, ſi emiſit votum abſtinentiæ, vel peregrinationis, vel continentiæ, vel aliquod aliud, non debet auctoritate ſua cootraveoire; ſed viri earum poſſunt irritare, etiamſi ante matrimonium contractum emiſerant votum, quod contracto matrimonio nondum compleverant. Verum eſt etiam hoc, ſi uxor de conſenſu viri emiſerat tale votum, & poſtea prohibeat, quia debet ei obedire uxor: & oullomodo peccat uxor obediendo, licet peccet vir, id, qnod cooſenſerat, prohibendo. Cauſſa 33. quæſt. 5. cap. *Noluit*, & *Manifeſtum*.

August. In quæſtionibus Num. c. 59.

„ NOluit itaque lex mulierem aliquid vovere Deo adverſus animam ſuam, ut non in aliqua rerum licitarum, atqua conceſſarum abſtinentia, in eiſdem votis feminæ valeat auctoritas, ſed virilis; ita, & ſi adhuc innuptæ, jam conceſſerat pater vota perſolvere, ſi antequam perſolverit, nupſerit, & viro ejus hoc cognitum non placuerit; non perſolvat, & ſit omnino ſine peccato; quia Deus muodavit eam, ſicut dicit, id eſt, mundam judicavit: neque hoc contra Deum putandum eſt fieri, cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

August. Ibidem.

„ MAniſeſtum eſt ita legem voluiſſe, feminam ſub viro eſſe, ut nulla ejus vota, quæ abſtineotiæ cauſſa voverit, reddantur ab ea, niſi auctor vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum ejuſdem viri pertinere voluerit, ſi prius permiſerit, & poſtea prohibuerit; etiam hic tamen non dixit, ut mulier, quod voverat, faciat, qnia permiſſa jam prius a viro fuerat. Viri dixit eſſe peccatum, quia abnuit, quod prius conceſſerat; nun tamen mul-

Digitized by Google

,, mulieri; vel ex boc permiſſum dedit, ut quod prius vir ei conceſſerat, poſtea ſi prohibuerit, contemnatur. *Ex præmiſſis apparet, quod continentiæ votu, nec mulier ſine conſenſu viri, nec vir ſine conſenſu mulieris Deo reddere poteſt: ſi autem conſenſu ulterius eorum ab altero promiſſa fuerit, & ſi poſtmodum in irritum deducere voluerit, qui permiſit; non tamen valet: quia in debito conjugii æque mulier babet poteſtatem viri, ſicut & vir mulieris; atque ideo ſi quilibet eorum alterum a ſuo jure abſolverit, ad præteritum ſervitutem ipſum revocare non poterit: quia vero in ceteris vir eſt caput mulieris, & mulier corpus viri; ita vota abſtinentiæ viro permittente mulier poteſt promittere, ut tamen eodem probibente, repromiſſa non valent adimplere: & boc, ut diximus, propter conditionem ſervitutis, qua viro in omnibus debet ſubeſſe.*

Gratianus.

Quod autem dixi de voto continentiæ, intelligas cum diſtinctione; quia aut inter virum & mulierem eſt ſecuta carnalis copula, aut non. In primo caſu, ſi vult uxor religionem intrare, poteſt, ſi maritus ſimiliter intret, & econverſo; vel ſi eſt vetula uxor, & non eſt ſuſpecta de incontinentia, licentiet virum, & promittat in manu, vel præſentia Epiſcopi continentiam: & ſic poterit vir intrare; alias non. Extra, de converſ. conjug. c. *Cum ſis præditus*, & cap. *Uxoratus*.

Alex. III. Exonen. Epiſcop.

,, CUm ſis præditus ſcientia Litterarum, ignorare non debes ſanctorum Patrum conſtitutioni eſſe contrarium, ut vir uxore ſua, aut uxor viro ejus non aſſumente religionis habitum, debeat ad religionem tranſire (& infra) Inde eſt, quod auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne in Epiſcopatu tuo virum, vel uxorem (niſi uterque ad religionem migraverit) tranſire permittas. Verum ſi ita uxor ſenex eſt, & ſterilis, quod ſine ſuſpicione poſſit eſſe in ſæculo, diſſimulare poteris, ut ea in ſæculo remanente, & caſtitatem promittente, ad religionem tranſeat vir ejuſdem.

Alex. III. Priori, & fratribus ſancti Joannis.

,, UXoratus ſine licentia uxoris, inter vos nullatenus recipiatur, quæ integræ opinionis ita exſiſtat, quod nulla marito ſuſpicio habeatur, eam ad ſecunda vota velle migrare: vel quod minus continenter debeat vivere; quæ ſi talis exſtiterit, marito ejus in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in conſpectu Eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filiis ſuis, & familia poterit permanere. Si autem talia fuerit, quæ ſuſpicione non careat, voto continentiæ celebrato, a ſæcularium hominum ſe converſatione removeat, & in loco religioſo, ubi Deo ſerviat, perpetuo commoretur. Nullus veſtrum mulierem aliquam tonſurare, vel ad habitandum ſecum præſumat aſſumere.

Idem videtur dicendum de caſu converſo, videlicet quod uxor poſſit intrare religionem viro ſene, & non ſuſpecto de incontinentia; quia in hujuſmodi non ad imparia judicantur. Extra, de converſ. conjug. c. *Ad Apoſtolicam*.

Innoc. III Piſano Archiepiſ.

,, AD Apoſtolicam ſedem (& infra) Cum autem vir & uxor una caro ſint per copulam conjugalem effecti, nec una pars converti poſſit ad Dominum, & altera in ſæculo remanere; profecto non eſt alter conjugum recipiendus ad obſervantiam regularem, niſi reliquus perpetuam continentiam repromittat: ſed & vitam debet mutare, niſi forte ſit ejus ætatis, ut ſine ſuſpicione incontinentiæ valeat in ſæculo remanere.

Si vero uxor non vult ingredi religionem, ſed in ſæculo promittit continentiam, obligatur quantum in ea eſt; marito tamen petenti debitum reddet, niſi ambo emiſerint pari conſenſu tale votum: tunc enim etiam ſi maritus prohiberet, ac votum frangeret; ipſa tamen debet inſtantiſſime perſeverare in voto, quod fecit. Cauſa 33. q. 5. c. *Quod Deo*, & c. *Una ſola*.

August. ad Ediciã Epiſt. 199.

,, QUod Deo pari conſenſu ambo voveratis, perſeveranter uſque in finem reddere ambo debuiſtis; a quo propoſito ſi lapſus eſt ille, tu ſaltem inſtantiſſime perſevera. Quod te non exhortarer, niſi quia tibi ad boc ipſe conſenſerat. Nam ſi numquam tenuiſſes ejus aſſenſum, numerus nullus te defendiſſet annorum (& poſt pauca) Non quia pariter temperabatis a commixtione carnis, ideo tuus maritus eſſe deſtiterat; imo vero tanto ſanctius inter vos conjuges manebatis, quanto ſanctiora concorditer placita ſervabatis....

August. In Armentarium, & Paullinã Epiſt. 45.

,, UNa ſola cauſſa eſſe poſſet, qua te ad id, quod voviſti, non ſolum non hortaremur, verum etiam probiberemus implere, ſi forte tua conjux hoc tecum ſuſcipere animi, ſeu carnis infirmitate recuſaret. Nam & vovenda talia non ſunt a conjugatis, niſi ex conſenſu, & voluntate communi: & ſi præpropere fuerit factum, magis eſt corrigenda temeritas, quam perſolvenda promiſſio: neque enim Deus exigit, ſi quis ex alieno aliquid voverit; ſed potius vetat uſurpare alienum

Non obſtat Extra, de jurejur. c. *Tun nos* 2.

Innoc. III Archiepiſ. Tarracon.

,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos, quid tibi ſuper hoc ſit faciendum, quod B. & A. uxor ejus adinvicem juraverunt, ſe numquam mutuo petituros: idem vero nunc repetit illam inſtanter, ea econtrario affirmante, quod prius ſe faceret Sarracenam, quam rediret ad eum (& infra) Nos igitur fraternitati tuæ reſpondentes, mandamus quatenus utrumque ad continentiam ſervandam moneas, & inducas, quam ſi promittere voluerint, & ſervare, utrumque dimittas ſine alio commorari; alioquin ſi vir noluerit continere, tu illam ut revertatur ad ipſum, & tamquam uxor cum viro moretur, per excommunicationis ſententiam appellatione remota compellas: cum & temerarium fuerit hujuſmodi juramentum, & adulterium utrinque ſit commiſſum.

Quia ibi non fuit factum votum continentiæ.

Si autem non intervenit carnalis copula, poteſt ingredi religionem invito viro, & contradicente. Extra, de converſ. conjug. c. *Verum*, & c. *Ex publico*. *v. pag. 58.*

Sed quid, ſi ſe dicat velle intrare religionem, quum vir exigit ab ea debitum, & tamen procraſtinando differat? Dico quod Epiſcopus debet arbitrari tempus, infra quod ipſa ingrediatur; quo elapſo, ſi non fuerit ingreſſa, cogatur per excommunicationem ſatisfacere viro, qui etiam ex tunc poterit efficaciter petere: tamen ſi illo tempore elapſo illa ingrederetur, nihilominus tenet ingreſſus, dummodo ante carnalem copulam. Arg. Extra, de conv. con. c. *Ex publico*. *v. ſupra.* Poſtquam autem ipſa fuerit ingreſſa, & fecerit profeſſionem tacitam, vel expreſſam, ſolutum erit matrimonium, & vir, qui remanſit

in ſæculo, etiam illa vivente, poterit aliam ducere, ut prælleg. decret. *Verum*, & *Ex publico.*

Item quid, ſi ipſa non vult ingredi religionem; ſed quaſi ſervatura propoſitum caſtitatis in ſæculo, velit in propria domo remanere, ſuſcepto aliquo religionis velo?

Ad hoc dicas, quod non ſufficit, & nihilominus conſummandum eſt matrimonium jam contractum; niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſervantiam regularem: in quo caſu compelli poteſt, ut, relicto ſæculo, religionis propoſitum

v. pag. 59. exſequatur. Extra, de converſ. conjug. c. *Ex parte tua*, in fine.

---

§. VIII.

An vir emittere vota poſſit abſque conſenſu uxoris?

ET nota, quod quidquid dictum eſt de uxore quantum ad votum continentiæ, intelligendum eſt & de viro; quia in talibus ſecundum omnes non ad imparia judicantur vir, & uxor. Cauſſa 32. quæſt. 1. c. *Si quis uxorem*, 1. & quæſt. 5. c. *Præcepit*, & c. *Chriſtiana*.

Joann. Chryſoſt.
,, SI quis uxorem ſuam invenerit adulteram,
,, & poſtea deinceps placuerit habere eam
,, in matrimonio, duobus annis pœniteat; ideo
,, quia cum adultera commixtus ſit, quæ adhuc
,, crimine ſuo non eſt purgata: aut abſtineat ſe
,, a matrimonio ejus, donec expleatur ſatis-
,, factio criminis pœnitentiæ ſuæ; ideo quia
,, poſt ſatisfactionem pœnitentiæ non meretur
,, vocari adultera. Similiter ſi virum ſuum
,, uxor invenerit adulterum, non ad imparia ju-
,, dicatur. *Subanditur, niſi ab adulteris mulier re-* (*Gratianus.*)
,, *cedere voluerit, quo caſu uxorem ſuam vir reci-*
,, *pere poteſt, nullum periculum ei illaturus.*

Hieron. ad Oceanum, de morte Fabiolæ.
,, PRæcepit Dominus uxorem non debere di-
,, mitti, excepta cauſſa fornicationis, & ſi
,, dimiſſa fuerit, manere innuptam. Quidquid
,, viris præcipitur, hoc conſequenter redundat
,, in feminas; neque etiam adultera uxor di-
,, mittenda eſt, & vir mœchus retinendus.

Innoc. Papa
,, CHriſtiana religio in utroque ſexu adul-
,, terium pari ratione condemnat; ſed vi-
,, ròs ſuos mulieres non facile de adulterio accu-
,, ſant, & non habent latentia peccata vindi-
,, ctam: viri autem liberius uxores adulteras
,, apud ſacerdotes deferre conſueverunt; & ideo
,, mulieribus, prodito crimine earum, commu-
,, nio denegatur: virorum autem latente com-
,, miſſo non facile quiſquam ex ſuſpicionibus
,, abſtinetur, qui utique ſubmovebitur, ſi ejus
,, flagitium detegatur. Cum ergo par cauſſa ſit,
,, interdum, probatione ceſſante, vindictæ ratio
,, conquieſcit.

In voto autem abſtinentiæ dicunt quidam indiſtincte, quod vir ſit major, qui poſſit talia vota facere & invita uxore. Cauſſa 33. quæſt.

v. pag. 64. 5. cap. *Manifeſtum*, & cap. *Noluit*, & cap. *Hæc imago*.

August. In quæſt. veteris & novi teſtam.
,, HÆc imago Dei eſt in homine, ut unus
,, factus ſit quaſi dominus, ex quo ceteri
,, orirentur, habens imperium Dei quaſi vica-
,, rius ejus; quia omnis Rex Dei habet imaginem.
,, Ideoque mulier ad imaginem Dei non eſt (*Geneſ. 1.*)
,, facta: ſic etenim dicit: *Fecit Deus hominem*, (*Sap. 2.*)
,, *ad imaginem Dei fecit illum.* Hinc eſt unde Apo- (*1. Cor. 11.*)
,, ſtolus: *Vir quidem*, ait, *non debet velare ſuum*
,, *caput, quia imago & gloria Dei eſt; mulier au-* (*Deut. 22.*)
,, *tem ideo velat, quia non eſt gloria & imago Dei.*
,, (Idem in eodem) Satis hinc apparet quem-
,, admodum viris feminas ſubditas, & pene ſa-
,, mulas lex eſſe voluerit uxores, quod dicens
,, adverſus uxorem vir teſtimonium, unde
,, lapidaretur illa, ſi hoc verum eſſe demon-
,, ſtraretur; ipſe tamen non viciſſim lapidare-
,, tur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit; ſed tan-
,, tummodo caſtigatur, & damnificatur, eique
,, perpetuo jubetur adhærere, qua carere volue-
,, rat. In aliis autem cauſſis eum, qui teſtimo-
,, nio falſo cuiquam nocuerit, quod ſi proba-
,, retur, jus ſit occidi, eadem plecti jubetur
,, pœna, qua fuerit, ſi verum eſſet, ipſe ple-
,, ctendus.

Hugot. vero intelligit idem, ubi per tale votum non fieret uxori præjudicium in debito ſibi reddendo; quod ſatis videtur mihi probabile per jura prædicta, *Si quis uxorem &c.* In voto peregrinationis dic, quod neuter conjugum poteſt altero invito facere, Cauſſa 27. quæſt. 2. c. *Si tu*, Cauſſa 33. quæſt. 5. *Quod Deo*. *v. pag. 65.*

Joann. Chryſoſt. Hom. 1. in Pſalm. 50.
,, SI tu abſtines ſine uxoris voluntate, tribuis
,, ei fornicandi licentiam, & peccatum il-
,, lius tuæ imputabitur abſtinentiæ.

Fallit in voto Hieroſolymitano, quod in maximum favorem terræ ſanctæ ac fidei chriſtianæ poteſt vir ſine uxoris licentia facere, ac libere adimplere; uxor tamen ut conſentiat, eſt attentius commonenda. Extra eodem titulo, cap. *Ex multa*, §. *In tanta*. Vel ſi non vult re- *v. pag. 58.* manere, ſequatur virum ſuum. Extra eodem cap. *Quod ſuper* in fine. *v. pag. 57.*

---

§. IX.

Quæ in votis diſpenſatio?

SEquitur videre, an in votis valeat diſpenſari: circa quod tres inveniuntur opiniones. Quidam dicunt ſimpliciter, quod nec etiam Papa poteſt in votis diſpenſare; quia redditio voti eſt de jure naturali, ſive divino, circa quod non diſpenſatur, Cauſſa 25. quæſt. *v. pag. 55.* 1. cap. *Sunt quidam*. Hoc tenet Hugot. & ejus ſequaces. Et ſi opponatur eis de redemtione, vel commutatione votorum, ut dictum eſt ſupra eodem tit. §. *Circa redemtionem*; reſpondent, quod non eſt ibi diſpenſatio, ſed juris declaratio: quum enim quis vovet peregrinari, vel abſtinere, ſubintelligitur, ſi commode fieri poteſt. Extra, de jure, cap. *Quintavallis*.

,, QUintavallis noſtris auribus intimavit, (*Innoc. III.*)
,, quod pro offenſa, quam filiæ ipſius a- (*Alatrino Epiſc.*)
,, liis mulieribus irrogarant, quod earum man-
,, dato pareret, præſtitit juramentum: quæ ta-
,, le illi ſub debito juramenti dedere manda-
,, tum, quod ſi quando filii, aut uxor illius ali-
,, quod factum, vel verbum contumelioſum
,, mulieribus illis objicerent, idem filios & fi-
,, lias exhæredaret, & a ſe propriam remove-
,, ret uxorem. Quocirca mandamus, quate-
,, nus cum licitum fuerit juramentum, ſed man-
,, datum illicitum, prædictis, ut revocent man-
,, datum illud, injungas: alioquin eum ad manda-
,, ti obſervationem illius denuncies non teneri.

Alii

Digitized by Google

Alii dicunt, quod poteſt diſpenſare in votis petegrinationis; ſed non in voto continentiæ.

Tertii dicunt ſine exceptione, quod in omni voto voluntatis poteſt diſpenſare, ſive ſit de continentia, ſive de alio: in omnibus votis, & juramentis intelligitur excepta ejus auctoritas. Extra, de reſcript. c. *Conſtitutus*. Et de jurejur. c. *Venientes*.

Innocen. III. Archiep. Senonenſ.

„ CONſtitutus apud ſedem Apoſtolicam P.
„ Clericus propoſuit, quod cum Cæleſtinus
„ prædeceſſor noſter Decano, & Capitulo Bitu-
„ ricenſi dederat in mandatis, ut ipſum recipe-
„ rent in Canonicum & fratrem, & præbendam
„ ei conſerrent, ſi qua tunc in eorum vaca-
„ ret Eccleſia, vel proxime vacaturam, &
„ ipſi cum mandatum ejus admittere non cu-
„ raſſent, eis præcipiendo mandavit, ut quod
„ mandaverat, adimplerent, ſibi ſuper hoc ex-
„ ſecutoribus deputatis (& infra) Verum
„ pars adverſa reſpondit, quod cum in Bituri-
„ cenſi Eccleſia certus eſſet numerus Cano-
„ nicorum inſtitutus, firmatus jurejurando,
„ & per Romanum Pontificem confirmatus,
„ & de hoc memoratus P. non feciſſet in
„ ſuis litteris mentionem; intelligendum erat
„ circumveniſſe prædeceſſorem noſtrum, &
„ dictas litteras veritate tacita impetraſſe (&
„ infra) Diſcretioni veſtræ mandamus, qua-
„ tenus ſi legitime vobis conſtiterit nume-
„ rum Canonicorum, qui nunc eſt in eadem
„ Eccleſia, per Decanum, & capitulum ejuſ-
„ dem Eccleſiæ juramento firmatum antequam
„ prædictus Clericus litteras exſecutorias im-
„ petraſſet; quidquid factum eſt occaſione lit-
„ terarum ipſarum, irritum decernatis, alio-
„ quin ei faciatis in eadem Eccleſia præben-
„ dam (ſi qua vacat) ſublato cujuslibet ap-
„ pellationis obſtaculo, aſſignari.

Innoc. III Conſulibus, & populo Tudertino.

„ VEnientes ad ſedem Apoſtolicam conſules
„ veſtros, ſuper his, quæ ad nos de vobis
„ ſæpius referuntur, & commonere curavimus,
„ & aliquantulum aſpere convenire. Cum e-
„ nim appellationibus interpoſitis ad Apoſtoli-
„ cam ſedem teneamini humiliter & devote
„ deferre: cum & leges etiam ſæculares poſt
„ ſententiam, beneficium appellationis non de-
„ negent aggravatis; vos ſententias appellatio-
„ ne ſuſpenſas exſecutiooi mandatis. Verum
„ iidem conſules nobis exponere curaverunt,
„ quod cum aliqui veſtrum vocantur ad officium
„ conſulatus, firmant proprio ſacramento, quod
„ ſuper mutuis, & plagiariis, ſecundum ve-
„ ſtræ Civitatis conſuetudinem judicabunt, &
„ intra 28. dies, quæ judicaverunt, exſequen-
„ tur. Unde ſalvo hujuſmodi juramento, vos
„ non poſſe ſuper his appellationibus defer-
„ re, dicebant. Quia vero non minus judices
„ ſecundum leges, quam conſules veſtri ſecun-
„ dum conſuetudinem veſtræ civitatis judica-
„ re jurarunt; & ideo ſicut judices contra
„ legem, ſic & conſules veſtri contra conſue-
„ tudinem poſſent ſubditos aggravare; Man-
„ damus, quatenus appellationibus ad nos in-
„ terpoſitis deferatis, cum prædictum juramen-
„ tum vos excuſare non poſſit, in quo debet
„ intelligi jus ſuperioris exceptum. Cum ergo
„ poſtquam S. Lator præſentium ad ſedem
„ Apoſtolicam a ſententia G. judicis appellavit,
„ ſententiam ipſam duxeritis exſecutioni man-
„ dandam, in poſſeſſionem rerum, de quibus
„ quæſtio vertebatur, appellantis adverſarium
„ inducentes; volumus, & mandamus, ut poſ-
„ ſeſſionem ipſam reſtituatis eidem, alioquin
„ noveritis nos Epiſcopo Nucerino mandaſſe,
„ ut vos ad illud Eccleſiaſtica cenſura compel-
„ lat.

Contra illos eſt aperte, Extra, de ſtatu Monach. c. *Cum ad monaſterium* in fin. ubi dicitur:

Innoc. III. Abbati, & conventui Sublacen.

„ CUm ad monaſterium... Non æſtimet Ab-
„ bas, quod ſuper habenda proprietate
„ poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare; quia
„ abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſti-
„ tatis, adeo eſt annexa regulæ, ut contra eam
„ nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indul-
„ gere.

Sed ipſi exponunt, cum Monacho manente Monacho: poteſt enim facere de Monacho non Monachum, ita dixit Alanus. Ego quantum ad votum continentiæ ſentio cum prima & ſecunda opinione: quantum ad alia diſtinguo, utrum vovens, vel jurans ſimpliciter, & indeterminate vovebat, nec excludendo, nec includendo auctoritatem Papæ, nec forte de ipſo cogitando; aut determinate. In primo caſu poteſt venire contra, auctoritate Papæ; quia talia vota vaga & ioterminata recipiunt interpretationem a jure. Extra, de jurejur. c. *Venientes*, & c. *Quintavallis*. *v. ſupra.*

In ſecundo caſu, ſi intendebat expreſſe ſe obligare in omnem eventum, indiſcrete vovit: conſulo tamen, quod obſervet; niſi ex obſervantia immineret periculum mortis ſuæ, vel alterius: tunc nullomodo tenetur; quia quantum ad illam partem eſſet illicitum exemplum Jud. 11. de voto Jephte, qui occaſione voti occidit filiam, & reprehenditur. Item exemplum de Herode, qui occaſione generalis promiſſionis, & juramenti, quod fecerat filiæ ſaltatrici, occidit Joannem Baptiſtam, 22. q. 4. c. 2. ſeu, *Eſt etiam*, & c. *Unuſquiſque*, & c. *Incommutabilis*.

Ambroſ. De officiis lib. 1.

„ ESt etiam contra officium nonnumquam,
„ promiſſum ſolvere, ſacramentum cuſto-
„ dire, ut Herodes, qui juravit, quod quidquid
„ petitum eſſet, daret filiæ Herodiadis, & necem
„ Joannis præſtitit, ne promiſſum negaret.

Idem Ambroſ. lib. 3.

„ UNuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat;
„ vas ſuum in ſanctificatione poſſideat; nec
„ fratrẽ ſuum circumſcriptione verborum indu-
„ cat; nihil promittat inhoneſtum, aut ſi promi-
„ ſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere,
„ quam facere quod turpe ſit. Sæpe plerique
„ conſtringunt ſe ipſos jurisjurandi ſacramento,
„ & cum ipſi cognoverint promittendum non
„ fuiſſe; ſacramenti tamen contemplatione fa-
„ ciunt quod ſpoponderunt: ſicut de Herode ſu- *Matth. 14.*
„ pra ſcripſimus, qui ſaltatrici præmium, quod
„ turpiter promiſit, crudeliter ſolvit. Turpe
„ quod regnum pro ſaltatione promittitur, cru-
„ dele, quod mors Prophetæ pro jurisjurandi reli-
„ gione donatur. Quanto tolerabilius tali fuiſſet
„ perjurium ſacramento; ſi tamen perjurium
„ dici poſſit, quod ebrius inter vina juraverat,
„ quod eviratus inter ſaltantium choros promi- Eviratus, *ideſt effeminatus.*
„ ſerat? infertur diſco Prophetæ caput, & hoc
„ æſtimatum eſt fidei eſſe, quod amentiæ fuit.
„ (*Et poſt pauca, de Jephte differens*) Miſera- *Judic. 11.*
„ bilis, inquit, neceſſitas, quæ ſolvitur parrici-
„ dio. Melius eſt non vovere, quam vovere id,
„ quod ſibi is, cui promittitur, nolit exſolvi.
„ (*Et poſt paullulum*) Non ſemper igitur promiſ-
„ ſa ſolvenda ſunt omnia. Denique ipſe Domi-
„ nus, ſicut Scriptura indicat, frequenter ſuam
„ mutavit ſententiam.

Ex Conc. *Toletano* 8. *c.* 2. Sententiã. Quæ Dominus dicit comminando, vel commonendo, revecat; non autẽ quæ aſſerendo dicit.

„ INcommutabilis, eademque ſemper exſiſtens
„ DeiNatura, parcens ſua ſæpe in ſacris litte-
„ ris legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericor-
„ dia temperaſſe ſententiam. Unde quamlibet
„ ſit impaſſibilis, atque immutabilis, ejuſdem-
„ que deitatis, licet ſint dicta firmiſſima; cre-
„ bro tamen ejus & juramenta leguntur, &
„ pœnitentia, quæ ſacris exſtant myſteriis ado-
„ perta. Jurare namque Dei, eſt a ſe ipſo
„ nullatenus ordinata convellere; pœnitere ve-
„ ro, eadem ordinata, cum voluerit, immu-
„ tare. Sic per Hieremiam dicit: *Repente loquar*
„ *adverſum gentem, & adverſum regnum, ut era-*
„ *dicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si*
„ *pœnitentiam egerit gens illa ſuper malo ſuo, quod*
„ *locutus ſum adverſus eam, agam & ego pœniten-*
„ *tiam ſuper malo, quod cogitavi, ut facerem ei.*

Et breviter, quoties peccatum deprehenditur in exſecutione voti, non eſt adimplendum. Cauſſa 22. q. 4. c. *In malis*. Sed ubicumque intendebat directe ſe obligare, & ad licitum; ſi ſubeſt cauſſa, redimat, vel commutet, ut ſupra dictum eſt, auctoritate ſuperioris: alias non eſt tutum, quod ſe excuſet per aliam diſpenſationem, niſi quod compleat, ut promiſit. v. *pag.* 54.

§. X.

Nonnulli circa votum religionis Caſus.

P R I M U S.

Aliquis adultus ingreditur religionem, nondum fecit profeſſionem; quæritur utrum in aliqua caſu liceat redire ad ſæculum?

AD hoc diſtinxit Innocentius III. Aſſumens habitum in monaſterio, aut facit proteſtationem, aut non. Si facit proteſtationem quod vult eſſe in probatione, &, ſi diſplicuerit ſibi religio, liceat ei redire ad ſæculum, poterit redire finito tempore probationis: ſi vero facit proteſtationem, quod vult eſſe in probatione, non tamen proteſtatur, quod velit redire ad ſæculum; ſi diſplicuerit ei religio, non poterit redire ad ſæculum, ſed tranſire poterit ad regulam laxiorem: quia præſumtio eſt, quod propoſuit mutare vitam: ſi autem nullam fecit proteſtationem, ſed ſimpliciter accepit habitum, & portavit inter fratres; de cetero non poterit redire ad ſæculum, nec ad laxiorem religionem tranſire, ſed debet in ipſo monaſterio remanere; quia iſte intelligitur feciſſe proteſtationem tacitam, & ſic ſolemnizaſſe votum. Extra de regulat. c. *Conſulti*, & c. *Vidua*, & c. *Super eo*, & c. *Poſtulaſti*, diſt. 27. c. *Quod interrogaſti.*

Innoc. III. *Abbati de Affligen.*

„ COnſulti ſumus frequenter a multis, utrum
„ is, qui in monaſterium ingreſſus eſt, habi-
„ tum ſumendo novitii, ſi ante profeſſionem
„ emiſſam, intra tempus probationis exire vo-
„ luerit, licite poſſit abſque Apoſtaſiæ nota,
„ vel noxa, præſertim cum debita morum cor-
„ rectione ad ſæculum remeare. Licet autem
„ ſuper hoc ſenſerint diverſi diverſa; nos ta-
„ men credimus diſtinguendum, utrum is, qui
„ convertitur, propoſuerit abſolute vitam mu-
„ tare, ut ſub habitu regulari omnipotenti Deo
„ de cetero famuletur: an conditionaliter ex-
„ periri obſervantiam regularem; ut ita demum,
„ ſi intra annum ſibi placuerit, profiteatur
„ ordinis diſciplinam; aut ſi forte non placue-
„ rit, moribus emendatus ad ſtatum revertatur
„ priſtinum. In primo caſu debet, ut regula-
„ riter vivat, ad laxiorem ſaltem regulam per-
„ tranſire: in ſecundo poteſt ad ſæculum, non
„ tamen ut vivat ſæculariter, remeare. Ut er-
„ go, quæ ſit ejus intentio, plenius agno-
„ ſcatur; propopoſitum ſuum in principio pro-
„ teſtetur.

ExConc. *Arelat.*

„ VIdua, ſi ſponte velum converſionis,
„ quamvis non ſacrum, ſibi impoſuerit, &
„ in Eccleſia inter velatas oblationem Deo ob-
„ tulerit; velit, nolit, ſanctimoniæ habitum
„ ulterius debet habere, licet ſacramento fir-
„ mare velit, eo tenore velamen ſibi impoſuiſ-
„ ſe, ut deponere poſſet.

Alex. III. *Helien. Epiſc.*

„ SUper eo, quod quæſitum fuit de clericis,
„ qui religionis habitum ſuſceperunt, & an-
„ te profeſſionem ad priorem ſtatum ſunt re-
„ verſi; Reſpondemus, quod ſi auſteritatem
„ religionis, ad quam migraſſe noſcuntur, ſer-
„ vare noluerint, ad minorem religionem ſunt
„ cogendi tranſire, nec amplius in Eccleſiis
„ ſæcularibus debent aſſumi, ne contra votum,
„ quod Domino fecerunt, venire probentur.
„ Verum ſi ante ſuſceptum hujuſmodi habi-
„ tum in probatione poſiti recedere voluerint,
„ ſecundum regulam B. Benedicti, non viden-
„ tur prohiberi ad priorem ſtatum redire, quæ
„ videtur præcipere, ut in eadem veſte, in qua
„ veniunt, revertantur.

Innoc. III.

„ POſtulaſti (& infra) Tertio quæſiviſti,
„ utrum illi, qui, in annis minoribus con-
„ ſtituti, novitiorum habitum ſuſceperunt, &
„ intra annum poſtmodum non facta profeſſio-
„ ne, ad ſæculum ſunt reverſi, & Epiſcopis
„ ſuis hoc ſcientibus ad ſacros ordines ſunt
„ promoti, ſuſtineri debeant in illis Eccleſiis
„ miniſtrare, in quibus ſunt ab eiſdem Epiſco-
„ pis inſtituti; Nos fraternitati tuæ taliter re-
„ ſpondemus, quod propter, hoc non ſunt ab
„ Eccleſiis ipſis amovendi, ſed in eis poſſunt
„ libere miniſtrare.

Nicolaus Papa *Ad Albinum Vien. Archiep.*

„ QUod interrogaſti de femina, quæ poſt
„ obitum mariti ſui ſacrum velamen ſuper
„ caput ſuum impoſuit, & finxit ſe ſub eodem
„ velamine ſanctimonialem eſſe, poſtea vero ad
„ nuptias rediit; bonum mihi videtur, quia per
„ hypocriſim Eccleſiaſticam regulam conturbare
„ voluit, & non legitima in voto ſuo permanſit,
„ ut pœnitentiam agat de illuſione nefanda, &
„ revertatur ad id, quod ſpopondit, & in ſacro
„ miniſterio permaneat, quod inchoavit.

Sed Dominus Gregorius IX. conſtituit, quod Novitii in probatione poſiti, poſſunt ad priorem ſtatum redire libere infra annum, niſi in tribus caſibus. Primus, ſi acceperunt habitum, qui dari profitentibus conſuevit. Secundus, ſi fecerunt profeſſionem. Tertius, ſi evidenter apparet, quod tales abſolute voluerunt vitam mutare, & in religione perpetuo deſervire. Extra, de Regul. & tranſeunt, ad relig. c. *Statuimus*.

Gregor. IX.

„ STatuimus novitios in probatione poſitos
„ ante ſuſceptum religionis habitum, qui
„ dari profitentibus conſuevit, vel ante profeſſio-
„ nem emiſſam, ad priorem ſtatum redire poſſe
„ libere intra annum; niſi evidenter appareat,
„ quod tales abſolute voluerint vitam mutare,
„ & in religione perpetuo Domino deſervire:
„ cum quilibet renunciare valeat ei quod pro

„ ſe

,, ſe noſcitnr introductum. Nihllominnsſtatnen-
,, tes ad omnem ambiguitatem penitns amoven-
,, dam, qnod cnm in quibuſdam locis religio-
,, ſis novitiorum habitus non diſtinguatur ab
,, habitu profeſſorum, profeſſionis tempore
,, benedicantur veſtes, quæ profitentibus con-
,, ceduntur, ut novitiorum habitus a profeſſo-
,, rum habitu diſcernatnr.

Sed qualiter ſcietnr, quod fuerint in probatione?

Reſpondeo, quod qnia proteſtati ſunt ſe velle eſſe in probatione, vel quia acceperunt habitum novitiorum; quod habet locum in illis religionibus, in quibus habitus novitiorum eſt diſtinctus ab habitu profeſſorum; vel qnia talis eſt ordo, qui non conſuevit aliquem recipere ad profeſſionem, niſi probatione præmiſſa. Quod autem ſequitur *infra annum*, intellige ubi annus ſtatutus eſt ad probationem; idem enim ercderem de alio tempore, ſi eſſet ad hoc ſtatutnm.

Quid, ſi non apparet evidenter, quod voluerit vitam mutare, & in religione perpetuo deſervire; in jndicio tamen pœnitentiæ confitetur, qnod tali voluntate, compos ſui, & præmiſſa deliberatione intravit, & propoſuit in animo ſæculum mutare?

Dico, quod non licet ei redire ad ſæculum; & ſi dubitaret, idem conſulerem ei; qnia in dnbiis via tutior eſt eligenda.

---

§. XI.

CASUS SECUNDUS.

Alter conjugum intravit religionem ſine licentia alterius, alius repetit eum: quæritur, utrum teneatur redire ad conjugem indiſtincte, & utrum in aliquo ſit obligatus ratione illius voti?

AD primum dico, quod tenetnr redire ad conjugem, niſi in duobus caſibus. Unns eſt, ſi illa fuit publice fornicata, & ipſa ingrediens vixit caſte. Alins eſt, ſi fuerit lata inter eos ſententia divortii ad ſeparationem thori. Cauſſa 27. q. 2. c. *Agathoſa*. Extra, de divort. c. *Significaſti*. Cauſſa 7. q. 1. cap. *Quam periculoſum.*

Gregor. Hadriano Panormit. Notario.
,, AGathoſa latrix præſentium queſta eſt ma-
,, ritum ſuum contra voluntstem ſuam in
,, monaſterio Urbici Abbatis eſſe converſum.
,, Qua propter... experientiæ tuæ præcipimus, ne
,, diliganti inquiſitione diſcutiat, ne forte eum
,, ejus volnntate converſus ſit, vel ipſa ſe mu-
,, tare promiſerit, & ſi hoc repererit, & illum
,, in monaſterio permanere provideat, & hanc,
,, ſicut promiſit, mutare compellat: ſi vero
,, nihil horum eſt, nec quondam fornicationis
,, crimen (propter qnod viro licet dimittere
,, nxorem) prædictam mulierem commiſiſſe co-
,, gnoveris, ne illius converſio uxori relictæ in
,, ſæculo fieri poſſit perditionis occaſio; volu-
,, mus, ut maritum ſuum illi, etiamſi jam ton-
,, ſnratus eſt, reddere debeas, omni excuſatione
,, ceſſante: quia etſi mundana lex præcipit con-
,, verſionis gratia utrolibet invito poſſe ſolvi
,, conjugium; divina tamen lex fieri non per-
,, mittit. Nam niſi fornicationis canſſa vir
,, uxorem dimittere nulla ratione conceditur;
,, qnia poſtquam copulatione conjugii, viri, &
,, mulieris unum corpus efficitur, non poteſt
,, ex parte converti, & ex parte remanere in
,, ſæculo.

,, SIgnificaſti, quod quidam, uxore ſua ſine *Alex. III.*
,, judicio Eccleſiæ dimiſſa, pro eo, quod
,, ſuggeſtum ſibi fuerat, ipſam inceſtum cum
,, quodam conſanguineo ſuo commiſiſſe, vin-
,, culo fuit propter hoc excommunicationis ad-
,, ſtrictus: verum mulier non continnit, ſed
,, ſobolem de alio viro ſuſcepit; nec minus
,, poſtnlat viro reſtitui, aſſerens ſe ab iſto in-
,, juſte dimiſſam, & eumdem ſibi materiam
,, adulterandi dediſſe; conſultationi tuæ tali-
,, ter reſpondemus, quod ſi notorium eſt, mu-
,, lierem ipſam adulterium commiſiſſe, ad eam
,, recipiendam præfatus vir cogi non debet,
,, niſi conſtaret ipſum cum alia adnlterium
,, commiſiſſe.

,, QUam pericnloſnm ſit in divinis rebus, *Ex Cypr. Epiſc. Martyre ad Jubajanum.*
,, ut quis cedat juri ſuo, & poteſtati,
,, Scriptura ſacra declarat; cum in Geneſi Eſau
,, primatus ſuos inde perdiderit, nec recipere
,, poſtmodum potuerit, quod ſemel ceſſit.

Ad aliud dico, quod eſt obligatus quoad ſe tantnm; & ideo non poterit exigere debitum, quia hoc potuit vovere, quia erat in ſua poteſtate: ſed alienum, id eſt, non reddere debitum conjugi petenti, non potuit vovere; & ideo tenebitur reddere. Canſſa 33. q. 5. c. *Una ſola*. Extra, de converſ. conjug. c. *Quidam intravit*, & *Placet*. *v. pag. 65.*

,, QUidam intravit monaſterium invita n- *Alex. III. Piſano Archiep.*
,, xore; qua ipſum repetente coactus
,, eſt ad eam redire; ea mortua, quæris, an
,, ipſe cogatur reverti ad monaſterium, an
,, aliam poſſit ducere in uxorem? Conſultatio-
,, ni tuæ taliter reſpondemus, quod votum
,, non tenuit, unde ratione voti ad mona-
,, ſterinm non tenetur redire; nlterius vero
,, non poterit uxorem accipere: promiſit e-
,, nim ſe non exigere debitum, quod in e-
,, jus poteſtate erat; & ideo quoad hoc vo-
,, tum tenuit: non reddere autem non erat in
,, ejus, ſed mulieris poteſtate; unde Apoſto-
,, lus: *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed* *1. Cor. 7.*
,, *mulier*.

,, PLacet nobis (& infra) Sollicitudo tua nos *Cœleſt. III.*
,, conſuluit, utrum mulier, quæ credens
,, mortuum maritnm, habitnm religionis aſ-
,, ſumſit, & eo reverſo, de monaſterio educta
,, fnit, poſt obitnm viri ſic ad regularem
,, obſervantiam compellenda? Super quo re-
,, ſpondemus, quod licet votum ejus uſque-
,, qnaque non tenuerit; eatenns tamen fuit
,, obligatorium, quatenus ſe poterat obligare:
,, promiſit enim intrando monaſterium, ſe
,, non exactnram carnis debitum, quod erat in
,, poteſtate ipſius: redire vero ad ſæculum
,, in ejus poteſtate non erat, ſed in poteſtate
,, mariti; & ideo quantum ad ipſam tenuit
,, votum, quod poſt viri obitum tenere non
,, deſiit: cum ad eum caſum, a quo poterat
,, efficax habere principium, perveniſſe noſca-
,, tur. Conſultius itaque dicimus, & ei con-
,, gruentius ad ſalutem, ut ad monaſterium
,, redeat, ubi bona ducta intentione profeſſio-
,, nem fecit, & habitnm religionis accepit: ſi
,, vero ad hoc induci non poterit, ipſam invi-
,, tam credimus non cogendam.

Et Apnſtolus; *Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier*. *1. Cor. 7.*

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

CASUS TERTIUS.

Pone, quod moritur uxor, quæ extraxerat eum de monaſterio, numquid poterit ducere aliam uxorem? vel numquid ſaltem tenebit matrimonium, ſi duxerit? Item numquid ab illa ſecunda poterit exigere debitum?

AD primum dico, quod ceſſante impedimento monendus eſt diligenter redire ad monaſterium, & peccat ſi non facit. Arg. Cauſſa 17. q. 2. c. *Nos novimus*.

August. ad Bonifac. Comitem Epiſt. 70.
,, NOs novimus, nos teſtes ſumus, quod
,, omnes actus publicos, quibus occupatus
,, eras, relinquere cupiebas, & te in otium ſan-
,, ctum conferre, atque in ea vita vivere, in qua
,, ſervi Dei Monachi vivunt. Cum ergo te
,, eſſe in hoc propoſito gauderemus, navigaſti,
,, uxoremque duxiſti. Si conjugem non habe-
,, res, diceremus tibi, quod & Tubunis diximus,
,, ut in ſanctitate continentiæ viveres; ſed
,, ut te ad iſtam vitam non exhorter, con-
,, jux eſt impedimento, ſine cujus conſenſu
,, continenter vivere tibi non licet: quia etſi tu
,, poſt illa tua verba Tubunenſia eam ducere non
,, debebas; illa tamen nihil eorum ſciens in-
Gratianus. ,, nocenter tibi & ſimpliciter nupſit. *Ecce iſte*
,, *corde concepit ſe Monachum fieri, & ore pronun-*
,, *tiavit ſe velle in otium ſanctum conferre. Non ta-*
,, *men poſtea coactus eſt ſuſcipere, quod corde con-*
,, *cepit, & ore pronunciavit*.

Invitus tamen non eſt cogendus ab Eccleſia.
v. ſupra. Extra, de conv. conjug. c. *Placet*.

Et hoc ideo, quia profeſſio, quam fecit, non ſolemnizavit votum, quum non obligaret ſimpliciter ad continentiam propter impedimentum
v. ſupra. uxoris. Extra, de converſ. conjug. c. *Quidam intravit*.

Ad ſecundum dico, quod non poteſt contrahere impediente voto, ſaltem ſimplici. Extra, de converſ. conjug. c. *Ex parte Abbatis*.

Urbanus III. Priori Sanctæ Crucis.
,, EX parte Abbatis ſancti Petri ad audientiam
,, noſtram pervenit, quod cum D. in infir-
,, mitate poſitus, conſentiente uxore, votum
,, vovens caſtitatis, Monachalem habitum ſu-
,, ſcepiſſet, poſtmodum liberatus, uxorem reti-
,, nuit, & aliam, ea defuncta, ſibi temere copu-
,, lavit. Quia vero licet prædictus D. uxore
,, ſua remanente in ſæculo, de jure ad reli-
,, gionem nequiverit proficiſci, ea tamen ſub-
,, lata de medio, votum ſine ſuæ ſalutis peri-
,, culo non potuit violare; Mandamus, qua-
,, tenus ſi verum eſt, quod aſſeritur, prædi-
,, ctum D. per excommunicationem compellas,
,, ut, muliere dimiſſa, ad ſuum monaſterium re-
,, vertatur, ſub regulari habitu de cetero Do-
,, mino ſerviturus.

Si tamen contraxerit per verba de præſenti, peccat, vel debet agere pœnitentiam de ſimplicis voti fractione, & tenebit matrimonium. Ex-
v. pag. 53. tra qui Cler. & vov. c. *Rurſus*. Et ita reſponſum eſt ad tertium.

Ad quartum & ultimum dixit Hugot. quod ſicut non poterat exigere debitum a prima, ita nec a ſecunda; Joan. vero, & plures alii doctores dixerunt, quod licite poterit exigere, quia licet peccaverit contrahendo, tamen tantum eſt bonum matrimonium, quod tollit totaliter obligationem illam. Extra, qui cler. vel vov. c. *Rurſus*, & cauſſa 27. q. 1. c. *Nuptiarum bo-* *.pag. 54.*
num.

,, NUptiarum bonum ſemper quidem bonum *August. Lib. de bono viduitatis c. 8.*
,, eſt. Sed in populo Dei fuit aliquando le-
,, gis obſequium, nunc eſt infirmitatis reme-
,, dium; in quibuſdam vero humanitatis ſola-
,, tium. Filiorum quippe procreationi operam
,, dare, non canino more per uſum promiſcuum
,, feminarum, ſed honeſto ordine conjugali, non
,, eſt in homine improbandus affectus; etiam
,, ipſum tamen laudabilius tranſcendit, & vin-
,, cit cæleſtia cogitans animus chriſtianus. Sed
,, quoniam, ſicut ait Dominus: *Non omnes ca-* *Matth. 19.*
,, *piunt verbum hoc, qui poteſt capere, capiat*,
,, & quæ ſe non continet, nubat; quæ non cœ-
,, pit, deliberet; quæ aggreſſa eſt, perſeveret.
,, Nulla adverſario detur occaſio, nulla Chri-
,, ſto ſubtrahatur oblatio. In conjugali quippe
,, vinculo, ſi pudicitia conſervatur, damnatio
,, non timetur. Sed in virginali, & vidua-
,, li continentia, excellentia muneris am-
,, plioris expetitur; qua expetita & electa, &
,, voti debito oblata, jam non ſolum capeſſere
,, nuptias; ſed etiam ſi non nubatur, nubere
,, velle damnabile eſt. Nam ut hoc demonſtra-
,, ret Apoſtolus, non ait: *Cum in deliciis ege-*
,, *rint, nubant in Chriſto*; ſed, *nubere volunt, ha-*
,, *bentes*, inquit, *damnationem*; *quoniam primam fi-*
,, *dem irritam fecerunt*: etſi non nubendo, tantum *1. Tim. 5.*
,, volendo: non quia ipſæ nuptiæ, vel talium
,, damnandæ judicentur: ſed damnatur propoſiti
,, fraus: damnatur voti fracta fides: damnatur non
,, ſuſceptio a bono inferiori, ſed ruina ex bono
,, ſuperiori. Poſtremo damnantur tales, non quia
,, conjugalem fidem poſterius inierunt, ſed quia
,, continentiæ fidem primam irritam fecerunt.
,, Quod ut breviter inſinuaret Apoſtolus,
,, noluit dicere eas habere damnationem, quæ
,, poſt ampliora propoſitum ſanctitatis nu-
,, bunt (non quia non damnentur, ſed ne
,, in eis ipſæ nuptiæ damnari putarentur)
,, ſed cum dixiſſet, *nubere volunt*, continuo addi-
,, dit, *damnationem habentes*. Et dixit quare:
,, *quoniam priorem fidem irritam fecerunt*, ut vo-
,, luntatem, quæ a propoſito cecidit, appareat eſſe
,, damnandam, ſive ſubſequantur nuptiæ, ſive
,, deſint. Proinde qui dicunt talium nuptias non
,, eſſe nuptias, ſed potius adulteria; non mihi
,, videntur ſatis acute & diligenter conſiderare
,, quid dicant. Fallit eos quippe ſimilitudo veri-
,, tatis: quia enim Chriſti conjugium dicuntur
,, eligere, quæ chriſtiana ſanctitate * nubunt; **In Auguſtino non nubunt.*
,, hinc argumentantur quidam dicentes: Si viro
,, ſuo vivo, quæ alteri nubit, adultera eſt, ſicut
,, Dominus ipſe in Evangelio definivit; vivo
,, ergo Chriſto, cui mors ultra non domi-
,, nabitur, quæ conjugium ejus elegerat, ſi
,, homini nubit, adultera eſt. Qui hoc dicunt,
,, acute moventur quidem, ſed parum attendunt,
,, hanc argumentationem quanta rerũ ſequatur
,, abſurditas. Cum enim laudabiliter etiam vi-
,, vente viro, ex ejus conſenſu continentiam
,, femina Chriſto voveat, jam ſecundum iſtorum
,, rationem nulla hoc facere debet, ne ipſum
,, Chriſtum (quod conſentire nefas eſt) adul-
,, terum faciat, cui vivente marito nubit. Deinde
,, cum

„ cum primæ nuptiæ melioris ſint meriti ,
„ quam ſecundæ ; abſit, ut ſanctarum vidua-
„ rum ſit iſte ſenſus, ut Chriſtus eis videatur
„ quaſi ſecundus maritus : ipſum enim habebant
„ etiam antea (quando viris ſuis fideliter ſub-
„ ditæ ſerviebant) non carnaliter , ſed ſpiri-
„ tualiter virum , cui Eccleſia ipſa , cujus mem-
„ bra ſunt , conjux eſt , quæ fidei, ſpei , & ca-
„ ritatis integritate non in ſolis virginibus ſa-
„ cris , ſed etiam viduis , & conjugatis fideli-
„ bus tota virgo eſt . Univerſæ quippe Eccle-
„ ſiæ, cujus illæ membra ſunt , Apoſtolus dicit:
2. Cor. 11. „ *Optavi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chri-*
„ *ſto* . Novit autem ille virginem conjugem ſine
„ corrnptione fœtare , quem in ipſa etiam car-
„ ne potuit mater ſine corruptione procreare .
„ Fit autem per hanc minus conſideratam o-
„ pinionem , qua putant lapſarum a ſancto
„ propoſito feminarum, ſi nupſerint , non eſſe
„ conjugia , non parvum malum , ut a maritis
„ ſeparentur uxores , quaſi adulteræ ſint , non
„ uxores : & cum volunt illas ſeparatas redde-
„ re continentiæ , faciunt maritos earum adul-
„ teros veros , eum, ſuis uxoribus vivis, alteras
„ duxerint. Quapropter non poſſum dicere qui-
„ dem, a propoſito meliori lapſas , ſi nupſerint,
„ feminas , adulteria eſſe , non conjugia ;
„ ſed plane non dubitaverim dicere , lapſus , &
„ ruinas a caſtitate ſanctiore, quæ vovetur Deo,
„ adulteriis eſſe pejores . *Si* enim (quod nul-
„ lomodo dubitandum eſt) ad offenſionem
„ Chriſti pertinet , cum membrum ejus fidem
„ non ſervat marito ; quanto gravius offendi-
„ tur ipſe Deus , cum illi ipſi non ſervatur fi-
„ des in eo , quod exigit oblatum , qui non
„ exegerat offerendum? cum enim quiſque non
„ reddat , quod non imperio compulſus , ſed
„ conſilio commonitus vovit ; tanto magis frau-
„ dati voti auget iniquitatem , quanto minus
„ habuit vovendi neceſſitatem .

Opinio tamen Hugot. videtur tutior & congruentior ad ſalutem .

Item circa idem . Quid ſi uxor , ſine cujus licentia vir intraverat religionem , vult intrare religionem , & maritus contradicit ?

Ad hoc diſtinguo cum Vincentio , quia aut eſt jam ejectus de monaſterio , & reconciliatus uxori , aut non : in primo caſu non poteſt intrare religionem uxor . Cauſſa 33. quæſt. 5. cap.
v. pag. 65. *Quod Deo* , in ſecundo poteſt illo invito intrare , Cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Agathoſa* , 33. q. 5. c. *Qui uxorem ſuam* .

Ex Conc. Rhemenſi. „ QUi uxorem ſuam velare permiſerit, aliam
„ non accipiat ; ſed ſimiliter convertatur.

Pone , quod uxor relicto maritali thoro , in lapſum carnis decidat , & maritus diligenter ab Epiſcopo admonitus eam ad frugem melioris vitæ converſam , id eſt , ad pœnitentiam , noluerit recipere propter Deum ; poterit utique religionem intrare , ut perpetuam pœnitentiam ibi agat . Extra , de converſ. conjug. cap. *Gaudemus* .

Gregor. IX. „ GAudemus in Domino (& infra) Mulieres
„ vero , quæ relicto maritali thoro , lapſu
„ carnis ceciderunt , ſi mariti earum a te dili-
„ genter commoniti , eas ad frugem melioris
„ vitæ converſas , noluerint recipere propter
„ Deum ; in clauſtris eum religioſis mulieribus
„ ſtudeas collocare , ut perpetuam pœnitentiam
„ ibi agant .

§. XIII.

CASUS QUARTUS.

Quid , ſi maritus accepit ordinem ſacrum , invita , vel neſciente uxore , vel etiam ſciente , & non contradicente , numquid eſt factum præjudicium uxori ?

AD hujuſmodi intelligentiam nota convenientiam & diverſitatem inter Eccleſiam Orientalem , & Occidentalem : in duobus enim conveniunt , & in duobus differunt . Conveniunt primo in hoc , quia tam iſti , quam illi poſſunt licite contrahere in minoribus ordinibus , Diſt. 32. c. *Si quis eorum* , & c. *Lectores* , & c. *Placuit* .

„ SI quis eorum , qui ad clerum accedunt , Ex Sexta Synodo.
„ voluerit nuptiali jure mulieri copula-
„ ri , hoc ante ordinem ſubdiaconatus fa-
„ ciat .
„ LEctores cum ad annos pubertatis vene- Ex Conc. Carthag. 3.
„ rint , cogantur aut uxores ducere , aut
„ continentiam profiteri .
„ PLacuit Epiſcopos , presbyteros , & diaco-
„ nos ſecundum priora ſtatuta etiam abſ-
„ tinere ab uxoribus : quod niſi fecerint , ab
„ Eccleſiaſtico removeantur officio : ceteros ve-
„ ro clericos ad hoc non cogi , ſed ſecundum
„ uniuſcujuſquo Eccleſiæ conſuetudinem ob-
„ ſervari debere .

Conveniunt in alio ; quia nec iſti , nec illi poſſunt contrahere matrimonium , ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti , nec potuerunt etiam a tempore Apoſtolorum ; & ſi contrahant, non eſt matrimonium ; ut patet ex ſexta Synodo , quæ in Oriente fuit celebrata , & regulam ſtatuit eis , Diſt. 32. cap. *Si quis eorum* , v. ſupra.
Diſt. 31. cap. *Nicæna* , Diſt. 84. cap. *Cum in præterito* .

„ NIcæna Synodus volens corrigere homi- Ex Nic. Synodo.
„ num vitam in Eccleſiis commoran-
„ tium , poſuit leges , quas canones vocamus ,
„ in quorum tractatu videbatur aliquibus in-
„ troducere legem , ut Epiſcopi , Presbyteri ,
„ Diaconi , & Subdiaconi eum conjugibus, quas
„ ante conſecrationem duxerant , non dormi-
„ rent : ſurgens autem in medio Paphnutius
„ confeſſor contradixit , honorabiles confeſſus
„ nuptias , & caſtitatem dicens eſſe cum pro-
„ pria conjuge concubitum ; ſuaſit itaque Con-
„ cilio , ne talem poneret legem , gravem eſſe
„ aſſerens cauſſam , quæ in ipſis , aut eorum
„ conjugibus occaſio fornicationis exſiſteret, &
„ hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum
„ eſſet inexpertus) expoſuit : Synodusque lau-
„ davit ſententiam ejus , & nihil ex hac parte
„ ſancivit : ſed hoc in uniuſcujuſque volunta-
„ te , non in neceſſitate dimiſit .
„ CUm in præterito Concilio de continentiæ In Cart. Concilio 2. c. 2.
„ & caſtitatis moderamine tractaretur ; iſti
„ tres gradus conſcriptione quadam caſtitati per
„ conſecrationem annexi ſunt ; Epiſcopos, inquã,
„ Presbyteros , & Diaconos ita placuit , ut conde-
„ cet ſacroſanctos antiſtites , & Dei ſacerdotes,
„ nec non , & levitas , vel qui ſacramentis divi-
„ nis inſerviunt , continentes eſſe in omnibus :
„ quo poſſint ſimpliciter , quod a Domino poſtu-
„ lant , impetrare ; ut quod Apoſtoli docuerunt

exem-

„ exemplo, & ipſa ſervavit antiquitas, nos
„ quoque cuſtodiamus. Ab univerſis Epiſco-
„ pis eſt dictum: Omnibus placet, ut Epiſcopi,
„ Presbyteri, & Diaconi, vel qui ſacramenta
„ contrectant, pudicitiæ cuſtodes, etiam ab uxo-
„ ribus abſtineat. Ab omnibus dictum eſt: Pla-
„ cet, ut in omnibus, & ab omnibus pudici-
„ tia cuſtodiatur, qui altario deſerviunt.

Differentia autem ponitur in hoc, quod ipſi ſive ſunt conjugati, ſive non, promoventur ad ſacros ordines, non promiſſa, vel præmiſſa continentia, Diſt. 31. c. *Quoniam*.

SEXTA SYNODUS.

„ QUoniam in Romani ordine canonis eſſe
„ cognovimus traditum, eos, qui ordinari
„ ſunt diaconi, vel presbyteri, debere confite-
„ ri, quod non ſuis jam copulentur uxoribus;
„ nos antiquum ſequentes canonem Apoſtoli-
„ cæ diligentiæ, & conſtitutiones, ſacrorum vi-
„ rorum legales nuptias amodo valere volu-
„ mus, nullomodo cum uxoribus ſuis eorum
„ connobia diſſolventes, aut privantes eos
„ familiaritate adinvicem in tempore oppor-
„ tono: quicumque ergo diligens inventus fue-
„ rit in Subdiaconali ordinatione, aut Diaco-
„ nali, aut Sacerdotali; hic nullomodo pro-
„ hibeatur ad talem aſcendere gradum pro
„ uxoris ſuæ legitimæ cohabitatione, nec et-
„ iam tempore ordinationis ſuæ profiteri co-
„ gatur, quod abſtinere debeat a legali pro-
„ priæ oxoris familiaritate (*Item infra*) Opor-
„ ter eos, qui altari miniſtrant, in tempore
„ oblationis ſacrorum continentea eſſe in o-
„ mnibus, ut a Deo poſſint conſequi quæ ſup-
„ pliciter poſtulant. Si quis igitur præſum-
„ ſerit contra Apoſtolicos canones, aliquos
„ presbyterorum, & Diaconorum privare con-
„ tactu, & communione legalis uxoria ſuæ,
„ deponatur. Similiter & Presbyter aut Dia-
„ conua, qui religionis cauſſa uxorem ſuam
„ expellit, excommunicetur: ſi vero in hoc

Gratianus.

„ permanſerit, deponatur: *Hoc autem ex lo-*
„ *co intelligendum eſt: orientalis enim Eccleſia*
„ *(cui ſexta Synodus regulam vivendi præſcri-*
„ *pſit) votum caſtitatis in miniſtris altaris non*
„ *ſuſcepit*.

Sed occidentales numquam promoventur, niſi continentia promiſſa tacite, vel expreſſe, Diſt. 28. cap. *Nullum*, & cap. *Aſſumi*.

B. GREG. *Petroſubdiacono.*

„ NUllum facere ſubdiaconum præſumant
„ Epiſcopi, niſi qui ſe caſte victurum
„ promiſerit; quia nullus ad miniſterium al-
„ taris accedere debet, niſi cujus caſtitas an-
„ te ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.

EX CONC. *Arelat. II*

„ ASſumi aliquem ad Sacerdotium in con-
„ jugii vinculo conſtitutum non oportet,
„ niſi fuerit promiſſa converſio.

Et intelligas ordinem Sacrum, ſubdiaconatum, & ſupra, Diſt. 31. cap. *Ante triennium*.

GREGOR. *Petroſubdiac. Siciliæ l. 1. Epiſt. 42.*

„ ANte triennium, omnium Eccleſiarum
„ ſubdiaconi Siciliæ prohibiti fuerant, ut
„ more Romanæ Eccleſiæ ſuis uxoribus nul-
„ latenus miſcerentur: quod mihi durum, at-
„ que incompetens videtur, ut qui uſum con-
„ tinentiæ non invenit, neque caſtitatem ante
„ promiſit, compellatur a ſua uxore ſeparari,
„ atque per hoc (quod abſit) in deterius ca-
„ dat, unde videtur mihi ut a præſenti die
„ Epiſcopis omnibus dicatur, ut nullum facere
„ ſubdiaconum præſumat, niſi qui ſe victu-
„ rum caſte promiſerit, quatenus & præterita
„ mala, quæ per propoſitum mentis appetita non
„ ſunt, violenter non exigantur, & futura cau-
„ te caveantur. Qui vero poſt eamdem pro-
„ hibitionem, quæ ante triennium facta eſt,
„ continenter cum ſuis uxoribus vixerunt,
„ laudandi atque remunerandi ſunt, & ut
„ in bono ſuo permaneant, exhortandi. Eos
„ autem, qui poſt prohibitionem factam a ſuis
„ ſe uxoribus continere noluerint, ad ſacrum
„ ordinem nolumus promoveri: quia nullus
„ debet ad altaris miniſterium accedere, niſi
„ cujus caſtitas ante ſuſceptum miniſterium

Gratianus.

„ fuerit approbata. *Cauſſa vero hujus inſtitu-*
„ *tionis, munditia fuit Sacerdotalis, ut libere*
„ *cunctis diebus vitæ ſuæ orationi poſſint vacare.*
„ *Si enim (ut Paullus ait) ab uxoribus eſt ceſ-*
„ *ſandum, ut expeditius orationi vacemus; mini-*
„ *ſtris utique altaris, quibus quotidiana neceſſitas*
„ *orandi incumbit, numquam conjugali officio va-*
„ *care permittitur*.

Differunt etiam in alio, quia Orientales in ſacris ordinibus conſtituti, licite utuntur matrimonio contracto, dum erant laici, vel in minoribus ordinibus conſtituti; ſed poſt receptum ſacrum ordinem non poſſunt contrahere, 31. Diſt. cap. *Quoniam*, & cap. *Aliter*. Extra, de cler. conjug. cap. *Cum olim*.

v. ſupra.

STEPHAN. *Papa in Synodo Lateran.*

„ ALiter ſe orientalium traditio habet Ec-
„ cleſiarum, aliter hujus ſanctæ Roma-
„ næ Eccleſiæ. Nam earum Sacerdotes, Dia-
„ coni, atque Subdiaconi in matrimonio copu-
„ lantur: iſtius autem Eccleſiæ, vel Occiden-
„ talium nullus ſacerdotum a ſubdiacono uſ-
„ que ad Epiſcopum licentiam habet conju-
„ gium ſortiendi (*Similiter* & Capitulum
„ Nicolai ex loco conſideratur, quia gens Bul-
„ garorum noviter ad fidem converſa, pro-
„ poſitum ſacræ religionis ex integro aſſume-

Gratiani.

„ re nondum didicerat. *Quod autem in* capit.
„ 6. *Synodi presbyter non legitimis nuptiis de-*
„ *tentus punitur, non legales nuptiæ, ſed ſecundæ*
„ *intelligendæ ſunt, a quibus auctoritate canonica*
„ *ſacerdos quilibet debet eſſe immunis. Illud au-*
„ *tem Gangrenſis Concilii*: Si quis diſcernit
„ presbyterum conjugatum &c. *Similiter intel-*
„ *ligendum eſt vel localiter traditum, vel con-*
„ *jugatum ab ea appellatum, quam ante tem-*
„ *pus ordinationis ſuæ duxerat. Illud quoque Mar-*
„ *tini Papæ*: Si Subdiaconus ſecundam duxerit
„ uxorem, *non diſſimiliter intelligendum eſt. Pri-*
„ *mam enim uxorem ante ſubdiaconatum habere*
„ *permittitur, qua defuncta, vel caſtitatem pro-*
„ *feſſa promovetur iſte ad ſubdiaconatum: promo-*
„ *tus autem ſi ſecundas deſideravit nuptias, ſen-*
„ *tentiæ Martini Papæ ſubjacebit*.)

INNOC. III. *Archiepiſ. Archeroa.*

„ CUm olim ad noſtram audientiam perve-
„ niſſet, quod Canonici Anglorien. Canto-
„ rem Tricaricen. ſibi elegerant in paſtorem (&
„ infra) Licet tibi de forma electionis canonicæ,
„ & idoneitate perſonæ in aliis conſtitiſſet;
„ movit te tamen, quod cum pater ejus Græcus
„ fuerit, & juxta ritum Græcorum uxorem du-
„ xerit in minoribus ordinibus conſtitutus, Can-
„ torem ipſum ex uxore legitima in ſacerdotio
„ ſuſcepiſſet. Nos igitur attendentes quod O-
„ rientalis Eccleſia votum continentiæ non ad-
„ miſit, quoniam Orientales in minoribus ordi-
„ nibus contrahunt, & in ſuperioribus utuntur
„ matrimonio jam contracto; Mandamus, qua-
„ tenus niſi pro eo, quod inter latinos Græci
„ hujuſmodi converſantur, regionis conſuetudo
„ repugnet, ſi aliud canonicum non obſiſtat,
„ ad confirmationem, & conſecrationem ejuſ-
„ dem ſine dubitatione procedas.

Occi-

Digitized by Google

Occidentales vero, ex quo ſunt in ſacro ordine, nec poſſunt contrahere, nec uti ante contracto.

Ad quæſtionem ergo propoſitam dico, omiſſis multis & variis opinionibus, quod ſi vir recipit ordinem ſacrum uxore contradicente, vel ignorante, non fit ei præjudicium. Nam uxor poterit exigere debitum, & ille tenebitur reddere; ſed ipſe non poterit exigere, diſt. 28. *Diaconi*. Cauſſa 27. q. 2. c. *Multorum*.

In Ancyr. *Synodo.*

,, DIaconi quicumque, eum ordinantur, ſi in ,, ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes ,, ſe velle habere uxores, nec poſſe ſe contine- ,, re; hi, ſi poſtea ad nuptias venerint, ma- ,, neant in miniſterio, propterea quod his E- ,, piſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane ,, tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitio- ,, nem, profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nu- ,, ptias pervenerint, a miniſterio ceſſare debe- ,, bunt.

Gregor. *Leoni Epiſc. Catanenſi, lib. 3. Epiſt. 34.*

,, MUltorum relatione comperimus hanc ,, apud vos olim conſuetudinem tenuiſſe, ut ,, ſubdiaconi ſuis licite miſcerentur conjugibus; ,, quod ne denuo quiſquam præſumeret, a ſervo ,, Dei ſedis noſtræ diacono ex auctoritate noſtri ,, deceſſoris iſto modo eſt prohibitum, ut eo- ,, dem tempore hi, qui jam uxoribus fuerant co- ,, pulati, unum ex duobus eligerent, id eſt, aut ,, certa miniſtrare nulla ratione præſumerent, ,, aut a ſois uxoribus abſtinerent. Et, quantum ,, dicitur, Specioſus tunc ſubdiaconus pro hac ,, re ab adminiſtrationis ſe ſuſpendit officio, & ,, uſque in obitus ſui tempus notarii quidem ,, geſſit officium, & a miniſterio, quod ſubdia- ,, conum oportuerat exhibere, ceſſavit. Poſt cu- ,, jus obitum, quia relicta ejus Honorata eſt ,, marito ſociata, & a tua eam fraternitate in ,, monaſterio cognovimus eſſe deſtinatam; ideo- ,, que ſi, ut fertur, ejus maritus ſe ab admi- ,, niſtratione ſuſpendit, antedictæ mulieri non ,, debet officere, quod ad ſecundam conjugii co- ,, pulationem migravit, præſertim, ſi non tali ,, mente ſubdiacono juncta eſt, ut a carnis volu- ,, ptatibus abſtineret. Si ergo ita ſe veritatem, ,, quemadmodum edocti ſumus, habere cogno- ,, ſcis, prædictam te mulierem de monaſterio ,, per omnia convenit relaxare, ut ad ſuum ,, maritum ſine aliqua poſſit formidine remea- ,, re.

Si autem uxor ſcivit, & conſenſit, vel etiam non contradixit, ſed tacuit; quum tamen ſciret jus per ſe, vel per alium; ſi Clericus eſt occidentalis, fit uxori duplex præjudicium. Unum, quod oportebit eam de cetero continere: aliud, quia etiam mortuo viro, non poterit cum alio contrahere, & ſi contraxerit, non tenebit; & hoc ſecundum quoſdam propter votum, quod videtur ſolemnizaſſe ex parte viri. Secundum alios, quibus aſſentio, propter ſimplex votum expreſſum, vel tacitum, quod impedit matrimonium contrahendum, & propter expreſſam conſtitutionem Eccleſiæ ſuper hoc promulgatam, quæ impedit matrimonium contra eam contractum, diſt. 28. c. *Quia ſunt culpæ*, & c. *Si ſe cuiquam*, & c. *Si qua vidua*, diſt. 32. c. *Seriatim*.

v. pag. 52. Gregor. *Lib. 2. Epiſt. 50.*

,, QUia ſunt culpæ, in quibus culpa eſt rela- ,, xare vindictam; quærenda eſt ſemper ve- ,, ritas, ut inquiri debeat, utrum accuſatum noxa ,, condemnet, an a pœna innocentia patefacta ,, ſubducat. Itaque pervenit ad nos, Fantinum ,, defenſorem ultionem exercere in Petrum la- ,, torem præſentium voluiſſe pro eo, quod ,, (quantum dicitur) relictam cujuſdam dia- ,, coni, tempore, quo conductor fuit, marito ,, tradiderit; ſed quoniam iſte conjugem dia- ,, coni aſſerit non fuiſſe, dicens, nec eam vir- ,, ginem ad eum perveniſſe; denique nec reli- ,, gioſam mutaſſe veſtem, poſtquam ille in ordi- ,, ne ſacro promotus eſt, adjiciens etiam, priuſ- ,, quam ad diaconum perveniret, & poſtea, pra- ,, va illam mulierem opinione vixiſſe; ideo fra- ,, ternitatem tuam his hortamur affatibus, ut ,, cum Dei, ſicut decet, timore, cauſſam hanc ,, ſubtili omnino inveſtigatione perquirat, ut ſi ,, in conjugio Diaconi mulierem, de qua agitur, ,, fuiſſe conſtiterit, & ſupraſcriptus lator memo- ,, rato defenſori, & rectori patrimonii ad vin- ,, dictam modis omnibus tradatur; & cum com- ,, petenti emendatione ii, qui male ſociati ,, ſunt, disjungantur. Si vero in ejus conjugio ,, non fuit, memoratum Fantinum ex noſtro ,, mandato commonere te volumus, ut ei fa- ,, cere nihil præſumat, nec falſa illum accu- ,, ſatio apud eum in aliquo prægravet.

Ex Conc. *Aurelian.*

,, SI ſe cuiquam mulier duplici conjugio, Preſ- ,, byteri vel diaconi relicta conjunxerit, aut ,, caſtitate fruantur, aut ſeparentur, aut certe ,, ſi in criminis intentione perſtiterint, pari ,, excommunicatione plectantur.

Ex Conc. *Martin. Papæ*

,, SI qua vidua Epiſcopi, vel presbyteri, aut ,, diaconi maritum acceperit, nullus clericus, ,, nulla religioſa perſona cum ea convivium ,, ſumat, numquã communicet; morienti tamen ,, ei ſacramenta ſubveniant.

Et licet aliqui dixerint, quod iſta uxor promoti ad ordines ſacros teneatur intrare religionem; Ego tamen credo cum Laur. Joan. Tanc. quod non teneatur, ſed ſufficit, quod in ſæculo caſte vivat; quod etiam debet promittere.

Fallit hoc in uxore ejus, qui promovendus eſt in Epiſcopum; quia non debet vir aligi, niſi ipſa intret religionem. Extra, de converſ. conjug. c. *Sane*.

Alex. III. *Strigon. & Colon. Archiep.*

,, SAne ſi conjugati conſenſerint ordinari, uxo- ,, ris voluntas prius eſt requirenda (& infra) ,, Fraternitati veſtræ auctoritate Apoſtolica pro- ,, hibemus, ne uxoratum præſumatis in Epi- ,, ſcopum ordinare, niſi uxor prius profeſſa con- ,, tinentiam, ſacrum ſibi velamen imponat, & ,, religioſam veſtem, vel vitam aſſumat.

Si vero eſt Clericus Orientalis, dicit Hugot. quod non fit uxori præjudicium ex promotione ipſius, & ideo ipſa contradicente poteſt ordinari. Ego credo cum Laur. & Joan. quod fit uxori præjudicium, quum poſt mortem viri non poſſit contrahere: quia tempore vitæ ſuæ non debet ei commiſceri, diſt. 31. c. *Quoniam*. Quum tamen *v. pag. 72.* alias, ſicut ait Apoſtolus, 1. Corint. 7. nec ad tempus ea invita poſſit orare. Cauſſa 33. q. 4. c. *Apoſtolus*.

Augusr. *De adult. Conjugiis, lib. 2. c. 2.*

,, APoſtolus nec ad tempus, ut vacetur orationi, niſi ex conſenſu, voluit conjuges ,, carnali invicem fraudare debito.

§. XIV.

Nonnulli circa votum peregrinationis & abſtinentiæ Caſus.

P R I M U S.

An Abbas, vel Prior, vel alius Prælatus poſſit abſolvere religioſos ſibi ſubditos ab hujuſmodi votis, quibus ſe aſtrinxerant ante ingreſſum religionis.

AD hoc dicit Hugot. quod ipſa religio ſtatim in ipſo ingreſſu ſolvit hujuſmodi vota; quia ſolvit vincula juramenti, & obedientiæ, ut Alex. III. Extra, de regul. & tranſeun. ad relig. v. pag. 29. c. *Sane*, & cauſſa 19. q. 2. c. *Duæ*. Immo expreſſa eſt decretalis.

Alex. III. *Ambian. Epiſcop.* ,, SAne de canonico, qui in Eccleſia Aromaten. ,, profeſſionem fecerat, & fugerat ab eadem, ,, in Monachum a quodam Abbate recepto, id ,, tuæ fraternitati ſignificamus, quod ſi locus, ubi ,, nunc permanet, majoris religionis, quam Ec- ,, cleſia Aromaten. exſiſtit, ipſum in eodem ,, loco cum pura conſcientia remanere permit- ,, tas: alioquin ad priorem Eccleſiam redire ,, compellas.

Quia non frangitur votum, quum in melius v. pag. 57. commutatur, extr. eodem titulo, cap. *Scripturæ*.

Nec eſt neceſſaria certa ſatisfactio peccati, ubi totum vitæ ſervitio impenditur conditoris. Cauſſa 33. q. 2. c. *Admonere*. De pœn. Diſt. 1. c. *Quis aliquando*, §. *His auctoritatibus*.

Steph. V. *Haſtulpho.* ,, ADmonere te cum lacrymis, & multo ge- ,, mitu cordis curamus, fili Haſtulphe: ſed ,, non filius debes dici, qui tam crudeliter ho- ,, micidium perpetraſti. Nam occidiſti uxorem ,, tuam, partem corporis tui, legitimo matri- ,, monio tibi ſociatam, ſine cauſſa mortis, non ,, tibi reſiſtentem, non inſidiantem quoquo ,, modo vitæ tuæ. Non inveniſti eam cum alio ,, viro nefariam rem facientem; ſed concitatus ,, a diabolo, & impio furore inflammatus, la- ,, tronum more atrocius eam gladio tuo, cru- ,, delior omni beſtia interemiſti: & nunc poſt ,, mortem ejus addis iniquitatem ſuper iniqui- ,, tatem, filiorum tuorum improbe prædo. Qui ,, matri non peperciſti, & filios tuos orphanos ,, feciſti, inducere ſuper eam vis mortis cauſ- ,, ſam poſt mortem: per unum homicidam, ,, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam. ,, Quoniam nec Evangelium, nec ulla divina, ,, humanaque lex unius teſtimonio etiam ido- ,, neo quempiam condemnat, vel juſtificat; quan- ,, to magis per iſtum flagitioſiſſimum, & ſcele- ,, ſtum nec illa viva debuit condemnari, nec a ,, te poſt ejus mortem accuſari? Prius enim ,, cauſſa criminis ſubtiliter erat inveſtiganda: & ,, tunc, ſi ita fuiſſet inventa, ſecundum legis tra- ,, mitem debuit accipere ultionis vindictam. Deut. 19. ,, Nam ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut il- ,, le adulter mentitus eſt; poſt ſeptem annos ,, pœnitentia peracta dimittere eam poſt appro- ,, batam cauſſam poteras, ſi voluiſſes; occidere Ezechiel 33. ,, tamen eam nullatenus debuiſti: *Non enim vult* ,, *Deus mortem peccatoris, ſed ut convertatur* ad ,, pœnitentiam, *& vivat*. Idcirco placeat tibi ,, conſilium noſtrum, & hoc fac, quod melius ,, tibi, leviuſque videri poteſt: miſerere ani- ,, mæ tuæ, ut non ſis tu tibimetipſi homicida: ,, relinque quapropter, te rogamus, hoc ma- ,, lum ſæculum, quod te traxit ad tam imma- ,, niſſimum peccati facinus: ingredere mona- ,, ſterium: humiliare ſub manu Abbatis, & ,, multorum fratrum precibus adjutus, obſer- ,, va cuncta ſimplici animo, quæ tibi fuerint ,, imperata, ſi forte ignoſcat infinita miſeri- ,, cordia Dei peccatis tuis, & refrigeret ani- ,, mam tuam, priuſquam excrucieris perpetuis ,, flammis. Hoc levius, & melius tibi eſſe, cer- ,, tiſſime ſcias. Sin autem publicam pœniten- ,, tiam permanens in domo tua, vel in hoc ,, mundo vis agere (quod pejus tibi, & durius, ,, & gravius eſſe non dubites) ita, ut agere debes ,, exhortamur....

,, QUis aliquando vidit clericum cito pœni- Joan. Chrysost. ,, tentiam agentem? ſed etſi deprehenſus *Vel auctor. operis imp. in Matth. Hom. 40. Gratianus.* ,, humiliaverit ſe, non ideo dolet, quia pec- ,, cavit; ſed ideo confunditur, quia perdidit ,, gloriam ſuam. *His auctoritatibus aſſeritur ne-* ,, *minem ſine pœnitentia, & confeſſione propriæ vo-* ,, *cis a peccatis poſſe mundari. Unde præmiſſæ* ,, *auctoritates, quibus videbatur probari ſola con-* ,, *tritione cordis veniam præſtari, aliter inter-* ,, *pretandæ, ſive intelligendæ ſunt, quam ab eis* ,, *exponantur. Negationem namque Petri ſecuta* ,, *eſt ſatisfactio lacrymarum, & trina confeſſio* ,, *Dominicæ dilectionis, quæ penitus delevit pec-* ,, *catum trinæ negationis. Non ergo neceſſaria ſibi* ,, *erat certa ſatisfactio peccati, cujus totum vi-* ,, *tæ tempus obedientiæ impendebatur ſui condito-* ,, *ris...*

Alii vero dicunt, quod tenentur adimplere, quod promiſerunt, niſi prælatus ſuus diſpenſet cum eis. Mihi videtur, quod ſi aliquis volens hujuſmodi vota in melius commutare, Epiſcopo ſuo præſtante auctoritatem, intravit religionem, abſolutus eſt, ut ſupra, eodem tit. §. *Circa redemtionem*. Si vero non intendebat commutare, vel etiam intendebat, ſed non intervenit auctoritas Epiſcopi, licet poſſit dici, quod jus religionis ſolvant hujuſmodi vota, ut ait Hugot. conſulo tamen, quod diſpenſet prælatus, ſicut dicunt alii, quia tutius eſt, & prælatus poteſt diſpenſare. Cauſſa 33. quæſt. 5. cap *Noluit*, 20. quæſt. 4. cap. *Monacha*. v. pag. 60. & 64.

§. XV.

CASUS SECUNDUS.

Item circa eadem vota, quæritur, utrum pater moriens poſſit injungere filio, quem conſtituit hæredem, ut adimpleret vota peregrinationis, vel ſimilia, ad quæ ipſe tenebatur?

VIdetur, quod ſic: extra de voto, & voti redemt. c. *Licet*.

Innoc. III. *Andreæ Duci.* ,, LIcet univerſis liberum ſit arbitrium in vo- ,, vendo, uſque adeo tamen ſolutio neceſſa- ,, ria eſt poſt votum, ut ſine proprio ſalutis diſ- ,, pendio alicui non liceat reſilire. Accepimus ,, ſi-

,, ſi quidem, quod cum Rex Hungariæ pater
,, tuus agens in extremis, votum, quod voverat
,, Domino, Hieroſolymitanam provinciam, in
,, forti manu, humili corde viſitare, ſub in-
,, terminatione maledictionis paternæ, commi-
,, ſerit tuæ fidei exſequendum, & tu, aſſumto
,, crucis ſignaculo, te id impleturum, ſine di-
,, latione qualibet promiſiſti (& infra) Manda-
,, mus, quatenus poſtpoſitis ceteris ſollicitu-
,, dinibus, uſque ad feſtum exaltationis ſanctæ
,, Crucis, debitum acceptæ crucis exſolvens,
,, propoſitum iter arripias, & humiliter proſe-
,, quaris: ne ſi onus tibi a patre injunctum, &
,, a te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet de-
,, trectaveris, paterna te reddas ſucceſſione in-
,, dignum, & hæreditatis emolumento prive-
,, ris, cujus recuſaveris onera ſupportare, ſci-
,, turus ex tunc anathematis te vinculo ſubja-
,, cere: & jure quod tibi, ſi dictus Rex ſine
,, prole decederet, in regno Hungariæ compe-
,, tebat, ordine genituræ privandum, & regnum
,, ipſum ad minorem fratrem tuum appellatio-
,, ne poſtpoſita devolvendum.

Item quia hæres tenetur ipſo jure ſatisfacere omnibus, quibus defunctus tenebatur. Extra, de uſur. c. *Tua*.

Alex. III. *Epiſcop. Placent.* ,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos,
,, quid ſit de uſurariorum filiis obſervan-
,, dum, qui eis in crimine uſurarum defunctis
,, ſuccedunt, aut de extraneis, ad quos bona
,, uſurariorum aſſeris devoluta? Tuæ igitur
,, quæſtioni litteris præſentibus reſpondemus,
,, quod filii ad reſtituendas uſuras ea ſunt
,, diſtrictione cogendi, qua parentes sui, ſi vi-
,, verent, cogerentur. Id ipſum etiam contra
,, hæredes extraneos credimus exercendum.

Ad hoc dicas, quod non poteſt pater injungere filio neceſſitatem peregrinandi, ut bene colligitur in præallegata decretali *Licet*. Ideo tenuit ibi paterna injunctio, quia filius approbavit. Pecuniariam vero ſatisfactionem poteſt injungere. *v. ſupra.* Arg. Extra, de uſura, c. *Tua*, & de ſolution. c. 1. ſeu, *Ad hoc*.

Alex. III. *Decano, & cap. Morin.* ,, AD hoc in Apoſtolicæ (& infra) Sicut
,, filius debita patris ſolvere tenetur, ita
,, prælatus ſui prædeceſſoris pro Eccleſiæ neceſ-
,, ſitate contracta.

In ſumma nota, quod omnes peregrini debent defendi ab Eccleſia; ut quicumque eos in perſonis & rebus offendunt, niſi admoniti ſatisfecerint, excommunicentur. Cauſſa 24. quæſt. 3. cap. *Si quis Romipetas*, & duobus cap. ſequentibus, ſeu cap. *Paternarum*, & cap. *Illi, qui*. Extra, de treuga, & pace, cap. *Innovamus*. Extra, de clericis peregr. cap. *Conquerente*.

Calixtus *Papa.* ,, SI quis Romipetas, & peregrinos, & Apoſto-
,, lorum limina, & aliorum ſanctorum o-
,, ratoria viſitantes capere, ſeu rebus, quas fe-
,, runt, ſpoliare, & mercatores novis telonio-
,, rum, & pedagiorum exactionibus moleſtare
,, tentaverit, donec ſatisfecerit, communione
,, careat chriſtiana.

Urbanus *Papa.* ,, PAternarum traditionum exemplis, com-
,, moniti, paſtoralis officii debitum per-
,, ſolventes, Eccleſias cum bonis ſuis tam
,, perſonis, quam poſſeſſionibus, clericos vi-
,, delicet, & Monachos eorumque conver-
,, ſos, oratores quoque cum ſuis nihilomi-
,, nus rebus, quas ferunt, tutos, & ſi-
,, ne moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem
,, contra hoc facere præſumſerit, & poſtquam
,, facinus ſuum recognoverit, infra dierum
,, ſpatium triginta competenter non emenda-
,, verit, a liminibus Eccleſiæ arceatur, & ana-
,, thematis gladio feriatur.

,, ILli, qui peregrinos, vel Oratores cujuſcum- Nicolaus *Papa. Omnibus Epiſcop.*
,, que ſancti, ſive clericos, ſive Monachos,
,, vel feminas, aut inermes pauperes deprædati
,, fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in
,, malum eis obviaverint, anathematis vinculo
,, feriantur, niſi digne emendaverint.

,, INnovamus, ut presbyteri, Monachi, con- Alex. III. *Concil. Later.*
,, verſi, peregrini, mercatores, ruſtici, eun-
,, tes, vel redeuntes, vel in agricultura ex-
,, ſiſtentes, & animalia, quibus arant, & ſe-
,, mina portant ad agrum, congrua ſecurita-
,, te lætentur.

,, COnquerente I. presbytero intelleximus. Cælest. III. *Ambian. Epiſcop.*
,, (& infra) Licet presbyter idem res ſuas,
,, & Eccleſiæ ſuæ in protectione noſtra non po-
,, ſuerit, quando ad nos acceſſit; tamen cum
,, hi, qui accedunt ad præſentiam noſtram, cum
,, rebus eorum debeant eſſe ſub Apoſtolica pro-
,, tectione ſecuri; mandamus, quatenus quid-
,, quid eidem presbytero poſt iter arreptum
,, ad nos veniendi ſubtractum eſt, vel ablatum,
,, ſibi reſtitui faciatis.

---

§ XVI.

CASUS TERTIUS.

Item pone. Aliquis ſæcularis videt monaſterium diſſolutum, Monachos ſplendide comedentes, & bene indutos, cogitat hunc ordinem ingredi, dicens: Bene poſſum ſuſtinere; ingreditur, poſtea fit inquiſitio in monaſterio, compelluntur ad regulam obſervandam, iſte dicit: Non novi hanc aſperitatem, quam modo vultis monaſterio imponere, nolo eam tenere. Quæritur utrum poſſit cogi?

VIdetur quod non; quia ſicut quis non poteſt cogi ad totum votum, ita nec ad voti augmentum. Item quia idem juris eſt in parte, & in toto; ſed ab initio non poterat cogi ad totum. Supra eodem tit. *§. Votorum*. Cauſſa 32. q. 1. c. *Integritas*; ergo nec ad partem.

,, INtegritas corporis expetenda a vobis eſt, Ambros. *In lib. exhortationis virg.*
,, quam ego pro conſilio ſuadeo, non pro im-
,, perio præcipio. Sola eſt enim virginitas, quæ
,, ſuaderi poteſt, imperari non poteſt: res ma-
,, gis voti eſt, quam præcepti.

Item licite poteſt quis ſe obligare ſeparatim ad continentiam, vel ad non habendum proprium, vel ad obedientiam. Cauſſa 33. q. 5. c. *Quod Deo*. Diſt. 23. c. *Quamquam*. *v. pag. 62.*

,, QUamquam omnes, qui ſacris mancipan- Ex Conc. *Toletan. 11. c. 1.*
,, tur ordinibus, canonicis regulis teneantur
,, adſtricti; expedibile tamen eſt, ut promiſſionis
,, ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad
,, promotionis gradus Eccleſiaſtica probat diſci-
,, plina: ſolet enim plus timeri, quod ſingulariter
,, pollicetur, quam quod generali ſponſione con-
,, cluditur; & ideo placuit huic ſancto Concilio,
,, ut unuſquiſque, qui ad Eccleſiaſticos gradus
,, eſt aſcenſurus, non ante conſecrationem ho-

„ noria accipiat, quam placiti ſui annotatione „ promittat, ut fidem catholicam ſincera cor„ dis contritione ac devotione cuſtodiens, ju„ ſte & pie vivere debeat, & in nullis operi„ bus ſuis canonicis regulis contradicat, atque „ ut debitum per omnia honorem, atque obſe„ quii reverentiam præeminenti ſibi unuſquiſ„ que dependat, juxta illud B. Leonis Papæ e„ dictum: *Qui ſe ſcit aliquibus eſſe præpoſitum,* „ *non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum; ſed* „ *obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat.* „ Pœna etiam juxta Eccleſiaſticæ conſuetu„ dinis morem, & placitis talium inferenda, „ & ab his, qui tranſgreſſores fuerint, perſol„ venda eſt.

E contra, qui fecit profeſſionem ſecundum regulam beati Benedicti, obligat ſe ad eam totaliter obſervandam: nam qui nihil excipit, omnia comprehendit.

Item aut intendebat vivere regulariter, aut irregulariter. In primo caſu patet, quod tenetur. In ſecundo idem; quia etiamſi expreſſiſſet, turpis adjectio pro non adjecta haberetur, & tenetur regulariter vivere. Extra de condit. appoſit. c. 1. ſeu, *Quicumque*.

Ex Conc. *Africano.* „ QUicumque ſub conditionis nomine aliquam deſponſaverit, & eam relinquere „ voluerit; dicimus quod frangatur conditio, & „ deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

Item adjectio appoſita contra naturam contractus, non vitiat contractum. Cauſſa 10. quæſt. 1. cap. 2. ſeu, *Sic quidam*.

Ex Conc. *Toletan. III. c. 9.* „ SIc quidam contra omnem auctoritatem Ec„ cleſias, quas ædificaverunt, poſtulant „ conſecrari, ut dotem, quam eidem Eccle„ ſiæ contulerint, cenſeant ad Epiſcopi or„ dinationem non pertinere. Quod factum „ taliter in præterito corrigatur, ut & in „ futuro ne fiat, prohibeatur, ſed omnia „ ſecundum conſtitutionem antiquam ad E„ piſcopi ordinationem & poteſtatem perti„ neant.

Idem in adjectione appoſita contra legem. Cauſſa 16. q. 1. c. *Si quis laicus*.

In Conc. *Magunt.* „ SI quis laicus, vel clericus, vel utriuſque „ ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, vel „ res alicui dare delegaverit; decimationum „ proventum priori Eccleſiæ legitime aſſigna„ tum inde abſtrahere nullam habeat poteſta„ tem: quod ſi facere tentaverit, talis tradi„ tio irrita prorſus ducatur, & ipſe ad emen„ dationem Eccleſiaſtica coerceatur cenſura.

Solutio: Indiſtincte dico, quod non poteſt redire ad ſæculum, ex quo facit ibi profeſſionem. Sed utrum cogatur ibi manere? diſtinguo; aut erat peritus juris, aut ignarus. In primo caſu non poteſt recedere; quia intelligitur ſe obligaſſe, non ad id, quod fiebat, ſed ad id, quod fieri debebat. In ſecundo caſu ſubdiſtinguo; aut fuit ei explanata aſperitas regulæ; & tunc idem, quod in juris perito: aut non; & tunc ſi credebat eos regulariter vivere, & ad illam aſperitatem voluit ſe obligare, & non ad majorem, & hoc expreſſit, non cogetur ibi manere, ſed tranſibit ad alium ordinem, quem valeat ſuſtinere: ſi vero non expreſſit; credo, quod debeat manere, nec poteſt allegare dolum nec deceptionem; quia fit melior ſua conditio: & poteſt magis imputari fatuitati ſuæ, quia non examinavit, ut debuit. Probatur hoc extra de regul. cap. *Super eo*, & *Conſulti*. Cauſſa 20. quæſt. 3. cap. *Conſtituit*. Extra, quod metus cauſa, cap. *Cum dilectus*. Extra, de converſ. conjug. cap. *Ex parte tua* 1. & cap. *Veniens*.

In Conc. *Magunt.* „ COnſtituit ſane ſacer iſte conventus, ut „ Epiſcopi, ſive Abbates, qui non in fru„ ctum animarum, ſed in avaritiam, & turpe „ lucrum inhiantes, quoslibet homines cir„ cumveniendo totonderunt, & res eorum ta„ li perſuaſione ſurripuerunt; pœnitentiæ ca„ nonicæ (utpote turpis lucri ſectatores) „ ſubjaceant. Hi vero, qui illecti comam de„ poſuerunt, in eo, quod cœperunt, perſe„ verare cogantur; res vero eorum hæredi„ bus reddantur.

Vel dic indiſtincte, quod debet remanere; quia dolus aliorum, vel ſimplicitas novitii non excuſat in talibus, ut dictum eſt.

Nonnulla circa votum Poſtillatoris ſummæ Quæſita.

AD intelligendam controverſiam ſuperius tactam de voto:

Quæritur utrum Papa poſſit diſpenſare in omni voto?

Et quod non, videtur facere illud Pſalmi 75. Vovete, & reddite. *Reddere eſt neceſſitatis: ſed circa ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis non poteſt diſpenſare; ergo &c.*

Item obligatio voti eſt ſecundum jus naturæ: hoc patet, quia omni tempore fuit; ſed Papa non poteſt in ea, quæ ſunt juris naturalis, &c.

Item Bernardus dicit: Quædam ſunt præcepta moralia primæ tabulæ ordinantia ad Deum; quædam ſecundæ tabulæ ordinantia ad proximum; quædam ſunt addita, ut Canonicæ ſanctiones, & Patrum inſtituta. In primis non poteſt diſpenſare nec homo, nec Deus. In ſecundis non homo, ſed Deus. In tertiis homo, & Deus. Ratio autem hujuſmodi eſt, quia præcepta primæ tabulæ immediate ordinant ad Deum: ſi ergo votum immediate ad Deum ordinat; ergo &c.

Item qui non facit, quod promittit, mentitur: ſed Papa non poteſt diſpenſare in mendacio; ergo nec in voto.

Item hoc in voto continentiæ ſpecialiter, videtur, Eccleſiaſtici 26. Non eſt digna ponderatio continentis animæ. *Si ergo continentia nullo poteſt modo recompenſari, patet, &c.*

Item quod nec in voto paupertatis, videtur: quia perfectius eſt pro Deo mendicare, quam continere; ergo perfectius eſt votum paupertatis: ſed non poteſt diſpenſare in voto continentiæ; ergo nec in paupertatis.

Item quod nec in voto obedientiæ, videtur: quia hoc eſt perfectiſſimum; quia in caſtitate vincit homo corpus ſuum, in paupertate mundum, in obedientia mactat ſeipſum; ergo &c.

Contra: votum unum non minus obligat, quam obligat aliud: ſed poteſt diſpenſare in aliquo, ut in voto peregrinationis, & abſtinentiæ; ergo & in omni.

Item quod in voto continentiæ, videtur, quia; ut dicit Bernardus, diſpenſatio locum habet, ubi endit neceſſitas, vel communis utilitas: ſed poſſibile eſt, quod propter defectum mulieris incurrat aliquis periculum mortis, ſicut dicitur de Rege Ludovico.

Item

Item poſſibile eſt, quod omnes moriantur, qui poſſunt generare, ſolo eo remanente, qui vovit, & remanente Papa, & muliere; ergo ſi neceſſitas eſt conſervationis ſpeciei, in caſu iſto poſſet vovens contrahere.

Item poſſibile eſt ex matrimonio pacem Eccleſiæ dari, quæ eſt communis utilitas: ſed communis utilitas præferenda eſt bono privato; ergo &c.

Item quod in voto paupertatis, videtur: quia diſpenſare poteſt in voto abſtinentiæ: ſed magis eſt carnem macerare, quam divitias dimittere; ergo &c.

Item quod in voto obedientiæ, videtur: quia Papa aſſumit de religioſis ad dignitates, & prælationes; & ſic non tenentur obedire prælatis ſui ordinis, quibus voverunt obedientiam; ergo &c.

Reſpondeo dicendum, quod diſpenſatio dicitur dupliciter, uno modo juris relaxatio, alio modo juris declaratio. Dicunt ergo aliqui, quod Papa poteſt in voto diſpenſare, ſecundum quod diſpenſatio eſt juris relaxatio, eo quod ejus auctoritas eſt ſupra, & contra obligationem voti: & rationem hujus aſſignant; quia Papa eſt immediatus omnium Prælatus, & ad ipſum ſpectat omnium ordinatio, maxime quantum ad ea, quæ ſunt ſupererogationis: & quoniam omnium voluntates ejus ſubſunt auctoritati, & diſpoſitioni, nullum votum debet emitti, niſi cum hac diſpoſitione, niſi Dominus Papa de vovente aliter duxerit diſponendum: & nullus obligatur ad votum faciendum, cum Dominus Papa aliter diſponit. Quod ſi illam conditionem non apponat, tamen non poteſt eam excludere; & ideo dicunt, quod in omni voto poteſt diſpenſare, & ab omni tali obligatione abſolvere: & ad omnes rationes reſpondent, quod non eſt ibi obligatio abſoluta, ſed conditionata: & ideo diſpenſare poteſt, cum poſſit illam conditionem infringere, ſi ſibi aliud de vovente placet diſponere.

Sed cum illa, & quæ Dominus conſulit, & abſque dubio bona ſunt, ſine hæſitatione totis viſceribus ſint amplectendæ; videtur etiam, cum Deus voluerit unumquemque liberum eſſe, quod unuſquiſque ſine conditione aliqua talia poſſit, & debeat vovere: & ideo alii dicunt, quod Papa in nullo alio voto poteſt diſpenſare, ſecundum quod diſpenſatio eſt juris relaxatio; quia obligatio voti pendet ex jure divino non humano; ex jure naturali, non ex conſtitutione Patrum.

Præterea Papa non habet poſſe, nec auctoritatem in votum, relaxando jus, quia id non eſt ei ſubjectum, habet tamen poteſtatem, quantum jus ſibi dat; & ideo diſpenſare poteſt ſecundum quod diſpenſatio eſt juris declaratio: & hæc poſitio eſt rationabilior, & ſecurior; quia magis per ipſam ſatisfit conſcientiæ.

Ad intelligentiam hujus eſt notandum, quod jus obligationis voti conſtituitur ex duplici jure naturali; ex hoc ſcilicet, quod homo debet eſſe verax in promiſſo: & ex alio, quod homo nihil debet promittere, niſi ſalva ſua ſalute, & divinæ Majeſtatis honore; ergo ex jure naturali eſt, quod quis per votum impediri non debet, quia facere poſſit ſibi utilius, & Deo acceptabilius: & ideo in omni voto, quod recipit recompenſationem melioris boni, ſive ſimpliciter, ſive pro loco, & tempore, Dominus Papa, cujus eſt jus dilucidare, poteſt diſpenſare: & in hoc communiter omnes conveniunt, ſed diverſificantur poſtmodum diſpenſando.

Aliqui enim dicunt quod non eſt aliquod votum, quod pro loco, & tempore non recipiat recompenſationem; ideo nullum eſt, in quo non poſſit diſpenſare. Unde dicunt, quod bono continentiæ præfertur bonum univerſalis Eccleſiæ, ut pax: & ideo in voto continentiæ poteſt fieri diſpenſatio; ſi ergo in tali voto, de quo minus videtur, poteſt fieri diſpenſatio vel ſimpliciter, vel ad tempus, ſicut aliquando factum eſt; ergo & in aliis votis.

Alii dicunt, quod votum continentiæ non recipit recompenſationem, quia non eſt digna ponderatio animæ continentis; quia ibi triumphus obtinetur de domeſtico inimico: in omnibus aliis eſt recompenſatio; ideo poteſt diſpenſare Papa, præterquam in iſto. Tertii dicunt, quod perfectioni religionis, quæ eſt in imitatione Chriſti, nihil poteſt æquari, nec pro illa recompenſari: & illa ſubſtantialiter conſiſtit in triplici voto, ſcilicet continentiæ, paupertatis, & obedientiæ: ideo in his tribus non poteſt diſpenſare: perfectio enim conſiſtit in aſſimilatione ad ipſum maximum, ſicut dicit Auguſt. in lib. de vera relig. & quia in nullo tantum aſſimilatur homo Chriſto, ſicut in his, nihil poteſt in hoc tali homini recompenſare. Quo modo recompenſatio non tantum aliorum reſpicit bonum, verum etiam voventis: quia Deus vult quod magis ſit unuſquiſque ſollicitus in ſua ſalute, quam aliorum.

Quæ iſtarum trium opinionum ſit verior, fateor me neſcire, & ſatis poteſt quælibet ſuſtineri; ideo nullam aſſero. Si quis tamen hanc ultimam acceptare voluerit, non incurrit inconveniens manifeſtum, ut dicatur: quia nec in omni, nec in nullo, ſed in quodam ſic, in quodam non.

Ad id ergo, quod objicitur, quod in nullo poteſt diſpenſare, dicendum, quod illa argumenta currunt, ſecundum quod diſpenſatio eſt juris relaxatio, & ſic non poteſt; poteſt tamen ſecundum quod diſpenſatio eſt juris declaratio; quia jus concedit voto non teneri, cum poteſt recompenſare: quia univerſaliter eſt domini Papæ hoc jus interpretari: & ideo in omnibus aliis, ab iis tribus, poteſt diſpenſare.

Ad id, quod objicitur, ſi poteſt in uno, poteſt in omnibus, dicendum quod non eſt ſimile; quia conditio recompenſationis melioris non ſtat uniformiter in omnibus.

Ad id, quod objicitur, quod in voto continentiæ poteſt cadere neceſſitas, & utilitas, dicendum quod non cadit: & propterea cum ægritudo cadit, vel evenit, non cadit neceſſitas; quia numquam datur infirmitas, a qua non poſſit quis niſi per coitum liberari. Non cadit neceſſitas reſpectu ſpeciei; quia numquam erit aliquis ſolus. Non cadit ibi major utilitas facientis; quia commutat meritum centeſimi fructus in meritum trigeſimi. Præterea ſi totum hoc eſſet certum, incertum eſſet; quia neſcitur utrum infirmus coitu ſanaretur: neſcitur utrum ex coitu aliquis generaretur: neſcitur etiam utrum ex matrimonio pax reformaretur; & ideo non eſt dimittendum certum pro incerto: ideo non valet.

Ad id, quod objicitur, quod votum abſtinentiæ voto paupertatis eſt majus, dicendum, quod falſum eſt; quia exercitatio corporalis ad modicum utilis eſt: pietas autem ad omnia valet, ut dicit Apoſtolus, & ſumma pietas eſt, quod omnia vendantur, & dentur pauperibus. Præterea difficilius eſt; plures enim inveniuntur, qui volunt jejunare, quam qui volunt mendicare. Præterea ibi non tantum eſt abdicatio rei terrenæ, ſed etiam voluntatis habendi. Unde pauperculus veniens ad religionem relinquit

lo-

totum mundum ratione voluntatis.

Ad id, quod objicitur de voto obedientiæ, quod ſit diſpenſatio in religioſis, qui promoventur, dicendum, quod licet in prælationibus non teneantur obedire, ut multa habeant, quæ non licerent eis, ſi eſſent ſubditi; tamen in neutro voto eſt diſpenſatum: nam in voto paupertatis non eſt diſpenſatum, quia non licet tali religioſo habere proprium, etiamſi Papa diſpenſaret; ſed tantum bona Eccleſiæ poteſt diſpenſare, ſicut Abbas bona monaſterii: nec amittit meritum paupertatis; ſed eſt divitiarum non dominus, ſed diſpenſator; non amator, ſed contemtor; non congregator, ſed conſervator, & diſperſor in pauperes. Similiter in voto obedientiæ non eſt diſpenſatum; quia omnem obedientiam, quam debebat prius ſuo ſuperiori, debet Papæ; & propterea a ſua obedientia non poteſt eum abſolvere: & in talibus meritum obedientiæ commutatur in meritum Paſtoralis curæ; nec eſt diſpenſatio, ſed proprius exemtio.

Quæritur quis poſſit vovere.

Reſpondeo: Dico, quod votum procedit a libera voluntate; omnis ergo, qui libere poteſt facere quod vult, nullo impedimento in ſe exſiſtente, nullo homine de facto impediente, nullo jure prohibente, poteſt ſimpliciter vovere. Qui autem in omnibus ſubeſt, nihil poteſt per ſe vovere: qui autem in aliquibus ſubeſt, ſecundum id, in quo ſubeſt, non poteſt vovere. Quoniam igitur uxor ſubeſt viro, & pupillus patri in regimine vitæ; nihil poſſunt contra hoc vovere, quod ſit ſtabile, ſine eorum voluntate. Vir autem ſubeſt uxori in debito carnis; & ideo contra id non poteſt vovere: religioſus ſubeſt in omnibus, quæ ſunt intra religionem; & ideo nihil poteſt ſine ſui prælati voluntate: ſervus ſubeſt quantum ad ſervitium corporale; ideo quod contra hoc ſit, non poteſt vovere, niſi domini auctoritate. Si quid autem eſt, quod libere poteſt facere, id poteſt vovere. Unde omnes, licet ſint liberæ voluntatis ad vovendum, tamen non ad reddendum; & licet omnes poſſint ſe obligare diabolo, cum hoc ſit ſola voluntatis libertate; non tamen omnes Deo; quia votum illud reſpicit aliquod opus, reſpectu cujus liberum arbitrium non habet poſſe, de facto frequenter, vel de jure: & licet votum ſit de iis, quæ promovent ſalutem, & in omnibus pateat via ſalutis, quod verum eſt ad ea, quæ ſunt præcepti; non tamen ad ea, quæ ſunt ſuper erogationis, quæ reſpiciunt ſtatus diverſos, quibus aliqui ſunt apti, alii vero minime; & hoc de facto, vel de jure.

Quæritur, utrum vota commutari poſſint?

Reſpondeo, quod licet votum mutare ex cauſſa, id ſcilicet, quod recipit recompenſationem; ſed non ex levitate, vel ex propria voluntate, ſed ex neceſſitate, vel utilitate cum auctoritate Prælati, excepto voto religionis, vel etiam ſtatus perfectioris, in quod poteſt aliud votum commutari ſine Prælati licentia; quia propter ſui dignitatem licentiam dant jura. Sanum tamen eſt conſilium, quod fiat ſuperioris auctoritate, ubi non creditur, quod contradicat, ne videatur ex levitate procedere, & auctoritatem ſuperioris contemnere.

Ratio, quare licet votum commutare, eſt propter neceſſitatem ſupervenientem, vel propter periculum, quod imminet frequenter in obſervatione, vel propter majorem utilitatem & voventis, & aliorum.

Quæritur, ſuppoſito quod votum continentiæ univerſaliter impediat matrimonium; & quod votum ſolemnizatum impediat matrimonium contrahendum, & dirimat jam contractum; quæritur de voto ſimplici utrum ita faciat: & dicit Clemens Papa, quod impedit contrahendum, ſed non dirimit jam contractum.

Reſpondeo, quod votum continentiæ eſt tale votum, quod generaliter impedit matrimonium contrahendum, ſed non impedit jam contractum, ſi eſt legitime ſolemnizatum, & rationem hujus aſſignant aliqui, Eccleſiæ conſtitutionem: quod enim vovens ſit perſona non legitima, hoc non eſt ex voto, quia in ipſo matrimonio perfectio continentiæ ſervari non poteſt ab eo, qui debitum non exigit, ſed ſolvit, ut dicit Auguſtinus; ſed quod impediat, hoc eſt ex inſtitutione Eccleſiæ, cujus eſt perſonas legitimas, vel illegitimas matrimonio determinare.

Ratio autem quare Eccleſia de voto ſolemni inſtituit, ut dictum eſt, quod in voto ſolemni non poteſt decipi, & in ejus fractione ſcandalizari, quia publicum eſt; ſed in voto ſimplici non habet locum, cum ſit privatum.

Sed hæc ſolutio ſupponit duplex falſum. Unum, quod ſit ab inſtitutione Eccleſiæ, quod votum ſolemne poſſit diſpenſari; quia Eccleſia, ut communiter dicitur, non poteſt ibi diſpenſare; poteſt tamen in ſuis conſtitutionibus. Aliud falſum eſt, quia votum ſolemne non dicitur, quia publicum: nam votum quantumcumque publicetur, niſi aliud adſit, ſimplex judicatur. Unde commune eſt in voti ſolemnizatione, quod fiat coram perſona publica, quæ locum Dei tenet, & quæ votum poteſt approbare, qua recipiente votum continentiæ, transfertur poteſtas corporis voventis in alium; quia alius adeſt, qui recipit: ſed in voto ſimplici obligatur quidem homo; ſed tamen dominium ſui corporis in alterum non transfertur: & quia quod translatum eſt in poteſtatem unius, non poteſt transferri in poteſtatem alterius; ideo emiſſo voto ſolemni, Deo, & homini homo obligatur: ſic etiam in matrimonio: & quoniam utrobique eſt perſonæ obligatio, & par obligatio non ſolvit vinculum prioris obligationis; ideo obligatio non poteſt infringi per vinculum ſupervenientis matrimonii.

Hoc autem ideo non dico, quod faciat ſcandalum; quia & id poteſt eſſe in voto ſimplici: ſed hoc facit obligatio duplex contra translationem poteſtatis in alterum.

Hæc igitur eſt ſumma rationis: quia votum ſolemne obligat æqualiter diſtincte ex oppoſito; non ſic ſimplex; ideo impedit.

Ad id, quod poteſt objici, quod Clemens Papa dicit, quod apud Dominum non minus obligat votum ſimplex, quam ſolemne; hoc eſt verum quantum ad culpam, & transgreſſionem; tamen minus obligat quantum ad vinculi alterius ſolutionem; ut fiat vis in eo, quod dicit, Quantum ad Deum.

TITULUS IX.

De juramento, & perjurio.

SUpra dictum eſt de votis in genere: ſed quia juramentum votum eſt, cujus aſſiduitate ſæpe homines in perjurium labuntur, expedit, ut de juramento, & perjurio aliqua ſupponamus; videndum ergo quid ſit juramentum; quæ cauſſa inſtitutionis; quæ forma juramenti; quæ exigantur ad hoc, ut recte fiat juramentum; quæ ſolemnitates magis obligatorium faciant juramentum; quæ ſpecies juramenti; quæ pœna perjurii: ultimo quædam dubitabilia ſubjiciemus.

---

§. I.

Quid eſt juramentum, & quæ cauſſa inſtitutionis.

JUramentum eſt affirmatio, vel negatio de aliquo factæ rei atteſtatione firmata.

Cauſſa inſtitutionis eſt duplex: una propter infirmitatem hominum de facili dubitantium. Quum enim aliquibus perſuadetur, quod eis eſt utile, & expediens, & non credunt ſimplici verbo, permittitur nobis jurare eis. Cauſſa 22. q. 1. c. *Non eſt contra* 1. & *Si peccatum*.

Auguſt. ſup. Epiſt. ad Galatas c. 3. ,, NOn eſt contra præceptum Dei juratio, quæ
,, a malo eſt, non jurantis, ſed increduli-
,, tatis ejus, cui jurare cogitur. Nam hinc intel-
,, ligitur ita Dominum prohibuiſſe *a* jurando,
,, ut quantum in ipſo eſt, quiſquis non juret:
,, quod multi faciunt, in ore habentes jurationem
,, tamquam magnum, aut ſuave aliquid. Nam
,, utique Apoſtolus noverat præceptum Domini;
,, & tamen juravit. Non enim audiendi ſunt, qui
,, has jurationes eſſe non putant. Quid enim
1. Cor. 15. ,, facient de illa? *Quotidie morior per veſtram*
,, *gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Jeſu*
,, *Domino noſtro*: quam Græca exemplaria mani-
,, feſtiſſimam jurationem eſſe convincunt. Pro-
,, hibemur ergo jurare cupiditate, aut delectatio-
,, ne jurandi; quamvis enim juramenſum am-
,, plius ſit, quam *eſt eſt*, vel *non non*; & ideo a
,, malo ſit; non tamen a malo tuo, ſed infir-
,, mitatis, aut incredulitatis eorum, qui non
,, aliter moventur ad fidem.

Auguſt. De verb. Apoſt. Ser. 28. ,, SI peccatum eſſet juratio, nec in veteri
,, lege diceretur: *Non pejerabis, reddes autem*
,, *Domino juramenta tua*: non enim peccatum
,, nobis præciperetur (Item infra) Non vobis
,, dicimus nos non jurare; ſi enim hoc di-
,, cimus, mentimur: quantum ad me per-
,, tinet, juro; ſed quantum mihi videtur,
,, magna neceſſitate compulſus: cum videro
,, non mihi credi, niſi faciam, & ei, qui mi-
,, hi non credit, non expedire, quod non
,, credit; hac perpenſa ratione, & conſide-
,, ratione librata cum magno timore dico,
,, *coram Deo*, aut, *teſtis eſt mihi Deus*, aut,
,, *ſcit Chriſtus*, ſic eſſe in meo animo: & vi-
,, deo quia plus eſt, id eſt, quia amplius
,, eſt, quam *eſt eſt*, *non non*. Sed quod amplius
,, eſt, a malo eſt, etſi non a malo non jurantis,
,, a malo eſt non credentis. Ex præmiſſis colli-
,, gitur, quod jurare non eſt peccatum: non ta-
,, men tamquam bonum eſt appetendum, ne
,, conſuetudine jurandi labamur in perjurium;
,, ſed cum dicatur procedere a malo non creden-
,, tia, videtur, quod etſi jurare peccatum non
,, ſit, juramentum tamen recipere malum ſit;
,, ſed nomine mali non malitia, ſed peccati
,, pœna intelligitur: ex pœnali enim infirmi-
,, tate incredulitas illa proceſſit, qua ad ju-
,, randum compellimur; ipſum autem jurare,
,, ſicut peccatum non eſt, ita juramentum
,, ab aliquo recipere malum non eſt.

Alia cauſſa eſt propter vitandam idololatriam: ſicut enim conceſſum fuit filiis Iſrael, ut hoſtias Deo immolarent, ne eas offerrent dæmonibus; ſic potius permiſſum fuit, ut per Deum jurarent, quam per creaturas, ne inciderent in crimen idololatriæ. Cauſſa 22. q. 1. c. *Conſidera*.

Hieron. ſup. Matth. lib. 1. in c. 5. ,, COnſidera, quod hic Salvator non per
,, Deum jurare prohibuerit; ſed per cæ-
,, lum, & terram, & per Hieroſolymam,
,, & per caput tuum: & hoc quaſi parvulis
,, fuerat lege conceſſum, ut quomodo victimas
,, Deo immolabant, ne eas immolarent ido-
,, lis; ſic & jurare permitterentur in Deum:
,, non quod recte hoc facerent, ſed quod
,, melius eſt Deo id exhibere, quam dæmoniis.

Ex his patet, quod juramentum licitum eſt, & bonum, & etiam meritorium; quum per ipſum proximo ſubveniatur, ad quod tenetur ex præcepto: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*, & Pſalmus: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? qui jurat proximo ſuo, & non decipit*. *Matth. 22.* *Pſalm. 14.*

Verum huic probationi eſt parum amplius inſiſtendum, propter hæreticorum perfidiam oblatrantem. Angelus enim, quem vidit Joannes in Apoc. 10. ſtantem ſupra mare, & ſuper terram, levavit manum ſuam ad cælum, & juravit per viventem in ſæcula ſæculorum.

Item ipſe Chriſtus frequenter legitur dixiſſe in Evangelio: *Amen, Amen dico vobis*. Apoſtolus etiam jurabat, quum diceret: *Teſtis eſt mihi Deus*, & iterum: *Quotidie morior*, id eſt, mori paratus ſum, propter gloriam veſtram; quod Græca exemplaria, ut ait Aug. ſuper Epiſt. ad Galatas, manifeſtiſſimam eſſe jurationem, oſtendunt. *Ad Philip. 1.* *1. Cor. 15.*

Item legitur, Dominum in veteri teſtamento juraſſe. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum*: & rurſus: *Juravit Dominus David veritatem*. Immo & præcepit in veteri Teſtamento reddere Domino juramentum. *Pſal. 109. & 131.* *Deut. 23.*

Quare ergo dicit Dominus in Evangelio: *Sit ſermo veſter, eſt eſt, non non?* *Matth. 5.*

Reſp. quod affirmatio, & negatio, quæ eſt in corde, debet eſſe in ore: ſed quia hominum exeteſcenta malitia ſimplici aſſertioni non creditur; idcirco prudenter adjunxit, *quod abundantius eſt, a malo eſt*, id eſt non culpæ, ſed pœnæ; nec exhibentium, ſed exigentium juramentum: nam incredulitas hujuſmodi magis eſt pœna, quam culpa; unde non dicit malum, ſed *a malo*.

Item licet Domious videtur prohibuiſſe alicubi juramentum, nuſquam tamen per Creatorem, ſed per creaturas jurare prohibuit, ne per hujuſmodi juramentum transferretur ad

crea-

creatnras honorificentia Creatoris. Quare qunm in Evangelio præmiſiſſet: *Dico vobis non jurare omnino*, ſtatim ſubjunxit: *Nec per cælum, qaia thronus Dei eſt; nec per terram, quia ſcabellum ipſius; nec per Hieroſolymam, quia civitas eſt regis magni; nec per caput tuum, quia non potes unum capillum facere album vel nigrum.*

Epiſt. Jacob c. ult. Item quæritur, quare prohibet Jacob juramentum dicens: *Ante omnia, fratres mei, nolite jurare.*

Non prohibet ſimpliciter juramentum, ſed voluntatem jurandi; & ideo dixit notanter, *nolite*: quoniam ad jurandum non debet quemquam ſpontanaa voluntas inducere, ſed neceſſitas trahere importuna: & tunc poteſt ſine culpa jurare, dummodu concurrant alia, quæ exiguntur, ut dicemus infra. Quod autem Jacob ſubdit: *Nec per cælum, nec per terram*, nec per quodcumque aliud juramentum, jurare vetat, non per Dominum, ſed per quamlibet creaturam, quæcumque ſit illa: alioquin *Ad Heb. 6.* non dixiſſet Apoſtolus: *Homines per majorem ſui jurant, & omnis controverſiæ eorum finis ad confirmationem eſt juramentum*; quum ait *per majorem ſui*, id eſt, *per Deum*, & cur ſit jurandum, ut videlicet omnis controverſiæ finis ſit juramentum. Si ergo alicubi videatur prohiberi, vel diſſuaderi juramentum, non ſit, quia ipſum ſit malum; ſed quia ex frequenti & incauta juratione ſæpe ſolet continge- *Eccleſ. 23* re perjurium. *Sapiens vir multum jurans replebitur iniquitate, & non diſcedet de domo ejus plaga*: ſicut vinum non eſt malum, ſed prohibet Apoſtolus vinum bibere ad ſuperfluitatem, quia inde ſolet procedere ebrietas, & *Ephes. 5.* luxuria. Unde Apoſtolus: *Nolite inebriari &c.* Hæc omnia, & multa alia dicta ſunt, & expoſita per Auguſtinum, Innocentium, & alios, *v. ſupra.* Cauſſa 22. quæſt. 1. cap. *Si peccatum*, & cap. *Non eſt contra*, & quattnor Capitulis ſequentibus, ſeu cap. *In novo*, cap. *Ut noveritis*, cap. *Ita ergo*, & cap. *Tu malum*. Extra, de jurejur. cap. *Etſi Chriſtus*.

AUGUST. *In Epiſt. 154. ad Publicolam.*
,, IN novo Teſtamento dictum eſt, ne omni-
,, no juremus: quod mihi quidem propter-
,, ea, dictum eſſe videtur, non quia verum ju-
,, rare peccatum eſt, ſed quia pejerare im-
,, mane peccatum eſt; a quo longe nos eſ-
,, ſe voluit, qui omnino ne juremus, commo-
,, nuit.

IDEM *Ser. 30 de verb. Dom.*
,, UT noveritis verum jurare non eſſe pec-
,, catum, invenimus & Apoſtolum Paul-
,, lum juraſſe: *Quotidie morior per veſtram glo-*
,, *riam, fratres, quam habeo in Chriſto Jeſu Do-*
,, *mino noſtro. Per gloriam veſtram*, juratio eſt:
,, non enim ſic ait, *per veſtram gloriam mo-*
,, *rior*, quaſi veſtra gloria me facit mori:
,, quomodo ſi diceretur, per venenum, per
,, gladium, per beſtiam, per inimicum mor-
,, tuus eſt, intelligeretur, faciente inimico,
,, faciente gladio, faciente veneno mortuus
,, eſt.

IDEM *De ſerm. Dom. lib. 1. c. 30.*
,, ITa ergo præcepiſſe Dominum intelligi-
,, tur, ne juraretur, ne quiſquam, ſicut bo-
,, num, appetat jusjurandum, & aſſiduitate ju-
,, randi ad perjurium per conſuetudinem de-
,, labatur. Quapropter qui intelligit non in bo-
,, nis, ſed in neceſſariis jurationem habendam,
,, refrenet ſe, quantum poteſt, ut non ea
,, utatur, niſi neceſſitas cogat, videlicet cum
,, videt pigros eſſe homines ad credendum,
,, quod eis utile eſt credere, niſi juratione
,, firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod ſic
,, dicitur: *Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non* *Matth. 5.*
,, *non*. Hoc bonum eſt & appetendum. *Quod*
,, *autem amplius eſt, a malo eſt*, id eſt, ſi ju-
,, rare cogeris, ſcias de neceſſitate venire in-
,, firmitatis eorum, quibus aliquid ſuades,
,, quæ infirmitas utique malum eſt; unde nos
,, quotidie liberari precamur, cum dicimus: *Li-* *Matth. 6.*
,, *bera nos a malo*. Itaque non dixit, quod autem
,, amplius eſt, & malum eſt: tu enim malum
,, non facis, qui bene uteris juratione.

IDEM *ibidem.*
,, TU malum non facis, qui bene uteris ju-
,, ratione; quæ etſi non bona, tamen ne-
,, ceſſaria eſt, ut alteri perſuadeas, quod uti-
,, liter perſuades; ſed a malo eſt illius, cujus
,, infirmitate jurare cogeris.

INNOC. III *Abbati, Cap. Caſtellionis.*
,, ETſi Chriſtus præceperit ſecundum Evan-
,, gelicam veritatem: *Sit ſermo veſter, eſt*
,, *eſt, non non*, ut affirmatio, vel negatio ſic-
,, ut procedit ex ore, ita procedat ex corde;
,, quia tamen hominum excreſcente malitia,
,, ſimplici aſſertioni, vel negationi vix credi-
,, tur, idcirco prudenter adjunxit: *Quod am-*
,, *plius eſt, a mala eſt*: a malo quidem non tam
,, culpæ, quam pœnæ, nec exhibentium, ſed
,, exigentium juramentum: nam incredulitas
,, hujuſmodi magis eſt pœna quam culpa: unde
,, non dixit *malum*, ſed dixit *a mala*. Licet e-
,, nim juramentum prohibuiſſe Dominus vi-
,, deatur, nuſquam tamen per creatorem, ſed
,, per creaturam jurare prohibuit, ne per hu-
,, juſmodi juramentum transferretur ad crea-
,, turam honorificentia Creatoris. Quare cum *Matth. 5.*
,, in Evangelio præmiſiſſet: *Dico vobis, nolite*
,, *jurare omnino*, ſtatim ſubjunxit: *Neque per cæ-*
,, *lum, quia thronus Dei eſt; neque per terram,*
,, *quia ſcabellum pedum ipſius eſt; neque per Hir-*
,, *roſolymam, quia civitas eſt regis magni; neque*
,, *per caput tuum, quia non potes unum capil-*
,, *lum facere album, aut nigrum*. Et quamvis
,, non ſit per creaturam jurandum; ſi tamen
,, juretur per creaturam, ſervandum eſt qui-
,, dem, dummodo ſit licitum quod juratur:
,, quis teſte veritate, qui jurat in cælo, ju-
,, rat in throno Dei, & in eo, qui ſedet
,, ſuper eum. Jacobus quoque non ſimplici-
,, ter prohibet juramentum, ſed voluntatem
,, jurandi, cum ait: *Ante omnia, fratres mei,* *Jacob 5.*
,, *nolite jurare*, quoniam ad juramentum non
,, debet quemquam ſpontanea voluntas in-
,, ducere, ſed neceſſitas trahere importuna.
,, Et tunc poteſt ſine culpa jurare, dummo- *Hier. 6.*
,, do illos tres comites habeat juramentum,
,, de quibus Propheta ait: *Et jurabunt, vi-* *Jacob 5.*
,, *vit Dominus, in veritate, & judicio, & ju-*
,, *ſtitia*. Quod autem Jacobus ſubdit: *Neque*
,, *per cælum, neque per terram*, nec per quodcum-
,, que aliud juramentum, jurare vetat per
,, quamlibet creaturam, quodcumque ſit illud.
,, Alioquin non dixiſſet Apoſtolus: *Homines* *ad Hrb. 6.*
,, *per majorem ſuum jurant, & omnis controver-*
,, *ſiæ eorum ad confirmationem finis eſt juramen-*
,, *tum*. In quo patenter oſtendit, per quem
,, ſit jurandum, cum ait, *homines per majorem*
,, *ſuum jurant*, id eſt, *per Deum*, & cur ſit ju-
,, randum, *ut*, videlicet, *omnis controverſiæ finis* *Apoc. 10.*
,, *ſit juramentum*. Angelus quoque, quem vidit in
,, Apoc. Joann. ſtantem ſuper mare, & ſuper
,, terram, levavit manum ſuam ad cælum, &
,, juravit per viventem in ſæcula ſæculorum.
,, Chriſtus etiam plus legitur dixiſſe in Evange-
,, lio, quam *eſt eſt, non non*, cum ſæpiſſime di-
,, xerit:

,, xerit: *Amen dico vobis*, quod ipſe ſecundum Lucam exponens, cum præmiſiſſet: *Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua*; conſequenter adunxit: *In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Iſrael*. Apoſtolus quoque jurabat, cum diceret: *Teſtis eſt mihi Deus*: & iterum: *Quotidie morior per gloriam veſtram fratres*, quæ Græca exemplaria maniſeſtiſſimam jurationem eſse oſtendunt. Si enim per ſe malum eſset jurare, profecto Dominus non juraſſet, cum tamen in veteri Teſtamento legatur: *Quia juravit Dominus, & non pœnitebit eum*: & rurſus: *Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eum*. Immo & præcepit in veteri Teſtamento: *Redde Deo juramenta tua*. Quædam enim prohibentur, quia per ſe mala ſunt, ut furtum, adulterium, & hujuſmodi, quæ non ſunt aliquatenus facienda: quædam vero prohibentur ex cauſsa, non quia per ſe mala ſunt, ſed quia ſi fiant frequenter, & multum, ax his mala ſequuntur: ut vinum per ſe malum non eſt, & tamen prohibet Apoſtolus dicens: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, quoniam ex frequenti, & immoderata potatione vini, luxuria generatur. Sic & juramentum per ſe quidem malum non aſt, cum ſit confirmatio veritatis; ſed tamen prohibetur ex cauſsa; quoniam ex frequenti & incauta juratione, perjurium ſæpe contingit: ſicut in Eccleſiaſtico legitur: *Vir multum jurans replebitur iniquitate, & non diſcedet a domo ejus plaga*. Quemadmodum ergo Paullus indulſit propter neceſſitatem diſcipulo ſuo Timotheo, ut utatur modico vino propter ſtomachum, & frequentes infirmitates; ſic profecto cum neceſſitas exigit, pro re vera, licita, & honeſta poteſt ſecure jurari: quia ceſsante cauſsa, ceſsat effectus. Licet ergo debeatis eſse viri perfecti, ut quantum poteſtis, juramenti vinculum evitetis; volantes tamen indemnitati veſtri monaſterii providere, ne, propter defectum teſtium, ſui juris ſuſtineat læſionem; præſenti vobis pagina indulgemus, quatenus vos & Monaſterii veſtri Converſi poſſitis in cauſſis ejuſdem (deficientibus aliis teſtibus) pro ipſo perhibere teſtimonium veritati.

Luc. 4. — *Rom. 1.* — *1. Cor. 15.* — *Pſal. 109.* — *Pſal. 131.* — *Ephoſ. 5.* — *Eccleſ. 23* — *1. Tim. 5.*

Colligitur ex præmiſſis, quod prohibitum eſt jurare per creaturas; excipiuntur tamen quædam, per quas licite juratur, videlicet per Evangelium, altaria, reliquias ſanctorum, Crucem conſecratam, in manu etiam Epiſcopi. Cauſsa 22. quæſt. 1. cap. *Si aliqua*, & cap. *Habemus*, & quæſt. 5. cap. *Qui pejerat*.

JOANN. CHRYSOST. *In Matth. Hom. 44.*

,, SI aliqua cauſsa fuerit, modicum videtur facere, qui jurat per Deum; qui autem per Evangelium, majus aliquid feciſse videtur. Quibus ſimiliter dicendum eſt: ſtulti, propter Deum ſcripturæ ſanctæ ſunt, non Deus propter ſcripturas.

HIERON. *Levit. 19.*

,, HAbemus in lege Dei ſcriptum: *Non pejerabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum*. Ideo admonendi ſunt omnes, ut diligenter caveant perjurium, non ſolum in altari, ſeu ſanctorum reliquiis; ſed etiam in communi loquela.

PIUS PAPA.

,, QUi pejerat ſe in manu Epiſcopi, aut in Cruce conſecrata, tres annos pœniteat: ſi vero in Cruce non conſecrata, annum unum pœniteat; qui autem coactus fuerit, & ignorans ſe pejeraverit, & poſtea cognoſcit, tres quadrageſimas pœniteat.

Et hoc ideo eſt, quia in iſtis creaturis ad Deum tantum habetur reſpectus. Videtur etiam, quod per ſalutem principis poſſit jurari. Cauſſa 1. q. 7. c. *Quoties*. Quia intelligitur jurare per eum, cujus judicio ſalus principis conſiſtit: hoc tamen non eſt in uſu, nec multum approbo. *v. pag. 36.*

Item nota, quod qui jurat per creaturam non conceſſam, debet acerrime caſtigari; & ſi perſtiterit in vitio, nolens ſe corrigere, debet excommunicari: qui autem juravit per capillum Dei, vel caput, vel alio modo blaſphemiam dixit contra Dominum; ſi clericus eſt, debet deponi; ſi laicus, anathematizari. Cauſsa 22. q. 1. cap. *Clericum*, & cap. *Si quis per capillum*.

Ex CONC. *Carthag. 4. c. 61.*

,, CLericum per creaturas jurantem acerrime eſſe objurgandum: ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum: inter epulas vero cantantem, ſupradictæ ſententiæ ſeveritate coercendum decernimus.

---

§. II.

De forma juramenti, & de requiſitis, ut recte fiat.

FOrma juramenti tripliciter invenitur ſecundum talia tempora: aliter enim jurabant in veteri lege, aliter in primitiva Eccleſia, aliter hodie. In veteri lege jurabatur ſic: *Vivit Dominus: vivit anima mea: hoc addat mihi Deus.* Cauſsa 22. q. 1. c. *Et jurabunt*. *1. Reg. 14. Reg. 25.*

HIERON. *Sup. Hier. ad c. 4.*

,, ET jurabunt: *Vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in juſtitia: & benedicent eum gentes, ipſumque laudabunt*. Quomodo ergo Evangelium jurare nos prohibet? ſed hic juramentum pro confeſſione dicitur, & ad condemnationem idolorum, per quæ jurabat Iſrael. Denique offendicula auferuntur, & juratur per Dominum Deum. Quodque dicitur: *Vivit Dominus*, in Teſtamento veteri jusjurandum eſt, ad condemnationem mortuorum, per quos jurat omnis idololatra.

In primitiva Eccleſia ſic: *Teſtis eſt mihi Deus: teſtis eſt mihi conſcientia mea: hoc dico coram Deo.* Cauſsa 22. q. 1. c. *Si peccatum*. *v. ſupra.*

Hodie vero juratur ſic: *Per Deum: Sic me Deus adjuvet: Per iſtas reliquias*, & ſimilia. Cauſsa 35. q. 6. c. *De parentela 1.*

Ex CONC. *Urb. Pap. habito in Apulia.* Juramentum accuſatoria.

,, DE parentela illa, quam dicunt eſſe inter illum, & iſtam ejus conjugem; quidquid inde ſcis, & audiſti a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquioribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, nec propter præmium, aut propter conſanguinitatem celabis Epiſcopum tuum, aut ejus miſsum, cui hoc inquirens juſserit, quandocumque te ex hoc interrogaverit: *Sic Deus te adjuvet, & iſtorum ſanctorum reliquiæ*.

Tria exiguntur ad hoc, ut recte fiat juramentum, ſcilicet veritas, judicium & juſtitia. Hieronymus: *Et jurabunt, vivit Dominus in veritate, & in juſtitia & in judicio*. Cauſſa 22. q. 1. c. *Jurabunt*. Si iſta talia, vel aliquod iſtorum trium defuerit, perjurium dicitur. Cauſſa 22. q. *v. ſupra.*

2. cap. *Animadvertendum.*

Hieron. *ſup. Hier. lib. 2.* „ ANimadvertendum eſt, quod jusjurandum
„ hos habeat comites, veritatem, judicium
„ atque juſtitiam; ſi iſta defuerint, nequaquam
„ juramentum erit, ſed perjurium. *Item qui fal-*
„ *ſum jurat, mentitur: mentienda autem jurare, ni-*
„ *hil aliud eſt, quam pejerare. Cum ergo omnes,*
„ *qui loquuntur mendacium, perdendi ſint, juxta*
Pſal. 3. „ *illud Pſal.* Perdes omnes, qui loquuntur men-
„ dacium; *multa magis damnabiles ſunt, qui men-*
„ *tienda pejerare conviucuntur: quia nomen Dei*
„ *ſui in vanum aſſumunt. Sed aliud eſt falſum*
„ *jurare: aliud jurare in dolo. Non enim o-*
„ *mnis, qui aliter facturus eſt, quam promit-*
„ *tit, in dolo jurat: licet enim Apoſtolus aliter fa-*
„ *cturus eſſet, quam promitteret Corinthiis in pri-*
c. 16. „ *ma Epiſtola, cum ait:* Veniam ad vos; *non tamen*
„ *in dolo juravit, aut mendaciter promiſit: ille*
„ *enim in dolo jurat, aut mendaciter promit-*
„ *tit, in cujus mente eſt, non ſic ſe facturum, ut*
„ *promittit: ille autem, qui promittit falſum, quod*
„ *putat eſſe verum, nec in dolo jurat, nec menda-*
„ *citer promittit.*

Veritas enim ſemper debet eſſe in conſcientia, ut firmiter ſciat ita eſſe: alias ſi credat tantum, non dicitur de conſcientia, ſed de credulitate jurare. Judicium dicitur diſcreta deliberatio, id eſt, non ut juret, etiam verum, niſi propter neceſſitatem, id eſt, quum ſuadet alicui aliquod verum, quod ei expedit, vel utile eſt credere, & tamen non vult credere ſimplici aſsertioni. Juſtitia, ut id, quod jurat, ſit licitum & honeſtum. Cauſſa 22. quæſt. 1.
v. ſupra. c. *Ita ego*, & *Tu malum*. Extra eodem tit. c. *Etſi Chriſtus*.

Species juramenti ſunt duæ. Nam aliud eſt aſſertorium, aliud promiſſorium. Aſſertorium, ut quando juratur de præſenti, vel de præterito ſic eſſe, vel non eſſe, fuiſse, vel non fuiſse. Promiſsorium, ut quum jurat aliquis ſe daturum aliquid, vel facturum. Fiunt quædam aliæ diviſiones, quas non proſequor; quia tantum pertinent ad forum contentioſum.

---

§. III.

De perjurio, & quot modis committatur.

PErjurium eſt mendacium juramento firmatum. Committit autem quis perjurium tribus modis; vel quum jurando loquitur falſum ſine intentione fallendi, vel quum jurando loquitur falſum cum intentione fallendi, vel quum jurando loquitur verum cum intentione fallendi: qualiter autem hoc fiat, oſtendit Auguſtinus ponens hos tres modos perjurii.

Serm. de perjuriis 30. Primus modus eſt, quum quis fallitur, puta credit verum eſse quod falſum eſt; & temere ac indiſcrete jurat. Secundus, quum ſcit, vel putat falſum eſse, ac tamen pro vero jurat. Tertius, quum putat aliquid eſse falſum, & tamen verum eſt, & ipſe jurat tamquam verum.

Primum perjurium eſt peccatum, ſed veniale, ſi adhibuit diligentiam, quam debuit: ſi vero ignorantia juris vel facti craſsa, & ſupina; mor-
v. ſupra. tale eſt. Cauſsa 22. q. 5. c. *Qui perjurat*. Duo ultima mortalia, ſed primum gravius. Cauſsa 22. quæſt. 2. cap. *Homines*. Et hoc circa aſsertorium.

„ HOmines falſum jurant, vel cum fallunt, Auguſt. *de verbis Apoſt. ſerm. 20.*
„ vel cum falluntur: aut enim putat ho-
„ mo verum eſſe quod falſum eſt, & temere ju-
„ rat: aut ſcit, vel putat eſse falſum, & tamen pro
„ vero jurat, & nihilominus cum ſcelere jurat:
„ diſtant autem iſta perjuria, quæ duo comme-
„ moravi. Fac illum jurare, qui verum putat
„ eſse, pro quo jurat: verum putat eſse, & ta-
„ men falſum eſt: non ex animo iſte pejerat, fal-
„ litur: hoc pro vero habet, quod falſum eſt, non
„ pro re falſa ſciens jurationem interponit. Da
„ alium, qui ſcit falſum eſse, & dicit verum eſse,
„ & jurat tamquam verum ſit, quod ſcit falſum
„ eſse. Videtis quam iſta deteſtanda ſit bellua,
„ & de rebus humanis exterminanda! Quis enim
„ hoc fieri velit? Omnes homines deteſtantur
„ talia. Fac alium, qui putat eſse falſum, & ju-
„ rat tamquam verum ſit, & forte verum eſt,
„ verbi gratia (ut intelligatis) pluit in illo lo-
„ co, interrogas hominem, & putat non pluiſse,
„ & ad negotium ejus competit, ut dicat, pluit,
„ ſed putat non pluiſse: dicitur ei, vere pluit?
„ Vere, & jurat: & tamen pluit ibi: ſed ille neſcit,
„ & putat non pluiſse; perjurus eſt. *Intereſt quem-* Gratia- *nus.*
„ *admodum verbum procedat ex animo: ream lin-*
„ *guam non facit, niſi rea mens: quia ergo mens hu-*
„ *jus non erat rea (neſciebat enim falſum eſſe,*
„ *quod juravit eſſe verum) nec temere, vel negli-*
„ *genter, ſed cum magna diligentia videbatur ſibi*
„ *deprehendiſſe verum, quod juravit falſum; per-*
„ *jurii reus nequaquam eſt judicandus. Item quod*
„ *dicitur, qui falſum jurat, mentitur, non uni-*
„ *verſaliter hoc intelligi debet: non enim omnis, qui*
„ *falſum dicit, mentitur, ſicut nec omnis, qui men-*
„ *titur, falſum dicit.*

Circa promiſſorium ſimiliter ſunt tres modi perjurii. Primus, quum jurat ſe facturum, vel dicturum aliquod illicitum, vel inhoneſtum. Secundus, quum jurat ſe facturum, vel dicturum aliquod licitum; & hoc cum ſolemnitate, ſed abſque neceſſitate, & indiſcrete. Tertius in juramentis quotidianis, quæ fiunt ſine ſolemnitate, & in curſu verborum ex quadam levitate, & conſuetudine, ut, *per Deum cras ibo ad Eccleſiam*, vel *comedam carnes*, vel *jejunabo*, vel aliquid ſimile; vel etiam quum fiunt hujuſmodi juramenta jocoſa.

In his tribus ſtatim quum jurat, pejerat. Cauſſa 22. q. 4. c. *Qui Sacramento*.

„ QUi Sacramento ſe obligaverit, ut litigans Ex Conc. *Ilerden. c. 7.*
„ cum quolibet, ad pacem nullo modo red-
„ eat; pro perjurio uno anno a communione
„ Corporis & Sanguinis Domini ſegregatus, rea-
„ tum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis
„ potuerit jejuniis abſolvat. Ad caritatem vero,
„ quæ operit multitudinem peccatorum, cele-
„ riter venire feſtinet.

Primum juramentum eſt mortale, & nullo modo ſervandum. Cauſsa 22. quæſt. 4. cap. *In* *v. pag. 54.* *malis*.

Secundum ſimiliter mortale, ſed minus, & omnino ſervandum, ex quo ſervari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. Cauſsa 22. quæſt. 4. cap. *Si aliquid*.

„ SI aliquid forte nos incautius juraſse conti- Beda. *in Homil. 44.*
„ gerit, quod obſervatum in pejorem
„ vergat exitum, illud ſalubriori conſilio mutan-
„ dum noverimus: & magis inſtante neceſſitate
„ pejerandum nobis eſt, quam pro facto ju-
„ ramento, in aliud crimen gravius eſſe di-
„ vertendum. Denique juravit David per Deum
„ occidere Nabal, virum ſtultum, & impium,
„ atque

„ atque omnia, quæ ad eum pertinebant, demoliri: ſed ad primam interceſſionem Abigail feminæ prudentis, mox remiſit minas; revocavit enſem in vaginam; neque aliquid culpæ ſe pro tali perjurio contraxiſſe doluit.

Tertium veniale, & ſ. fieri poteſt, etiam iſtud ſervandum eſt.

Poſtillatoris adnotationes.

v. infra. §. 6. INteritu ſalutis æternæ.) *Verbum iſtud ſumtum eſt extra De Jurejur. cap.* Si vero aliquis. *Sed Beda verius loquitur, cauſſa* 22. *q.* 4. *cap.* Si aliquid. *Unde videtur a contrario ſenſu, quod ſervandum eſt juramentum, quod non vergit in pejorem exitum; & ſecundum illud Bedæ intelligendum eſt, quod hic dicitur, ut interitus ſalutis æternæ idem ſit, quod pejor exitus, ut videatur eſſe obſervandum, ſi quis juravit ſe facere aliquid veniale; cum veniale fieri poſſit ſine interitu ſalutis æternæ.*

Quid, ſi aliquis juret, quod numquam erit Epiſcopus, niſi neceſſitas urgeat; vel numquam erit Clericus, vel Monachus, vel Regularis?

R. Hugotio notavit cauſſa 22. *q.* 4. *in princ. quod talia juramenta ſunt ſervanda, & generaliter omnia, quibus juratur, quod nec eſt mortale, nec veniale. Et videtur idem ſentire Gratianus, Cauſſa* 22. *q.* 4. *Sup. c.* Innocens, §. Illicitum.

Gratianus. „ *Illicitum ergo juramentum, quod ſervari prohibetur, intelligendum eſt, quod ſcitur eſſe illicitum, dum juratur. Si autem neſcitur illicitum eſſe, ipſa ignorantia excuſat, ſi putetur licitum eſſe non ex ignorantia juris, ſed facti. Aliud enim eſt, ſi alicujus copula credatur eſſe licita, quia neſcitur eſſe conſanguinea, vel quia creditur eſſe vidua: aliud, ſi ideo putatur licita, quia conſanguineorum conjunctio, vel relictarum copula nullo jure credatur eſſe prohibita. Hic enim eſt ignorantia juris, quæ neminem excuſat, niſi cui permittitur jus ignorare: ibi vero ignorantia facti, qua quiſque vere excuſatur. Seniores autem Iſrael non ignorabant gentes terræ promiſſionis ex præcepto Domini eſſe delendas, ſed ignorabant Gabaonitas eſſe incolas terræ promiſſionis. Ignorabant ſiquidem factum; ſed non ignorabant jus facti: atque ideo etſi illicitum eſſet, quod juraverunt; tamen licite ſervari debuit, quod juramento firmaverunt. Quod autem illicitum juramentum ſervari prohibetur, non eſt generaliter intelligendum. Juramentum namque (ut Hieronymus teſtatur ſuper Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, judicium, & juſtitiam: ubi autem iſta defuerint, non eſt juramentum, ſed perjurium. Unde datur intelligi illicitum eſſe juramentum, cui aliquod iſtorum defuerit; non tamen cuicumque contigerit aliquod iſtorum deeſſe, prohibetur ſervari. Aliquando namque juramento deeſt juſtitia, velut cum quiſpiam poſt votum caſtitatis duxit uxorem, juramento firmans numquam ſe ab ea diſceſſurum: quod quamvis illicitum ſit, quia juſtitia ſibi probatur deeſſe; tamen auctoritate Auguſtini ſervari præcipitur. Hoc autem ſi quis contendat prærogativa conjugii, non propter religionem jurisjurandi ſervari, animadvertat Gabaonitas ob ſolam religionem contra Domini imperium reſervatos. Cum ergo omne Domini præceptum juſtum ſit, patet ei juſtitiam deeſſe, quod ejus præcepto contrarium invenitur. Judicium quoque aliquando juramento conſtat deeſſe, veluti cum propria temeritate aliquis ductus, jurat ſe manducaturum, & bibiturum. Hoc quamvis levitate indiſcreta illicitum probetur, non tamen ideo violari jubetur. Juramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Eſt enim illicitum, aliquando ex eo, quod juratur; aliquando ex cauſſa extra venienti; aliquando ex modo jurandi. Ex eo, quod juratur, tunc eſt illicitum juramentum, quando id, quod juratur, in ſui natura vitioſum eſt, vel vitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his ſimilia; vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti miſericorditer non ſubvenire. Iſta, quia perſpicuam in ſe habent injuſtitiam, etſi juramento firmentur, tamen ſervari non debent. Circa hæc utique juramenta intelligenda ſunt, quæ de illicitis juramentis non obſervandis ſupra ſtatuta leguntur. Quiſquis ergo ſe juramento firmaverit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo utraque ſalus reparari, vel confirmari non poſſit, fidem promiſſam ſervare prohibetur: quorum exempla præmiſſæ auctoritates ſubjiciunt, dum eum, qui homicidium facere vel alimenta matri & fratribus non ſubminiſtrare, in adulterio perſeverare, vel ad pacem cum adverſario non redire, juramentum præſtando promiſerit, ſalubriori conſilio illicita vota obſervare non permittunt. Eſt etiam id, quod juratur, aliquando vitioſum, non natura ſui, ſed ex cauſſis extra venientibus: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis jurat alicui ſe habiturum eam in conjugem. Conjugem namque habere in ſeipſo malum non eſt; tamen huic ex voto pernicioſum eſt. Hoc autem juramentum etiamſi illicitum ſit, non tamen ſervari prohibetur; ſed de violatione voti pœnitentia ſibi jubetur indici. Ex modo jurandi tunc eſt illicitum juramentum, quando inconſiderate & incircumſpecte aliquid juratur, quo nec corporalis, nec ſpiritualis ſalus adimitur, & ſine quo utraque ſalus reparari, & vita conſervari valet: veluti dum aliquis a parentibus coactus, ut Clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat, ſe neutrum facturum juramento firmaverit. Hoc quamvis aliquibus videatur reprehenſibile, quia opus caritatis juramento ſe non facturum promiſit; nulla tamen auctoritate ſervari prohibetur. quia etſi numquam clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat; non tamen ideo minus ſalutem promereri valet, cum nonnulli in laicali habitu ſanctiſſimi, & Deo dilecti inveniantur. Quo exemplo evidenter datur intelligi, quoties aliquis jurat ſe non facturum aliquid, quo expeditior ſibi via præparetur ad beatitudinem, dummodo ſine eo valeat ſalutem invenire, quod juramentum non prohibetur ſervare. Unde cum juramus nos non daturos aliquid alicui, ſine quo utraque ſalus ejus poteſt eſſe incolumis, etſi aliqua ex eo ſibi commoditas præſtaretur; nulla tamen auctoritate juramentum ſervare prohibemur, dummodo ſit nobis alia via neceſſitatibus ſubveniendi.*

Sed arguo contra hanc opinionem, 85. *diſt. cap.* Florentinum, *ubi habetur, quod qui juravit, quod numquam erit Epiſcopus, repellitur ab Epiſcopatu. Sed poteſt dici, quod hoc non eſt, quia juramentum ſit obligatorium, ſed quia mortaliter peccavit temere jurando. Cum autem ſint duæ partes injuſtitiæ, ſcilicet facere malum, & declinare a bono; ſicut ju-*

ramentum non obligat ad faciendum malum; ita nec videtur, quod obliget ad declinandum a bono, cum nulla ſit utilitas in obſervatione talis juramenti. Quod dico propter obedientiam, propter quam etſi non ſit faciendum malum, eſt tamen dimittendum bonum, cujus dimiſſio compenſatur cum bono humilitatis, quæ ſervatur in obedientia. Præterea cum David conſulat opera perfectionis, contrarius hoc modo eſſet ſibi, ſi vellet, quod occaſione juramenti abſtinerent a talibus. Credo ergo ſine præjudicio quod juramentum vergit in pejorem exitum ſex modis. Primo cum juratur, quod eſt mortale in ſe. Secundo cum juratur, quod eſt veniale in ſe. Tertio cum juratur indifferens aliquid, quod ex circumſtantiis efficitur veniale, vel mortale, ut dictum eſt ſupra. Quarto cum juramentum excludit opus ex caritate faciendum; ut quando jurat aliquis, quod nihil dabit iſti ex caritate, vel quod non colet Deum. Quinto cum excluditur opus de genere bonorum; ut cum quis jurat, quod numquam erit Epiſcopus, Monachus, vel Canonicus; vel quod non celebrabit uſque ad menſem; vel quod non jejunabit pro Deo, vel pro peccatis ſuis in pane, & aqua, ſi non præcipitur ei; vel quod non dicet Pſalterium, vel ſeptem Pſalmos; vel quod non juvabit illum in licitis & honeſtis uſque ad certum tempus. Sexto cum excludit opus indifferens, pia intentione pro Deo, aut proximo faciendum; ut ſi quis juret, quod non loquetur Martino, vel non intrabit domum ejus, vel non coquet ad furnum ejus, vel molet ad molendinum, vel quod talia non faciet ei, vel quod non vendet ei rem minori pretio, quam tali, vel non comedet ad eamdem menſam cum eo; aut ſi juret aliquid hujuſmodi indifferens; credo quod propter hujuſmodi juramentum non debet declinare a talibus, ſi ea velit facere pia intentione, & propter Deum, & ſalutem animæ ſuæ, & propter tollendum ſcandalum proximi ſui, contra quem ſic juravit. In primis autem tribus modis credo, quod poſſit quilibet ſic jurans auctoritate propria contravenire; ſed imponenda eſt ei pœnitentia de temerario juramento. In reliquis tribus, quamvis hujuſmodi juramenta non ſint obligatoria, nec imponenda ſit pœnitentia pro tranſgreſſione eorum tamquam pro mortali; non expedit tamen propria auctoritate contravenire, niſi propter urgentem neceſſitatem, tum propter reverentiam juramenti, tum propter ſcandalum ſimplicium, qui reputant ſic incurri perjurium, & incurrunt in facilitatem labendi in perjurium, & in detractionem; unde petenda eſt abſolutio a ſuperiori, qui hujuſmodi juramenta debet facile relaxare, vel potius oſtendere ſic jurantes non fuiſſe obligatos, & imponere pœnitentiam de temerario juramento.]Nec te moveat quod dicit Gratianus 22. q. 4. §. ult. jam relato. Quia non recipitur ab omnibus, quod ibi dicit, ſed recitat opinionem ſuam; ſic nec dicit, quod hujuſmodi juramenta ſint obligatoria, ſed quod prohibentur ſervari.

---

§. IV.

Quæ pœna perjurii.

POena perjurii eſt, quod debet agere pœnitentiam ſeptem annis, ſicut pro aliis peccatis mortalibus. Cauſſa 22. q. 1. c. *Prædicandum*.

„ PRædicandum eſt etiam, ut perjurium fide- EUTYCH. *Papa*.
„ les caveant, & ab hoc ſummopere abſti-
„ neant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in
„ lege, & in Prophetis, & in Evangelio prohi-
„ bitum. Audivimus enim quoſdam parvi-
„ pendere hoc ſcelus, & levem quodammodo
„ perjuriis pœnitentiæ modum imponere, qui
„ etiam noſſe debent, talem de perjurio pœ-
„ nitentiam imponi debere, qualem & de adul-
„ terio, & de fornicatione, & de homicidio
„ ſponte commiſſo, & de ceteris criminali-
„ bus vitiis. *Si* quis vero perpetrato perju-
„ rio, aut quolibet criminali peccato timens
„ pœnitentiam longam, ad Confeſſionem ve-
„ nire noluerit, ab Eccleſia repellendus eſt,
„ ſive a communione, & conſortio fide-
„ lium; ut nullus cum eo comedat, neque
„ bibat, neque oret, neque in domo ſua eum
„ recipiat.

Tamen inſpecto modo perjurii, & qualitate perſonæ, & ceteris circumſtantiis, vel magis, vel minus aſpera pœnitentia eſt imponenda. Require infra de pœnit. §. *De ſecunda*, ſcilicet, *de gradibus peccatorum*, & §. ſequenti verſ. *Item quanti temporis*.

Item perjurus in juramento aſſertorio non eſt infamis ipſo jure, niſi per ſententiam. Extra, de except. c. 1. ſeu *Denique*, & de ordin. cognit. c. *Cum dilectus* in fin.

„ DEnique quod in dicta, & perſonas teſtium CÆLESTIN. III.
„ (& infra) Si crimina teſtibus objiciun-
„ tur, de quibus non fuerant hactenus accu-
„ ſati, ſed tantum per exceptionem opponun-
„ tur, probatio illorum criminum exhibenda
„ eſt, antequam cauſſa per ſententiam termi-
„ netur, cum (ſicut canonica inſtituta de-
„ clarant) teſtes abſque ulla infamia, vel ſu-
„ ſpicione, vel manifeſta macula in ferendo
„ teſtimonio requirantur. Quod ſi ſola cri-
„ mina, de quibus alio tempore convicti,
„ vel confeſſi fuerunt, teſtibus objiciuntur,
„ a teſtimonio repelli poſſunt: quia ſicut
„ Stephanus Papa, & alii Pontifices multi
„ Romani teſtantur, non eſt credendum
„ contra alios eorum confeſſioni, niſi prius
„ ſe probaverint innocentes. Ceterum ſi de
„ criminibus ad ſolam exceptionem objectis,
„ teſtes convicti fuerint, ſive confeſſi, pœna
„ ordinaria mulctari non debent, cum ac-
„ cuſatio in ipſos ſecundum juris ordinem
„ non procedat. Sufficit ergo, ſi *a* perhiben-
„ do teſtimonio repellantur, præſertim ubi cri-
„ men, quod eis objicitur, cauſſam, de qua a-
„ gitur, contingere non videtur.

„ CUm dilectus filius.... Quemadmodum ſi INNOC. III. *Epiſcopo Narmarin.*
„ in modum exceptionis aliquod crimen
„ teſti objicitur, ut a teſtimonio repellatur, etſi
„ crimen contra eum civiliter probatum fue-
„ rit; non ideo ſibi pœna infligitur ordina-
„ ria, ſed ejus dumtaxat teſtimonio non cre-
„ ditur: quod ea ratione contingit, quo-
„ niam in ipſum accuſatio non procedit. Te-
„ ſtes etiam, quorum teſtimonium reproba-
„ tur, inter infames quaſi ex falſo teſtimo-
„ nio non habentur.

Qui autem tranſgreditur ſcienter, quum tamen poſſit ſervare juramentum cautionale, & licitum, & cum ſolemnitate factum, eſt ipſo jure infamis. Extra eodem tit. c. *Querelam*. Cauſſa 6. q. 1. c. *Infames*.

Item quicumque ſciens pejeraverit, numquam in teſtimonio recipiatur. Cauſſa 6. q. 1. c. *Qui-*

cam-

cumque. Extra, de teſtibus c. *Sicut*.

Fabianus *Papa* „ QUicumque ſciens ſe perjuraverit 40. dies
„ in pane, & aqua; & 7. ſequentes annos
„ pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia,
„ & numquam in teſtimooinm recipiatur; com-
„ munionem tamen poſt hæc percipiat.

Alex. III. *Beluacen. Epiſcop.* „ SIcut nobis eſt intimatum, quidam accepta,
„ pecunia, de parentela inter virum, & uxo-
„ rem exhibent juramenta, per quæ ioter ipſos
„ divortii ſententia promulgatur; poſtea vero
„ privatim nullam inter eos conſanguinitatis
„ lineam aſſerentes, ſe corruptos dieunt teſti-
„ monium perhibuiſſe falſitati. Super quo taliter
„ tibi reſpondemus, quod ſi vir, & uxor, aut
„ alter eorum ad ſecunda vota tranſivit, teſti-
„ bus de perjurio, & adulterio, uno pluribuſ-
„ ve, quibus cauſſam dederunt, pœnitentia
„ indicatur. Si vero ad ſecunda vota idem vir
„ & oxor non migraverint, diligenter inqui-
„ rendi ſunt coram quibus corruptio interceſ-
„ ſit: & ſi tales exhibeantur, per quos poſſit
„ prædictæ corruptionis veritas comprobari, re-
„ cepto eorum teſtimonio, eſt ſententia revo-
„ canda: non enim teſtimonium prædictorum,
„ (cum perjuri ſint) eſt in hoc caſu aliquate-
„ nus admittendum.

---

§. V.

Quæ ſolemnitates magis obligatorium faciunt juramentum.

CIrca ſolemnirares nota, quod qui jurat per Deum, mulrum obligatur; qui vero per Deum, & Evangelium, magis obligatur: qui iſti adjungit ſaoctorum reliquias, magis obligatur; quia ita creſcentibus ſolemnitatibus, creſcit obligatio, ſed .

Quid ſi nnus jurat per Deum, alius per Evangelium?

S. Joannes Chryſoſt. videtur dicere, quod majus eſt jurare per Deum: ſie dicens contra quoſdam, qui contrarium tenebant: *O ſtulti, ſcripturæ propter Deum factæ ſunt; non Deus*
v. pag. 81. *propter ſcripturas*, 22. quæſt. 1. cap. *Si aliquis*.

Solet tamen diei communiter a Doctoribus, quod ſi utrumque juramentum ſolemniter factum eſt., æqualiter obligat; ſi autem alterum ſolemniter, alterum non ſolemniter, magis eſt obligatorium quoad Eccleſiam ſolemniter jurans, & major pœnitenria ſibi eſt injungenda, ſi transgrediatur; ſed quantum ad Deum, æqualiter. Extra, qni Cler. vel voven.
v. pag. 54. c. *Rurſus*.

Sed contra. Quanto ſanctins eſt per qnod iuratur, tanto majus eſt, nt ait Auguſtinus, pœnale perjurium; ergo magis obligatorium. Cauſſa 22. q. 1. c. *Movet te*.

August. *Ad Public. Epiſt. 154.* „ MOvet te, utrnm ejus fide utendum ſit,
„ qui, ut eā ſervet, per dæmonia juraverit.
„ Ubi te volo prins conſiderare, utrum ſi quiſ-
„ piam per Deos falſos juraverit, ſe fidem ſer-
„ vaturnm, & eam non ſervaverit, non tibi
„ videatur bis peccaſſe? Si enim tali juratione
„ præmiſſam ſervaret fidem; ideo tamen pec-
„ caſſe judicaretur, qui per deos tales juraverit.
„ Illud autem nemo recte reprehenderet, quia
„ fidem ſervavit; nunc vero quia & juravit,
„ per quos non debuit, & contra pollicitam
„ ſecit fidem, quod non debnit, bis utique
„ peccavit, ac per hoc, qui ntitur fide illius,
„ quem conſtat jnraſſe per falſos deos, & uti-
„ tur, non ad malam rem, ſed ad bonam, &
„ licitam, peccato illius ſe ſociat, qui per dæ-
„ monia juravit, ſed bono pacto ejus, quo
„ fidem ſervavit. Neque enim hic eam fidem
„ dico ſervari, qua fideles vocantur, qui ba-
„ ptizantur in Chriſto: illa enim longe alia
„ eſt, longeque diſcreta a fide humanorum
„ placitorum, atque pactorum: verumtamen
„ ſine ulla dubitatione minus malum eſt per
„ deos falſos jurare veracirer, quam per Deum
„ verum fallaciter: quanto enim id, per quod
„ juratur, magis ſanctum eſt, tanto magis eſt
„ pœnale perjurium.

Sed illud intellige, quum nnus jurat ſe ſervaturum fidem per falſos deos, vel per creaturas non conceſſas; & alius jurat idem, ſed per Deum verum: ſi uterque tranſgreditur, magis peccat ſecundus, quam primus: vel illud intelligitur, quod majus peccatum eſt per Deum verum jurare fallaciter, quam per deos falſos veraciter: & ſecundum hanc diſtinctionem procedit Eccleſia de conſuetudine.

Quæritur, ſi aliquis jurat per falſos Deos, vel per creaturas non conceſſas, vel alio modo, qui videatur eſſe contra religionem fidei chriſtianæ, ſicut faciunt Sarraceni, Judæi, vel aliqui Hæretici, ſe ſoluturum aliquid, vel facturum, utrnm teneatur ſervare tale juramentum; & utrum peccet Chriſtianus recipiendo tale juramentum?

Ad primum dico, quod tenetur ſervare licitum, quod promiſit: quum enim juravit, peccatum commiſit in modo jurandi; ſed ſi modo ſervat fidem promiſſam, bene facit: ſed in hoc ſi non ſervat, addit peccatum peccato.

Ad ſecnndum dico, quod ſi Chriſtianus non poteſt aliter habere fidem dictis illius, & expedit habere ei cautionem ab eo; licet ille peccet jurando, non peccat iſte recipiendo: & poſſunt ad hoc induci teſtimonia de Laban, & Abimelech; ſi tamen Abimelech per deos ſuos juravit, ſicut Laban per Deum Nachor.
Cauſſa 22. quæſt. 1. cap. *Movet te*, obi mo- v. ſupra.
vet has quæſtiones Auguſtinns, & ſolvit. Ad
idem facit extra eodem titulo, cap. *Etſi Chri-* v. pag. 86.
ſtus.

„ MOvet te...... Alia qnæſtio eſt, ntrum August.
„ non peccet, qui per falſos deos ſibi *Ad Public.*
„ jurari facit; quia ille, qui ei jnrat, jurat per
„ falſos Deos, quos colit. Cui quæſtioni poſſunt
„ illa teſtimonia ſuffragari, quæ ipſe commemo- *Geneſ.* 21.
„ raſti, de Laban, & Abimelech; ſi tamen *Geneſ.* 31.
„ Abimelech per Deos ſuos juravit, ſicut Laban
„ per Deum Nachor. *Sic etiam cum in libro* Gratianus.
„ *Machab. Romani legantur pacem firmaſſe cum*
„ *Judæis, intelligendi ſunt juraſſe per falſos deos,* 1. Mach. 8.
„ *ſicut & Judæi juraverant per Deum verum: ſic*
„ *etiam & de juramento, quod ſit per creaturas,*
„ *intelligendum eſt, quod ipſum quidem jurare per*
„ *creaturas malum eſt, quia a Deo probibitum eſt:*
„ *ſed ſervare quod juratur, bonum eſt, ut evitetur*
„ *peccatum mendacii, & doloſitatis. Sed objicitur,*
„ *quod Joſeph vir ſanctus per creaturas juravit,*
„ *dum dixit fratribus ſuis:* Per ſalutem Pharaonis *Geneſ.* 49.
„ non exibitis hinc. *Sed ſciendum eſt, quod ſan-*
„ *cti non tam per creaturas, quam per auctorem*
„ *creaturarum jurabant, nec in creaturis aliud, quam*
„ *creatorem ipſarum venerabantur: ſicut Joſeph*
„ *qui per Pharaonem jurando, hoc in eo veneratus*
„ *eſt,*

Digitized by Google

,, *eſt, quod Dei judicio poſitus erat in infimis; un-*
Rom. 13. ,, *de Apoſtolus ait*: Omnis poteſtas a Domino
Joan. 19. ,, eſt. *Item Chriſtus Pilato*: Non haberes in me
,, poteſtatem, niſi eſſet tibi data deſuper. *Deus*
,, *autem per creaturas jurare probibuit, ne vel*
,, *more gentilium aliquod numen deitatis creaturis*
,, *ineſſe crederetur, vel ne creaturas contemti-*
,, *biles judicando, per eas promiſſa pro nihila du-*
,, *ceremus. Sed quæritur, quid gravius ſit, an*
,, *per creaturas, an per creatorem jurare fallaciter?*
,, *Dupliciter enim reus eſt, qui per creaturas jurat*
,, *mendaciter: quia & contra probibitionem jurat*
,, *per quod ſibi jurare non licet (a quo peccata eſt*
,, *immunis, qui non niſi per creatorem jurat)*
,, *& proximum dolo capit: quod facit etiam*
,, *per creatorem mendaciter jurans. Sed ſi per-*
,, *jurium tanta magis pœnale eſt, quanto ſan-*
,, *ctius illud eſt, per quod juratur; apparet, quod*
,, *etſi per creaturas mendaciter jurans dupliciter*
,, *peccet; graviori tamen ſe ſubjicit pœnæ, qui per*
,, *creatorem jurat mendaciter. Perjurii autem pœna*
,, *graviſſima eſt, quam ſi quis timens, ad confeſſio-*
,, *nem venire noluerit, a fidelium conſortio eſt ab-*
,, *jiciendus.*

Præterea ſi juraret talis blaſphemus per verum Deum, facilius obviaret tali juramento; & tamen magis peccaret.

---

§. VI.

Caſus circa juramentum, vel perjurium,

PRIMUS.

Pone, quod aliquis, dum eſſet captus ab hoſtibus, vel a prædonibus coactus per metum graviſſimum, qui poſſet cadere in conſtantem virum, promiſit, & juravit ſe ſoluturum mille, vel traditurum caſtrum, vel ſimile; quæritur utrum tale juramentum obligat?

VIdetur, quod non; quia, ut ait Auguſtinus, juramentum non poteſt eſſe vinculum iniquitatis. Cauſſa 22. q. 4. c. *Inter cetera*. Cauſſa
v. pag. 64. 15. q. 6. c. 1. ſeu, *Si ſacerdotibus*.

August. *Severo Milevit. Episc.*
,, INter cetera, ut rogaveras a patre noſtro
,, Ambroſio, quæſivi, quid tibi, cariſſime,
,, agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo, qui
,, captus, & timore necis impulſus, ſuæ concu-
,, binæ juramento firmavit, ipſam in conjugem
,, ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus
,, de domo expellere, nihilque eis alimoniæ
,, umquam impendere: quia vero, quam prius
,, habuerat concubinam, non eſt peccatum in
,, conjugem ſuſcipere, matrimonium ſit in Deo
,, firmum & ſtabile. Porro juramentum non ob
,, hoc fuiſſe inſtitutum invenitur, ut eſſet vin-
,, culum iniquitatis, vel matricidii, vel fratrici-
,, dii, ſeu cujuſcumque criminis; nec credo ſa-
,, cramentum ad hoc debere fieri, ut injuſta ju-
,, ratio ſuorum bonorum ſit injuſte jurantibus
,, exſpoliatio, & accipienti æterna damnatio.
,, Perjurii namque percutitur pœna & velut ho-
,, micida in extremo examine a juſto judice de-
,, grandinabitur, per quem ſacroſanctum Evan-
,, gelium ad injuſtum, & illicitum, & Deo mi-
,, nime amabile, quaſi teſtimonium juſtæ & hu-
,, manæ petitionis adducitur. Foveat itaque Hu-
,, baldus matrem & fratres, & lugeat, ſi coa-
,, ctione & timore juramenti aliquid deſuit ma-
,, tri: qui vero eum jurare coegerunt, quod
,, non debuit, reatu perjurii impliciti tenean-
,, tur; injuria quippe injuſte irrogata, ejus eſt
,, infamia, qui facit: nec enim ullo modo ad
,, opprobrium coactæ voluntatis trahitur, quod
,, illicita conditio neceſſitatis extorſit. Sed v. pag. 58.
,, cum his omnibus....

Ad idem facit, extra quod met. cauſ. c. 1. ſeu *Perlatum*. Et notatur extra, de jurejurando, c. v. pag. 62.
Verum.

Cælest. III.
,, VErum in hac quæſtione, quæ quinto lo-
,, co ponitur, an a Sacramenti vinculo ab-
,, ſolvantur, qui iſtud inviti pro vita & rebus
,, ſervandis fecerunt; nihil aliud arbitramur,
,, quam anteceſſores noſtri Romani Pontifices
,, arbitrati fuiſſe noſcuntur, qui tales a ju-
,, ramenti nexibus abſolverunt. Ceterum ut a-
,, gatur conſultius, & auferatur materia deje-
,, randi, non eis ita expreſſe dicatur, ut
,, juramenta non ſervent; ſed ſi non ea at-
,, tenderint, non ob hoc ſunt tamquam pro
,, mortali crimine puniendi.

Et Dominus per Iſaiam: *Diſſolve obligationes impietatis*. Item valde eſſet inconveniens, quod maleſactor ex improbitate ſua commodum reportaret, ff. de furto, *Itaque fullo*.

Contra probatur quod obliget, quia licet fuerit coactus, tamen voluit: dicit enim Auguſtinus, quod coacta voluntas, voluntas eſt. Cauſſa 15. q. 1. c. *Merito quæritur*.

August. *in Libro 4. quæstionũ q. 24. ad c. 15. Num.*
,, MErito quæritur, quæ ſint ipſa pec-
,, cata nolentium: utrum quæ a ne-
,, ſcientibus committuntur, an etiam poſſit re-
,, cte dici peccatum eſſe nolentis, quod facere
,, compellitur. Nam & hoc contra voluntatem
,, facere dici ſolet: ſed utique vult id, propter
,, quod facit, tamquam ſi pejerare nolit;
,, quod tamen facit, cum vult vivere, ſi ſcili-
,, cet quiſquam niſi fecerit, mortem mine-
,, tur. Vult ergo facere, quia vult vivere; &
,, ideo non per ſe ipſum appetendo ut falſum
,, jurat, ſed ut falſum jurando vivat. Quod ſi
,, ita eſt, neſcio utrum poſſint iſta dici peccata no-
,, lentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam
,, ſi diligenter inſpiciatur, forte ipſum pec-
,, care nemo velit, ſed propter aliud ſit, quod
,, vult, qui peccat: omnes quippe homines,
,, qui ſcientes faciunt quod non licet, vellent
,, licere. Uſque adeo ipſum peccare nemo
,, appetit propter hoc ipſum, ſed propter
,, illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita
,, ſe habent, non ſunt peccata nolentium,
,, niſi neſcientium, quæ diſcernuntur a pec-
,, catis volentium.

Item quia poſſet ſervari ſine interitu ſalutis æternæ, quum ſit licitum, quod juratum eſt; ergo eſt ſervandum. Cauſſa 22. quæſt. 4. cap. *Si aliquid*, extra eodem tit. c. v. pag. 82.
Si vero.

Alex. III. *Senonenſ. Archiep.*
,, SI vero aliquis quemquam graviſſimo metu
,, ſub religione juramenti, ſuum jus refuta-
,, re coegerit, ipſumque ſibi retinuerit, quia
,, nos conſulere voluiſti, an alter eorum, vel
,, neuter id habere debeat; duximus tibi reſpon-
,, dendum, quod non eſt tutum, quemlibet
,, contra juramentum ſuum venire, niſi tale ſit,
,, quod ſervatum vergat in interitum ſalutis
,, æternæ: nec nos alicui dare materiam volu-

,, mus

,, mus veniendi contra juramentum proprium, ne auctores perintrii videamur. Verum aliquando in Romana Eccleſia a pluribus prædeceſſoribus noſtris factum eſſe recolitur, quod clerici, qui coacti miniſterium Eccleſiæ abjurarunt, de juramento abſolutionis beneficium meruerunt: & ad coercendam iniquitatem eorum, qui Eccleſiaſticos viros ad præſtandum illud compulerant, permiſſi ſunt in eadem Eccleſia miniſtrare.

Nec prodeſt ei, quod fuerit compulſus, ut ait Pius Papa, & ex pœnitentiali Theodori. Cauſſa 22. q. 5. c. *Qui compulſus*, & c. *Si quis ſi coactus*.

Pius Papa. ,, QUi compulſus a domino ſciens perjurat, utrique ſunt perjuri, & dominus & miles. Dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum, quam animam ſuam dilexit. Si liber eſt, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & ſeptem ſequentes annos; ſi ſervus ejuſdem, tres quadrageſimas & legitimas ferias pœniteat.

Ex Pœn. Theodori. ,, SI quis coactus pro vita redimenda, vel qualibet cauſſa, vel neceſſitate perjurat, quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadrageſimas pœniteat. Alii vero judicant tres annos; unum ex his in pane & aqua.

Solutio. Bern. & quidam alii dixerunt, quod non obligat, tamquam divina voce Prætor dixerit, quod vi metuſve cauſſa geſtum eſt, reatum non habeo. Diſtinguunt tamen iſti inter juramentum aſſertorium, & promiſſorium. In promiſſorio excuſat metus; in aſſertorio, non: quia potius debet quis omnia mala pati, quam malum aſſerere. Cauſſa 32. q. 5. c. *Ita, ne*.

August. de Civit. Dei lib. 1. ,, ITa, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur? Non polluet, ſi aliena erit; ſed cum pudicitia ſit virtus animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo conſentire, decernat: nullus autem magnanimus & pudicus in poteſtatem habeat, quid de ſua carne fiat, ſed tantum quid annuat mente, vel renuat; quis tandem, ſana ſcilicet mente, putaverit, ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua?

Alii dicunt, quibus aſſentio, quod quantuſcumque fuerit metus, ſemper obligatur; dummodo poſſit ſervari ſine interitu ſalutis æternæ: & ſi alicubi inveniatur reſponſum, quod non tenetur, intelligitur dictum in odium violentorum, vel quum quis juravit ſe daturum res Eccleſiaſticas. Extra eodem tit. c. *Si vero*. Extra quod vi metuſ. cauſſa, c. *Ad audientiam*. *v. ſupra.*

Innoc. III Decano & Subdiac. Liaconea. ,, AD audientiam noſtram Magiſtro G. de Chevell. ſignificante pervenit, quod cum Eccleſiam de Chevellu canonica fuiſſet adeptus, & aliquamdiu pacifice poſſediſſet, graviſſimo tandem metu regis, quod eam reſignaret, jurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus reſignavit: quia vero quæ vi, metuſve cauſſa fiunt, carere debent robore firmitatis; mandamus, quatenus ſi eamdem ad reſignationem conſtiterit vobis per talem metum fuiſſe coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum conſtantem, non obſtante juramento prædicto, quo non ad repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur, præfatam Eccleſiam ei reſtitui faciatis.

Poteſt tamen iſte potentem juſte repellere per exceptionem, quod metus cauſſa; ſed peccabit utendo ea, & hoc, niſi, quum jurabat ſe ſoluturum, intendebat contrarium, ſcilicet ſe non perſoluturum: tunc enim peccabit mortaliter ita jurando. Sed bene poteſt uti exceptione ſine peccato; timeo tamen ſcandalum, & malum exemplum apud alios, qui neſciunt occultam intentionem ſuam: procedat ergo ſic, & non peccabit: Petat ab Epiſcopo, & cogat illum abſolvere iſtum de juramento. Extra eodem tit. c. *Ex adminiſtrationis*.

Gregor. III. ,, EX adminiſtrationis (& infra) Quoniam igitur creditores ad uſuras ſibi ſolvendas in manifeſtum periculum animarum, juramento debitores adſtringunt; nos eorum ſaluti volentes juxta debitum proſpicere, & iniquum gravamen a debitoribus removere, & ab illis præcipue, qui ſe, vel ſua dederint ad ſuccurſum terræ Hieroſolymitanæ præſtandum; univerſis vobis mandamus, quatenus creditores ad juramenta ſuper uſuris ſibi ſolvendis præſtita relaxanda, Eccleſiaſtica diſtrictione cogatis.

Si non poterit ad hoc induci, ſolvat, & poſtea repetat: quia licet juraverit ſolvere, non tamen juravit non repetere. Extra eodem tit. c. *Debitores*, extra, quod vi metuſ. cauſſa, *Ad audientiam*. *v. ſupra.*

Alex. III. Epiſcop. Vigilenſi. ,, DEbitores ad ſolvendas uſuras, in quibus ſe obligaverant, cogi non debent; ſi vero de ipſarum ſolutione juraverint, cogendi ſunt domino reddere juramentum, ut creditoribus uſuræ a debitoribus ſolvantur: & cum uſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas ſunt Eccleſiaſtica ſeveritate (ſi neceſſe fuerit) compellendi.

Si autem juravit, quod ſolveret, & non repeteret, denunciet tunc Eccleſiæ ſecundum formam Evangelicam: *Si peccaverit in te frater tuus*, ut ſic Eccleſia compellat illum ad pœnitentiam, in qua veniet abſolutio juramenti, vel reſtitutio male accepti: ſi vero juravit, quod etiam non denunciaret, juramentum eſt illicitum quoad hoc; & ideo non ſervandum: & iſtam diſtinctionem teneas per omnia circa uſuras non ſolvandas, vel ſolutas repetendas. Extra, eodem tit. cap. *Pervenit*, c. & *Quemadmodum*.

Ex Regis. Gregor. ,, PErvenit ad nos, Laudicen. Epiſcopum ab A. comite rebus ſuis ſpoliatum, & jurare compulſum, quod non repeteret ſic ablata. Cognita igitur contumelia, valde doluimus, aſſerentes ipſum Epiſcopum nullius juramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi; quem tamen abſolvimus, quia nefandiſſima coactione juravit.

III. Innocen. Genuenſi Archiep. ,, QUemadmodum ſi vir mulieri juraſſet, quando contraxit cum illa, quod eam ſemper pro legitima uxore teneret; pro fornicatione, quam mulier antea commiſiſſet, non poſſet eam dimittere; ſed pro fornicatione, quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet, non obſtante hujuſmodi juramento: quoniam in eo talis erat ſubintelligenda conditio, ſi videlicet illa in legem conjugii non peccaret: ita ſi quis juraverit, ſe ducturum aliquam in uxorem, non poteſt ei fornicationem opponere præcedentem, ſed ſubſequentem, ut illam non ducat in conjugem: quia in illo juramento talis debet conditio ſubin-

,, telli-

,, telligi, ſi videlicet illa contra regulam deſpen-
,, ſationis non vanerit. Alioquin ſi poſt hujuſ-
,, modi juramentum publica meretrix fieret,
,, teneretur eam ducare in uxorem; quod eſt
,, prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum
,, conjugium vir propter furnicationem licite
,, poteſt uxorem a ſua cohabitatione dimittere;
,, longa fortius anta conjugium calebratum
,, propter eamdem cauſſam ſponſus licite poteſt
,, in ſuam cohabitationem non admittere ſpon-
,, ſam; quia turpius ajicitur, quam non admit-
,, titur hoſpes, non obſtante in alterutro caſu
,, vinculo juramenti, quod quidem propter ſub-
,, intelligendam conditionem eſt tale, ut is, qui
,, juravit, ad utrumque ſine tranſgreſſione ſe
,, poſſit habere. Quod ſi poſt hujuſmodi jura-
,, mentum mulier fieret non ſolum leproſa,
,, ſad etiam paralytica, vel oculos, vel naſum
,, amitteret, vel quidquam ei turpius eveniret;
,, numquid vir teneretur eam ducere in nxorem?
,, profecto ductam non poſset dimittere: ſed num-
,, quid non ductam admittere teneretur? quam-
,, vis interdum contractum non dirimat, quod
,, impedit contrahendum. Illud autem juramen-
,, tum eſt proculdubio temerarium, ſi vir juret
,, uxori, quod eam ſuper nullo crimine accu-
,, ſabit: quia ſi mulier fieret infidelis, & nol-
,, let cohabitara viro abſque contumelia creato-
,, ris, vel ut illum traheret ad infidelitatis er-
,, rorem; tunc incunctanter deberet illam impe-
,, tere apud judicem ſuum, ut eam, niſi pe-
,, nitus reſipiſceret, omnino dimitteret, ſecun-
,, dum Canonicas ſanctiones. Quod ſi expreſ-
,, ſe juraſſet, quod eam ſuper adulterio non
,, impeteret, eſſetne ſervandum hujuſmodi ju-
,, ramentum? Cum Scriptura teſtetur, quod
,, patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen
,, uxoris, & ſecundum regulam Evangelii, ſi
,, primo, & ſecundo correcta reſipiſcere nollet;
,, dicendum eſset Eccleſiæ, ut tamquam eth-
,, nica, & publicana deinde vitaretur, ne per
,, hoc libera præberetur ei peccandi facultas
,, propter impunitatem peccati. Sed numquid
,, vir non poteſt dimittere nxori peccanti non
,, ſolum ſepties, ſed etiam uſque ſeptuagies
,, ſepties ſecundum Evangelicam varitatem?
,, tutius ergo in hoc caſu videretur, ut propter
,, jurisjurandi religionem, vir accuſare deſiſtat
,, uxorem ad divortium celabrandum; quam-
,, quam denunciare eam poſſit ad pœnitentiam
,, peragendam.

Joan. excipit quattuor caſus, in quibus juramentum per vim, vel metum extortum non obligat, ſcilicet in voto. Extra quod vi met. cauſ. c.
v. pag. 62. *Perlatam*.

In traditione rei Eccleſiaſticæ. Cauſſa 15. q. 6.
v. pag. 64. c. *Si ſacerdotibus*, & c. *Auctoritatem*.

NICOLAUS *Papa Epiſcop. Galliæ.*

,, AUctoritatem venerabilium prædeceſſo-
,, rum noſtrorum ſecuti, & nominatim
,, Beatiſſimi Papæ, & Martyris Alexandri quinti
,, a B. Petro, ab omnibus juramentis, & cujuſ-
,, cumque modi obligationibus, quibus illi ſeſe
,, coacti, violentia impiorum obligaverant, ab-
,, ſolvimus: & ne illa ſerventur, vetuimus tam
,, præfatum Archiepiſcopum Treverenſem, quam
,, ejus præpoſitum, & omnes, qui tunc temporis
,, capti ſe illis quoquo modo obligaverunt, ne-
,, que ullam eos proinde infamiam, aut calu-
,, mniam, aut a ſuis bonis ſequeſtrationem un-
,, quam auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis, &
,, noſtris prædeceſſoribus ſuſtinere permittimus,
Iſai. 58. ,, ſicut per Prophetam Dominus dicit: *Diſſol-*
,, *ve colligationes impietatis*. Quin etiam præfato
,, fratri noſtro, filiiſque Treverenſis Eccleſiæ,
,, illiuſque defenſoribus hæc in mandatis da-
,, mus, ut ſpirituali ſimul, & materiali gla-
,, dio tamdiu malignos illos, eorumque fau-
,, tores inſequantur; quouſque cum integrita-
,, te poſſeſſiones, vel quæcumque res Eccle-
,, ſiaſticæ hoc facto, vel quocumque pacto diſ-
,, tractæ, ſeu direptæ ſunt, revocentur.

In dotis promiſſione facta per metum, ff. quod metus cauſſa, *Similiter*, §. *Si dos*.

In Matrimonio. Extra, de ſponſalibus, cap. *Cum locum*, & cap. *Requiſivit*.

ALEX. III. *Papienſi Epiſcop.*

,, CUm locum non habeat conſenſus, ubi
,, metus, vel coactio intercedit, neceſſe eſt,
,, ut ubi aſsenſus cujuſque requiritur, coactio-
,, nis materia repellatur. Matrimonium autem
,, ſolo conſenſu contrahitur: & ubi de ipſo
,, quæritur, plena debet ſecuritate ille gaude-
,, re: cujus eſt animus indagandus, ne per
,, timorem dicat ſibi placere, quod odit, &
,, ſequatur exitus, qui de invitis ſolet nuptiis
,, provenire. Quocirca mandamus, quatenus
,, puellam, de cujus matrimonio quæſtio
,, ventilatur, in domo, in qua nihil eam ti-
,, mere oporteat, facias honeſte teneri, donec
,, prædicta cauſſa terminata fuerit, & ſenten-
,, tia ſine contradictione cujuſcumque valeat
,, exſecutioni mandari.

LUCIUS III. *Rapalen. Epiſc.*

,, REquiſivit a nobis tua fraternitas qua cen-
,, ſura mulier compelli debeat, quæ ju-
,, risjurandi religione neglecta, nubere renuit,
,, cui ſe nupturam interpoſito juramento fir-
,, mavit (& infra) Ad quod reſpond. quod cum
,, libera debeant eſse matrimonia, monenda eſt
,, potius quam cogenda, cum coactiones diffi-
,, ciles ſoleant exitus frequenter habere.

Etiamſi aliqua inveniantur contraria ad iſtud ultimum. Ut cauſſa 22. quæſt. 4. cap. *Inter cetera*. v. pag. 58.

Sed ſimilia, vel loquuntur, quando fuerat levis coactio, vel quum præterea ſubſecutus fuerat conſenſus. Extra, de ſponſal. cap. *Veniens*. v. pag. 63.

---

§. VII.

CASUS SECUNDUS.

Quid de illo, qui compulſus a Domino ſciens perjurat.

DIco, quod ambo ſunt perjuri, & peccant mortaliter. Dominus, quia præcepit; miles, vel ſervus, quia plus dominum temporalem, quam Deum, vel animam dilexit. Cauſſa 22. q. 5. c. *Qui compulſus*. v. pag. 87.

Poſtillatoris quæſita.

QUid de domino, qui facit Præpoſitum ſuum jurare, vel homines ſuos, vel familiam ſuam, quod dicent ei, ſi quem ſcierint, vel audierint ſubripuiſſe de foreſta ſua, vel de ſtagnis ſuis, aut de vivariis, aut ceteris rebus ſuis.

Item quid de Marito zelotypo, vel avaro, qui extorquet juramentum a familia ſua, quod revela-

bant

bunt ei quidquid ſcierint de adulterio uxoris ſuæ, & veriſimilibus conjecturis, & damnificantibus eum in rebus ſuis?

℞. *ſecundum quoſdam: qui ſic juravit, ſi non poteſt probare per alios quid ſcierit de talibus, non tenetur dicere domino, vel marito; quia ſic proditor eſſet criminum, non contemtor: & debet potius omnia mala tolerare, quam tale juramentum ita generaliter præſtare, aut præſtitum obſervare. Si autem poteſt probare per alios, qui ſciunt de talibus; tenetur dicere ſecundum quod juravit, ſicut notavit Hugotio*, 35. *quaſt*. 6. *cap*. Epiſcopus in Synodo.

v. indicē Can. & Cap. *Quod ſi unus de teſtibus Synodalibus, de quibus ibi agitur, ſcit ſolus aliquos eſſe conſanguineos, vel aliquem eſſe ſimoniacum, vel uſurarium, vel adulterum; non tenetur hoc denunciare Epiſcopo, licet juraverit ei, quod revelaret quidquid ſciret de criminibus Synodalibus: quia in tali juramento intelligitur, ſi probare poteſt; aliter debet tacere, ne ſit proditor criminis*, 2. *quaſt*. 1. *cap*. Si peccaverit, 2. *quaſt*. 7. *cap*. Plerumque, & 6. *quæſt*. 2. *cap*. Si tantum.

v. infra & indicē.

August. in homil. de pœnit.
„ PLerumque boni viri propterea ſufferunt
„ aliorum peccata, & tacent, quia ſæpe
„ deſeruntur publicis documentis, quibus ea,
„ quæ ipſi ſciunt, judicibus probare non poſ-
„ ſunt.

Dicit etiam, quod talis tenetur non revelare Epiſcopo, vel alii, niſi hoc faciat ſecreto, ut Epiſcopus, vel alius ſecrete debeat punire hujuſmodi crimino ſos, arg. 22. *quaſt*. 5. Hoc videtur. *Ego credo ſine præjudicio diſtinguendum eſſe, quod ſi ille, cui juratum eſt, probabiliter creditur eſſe truculentus, & ſerus, aut ſuper hoc merito ſuſpectus habetur, ſive poſſit per alios probari, ſive non id, quod de talibus viderit ille, qui juravit; non tenetur ſervare, quod illicitum fuit quod juratum eſt, & per conſequens ille, qui juraverit, non tenetur ſervare, quod cooperaretur ei ad peccandum, vel ſe committeret ſuper hoc diſcrimini. Unde non debuit ab initio hujuſmodi juramentum præſtare, ſed potius omnia mala tolerare. Si autem cui juratum eſt, creditur manſuetus, & juſtus, & non niſi rationabiliter proceſſurus, diſtingue; quia ſi res hujuſmodi, de quibus juratum eſt, deputata ſunt cuſtodiæ illius, a quo recipitur, vel exigitur hujuſmodi ſacramentum; ſine peccato poteſt præſtari, & obſervari debet: puta ſi quis viderit furem aſportantem res, totaliter ejus cuſtodia commendatas, licet hoc ſolus videat, poteſt clamare, & talem furem aſportantem res manifeſtare, & proſequi rem furtivam; ne, ſi in hoc negligens fuerit, teneatur damnum reſtituere; nec reputatur talis demum proditor, ſicut non reputatur, qui injuriam ſuam, aut damnum proſequitur coram judice, licet non poſſit probare, quod intendit; ſi autem non teneatur ad cuſtodiam illarum rerum, locum habet prædicta diſtinctio, ut ſupra. Si poſſit probare per alios, quod ipſe ſcit de talibus, tunc revelet domino: ſi non poſſit probare, non debet revelare, niſi talibus perſonis, quæ poſſint prodeſſe, & non obeſſe; ut ſi ante juravit, & intendit ſe obligare ad revelandum occulta, quæ probare non poſſet, non fuit licitum juramentum, nec obligatorium, ſed peccavit taliter jurando.*

§. VIII.

CASUS TERTIUS.

Quid de illo, qui provocat ad jurandum eum, quem ſcit falſum juraturum, vel exigit, vel recipit ab eo juramentum veritati contrarium, & ſcienter?

REſp. ſecundum Gelaſium, & Auguſtinum, quod talis vincit homicidam, quia homicida corpus occidit, & iſte animam, immo duas animas, & ejus, quem jurare provocavit, & ſuam. Cauſſa 22. quæſt. 5. cap. *Si quis pejeraverit*, & cap. *Ille qui hominem*, & cap. *Qui exigit*, & cap. *Si quis convictus*.

„ SI quis pejeraverit, & alios ſciens in per- *Gelasius Papa.*
„ jurium duxerit, quadraginta dies pœni-
„ teat in pane & aqua, & ſeptem ſequen-
„ tes annos, & numquam ſit ſine pœniten-
„ tia; & alii, ſi conſcii fuerint, ſimiliter pœ-
„ niteant.

„ ILle, qui hominem provocat ad juratio- *August. In ſermone de decoll. S. Joannis.*
„ nem, & ſcit eum falſum juraturum eſſe,
„ vincit homicidam: quia homicida corpus occi-
„ ſurus eſt, ille animam, immo duas animas,
„ & ejus, quem jurare provocavit, & ſuam.
„ Scis verum eſſe quod dicis, & falſum eſſe,
„ quod ille dicit, & jurare compellis? ecce
„ jurat, ecce pejerat, ecce perit. Tu quid inve-
„ niſti? immo & tu periſti, qui de illius mor-
„ te ſatiare voluiſti.

„ QUi exigit jurationem, multum intereſt, *Idem In ſermone de perjuriis.*
„ ſi neſcit illum juraturum falſum, an
„ ſcit. Si enim neſcit, & ideo dicit: jura mihi,
„ ut fides ei fiat; non eſt peccatum; tamen
„ humana tentatio eſt; ſi autem ſcit eum fe-
„ ciſſe, novit feciſſe, videt feciſſe, & cogit
„ eum jurare; homicida eſt: ille enim ſe ſuo
„ perjurio interimit; ſed iſte manum interfi-
„ cientis & impreſſit, & preſſit.

„ SI quis convictus fuerit alios ad falſa teſti- *Ex Conc. Matiſcon.*
„ monia, vel perjuria attraxiſſe, vel qua-
„ cumque corruptione ſollicitaſſe; ipſe quidem
„ uſque ad exitum vitæ non communicet. Ii
„ vero, qui ei in perjurio conſenſiſſe proban-
„ tur, poſtea ab omni teſtimonio ſunt removen-
„ di, & ſecundum legem Infamia notabuntur.

Quod autem dictum eſt, quod iſte vincit homicidam, intelligas in damno dato; quia majus damnum eſt in amiſſione unius animæ, quam infinitorum corporum. Cauſſa 24. quæſt. 3. cap. *Si habes*.

„ SI habes... Quid dicam de conjuge? quid *August. Ad Auxil. Epiſc. Epiſt. 75.*
„ de tot animabus in univerſa familia? Un-
„ de ſi una anima per iſtam ſeveritatem diſci-
„ plinæ, qua tota domus iſta, anathematizata
„ eſt, ſine baptiſmate de corpore exeundo per-
„ ierit, innumerabilium mors corporum, ſi de
„ Eccleſia homines innocentes violenter abſ-
„ trahantur, & interficiantur; huic damno
„ non poteſt comparari.

Alias gravius peccat homicida. Diſt. 13. cap. *Duo mala*.

„ DUo mala, licet omnino cautiſſime ſint præ- *In Concil. Tolet.*
„ cavenda; tamen ſi periculi neceſſitas u-
„ num ex his perpetrare compulerit, id debemus
„ reſolvere, quod minori nexu noſcitur obliga-
„ ri. Quid autem levius ex his, quidve gravius

Digitized by Google

„ ſit, puræ rationis acumine inveſtigemus. Et-
„ enim dum pejerare compellimur, creatorem
„ quidem offendimus; ſed nos tantummodo
„ maculamus. Cum vero noxia promiſſa com-
„ plemus, & Dei juſſa contemnimus, & pro-
„ ximis impia crudelitate nocemus; & nos i-
„ pſos crudeliori gladio trucidamus. Illic e-
„ nim duplici culparum telo perimimur, hic
„ tripliciter jugulamur.

---

§. IX.

CASUS QUARTUS.

Quid, ſi audit aliquis alium jurare falſum, & ipſe ſcit, & tacet, numquid peccat?

VIdetur quod ſic. In Levit. 5. *Anima, quæ audierit vocem jurantis falſum, teſtiſque fuerit, quod aut ipſe vidit, aut conſcius eſt, niſi indicaverit, portabit iniquitatem ſuam.*

Item non caret ſcrupulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Diſt. 86. cap. *Culpam*, vel *Facientis*.

JOANN. VIII. „ CUlpam procul dubio facientis habet, qui
„ quod poteſt corrigere, negligit emenda-
„ re. Scriptum quippe eſt: *Non ſolum qui fa-*
„ *ciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*, par-
„ ticipes judicantur. Et libat Domino proſpe-
„ ra, qui ab afflictis pellit adverſa; & negli-
„ gere, cum poſſit deturbare perverſos, ni-
„ hil eſt aliud, quam fovere. Nec caret ſcru-
„ pulo conſenſionis occultæ, qui manifeſto fa-
„ cinori deſinit obviare, & probat odiſſe vi-
„ tia, qui condemnat errantes; nec relin-
„ quit ſibi locum deviandi, qui non pepercerit
„ excedenti; & primus innocentiæ gradus eſt
„ odiſſe nefanda; & latum pandit delinquen-
„ tibus aditum, qui jungit cum pravitate con-
„ ſenſum; & nihil prodeſt alicui non puni-
„ ri proprio; qui puniendus eſt de alieno
„ peccato.

Sed contra videtur, quod peccet manifeſtando; nam qui crimen occultum manifeſtat, non eſt erroris corrector, ſed proditor, dicit Auguſtinus. Cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *Si peccaverit*.

AUGUST. *In ſerm. 16. de verbis Domini.* „ SI peccaverit, inquit, in te frater tuus, corri-
„ pe eum inter te, & ipſum ſolum. Quare?
„ quia in te peccavit. Quid eſt *in te peccavit*?
„ Tu ſcis, quia peccavit. Quia enim ſecre-
„ tum fuit, quando in te peccavit; ſecretum
„ quære, cum corrigis quod peccavit in te. Nam
„ ſi ſolus noſti, quia peccavit in te, & eum
„ vis coram omnibus arguere, non es corre-
„ ctor erroris, ſed proditor. Attende quem-
„ admodum vir juſtus Joſeph, tanto flagitio,
„ quod de uxore fuerat ſuſpicatus, tanta be-
„ nignitate pepercit, antequam ſciret, unde
„ illa conceperat, quam gravidam ſenſerat,
„ & ſe ad illam non acceſſiſſe noverat. Re-
„ ſtabat itaque certa adulterii ſuſpicio; & ta-
„ men quia ipſe ſolus ſenſerat, ipſe ſolus
„ ſciebat. Quid de illo ait Evangeliſta? *Joſeph*
„ *autem cum eſſet vir juſtus, & nollet eam di-*
„ *vulgare*. Mariti dolor non vindictam quæ-
„ ſivit: voluit prodeſſe peccanti, non punire
„ peccantem. *Cum*, inquit, *nollet eam divulga-*
„ *re, voluit eam occulte dimittere* (& infra) Er-
„ go ipſa corripienda ſunt coram omnibus,
„ quæ peccantur coram omnibus: ipſa vero
„ corripienda ſunt ſecretius, quæ peccantur
„ ſecretius. Diſtribuite tempora, & concordat
„ ſcriptura. Sic agamus, & ſic agendum eſt:
„ non ſolum quando in nos peccatur, ſed et-
„ iam quando peccatur ab aliquo, ut ab alte-
„ ro neſciatur, in ſecreto debemus corripere
„ (*& paullo poſt*) Novit enim, neſcio quem ho-
„ micidam Epiſcopus, & alios illum nemo no-
„ vit. Ego nolo illum publice corripere, & tu
„ quæris inſcribere? Prorſus nec prodo, nec
„ negligo: corripio in ſecreto, pono ante ocu-
„ los ejus Dei judicium, terreo cruentam con-
„ ſcientiam, perſuadeo pœnitentiam. Hac ca-
„ ritate præditi eſſe debemus. Unde aliquando
„ homines reprehendunt nos, quod quaſi non
„ corripiamus: aut putant nos ſcire, quod ne-
„ ſcimus, aut putant nos tacere, quod ſci-
„ mus. Sed forte quod ſcis, & ego ſcio, ſed
„ non coram te corripio; quia curare volo, non
„ accuſare. Sunt homines adulteri in domibus
„ ſuis, in ſecreto peccant: aliquando nobis pro-
„ duntur ab uxoribus ſuis, plerumque zelan-
„ tibus: aliquando meritorum ſalutem quæren-
„ tibus. Nos non prodimus palam, ſed in ſecre-
„ to arguimus. Ubi contingit malum, ibi mo-
„ riatur malum. Non tamen vulnus illud ne-
„ gligimus, ante omnia oſtendentes homini in
„ tali peccato conſtituto, ſauciamque gerenti
„ conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.

Item ſi prodiderit eum, forte punietur ille in corpore, vel forte occidetur a Judice, vel etiam a parentibus illius, contra quem volebat pejerare; vel ipſemet proditor de facili poteſt incurrere mortis periculum; & ideo dicit Auguſtinus quæſtionem hanc valde prolixam, & difficillimam, tamen ſolvit eam ſic; quod ex quo Moyſes non expreſſit in prædicta auctoritate Levit. cui hoc eſſet indicandum, ſufficit iſti, ut ſe ab hoc ſolvat peccati vinculo, ſi indicet talibus, qui magis poſſunt prodeſſe, quam obeſſe perjuro, ſive eum corrigendo, ſive Deum pro eo placando, ut puta ſacerdotes, vel honeſti, & diſcreti parentes. Et ad hanc denunciationem talibus perſonis faciendam, tenetur quilibet ſecundum omnes, quoties viderit aliquem vicinum præcipitio, id eſt, peccato committendo. Cauſſa 22. q. 5. c. *Hoc videtur*.

„ HOc videtur dicere, peccare hominem, AUGUST. *Quæſt. Levit. q. 1. c. 5.*
„ quo audiente jurat aliquis falſum, &
„ ſcit eum falſum jurare, & tacet. Tunc au-
„ tem ſcit, ſi ei rei, de qua juratur, teſtis fuit, Anima, quæ audierit vocem jurātis.
„ aut vidit, aut conſcius fuit, id eſt, aliquo
„ modo cognovit, aut oculis ſuis conſpexit,
„ aut ille ipſe, qui jurat, illi indicavit: ita e-
„ nim potuit eſſe conſcius; ſed inter timorem
„ hujus peccati, & timorem proditionis ho-
„ minum non parva exſiſtit plerumque tenta-
„ tio. Poſſumus enim paratum ad perjurium
„ admonendo, vel prohibendo, a tam gravi
„ peccato revocare: ſed ſi non audierit, &
„ coram nobis de re, quam novimus, falſum
„ juraverit, utrum prodendus ſit, ita ut prod-
„ itus, etiam periculum mortis incurrat,
„ difficillima quæſtio eſt. Sed quia hic non ex-
„ preſſit, cui hoc indicandum ſit, utrum illi,
„ cui juratur, an ſacerdoti cuipiam, qui non
„ ſolum eum perſequi non poteſt irrogan-
„ do ſupplicium, ſed etiam orare pro illo
„ poteſt; videtur mihi, quod ſe homo ab hoc
„ peccati vinculo abſolvat, ſi indicet talibus,
„ qui magis prodeſſe poſſunt, quam obeſſe per-
„ juro, ſive eum corrigendo, ſive Deum pro

,, eo placando, etſi ipſe confeſſionis ſibi adhi-
,, beat medicinam.

Sed ad denunciaudum crimen jam commiſſum, dicunt ferc omnes doctores, quod tenentur Prælati ex præcepto; alii non tenentur, niſi ex conſilio; & intelliges Prælatos large, tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares, etiam Patrem ſamilias eirca ſamiliam ſuam. Cauſſa 23. q. 4. c. *Tolerandi*.

August. In lib. de Verbis Domini, ser. 18.

,, TOlcrandi ſunt quidem mali pro pace: nec
,, corporaliter ab eis recedatur: ſed ſpiri-
,, tualiter exigere, eſt facere, quod pertinet ad
,, correctionem malorum, quantum licet pro
,, gradu cujuſcumqne, ſalva pace: diſplicere
,, eſt, non tangere: non enim prophetæ, qui
,, hæc dicebant, populum ſuum dimiſerunt:
,, ſed inter eos habitabant, quos increpabant:
,, unum templum cum eis intrabant: eadem
,, ſacramcnta celebrabant: hoc eſt exire, ore
,, non parcere: hoc eſt immundum non tan-
,, gere, voluntati malæ non conſentire.

Sed Hug. vere dicit indiſtincte omnibus eſſe præceptum a Domino, ubi ait: *Si peccaverit frater tuus*. Sed ibi loquebatur Dominus Petro, per quod patet, quod prælatis tantummodo dabat præceptum. Arg. 26. diſt. c. *Deinde opponitur*. Hæc opinio nimia eſt rigida, & ab omnibus condemnatur, prima placet.

Matth. 18

---

§. X.

CASUS QUINTUS.

Quid de judice, qui ſcit accuſatum ad pœnam capitis, vel aliam quamlibet, coram ſe, immunem penitus a culpa, quæ ſibi imponitur; & tamen videt teſtes paratos ad jurandum falſum. Numquid recipiet, aut ſi recepit jam, numquid per iſtos condemnabit ſcienter innocentem? Item quid facient officiales & exſecutores, qui noverunt veritatem, & tamen vident illos jurare falſum, & compelluntur mandata judicis ſuſpendere, vel decapitare innocentem, vel alio modo punire?

HÆc quæſtio videtur plena periculo: videtur enim omnino, quod nec judex, nec alii poſſunt procedere contra conſcientiam. Apoſt. ad Rom. 14. *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*. Id eſt, omne quod eſt contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. Item ſecundum quoſdam omnis homo tenetur ex præcepto, illum, qui injuſte ducitur ad mortem, eripere, & liberare etiam per vim, & ſecundum omnes, tenentur ſaltem ad hoc judices & prælati. Salomon: *Erue eum, qui ducitur ad mortem*. Et ad idem cauſsa 23. quæſt. 3. cap. *Non in inferenda*, & quæſt. 5. cap. *Reos ſanguinis*.

Proverb. 24.

Ambros. Lib. 1. de officiis, c. 36. Exod. 2.

,, NOn in iuferenda ſed in depellenda injuria
,, lex virtutis eſt. Qui enim non repellit
,, a ſocio injuriam, ſi poteſt; tam eſt in vitio, quã
,, ille, qui facit. Unde ſanctus Moyſes hinc prius
,, orſus eſt teſtamenta bellicæ fortitudinis. Nam
,, cum vidiſset Hebræum ab Ægyptio injuriam
,, accipientem, defendit, ita ut Ægyptium proſ-
,, terneret, atque in arena abſconderet. Salo-
,, mon quoque ait: *Eripe eum, qui ducitur ad*
,, *mortem*.

Prov. 24.

Gregor. Papa. Gratianus. Exod. 22. Levit. 20. Exod. 32. 1. Reg. 15. Num. 25.

,, REos ſanguinis defendat Eccleſia, ne effu-
,, ſione ſanguinis particeps fiat. *Hinc ap-*
,, *paret quod mali flagellis ſunt coercendi, non mem-*
,, *brorum truncatione, vel temporali morte plecten-*
,, *di; ſed objicitur illud, quod Dominus ait ad Moy-*
,, *ſem*: Maleficos non patieris vivere. *Item*: Qui
,, coierit cum jumento, morte moriatur.
,, *Adulterio etiam, vel blaſphemiæ crimine notatus*
,, *immiſericorditer lapidari jubetur. Item Moyſes*
,, *qui legem acceperat, cultores idoli morte punivit.*
,, *Samuel etiam Agag pinguiſſimum regem in fru-*
,, *ſta conſcidit. Phinees quoque Judæum cum Madia-*
,, *nita coeuntem gladio transfixit: quod eſt ei repu-*
,, *tatum ad juſtitiam. Similiter nonnulli in veteri*
,, *Teſtamento inveniuntur malos trucidaſſe, nec ta-*
,, *men tranſgreſſores legis, ſed defenſores appellan-*
,, *tur. Prohibetur ergo illo præcepto quiſque ſua*
,, *auctoritate in necem alicujus armari, non legis*
,, *imperio reos mortis tradere: qui enim publica*
,, *poteſtate functus, ipſius legis imperio malos per-*
,, *imit, nec illius præcepti tranſgreſſor, nec a cæ-*
,, *leſti patria alienus habetur.*

Si ergo tenetur ab aliis defendere judex, vel officialis, multo fortius a ſeipſo: ſic argumentatur Canon, & leges. Cauſſa 23. quæſt. 5. c. *Si non licet*, & ff. Si ſervit. ven. *Altius*, & ff. de condit. indebiti, *Frater fratre*, & ff. Mand. *Si negotia*.

August. Lib. 1. de civ. Dei c. 17. & 18.

,, SI non licet privata poteſtate alicui homi-
,, nem occidere, vel nocentem, cujus occi-
,, dendi licentiam lex nulla concedit; profecto
,, etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt: &
,, tanto fit nocentior, cum ſe occiderit; quan-
,, to innocentior in ea cauſſa fuit, qua ſe
,, occidendo putavit. Nam ſi Judæ factum me-
,, rito deteſtamur, eumque veritas judicat,
,, cum laqueo ſe ſuſpendit ſceleratæ illius
,, traditionis auxiſſe potius, quam expiaſſe
,, commiſſum: quoniam de Dei miſericordia
,, deſperando exitiabiliter pœnitens, nullum
,, ſibi ſalubris pœnitentiæ locum reliquit; quan-
,, to magis a ſua nece ſe abſtinere debet, qui
,, tali ſupplicio, quid in ſe puniat, non habet?
,, Judas enim, cum ſe occidit, ſceleratum ho-
,, minem occidit; & tamen non ſolum Chriſti,
,, verum etiam ſuæ mortis reus finivit hanc vitã:
,, quia licet propter ſuum ſcelus, alio tamen
,, ſcelere ſuo occiſus eſt. Cur autem homo, qui
,, mali nihil fecit, ſibi male faciat, & ſeipſum
,, interficiendo, hominem interficiat innocen-
,, tem, ne alium patiatur nocentem, atque in ſe
,, perpetret peccatum proprium, ne in eo per-
,, petretur alienum (*Item* c. 20.) Neque enim fru-
,, ſtra in ſanctis canoniciſque libris nuſquam
,, nobis divinitus præceptum, permiſſumve repe-
,, riri poteſt, ut vel ipſius adipiſcendæ immor-
,, talitatis, vel ullius curandi, cavendique ma-
,, li cauſſa, nobiſmetipſis necem inferamus. Nam
,, & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt,
,, ubi lex ait: *Non occides*, præſertim quia non
,, addidit, proximum tuum: ſicut falſum teſti-
,, monium cum vetaret: *falſum*, inquit, *teſtimo-*
,, *nium non dices adverſus proximum tuum*. Nec
,, ideo tamen ſi adverſus ſeipſum quiſquam fal-
,, ſum teſtimonium dixerit, ab hoc ſe crimine pu-
,, taverit alienum: quoniam regulam diligendi
,, proximũ a ſemetipſo dilector accepit, quando-
,, quidem ſcriptum eſt: *Diliges proximum tuum ſic-*

Digitized by Google

ut teipſam. Porro ſi falſi teſtimonii non minus reus eſt, qui de ſe ipſo falſum fatetur, quam ſi adverſus proximum hoc faceret, cum in eo præcepto, quo falſum teſtimonium prohibetur, adverſus proximum prohibeatur, poſſitque non recte intelligentibus videri non eſſe prohibitum, ut adverſus ſeipſum quiſque falſus teſtis exſiſtat; quanto magis intelligendum eſt non licere homini ſeipſum occidere, cum in eo, quod ſcriptum eſt, *non occides*, nihilo deinde addito, nullus, nec ipſe utique, cui præcipitur, intelligitur exceptus? (*Item infra eod. c.*) *Non occides* non alterum, ergo nec te. Neque enim qui ſe occidit, alium quam hominem occidit. Quaſdam vero exceptiones eadem ipſa divina fecit auctoritas, ut liceat hominem occidi; ſed his exceptis, quos Deus occidi jubet, ſive data lege, ſive ad perſonam pro tempore expreſſa juſſione. Non autem ipſe occidit, qui miniſterium debet jubenti, ſicut adminiculum gladius eſt utenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt: *Non occides*, qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum ejus leges, hoc eſt juſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierunt. At Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus eſt nomine pietatis, quod voluit filium, nequaquam ſcelerate, ſed obedienter occidere. Et merito quæritur, utrum pro juſſu Dei ſit habendum, quod Jephte filiam, quæ patri occurrit, occidit, cum ſe immolaturum Deo id voviſſet, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurriſſet. Nec Samſon aliter excuſatur, quod ſeipſum cum hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi quia ſpiritus latenter hoc juſſerat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex juſta generaliter, vel ipſe fons juſtitiæ Deus ſpecialiter occidi jubet, quiſquis hominem, vel ſeipſum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur (*Item c. 26.*) Hoc dicimus, hoc aſſerimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem ſpontaneam mortem ſibi inferre debere, veluti fugiendo moleſtias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipſo incipiat habere graviſſimum proprium, quem non polluebat alienum...... neminem velut deſiderio vitæ melioris, quæ poſt mortem ſperatur; quia reum ſuæ mortis melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

Contra videtur: dicit enim expreſſe Ambroſius, quod judex non debet judicare ſecundum ſuam privatam conſcientiam, quam apportavit de domo; ſed ſecundum jura & allegata & approbata coram ipſo, dum ſedebat pro tribunali. Cauſſa 3. q. 7. c. *Judicet*, & 30. q. 5. c. *Nullum*, & *Judicantem*.

Ambros. Super B. immaculati &c. Ser. 20.

JUdicet ille de alterius errore, quia non habet, quod in ſeipſo condemnet. Judicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putaverit punienda; ne cum de alio judicat, in ſe ferat ipſe ſententiam. Judicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offenſione, nulla levitate ducatur (*& poſt pauca*) Bonus judex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis: ſed juxta leges, & jura pronunciat, ſtatutis juris obtemperat. Non indulget propriæ voluntati, nihil præparatum ac meditatum domo defert; ſed ſicut audit, ita judicat, & ſicut ſe habet negotii natura, decernit, obſequitur, legibus non adverſatur, examinat cauſſæ merita, non mutat. Diſcite, judices ſæculi, quem in judicando tenere debeatis affectum, quam ſobrietatem, quam ſinceritatem (*& paullo poſt*) Qui judicat, voluntati ſuæ obtemperare non debet; ſed tenere quod legum eſt (*& poſt pauca*) In judicando cordi magis ſit cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis.

Evarist. Papa Omnibus Episc. Epist. 2. Rom. 14.

NUllum ante veram juſtamque probationem judicare, aut damnare debemus, teſte Apoſtolo, qui ait: *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Suo Domino ſtat, aut cadit*. Mala itaque audita nullum moveant, nec paſſim dicta abſque certa probatione, quiſquam umquam credat: ſed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquid aliquis agat.

Eleuter. Papa Epist. ad Galliæ provinc.

JUdicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, objiciendique, præbita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter: nec litigantibus judex prius velit ſua ſententia obviare, niſi quando ipſi jam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quouſque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermiſſum forte remaneat, quod adnecti conveniat.

Ad hoc dicendum, ſalvo meliori judicio, quod judex, ſi perpendet, quod teſtes velint deponere contra iſtum, & pejerare, debet niti ex officio ſuo, etiamſi accuſatus taceat ad repellendum illos a teſtimonio, vel quia ſunt ignoti, vel infames, vel gravis opinionis, vel opponendo eis aliquam ſimilem cauſſam. Cauſſa 2. q. 7. *Quærendum*, & c. *Alieni*, ff. de poſtul. *Quos prohibet*.

Calixtus Papa. Ad Episc. Galliæ.

QUærendum eſt in judicio, cujus ſit converſationis & fidei is, qui accuſat, & is, qui accuſatur: quoniam hi, qui non ſunt rectæ fidei, ac converſationis, & quorum vita eſt accuſabilis, & quorum fides, vita & libertas neſcitur, non permittuntur majores natu accuſare, neque viles perſonæ in eorum recipiantur accuſatione.

Dionys. Papa Ad Severũ Episc. Epist. 2.

ALieni erroris ſocium, vel a ſui voluntarie propoſiti tramite recedentem, aut ſacris Patrum regulis & conſtitutionibus non obedientem ſuſcipere non poſſumus, nec debemus. Nec impetere recte credentes, vel ſanctorum Patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus; quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam fidem, aut Chriſtianam legem prævaricantur, aut Apoſtolicam, vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem.

Si vero non perpendit, quod velint dicere, nec eſt ei objectio, quam opponat; tunc quum judex debeat eſſe perſona communis, poterit juramentum eorum recipere, & tunc ſi in narratione facti invenerit eos deviare a vero, ſubtiliter examinet, & inveſtiget, ut per prudentem inveſtigationem poſſit invenire cauſſam ad repellendos eos, ſicut fecit Daniel. de duobus ſenibus, falſo teſtificantibus contra Suſannam.

Et

Et ad idem Cauſſa 30. quæſt. 5. cap. *Judicantem*.

Si autem nullomodo poteſt eos repellere, & probant ſecundum formam juris ſufficienter; hic dicunt fere omnes Doctores juris Canonici, quod poteſt determinare ſecundum allegata, & probata, non obſtante privata conſcientia: nam ſecundum conſcientiam, quam habet, ut judex debet judicare: quod videtur Dominus dicere in Geneſ. 18. de Sodomitis loquens: *Deſcendam*, inquit, *& videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, aut non*: & ita ut dicit gloſſa, tamquam judex; nam tamquam Deus omnia noverat.

Item licet ſacerdos ſciat parochianum in peccato mortali occulto, tenetur tamen illi petenti in publico dare Euchariſtiam. De conſec. Diſt. 2. cap. *Non prohibeat*.

AUGUST. ,, NOn prohibeat diſpenſator manducare
,, pingues terræ in menſa Domini, ſed
,, exactorem moneat timere.

Similiter & Epiſcopus ordinem. Extra, de temp. ordinand. cap. *Ad aures*, a ſimili hic.

LUCIUS III. *Archid. Turonenſ.*
,, AD aures noſtras pervenit, quod religio-
,, ſi quidam ad ſuperiores deſiderant or-
,, dines promoveri; ſed prælati eorum deſide-
,, riis contradicunt. Tuæ igitur quæſtioni ta-
,, liter reſpond. quod honeſtius, & tutius eſt,
,, ſubjectis debitam præpoſitis obedientiam im-
,, pendendo, in inferiori miniſterio deſervire,
,, quam, cum præpoſitorum ſcandalo, graduum
,, appetere dignitatem. Nec eſt in hac parte
,, ſubjectorum deſiderium confovendum: quo-
,, niam eſſe poteſt, quod prælati eorum com-
,, miſſa ſecreta noverint, ex quibus conſtat eis,
,, quod ſalva conſcientia nequeunt ſublimari;
,, quia non in ſoblimitate graduum, ſed in am-
,, plitudine caritatis, acquiritur regnum Dei.

Hugot. vero, & alii dicunt, quod debet delegare cauſſam, ſi conſcientia ſua non concordat cum allegatis & probatis, ita ut alius ignorans factum, judicet intrepide. Sunt etiam qui dicunt, quod debet remittere cauſſam inſtructam, & quidquid ſuper ea ſcit, ad ſuperiorem, ut ille judicet, vel præcipiat ei, ut abſolvat illum accuſatum.

Haoc ultimam approbarem libenter, ſed non poſſum, quum eadem cauſſa movere debeat ſuperiorem, quæ movebat eum.

Item quia minus dubitabit etiam ſuperior, & condemnabit ipſum: nam ille ſcit, & ſuperior non niſi per ſimplicem confeſſionem iſtius, cui non eſt ſtandum.

Conſolo ergo, ut deleget alteri, ſi fieri poteſt: ſin autem, remittat ad ſuperiorem, ut, ſive ille ferat, ſive præcipiat iſti, allevetur ex hoc conſcientia tua; poſito etiam, quod ſecundum primam opinionem aliquis judicaret, cum dolore tamen animi, non condemnare, niſi forte propter ambiguum duplicitatis, & imponerem ei aliquam pœnitentiam ad cautelam. Cauſſa 23. quæſt. 5. cap. *Excommunicatorum*, 34. q. 2. cap. *In lectum*.

URBANUS III. *Godefredo Episc. Lucano.*
,, EXcommunicatorum interfectoribus (pro-
,, ut in ordine Eccleſiæ Romanæ didici-
,, ſtis) ſecundum intentionem, modum con-
,, gruæ ſatisfactionis injunge: non enim homi-
,, cidas eos arbitramur, quos adverſus excom-
,, municatos zelo catholicæ matris Eccleſiæ ar-
,, dentes, aliquos eorum trucidaſſe contigerit;
,, ne tamen ejuſdem Eccleſiæ matris diſci-
,, plina deſeratur, eo tenore, quem dixi-
,, mus, pœnitentiam eis indicito congruen-
,, tem, qua divinæ ſimplicitatis oculos adver-
,, ſus ſe complacare valeant; ſi forte quid du-
,, plicitatis pro humana fragilitate in eodem
,, flagitio incurrerit.

,, IN lectum mariti, abſente uxore, ſoror IN CONC. *Triburien.*
,, ivit uxoris, quam ille uxorem putans
,, ſuam eſſe, dormivit cum ea. Super hoc vi-
,, ſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc
,, probaverit, quod inſcius fecerit ſcelus; pœ-
,, nitentiam quidem, quæ ſibi indicta fuerat,
,, agat, & legitimum ſuum conjugium habere
,, permittatur. Illa vero vindicta digna affli-
,, gatur, & in æternum conjugio priveur.

De officialibus vero, exſecutoribus, & ceteris ſubditis, credo, ſalvo meliori conſilio, quod in hoc caſu non debent obedire, ſi pro certo ſciunt; ſecus ſi dubitatur: tunc enim excuſatur propter bonum obedientiæ. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Quid ergo*, 23. quæſt. 1. cap. *Quid culpatur*. *v. ind.*

,, QUid ergo mirum, ſi peccator homo o- GREGOR.
,, bedientiæ in præſentis vitæ brevitate *c. 12. lib.*
,, ſe ſubjicit, quando hanc mediator Dei, & *35. in Job.*
,, hominum tenuit, & tenendam præcepit, &
,, cum obedientes remunerat, non relinquit?
,, Sciendum tamen eſt, quod numquam per
,, obedientiam malum fieri; aliquando autem
,, per obedientiam debet bonum, quod agi-
,, tur, intermitti. Neque enim in paradiſo
,, arbor mala exſtitit, quam Deus homini ne con-
,, tingeret, interdixit: ſed ut melius per obe-
,, dientiæ meritum homo bene conditus cre-
,, ſceret, dignum fuerat, ut hunc etiam a bono
,, prohiberet, quatenus tanto verius hoc, quod
,, ageret, virtus eſſet, quanto & a bono ceſſans,
,, auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet.

Poſtillatoris Annotatio.

NOn debent obedire) *Sic credo, quod judex inferior, qui ſcit veritatem, non debet condemnare innocentem, etiamſi præcipiatur ei a ſuperiore judice, nec eſt contra ext. de offic. deleg. cap.* Paſtoralis, *ubi dicitur, quod ordinarius debet exſequi ſententiam latam a delegato ad mandatum ejus, quamvis idem ordinarius ſciat eſſe illam injuſtam, niſi poſſit obtinere ab eodem delegato, ut ab hoc onere abſolvatur, quia loquitur ibi de civilibus cauſſis, & Eccleſiaſticis, ubi nullus condemnatur ad mortem; & ideo non eſt ibi tantum periculum, ſicut in caſu propoſito. Nec obſtat, quod dicit Ambroſius, quod* judex non debet judicare ſecundum ſuam privatam conſcientiam; *quia loquitur de judice, qui habet conſcientiam de factis maleficis, ut pote cum ſcit aliquem eſſe reum, privatе non debet eum condemnare, niſi per teſtes. Unde procedere debet ſecundum allegata, & hoc indicat verbum ipſius Domini Geneſ.* 18. Deſcendam, *inquit,* & videbo &c. *Unde licet factum illorum optime noverit, noluit tamen eos condemnare, niſi ut judex, id eſt, per teſtes. Unde Angelos miſit, per quos dictos maleficos in ſcelere ſuo perdidit, & Loth innocentem liberavit. Unde verbum iſtud magis eſt pro nobis, quam contra nos.* *v. Indict.*

Non obſtat illud, quod dicitur: In ore trium, vel duorum *teſtium* ſtat omne verbum: *quia loquitur ibi quantum ad Eccleſiam, non quantum ad conſcientiam. Unde jura Eccleſiaſtica magis loquuntur quandoque ad terrorem, vel rigorem, quam ſecundum conſcientiæ intimitatem, & veritatem*

faciendo, vel non faciendo ad invicem, ut dictum eſt, ſed aliter jurant ſe aliquid facturos, vel non facturos; non poſſunt ſibi remittere, ut in caſu de habentibus communem menſuram: vel cum jurant duo ſocii bonorum, quod non negotiabuntur tali, vel tali negotiatione; vel quod non ibunt ad iſtas nundinas, vel ad alias. Si autem juramentum reſpiciat commodum, vel incommodum alienum, diſtingue; quia ſi reſpicit, vel ſpectat commodum alienum, obſervationem juramenti non poſſunt ſibi remittere; ut ſi jurent mechanici alicujus artis, quod in mercibus 10. ſolidorum non accipient de lucro ultra quam 6. denarios; vel aurifabri, quod non vendent ſua opera, niſi de tali materia, vel ſic, purgata; vel fullones pannorum, quod non trahent telas venales ultra certum modum, vel quod non texent pannos de filis tortis ad totum. Si autem obſervatio juramenti damnoſa ſit aliis, non eſt obligatorium; ut ſi jurent Sutores, quod nihil facient de nocte de opere ſuæ artis, vel certis temporibus anni, ut propter raritatem carius vendant opera ſua; vel ſi jurent carnifices propter eamdem cauſſam, quod non laniabunt per diem, vel ſeptimanam ultra taxatum ab eis numerum; vel foſſores vinearum, vel certi laboratores, quod non locabunt operas ſuas pro minori pretio, quam pro tali; vel quando cives alicujus civitatis habentes vineas, quod non permittent vinum aliunde aſportatum vendi in territorio ſuo, quamdiu vinum illius territorii inveniatur venale pro tanto, vel tanto pretio. Licet autem hujuſmodi juramenta non ſint obligatoria, quia illicitum eſt, quod juratur, cum peccatum ſit circumſpecto juramento talia facere, vel ſervare corrupta intentione; tamen propter reverentiam ſacramenti, & ſcandalum aliorum, non expedit quod remittant ſibi hujuſmodi juramenta auctoritate propria, vel veniatur contra ea; ſed revocanda ſunt auctoritate Epiſcopi, vel potius denuncianda non tenuiſſe, & pœnitentia imponenda eſt de temerario juramento.

---

§. XIII.

CASUS OCTAVUS.

Item aliquis juravit ſe ſervaturum ſtatuta in Eccleſia ſua edita; poſtea fit ibi novum ſtatutum; iſte promittit per idem juramentum ſe ſervaturum illud, poſtea frangit, eſtne perjurus?

RESp. licet transgredi non debeat quod promiſit, non tenetur ad illius obſervantiam ex debito juramenti præſtiti. Extra eodem tit. c. *Clericus, qui juravit.*

Greg. IX. ,, CLericus, qui juravit ſe ſtatuta in Eccle-
,, ſia ſua edita ſervaturum, promittens
,, per idem juramentum, ſtatutum, quod poſt-
,, modum ſubſecutum eſt, obſervare. Licet
,, transgredi non debuerat quod promiſit, non
,, tenetur ad illius obſervantiam ex debito præ-
,, ſtiti juramenti.

Hoc autem intelligas ſane, quando ſcilicet de ſtatutis prærcritia factum fuit juramentum, alioquin ſi prætendebat de ſtatutis tam præteritis quam futuris, tenetur ad illud, etiamſi nullam fecerit poſtea promiſſionem; dum tamen licitum ſit ſtatutum.

Item pone, quod aliquis juramento tenetur aliquid facere, petit dilationem, vel abſolutionem, & obtinet ab eo, cui tenebatur; quæro, utrum ex toto ſit abſolutus a juramento?

Videtur, quod non; quia Deo reddendum eſt juramentum. Extr. eodem tit. c. *Debitores*. *v. ſupra.*

Solutio, ſi juramentum factum ſit in favorem Dei, ut per illud intenderet homo ſe obligare Deo, non poteſt abſolvi ab homine, niſi per commutationem in melius, ut ſupra de voto, §. *Circa redemtionem*. Si vero in favorem hominis, ſi ille ſponte abſolverit, poſtea non tenetur ad illud; & idem de dilatione ſolutionis faciendæ. Extra, de ſponſal. cap. *Præterea*.

,, PRæterea hi, qui de matrimonio contra- Innoc. III
,, hendo pure ac ſine omni conditione fi- *Exon. Epiſc.*
,, dem dederunt, commonendi ſunt, & modis
,, omnibus inducendi, ut præſtitam fidem ob-
,, ſervent. Si autem ſe adinvicem admittere
,, noluerint, ne forte deterius inde contingat,
,, ut talem ſcilicet ducat, quam odio habet;
,, videtur, quod ad inſtar eorum, qui ſocieta-
,, tem interpoſitione fidei contrahunt, & poſtea
,, eamdem ſibi remittunt, hoc poſſit in patien-
,, tia tolerari.

---

§. XIV.

CASUS NONUS.

Sed numquid Papa poteſt aliquem abſolvere a juramento illicito?

DIc ut ſupra, De votis, §. *Sequitur videre*. Poſtillator.

E*Go credo, quod non ſolum Papa, ſed Epiſcopus in juramentis, ſicut & in votis, etiam licita juramenta poteſt mutare in melius, cum non magis obliget votum, quam juramentum; maxime cum juratur, quod nulli eſt utile, & alicui eſt damnoſum; ut ſi quis juret, quod non loquetur Martino, vel comedet cum eo, vel intrabit domum ejus, vel recipiet aliquid ab eo, vel non ſerviet ei; niſi taliter juraverit aliquis, ut vitet occaſionem peccandi, quam ſolet incurrere ex familiaritate alicujus perſonæ. Non obſtat, quod dicitur infra, de different. Offic. ubi dicitur, quod ſolus Papa poteſt concedere, quod aliquis veniat contra juramentum licitum, vel de quo dubitatur, utrum ſit licitum, vel illicitum, neque obſtat illud ext. de reſcript. c.* Conſtitutus, *ubi agitur de certo numero præbendarum jurato a Capitulo. Et ext. de elect. c.* Venerabilem, *ubi dicitur, quod, & ſi illicitum fuit juramentum, debuit Papa conſuli ſuper eo: quia ad Papam pertinet diſcernere, an illud juramentum fuerit licitum, vel illicitum. Sed iſta non obſtant, quia illa Decretalis* Conſtitutus, *loquitur de juramento univerſitatis illicito, quod de licentia Epiſcopi præſtari debuit; & ideo Epiſcopus diſpenſare non potuit: & forte in juramento univerſitatis propter ſcandalum non poteſt diſpenſare Epiſcopus, vel mutare in aliud, licet hoc poſſit in juramento privatæ perſonæ. Item Decretalis illa* Venerabilem, *loquitur de regno Alemaniæ, & de eo, qui debet eſſe imperator; unde cum ſit arduum negotium propter ſcandalum, ſolus Papa interponere poteſt partes ſuas in talibus juramentis: & quod dicit Magiſter in prædicto titulo, reſtringendum eſt ad caſus, de quibus exemplificat, & ad conſimiles;* v. pag 67. & indicem.

vel

vel loquitur de auctoritate præſtanda veniendi contra licitum juramentum, vel dubium præciſe ſine aliqua commutatione, quod ſolus Papa poteſt facere, cujus auctoritas videtur excepta, in quibuſdam juramentis ad minus. Epiſcopus ergo, etſi non poſſit ſimpliciter abſolvere a juramento, poteſt tamen in melius commutare; nec eſt hoc venire contra juramentum, vel infringere. v. ſupra. *Ext. eod. tit. cap.* Pervenit.

Item numquid debitor tenetur propter vim juramenti, quo ſe obſtrinxit ſolvere debitum excommunicato, & ita communicare ei? Da hoc reſpondeo infra, De ſent. excom. §. *Quid ſi tenetur juramento*.

In ſumma nota, quod non intelligitur pejerare, qui ex licita cauſſa deſerit juramentum, verbi gratia, promiſimus & firmavimus nobis invicem fidem & pacem: fregiſti mihi; non teneor poſtea ſervare tibi. Extra eodem tit. c. *Pervenit*, 2. & *Sicut* 3.

Gregor. *Regi Francorum.*
,, PErvenit ad nos (& infra) Non enim pro-
,, poſitum, aut promiſſum infringit, qui in
,, melius illud commutat; nec tu ei, etiam ſi
,, promiſſum tuum juramento, vel fidei obli-
,, gatione firmaſſes, aliquatenus teneris, ſi
,, conſtat eum conditioni minime paruiſſe.

Innoc. III.
,, SIcut (& infra) Juramentum autem, quod
,, I. ſe aſſerit præſtitiſſe, ſi de aſſenſu fa-
,, ctum eſt utriuſque, cum non ligat, qui præſti-
,, tit, dum ille, cui præſtitum fuerit, ſervare
,, negligit, quod promiſit.

Et ita non obſtat cauſſa 23. q. 1. c. *Noli*. Ubi dicitur, quod etiam hoſti ſervande eſt fides promiſſe. Illud enim intelligitur, quum ipſa ſervat fidem.

August. *Ad Bonif. Ep.* 20.
,, NOli æſtimare neminem Deo placere
,, poſse, qui in armis bellicis militat: in his
,, erat ſanctus David, cui Dominus tam ma-
,, gnum perhibuit teſtimonium. In his et-
,, iam plurimi illius temporis juſti. In his
,, erat & ille Centurio, qui Domino dixit: *Non*
,, *ſum dignus, ut intres ſub tectum meum*. Hoc
,, ergo primum cogita, quando armaris ad
,, pugnam; quia virtus tua, etiam ipſa cor-
,, poralis, donum Dei eſt: ſic enim cogita-
,, bis de dono Dei non facere contra De-
,, um: fides enim quando promittitur, et-
,, iam hoſti ſervenda eſt, contra quem bel-
,, lum geritur; quanto magis amico, pro
,, quo pugnatur? pacem habera debet vo-
,, luntas; bellum autem neceſſitas, ut liberet
,, Deus a neceſſitate, & conſervet in pace.
,, Non enim pax &c.

Item depoſuiſti penes me gladium, juravi, quod reſtituerem, quando repeteras: factus poſtea furioſus repetis; non teneor, immo nec debeo reddere gladium, niſi reſtituta tibi ſanitate, ne forte occidas te, vel alium. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Ne quis*.

August. *in 5. Pſal.*
,, NE quis arbitretur .... Illud vero, quod non
,, habet duplex cor, nec mendacium qui-
,, dem dicendum eſt, verbi gratia, tamquem ſi
,, cui gladius commendetur, & promittat ſe
,, redditurum, cum ille, qui commendavit,
,, popoſcerit; ſi forte gladium ſuum repetat fu-
,, rens, manifeſtū eſt tunc non eſſa reddandum,
,, ne vel ſe occidat, vel alios, donec ei ſanitas re-
,, ſtituatur. Hic idao non habet duplex cor; quia
,, ille, cui commendatus aſt gladius, cum pro-
,, mittebat ſe redditurum poſcenti, non cogitabat
,, furentem poſſe repetere (& infra) Manife-
,, ſtum eſt non eſſe culpandum eliquando ve-
,, rum tacere; falſum eutem dicere non in-
,, venitur conceſſum eſse perfectis.

Item generaliter tibi juravi, quod ſterem omnibus mendatis tuis propter injuriam, quem tibi fecerem: tu præcipis mihi aliquid inhoneſtum, vel importabile, vel adeo durum, vel aſperum, quod ſi mihi fuiſſet ſpecificatum, nullomodo iſtud juraſſem: talia enim ſubintelliguntur in generalibus juramentis. Extra de elect. c. *Cauſſam*, extra eod. tit. c. *Veniens*, & *Quintavallis*. v. pag. 68.

Alex. III. *Raven. Archiep.*
,, CAuſsam, quæ inter monieles ſanctæ Mar-
,, garetæ (& infre) Si ſorores in ipſum
,, Epiſcopum electionem contulerint, promit-
,, tentes, quod illam, quam eis provideret, re-
,, ciperent; ipſam, quam providerit, facias ab
,, eis (ſi tamen exſiſtet idonea) in ſuam re-
,, cipi Abbatiſſam.

Innoc. III *H. & S. & M. civib. Venetis.*
,, VEniens, ed præſentiam noſtram A. no-
,, bis expoſuit, quod olim cum M. Mau-
,, rien. alternatim convicia inſerendo certa-
,, vit; propter quod cum graves inimicitias
,, incurriſſet, quidam, qui partis utriuſque e-
,, matores exſtiterant, ſuggeſſerunt prædicto
,, A. ut in ſetisfactione injuriarum veſtro
,, juraret obedire mandato. Cumque idem
,, non crederet ſe tale quid commiſiſſe, pro-
,, pter quod ei aliquod grave deberet impo-
,, ni, juramentumque illud ſub teli confi-
,, dentia præſtitiſset, ipſi ſub juramenti de-
,, bito præcepiſtis, ut numquam ducis curiam
,, intraret, niſi cum omnea per edictum i-
,, pſius generaliter ad curiam vocarentur (&
,, infra) Verum quia idem A. qui dicti du-
,, cis eſt conſiliarius, & in jure ſuo multis
,, Eccleſiis, quarum eſt advocatus, ex pro-
,, miſſo tenetur adeſse, nequaquam taliter
,, juraſſet, ſi mandatum illud ſibi contra-
,, rium præſciviſſet: noveritis nos Patrier-
,, chæ Granden. mandaſſe, ut ſi mandatum
,, priori juramento licite facto repugnat,
,, ipſum auctoritate noſtra denunciet non ſer-
,, vandum.

Debent tamen ad cantelam, & ne detur cis occaſio pejerandi, petere auctoritatem ab Eccleſia, ut colligitur ex aiſdem Decretalibus.

Item aliud nota, quod ſi jurans, vel recipiens, dolum adhibeat, ſemper dabet referri juramentum ad intentionem illius, qui non adhibuit dolum, vel artem. Cauſſa 22. q. 5. c. *Quacumque*, & c. *Humanæ aures*, §. *Si ergo*, & c. *Qui pejerare*, §. *Ex bis*.

Isidorus. *Senteat. lib.* 2. *c.* 31.
,, QUacumque erte verborum quiſque juret,
,, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt,
,, ita hoc accipit, ſicut ille, cui juratur,
,, intelligit: dupliciter eutem reus fit, quia
,, & nomen Dei in vanum eſſumit, & proxi-
,, mum dolo capit.

Gregor. 26. *lib. moral. c.* 7. *Gratianus.*
,, HUmanæ aures... *Si erga divina judicia ver-*
,, *ba noſtra talia foris audiunt, qualia ex in-*
,, *timis proferuntur, ſi intentia non debet deſervire*
,, *verbis, ſed verba intentioni; patet quod Deus non*
,, *accipit ſic juramentum, ſicut ille, cui juratur;*
,, *ſed potius ſicut qui jurat, intelligit, cum reci-*
,, *pienti non ex intimis, ſed ex bis, quæ proferun-*
,, *tur foris, verba noſtra ſonent.*

Joann. Chrysost. *Gratianus.*
,, QUi pejerare..... *Ex bis omnibus colligitur*
,, *quod juramenta ſecundum intentionem præ-*
,, *ſtantis, non recipientis, a Deo judicantur; quo-*
,, *moda ergo ſecundum Iſidorum, quacumque arte*
,, *verborum quis juret, Deus ſic accipit, ſicut ille,*
,, *cui*

Digitized by Google

„ *cui juratur, intelligit? Sed ſicut aliud eſt calli-* „ *da arte verborum jurare*, aliud ſimpliciter in- „ tentionem ſuam jurando denunciare; ſic a- „ liud eſt ſimplici intentione juramentum fa- „ ctum recipere, aliud in recipiendo calliditate „ te uti: quia ſicut quiſquam apud Deum non „ valet aliquem lædere; ſic non præter ejus in- „ tentionem valet quis alicui ſubvenire. Deus „ autem duplicitatis, &c. ...

Deus enim duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem conſiderat utriuſque, tam ex parte recipientis, quam ex parte dantis: verborum artem aſpernatur & odit, ut in præallegato §. *Ex his*, in fin. Itam ream linguam non facit, niſi rea mens. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Homines*, in fin. *v. ſupra.*

TITULUS X.

De Mendacio & Adulatione.

QUoniam perjurium fundatur in mendacio, poſt juramentum de mendacio aliqua ſupponamus. Videndum igitur quid ſit mendacium; in quo differant hæc tria, mentiri, dicere falſum, & mendacium; quot ſint genera mendaciorum; quando dicatur mortale, & quando veniale; & ultimo de aliquibus dubitabilibus.

---

§. I.

Quid ſit mendacium, & in quo differant hæc tria, mentiri, dicere falſum, & mendacium.

MEndacium eſt, ut ait Auguſt. falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Beatus*, §. *Ille ergo.*

Gelasius Papa. Gratianus.
„ BEatus Paullus Apoſtolus &c. *Ille ergo fal-* „ *ſum jurando mentitur, qui ſcit falſum eſſe* „ *quod jurat: eſt enim mendacium, ut Auguſti-* „ *nus ait, falſa ſignificatio vocis cum voluntate fal-* „ *lendi. Sed cum fallere ſemper ſit volunta-* „ *tis, falli autem, vel infirmitatis, vel temeri-* „ *tatis: gravius autem ſit, quod ex voluntate, quam* „ *quod ex temeritate, vel infirmitate procedit; ali-* „ *quando contingit falli vel nullum, vel minimum* „ *eſſe peccatum; aliquando ex ipſa rerum varia* „ *conſideratione minus eſſe fallere, quam falli.*

Mentiri eſt contra mentem ire, & hoc ſecundum etymologiam vocabuli: ſtrictius tamen accipit Auguſtinus dicens: Is, qui mentitur, contra id, quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi, Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Is autem.*

August. Enchiridion. c. 22.
„ IS autem, qui mentitur, contra id, quod „ animo ſentit, loquitur voluntate fallen- „ di, & utique verba propterea inſtituta ſunt, „ non ut per ea ſe invicem homines fallant, „ ſed ut eis quiſque in alterius notitiam cogi- „ tationes ſuas proferat. Verbis ergo uti ad fal- „ laciam, non ad quod ſunt inſtituta, pecca- „ tum eſt; nec ideo ullum mendacium putan- „ dum eſt non eſſe peccatum; quia poſſumus „ aliquando alicui prodeſſe mentiendo. Poſſu- „ mus enim & furando, ſi pauper, cui pa- „ lam datur, ſentit commodum, & dives cui „ clam tollitur, non ſentit incommodum: nec „ ideo tale furtum quiſquam dixit peccatum „ non eſſe (& *ſupra* cap. 18.) Nemo mentiens „ judicandus eſt, qui dicit falſum, quod pu- „ tat verum; quia quantum in ipſo eſt, non „ fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaque menda- „ cii, ſed aliquando temeritatis arguendus eſt, „ qui falſa incautus credit ac pro veris habet; „ potiuſque econtrario, quantum in ipſo eſt, „ ille mentitur, qui dicit tamquam verum, „ quod putat eſſe falſum. Quantum enim ad a- „ nimum ejus attinet, quia non quod ſentit, „ hoc dicit, non verum dicit, quamvis ve- „ rum inveniatur eſſe, quod dicit: nec ullo „ modo liber eſt a mendacio, qui ore neſciens „ verum loquitur; ſciens autem voluntate men- „ titur. Non conſideratis itaque rebus ipſis, „ de quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentio- „ ne dicentis; melior eſt, qui neſciens, fal- „ ſum dicit, quoniam id verum putat, quam „ qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens „ verum eſſe, quod dicit.

Dicere falſum, eſt dicere aliquid eſſe ita, quod non eſt ita, non diſtincto, an intendat dicere verum, an falſum. Mendacium comprehendit utrumque, quod patet ex definitione: *Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis*; ecce *falſum*: Dicere *cum intentione fallendi*; ecce *mentiri*. Et ita prima pars definitionis comprehendit *falſum dicere*; ſecunda *mentiri*. Patet ex his, quod hæc duo, *mentiri*, & *falſum dicere*, ſe habent excedenter, & exceſſe; quia non omnis, qui mentitur, dicit falſum; immo aliquando dicit verum, licet ipſe intendat dicere falſum: & econverſo, non omnis qui dicit falſum, mentitur; immo aliquando credit dicere verum, licet dicat falſum. Ergo qui mentitur, ſemper fallit voluntate, licet quandoque fallatur in facti veritate; & ideo ſemper peccat, quia ream linguam non facit, niſi rea mens, 22. quæſt. 2. *v. ſupra.* cap. *Homines* in fine. Quia vero dicit falſum, non ſemper peccat: aliquando enim dicit falſum cum intentione fallendi; & tunc eſt peccatum, & mendacium: aliquando dicit falſum, & credit dicere verum; & tunc, ſi adhibuit diligentiam debitam, non peccat, ſin autem, ſaltem peccat venialiter, 22. quæſt. 2. cap. *Homines*. *v. ſupra.* Qui autem dicit mendacium, ſemper peccat.

---

§. II.

Quot ſint genera mendaciorum.

UT plene liqueat, quæ mendacia ſint mortalia, quæ venialia; nota, quod Auguſtinus ponit octo genera mendaciorum. Primum mendacium eſt, quod fit in doctrina religionis; ut Chriſtum non eſſe natum de Virgine, vel non eſſe paſſum, & ſimile circa articulos fidei. Secundum, quod aliquem lædit injuſte, quod tale eſt, ut nulli proſit, & obſit alicui, ut mendacium detractionis, & falſi teſtis in cauſſa criminali. Tertium, quod prodeſt alicui, ita ut obſit alteri, quamvis non ad immundiciam corporalem, ut mendacium teſtis in cauſſa pecuniaria. Quartum, quod fit cauſſa ſola mentiendi, fallendique libidine; quia ſine cauſſa, & utilitate. Quintum, quod fit placendi cupiditate; ut mendacium adulationis. Sextum, quod nulli obeſt, & prodeſt alicui ad evitandum periculum pecuniæ;

Lib. de mendacio cap. 24.

ut ſi quis ſciens pecuniam alicujus injuſte tollendam a fure vel prædone, ubi ſcit, neſcire ſe mentiatur. Septimum, quod nulli obeſt, & prodeſt alicui ad evitandum periculum perſonæ; ut ſi meotiatur nolens prodere hominem ed mortem quæſitum. Octavum eſt, quod nulli obeſt, & ed hoc prodeſt, ut ab immundicie corporali aliquem tueatur; ut ſi volenti corrumpere virginem, mentiatur eam eſſe conjugatam. In his eutem tanto minus quiſque peccat, quum mentitur, quanto magis e primo recedit.

Poſtillator. (Contra videtur, quod minus peccatum eſt ſeptimum mendacium, quam octavum.

℟. Non attenditur receſſus iſte quentum ed ordinem hic poſitum, ſed quantum ad qualitatem primi mendacii, quod eſt in religione fidei; nec dicitur hic, quod quanto quodlibet mendaciorum iſtornm recedit e primo, tanto minus eſt peccatum; ſed quanto mentiens plus recedit. Vel dic, quod trie ultima non differunt, niſi ſecundum qualitatem facti, & reputantur pro unico mendacio. Vel dic, quod in homicidio vitando poteſt haberi reſpectus tentum ad ſalutem corporis, ne ille interficiatur: & ſic eſt de ſeptimo genere illud mendacium. Vel poteſt haberi reſpectus, ne iſte interficiat, vel ne interficiendus morietur in peccato; & tunc mendacium pertinet ad octavum genus; quia habetur reſpectus ad ſalutem animæ, & ſic ceſſat objectio, quia idem mendacium, & de eodem erit in ſeptimo & octavo genere ſecundum diverſos reſpectus. Vel dic, quod octavum mendacium, locum habet tantum, quando timetur, ne immundiciam corporalem ſequatur immundicia cordis propter fragilitatem & pruritum carnis: quæ eutem dicit hic Magiſter noſter, ſcripta ſunt ab Auguſtino, 22. quæſt. 2. cap.
v. infra. *Primum.*)

Fit enim magiſtraliter ex verbis ejuſdem Auguſtini alia diſtinctio brevior, & tamen plenior: quia mendaciornm aliud pernicioſum, ſive malignitetis; alind officioſum, ſive pietatis, aliud jocoſitatis. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Ne quis.*

August. in 5. Pſal. „ NE quis arbitretur perfectum, & ſpirituale͂
„ hominem pro iſta temporali vita, in cu-
„ jus morte ſua vel alterins non occiditur a-
„ nima, debere mentiri, quoniam eliud eſt
„ mentiri, aliud eſt verum occultare; ſiquidem
„ aliud eſt falſum dicere, aliud verum tacere;
„ ut ſi quis forte non velit ed iſtam viſibiliter
„ mortem hominem prodere, paretus eſſe debet
„ verum occultare, non falſum dicere; ut neque
„ prodat, neque mentiatur, nec occidet enimam
„ ſuem pro corpore alterius (& infra) Duo ſunt
„ omnino genere mendaciorum, in quibus non
„ eſt magna culpa; ſed tamen non ſunt ſine
„ culpa, cum aut jocamur, aut ut proximis proſi-
„ mus, mentimur: illud autem primum in jocan-
„ do ideo non eſt pernicioſum, quia non ſellit;
„ novit enim ille, cui dicitur, cauſſa jocandi
„ fuiſſe dictum: ſecundum autem ideo minus
„ eſt, quie retinet nonnullam benevolentiam.
„ Illud vero, quod non habet duplex cor, nec
v. ſupra. „ mendacium quidem dicendum eſt, &c.

Primum membrum hujus ultimæ diſtinctionis compreheodit quinque genera primæ diſtinctionis præcedentis. Secundum trie genera ultima ejuſdem diſtinctionis primæ. Tertium, ſcilicet jocoſitatis, additur.

---

§. III.

Quande mendacium eſt mortale, & quando veniale.

REſtat videre quando mendacinm ſit mortele, & quando veniale: videntur enim euctoritates multæ expreſſe dicere, quod ſemper ſit mortale. Pſal. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Item: *Os, quod mentitur, occidit animam.* Sap. 1.
Item Auguſtinus: Nec artificioſo meodacio, nec ſimplici verbo oportet quemquam decipere, quia qnomodolibet mentiatur quis, occidit animam.

Ad hoc dicas cum Auguſtino, quod omne mendacium eſt peccatum. Cauſſa 22. q. 2. c. *Mihi autem.*

„ MIhi eutem videtur peccatum eſse quidem Augustin Enchirid. c. 8.
„ omne mendacium, ſed multum inter-
„ eſſe, quo animo, & de quibus rebus quiſque
„ mentiatur: non enim ita peccat ille, qui con-
„ ſulendi, quomodo ille, qui nocendi voluntate
„ mentitur; nec tantum nocet, qui viatorem
„ mentiendo in adverſum iter mittit, qoan-
„ tum is, qui viam vitæ mendacio fallente de-
„ pravet.

Item omne mendacium pernicioſum, id eſt, quod nocet proximo, & quod comprehenditur in quinque generibus primæ diſtinctionis, eſt mortale, 22. quæſt. 2. cap. *Primum*, & cap. *Nr quis.* v. ſupra.

„ PRimum eſt capitale mendacium & longe August. In lib. de mendac. c. 14.
„ fugiendnm, quod fit in doctrina religio-
„ nis, ad quod mendacium nulla conditione
„ quis debet edduci. Secundum, ut ſi aliquem
„ lædat injuſte; quod tale eſt, ut & nulli proſit, &
„ obſit alicui. Tertium, quod prodeſt alteri, ita
„ ut obſit elteri; qnamvis non ad immundi-
„ ciam obſit corporalem. Quartum, qnod fit ſo-
„ la mentiendi, fallendique libidine: quod
„ mirum mendacium eſt. Quintum, quod fit
„ placendi cupiditate de ſueviloquio. His omni-
„ bus penitus evitatis atque rejectis, ſequitur ſex-
„ tum genus, quod & nulli obeſt, & prodeſt ali-
„ cui: velut ſi quiſpiem pecuniam alicujus inju-
„ ſte tollendam ſciens ubi ſit, neſcire ſe men-
„ tiatur quocumque interrogante. Septimum eſt,
„ quod & nulli obeſt & prodeſt alicni: velut ſi no-
„ lens hominem ed mortem quæſitum prodere,
„ mentiatur. Octavum genus mendacii eſt, quod (& infra ibidem.)
„ & nulli obeſt, & ed hoc prodeſt, nt ab immun-
„ dicie corporali eliquem tueatur (& infra cap.
„ 21.) Non eſt igitur mentiendum in doctrine
„ pietatis; quia magnum ſcelus eſt, & primum
„ genus deteſtabilis mendacii. Non eſt men-
„ tiendum ſecundo genere, quia nulli ſecienda
„ iojuria eſt. Non eſt mentiendum tertio ge-
„ nere, quia nulli cum elterius injuria eſt con-
„ ſulendum. Non eſt mentiendum quarto ge-
„ nere propter mendacii libidinem, quæ per
„ ſeipſam vitioſa eſt. Non eſt mentiendum
„ quinto genere, quia nec ipſa veritas placendi
„ cauſſa hominibus enuntianda eſt; quanto
„ minus mendacinm, quod per ſe ipſum,
„ quia mendacium eſt, utique turpe eſt? Non
„ eſt mentiendum ſexto genere: neque enim
„ recte etiam teſtimonii veritas pro cujuſ-
quem

,, quam temporali commodo ac ſalute corrum-
,, pitur : ad ſempiternam vero ſalutem nul-
,, lus ducendus eſt, opitulaute mendacio (&
,, infra) Neque ſeptimo genere mentiendum
,, eſt : non enim cujuſquam commoditas aut
,, ſalus temporalis, perficiendæ fidei præferen-
,, da eſt. Nec ſe quiſquam in recte factis no-
,, ſtris tam male moveri ſentiat, ut fiat etiam
,, animo deterior, longeque a pietate remotior.
,, (& infra)Nec octavo genere mentiendum eſt:
,, quia in bonis caſtitas animi pudicitiæ corpo-
,, ris præfertur, & in malis id, quod ipſi faci-
,, mus, eo quod fieri ſinimus, nobis damnabi-
,, lius eſt. In his autem octo generibus, tan-
,, to quiſque minus peccat, cum mentitur,
,, quanto magis a primo recedit. Quiſquis au-
,, tem eſſe aliquod genus mendacii, quod pec-
,, catum non ſit, putaverit, decipiet ſemet-
,, ipſum turpiter, cum honeſtum ſe decepto-
,, rem arbitratur aliorum.

Mendacium vero officioſum, id eſt, quando nulli obeſt, & prodeſt alicui, ut in tribus generibus ultimis primæ diſtinctionis, veniale eſt ſecuudum omnes in homine perfecto : & idem de jocoſo mendacio, 22. quæſt. 2. cap.
v. ſupra. *Ne quis*.

Sed in hoc eſt opinio ; quia quidam dicunt officioſum mendacium majus peccatum, quam jocoſum; quia fallit proximum, licet non noceat: quod non facit jocoſum. Alii vero dicunt contrarium, ſcilicet, quod officioſum ſit minus peccatum, quam jocoſum, quia prodeſt proximo: quod non facit jocoſum. In homine autem perfecto, id eſt, clauſtrali, qui ex toto renunciavit mundo pro Chriſto, dicunt quidam idem, ſcilicet quod utrumque tam officioſum quam jocoſum ſit in eo veniale, ſed tamen gravius, quam in perfecto. Alii dicunt, quod mendacium officioſum ſemper eſt mortale in homine perfecto ; jocoſum vero veniale. Sed quare fere ſecundum iſtos, non eſt ei potius mortale jocoſum, quod nulli prodeſt, quam officioſum, quod prodeſt alicui? Reſpondent, quia illud non fit ex animo, ſed iſtud ſic. Et per iſtud intendit decipere, per illud non.

Prima opinio humanior eſt, & mihi magis placet; quod tamen dictum eſt de jocoſo mendacio, intelligendum videtur, quando non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, jocandi cauſſa fuiſſe dictum; ſic videtur dicere Auguſtinus
v. ſupra. 22. quæſt. 2. cap. *Ne quis*. Et hoc etiam intelligas, niſi dicatur ex quadam placentia, ſive delectatione, quam inde habeant ; nam tunc poteſt dici mortale. Auguſtinus: Nullum peccatum adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet : & idem ſi ſcienter ducit in conſuetudinem. Arg. 25. Diſt. cap. *Unum*, in fine & §. *Alias ea demum*.

In Tolet. Concil. 4. c. 39. Gratianus. ,, UNum orarium oportet....*Unde Beda ſuper*
,, *Epiſtolam Jacobi: Peccata, quæ ex igno-*
,, *rantia, vel infirmitate humana committuntur,*
,, *dicit & præcipit alterutrum confiteri, quia fa-*
,, *cile dimittuntur: quæcumque vero fiunt ex de-*
,, *liberatione; non, niſi per pœnitentiam. Hinc et-*
,, *iam Auguſtinus ait : Nullum peccatum eſt*
,, *adeo veniale, quod non fiat criminale, dum*
,, *placet. Alias ea demum ſignificat, quæ ſemel*
,, *commiſſa ad damnationem ſufficiunt. Multa e-*
,, *nim ex deliberatione procedunt, quæ niſi ſæpius*
,, *reiterata, & in conſuetudinem fuerint deducta,*
,, *quamvis gravent poſt mortem, non tamen æ-*
,, *ternaliter perdunt ; quia etſi quadam ratione*
,, *crimina appellentur, tamen mortifera, & ca-*
,, *pitalia non ſunt. Unde Auguſtinus in homilia*
,, *de igne purgatorio, exponens verba Apoſtoli :*
,, *Si quis ſuper hoc fundamentum ædificaverit*
,, *ligna, fœnum, ſtipulam &c. ait: Multi ſunt,* 1. Cor. 3.
,, *qui lectionem iſtam male intelligentes, falſa ſe-*
,, *curitate decipiuntur, dum credunt, quod, ſi ſupra*
,, *fundamentum Chriſti capitalia crimina ædifi-*
,, *cent, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſ-*
,, *ſint purgari, & ipſi poſtea ad vitam perpetuam*
,, *pervenire. Intellectus iſte, fratres cariſſimi,*
,, *corrigendus eſt : quia ipſi ſe ſeducunt, qui ſibi*
,, *ſic blandiuntur. Illo enim tranſitorio igne, de*
,, *quo dicit Apoſtolus: Ipſe ſalvus erit, ſic tamen* 1. Cor. 3.
,, *quaſi per ignem; non capitalia, ſed minuta pec-*
,, *cata purgantur, de quibus, etſi non omnia, vel*
,, *aliqua commemoranda ſunt, ne aliquis ſe inani-*
,, *ter excuſare conetur, & dicat ſe neſcire, quæ*
,, *ſint minuta peccata, vel quæ crimina capitalia.*
,, *Et quamvis Apoſtolus plura capitalia commemo-*
,, *raverit; nos tamen, ne deſperationem facere vi-*
,, *deamur, breviter dicimus, quæ illa ſunt :*
,, *Sacrilegium, homicidium, adulterium, fornica-*
,, *tio, falſum teſtimonium, rapina, furtum, ſu-*
,, *perbia, invidia, avaritia, &, ſi longo tempo-*
,, *re teneatur, iracundia, & ebrietas, ſi aſſidua*
,, *ſit, in eorum numerum computantur. Quicum-*
,, *que enim aliquod de iſtis peccatis in ſe domi-*
,, *nari cognoverit, niſi digne ſe emendaverit, &,*
,, *ſi habuerit ſpatium, longo tempore pœnitentiam*
,, *non egerit, & largas eleemoſynas non erogaverit,*
,, *& a peccatis ipſis non abſtinuerit, illo tranſito-*
,, *rio igne, de quo Apoſtolus ait, purgari non pot-*
,, *erit, ſed æterna illum flamma ſine ullo remedio*
,, *cruciabit. Quæ autem ſint minuta peccata, licet*
,, *omnibus nota ſint; tamen quia longum eſt, ut o-*
,, *mnia replicentur, opus eſt, ut ex eis vel aliqua*
,, *nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut in potu*
,, *plus accipit, quam neceſſe ſit, ad minuta pecca-*
,, *ta noverit pertinere : quoties plus loquitur, quam*
,, *oportet, aut plus tacet, quam expedit : quoties pau-*
,, *peres importune petentes exaſperat : quoties, cum*
,, *ſit ſanus corpore, aliis jejunantibus prandere vo-*
,, *luerit, aut ſomno deditus, tardius ad Eccleſiam*
,, *ſurgit : quoties excepto filiorum deſiderio uxorem*
,, *ſuam cognoverit : quoties in carcere clauſos, aut*
,, *in vinculis poſitos, tardius requiſierit : quoties in-*
,, *firmos tardius viſitaverit : ſi diſcordes ad con-*
,, *cordiam revocare neglexerit : ſi plus aut proxi-*
,, *mum, aut uxorem, aut filium, aut ſervum ex-*
,, *aſperaverit, quam oportet: ſi amplius fuerit blan-*
,, *ditus, quam expedit : ſi cuicumque majori perſo-*
,, *næ, aut ex voluntate, aut ex neceſſitate adulari*
,, *voluerit: ſi, pauperibus eſurientibus, nimium deli-*
,, *cioſa, vel ſumtuoſa convivia ſibi præparaverit. ſi*
,, *ſe in Eccleſia, aut extra Eccleſiam fabulis otioſis*
,, *(de quibus in die judicii ratio reddenda eſt) oc-*
,, *cupaverit : ſi dum incaute juramus, & cum hoc*
,, *per aliquam neceſſitatem implere non poterimus,*
,, *utique perjuramus, & cum omni facilitate vel*
,, *temeritate maledicimus, quoniam ſcriptum eſt:* Ne- 1. Cor. 6.
,, que maledici regnum Dei poſſidebunt.

Item ad id, quod dictum eſt ſupra, mendacium adulationis eſſe mortale, contradicit Auguſtinus, numerans illud inter venialia. Diſt. 25. & §. *Alias ea demum*.

Sed dic, quod tribus modis adulatur quis, attribuendo alicui bonum, quod non habet; approbando malum, quod habet; & ſuperextollando bonum, quod habet. In primo caſu, & ſecundo credo eſſe mortale, ſed in ſecundo gravius. Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Primum*, Diſt. 46. cap.

 Sunt

Digitized by Google

Sunt nonnulli, & *Clericus*. 1.

Gregor. *In Moral. lib. 18. p. 4. c. 3. Ezech. 13.*

,, SUnt nonnulli, qui dum maleſacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerunt; hinc enim per Prophetam dicitur: *Væ illis, qui conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis*: ad hoc quippe ſub cubito pulvillus, vel cervical ſub capite jacentis ponitur, ut molliter quieſcat. Quiſquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum ſub cubito, vel cervical ſub capite jacentis ponit; ut qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. Hinc rurſus ſcriptum eſt:

ibidem.

Ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum. Parietis quippe nomine peccati duritia deſignatur: ædificare ergo parietem, eſt contra ſe quempiam obſtacula peccati conſtruere; ſed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, ut quod illi perverſe agentes ædificant, ipſi adulantes quaſi nitidum reddant: ſed ſanctus vir, ſicut mala de bonis non æſtimat, ita judicare bona de malis recuſat, dicens:

Job. 17.

Abſit hoc a me, ut juſtos vos judicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

In Conc. *Carth. 4. c. 56.*

,, CLericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, degradetur ob officio.

In tertio caſu eſt veniale peccatum, ut in præallegata auctoritate Auguſtini, §. *Alias eadem*. Quidam tamen dicunt in primo caſu eſſe veniale.

---

§. IV.

Circa mendacium.

CASUS UNICUS.

Quid agendum ſit ei, a quo quæritur aliquis occidendus, quem ipſe ſcit in domo ſua latitare, vel etiam in alio loco?

VIdetur ipſe perplexus: ſi manifeſtat eum, timet crimen proditionis, & homicidii, cui videbitur dediſſe cauſſam, oſtendendo perſonam; timet etiam peccatum illorum, qui occidunt eum; & ſic gravius morientur in anima: quod etiam timet in latitante, ſi forte eſſet in mortali, & moriatur impœnitens: ſi vero non manifeſtat, formidat ipſum mendacium, ſuper quo videtur nullum eſſe remedium.

Solutio. Plane videtur Auguſtinum ſentire, quod nullo modo quis debeat mentiri, & maxime perfectus, pro vita alterius redimenda: ait enim: *Ad ſempiternam ſalutem nullus eſt ducendus opitulante mendacio*.

Item ne quis arbitretur perfectum, & ſpiritualem hominem pro iſta temporali vita, morte cujus ſua vel alterius non occidatur anima, debere mentiri, taceat; ut ſic non prodat, nec mentiatur, nec occidat animam ſuam pro corpore alterius, Cauſſa 22. quæſt. 2. cap. *Primum*, & *Ne quis*, & *Faciat*.

v. ſupra.

August. *In lib. contra mendacium cap. 17.*

,, FAciat homo etiam pro temporali ſalute hominum, quod poteſt: cum autem ad hoc ventum fuerit, ut tali ſaluti niſi peccando conſulere non poſſit, jam ſe exiſtimet non habere quid faciat, quando id reliquum eſſe perſpexerit, quod non recte faciat.

Item Iſidorus: Omne genus mendacii ſummopere ſuge, nec qualibet ſallacia vitam alicujus defendas, 22. quæſt. 2. cap. *Omne*.

Isidorus *In Synonim. c. 10.*

,, OMne genus mendacii ſummopere ſuge, nec caſu, nec ſtudio loquaris ſalſum: nec, ut præſtes, mentiri ſtudeas: nec qualibet ſallacia vitam alicujus defendas: cave mendacium in omnibus.

Item Auguſtinus: Periculoſiſſime admittitur hæc compenſatio, ut nos ſaciamus malum aliquod, ne gravius malum alius ſaciat. Diſt. 14. cap. *Quod ait*.

August. *In lib. 5. quæſt. Sup. Gen. c. 42.*

,, QUod ait Sodomitis Loth: *Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum noverunt viros: producam illas ad vos, utimini illis, ſicut vobis placuerit; tantum in viros iſtos ne faciatis iniquum*, quoniam volebat proſtituere filias, hac compenſatione, ut viri hoſpites ejus nihil a Sodomitis tale paterentur. Utrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, ut nos ſaciamus mali aliquid, ne alius gravius malum ſaciat; an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculoſiſſime admittitur hæc compenſatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda eſt.

Et ita dicunt ſimpliciter plerique doctores. Alii dicunt in tali caſu mentiendum eſſe.

Ego credo, ſalvo meliori judicio, quod talis debet eſſe proceſſus; primo debet tacere, ut dicit Auguſtinus. Si videtur ei, quod taciturnitas ſit periculoſa, quia ex eo credit interrogans eum concedere illum eſſe in domo; tunc transferat ſe in aliam materiam, quaſi interrogando illum de aliquo facto, vel ſimile. Arg. Diſt. 43. cap. *In mandatis*.

Origenes.

,, IN mandatis habemus, ut venientes ad civitatem diſcamus prius quis in ea dignus ſit, ut apud eum cibum ſumamus: quanto magis noſſe convenit, quis, qualiſve ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? ſolliciti enim, & valde ſolliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos: ſed & ob alias cauſſas utile eſt, viri hujuſmodi habere notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt dubitari, quod bona ſint, emendatus eſt, & inculpabilis, hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi juſtus, ſi mitis, & humanus eſt (quæ utique bona eſſe, nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, ut ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quod deeſt fidei & ſcientiæ, conſeratur: & in quibus maculari ejus vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his, quæ palam ſunt, peccatis involuta permanet, & inquinatus; non me oportet ei aliquid de ſecretioribus, & remotis divinæ ſcientiæ proloqui, ſed magis proteſtari, & convenire eum, ut peccare deſinat, & actus ſuos a vitiis emendet: quod ſi ingeſſerit ſe, & provocaverit nos dicere ea, quæ eum minus recte agentem, non oportet audire; prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino reſpondere auditorum cauſſa utile non videtur: ne forte æſtiment, nos reſponſionis penuria declinare certamen, & ſic fides eorum lædatur non intelligentium propoſitum noſtrum.

Vel reſpondet verbum aliquod æquivocum, ut puta: *Non eſt hic*, id eſt, *non comedit hic*, vel ſimile aliquod. Ad hoc movent nos infinita exempla, de quibus pauca dicamus.

Gen. 27. Jacob dixit patri ſuo Iſaac, ſe Eſau primogenitnm, non nativitate, quia tunc mentiretur, ſed jure primogenituræ, quam emerat.

Gen. 22. Item Abraam rogavit uxorem ſuam Saram, ut diceret ſe non uxorem, ſed ſororem, quum iret in Ægyptum, ne occideret eum Pharao propter eam: verum dicit, ſed æquivoce: ſoror enim dicebatur, quia filia fratris erat.

4. Reg. 10. Item Jehu Rex Iſrael, quum ſacerdotes Baal vellet interficcre, dixit: *Congregate mihi omnes ſacerdotes Baal: Achab ſervivit ei in paucis, ego ſerviam ei in multis*.

Thob. 6. Item in Thobia Angelus Raphael reſpondit Thobiæ interroganti quis eſſet, aut de qua domo: *Ego ſum*, inquit, *Azarias Ananiæ magni filius*. Multa etiam alia potes invenire. Cauſa 22. q. 2. c. *Utilem*, & c. *Quæritur*, & §. *Item opponitur*.

Hieron. „ UTilem ſimulationem, & in tempore aſſu-
Epiſt. ad „ mendam Jehu Regis Iſrael nos do-
Galat. c. 2. „ ceat exemplum, qui cum non potuiſſet in-
„ terficere ſacerdotes Baal, niſi finxiſſet ſe i-
„ dolum velle colere, dicens: *Congregate mihi*
„ *omnes ſacerdotes Baal: ſi enim Rex Achab ſervi-*
„ *vit ei in paucis, ego ſerviam ei in multis*. Et
„ David, quando mutavit faciem ſuam coram
„ Abimelech, & dimiſit eum & abiit. Nec
„ mirum, quamvis juſtos homines, tamen a-
„ liqua ſimulara pro tempore ob ſuam, &
„ aliorum ſalutem: cum & ipſe Dominus no-
„ ſter non habens peccatum, nec carnem pecca-
„ ti, ſimulationem peccatricis carnis aſſumſerit,
„ ut condemnans in carne peccatum, nos in
Gratianus. „ ſe faceret juſtitiam Dei. *Ecce, quæ menda-*
„ *cia ſunt venialia, & quæ damnabilia. Sed*
„ *quæritur, quare dicat Auguſtinus non eſſe men-*
„ *tiendum pro temporali vita alicujus; cum A-*
„ *braam deſcendens in Ægyptum rogaverit Sa-*
„ *ram, ut ſororem ejus ſe eſſe mentiretur, dicens:*
„ Novi quidem, quod pulchra ſis mulier, &
„ quod cum viderint te Ægyptii, dicturi ſunt,
„ uxor illius eſt: interficient me, & ſerva-
„ bunt te. Dic ergo, obſecro te, quod
„ ſoror mea ſis, ut bene ſit mihi propter te,
„ & vivat anima mea ob gratiam tui. *Sed*
„ *Abraam non mendacium dicit, ſed verum ta-*
„ *ceri voluit*.

August. „ QUæritur cur Patriarcha mentiri voluit,
In quæſt. „ ut diceret Saram ſororem ſuam, & non
Geneſ. q. „ potius Deo commiſit, qui ſi vellet, eius
26. „ pudicitiam apud Pharaonem ſervare poſſet?
„ ſed veritatem voluit celari, non mendacium
„ dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris
„ erat: & in hoc oſtenditur, quod nemo debet
„ tentare Deum ſuum, dum habet quod ratio-
„ nabili conſilio faciat. Fecit quod potuit,
„ quod non potuit, Deo commiſit, in quem
„ ſperavit; nec eum fides, aut ſpes ſefellit: ſi
„ autem interrogatus illam feminam ſuam in-
„ dicaſſet uxorem, duas res tuendas Domino
„ committeret, & vitam ſuam, & uxoris pudi-
„ citiam.

Gratianus. „ *Item opponitur, quod Jacob mentiendo & ſibi*
„ *profuit, & alii nocuit; nec tamen reprehenditur,*
„ *ſed commendatur: ſed Jacob dicendo ſe eſſe E-*
„ *ſau primogenitum, non eſt mentitus. Non enim*
Matth. „ *dixit ſe eſſe primogenitum naſcendo, ſed jus*
„ *primogenituræ, illo vendente rite adeundo. Sic*
„ *& Chriſtus Joannem dixit eſſe Heliam, non per-*
„ *ſona, ſed imitatione virtutis: erat ergo Jacob*
„ *Eſau, non naſcendo, ut diximus, ſed em-*
„ *tione primogenituræ, de non primogenito in primo-*
„ *genitum tranſeundo, ſicut & ipſe Eſau primo-*
„ *genita vendendo, de primogenito, non primoge-*
„ *nitus fieri meruit. Sic & Judæi cum eſſent filii*
„ *Abraæ carne, quia non fuerunt filii ejus imi-*
„ *tatione, non deputantur inter filios Abraæ, ſed*
„ *dicuntur filii diaboli, cujus filii ſunt, non na-*
„ *ſcendo, ſed imitando; unde a Domino audire*
„ *meruerunt*: Si Filii Abraæ eſtis, opera A- Joan. 8.
„ braæ facite: nunc autem quæritis me interfi-
„ cere hominem, qui veritatem locutus ſum
„ vobis: hoc Abraam non fecit; vos ex pa-
„ tre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri
„ facere vultis.

Vel dic ſimpliciter, quod debet negare, & aſſerere eum non eſſe ibi: ſi tamen ſua conſcientia dictat ſibi, quod ita debeat dicere; tunc non dicet contra conſcientiam, immo ſequetur eam, & nullo modo peccabit: nec contradicit in aliquo iſtis Auguſtinus, quia hic non mentietur, id eſt, non ibit contra mentem: & hoc optime idem Auguſtinus dicit, 22. quæſt. 2. cap. *Primum*, Verſ. *Nec ſe quiſquam in recte factis noſtris tam male moveri ſentiat, ut fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior*.

Hæc ultima caſus reſolutio, videtur quibuſdam non ſatis cohærere præmiſſis, ubi S. Magiſter ſancto Auguſtino aſſentitur, dicenti: Ad ſempiternam ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio. *Sed advertant, S. Raymundum non aſſertive, ſed opinative, ſubdubitanter, & ſalvo ſemper meliori judicio loquutum fuiſſe, non animo & voluntate fallendi, quæ mendacio per ſe competit, ſed voluntate, veritatem citra peccatum, & irregularitatis incurſum non revelandam, tacendi: & quando conſcientia dictet, ſic eſſe reſpondendum injuſta, & damnoſa petenti; & ſi forte quædam ex reſponſo ſequatur fallacia, non pietati reſpondentis, ſed ſtultitati interrogantis, eſt penitus imputanda*. Editor.

Duplex eſt conſcientia; conſcientia veri, contra quam dicit, & conſcientia dicendi, contra quam non facit ſic dicendo, ex quo dictat ei conſcientia, quod debent ſic dicere: conſcientia enim dicendi dupliciter dicitur. Uno modo conſcientia ejus, quod debet dici de neceſſitate: alio modo, quod debet dici de boneſtate. Sic etiam conſcientia non dicendi dupliciter accipitur: uno modo, quod verum debet dici, & alio modo, quod non debet dici: & in utroque verbum dicendi *poteſt intelligi vel de neceſſitate, vel de boneſtate*. Poſtillator.

---

§. V.

Item quæritur circa mendacium pietatis, utrum eadem actione quis mereatur & demereatur.

VIdetur quod ſic; ut in, hoc quod eſt mendacium demereatur & in hoc quod eſt pietatis, mereatur. Hoc etiam videtur aperte exemplo obſtetricum, quæ ex pietate, qua intendebant non occidere pueros Hebræorum ad mandatum Pharaonis, merebantur præmia æterna, ſed quia mentiebantur dicendo Pharaoni ſe

inter;

interfecturas, demeruerunt: unde præmium æternum pro pietate debitum mutatum eſt eis in temporale, ut ait Auguſtinus, cauſſa 22. q. 2. c. *Si quælibet*.

AUGUST. *Lib. de mendacio, c. 2.*

„ SI quælibet culpa ſequenti ſolet pia opera-
„ tione purgari, quanto magis hæc facile abſ-
„ tergitur, quam mater boni operis pietas ipſa
„ comitatur? Nonnulli vero de obſtetricum
„ fallacia conantur aſſerere, hoc mendacii ge-
„ nus non eſſe peccatum, maxime quia de iſtis
„ mentientibus ſcriptum eſt, quod ædificavit
„ eis Dominus domum, in qua magis recom-
„ penſatione cognoſcitur, quid mendacii culpa
„ mereatur. Nam benignitatis earum merces,
„ quæ eis in æterna potuit vita retribui, præ-
„ miſſa culpa mendacii, in terrenam eſt recom-
„ penſationem declinata.

E contra videtur, quod eadem actio non poſſit contraria operari. Extr. de Bapt. & ejus eff. c. *Majores*, §. *Sed adhuc quæritur*.

INNOC. III *Arelat. Archiep.*

„ MAjores &c. Sed adhuc quæritur, quare
„ non ſaltem originale peccatum amen-
„ tibus & dormientibos in baptiſmo ſicut par-
„ vulis dimittatur? Ad hoc taliter reſponde-
„ mus, quod Dominus, qui totum hominem
„ ſalvum fecit in ſabbato, opus imperfectionis
„ non novit, & ob hoc peccata non ex parte,
„ ſed ex toto dimittit. Præterea pœna origina-
„ lis peccati eſt carentia viſionis Dei: actualis
„ vero pœna peccati, eſt gehennæ perpetuæ
„ cruciatus; unde ſi dimitteretur alicui primum,
„ altero non dimiſſo, talis non careret vi-
„ ſione Dai propter originale dimiſſum, & cru-
„ ciaretur in gehenna perpetuo propter rea-
„ tum criminis actualis: ſed hæc tamquam in-
„ compaſſibilia ſeſe minime patiuntur, immo
„ ſibi mutuo adverſantur.

Hoc relinquo diſputationi.

Poſtillator

Credo, quod non poteſt eſſe, quod eadem actio poſſit eſſe meritoria, & demeritoria; ſed bene poteſt eſſe, quod aliqua pia intentio concomitans illam actionem ſit meritoria, id eſt, ad gratiam percipiendam præparatoria; & econtrario, quod aliqua actio ſit meritoria vitæ æternæ, & aliqua prava intentio concomitans ſit demeritoria, id eſt, ad gratiam amittendam præparatoria, qua amiſſa cadit homo in demeritum.

TITULUS XI.

De Sortilegis & Divinis.

DIximos de perjurio, quo quis peccat in Deum: conſequenter eſt agendum de ſortilegis, & divinis, qui, quod Dei eſt proprium, videlicet futura prædicere, ſibi falſo & illicite adſcribentes, innumerabiles animas trahunt ad inferos. Videamus igitur quid ſit ſors; quæ ſpecies divinationis; quæ divinatio prohibita, quæ permiſſa; qua pœna ſint ſortilegi, vel divini puniendi.

---

§. I.

Quid eſt ſors, & quæ Divinationis ſpecies?

SOrs eſt ars divinandi. Divinatio autem proprie in malo accipitur: Prophetia vero in bono. Michææ 3. *Judices in muneribus judicabant, ſacerdotes ejus in mercede reſpondebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant, &c.* Numquam Divinatio in bonam partem accipitur: videbantur quidem ſibi Prophetæ eſſe; ſed quia pecuniam accipiebant, Prophetia eorum facta eſt divinatio, id eſt, divinatio eorum, quæ credebatur eſſe prophetia, declarata eſt non prophetia. Cauſſa 1. quæſt. 1. c. *Judices*, & cap. *Numquam*.

„ JUdices, inquit, ejus in muneribus judicabant, — HIERON. *In Mich. c. 3.*
„ ſacerdotes ejus in mercede reſpondebant, &
„ Prophetæ ejus in pecunia divinabant, & ſuper
„ Dominum requieſcebant, dicentes: Nonne Dominus
„ eſt in nobis? Non veniet ſuper nos mala. Idcir-
„ co propter vos Sion quaſi ager arabitur, &
„ Hieruſalem ut cuſtodia pomarii erit. Nemo
„ ambigit, Hieruſalem propter ſcelera, quæ in
„ hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubverſam, &c.

„ NUmquam divinatio in Scripturis in bonā — IDEM *In eodem Num. 23.*
„ partem accipitur. *Non eſt augurium in Jacob,*
„ *neque divinatio in Iſrael.* Videbantur quidem ſibi
„ eſſe prophetæ, ſed quia pecuniam accipiebant,
„ prophetia ipſorum facta eſt divinatio. Cum
„ ergo ſecundum Hieronymum boni Prophetæ
„ non munera Prophetiæ accipiebant, ſed ſtipes
„ tabernaculi: mali autem, qui accipiebant, Pro-
„ phetiam, quæ Dei erat donum, in divinatio-
„ nem, quæ diabolica eſt, convertebant.

Species divinationis ſunt multæ: alia, quæ fit per ſpiritum malignum, ut in Pythoniſſa, quæ prædixit de morte Saulis: alia Pyromantia, quæ fit in igne, & dicitur a πῦρ, quod eſt ignis, & μαντεία divinatio: alia Aerimantia, quæ fit in aere: alia Hydromantia, quæ fit in aqua, ab ὕδωρ, quod eſt aqua: alia Geomantia, quæ fit in terra, a γαῖα, quod eſt terra: alia Necromantia, qua mortui reſuſcitati videntur divinare, & ad interrogata reſpondere: νεκρὸς enim græce, latine mortuus, ad quos ſuſcitandos cadaveri ſanguis addicitur: nam amare ſanguinem Dæmones dicuntur; ideo quotieſcumque Necromantia fit, cruor aqua miſcetur, & colore ſanguinis facilius provocantur: alia eſt Auſpicium, ſive Augurium, quæ attenditur in geſtu, volatu & cantu avium; unde Augurium, quaſi avigerium, vel avigarrium, id eſt, avium geſtus, vel garritus. Item fit divinatio ſternutationibus, ſomniis & ſortibus, quas falſo ſortes dicunt Apoſtolorum, & varia inſpectione Pſalterii, Evangeliorum, & aliarum ſcripturarum. Item ſunt Mathematici, qui conſtellationes conſiderant; hi etiam dicuntur Magi. Item Arioli, qui in aris idolorum reſponſa dæmonum accipiunt. Item haruſpices, quaſi aurarum ſpectatores, quod dies & horas in agendis negotiis, operibuſque obſervant. Hi etiam exta, ſive inteſtina, & interiora pecudum inſpiciunt, & in eis futura prædicunt. Item incantatores, malefici, & multi alii, quos enumerat Auguſtinus. Cauſſa 26. q. 4. *Igitur genus*, & q. 5. — *1. Reg. 28.*

Nec

Digitized by Google

cap. *Nec mirum*, & cap. *Epiſcopi*.

AUGUST. *De natura dæmonum.*

„ IGitur genus divinationis a Perſis videtur
„ eſſe allatum. Varro autem dicit, divinatio-
„ num quattuor eſſe genera. Terram, aquam,
„ aerem, & ignem. Hinc Geomantiam, Hydro-
„ mantiam, Pyromantiam, Aeromantiam di-
„ ctam autumat. Divini dicti, ſunt quaſi Deo
„ pleni: divinitate enim ſe eſſe plenos ſimu-
„ lant, & aſtuta quadam fraudulentia homini-
„ bus futura conjectant. Duo autem ſunt ge-
„ nera divinationis: ars, & furor. Incantato-
„ res autem dicti ſunt, qui artem verbis pera-
„ gunt. Arioli vocati ſunt propterea quod
„ circa aras idolorum nefarias preces emit-
„ tunt, & funeſta ſacrificia offerunt, hiſque
„ celebritatibus dæmonum accipiunt reſponſa.
„ Haruſpices nuncupantur, quaſi horarum in-
„ ſpectores: dies enim, & horas in agendis
„ negotiis, operibuſque cuſtodiunt, & quid per
„ ſingula tempora obſervare debeat homo, in-
„ tendunt. Hi etiam exta pecudum inſpiciunt,
„ & ex eis futura prædicunt. Augures ſunt,
„ qui volatus avium, & voces intendunt; a-
„ liaque ſigna rerum, vel obſervationes im-
„ proviſas hominibus occurrentes ſervant. Idem
„ ſunt & Auſpices: nam & auſpicia ſunt,
„ quæ iter facientes obſervant: dicta autem
„ ſunt auſpicia, quaſi avium ſpicia; & augu-
„ ria, quaſi avium garria, id eſt, avium vo-
„ ces, & linguæ. Item augurium quaſi avige-
„ rium, quod aves gerunt. Duo autem ſunt
„ genera auſpiciorum: unum ad oculos, & al-
„ terum ad aures pertinens. Ad oculos ſcili-
„ cet volatus, ad aures vox avium. Pythones
„ a Pythio Apolline dictæ; quod is auctor
„ fuerit divinandi. Aſtrologi dicti ſunt, eo
„ quod in aſtris augurantur. Genethliaci ap-
„ pellati ſunt propter natalitiorum conſidera-
„ tiones dierum: geneſes enim hominum per
„ duodecim cæli ſigna deſcribunt, ſiderumque
„ curſus, naſcentium mores, actus, & eventus
„ prædicere conantur, id eſt, quis quali ſi-
„ gno fuerit natus, aut quem effectum habeat
„ vitæ, qui naſcitur, interpretantur. Hi ſunt
„ qui vulgo Mathematici vocantur; cujus ſu-
„ perſtitionis genus, conſtellationes Latini vo-
„ cant, id eſt, notationes ſyderum quomodo
„ ſe habeant, cum quiſquam naſcitur... Pri-
„ mum autem genus, id eſt, ſtellarum in-
„ terpretes magi nuncupabantur; ſicut de his
„ legitur in Evangelio, qui natum Chriſtum
„ annunciaverunt: poſtea hoc nomine ſoli Ma-
„ thematici dicti ſunt, cujus artis ſcientia uſque
„ ad Chriſtum fuit conceſſa, ut Chriſto edito,
„ nemo exinde nativitatem alicujus de cælo in-
„ terpretaretur. Horoſcopi dicti, quod horas nati-
„ vitatis hominum ſpeculentur diſſimili, & diver-
26. q. 1. c. „ ſo fato. Sortilegi ſunt, qui ſub nomine &c.
Sortilegi. „ ut ſupra. Salitores vocati ſunt, quia dum eis
„ membrorum quæcumque partes ſalierint, a-
„ liquid ſibi exinde proſperum ſeu triſte ſi-
„ gnificare prædicunt.

AUGUST. *10 lib. de civ. Dei c. 17.*

„ NEc mirum de Magorum præſtigiis, quo-
„ rum in tantum prodiere maleficiorum
„ artes, ut etiam Moyſi ſimillimis ſignis reſiſte-
„ rent, vertentes virgas in dracones, & aquam
„ in ſanguinem. Fertur etiam in gentilium li-
„ bris, quod quædam maga famoſiſſima Circe ſo-
„ cios Ulyſſis mutaverit in beſtias. Legitur etiã
„ de ſacrificio, quod Arcades Deo ſuo Licæo im-
„ molabant, ex quo quicumque ſumerent, in
„ beſtiarum formas convertebantur; ſed hæc o-
„ mnia magicis præſtigiis potius fingebantur, quã
„ rerum veritate complerentur: ut ergo ipſi
„ errores ignorantibus manifeſti fiant, de eorum
„ proprietate, atque inventoribus juxta tradi-
„ tionem majorum primum dicere congruum
„ arbitramur.

„ Magi autem ſunt, qui vulgo malefici ob
„ facinorum magnitudinem nuncupantur.
„ Hi ſunt, qui permiſſu Dei elementa con-
„ cutiunt, turbant mentes hominum minus
„ confidentium in Deo, ac ſine ullo veneni
„ hauſtu, violentia tantum carminis interi-
„ munt. Unde Lucanus: *Mens hauſti nulla ſa-
„ nie polluta veneni, incantata perit*. Dæmonibus
„ enim accitis audent ventilare, ut qui-
„ que ſuos perimant malis artibus inimicos.
„ Hi etiam ſanguine utuntur, & victimis, &
„ ſæpe contingunt mortuorum corpora. Ne-
„ cromantici ſunt, quorum præcantationibus
„ videntur reſuſcitari mortui, divinare, & ad
„ interrogata reſpondere: νεκρὸς enim græce,
„ latine mortuus; μαντεία divinatio nuncupa-
„ tur; ad quos ſuſcitandos cadaveri ſanguis
„ adjicitur. Nam amare ſanguinem dæmones
„ dicuntur. Ideoque quotieſcumque Necroman-
„ tia fit, cruor aquæ miſcetur, ut colore ſan-
„ guinis facilius provocentur. Hydromantici
„ ab aqua dicti: eſt enim hydromantia in a-
„ quarum inſpectione umbras dæmonum evo-
„ care, & imagines ludificationes eorum vi-
„ dere, ibique ab eis aliqua audire, ubi adhi-
„ bito ſanguine, etiam inferos perhibentur
„ ſuſcitare (& infra) Ad hæc omnia ſupra-
„ dicta pertinent ligaturæ exſecrabilium reme-
„ diorum, quæ ars condemnat medicorum,
„ ſeu in præcantationibus, ſeu in characteribus,
„ vel in quibuſcumque rebus ſuſpendendis atque
„ ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum eſt
„ ex quadam peſtifera ſocietate hominum & an-
„ gelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda
„ ſunt Chriſtiano, & omni penitus exſecratione
„ repudianda, atque damnanda. Auguria autem
„ avium Phryges primi invenerunt. Præſti-
„ gium vero Mercurius dicitur primus inve-
„ niſſe: dictum eſt autem præſtigium, quod
„ præſtringat aciem oculorum. Haruſpicinæ ar-
„ tem primus Hetruſcis tradidiſſe dicitur quidam
„ Tages. Hic ex horis Haruſpicinam dictavit, &
„ poſtea non apparuit: nam dicitur fabuloſe,
„ arante quodam ruſtico, ſubito ex glebis exi-
„ luiſſe, & Haruſpicinam dictaſſe, qua die mor-
„ tuus eſt. Quos libros Romani ex Hetruſca
„ lingua in propriam mutaverunt. His ergo
„ portentis per dæmonum fallaciam illuditur
„ curioſitas humana, quando id impuden-
„ ter appetunt ſcire, quod nulla ratione
„ competit eis inveſtigare; hæc poteſtas immun-
„ dis ſpiritibus ideo datur, ut per vaſa ſibi
„ apta, hoc eſt, pravos homines ſeducant, illos
„ ſcilicet, qui ſpernunt veritatem, & credunt
„ mendacio, & juxta Paulli ſententiam, ſanam 2. *Tit.* 4.
„ doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria
„ coacervabunt ſibi magiſtros prurientes au-
„ ribus, & a veritate quidem auditum avertent,
„ ad fabulas autem convertentur: onerati pec- 2. *Tit.* 3.
„ catis ducentur variis deſideriis, ſemper diſcen-
„ tes, numquam ad ſcientiæ veritatem perve-
„ nientes. Quemadmodum autem Jannes, &
„ Mambres reſtiterunt Moyſi; ita & iſti re-
„ ſiſtunt veritati: homines corrupti mente: re-
„ probi circa fidem; ſed ultra non proficient:
„ inſipientia enim eorũ manifeſta erit omnibus,

ſicut

,, ſicut & illorum fuit. Nec ideo quiſquam
,, credere debet, quoslibet magicis artibus a-
,, liquid facere poſſe ſine permiſſu Dei (qui
,, omnia, quæ fiunt, aut juſto judicio facit,
,, aut permiſſu ſuo ita fieri ſinit) quod præ-
Exod. 7. ,, dicti magi leguntur ſimilia feciſſe Moyſi,
,, qui virgam ſuam projecit, & converſa eſt in
,, draconem, projeceruntque ipſi ſingulas vir-
,, gas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones; ſed
,, devoravit virga Aaron virgas eorum: non
,, enim fuerunt creatores draconum nec ma-
,, gi, nec angeli mali, quibus miniſtris illa o-
,, perabantur. Inſunt enim rebus corporeis per
,, omnia elementa mundi quædam occultæ ſe-
,, minariæ rationes, quibus cum data fuerit op-
,, portunitas temporalis, atque cauſſalis, prorum-
,, punt in ſpecies debitas ſuis modis, & finibus:
,, & ſic non dicuntur angeli, qui iſta faciunt, a-
,, nimalium creatores, ſicut nec agricolæ ſegetū,
,, vel arborum, vel quorumcumque in terra
,, gignentium creatores dicendi ſunt; quamvis
,, noverint præbere quaſdam viſibiles oppor-
,, tunitates, & cauſſas, ut illa naſcantur. Quod
,, autem iſti faciunt viſibiliter, hoc illi invi-
,, ſibiliter. Deus vero ſolus unus eſt creator,
,, qui cauſſas ipſas, & ſeminarias rationes re-
,, bus inſeruit. Præterea quidam quærendum
,, putant, quomodo ſcriptura narrat, Pytho-
,, niſſam Samuelem Prophetam ſuſcitaſſe ad
1.Reg.28. ,, colloquium Saulis impiiſſimi regis, ſi Pytho-
,, nica divinatio errori magicæ artis deputan-
,, da ſit. Quibus ita reſponderi poteſt, indi-
,, gnum omnino facinus eſſe, ſi ſecundum ver-
,, ba Hiſtoriæ commodetur aſſenſus. Quomo-
,, do enim poterat fieri, ut arte magica attra-
,, heretur vir a nativitate ſanctus, & operibus
,, vitæ juſtus? aut ſi non attractus eſt, con-
,, ſenſit? Quod utrumque credere de juſto ad-
,, verſum eſt: ſi enim invitus adductus eſt,
,, nullum ſuffragium habet juſtitia: ſi autem
,, voluntarius, amiſit meritum ſpirituale, quod
,, poſitus in carne quæſierat: quod valde ab-
,, ſurdum eſt; quia qui hinc juſtus recedit,
,, permanet juſtus. Porro autem hoc eſt præ-
,, ſtigium ſatanæ, quo, ut plurimos fallat,
,, etiam bonos habere in poteſtate ſe confin-
,, git. Quod Apoſtolus inter cetera oſtendit di-
Cor. 11. ,, cens: *Ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum*
,, *lucis*: ut enim errorem faceret, in quo glo-
,, rificaretur, in habitu viri juſti, & nomine ſe
,, ſubornavit, ut nihil proficere ſpem, quam
,, prædicabant Dei cultores, mentiretur, quan-
,, do hinc exeuntes juſtos finxit in ſua eſſe po-
,, teſtate. Sed hoc quoſdam fallit, quod de mor-
1.Reg.31. ,, te Saulis, & filii ejus non ſit mentitus, quaſi
,, magnum ſit diabolo ante occaſum mortem
,, corporis prævidere, cum ſigna quædam ſo-
,, leant apparere morituris, quippe a quibus
,, Dei protectio amota videtur; quanto magis
,, a diabolo, quem angelica poteſtate ſublimem
,, prophetica oracula fuiſſe teſtantur, de cujus
Apoc. 5. ,, magnitudine Apoſtolus ait: *An ignoratis alti-*
,, *tudinem ſatanæ*? Quid mirum ergo, ſi imminen-
,, tem prope mortem potuit prævidere, cum
,, hoc ſit unde fallit, & ſe in Dei poteſtate vult
,, adorari? nam tanta hebetudine demens effe-
1.Reg.28. ,, ctus eſt Saul, ut ad Pythoniſſam confugeret:
,, depravatus enim cauſſa peccati, ad hoc ſe
,, contulit, quod damnaverat. Sed ſi quis pro-
,, pter hiſtoriam & ea, quæ verbis expreſſa ſunt,
,, putet non prætermittenda, ne ratio hiſtoriæ
,, inanis ſit, recte faciet quidem; ſi tamen iſtud
,, minime ad veri rationem rapiat, ſed ad vi-
,, ſum, & intellectum Saulis. Neque enim re-
,, probus factus bonum intellectum poterat ha-
,, bere: hiſtoricus enim mentem Saulis, & ha-
,, bitum Samuelis deſcripſit, ea, quæ dicta, &
,, viſa ſunt, exprimens, prætermittens ſi vera,
,, an falſa ſint. Quid enim ait: *Audiens in quo*
,, *habitu eſſet excitatus, intellexit*, inquit, *hunc*
,, *Samuelem eſſe*. Quid intellexerit, retulit, &
,, quia non bene intellexit, contra ſcripturam
,, alium adoravit quam Deum, & putans Sa-
,, muelem, adoravit diabolum, ut fructum
,, fallaciæ ſuæ haberet ſatanas. Hoc enim ni-
,, titur, ut adoretur quaſi Deus; ſi enim Sa-
,, muel illi vere apparuiſſet, non utique vir
,, juſtus permiſiſſet ſe adorari, qui prædicave-
,, rat Deum ſolum eſſe adorandum. Et quo-
,, modo homo Dei, qui cum Abraham in re-
,, frigerio erat, dicebat ad virum peſtilentiæ,
,, dignum ardore gehennæ: *Cras mecum eris?*
,, His duobus titulis ſubtilitatem fallaciæ ſuæ
,, prodidit improvidus ſatanas; quia & ado-
,, rari ſe permiſit ſub habitu, & nomine Sa-
,, muelis contra legem: & virum peccatis preſ-
,, ſum, cum magna diſtantia peccatorum, &
,, juſtorum ſit, cum Samuele juſtiſſimo futu-
,, rum mentitus eſt. Verum poteſt videri, ſi de
,, Samuelis nomine taceatur; quia Saul cum
,, Diabolo futurus erat: ad eum enim tranſmi-
,, gravit, quem adoravit. Semper ergo Diabo-
,, lus ſub velamine latens prodit ſe, dum ea
,, confingit, quæ horreant perſonis, per quas
,, fallere nititur. Si autem aliquis mihi oppo-
,, nit, & dicit: Quomodo, vel quando eveniunt
,, illa, quæ illi Divini prædicunt futura, aut
,, quomodo poſſunt ægris præbere medelam,
,, aut ſanis immittere ægritudinem, ſi aliquid
,, propriæ virtutis ac poteſtatis non habent?
,, Hoc a me recipiat reſponſum: Quod ideo
,, quiſquam non debet eis credere, quia ali-
,, quando eveniunt, quæ prædicunt, aut ſana-
,, re videntur languidos, aut lædere ſanos; quia
,, hoc permiſſu Dei fit, ut ipſi, qui hæc au-
,, diunt, vel vident, probentur, & appareat
,, qua fide ſint, vel devotione erga Deum,
,, ſicut in Deuteronomio legitur Moyſes ver- Deuter.13
,, bo Domini populo Dei præcepiſſe, ita di-
,, cens: *Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut*
,, *qui ſomnium dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſi-*
,, *gnum atque portentum, & evenerit quod locutus*
,, *eſt, & dixerit tibi: Eamus, & ſequamur Deos*
,, *alienos, quos ignoramus, & ſerviamus eis; non*
,, *audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris;*
,, *quia tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam*
,, *fiat, utrum diligatis eum, an non. In toto corde*
,, *veſtro, & in tota anima veſtra Dominum Deum*
,, *veſtrum ſequimini; ipſum timete; mandata ejus*
,, *cuſtodite; & audite vocem illius; ipſi ſervietis, &*
,, *ipſi adhærebitis: propheta autem ille, aut fictor*
,, *ſomniorum interficietur*. Ubi ſane intelligi vo- a.q.2.c.
,, luit etiam illa, quæ a divinantibus non ſe- Intelligēt.
,, cundum Deum dicuntur, ſi acciderint, quæ
,, dicuntur, non ſic accipienda, ut fiant,
,, quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ
,, coluntur ab eis. Nec præter ſuam poteſtatem
,, Deus oſtendit eſſe, quod contingunt iſta;
,, ſed quaſi quæreretur, cur ea permittat, cauſ-
,, ſam tentationis expoſuit, ad cognoſcendam
,, utique eorum dilectionem, utrum eam ha-
,, beant erga Deum ſuum, cognoſcendam ve-
,, ro ab ipſis potius, quam ab illo, qui ſcit o-
,, mnia, antequam fiant.

§. II.

§. II.

Quæ Divinatio eſt prohibita, quæ permiſſa.

REgulariter omnis divinatio, quocumque prædictorum modorum, vel alio ſimili fiat, prohibita eſt, & maledicta a Deo, & a ſancta Eccleſia tamquam idololatria, & infidelitas reprobata. Quum enim futura, quæ ſolius Dei ſunt, per tales ſuperſtitiones aliqui invenire laborant, divinitatis jura creaturis attribuunt.

Iſai. 48. Iſaias: *Priora, & noviſſima annunciate mihi, & dicam, quod Dii eſtis.*

Hierem. 27. Hieremias: *Nolite audire Prophetas veſtros, & divinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non ſervietis regi Babylonis, quia mendacium prophetizant vobis, ut longe faciant vos de terra veſtra, & ejiciant vos, & pereatis.*

Levit. 19. & 20. Levit. *Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia.*

Item in eodem: *Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.*

Num. 23. Item: *Non eſt augurium in Jacob, nec eſt divinatio in Iſrael.*

Ad Galat. 4. Item Apoſtolus quibuſdam talia ſervantibus: *Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte ſine cauſſa laboraverim in vobis.*

Act. 1. Item Dominus ait diſcipulis: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate.*

26. q. 2. c. Qui ſine ſalvatore. Item Auguſtinus: *Hæc vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum, in toto terrarum orbe plurimis ſæculis invaluit, & per inventiones eorum inventa ſunt haruſpicia, augurationes, & ipſa, quæ dicunt oracula, & necromantia.*

Item Auguſtinus, Cauſſa 26. quæſt. 7. cap. *Non obſervetis.*

August. „ NOn obſervetis dies, qui dicuntur Ægyptiaci, aut Kalendas Januarii, in quibus cantilenæ quædam, & comeſſationes, & ad invicem dona donantur quaſi in principio anni, boni fati augurio, aut aliquos menſes, aut tempora, dieſve, & annos, aut lunæ, ſoliſque curſum; quia qui has, & quaſcumque divinationes, aut fata, aut auguria obſervat, aut attendit, aut conſentit obſervantibus, inutiliter, & ſine cauſſa, magis ad ſui damnationem, quam ad ſalutem tendit: ſive qui per quoſdam numeros litterarum, & lunæ, & per Pythagoricam necromantiam, ægrotantium vitam, vel mortem, vel proſpera, vel adverſa futura inquirunt, ſive qui attendunt ſomnialia ſcripta, & falſo Danielis nomine intitulata, & ſortes, quæ dicuntur ſanctorum Apoſtolorum, & auguria avium, aut aliqua pro domo facienda, aut propter conjugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pyctaciola pro quavis infirmitate ſcripta ſuper homines, vel animalia ponunt, præter Symbolum, & orationem Dominicam, aut magicis falſitatibus in grandinariis tempeſtatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum euntes, aut ſuis domibus introducunt, ut interrogent; ſciant ſe Chriſtianam fidem, & baptiſmum prævaricaſſe, & ut Paganum, & apoſtatam, id eſt, retro abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei graviter in æternum incurriſſe, niſi Eccleſiaſtica pœnitentia emendatus, Deo reconcilietur. Dixit enim Apoſtolus: *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliquid aliud facitis, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite, in quo vivimus, movemur, & ſumus.* 1. Cor. 10. Act. 17.

Quid plura? hæc omnia condemnat, & abhortet ſancta Catholica Eccleſia, ut Cauſſa 26. q. 2. c. *Quod autem*, c. *Sors*, c. *Non ſtatim*, c. *Hi, qui.* c. *Non exemplo*, c. *Intelligi*, c. *Illud quod*, c. *Qui ſine*, c. *Illos*, c. *Sed & illud*, & q. 7. c. *Non licet*, c. *Si quis Kalendas*, c. *Admoneant*, c. *Non obſervetis*, c. *Quis exiſtimaret*. Extra, de ſortilegiis, c. *In tabulis*, & c. *Ex tuarum*, & c. *Eccleſia*. *v. ſupra. & infra.*

„ ILlud, quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum, partim ſuperſtitioſum eſt, partim non eſt ſuperſtitioſum. Superſtitioſum eſt, quidquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens, vel ad colendam, ſicut Deum, creaturam, partemve ullam creaturæ, vel ad conſultationes, & pacta quædam ſignificationum, cum dæmonibus placita, atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, quæ quidam commemorare potius, quam docere ſolent poetæ, ex quo genere ſunt, ſed quaſi licentiori vanitate, Aruſpicum, & Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſive in præcantationibus, ſive in quibuſdam notis, quas caracteres vocant, ſive in quibuſdam rebus ſuſpendendis, atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodammodo, non ad temperationem corporum; ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas, quæ eminentiori nomine Phyſicam vocant, ut quaſi non ſuperſtitionem implicare, ſed naturæ prodeſſe videantur: ſicut ſunt inaures in ſummo ſingularum aurium, aut de ſtruthionum oſſibus, anſulæ in digitis, aut cum dicitur tibi ſingultienti, ut dextra manu ſiniſtrum pollicem teneas. His adjungunt millia inaniſſimarum obſervationum: ſi membrum aliquod ſalierit, ſi junctim ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius intervenerit (& infra) Hinc ſunt etiam illa, limen calcare, cum ante domum ſuam tranſit, redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat, ſternutaverit; redire domum, ſi procedens offenderit; vel ſi veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuſpicionem futuri mali, quam præſens damnum dolere. Neque illi ab hoc genere ſuperſtitionis pernicioſæ ſegregandi ſunt, qui olim Genethliaci propter natalium conſiderationes dierum; nunc autẽ vulgo Mathematici vocantur. Nam & *ipſi* quamvis veram ſtellarum poſitionem, cum quiſque naſcitur, conſectentur, & aliquando etiam perveſtigent; tamen quia inde conantur vel actiones noſtras, vel actionum eventus prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miſerabilem ſervitutem (& infra cap. 23.) Hoc autem genus fornicationis animæ ſalubriter divina auctoritas non tacuit, neque ab ea ſic deterruit animam, ut propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicuntur a profeſſoribus eorum; ſed *etiam ſi dixerint vobis*, inquit, *& ita evenerit, ne credatis eis.* Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli regi vera prænunciavit, propterea talia ſacrilegia, quibus illa imago præſentata eſt, minus exſecranda ſunt; aut quia in actibus Apoſtolorum femina ventriloqua verum teſtimonium perhi- August. In lib. de doctrina Chriſt. c. 19. 20. & 21.

Digitized by Google

Act. 1.

,, bnit Apoſtolis Domini; ideo Paullus Apoſtolus pepercit ſpiritui illi, ac non potius feminam illius dæmonii correptione, atque excluſione mundavit. Omnes igitur artes hujuſmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & dæmonum, quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, penitus ſunt repudianda, & fugienda chriſtiano.

August. In lib. de civit. Dei.

,, QUi ſine ſalvatore ſalutem vult habere, & ſine vera ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe; non ſanus, ſed æger; non prudens, ſed ſtultus in ægritudine aſſidua laborabit, & in cæcitate noxia ſtultus & demens permanebit, ac proinde omnis inquiſitio, & omnis curatio, quæ a Divinis, & Magis, vel ab ipſis dæmoniis in Idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda eſt, quam vita: & qui ea ſectantur, ſi ſe non correxerint, ad æternam perditionem tendunt, Pſalmiſta dicente: *Omnes Dii Gentium dæmonia ſunt*, qui per deceptos homines, alios decipere quotidie geſtiunt, ut perditionis ſuæ eos faciant eſſe participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium ex traditione malorum angelorum in toto orbe terrarum plurimis ſæculis invaluit per quamdam ſcientiam futurorum, & infernorum, & per inventiones eorum inventa ſunt Aruſpicia, & Augurationes, & ipſa, quæ dicuntur oracula, & necromantia.

August. lib. 4. Confeſſion. c. 3

,, ILlos Planetarios, quos mathematicos vocant, plane conſulere non deſiſtebam, quod quaſi nullum eſſet ſacrificium, & nullæ preces ad aliquem ſpiritum ob divinationem dirigerentur; quod tamen chriſtiana, & vera pietas conſequenter repellit, & damnat.

Hieron. 1. Cor. 6.

,, SEd & illud adde: *Quoniam qui fornicatur, in corpus ſuum peccat*, non iſtud corpus ſolum, quod templum Dei effectum eſt, ſed illud, quod dicitur, quia omnis Eccleſia corpus Chriſti eſt, & in omnem Eccleſiam videtur delinquere, qui corpus ſuum commaculaverit, quia per unum membrum macula in omne corpus diffunditur. Eſt & illud opprobrium Ægypti, quod, ſi neglexeris etiam poſt Jordanis tranſitum, & poſt baptiſmi ſecundam circumciſionem, vetuſtæ conſuetudinis inſtione ſuggeritur, obſervare Auguria, requirere ſtellarum curſus, & eventus ex his futurorum rimari, ſervare ſomnia, ceteriſque hujuſmodi ſuperſtitionibus implicari. Idololatriæ namque mater eſt Ægyptus, ex qua certum eſt opprobria hujuſmodi pullulare: quæ ſi tranſito jam Jordane ſuſceperis, & his te laqueis rurſus illigaveris, tecum ſine dubio opprobria Ægypti trahis.

Martinus Bracharenſis c. 74.

,, NOn licet iniquas obſervationes agere Kalendarum, & otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos: omnis enim hæc obſervatio paganorũ eſt.

August. In Enchiridio c. 79

Gal. 4.

,, QUis exiſtimaret, quam magnum peccatum ſit dies obſervare, & menſes, & annos, & tempora (ſicut obſervant, qui certis diebus, ſive menſibus, ſive annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare, eo quod ſecundum vanas doctrinas hominum fauſta, vel infauſta exiſtiment tempora) niſi hujus mali magnitudinem ex timore Apoſtoli penſaremus, qui talibus ait: *Timeo, ne forte ſine cauſſa laboraverim in vobis*. (Item ſuper Epiſtolam ad Galatas) Intelligat lector ad tantum periculum animæ pertinere ſuperſtitioſas temporum obſervationes, ut dicat Apoſtolus: *Timeo, ne forte ſine cauſſa laboraverim in vobis*. Quod quamvis tanta celebritate, & auctoritate per orbem terrarum in Eccleſiis legatur; plena ſunt tamen conventicula noſtra hominibus, qui tempora rerum agendarum a Mathematicis accipiunt. Jam vero, ne aliquid inchoetur, aut ædificiorum, aut hujuſmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant, ſæpe etiam nos monere non dubitant.

Sed contra ſupradicta objicitur, quod Joſue præcepto Domini ſortibus exquiſivit peccatum Achan, quod commiſerat ſumens furtive regulam auream, & clamydem coccineam de anathemate Jerico. Item Saul ſorte deprehendit Jonatham filium ſuum comediſſe ſavum mellis contra edictum, quod ipſe poſuerat. Item Jonas quum fugeret a facie Domini, ſorte a Nautis deprehenſus eſt. Item Matthias ſorte in Apoſtolum, & Judæ ſucceſſorem electus eſt. Item ait Auguſtinus: Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubietate divinam indicans voluntatem. Cauſſa 26. quæſt. 1. cap. *Sors non eſt*. Extra, eodem titulo, cap. *Eccleſia*. *v. infra.*

Honor. III. Capitulo. Lucan.

,, ECcleſia veſtra Epiſcopo deſtituta, vos convenientes in unum, ut de futuri tractaretis electione Pontificis, unum elegiſtis ex vobis per ſortem, qui tres auctoritate veſtra elegit, per quos vice omnium Lucan. provideretur Eccleſiæ de paſtore, quorum duo tertium, Magiſtrum R. ſcilicet, elegerunt: quod expreſſe licebat eis ſecundum traditam a vobis omnibus poteſtatem. Procuratoribus igitur veſtris ſuper his, in noſtra præſentia conſtitutis, Nos tali examinato proceſſu, licet nota non careat, quinimmo multa reprehenſione ſit dignum, quod ſors in talibus intervenit (& infra) electionem celebratam de ipſo, ad gratiam confirmationis admittimus, ſortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes.

Ad exempla objecta dic, quod ante Evangelium hæc, & multa alia permittebantur, quæ tempore perfectionis diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Cauſſa 26. quæſt. 2. §. *Quod autem*, c. *Sors non eſt*, §. *His itaque*, c. *Non ſtatim*. *His qui*. *Non exemplo*.

Gratian.

,, Q*Uod autem ſortes exquirere peccatum non ſit, & exemplis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achan de anathemate furtim ſubripuiſſet, & ob ejus peccatum populus cæſus apud Hai hoſtibus terga dediſſet, præcepit Dominus Joſue, ut ſortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hoſtium cadere meruerat. Joſue præceptum accipiens miſit ſortes, primum ſuper Tribus, deinde ſuper familias, demum ſuper perſonas; & ita cecidit ſors ſuper Achan. Saul quoque cum pugnaſſet contra Philiſthæos, & juraſſet ſe interfecturum quemcumque, qui ante ſolis occaſum comederet de populo; ſorte deprehendit Jonatham filium ſuum mel comediſſe, quod ſceptro acceperat, quem cum morti tradere vellet, populo ſupplicante revocavit ſententiam. Jonas quoque cum a facie Domini fugeret, a nautis ſorte deprehenſus in mari dejectus, & a ceto eſt abſorptus. De Zacharia etiam legitur, quod ſorte exiit, ut incenſum poneret. Matthias vero a B. Petro ſorte in Apoſtolatum & Judæ ſucceſſorem eligitur. Quod ergo tantorum exemplis probatur, patet malum non eſſe. Unde etiam Auguſtinus, ait:* *Joſ. 7.*

,, Sors

Auguſt. in pſalm. Gratianus.

„ SOrs non eſt aliquid mali, ſed res in huma-
„ na dubietate divinam indicans voluntatem.
„ *His ita reſpondetur: Antequam Evange-*
„ *lium clareſceret, multa permittebantur, quæ tem-*
„ *pore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt elimina-*
„ *ta. Copula namque ſacerdotalis, vel conſangui-*
„ *neorum, nec legali, nec Evangelica, vel Apoſto-*
„ *lica auctoritate probibetur; Eccleſiaſtica tamen*
„ *lege penitus interdicitur. Sic & ſortibus nihil ma-*
„ *li ineſſe monſtratur; probibetur tamen fidelibus,*
„ *ne ſub hac ſpecie divinationis, ad antiquos idolola-*
„ *triæ cultus redirent. Unde quibuſdam conſtellatio-*
„ *nes & futurorum ſigna cuſtodientibus Apoſtolus*
„ *ait:* Dies obſervatis & menſes, & tempora, &
„ annos, unde timeo, ne forte ſine cauſſa la-
„ boraverim in vobis. *Sic & Aſtronomia, ſeu &*
„ *aſtrologia apud catholicos in deſſuetudinem abiit:*
„ *quia dum propria curioſitate his nimis erant in-*
„ *tenti, minus vacabant his, quæ ſaluti animarum*
„ *erant accommodata. Quod autem ſortibus credi*
„ *non oporteat, Hieronymus teſtatur.*

Hieron. Super Jonam.

„ NOn ſtatim debemus ſub exemplo Jonæ
„ ſortibus credere, vel illud de actibus
„ Apoſtolorum huic teſtimonio copulare, ubi
„ ſorte Matthias in Apoſtolatum eligitur; cum
„ privilegia ſingulorum non poſſint facere le-
„ gem communem.

Auguſt. ad Inquiſ. Januarii Epiſt. 19.

„ HI, qui de paginis Evangelicis ſortes le-
„ gunt, etſi optandum eſt, ut id potius
„ faciant, quam ad dæmonia conſulenda concur-
„ rant; tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetu-
„ do, ad negotia ſæcularia & ad vitæ hujus va-
„ nitatem, propter aliam vitam loquentia di-
„ vina oracula velle convertere.

Beda Super act. Apoſt. ad c. 1.

„ NOn exemplo Matthiæ, vel quod Jonas
„ propheta ſorte deprehenſus ſit, indiſ-
„ ferenter ſortibus eſt credendum, cum privi-
„ legia ſingulorum, ut Hieronymus ait, com-
„ munem legem omnino facere non poſſint (&
„ infra) Si qui tamen neceſſitate aliqua compulſi,
„ Deum putant ſortibus exemplo Apoſtolorum
„ conſulendum eſſe; videant, hoc ipſos Apoſto-
„ los, non niſi collecto fratrum cœtu, & pre-
„ cibus ad Deum fuſis, egiſſe.

Ad illud Auguſtini dicas, quod ſors non eſt aliquid mali, verum eſt in ſua natura; tamen prohibetur, quia propter aſſiduitatem labitur talis in idololatriam, ſicut de juramento & perjurio. Supra de juram. & perj. §. *Cauſſa inſtitutionis*. Unde ſi eſſet cauſſa honeſta, & ſubeſſet neceſſitas; ut ſi eſſet contentio de electione aliquorum, & eſſet paritas utrobique in omnibus; credo, quod exemplo Matthiæ poſſent fieri ſortes: & hoc ait Beda dicens: *Si qui neceſſitate aliqua compulſi Deum putent ſortibus exemplo Apoſtolorum eſſe conſulendum; videant, hoc ipſos Apoſtolos, nonniſi collecto fratrum cœtu & precibus ad Deum fuſis, egiſſe*, 26. q. 2. *Non exemplo*. *v. ſupra.*

Item quum quædam civitas eſſet obſeſſa & dubitaret clerus, qui deberent fugere, & qui manere, conſultus Auguſtinus, reſpondit, ſorte illud eſſe decidendum.

Item non condemnantur hic ruſtici, qui ſervant tempora ad ſeminandum, vel arbores incidendas, vel ſimilia, quæ certam & naturalem habent rationem, quare ita debeant fieri. Item de phyſicis circa medicinas dandas, & ſimilia, de quibus certa, & manifeſta ratio reddi poteſt ſecundum Phyſicam. Probantur hæc, 26. q. 2. c. *Illud*, Verſ. *Ad hoc etiam genus* &c. *v. ſupra.*

Item ſi aliquis, vel aliqua medicinalem harbam colligit cum ſymbolo Divino, vel oratione Dominica, vel ſcribit in charta ſymbolum, vel orationem Dominicam, ut ponat ſuper aliquem infirmum, ut ſic in iſtis tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur, non reprobatur; dummodo nulla alia ſuperſtitioſa obſervantia miſceatur. Cauſſa 26. quæſt. 5. cap. *Non liceat*, & quæſt. 7. cap. *Non obſervetis*. *v. ſupra.*

Ex Conc. Martini Papæ.

„ NOn liceat chriſtianis tenere traditiones
„ gentilium, & obſervare vel colere ele-
„ menta, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut
„ inanem ſignorum fallaciam, pro domo fa-
„ cienda, aut propter ſegetes vel arbores plan-
„ tandas, vel conjugia ſocianda: ſcriptum eſt
„ enim: *Omnia, quæ facitis aut in verbo aut in* *Coloſſ. 3.*
„ *opere, omnia in nomine Domini noſtri Je-*
„ *ſu Chriſti facite, gratias agentes Deo*. Nec
„ in collectionibus herbarum, quæ medicinales
„ ſunt, aliquas incantationes liceat attendere,
„ niſi tantum cum ſymbolo divino, aut ora-
„ tione Dominica, ut tantum Deus creator o-
„ mnium & Dominus honoretur.

---

§. III.

Qua pœna puniantur Sortilegi, vel Divini.

PŒna talium eſt multiplex; ſunt enim infames, nec debent recipi ad Euchariſtiam, ſi notorium eſt peccatum, ſicut nec Hiſtriones. De conſec. Diſt. 2. cap. *Pro dilectione*. *v. Indict. c. & can:*

Item non debent admitti ad accuſationem, 2. quæſt. 8. c. *Quiſquis*.

Eutych. Papa Epiſc. Siciliæ Epiſt. 2.

„ QUiſquis eſt ille, qui crimen intendit,
„ in judicium veniat, nomen rei indicet,
„ vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiæ ſi-
„ militudinem (habita tamen dignitatis æſti-
„ matione) patiatur, nec impunitam fore ſibi
„ noverit licentiã mentiendi, cum calumniantes
„ ad vindictã poſcat ſimilitudo ſupplicii (& infra)
„ Qui vero ad ſortilegos, magoſque cõcurrerint,
„ nullatenus ad accuſationem ſunt admittendi.

Item debent excommunicari, 26. q. 5. fere per totam, ſeu c. *Si quis*, c. *Qui divinationes*, c. *Non liceat*, §. *Si quis*, 2. c. *Non oportet*, c. *Aliquanti*, c. *Sortes*, c. *Pervenit ad nos*, c. *Si quis*, 3. & c. *Auguriis*.

In Decr. Greg. Junioris.

„ SI quis Ariolos, Haruſpices, vel Incanta-
„ tores obſervaverit, aut phylacteriis eo-
„ rum uſus fuerit, anathema ſit.

Ex Conc. Ancyrani 23.

„ QUi divinationes expetunt, & morem
„ gentilium ſubſequuntur, vel in domos
„ ſuas hujuſmodi homines introducunt, exqui-
„ rendi aliquid arte malefica, aut expiandi cauſ-
„ ſa; ſub regula quinquennii jaceant ſecundum
„ gradus pœnitentiæ diffinitos.

Ex Conc. Martini Papæ cap. 72.

„ NOn liceat... Si quis autem paganorum
„ conſuetudinem ſequens, Divinos & Sorti-
„ legos in domum ſuam introduxerit, quaſi ut
„ malum foras mittant, aut maleficia inveniant,
„ vel luſtrationes paganorum faciant; quinque
„ annis pœnitentiam agant. Mulieribus quo-
„ que chriſtianis non liceat in ſuis lanificiis vani-
„ tatem obſervare; ſed Deum invocent adjuto-
„ rem, qui eis ſapientiam texendi donaverit.

Ex Conc. Laodicen. c. 36.

„ NOn oportet ſacris officiis deditos, vel cle-
„ ricos, magos, aut incãtatores exſiſtere, aut
„ facere phylacteria, quæ animarum ſuarum vin-
„ cula comprobantur: hos autem, qui talibus
„ rebus utuntur, projici ab Eccleſia juſſimus.

Ex Conc. Tolet. 4. c. 28.

„ SI quis Epiſcopus, aut presbyter, vel Diaco-
„ nus, vel quilibet ex ordine clericorum
„ Magos, aut Haruſpices, aut Incantatores, aut

Digitized by Google

„ Ariolos, aut certe Augures, vel Sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum ſimilia exercentes conſuluiſſe fuerit deprehenſus, ab honore dignitatis ſuæ ſuſpenſus, monaſterii curam ſuſcipiat, ibique pœnitentiæ perpetuæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegii ſolvat.

Ex Conc. *Agathen. c. 42.* „ ALiquanti Clerici, ſive Laici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ religionis per eas, quas ſanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur: aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Hæc quicumque clericus, aut laicus detectus fuerit vel conſulere, vel docere, ab Eccleſia habeatur extraneus.

Leo IV. *Epiſc. Britanniæ c. 4.* „ SOrtes, quibus cuncta vos in veſtris diſcriminatis judiciis (quod Patres damnaverunt) nihil aliud, quam divinationes, & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus illa omnino damnari, & inter chriſtianos ultra nolumus nominari, & ne exerceantur, ſub anathematis interdicto prohibemus.

Gregor. *Hadriano notario lib. 9. Epiſt. 47.* „ PErvenit ad nos, quod quoſdam Incantatores, atque ſortilegos fueris inſecutus: & omnino nobis ſollicitudinem, zelumque tuum gratum fuiſſe cognoſcas (& infra) Studii enim tui ſit ſollicita quærare, & quoſcumque hujuſmodi Chriſti inimicos inveneris; diſtricta ultione corrigere.

Ex Conc. *Aurelianenſi p. 1. c. 31.* „ SI quis clericus, Monachus, vel ſæcularis divinationes, vel auguria crediderit obſervanda, vel ſortes, quas mentiuntur eſſe ſanctorum, quibuſcumque putaverint intimandas, cum his, qui eis crediderint, ab Eccleſiæ communione pellantur.

Ex Conc. *Carthagin. 4. c. 89.* „ AUguriis, vel incantationibus ſervientem, ſimiliter Judaicis ſuperſtitionibus, vel feſiis inhærentem, a conventu Eccleſiæ ſeparandum præcipimus.

Item ſi poſt admonitionem, vel excommunicationem noluerint ſe corrigere, ſi ſervi ſunt, debent verberibus caſtigari; ſi liberi, debent in carcerem includi; vel utrique ſunt, de Parochia turpiter dehoneſtati, id eſt, tonſurati, vel decalvati ejiciendi: & hoc poteſt Epiſcopus ſua auctoritate facere; dum tamen caveat a detruncatione membri, morte, & ſanguinis effuſione; vel ſi neceſſe ſit, invocet brachium ſæculare, 26. quæſt. 5. cap. *Contra idolorum*, & Diſt. 17. cap. *Nec licuit*.

Gregor. „ COntra idolorum cultores, vel Haruſpices, atque Sortilegos fraternitatem tuam vehementius paſtorali hortamur invigilare cuſtodia, atque publice in populo contra hujus rei viros ſermonem facere, eoſque a tanti labe ſacrilegii, & Divini intentione judicii, & præſentis vitæ periculo adhortatione ſuaſoria revocare. Quos tamen, ſi emendare ſe a talibus nolle repereris, ferventi comprehendere zelo te volumus: & ſi quidem ſervi ſunt, verberibus, cruciatibuſque, quibus ad emendationem pervenire valeant, caſtigare: ſi vero ſunt liberi, incluſione digna, diſtrictaque ſunt in pœnitentiam redigendi, ut qui ſalubria, & a mortis periculo revocantia audire verba contemnunt, cruciatus ſaltem eos corporis ad deſideratam mentis valeat reducere ſanitatẽ.

Gregor. *Papa.* „ NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem ſynodum congregare; ſed quoties aliqua de univerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut ſponte hi, qui ſalutem animæ ſuæ deſiderant, ad Apoſtolicam ſedem pro recipienda ratione conveniant, aut ſi forte (ſicut de talibus ſcriptum eſt: *Peccator cum pervenerit in profundum malorum, contemnit*, ita obſtinati & contumaces exſtiterint, ut doceri non velint, eus ab eiſdem ſedibus Apoſtolicis aut attrahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut (ne aliorum perditio eſſe poſſint) ſecundum canones per ſæculares oportet opprimi poteſtates.

Secundum leges capite puniuntur, C. de Mal. & Math. *Nemo*.

---

§. IV.

Breves circa ſortilegos, & divinos quæſtiones.

QUid de ſacerdotibus, vel religioſis, quibus vaſa vel ornamenta Eccleſiæ, vel ſimilia furtive ſubrepta ſunt, vel de Laicis, quibus res propriæ furto ſublatæ ſunt, numquid poterunt inveſtigare per inſpectionem Aſtrolabii, vel ſimili? *Prima.*

Ad hoc dicas ſecundum omnes, quod ſi ſit ibi invocatio dæmonum, vel aliud ſuperſtitioſum, nullo modo licet, immo graviſſime peccat quicumque facit. Extra eodem titulo, cap. *Ex tuarum*, ubi quum quidam, licet juvenili ſimplicitate, & bono zelo hæc feciſſet, fuit tamen ſuſpenſus ab officio, & beneficio.

Alex. III. *Graden. Patriarc.* „ EX tuarum tenore Litterarum accepimus, quod V. Presbyter eum quodam inſame ad privatum locum acceſſit, non ea intentione, ut vocaret dæmonium, ſed ut inſpectione Aſtrolabii furtum cujuſdam Eccleſiæ poſſet recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, & ſimplicitate ſe feciſſe proponat; id tamen graviſſimum fuit & non modicam inde maculam peccati contraxit (& infra) Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quod per annum & amplius, ſi tibi viſum fuerit, eum ab altaris miniſterio præcipias abſtinere: & ex tunc liberum ſit ei exercere officium ſacerdotis.

Si autem talis inſpectio fieret ſimpliciter per aſtronomiam; non invocatis dæmonibus, nec alio ſuperſtitioſo adjuncto, forte poſſet admitti; argomento a contrario ſenſu præallegatæ decretalis, & Diſt. 37. cap. *Si quis artem*. *v. Indicã.*

Et ita dicunt quidam; tamen in eodem decreto dicitur, quod licet quadriviales artes in ſe contineant veritatem; tamen, quia non ſunt ſcientia pietatis, non eſt eis ſtudendum.

Quid de ſacerdotibus, qui cauſſa doloris permoti, aut altare veſtibus ſacris exuunt, aut qualibet alia lugubri veſte operiunt, aut conſueta luminaria ſubtrahunt, aut altare, aut crucifixum ſpinis circumdat? Quid etiam de illis, qui pro vivis ſcienter cantant Miſſam defunctorum, vel ſub nomine illorum, quos oderunt, ſe veſtium cum exſequiis mortuorum in medio Eccleſiæ ponunt, vel alia ſimilia faciunt, ut illi citius moriantur?

Ad hoc dico, quod ſi aliquod prædictorum fiat propter odium privatum, graviſſime peccat qui facit; & niſi per legitimam pœnitentiam ſe purgaverit, debet deponi. Si autem propter cauſſam communem, puta quia metuit contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubverſionem fidei, vel hoſtilitatem ſuffert, vel obſidionem, vel divinorum judiciorum ſenten-

tiam

tiam metuit; & ideo qui tale quid fecit, non dicitur peccare; quia in tali facto plus humilitatis, qua Deus placatur, quam interni livoris doloſitas declaratur: hoc etiam tenet conſuetudo Eccleſiæ, unde ſolet cantare: *Deus, venerunt gentes*, & in ſignum triſtitiæ in die Veneris ſancti altaria ſpoliare.

Hæc tamen diſtinctio ſallit in iis, qui pro vivis ſcienter celebrant officium mortuorum: nam tales ſi ſuerint detecti, indiſtincte debent deponi, & ad agendam pœnitentiam, tam ipſe ſacerdos, qoam qui eum ad hoc incitavit, debent exilii perpetui ergaſtulo, ſive Monaſterio relegari. Hoc totum habes expreſſe io concilio Toletano, 26. q. 5. e. *Quicumque*.

Concil. *Toletanū c. 27.* ,, QUicumqua ſacerdotum, vel miniſtrorum
,, deinceps cauſſa doloris cujuslibet vel ama-
,, ritudinis permotus, aut altare divinum veſti-
,, bus ſacris exuere præſumſerit, ant qualibet
,, alia lugubri veſte accinxerit, ſen etiā conſueta
,, luminariorum ſacrorum obſequia de templo
,, Dei ſubtraxerit, & exſtingui præceperit, ſi eum
,, antea veræ pœnitudinis coram Metropolitano
,, ſatisfactio nō purgaverit, ignobilitati perpetuæ
,, mancipatus juxta ſuperiorum ſententiam Do-
,, mini, loci ſui dignitate ſe noverit & honore
,, privari; illis procul dubio perſonis ab hac ul-
,, tionnm ſenteotia ſeparatis, quæ aut conta-
,, minationem ſacrorum ordinum, vel ſubver-
,, ſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilita-
,, tem, vel obſidionem perferentes, ſeu etiam
,, divinorum jodiciorum ſententiam metuentes,
,, talia ſeciſſe contigerit: in quorum facto plus
,, humilitas, qua Deus placatur, quam inter-
,, ni livoris doloſitas declaratur. Plerique etiam
,, ſacerdotum ſauciati inimicitiæ dolo, Miſſam
,, pro requie defunctorum promulgatam ſallaci
,, voto pro vivis ſtudent celebrare hominibus,
,, non ob aliud, niſi nt is, pro qno ipſum of-
,, ſertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libami-
,, nis intervento, mortis incurrat periculum.
,, Proinde noſtræ elegit nnanimitatis con-
,, ventus, ut ſi quis deinceps talia perpetraſſe
,, fuerit detectus, a propril deponatur ordinis
,, gradn, & tam ipſe ſacerdos, quam etiam il-
,, le, qui eom ad talia peragenda incitaſſe per-
,, penditur, exilii perpetoi ergaſtulo religen-
Gratianus. ,, tur. *Ex præmiſſis auctoritatibus colligitur, quod*
,, *Arioli, Haruſpices, Incantatores, & Sortilegi,*
,, *atque ceteri hujuſmodi ſectatores ab Eccleſia*
,, *ſunt eliminandi, & niſi reſipuerint, perpetuo ex-*
,, *communicandi*.

Tertia. Quid de quibuſdam ſceleratis mulieribus, qui credunt ſe, & profitentur cum Diana Dea paganorum nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper qnaſdam beſtias, & multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, ejuſque joſſionibus obedire, velut Dominæ, & certis noctibus ad ejus ſervitium evocari aſſerunt, & ab illis aliquas creaturas in melius vel in deterius poſſe immutari, aut in aliam ſpeciem vel ſimilitudinem transformari?

De his dicit concilium Aquienſe, qood non a divino Spirito, ſed maligno talia phantaſmata mentibus fidelium irrogantur. Diabolus anim qoum animam alicujus per talem credulitatem ſubjugaverit ſibi, transformans ſe in diverſarum perſonarum ſpecies, atque ſimilitudines, & mentē, qnam captam tenet, multipliciter deludit, nec debet aliquis vel aliqua in tantam venire ſtultitiam, ut credant hæc omnia, quæ in ſomnis & ſpiritu tantum fiunt, etiam in corpore accidere, quum etiam Paullus non audeat aſſerere, quod fuerit captus in corpore; quicumque ergo talia crediderit, vel aſſeruerit, procul dubio infidelis eſt, & pagano deterior, 26. q. 5. e. *Epiſcopi*, de verbo ad verbum, ut ſupra.

Item qoum dictum ſit ſupra, fidem non eſſe habendam in auguriis, ſortibus & ceteris ſpeciebus divinationis; quomodo ſrequenter eveniunt ea, quæ prædicunt? quomodo etiam tales homines ſæpe liberant ægros, & imminunnt ægritudines?

Aguſtinus movet hanc quæſtionem & ſolvit dicens: hoc fieri permiſſu Dei, ut illi, qui hoc audiunt & vident, probentnr in quali fide ſunt erga Deum; & hoc probat auctoritate Deuter. 13. *Si ſurrexerit in medio tui propheta, aut* Aug. 18. de Civit. Dei c. 17.
qui ſomnium dicat ſe vidiſſe, & prædixerit ſignum atque portentum, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſerviamus eis; non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat, ſcilicet ipſis, qui tentantur, & aliis hominibus, non autem Deo, *quia ipſa ſcit omnia, antequam fiant, utrum diligatis eum, aut non*, 26. q. 5. c. *Nec mirum*, circa fin. v. pag. 103

TITULUS XII.

De feriis, & feſtis, & diebus Jejuniorum.

DIctnm eſt ſupra de Sortilegis & Divinis, qui ea, quæ ſunt Dei, quantnm in eis eſt, uſurpare præſumunt, conſequenter de feriis ſolemnibos, ſive ſeſtis, in quibus debitus honor ipſi Deo a pleriſque ſubtrahitur, videndum eſt: ubi nota, qoare dicantur feriæ; qualiter diſtinguantur; quid in eis agi debeat, vel non.

---

§. I.

Cur feriæ dicantur, & qualiter diſtinguantur.

DIcuntur feriæ, quaſi foriæ, eo qnod præſtant vacationem ab iis, quæ agi in foro conſueverant: vel dicuntur feriæ, qnia feſtivæ.

Feriarnm aliæ ſunt temporaneæ; ut quæ daotur pro fructibus colligendis, & ſnnt dnorum menſium: aliæ repentinæ; ut quæ daotur a Principe ob rem proſpere geſtam; vel qnia devicit Saracenos, vel Hæreticos; vel quia natus eſt ei filius: aliæ ſolemnes, ſive feſtivæ. Primas antem duas ſpecies relinqnentes laborantibus in mundo, aut diſceptantibus in foro, de tertia proſequemur.

Sunt ergo feriæ ſolemnes, ſive feſtivæ, præcipuæ feſtivitates per circulum anni, videlicet, Nativitas Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangeliſtæ, Octava Domini, Epiphania, Purificatio S. Mariæ, ſanctom Paſcha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio Domini, Pentecoſtes cum duobus ſequentibus, S. Joann. Baptiſtæ, 12. Apoſtolorum, & maxime ſanctorum Petri, & Paulli, qui mundum ſua prædicatione illuminaront, S. Laurentii, Aſſumtio S. Mariæ Virginis, Nativitas S. Mariæ, Eccleſiæ dedicatio, S. Michaelis Archangeli, Dedicatio cujoſcum-

Digitized by Google

cumque oratorii; & omnium ſanctorum, S. Martini, & illæ feſtivitates, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cum populo collaudaverint, quæ vicinis tantum circũ morantibus indicendæ ſunt, non generaliter omnibus. Hoc autem intellige de ſanctis Canonizatis auctoritate Eccleſiæ Romanæ; quia Epiſcopus non poſſet per ſe aliquem ſanctum canonizare. Extra, de reliq. & vener. Sanct. c. *Audivimus*.

Alex. III.
„ AUdivimus, quod quidam inter vos diabo-
„ lica fraude decepti, hominem quemdam
„ in potatione & ebrietate occiſum, quaſi ſan-
„ ctum more infidelium venerantur, cum vix
„ pro talibus in ebrietate peremtis Eccleſia per-
„ mittat orare: dicit enim Apoſtolus: *Ebrioſi* (Epheſ. 5.)
„ *regnum Dei non poſſidebunt*. Illum ergo non
„ præſumatis de cetero colere, cum etiam ſi
„ per eum miracula fierent, non liceret vobis
„ ipſum pro ſancto abſque auctoritate Romanæ
„ Eccleſiæ venerari.

Reliquas vero feſtivitates per annum non ſunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi.

Indictum vero jejunium, quandu fuerit denunciatum, ab omnibus obſervetur. Hæc ita ſcripta ſunt, & determinata in concilio Lugdunenſi, de conſecrat. Diſt. 3. c. *Pronunciandum*.

Concil. *Lugdun.*
„ PRonunciandum eſt Laicis, ut ſciant tem-
„ pora feriandi per annum, id eſt, omnẽ Do-
„ minicam a veſpera uſque ad veſperam, ne Ju-
„ daiſmo capiantur. Feriandi vero per annum
„ iſti ſunt dies. Natalis Domini, S. Stephani,
„ S. Joannis Evangeliſtæ, Innocentum. S. Sylve-
„ ſtri, Octava Domini, Theophaniæ, Purificatio
„ S. Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdoma-
„ da, Rogationes tribus diebus, Aſcenſio Do-
„ mini, ſancti dies Pentecoſtes, S. Joan. Ba-
„ ptiſtæ, 12. Apoſtolorum, maxime tamen SS. Pe-
„ tri & Paulli, qoi muodum ſua prædicatio-
„ ne illuminaverunt, S. Laurentii, Aſſumtio S.
„ Mariæ, Nativitas S. Mariæ, Eccleſiæ Dedi-
„ catio, S. Michaelis Archangeli, Dedicatio
„ cujuſcumque oratorii, & omnium ſancto-
„ rum, & S. Martini, & illæ feſtivitates, quas
„ ſinguli Epiſcopi in ſuis Epiſcopatibus cum
„ populo collaudaverint, quæ vicinis tantum
„ circum morantibus indicendæ ſunt, non gene-
„ raliter omnibus: reliquas vero feſtivitates per
„ annum non ſunt cogendi ad feriandum, nec
„ prohibendi. Indictum vero jejunium, quan-
„ do fuerit denunciatum, ab omnibus obſervetur.

Item ſtatuit & præcepit Euſebius propter feſtum Inventionis ſanctæ crucis, videlicet quinto nonas Maji, ſolemniter celebrari. De conſecr, diſt. 3. c. *Crucis*.

Euſebius *Papa* *Epiſt.* 2.
„ CRucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ
„ nuper nobis gubernacula S. Romanæ Ec-
„ cleſiæ tenentibus, quinto nonas Maji inventa
„ eſt, in prædicto Kalendarum die inventionis
„ feſtum vobis ſolemniter celebrare mandamus.

Et nota, quod non fit ibi mentio Annunciationis S. Mariæ, quum tameo ſit celebre feſtum, nec de Conceptione ejuſdem. *

* Hic quædam de conceptione B. Mariæ V. in editione data Romæ an. 1625, fuere eliminata, de quibus in præfatione.

De diebus autem Dominicis, certum eſt inter ſummas & præcipuas feſtivitates contineri, unde in decalogo mandavit Dominus: *Memento, ut diem ſabbati ſanctifices*. Sed ſorte dicet aliquis, non de die Dominica præceptum eſt, ſed de ſabbato: ad hoc reſponden: Quod dictum eſt de ſabbato, tenendum eſt, poſt reſurrectionem Domini, de Dominica: ſabbatum enim non debemus ab illo tempore colere, ne videamur judaizare & prædicatores Antichriſti eſſe. Dominicam autem colere debemus propter honorem, & gaudium reſurrectionis Dominicæ. Gregorius Romanus:

Gregor. *Dilectiſſ. civibus Romæ lib.* 11. *Epiſt.* 3.
„ PErvenit ad me, quoſdam perverſi ſpiritus
„ homines prava inter vos aliqua, & ſanctæ
„ fidei adverſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbati ali-
„ quid operari prohiberent, quos, quid aliud ni-
„ ſi Antichriſti prædicatores dixerim, qui ve-
„ nieos diem ſabbatum, atque Dominieum ab
„ omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori
„ ſe, & reſurgere ſimulat, haberi in veneratio-
„ ne vult Dominicum diem; & quia populum
„ judaizare compellit, ut exteriorem ritum le-
„ gis revocet, & ſibi Judæorum perfidiam ſub-
„ dat, coli vult ſabbatum. De conſecr. diſt. 3.
„ c. *Pervenit*, & in ſeq. c. *Sabbata*, ubi dicitur:

Innocen. *Papa* *Epiſt. ad Decentiũ.*
„ DIem Dominicum ob venerabilem reſurre-
„ ctionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, non
„ ſolum in Paſcha celebramus; verum etiam
„ per ſingulas hebdomadas ipſius diei imaginem
„ frequentamus.

Item S. Apollonius: *Die dominica nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum: nulla operatio in illa ſancta die agatur, niſi tantum hymnis & pſalmis & Canticis ſpiritualibus illa dies tranſigatur*. De conſec, diſt. 3. c. *Jejunia ſane*.

Item tanta eſt excellentia hujuſmodi diei, quod in nullo alio die poteſt Epiſcopus conſecrari: quod patet, ſicut ait Leo Papa,

Tum ex conſuetudine, tum ex Apoſtolorum doctrina, qui tali die impoſuerunt manus Paullo & Barnabæ ex Spiritus ſancti præcepto, quum mitteret eos ad prædicandum Evangelium: & ſubjungit rationem dicens: *Quia tantis divinarum diſpenſationum myſteriis eſt conſecrata, ut quidquid inſigne a Domino eſt inſtitutum in terris, in hujuſmodi dignitate diei ſit geſtum; in hac mundus ſumſit exordium; in hac per reſurrectionem & mors interitum, & vita accepit initium*. Diſt. 75. c. *Quod diei*.

Item Sabbatum, quo Dominus dicitur requieviſſe ab omni opere &c. & quod amplius Dominus in lege præcepit cuſtodiri, partim fuit cæremoniale, partim morale præceptum? Cæremoniale fuit quoad hoc, quia erat figura illius ſabbati magni, in quo Chriſtus requievit poſtea in ſepulchro. Morale in hoc, quia erat ceſſandum ab omni opera ſervili, & vacandum orationi, & operibus ſpiritualibus, ſecundum quod cæremoniale debuit ſervari ad litteram quouſque venit veritas, ſecundum quod morale ſemper fuit, & eſt ſervandum, non tamen eſt in ſabbato ſolemnizandum ad litteram, ne videamur judaizare, non credentes filiom Dei incarnatum. Apoſtolus ad Coloſſ. 2. *Nemo vos judicet in cibo, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum. Corpus autem Chriſti*, id eſt, veritas hujus umbræ, *eſt Chriſti*, id eſt, ad Chriſtum pertinet, vel ſignificat corpus Chriſti, vel quod ſumſit de Maria Virgine, vel quod eſt Eccleſia; & multum diſputat ſuper hoc Apoſtolus ad Hebræos 3. & 4.

Item Dominus in Joan. 5. Judæis quærentibus eum interficere, eo quod hominem ſanaſſet in ſabbato, ait: *Pater meus uſque modo operatur, & ego operor*: & hunc intellectum probat Gregorius dicens: *Hoc, quod per prophetam, & in lege Deus præcepit de ſabbato tenendo, tamdiu teneri potuit, quamdiu legem juxta litteram licuit cuſtodiri: & poſtquam venit Chriſti gratia, præcepta legis, quæ juxta litteram data ſunt, ſervari non poſſunt: nam ſi quis dicit hoc de ſabbato eſſe ſervandum, dicat carnalia*

ſacri-

Digitized by Google

Pervenit non eſt hodie in corpore decretal. v. ſupra.

ſacrificia perſolvenda, dicat præceptum de circumciſione adhuc eſſe tenendum. Extra de feriis, c. *Pervenit*. Hoc etiam dicit præallegatum Concilium Lugdunenſe. De conſec. diſt. 3. c. *Pronunciandum eſt laicis, ut ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, omnem diem Dominicam a veſpera uſque ad veſperam, ne Judaiſmo capiantur*; quis ergo dubitet, jam non ſabbatum, ſed diem Dominicum eſſe colendum, quod per Spiritum Sanctum a tot ſanctis Patribus ſtatutum eſt, & obtentum?

---

§. II.

Quid in his diebus feſtivis agi debeat, vel non.

v. ſupra.

IN diebus feſtivis debent homines vacare hymnis, & orationibus, & Canticis Spiritualibus. De conſec. diſt. 3. c. *Jejunia*.

Item prædicationi, & virtutibus, & regulari diſciplinæ magis quam in aliis diebus. Extra, de vita, & hon. Cleric. c. *Cum decorem*, de ſtatu Monach. c. *Cum ad Monaſterium*, de feriis, c. *Licet*.

INNOC. III.

„ CUm decorem domus Dei (& infra) Interdum ludi fiunt in Eccleſiis theatrales, & non ſolum ad ludibriorum ſpectacula introducuntur in eis monſtra larvarum, verū etiam in aliquibus feſtivitatibus, Diaconi Presbyteri, & Subdiaconi inſaniæ ſuæ ludibria exercere præſumunt (& infra) Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus, ne per hujus turpitudinem Eccleſiæ inquinetur honeſtas, prælibatam ludibriorum conſuetudinem, vel potius corruptibilem, curetis a veſtris Eccleſiis exſtirpere.

INNOC. III. *Abbati & conventui Sublacen.*

„ CUm ad Monaſterium... In refectorio vero nullus omnino carne veſcatur, nec in quibuſdem ſolemnitatibus (ſicut aliquando fieri conſuevit) conventus exeat cum Abbate, paucis ibi relictis, ut extra refectorium edant carnes, cum illis diebus præcipue regularis diſciplina ſit ſtudioſius obſervanda.

ALEX. III. *Triburien. Archiep.*

„ LIcet tam veteris, quam novi Teſtamenti pagine ſeptimum diem ad humanā quietem ſpecialiter deputaverit, & tam eum, quam alios dies majeſtati altiſſimæ deputatos, necnon natalitia ſanctorum Martyrum Eccleſia decreverit obſervande, & in his ab omni opere ſervili ceſſandum (& infra) Indulgemus, ut liceat parœcianis veſtris diebus Dominicis, & aliis feſtis (præterquam in majoribus anni ſolemnitatibus) ſi alecia terræ ſe inclinaveriot, eorum captioni ingruente neceſſitate intendere, ita quod poſt factam capturam, Eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.

Ut autem in iſtis poſſint melius vacare, debent abſtinere ab omni opere ſervili, non ſolum a peccato, quod proprie ſervile dicitur, eo quod faciat hominem ſervum Diaboli, ſed etiam a mechanicis, & agricultura, & ab aliis ſæcularibus, videlicet ut mercatum non fiat, nec placitum, nec aliquis ad mortem judicetur, vel ad pœnam, nec Sacramenta præſtentur, niſi pro pace facienda, vel alia neceſſitate, De conſec. diſt. 3. c. *Rogationes*. Extra, de feriis, c. *Omnes*. Cauſſa 15. q. 4. c. 1. 2. & 3. ſeu c. *Nullus*, c. *Placita*, & c. *Nullus*.

Ex Conc. *Aurelian.* Suadetur, nō præcipitur, & quælibet Provincia in ſuo ſenſu abundat.

„ ROgationes, id eſt, litanias ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum jejunium, in Dominicæ Aſcenſionis ſolemnitate ſolvatur, per quod triduum ſervi, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs univerſa conveniat; quo triduo omnes abſtineant, & etiam quadrageſimalibus cibis utantur.

Ex Conc. *Apud Compendium.*

„ OMnes dies Dominicos a veſpere in veſperam cum omni veneratione decernimus obſervari, & ab omni illicito opere abſtinere, ut in eis mercatum minime fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur, nec Sacramenta (niſi pro pace, vel alia neceſſitate) præſtentur.

Ex Conc. *Tarracon. c. 4.*

„ NUllus Epiſcoporum aut Presbyterorum, vel Clericorum die Dominico propoſitū cujuſcumque cauſſæ negotium audeat ventilare, niſi hoc tantum, ut Deo ſtatuta ſolemnie peragant: ceteris vero diebus convenientibus perſonis illa, quæ juſta ſunt, habent licentiam judicandi, excepto criminali.

Ex Conc. *Apud Erphorfurt. habito, præſente rege Henrico.* Hæc tamen hodie non ſervat Eccleſia.

„ PLacita ſæcularia Dominicis diebus, vel aliis præcipuis feſtis, ſeu etiam in his diebus, in quibus legitime jejunia celebrantur ſecundum canonicam conſtitutionem minime fieri decernimus. Inſuper etiam ſancta Synodus decrevit, ut nulla judiciaria poteſtas licentiam habeat ſua auctoritate chriſtianos ad placitum bannire in ſupradictis diebus, id eſt, ſeptem diebus ante Natalem Domini uſque ad octavas Epiphaniæ, & a quinquageſima uſque ad octavas paſchæ, & ſeptem dies ante nativitatem S. Joann. Baptiſtæ. quatenus adeundi Eccleſiam, orationibuſque vacandi liberius habeatur facultas.

HADRIAN. *Papa*

„ NUllus Epiſcopus, vel infra poſitus die Dominico cauſſas judicare præſumat.

Item de his mechanicis, & ſæcularibus expreſſit Dominus, Exod. 20. in mandato dicens: *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua; ſeptima autem die ſabbatum eſt Domini Dei tui. Non facies ullum opus tu, & filius tuus, & filia tua, ſervus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena, qui eſt inter portas tuas.*

Item non debemus flectere genua, niſi in duobus caſibus; unus, quum celebratur Epiſcopi conſecratio, vel ordinatio Clericorū: tunc enim conſecrans, & conſecratus tantum genua flectere poſſunt, ſecundum quod modus conſecrationis requirit. Alius, quum quis ex devotione in ſecreto vult flectere genua. Extra, de feriis, c. *Quoniam*.

ALEX. III.

„ QUoniam in parte.... Diebus autem Dominicis, & aliis præcipuis feſtivitatibus ſive inter Paſcha, & Pentecoſtem, genuum flexio nequaquam debet fieri, niſi aliquis ex devotione id velit facere in ſecreto. In conſecrationibus autem Epiſcoporum, & Clericorum ordinationibus conſecrans, & conſecratus tantum genua flectere poſſunt, ſecundum quod modus conſecrationis requirit.

Poteſt addi tertius modus, ſcilicet, quum ex devotione flectit quis genua in elevatione corporis Chriſti, quod etiam obtinet de conſuetudine.

De jejunio autem, quia quædam jura videntur prohibere, quædam vero videntur permittere, dicit Hieronymus, quod unaquæque provincia abundat in ſuo ſenſu. Diſt. 76. cap. *Utinam*.

HIERON. *Ad Lucin. Epiſt. 28.*

„ UTinam omni tempore jejunare poſſemus: quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec hoc dico, quod Dominicis diebus jejunandum eſſe putem, & contextas quinquaginta diebus ferias, & ſolemnitates auferam, ſed unaquæque Provincia in ſuo ſenſu abundat, & præ-

„ cepta

,, cepta Maiorum leges Apoſtolicas arbitretur.

Et Auguſtino interroganti pro matre ſua, reſpondit Ambroſius: *Quum Romam venio, jejuno ſabbato; quum Mediolani ſum, non jejuno ſabbato; ſic & tu, & ad quamcumque forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalum, nec quemquam tibi.*

Quando autem debemus incipere feſtum, vel finire, regulariter dicitur, quod a veſpera in *v. ſupra.* veſperam. Extra, de feriis, cap. *Omnes*. Tamen feſtorum initium & finis juxta eorum qualitatem, & juxta diverſarum regionum conſuetudines conſiderari debent, & magnitudo dierum exigit celebrari; ſic prius incipere, & tardius debere terminari vera ratione videtur. Extra, de fer. cap. *Quoniam*.

Alex. III. ,, QUoniam ex parte (& infra) Licet ſcriptum
,, ſit, de veſpera ad veſperam celebrabitis
,, ſabbata veſtra; feſtorum tamen principium
,, & finis juxta eorum qualitatem, & diverſa-
,, rum regionum conſuetudinem debet atten-
,, di, & ſicut magnitudo dierum exigit, prius
,, incipere, & tardius terminari.

Caſus. Numquid tenet ſententia, vel proceſſus judicialis, qui in prædictis feriatis, ob diei reverentiam, diebus exercetur?

Dico quod non, etiam ſi partes conſentiant, niſi neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat; & hoc in diebus expreſſis. Extra, de feriis, c. *Conqueſtus*.

Greg. IX. ,, COnqueſtus eſt nobis (& infra) Quamvis
,, non prorogari, ſed expediri deceat quæ-
,, ſtiones; debet tamen judicialis ſtrepitus diebus
,, conquieſcere feriatis, qui ob reverentiam Dei
,, noſcuntur eſſe ſtatuti, ſcilicet Natalis Domi-
,, ni, S. Stephani, S. Joann. Evangeliſtæ, Inno-
,, centum, S. Silveſtri, Circumciſionis, Epipha-
,, niæ, 7. diebus Dominicæ paſſionis, Reſurrectio-
,, nis cum 7. ſequentibus, Aſcenſionis, Penteco-
,, ſtes, cum duobus qui ſequuntur, Nativitatis
,, Joannis Baptiſtæ, feſtivitatum omnium Virgi-
,, nis glorioſæ, 12. Apoſtolorum, & præcipue
,, Petri, & Paulli, B. Laurentii, Dedicationis B.
,, Michaelis, ſolemnitatis omnium Sanctorum,
,, ac diebus Dominicis, ceteriſque ſolemnitati-
,, bus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus
,, cum clero & populo duxerint ſolemniter ve-
,, nerandas: quibus utique ſolemnibus feriis (niſi
,, neceſſitas urgeat, vel pietas ſuadeat) uſque ad-
,, eo convenit ab hujuſmodi abſtinere, ut con-
,, ſentientibus etiam partibus, nec proceſſus ha-
,, bitus teneat, nec ſententia, quam contingit
,, diebus hujuſmodi promulgari; licet diebus fe-
,, riatis, qui gratia vindemiarum, vel Meſſium
,, ob neceſſitates hominum indulgentur, proce-
,, di valeat, ſi de partium proceſſerit voluntate.

Caſus. Quid, ſi urgeat neceſſitas, vel arare, vel fructus colligere in diebus Dominicis, & aliis feſtis, propter periculum hoſtium, qui in aliis diebus caperent, vel occiderent eos?

Satis videtur, quod tunc poſſit Eccleſia indulgere illis, qui juſtum habent bellum, & qui tanta neceſſitate arctantur, operari in diebus Dominicis, & aliis feſtis, præterquam in maioribus anni ſolemnitatibus, & etiam tunc, ſi major appareret neceſſitas ad victum ſuum, & ſuſtentationem neceſſariam acquirendam; ita tamen, ut de illis ſtudeant pro poſſe largiores eleemoſynas *v. ſupra.* erogare. Extra, de feriis, c. *Licet*, cauſſa 23. q. 8. *& pag. 94.* c. *Si nulla*. Et quia neceſſitas non habet legem, & propter talem neceſſitatem famis excuſatur etiam aliquis a furto, quandoque a toto, quandoque a tanto, prout major, vel minor eſt fames, de conſec. diſt. 5. c. *Diſcipulos*, de furtis, c. *Si quis*.

,, DIſcipulos, cum per ſegetes tranſeundo Ex Dictis
,, evellerent ſpicas, & ederent, ipſius Chri- *Apollonii*
,, ſti vox innocentes vocat, quia coacti fame *Matth. 12.*
,, hoc fecerunt.

,, SI quis propter neceſſitatem famis, aut nu- Ex Pœn.
,, ditatis furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pe- *Theodori.*
,, cus; pœniteat hebdomadas tres: & ſi reddide-
,, rit, non cogatur jejunare.

TITULUS XIII.

De Sacrilegiis.

POſtquam dictum eſt de criminibus, quæ in Deũ directe, ac principaliter committuntur, conſequenter agendum eſt de his, quæ indirecte committuntur in Deum; & primo de Sacrilegio. Videndum eſt ergo quid ſit ſacrilegium; quibus modis committatur; & quæ ſit pœna ſacrilegii.

§. I.

Quid eſt Sacrilegium, & quibus modis committitur.

SAcrilegium eſt ſacræ rei violatio, vel ejuſdem uſurpatio: dicitur autem ſacrilegium, quaſi *ſacrilædium*, id eſt, ſacrum lædens, quia ſacrum læditur.

Committitur autem Sacrilegium quandoque ratione loci, quandoque ratione perſonæ, quandoque ratione rei. Ratione perſonæ, quum quis verberat Clericum, vel religioſam perſonam. Cauſſa 17. quæſt. 4. c. *Quiſquis*.

,, QUiſquis inventus fuerit reus ſacrilegii .... Joan.
,, Sacrilegium committitur, ſi quis infrege- VIII.
,, rit Eccleſiam, vel 30. Eccleſiaſticos paſſus, qui in *Omnib.*
,, circuitu Eccleſiæ fuerint, vel domos, quæ intra *Epiſc.*
,, prædictos paſſus fuerint, aliquid inde deripiẽdo,
,, vel auferendo: ſeu qui injuriam, vel ablationem
,, rerum intulerit Clericis arma non ferentibus
,, vel Monachis, ſive Deo devotis, omnibuſque
,, Eccleſiaſticis perſonis. Capellæ, quæ ſunt intra
,, ambitum murorum caſtellorum non ponun-
,, tur in hac 30. paſſuum obſervatione. Simi-
,, liter ſacrilegium committitur, auferendo ſa-
,, crum de ſacro vel non ſacrum de ſacro, ſive
,, ſacrum de non ſacro...

Ratione loci, quum Eccleſiæ, vel cœmeterii immunitates violantur. Ratione rei, quum res conſecrata, vel ſacro uſui deputata uſurpatur. Unde circa hoc membrum ultimum diſtinguitur ſic: ſacrilegium committitur auferendo de ſacro ſacrum, ſive non ſacrum de ſacro, ſive ſacrum de non ſacro, 17. q. 4. c. *Quiſquis*. *v. ſupra.*

Large tamen dicitur committere ſacrilegium tranſgreſſor juris publici, quod conſiſtit in ſacris, & Sacerdotibus, & magiſtratibus, de quo habes Diſt. 1. c. *Jus publicum*.

,, JUs publicum eſt in ſacris, & Sacerdotibus, & Isidorus.
,, magiſtratibus.

Item qui articulos fidei, id eſt, præcepta, vel prohibitiones Dei negligendo vel neſciendo violat, & offendit. Item qui diſputat de judicio Principis, vel Judicis; & hoc, niſi evidenter cõſtaret illud eſſe contra Deum. Item qui publica officia committit Judæis. Item quicumque rem datam Eccleſiæ retinuerit, vel acceperit contra ejus voluntatem.

Digitized by Google

tem. Cauſſa 17. q. 4. c. *Si quis ſuadente*, §. *Qui autem*, & c. *Nemini*, & c. *Conſtituit*, & c. *Sacrilegium*, & 12. q. 2. c. *Nulli*.

Innoc. II. „ SI quis ſuadente... *Qui autem de Eccleſia...*
„ *committunt etiam Sacrilegium, qui contra di-*
„ *vinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo committunt,*
„ *aut negligendo violant, & offendunt; aut qui de*
„ *principali judicio diſputant, dubitantes an is di-*
„ *gnus ſit, quem Princeps elegerit, vel qui intra Pro-*
„ *vinciam, in qua provinciales, & cives habea-*
„ *tur, officium gerendæ ac ſuſcipiendæ adminiſtra-*
„ *tionis deſiderant, C. lib. 9. tit. de crimine ſacri-*
„ *legii.*

Nicolaus Papa Omnibus Epiſcopis. „ NEmini eſt de ſedis Apoſtolicæ judicio ju-
„ dicare, aut illius ſententiam retractare
„ permiſſum; videlicet propter Romanæ Eccle-
„ ſiæ primatum Chriſti munere in B. Petro A-
„ poſtolo divinitus collatum. *Sacrilegii quoque*
„ *reatum incurrit, qui Judæis publica officia cõmittit.*

In Tolet. Concil. 4. v. pag. 27. „ COnſtituit ſanctum concilium, ut Judæi,
„ aut qui ex Judæis ſunt, officia publica nul-
„ latenus appetant, quia ſub hac occaſione Chri-
„ ſtianis injuriam faciunt, &c.

Gregor. Sabino ſubdiac. „ SAcrilegium, & contra legem eſt, ſi quis,
„ quod venerabilibus locis relinquitur, pra-
„ væ voluntatis ſtudiis tentaverit ſuis compen-
„ diis retinere.

Bonifac. Papa. „ NUlli licet ignorare: omne quod Domino
„ conſecratur, ſive fuerit homo, ſive ani-
„ mal, ſive ager, vel quidquid ſemel fuerit con-
„ ſecratum, ſanctum ſanctorum erit a Domino,
„ & ad jus pertinebit Sacerdotum: propter quod
„ Inexcuſabilis erit omnis, qui a Domino & Ec-
„ cleſia, cui competunt, aufert, vaſtat, & inva-
„ dit, vel eripit; & uſque ad emendationem Ec-
„ cleſiæque ſatiſfactionem, ut ſacrilegus judice-
„ tur, & ſi emendare noluerit, excommunicetur.

---

§. II.

De pœna Sacrilegii.

POEna Sacrilegii ſecundum leges eſt decapitatio, ſi perſonæ Eccleſiaſticæ atrox injuria fiat. C. de Epiſcopis, & Cler. *Si quis in hoc*. Alioquin judicis arbitrio reſervatur pro qualitate perſonæ, rei, temporis, & loci diverſitate moderanda, ff. ad L. Jul. pecul. l. *Lege*, & l. *Sacrilegii*.

Secundum Canones duplex eſt pœna. Alia ſpiritualis, alia pecuniaria. Spiritualis, præter pœnitentiam, eſt excommunicatio; cum diſtinctione tamen: quia pro ſacrilegio in perſonam commiſſo eſt major excommunicatio ipſo jure; pro ſacrilegio vero in rebus commiſſo eſt minor excommunicatio, exceptis quibuſdam caſibus, in quibus eſt major excommunicatio; ut quum quis incendit Eccleſiam, vel frangit, ut plene invenies infra de ſent. excomm. §. *Utraque excommunicatio*. Pecuniaria vero qualis, & quanta, ſit, & cui perſolvenda tam pro ſacrilegio cõmiſſo in perſona, quam commiſſo in rebus, legitur Cauſſa 17. q. 4. c. *Si quis in atrio*, & c. *Si quis contumax*, & c. *Quiſquis inventus*, & c. *Si quis deinceps*.

Ex Conc. Triburien. „ SI quis in atrio Eccleſiæ pugnam commit-
„ tit, aut homicidium fecerit, quidquid pro
„ immunitate violata emendandum eſt, altario
„ ſolvatur, cujuſcumque fuerit illa Eccleſia.

Ex eodem c. 20. „ SI quis contumax, vel ſuperbus timorem
„ Dei, vel reverentiam ſanctarum Eccleſiarũ
„ non habuerit, & fugientem ſervum ſuum, vel
„ quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio Eccle-
„ ſiæ, vel de porticibus Eccleſiæ quolibet mo-
„ do adhærentibus, per vim abſtraxerit, pro
„ immunitate nongentos ſolidos Epiſcopo com-
„ ponat, & ipſe publica pœnitentia juxta ju-
„ dicium Epiſcopi mulctetur.

„ QUiſquis inventus fuerit reus ſacrilegii, Joann. V. Omnib. Epiſc.
„ Epiſcopis vel Abbatibus, ſive perſonis,
„ ad quos querimonia ſacrilegii juſte pertinue-
„ rit, 30. libras examinati argenti puriſſimi com-
„ ponat. *Item*. Si quis domum Dei violaverit,
„ & aliqua ſine licentia illius, cui commiſſa eſ-
„ ſe dignoſcitur, inde abſtulerit, vel Eccleſiaſti-
„ cis perſonis injuriam fecerit, donec in con-
„ ventu admonitus legitime ſatisfaciat, ſciat ſe
„ communione privatum. *Si* vero poſt ſecun-
„ dam & tertiam conventionem coram Epiſco-
„ po ſatiſfacere detrectaverit, ſacrilegii pericu-
„ lo ab omnibus obnoxius teneatur, ita ut ſe-
„ cundum Apoſtolum, nemini fidelium miſcea- 1. Cor. 5.
„ tur. *Item*. Si qui Monaſteria, & loca Deo di-
„ cata, & Eccleſias infringunt, & depoſita, vel
„ alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum no-
„ vies componant, & immunitatem tripliciter,
„ & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubju-
„ gantur.

„ SI quis deinceps Priorum, aut cujuſcumque Alex. II.
„ dignitatis, vel cujuſcumque ordinis laico-
„ rum Epiſcopum comprehenderit, percuſſe-
„ rit, aut aliqua vi a propria ſede expulerit, niſi
„ forte judicatum canonice; auctores, & coo-
„ peratores tanti ſceleris anathematizentur, &
„ bona eorum Eccleſiæ ipſius juri perpetuo tra-
„ dantur. Si vero in presbyterum, vel in quem-
„ cumque inferiorum graduum Clericum, hæc
„ eadem præſumſerit, canonicæ pœnitentiæ at-
„ que depoſitioni ſubjacebit; & ſi contumax
„ fuerit, excommunicetur.

TITULUS XIV.

De Immunitate Eccleſiæ, Cœmeterii, Perſonarum, & regularum ad eas pertinentium.

DIximus de ſacrilegio, nunc videndum de immunitate Eccleſiæ, quid ipſa ſit; unde dicatur; quam immunitatem habeat Eccleſia, vel res Eccleſiæ; quæ pœna violantium immunitatem.

---

§. I.

Quid ſit immunitas, unde dicatur, & qua gaudet Eccleſia.

IMmunitas eſt privilegium Eccleſiaſticæ libertatis, vel perſonarum, vel regularum ad eam pertinentium.

Dicitur immunitas, vel emunitas, quia extra munia, *id* eſt, munera, & officia, a quibus ſunt immunes Eccleſiæ, ut infr. eodem §. *Eccleſiarum*.

Ipſa Eccleſia, id eſt, ipſe locus conſecratus, habet immunitatem, ut nullus ibi per vim abſtrahatur, niſi in caſibus, videlicet, ſi ille, qui confugit ad Eccleſiam, ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum; talis enim extrahi poteſt de Eccleſia, etiam non præſtita impunitate, Cauſſa 17. q. 4. c. *Sicut antiquitus*, Extra eodem titulo, c. *Inter alia*.

Nicolaus Papa Omnibus Epiſ.

,, SIcut antiquitus a ſanctis Patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, ut major Eccleſia per circuitum 40. paſſus habeat: capellæ vero, vel minores Eccleſiæ 30. qui autem confinia earum confringere tentaverit, aut perſonam hominis, vel bona ejuſdem inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Innoc. III *Illuſtri regi S. ſuæ*

,, INter alia (& infra) Tuis quæſtionibus reſpondentes juxta ſacrorum ſtatuta canonſi, & traditiones legum civilium, ita duximus diſtinguendum, quod fugiens ad Eccleſiam, aut liber, aut ſervus exſiſtit; ſi liber, quantumcumque gravia maleficia perpetraverit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra & vitam. Super hoc tamen, quod inique fecit, eſt alias legitime puniendus: & hoc verum eſt, niſi publicus latro fueric, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidiis; ab Eccleſia extrahi poteſt, impunitate non præſtita, ſecundum canonicas ſanctiones. Si vero ſervus fuerit, qui confugerit ad Eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua dominus ejus Clericis juramentum præſtiterit, ad ſervitium domini ſui redire compellitur etiam invitus; alioquin a domino poterit occupari.

De talibus videtur intelligendum quod præcepit Dominus in Exod. 21. *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo avellas eum, ut moriatur.*

Hæ decretales non concludunt, niſi a ſimili. v. Indic. Alex. III.

Item ſi in ipſa Eccleſia commiſit homicidium, vel aliud maleficium: tunc enim non debet defendi ab Eccleſia, quam eam violaverit, Arg. Cauſſa 12. q. 2. c. *De vero*. Et extr. de appell. c. *An ſit deferendum*. Extra, de uſuria, c. *Quia fruſtra legit auxilium invocat, qui committit in legem.*

Indignum enim eſt ab Eccleſia ſubveniri per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari. Ext. ne Clerici, vel monachi ſæcul. negot. ſe immiſc. c. *Sacerdotibus*, cauſſa 17. q. 4. c. *Frater*.

Eugenius *Papa Lucæ Epiſc.*

,, SAcerdotibus, & Clericis tuis denuncier publice, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exſiſtant quod ſi poſtmodum facere præſumſerinc, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſſam deprehendatur in fraude; indignum eſt ei ab Eccleſia ſubveniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.

Gelasius *Victori, Conſtantino, Feliciſſimo Martyrio, Sereno, & Timotheo Epiſc.*

,, FRater, & Coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatū, & Maurū Beneventanæ municipes civitatis in contumeliā religionis acerba nimis, & plectibili contumacia proſiluiſſe: qui confugientem ad Eccleſiæ ſepta curialem ſuum, nec illic quidem tutū, aut de injuria ſua ſecurū eſſe dimiſerunt, auſi irruptione temerariæ mentis admittere, quod nec poteſtatibus quidem, vel principibus umquam licuit perpetrare, ut hominem in ſanctuariis conſtitutum (captata ſacerdotis abſentia) reluctantem reclamantemque violenter abſtraherent, quos (quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit) merito indignos eſſe ſacra communione judicavit: & ſi re vera tanti facinoris conſtat admiſſum, noſtra etiam auctoritas in hac parte conſentit: neque enim jure ad ſupplicandum debet admitti, qui admittere ſacrilegium non dubitavit: nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata utrumque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio, ut & humilitatem ſibi vendicet, & furorem: & ideo, fratres cariſſimi, ſupradictos, ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus Parochiarum veſtrarum Eccleſiis noſtræ præceptionis auctoritate prohibete; ut non ſolum hi, qui in injuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probātur, merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam, verum etiam ceteri a tali præſumtione ultionis iſtius timore revocentur.

Quidam tamen non admittunt caſum iſtum propter iſtam decretalem, *Inter alia*. Quæ non excipit, niſi duos caſus, ut ſupra in eodem §. ſed expreſſum eſt hodie quantum ad illos, qui in Eccleſia vel cœmeterio committunt homicidium, vel mutilationem membrorum; quia ſperant ſe defendi ab Eccleſia, alias non comiſſuri. Ext. eod. titulo, c. *Immunitatem*.

Gregor. IX. *Tolet. & Compoſtellano Archiep.*

,, IMmunitatem Eccleſiaſticam (& infra) Nonnulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes, homicidia & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, vel earum cœmeteriis committere non verentur: qui niſi per Eccleſiam, ad quam confugerint, crederent ſe defendi, nullatenus fuerant commiſſuri, (& infra) Cum autem in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat, & fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem; mandamus, quatenus publice nuncietis tales non debere gaudere immunitatis privilegio, quo faciunt ſe indignos.

Item ſi ſit ſervus, qui præſtita a Domino ſatiſdatione de impunitate, non vult inde exire. Cauſſa 17. q. 4. c. *Id conſtituimus*, & extr. eodem, c. *Inter alia*.

v. ſupra. Ex Conc. *Aurelian. c. 3. & 5.*

,, ID conſtituimus obſervandum, quod Eccleſiaſtici canones decreverunt, & lex Romana conſtituit, ut ab Eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad Evangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri, ita ut ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conveniat: quod ſi ſacramenta ſua convictus fuerit violaſſe, reus perjurii, non ſolum a communione Eccleſiæ, vel omnium clericorum, verum etiam a catholicorum convivio ſeparetur. Quod ſi is, cui reus eſt, noluerit ſibi intentione faciente componi, & ipſe reus actus timore de Eccleſia diſceſſerit, ab Eccleſiæ clericis non quæretur. Servus etiam, qui ad Eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi a domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſervitium domini ſui redire cogatur, & poſtquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa, qua excuſatur, probatus fuerit pertuliſſe, pro contemtu Eccleſiæ & prævaricatione fidei, a communione & convivio catholicorum extraneus habeatur. Si vero ſervus pro ſua culpa ab Eccleſia defenſatus ſacramenta Domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem, a Domino liceat occupari.

Item ea, quæ ibidem, id eſt in Eccleſia poſita ſunt, nec per vim, nec per furtum inde ſunt auferenda: & qui abſtulerit, ut ſacrilegus judicatur. Cauſſa 17. q. 4. c. *Sicut qui*.

Pius Papa *Epiſt. a Italis.*

,, SIcut qui Eccleſiam Dei devaſtat, & eius prædia, & donaria ſpoliat, & invadit, fit ſacri-

,, ſacrilegus; ſic ille qui ejut ſacerdotes inſequi-
,, tur, ſacrilegus judicatur (& infra) Non ergo
,, gravius peccatum eſt fornicatio quam ſacri-
,, legium: & ſicut majus peccatum eſt, quod in
,, Deum committitur, quam quod in hominem;
,, ſic gravius eſt ſacrilegium agere quã fornicari.

ExConcil. Meguntiaco 1. Item quod *nullus mortuus intra ipſam ſepeliatur, niſi Epiſcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, aut fideles Laici.* Cauſſa 13. q. 2. c. *Nullus*, ut ſupra.

Laicos autem fideles intelligit quidam a fidei virtute, adeo quod faciant miracula: alii de quolibet laico fideli; ita tamen quod eius fides & bonitas fuarit manifeſta.

Item quod in choro non morentur laici cum clericis. Extra de vit. & hon. Cler. c. 5. ſeu, *Ut laici*, & C. de ſacroſ. Eccl. c. *Nemo*.

ExConc. Maguntino. ,, UT laici ſecus altare, quando ſacra myſte-
,, ria celebrantur, ſtare vel ſedere inter
,, clericos, tam ad vigilias quam ad miſſas non
,, præſumant: ſed pars illa, quæ cancellis ab al-
,, tari dividitur, tantum pſallentibus pateat cle-
,, ricis, ad orandum vero, & communicandum
,, laicis & fœminis (ſicut mos eſt) pateant San-
,, cta Sanctorum.

Item quod in ſæculare habitaculum de cetero non convertatur, ſicut nec vaſa, nec cortinæ, nec veſtimenta, nec cetera ornamenta debent pollui nuptiarum conviviis, vel aliis ſæcularibus uſibus, ne tranſgredientes ſentiant ultionem, quæ Balthaſar Regem percuſſit, Daniel. 5. de conſec. diſt. 1. c. *Ligna*, & quinque c. ſequentibus, & extra, de Relig. dom. c. *Ad hæc*.

Iginus Papa. ,, LIgna Eccleſiæ dedicatæ non debent ad aliud
,, opus jungi, niſi ad aliam Eccleſiam, vel
,, igni ſunt comburenda, vel ad profectum in Mo-
,, naſterio fratribus; in laicorum vero uſum
,, non debent admitti.

Urbanus IV. Ariminen. Epiſc. ,, AD hæc (& infra) Inquiſitioni tuæ taliter
,, reſpondemus, quod ſi locus ad hoſpitalita-
,, tis uſum, & pauperum proviſionem fuerit (ſicut
,, mos eſt) auctoritate Pontificis deſtinatus, cum
,, ſit religioſus, non debet mundanis uſibus de-
,, putari: ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, &
,, aliis utenſilibus ad cultum religionis per Pon-
,, tificem deputatis antiqua conſuetudo indubi-
,, tanter obſervat, & venerabilium Patrum e-
,, docent ſanctiones.

Item quod non poſſunt vendi, niſi pro captivorum redemtione. Auth. de alien. & emphit. *§. De ſacris autem*.

Item de domibus Eccleſiarum, & multo magis in Eccleſia, placita ſæcularia non ſunt facienda, maxime de cauſſa ſanguinis. Extr. eod. cap. 5. ſeu, *Ut in domibus*, & cap. *Cum Eccleſia*.

ExSynod. Joannis Papæ. ,, UT in domibus Eccleſiarum, neque miſſus,
,, neque comes, vel judex publicus, vel mi-
,, niſter, quaſi pro conſuetudine placitum, vel
,, hoſpitium vendicent; ſed in publicis locis do-
,, mos conſtituant, in quibus placitum teneant,
,, & etiam hoſpitentur.

Eugenius III. ,, CUm Eccleſia Dei ſecundum Evangelicam
,, veritatem domus orationis eſſe debeat,
,, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum;
,, ſæculares judices cauſſas, ubi de ſanguinis effu-
,, ſione, & corporali pœna agitur, in Eccleſiis
,, vel cœmeteriis agitare, ſub interminatione a-
,, nathematis prohibemus: abſurdum enim eſt,
,, & crudele, ibi judicium ſanguinis exerceri,
,, ubi eſt tutela refugii conſtituta.

Item ludi Theatrales cum larvis & ſimilibus inhoneſtis prohibentur fieri in Eccleſia. Extr. de vit. & honeſt. Cler. c. *Cum decorem*. *v. pag. 511*

Eamdem immunitatem habet cœmeterium ipſius Eccleſiæ, ut ex eiſdem capitulis colligi poteſt, niſi in duobus caſibus poſitis ſupra eodem §. verſ. *Item quod nullus*, & verſ. ſequenti, *Item quod in choro*.

Item immunitates iſtæ videtur, quod debent intelligi de Eccleſiis conſecratis. Cauſſa 17. q. 4. c. *Quiſquis inventus*, & 19. q. 3. c. *Quæ ſemel*, de conſecrat. diſt. 1. c. *Ligna*. *v. pag. 513. & 515. v. Indic.*

In Calca Concilio, c. 24. ,, QUæ ſemel ſunt dedicata monaſteria cum
,, conſilio Epiſcoporum, maneant perpe-
,, tuo monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent,
,, Monaſteriis reſervari oportet, nec poſſe ea
,, ultra fieri ſæcularia habitacula: qui vero per-
,, miſerint hoc fieri, ſubjaceant his condemna-
,, tionibus, quæ per Canones conſtitutæ ſunt.

Tamen propter magnum periculum, quod inde ſequeretur, quum paucæ Eccleſiæ conſecratæ ſint reſpectu aliarum, & quia ex hoc honor Eccleſiæ vilifieret, & diminueretur devotio laicorum, expreſſum eſt hodie, etiam de non conſecratis. Extr. eod. c. *Eccleſiæ*.

Gregor. IX. Senonen. Epiſc. ,, ECcleſiæ, in qua divina myſteria celebrantur,
,, licet adhuc non exſtiterit conſecrata, nul-
,, lo jure privilegium immunitatis adimitur,
,, quia obſequiis divinis dicata, nullius eſt te-
,, merariis auſibus profananda.

Hoc autem intelligo, ſi auctoritate Epiſcoporum in ſuis diœceſibus ſunt ædificatæ, arg. extr. de relig. domibus, c. *Ad hæc*. *v. ſupra.*

Item palatium Epiſcopi habet eamdem immunitatem quoad confugientes ad ipſum, ut ibi habeant defenſionem juxta formam prædictam, 17. q. 4. c. *Id conſtituimus*. Quod intelligunt quidam ſimpliciter; alii quando palatium eſt juxta Eccleſiam, Arg. diſt. 41. c. *Epiſcopus*. *v. pag. 195*

Ex Conc. Carthag. 4. ,, EPiſcopus vilem ſupellectilem, & menſam,
,, ac victum pauperem habeat, & dignitatis
,, ſuæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat.
,, Hoſpitium quoque non longe ab Eccleſia ha-
,, beat.

---

§. II.

De perſonarum Eccleſiaſticarum immunitate,

ECcleſiarum perſonæ, clerici, & converſi, & ſervi Canonicorum clericorum non debent fatigari angariis, id eſt, ſervitutibus perſonarũ, nec perangariis, id eſt, ſervitutibus perſonarum, & rerum, ſcilicet quas fecit quis ſua perſona & ſumtu. C. de Epiſc. & cler. *Omnes Presbyteros*, 12. q. 2. c. *Eccleſiarum*.

In Conc. Tolet. 3. c. 21. ,, ECcleſiarum ſervos, & Epiſcoporum, vel
,, Presbyterorum, vel omnium clericorum a
,, judicibus, vel actoribus publicis in diverſis
,, angariis fatigari dolemus. Propter quod o-
,, mne concilium a pietate glorioſiſſimi Do-
,, mini noſtri popoſcit, ut tales uſus deinceps
,, inhibeat: ſed ſervi ſupraſcriptorum officio-
,, rum in eorum uſibus, vel Eccleſiæ laborent.
,, Si quis vero judicum, vel actorum, clericum
,, aut ſervum clerici, vel Eccleſiæ in publicis
,, ac privatis negotiis occupare voluerit, a com-
,, munione Eccleſiaſtica, cui impedimentum fa-
,, cit, efficiatur extraneus.

Item donari poteſt Eccleſiis in infinitum

abſque inſinuatione . Auth. de non alien. aut permutand. §. *Sinimus*.

Item is , qui ingreditur monaſterium , ipſo ingreſſu intelligitur ſe & ſua dedicaſſe Deo, 19. q. 3. c. *Quia ingredientibus*.

GREGOR. *Januario Carolitan. Epiſc.*

,, QUia ingredientibus monaſterium conver-
,, tendi gratia , ulterius nulla ſit teſtandi
,, licentia , ſed res eorum ejuſdem Monaſte-
,, rii juris fiunt , aperta legis definitione decre-
,, tum eſt .

Item relictum Eccleſiæ, val Monaſterio vel ad alias pias cauſſas in teſtamento, etiam minus ſolemni voluntate facto , tenet . Ext, de teſtam. c. *Cum eſſes*, & c. *Relatam*.

ALEXAND. III. *Hoſtienſi Epiſc.*

,, CUm eſſes in noſtra præſentia conſtitutus,
,, propoſuiſti talem in tuo Epiſcopatu con-
,, ſuetudinem obtinere, quod teſtamenta , quæ
,, fiunt in ultima voluntate, penitus reſcindan-
,, tur , niſi cum ſubſcriptione ſeptem , vel quin-
,, que teſtium fiant , ſecundum quod leges huma-
,, næ decernunt. Quia vero a divina lege, & ſan-
,, ctorum Patrum inſtituris,& a generali Eccleſiæ
,, conſuetudine id noſcitur eſſe alienum , cum
,, ſcriptum-ſit , quod *in ore duorum , vel trium* *Deut. 17.*
,, *teſtium ſtet omne verbum* ; præſcriptam conſuetu-
,, dinem improbamus ; & teſtamenta , quæ pa-
,, rochiani coram presbytero ſuo , & tribus, vel
,, duabus aliis perſonis idoneis in extrema fece-
,, rint voluntate , firma decernimus permanere,
,, ſub interminatione anathematis prohibentes,
,, ne quis hujuſmodi audeat reſcindere teſtamēta.

IDEM *Judicib. Velletren.*

,, RElatum eſt , quod cum ad veſtrom exa-
,, men ſuper relictis Eccleſiæ cauſſa deduci-
,, tur , vos , niſi ſeptem , vel quinque idonei te-
,, ſtes intervenerint , inde poſtponitis judicare
,, (& infra) Mandamus , quatenus cum aliqua
,, cauſſa talis ad veſtrum fuerit examen deducta,
,, eam non ſecundum leges, ſed ſecundum decre-
,, torum ſtatuta tractetis , tribus aut duobus le-
,, gitimis teſtibus requiſitis ; quoniam ſcriptum
,, eſt : *In ore duorum , vel trium teſtium ſtat omne* *Math. 18.*
,, *verbum* .

Item transfertur dominium rei in eas ſolo pacto, quum in aliis perſonis ſit neceſſaria corporalis traditio, C. de ſacroſ. Eccleſ. *Ut inter divinum*. Et ſic habent privilegia multa in acquirendo.

Item habent in retinendo, quia quo caſu contra alios currit præſcriptio 30. annorum , vel brevior , contra eas , non niſi 40. annis . Ext. de præſcript. c. *De quarta*, 16. q. 3. c. *Placuit*, §. *Quas actiones* .

ALEX. III. *Salernitan. Archiep.*

,, DE quarta decimæ & oblationis defuncto-
,, rum clericus ab impetitione Epiſcopi
,, quadraginta præſcriptione temporis ſe poſſe
,, tueri , videtur , niſi forte interim paſtoralis
,, ſedes caruiſſet paſtore , qui jura Eccleſiæ ſuæ
,, exigere debuiſſet . Nam Romana Eccleſia
,, tricennalem præſcriptionem contra Eccleſiam
,, non admittit .

IN CONC. *Africano 9. Gratian.*

,, PLacuit . . . . (Quas actiones tricennali præ-
,, ſcriptio excludit , ſi loco religioſo com-
,, petat , 40. annis excluduntur) & in novellis.
,, Neque decennii vel vicennii &c. in Canonibus
,, vero Eccleſia adverſus Eccleſiam 30. annis:
,, monaſterium adverſus Eccleſiam nonniſi 40.
,, annis præſcribere permittitur .

De hoc require plenius infra , de raptoribus , §. *Circa præſcriptiones* .

In amittendo etiam habent privilegium; quia non valet alienatio rei Eccleſiæ , niſi in certis caſibus , & debita forma ſervata . Caſus ſunt ſex, ſcilicet propter debitum urgens , propter redamtionem captivorum, propter pauperes paſcendos, propter Eccleſiam ædificandam, propter cœmeterium ampliandum ; ſi item propter utilitatem poteſt vendere minus utile , emat magis utile , 10. q. 2. c. *Ea enim* , §. *Hoc jus* , 12. q. 2. c. *Aurum* , & c. *Sine exceptione* .

IMPERAT. *Leo.*

,, EA enim , quæ ad beatiſſimæ Eccleſiæ jura
,, pertinent, vel poſt hac forte pervenerint,
,, tamquam ipſam ſacroſanctam & religioſam
,, Eccleſiam , intacta convenit venerabiliter cu-
,, ſtodiri .

NOVA *Conſtitut.*

,, HOc jus porrectum eſt ad omnem locum
,, venerabilem , omneque collegium, quod
,, actio pia conſtituit , ut nec res eorum pigno-
,, rentur , & hoc perpetuo ſervetur in his rebus
,, immobilibus , quæ ab imperiali domo prædi-
,, ctis locis applicantur : in ceteris eatenus ex- *v. Iudicē*
,, cipitur , ſi debitum urgat . . . .

AMBROS. *In lib. de officiis , 4. Reg. 24.*

,, AUrum Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed
,, ut eroget , & ſubveniat in neceſſitatibus .
,, Quid opus eſt cuſtodire, quod nihil adjuvat?
,, an ignoramus quantum auri atque argenti de
,, templo Domini Aſſyrii ſuſtulerunt ? Nonne
,, melius conflat ſacerdos propter alimoniam
,, pauperum, ſi alia ſubſidia deſint , quam ſi ſa-
,, crilegus contaminata aſportet hoſtis ? Nonne
,, dicturus eſt Dominus : cur paſſus es tot inopes
,, fame mori ? Certe habebas aurum, unde mi-
,, niſtraſſes alimoniam; cur tot captivi in comer-
,, cium deducti , nec redemti ab hoſte occiſi
,, ſunt ? melius fuerat , ut vaſa viventium ſerva-
,, res, quam metallorum. His non poſſet reſpon-
,, ſum referri. Quid enim diceres? timui, ne tem-
,, plo Dei ornatus deeſſet? Reſponderet : Aurum
,, ſacramenta non quærunt , neque auro placent,
,, quæ auro non emuntur. Ornatus ſacramento-
,, rum redemtio captivorum eſt . Et vere illa
,, ſunt vaſa pretioſa, quæ redimūt animas a mor-
,, te : ille verus theſaurus eſt Domini, qui opera-
,, tur, quod ſanguis ejus operatus eſt (& poſt pau-
,, ca) Nemo poteſt dicere: cur pauper vivit? Nemo
,, poteſt queri , quia captivi redemti ſunt. Nemo
,, poteſt accuſare, quia templum Dei eſt ædifica-
,, tum. Nemo poteſt indignari , quia humandis fi-
,, delium reliquiis ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt
,, dolere , quia in ſepulchris Chriſtianorum re-
,, quies defunctorum eſt . In his tribus generibus
,, vaſa Eccleſiæ etiam initiata confringere, con-
,, flare , vendere licet . Opus eſt , ut de Eccleſia
,, myſtici poculi forma non exeat , nec ad uſus
,, nefarios ſacri calicis miniſterium transferatur.
,, Ideo primum intra Eccleſiam quæſita ſunt va-
,, ſa, quæ initiata non eſſent; deinde comminuta;
,, poſtremo conflata , per minutas erogationes
,, diſpenſata egentibus, captivorū quoque pretiis
,, profecerūt. Quod ſi deſunt nova, & quæ nequa-
,, quam initiata videantur; in hujuſmodi, quos ſu-
,, pra dixi, uſus, omnia arbitror pie poſſe converti.

LEO PAPA *Univerſis Siciliæ Epiſcop.*

,, SIne exceptione decernimus , ne quis Epi-
,, ſcopus de rebus Eccleſiæ ſuæ quidquid dona-
,, re , vel commutare , vel vendere audeat , niſi
,, forte aliquid horum faciat, ut meliora proſpi-
,, ciat , & cum totius cleri tractatu , atque con-
,, ſenſu id eligat, quod non ſit dubium profutu-
,, rum Eccleſiæ (& infra) Epiſcopus rebus Ec-
,, cleſiæ tamquam commendatis , non tamquam
,, propriis utatur. Irrita enim Epiſcoporum ven-
,, ditio , & commutatio rei Eccleſiæ erit abſque
,, conniventia , & ſubſcriptione Clericorum .
,, (Item domus urbium , vel caſtrorum, quæ Ec-
,, cleſiæ plus incommodi , quam utilitatis affe-

,, runt,

,, runt, licet rectoribus Eccleſiarum (ſicut in
Symmachus Papa. c. Non liceat. ,, ſuperiori capitulo Symmachi, *Non liceat*, &c.
,, continetur) vendere, vel commutare.)

Forma variatur juxta varietatem Eccleſiarum ſcilicet Epiſcopalium, Monaſteriorum, & parochialium. Colliguntur tamen omnes formæ, 10. q. 2. c. *Ea enim*, *§. Hoc jus*, &c. *Si quis Epiſcopus*, 12. q. 2. c. *Placuit*, & c. *Sine exceptione*, & c. *Alienationes*, & c. *Abbatibus*. *v. Indic.*

In Conc. Martini Papæ, c. ult.
,, SI quis Epiſcopus nulla Eccleſiaſticæ rationis
,, neceſſitate compulſus, in clero ſuo, aut ubi
,, forte presbyter non eſt, de rebus Eccleſiaſti-
,, cis præſumſerit aliquid vendere; & res ipſas
,, Eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in
,, judicio Epiſcoporum dejiciatur auditus, & con-
,, victus, & tamquam furti, aut latrocinii reus
,, ſuo privetur honore.

Ex Conc. Carthag. c. ult.
,, PLacuit, ut presbyteri non vendant rem Ec-
,, cleſiæ, ubi ſunt conſtituti, neſcientibus E-
,, piſcopis ſuis: quomodo nec Epiſcopis liceat
,, vendere prædia Eccleſiæ inconſulto Concilio,
,, vel cuncto Presbyterio ſine ulla neceſſitate.

---

§. III.

De Prædiorum Eccleſiaſticarum immunitate.

PRædia vero Eccleſiarum hoc privilegio gaudent: non debent gravari ſordidis muneribus, id eſt, calcis coquendæ, arenæ ſodiendæ, cloacæ purgandæ, & ſimilium, quæ vilia ſunt, 16. q. 1. c. *Generaliter*, *§. Placet*.

Imperat. Honorius & Theodoſius.
,, GEneraliter... Placet, rationabilis Concilii
,, tenore perpenſo, diſtricta moderatione
,, præſcribere, a quibus ſpecialiter neceſſitatibus
,, Eccleſiæ urbium ſingularum habeantur im-
,, munes. Prima quippe illius uſurpationis con-
,, tumelia depellenda eſt, ne prædia uſibus cæ-
,, leſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum mu-
,, nerum fæce vexentur, nil extraordinarium
,, ab hinc ſuperindictumve flagitetur, nulla ſol-
,, licitudo tranſlationis ſignetur; poſtremo ni-
,, hil præter canonicam illationem, quam niſi
,, adventitiæ neceſſitatis ſarcina repentina po-
,, poſcerit, ejus functionibus adſcribatur...

Ad honeſta autem munera tenentur, ſed cum diſtinctione; quia alia ſunt ordinaria, alia extraordinaria. Ordinaria ſunt tributa, & ſuperindicta. Ad tributa tenentur prædia Eccleſiarum, 11. q. 1. c. *Si tributum*, 23. q. ult. c. *Tributum*.

Ambros. Contra Auxentium.
,, SI tributum petit Imperator, non negamus:
,, agri Eccleſiæ ſolvunt tributum. Si agros
,, deſiderat imperator, poteſtatem habet vendi-
,, candorum (*Ac paucis interjectis*) Tollant eos, ſi
,, libitū eſt: imperatori non dono, ſed non nego.

Urbanus. Papa.
,, TRibutum in ore piſcis, piſcante Petro,
,, inventum eſt; quia de exterioribus ſuis,
,, quæ palam cunctis apparent, Eccleſia tributum
,, reddit. Non autē totum piſcem juſſus eſt dare;
,, ſed tantum ſtaterem, qui in ore ejus inventus
,, eſt: quia non Eccleſia dari Imperatori, non
,, Pontificalis apex, qui in ore capitis Eccleſiæ
,, præeminet, ſubjici poteſt regibus; ſed ſane, ut
,, diximus, quod in ore piſcis invenitur, pro
,, Petro, & Domino dari jubetur; quia de exte-
,, rioribus Eccleſiæ, quod conſtitutum antiquitus
,, eſt, pro pace, & quiete, qua nos tueri, & de-
,, fenſare debent, Imperatoribus perſolvendū eſt.

Hoc fallit in decimis, oblationibus, domibus, atriis, & hortis juxta Eccleſiam poſitis, & in manſu, in quo Eccleſia eſt ſita, vel ſecundum quoſdam, de quo eſt dotata, de quibus nullum debet dari tributum: de aliis omnibus ſic, niſi expreſſe fuerit remiſſum ab eo, qui remittere potuit; & hoc ideo, quia res tranſit cum onere ſuo, 23. quæſt. ult. c. *Secundum canonicam*, & c. *Sancitum*. Extra, de cenſibus, c. 1. ſeu *Sancitum*, 16. q. 1. c. *Si quis laicus*.

In Conc. Pariſienſ.
,, SEcundum canonicam auctoritatem, & con-
,, ſtitutionem Domini Imperatoris Ludovici
,, de Eccleſiaſtico agro, & manſo, & de mancipiis,
,, quæ ipſe ſuis capitulis conſtituit, vel ſi quili-
,, bet pro loco ſepulturæ aliquid largitus Eccle-
,, ſiæ fuerit; de decimis etiam, & oblationibus
,, fidelium nullus quemquam presbyterorum ali-
,, quem cenſum perſolvere cogat, nec quiſquam
,, cujuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quid-
,, quam ſubtrahat, aut redhibitionem quam-
,, cumque exigat temporalem: quod ſi fecerit,
,, communione uſque ad ſatisfactionem prive-
,, tur, & regia poteſtate dare cogatur.

Ex Conc. Vuurmacienſ.
,, SAncitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ unus
,, manſus integer abſque ullo ſervitio tri-
,, buatur: & presbyteri in eis conſtituti, non
,, de decimis, neque de oblationibus fidelium,
,, non de domibus, neque de atriis, vel de
,, hortis juxta Eccleſiam poſitis, neque de præ-
,, ſcripto manſo aliquod ſervitium faciant præ-
,, ter Eccleſiaſticum, & ſi aliquid amplius ha-
,, buerint, inde majoribus ſuis ſervitium impen-
,, dant. *Hinc datur intelligi, quod de his, quæ*
,, *Imperiali beneficio, vel a quibuslibet pro beneficio*
,, *ſepulturæ Eccleſia poſſidet, nullius juri, niſi E-*
,, *piſcopi, teneatur adſtricta. De his vero, quæ a*
,, *quibuslibet emerit, vel vivorum donationibus ac-*
,, *ceperit, principibus conſueta debet obſequia, ut*
,, *annua ris perſolvat tributa, & convocato exerci-*
,, *tu cum eis proficiſcatur ad caſtra.* *Gratianus.*

Ex Conc. Mogunt.
,, SI quis laicus, vel Clericus, vel utriuſque
,, ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, vel
,, res alicui dare delegaverit, decimationum pro-
,, ventum priori Eccleſiæ legitimæ aſſignatum
,, inde abſtrahere nullam habeat poteſtatem:
,, quod ſi facere tentaverit, talis traditio irri-
,, ta prorſus ducatur, & ipſe ad emendationem
,, Eccleſiaſtica coerceatur cenſura.

Ad ſuperindicta, id eſt, quæ propter ſupervenientem ubertatem præſtantur, non tenentur, 16. quæſt. 1. cap. *Placuit*.

v. ſupra. Ad extraordinaria, id eſt, quæ ſubito injunguntur, non tenentur, niſi reſpiciant pias cauſſas; puta quia princeps movet exercitum contra Sarracenos, vel hæreticos, vel petitur aliquid ad conſtructionem pontium, vel aliam ſimilem cauſſam. In talibus, ſi neceſſitas hoc expoſcat, debent principes, vel alii ſæculares non auctoritate propria accipere, ſed humiliter ab Epiſcopo & Clericis poſtulare; & ſi viderint ipſi tantam neceſſitatem, vel utilitatem, ubi laicorum non ſuppetunt facultates; arbitrio ſuo poterunt aliqua conferre. Extra eodem, c. *Non minus*, ext. de cenſibus, c. *Cum Apoſtolus*, *§. Probibemus*.

Ex Conc. Lateran. c. 20.
,, NOn minus (& infra) In diverſis mundi
,, partibus conſules civitatum, & rectores,
,, nec non & alii, qui poteſtatem habere viden-
,, tur, tot onera frequenter imponunt Eccleſiis,
,, ut deterioris conditionis factum ſub eis ſacer-
,, dotium videatur, quam ſub Pharaone fuerit,
,, qui legis divinæ notitiam non habebat. Ille
,, quidem omnibus aliis ſervituti ſubactis, ſacer-
,, dotes, & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate
,, dimiſit, & eis alimoniam de publico admi-
,, niſtravit. Iſti vero onera ſua fere univerſa im-

ponunt

,, ponunt Eccleſiis, & tot angariis eas affligunt, ut eis, quod Hieremias deplorat, competere videatur: *Princeps Provinciarum facta eſt ſub tributo*, ſive quidem ſuſſata, ſive expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrantur agenda, de bonis Eccleſiarum, & Clericorũ & pauperum Chriſti uſibus deputatis, volunt fere cuncta compleri. Juriſdictionẽ etiam, & auctoritatem Prælatorũ ita evacuant, ut nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe. Quocirca ſub anathematis diſtrictione fieri de cetero talia prohibemus; niſi Epiſcupus & Clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtimant conferenda: ſi autem coaſules, aut alii de cetero iſta commiſerint, & commoniti deſiſtere noluerint, tam ipſi, quam fautores eorum, excommunicationi ſe noverint ſubjacere, nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem.

Thren. 1.

Ex Conc. *Lateran. c. 4.*

,, CUm Apoſtolus... Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis, & exactionibus Epiſcupi gravare præſumant. Suſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſupervenient, ut ſi manifeſta ac rationabilis cauſſa exſtiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare. Cum enim dicat Apoſtolus: *Non debent filii theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis*, multum longe a paterna pietate videtur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graves exſiſtant, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris debent more fovere; Archidiaconi vero, ſive Decani, nullas exactiones, ſive tallias in presbyteros, ſeu Clericos exercere præſumant.

2. Cor. 12.

§. IV.

Qua pœna feriantur immunitatem violantes.

PŒna violantium immunitatem eſt duplex. Spiritualis, & pecuniaria. Spiritualis eſt excommunicatio, de qua plenius infra, de ſent. excomm. Pœna pecuniaria imponitur, quandoque major, quandoque minor. 17. quæſt. 4. c. *Quiſquis inventus*, & c. *Si quis contumax*. Credo tamen, quod illa pœna hodie arbitrio judicis relinquatur, ac debet dari illi perſonæ, vel loco, cui facta eſt injuria, vel cujus immunitas eſt violata. Extra, de ſent. excomm. c. *Parochianos*, & de ſimonia, cap. *De hoc autem*, & 17. q. 4. *Si quis in atrio*.

v. pag. 113

v. pag. 113 & 9.

Alex. III. *Epiſc. & aliis prælatis per Galliam cõſtitutis.*

,, PArochianos veſtros, ſi qui in monachos, vel converſos præfati ordinis violentas manus injecerint, ſublato appellationis remedio ſecundum tenorem generalis decreti, excommunicatos publice nuncietis, ipſoſque faciatis ſicut excommunicatos arctius evitari, donec læſis congrue ſatisfaciant, & cum litteris veſtris Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent.

§. V.

Varii circa immunitatem Caſus.

QUid, ſi imminente perſecutione hoſtili, ſæculares cum familiis ſuis, pecoribus, & aliis rebus recipiunt ſe in Eccleſiis, vel clauſtris, & ibi comedunt, & bibunt, & dormiunt? Item quid, ſi vir cognoſcat ibi uxorem, vel alio modo ſit ſemen ibi effuſum? Itam quid, ſi parochiani faciunt ibi propugnacula, & inde pugnant contra hoſtes? numquid in illis caſibus committitur ſacrilegium, vel Eccleſiaſtica immunitas violatur?

Ad hoc dicas, quod Eccleſiæ cum omnibus ornamentis ſuis debent teneri mundæ, nec debent ibi fieri convivia, vel homines jacere, vel ſua ſupellectilia mittere, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repentina, aut alias neceſſitates urgentes, ad eas oporteat habere refugium; ſic tamen, ut neceſſitate ceſſante res in loca priſtina reportentur. Extra de cuſtud. Euch. c. *Relinqui*, Diſt. 42. cap. pen. & ult. ſeu *Oratorium*, & c. *In oratorio*.

,, REfinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici Eccleſiæ ſic exponunt ſupellectilibus propriis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei Baſilicæ videantur, non conſiderantes, quod Dominus non ſinebat, ut vas transferretur per templum. Sunt & alii, qui non ſolum Eccleſias dimittunt incultas; verum etiam vaſa miniſterii, & veſtimenta miniſtrorum, ac pallas altaris, necnon ipſa corporalia tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia vero zelus nos comedit domus Dei: firmiter prohibemus ne hujuſmodi ſupellectilia in Eccleſiis admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia rapentina, ſeu alias neceſſitates urgentes, ad eas oporteat haberi refugium: ſic tamen, ut neceſſitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoque, ut oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta, munda ac nitida conſerventur. Nimis enim videtur abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis.

Innoc. III *in Concil. Generali.*

,, ORatorium hoc ſit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud geratur vel condatur quam quod divinis myſteriis conveniat.

Ex dictis *B. Benedicti.*

,, IN oratorio præter orandi, & pſallendi cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic & opera jugiter impenſa concordant.

August. *de Regul. monach.*

Item quod quæritur, ſi vir cognoſcat ibi uxorem, require infra de ſacram. non iteran. §. *Poſt prædictam*.

Ad aliud credo, ſalvo meliori judicio, quod nullo modo debeat Eccleſia incaſtellari, vel muniri, ut inde fiat guerra, vel ut ibi recipiantur qui guerram faciunt, & præcipue prædones: alias propter metum prædonum, paganorum, hæreticorum, ſive piratarum licite poteſt incaſtellari, & muniri, & poſſunt ibi habere refugium non ſolum clerici, ſed etiam laici innocentes, & præcipue Parochiani, &, ſi neceſſe eſt, poſſunt & debent defendere Eccleſiam ipſam & ea, quæ intus ſunt, ſicut potes videre apud Magalonam, & in multis Eccleſiis maritimis, Arg. ad hoc, in præallegata conſtitutione, *Relinqui*, 14. quæſt. 6. cap. *Si res*, & *Hi qui*, 23. quæſt. 5. cap. *Reos*.

v. pag. 8.

,, Hi

Gregor. Romano defenſori lib. 7. indic. 2. Ep. 24.

„ HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, a nobis non videantur injuſte defendi, ne opinionem malu agentium ex indiſeretæ defenſionis auſu in nos ullo modo transferamus: ſed quantum decet Eccleſiam admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis, ſuccurrite, ut & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ Eccleſiæ non inquinetis.

Gregor. Gratian.

„ REos ſanguinis defendat Eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat. *Hinc apparet quod mali flagellis ſunt coercendi, non membrorum truncatione, vel temporali morte plectendi.*

Caſus.

Item pone, quod Eccleſia eſt fundata in alieno ſolo, ignorante domino ſoli, qui veniens petit ſolum, vel ſaltem dari cenſum pro ſolo. Quid fiet? durum enim videtur, quod ipſe privetur re ſua: durum etiam, quod Eccleſia deſtruatur, vel efficiatur cenſualis, vel tributaria.

Ad hoc dico, quod Eccleſia remanebit conſtructa, nec efficietur cenſualis, vel tributaria; ſed ille, qui conſtruxit, debet dominum ſoli conſervare idonneum, vel etiam Epiſcopus, ſi ponendo primarium lapidem, vel poſtea in conſecratione fuit negligens in examinatione dotis

v. Indic. vel manſi. De conſec. diſt. 1. c. *Nemo*, 24. q. ult. c. *Campertimus*, diſt. 70. c. *Sanctorum*.

Ex Conc. Urbani habito Placent.

„ SAnctorum canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, ut ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Eccleſia quilibet inſtitulatus eſt, in ea perpetuo perſeveret; omnino autem in duabus aliquem titulari non liceat, ſed unuſquiſque in qua titulatus eſt, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim Epiſcopi diſpoſitione unus diverſis præeſſe poſſit Eccleſiis; canonicus tamen præbendarius, niſi unius Eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, eſſe non debet: ſi quæ tamen capellæ ſunt, quæ ſuis reditibus clericos ſuſtentare non poſſunt, ea cura ac diſpoſitio præpoſito majoris Eccleſiæ, cui capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat, & tam de poſſeſſionibus quam de Eccleſiaſticis capellarum officiis ipſe provideat.

Et hoc, ſi ſolum erat privatæ perſonæ: ſi enim erat alterius Eccleſiæ, debet ei reſtitui hoc modo, quod Eccleſia ſic conſtructa ſit ei ſubjecta quoad jus patronatus, 12. q. 2. c. *Apoſtolicos*, 17. q. 4. c. *Questi*.

Ex VIII. Synodo univerſali, c. 15.

„ APoſtolicos & paternos canones renovans hæc ſancta ſynodus univerſalis, definivit neminem prorſus Epiſcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & vaſa ſacrata, excepta cauſſa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet pro redemtione captivorum; ſed nec tradere ſalaria Eccleſiarum in emphyteutica pacta, nec alias ruſticas poſſeſſiones venumdare, ac per hoc Eccleſiaſticos reditus lædere, quos ad propriam utilitatem, & ob eſcam pauperum, & peregrinorum ſuſtentationem eſſe decernimus (Et paullo poſt) Quiſquis autem apparaverit poſt hanc diffinitionē noſtram contrarium quid huic ſanctæ ſedi, ac univerſali Synodo agere, deponatur ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum, caſſata videlicet omnino quæ facta eſt in ſcriptis vel ſine ſcriptis ab Epiſcopo, venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione cimeliorum, & ſalariorū locorum. Qui vero perceperit, aut emerit aliquid ex prædictis cimeliis vel ſalariis, & non reſtituerit Eccleſiæ iterum, quæ Eccleſiæ ſunt, vel non reddiderit ad incidendum chartam venditionis vel emphyteuſeos; ſit anathema uſquedum fecerit, quod ab hac ſancta, & univerſali Synodo confirmatum eſt. Si autem Epiſcopus convictus fuerit conſtruxiſſe Monaſterium de Eccleſiaſticis reditibus, tradat eidem Eccleſiæ ipſum Monaſterium.

Gregor. Joan. Epiſc. Scyllacen.

„ QUeſti ſunt nobis prædicti Monaſterii Monachi, Abbatem ſuum intra Scyllacænum caſtrum, terram, quæ in ſexcentos pedes extenditur ſub prætextu fabricandæ Eccleſiæ fraternitati tuæ donationis titulo conceſſiſſe; ideo volumus quantum parietes poſſunt ædificatæ Eccleſiæ circumdare, juri Eccleſiæ vendicari. Quidquid vero extra parietes ejuſdem Eccleſiæ eſſe poterit, ad jura Monaſterii ſine difficultate aliqua revertatur: quia nec mundanarū legum, nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt, res Monaſterii de jure ejus quolibet titulo ſegregari: ea propter donationem ejuſdem terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitui.

In ſumma nota, quod aliquæ reliquiæ non debent oſtendi extra capſam, nec exponi venales: quia olim per hoc Chriſtianæ religioni ſæpius eſt detractum. Item reliquias de novo inventas nullus debet publice venerari, nec prælati debent permittere eos, qui ad eorum Eccleſias accedunt cauſſa venerationis, vanis figmentis, vel falſis decipi documentis, ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit. Extra, de reliq. & vener. SS. c. *Audivimus*, & c. *Cum ex eo*, & de conſecr. Diſt. 1. c. *Placuit*, *ut altaria*. *v. pag. 130*

Innoc. III In Concil. Generali.

„ CUm ex eo, quod quidam ſanctorum reliquias exponunt venales, & eas paſſim oſtendunt, Chriſtianæ religioni detractum ſit ſæpius; ne in poſterum detrahatur, præſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capſam nullatenus oſtendantur, nec exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romaoi Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero non permittant eos, qui ad eorum Eccleſias cauſſa venerationis accedunt, variis figmentis, aut falſis documentis decipi, ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri conſuevit.

In Conc. Africano c. 50.

„ PLacuit, ut altaria, quæ paſſim per agros, & per villas tamquam memoriæ Martyrum conſtruuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui eiſdē locis præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autē hoc propter tumultus populares non ſinitur, plebes tamen admoneātur, ne illa loca frequentent, ut qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione devicti teneantur, & omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus, aut reliquiæ certæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur: nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubicumque conſtituuntur altaria, omnino reprobentur.

Item ſi civitas ſit obſeſſa, vel timeat capi ab hoſtibus, non debet pati Eccleſia ſuos ruſticos defendi aliquo privilegio a vigiliis murorum: immo debet eos ad hoc compellere, ſi neceſſe eſt, ut cunctis vigilantibus civitas melius cuſtodiatur. Extra, eodem titulo c. *Pervenit*.

Greg. IX. Tricenn. Epiſcop.

„ PErvenit (& infra) Fraternitas tua nullum per noſtræ, vel ſuæ Eccceſiæ nomē, aut alio

modo

Digitized by Google

,, modo excuſari a murorum vigiliis patiatur ,
,, ſed omnes ad hoc generaliter compellantur ;
,, quatenus cunctis vigilantibus , melius valeat
,, civitatis cuſtodia procurari .

TITULUS XV.

De decimis , primitiis , & oblationibus .

QUoniam receptores decimarum , & relictorum pro ſepultura, ſacrilegi judicantur , 17. q. 4. c. *Sacrilegium* , & c. *Omnes* .

v. pag. 113 *Lucius Ad Epiſc. Galliæ, & Hiſpaniæ.*
,, OMnes Eccleſiæ raptores , atque ſuarum
,, facultatum alienatores a liminibus ejuſ-
,, dem matris Eccleſiæ anathematizamus, Apoſto-
,, lica auctoritate pellimus, & damnamus , atque
,, ſacrilegos eſſe judicamus ; & non ſolum eos,
,, ſed etiam omnes conſentientes eis, quia non
,, ſolum qui faciunt , rei judicantur, ſed etiam,
,, qui facientibus conſentiunt : par enim pœna
,, & agentes , & conſentientes comprehendit .

Merito poſt tractatum de ſacrilegio , de his agendum eſt , & primo de decimis , primitiis, & oblationibus . Nota igitur quid ſit decima , quibus , & a quibus , & de quibus rebus , & qualiter danda , & qualiter dividenda .

§. I.

Quid ſit decima , quibus , & a quibus datur .

DEcima eſt omnium bonorum juſte quæſitorum æqualis pars Deo debita . Extra eod. tit. c. *Tua nobis* .

Innoc. III Vercellen. Epiſc.
,, TUa nobis fraternitas intimavit, quod qui-
,, dam laici decimas Eccleſiis , & Clericis
,, tuis , perverſis machinationibus ſubtrahere
,, moliuntur . Quidam enim ex eis ſemen , &
,, ſumtus , qui fiunt in agricultura , dicunt pri-
,, mitus deducendos , & de reliquo impenden-
,, dam decimam aſſeverant . Alii vero de por-
,, tione fructuum , quam a colonis accipiunt ,
,, partem decimæ ſeparantes , eam capellis ſuis,
,, aut aliis Clericis , aut etiam pauperibus con-
,, ferunt , vel in uſus alios pro ſua voluntate
,, convertunt . Nonnulli etiam vitam Clerico-
,, rum tamquam abominabilem deteſtantes , de-
,, cimas eis ob hoc ſubtrahere non verentur
,, (& infra) Verum ſi ad Deum (a quo cuncta
,, bona procedunt) aſſertores hujuſmodi de-
,, bitum reſpectum haberent , jus Eccleſiaſticum
,, diminuere non contenderent , nec decimas
,, (quæ tributa ſunt egentium animarum) præ-
Pſal. 23. ,, ſumerent detinere. Cum enim Deus , cujus *eſt*
,, *terra, & plenitudo ejus orbis terrarum* , *& univerſi* ,
,, *qui habitant in eo*, deterioris conditionis eſſe non
,, debeat , quam dominus temporalis, cujus ſtatu-
,, tum de terris, quas exhibet aliis excolendas, nō
,, quidem deductis ſumtibus , aut ſemine ſepara-
,, to, neceſſario cum integritate perſolvitur ; ni-
,, mis profecto videtur iniquum , ſi decimæ, quas
,, Deus in ſignum univerſalis Dominii ſibi reddi
,, præcepit , ſuas eſſe decimas & primitias aſſeve-
,, rans, occaſione præmiſſa, vel excogitata magis
,, fraude diminui valeant , cum Deo debita ſit ſo-
,, lutio decimarum in tantum , ut ad eas Clericis
,, exhibendas , quibus eas ipſe pro ſuo cultu con-
,, ceſſit , laici , ſi moniti reddere noluerint , Ec-
,, cleſiaſtica ſunt diſtrictione cogendi. Et cum de
,, cunctis omnino proventibus decimæ ſint red-
,, dendæ ; ſicut colonus de parte fructuum, quæ
,, ſibi remanet ratione culturæ ; ſic & dominus
,, de portione , quam percepit ratione terræ, de-
,, cimam reddere ſine diminutione tenetur .
,, Prætextu vero nequitiæ Clericorum nequeunt
,, eas (niſi quibus ex mandato divino deben-
,, tur) pro ſuo arbitrio erogare , cum nulli ſit
,, licitum aliena cuiquam concedere præter do-
,, mini voluntatem (& infra) Quoniam i-
,, gitur pati nolumus, ut Eccleſiarum, & Clerico-
,, rum jura præſumtione qualibet minuantur ;
,, mandamus , quatenus omnes , qui ratione per-
,, ſonarum , aut etiam prædiorum decimas Ec-
,, cleſiis , & Clericis tuæ Diœceſis exhibere te-
,, nentur , ad eas cum integritate reddendas
,, appellatione remota compellas .

Sunt autem decimæ dandæ Eccleſiis , & Clericis , in quorum Parochia prædia ſita ſunt , etiamſi Clerici ſint malæ vitæ , & male diſpenſantes ipſas decimas . Extra , eodem, c. *Quoniam* , & c. *Tua nobis* . *v. ſupra.*

,, QUoniam a nobis ſollicitudo tua requi- *Alex. III.*
,, ſivit , quid de decimis novalium tuæ *Briſienſ Epiſc.*
,, Diœceſis tibi ſit ſtatuendum ; reſpondemus,
,, ut ſi terræ, quæ arabiles ſunt, intra certam alicu-
,, jus Eccleſiæ parochiam fuerint , decimas ea-
,, rum (tua parte retenta) eidem Eccleſiæ
,, facias aſſignari , alioquin ipſa ſecundum diſ-
,, cretionem a Deo tibi datam , alii Eccleſiæ de-
,, putare , vel ad opus tuum poteris retinere .

Dantur decimæ a laicis, 16. q. 7. c. *Decimas, quas.*

,, DEcimas , quas in uſum pietatis conceſſas *Gregor. VIII. In Concil. Later. c. 7.*
,, eſſe Canonica auctoritas demonſtrat , a
,, laicis poſſideri Apoſtolica auctoritate prohibe-
,, mus : ſive enim ab Epiſcopis, vel regibus, vel
,, quibuſlibet perſonis eas acceperint niſi Eccleſiæ
,, reddiderint, ſciant ſe ſacrilegii crimen commit-
,, tere , & æternæ damnationis periculum incur-
,, rere . Oportet autem congruentius nos deci-
,, mas , & primitias , quas jure ſacerdotum eſſe
,, ſancimus , ab omni populo accipere , quas fide-
,, les Domino præcipiente offerunt , juxta illud
,, Malachiæ Prophetæ vaticinium : *Inferte omnem* *Malach. 3.*
,, *decimationem in horreum meum* , *ut ſit cibus in*
,, *domo mea* . Has vero decimas ſub manu Epi-
,, ſcopi fore cenſemus, ut ille , qui ceteris præ-
,, eſt , omnibus juſte diſtribuat, nec cuiquam per-
,, ſonæ honorabili exhibeat, unde alii ſcrupuloſo
,, corde moveantur ; ſed ſint omnia communia:
,, quia inhoneſtum videtur , ut alii ſacerdotes
,, habeant, alii vero detrimentum patiantur : ſed
,, ſicut una eſt fides Catholica , ita neceſſe eſt ,
,, ut ille , qui proviſor eſt loci , quamvis ſint
,, multæ Eccleſiæ , omnibus tamen fideliter diſ-
,, tribuat .

Sed numquid a Clericis , vel religioſis? Videtur quod non . Extr. eod. c. *Novum* .

,, NOvum genus exactionis eſt , ut Clerici a *Paschal. II.*
,, Clericis decimas exigant , cum nuſquam
,, in lege Domini hoc legamus ; non enim Levitæ
,, a Levitis decimas accepiſſe leguntur . Illi pro-
,, fecto Clerici , qui a Clericis ſpiritualium mi-
,, niſteriorum labores accipiunt , decimas eis
,, debent .

Licet autem circa hoc multa & varia emanaverint jura , hoc tenet hodie Eccleſia , & hæc eſt veritas , quod Monachi albi , Templarii , & Hoſpitalarii Hieroſolymitani non tenentur dare decimas de ſuis poſſeſſionibus , quas propriis mani-

manibue, vel ſumtibus excolunt; ſecus eſt, ſi tradunt ruſticis excolendas ad firmam. Ext. eod. c. *Ex parte* 1. & c. *Licet*, & c. *Ad audientiam*.

Alex. III. *Taracon. Archiep.*
,, EX parte tua ad nos noveris perveniſſe, quod
,, albi Monachi, & nigri, & quidem alii re-
,, ligioſi Eccleſias tuæ juriſdictionis, reditibus
,, decimarum occaſione privilegiorum, quæ ſibi
,, Romana indulſit Eccleſia, ſpoliare præſumunt.
,, Sane nolumus te latere, quod prædeceſſores
,, noſtri fere omnibus religioſis decimas labo-
,, rum ſuorum conceſſerant; ſed prædeceſſor
,, noſter Hadrianus ſolis fratribus Ciſtercienſis
,, ordinis, & Templariis, & Hoſpitalariis, decimas
,, laborum ſuorum, quos propriis manibus, vel
,, ſumtibus colunt, indulſit; ceteris vero, ut
,, de novalibus ſuis, quæ propriis manibus, vel
,, ſumtibus excolunt, & de nutrimentis ani-
,, malium ſuorum, & de hortis ſuis decimas
,, non perſolvant: quem ſumus ſuper his imi-
,, tati. Quare ii, quibus hoc indultum eſt, hac
,, occaſione decimas de aliis rebus Eccleſiæ ſuæ
,, non poſſunt ſubtrahere, vel ſibi aliquid ul-
,, terius vendicare.

Monachi vero nigri, Canonici regulares, & ſæculares tenentur dare decimas de omnibus poſſeſſionibus, exceptis novalibus, hortis, & nutrimentis animalium ſuorum. Ext. eod. c. *Ex parte*. *v. ſupra.*

Et hoc verum eſt, niſi ſint ulterius ſpecialiter privilegiati a Papa; vel niſi poſſint ſe præſcriptione tueri. Item quod dictum eſt de Monachis albis, Templariis, & Hoſpitalariis, intelligo de poſſeſſionibus, quas habebant ante generale Concilium: de illis enim, quæ poſtea gratis ſunt collatæ ſibi, vel quas ipſi emerunt, pro Monaſteriis de novo ſundandis, quia aliter non liceret eis emere tales poſſeſſiones, de quibus decimæ debebantur Eccleſiis, etiamſi illas propriis manibus vel ſumtibus excolunt, tenentur perſolvere decimas Eccleſiis, quibus ratione prædiorum antea ſolvebantur. Ext. eod. c. *Nuper*.

Innoc. III *In Concil. Generali.*
,, NUper Abbates Ciſtercienſis ordinis in ge-
,, nerali Concilio congregati, ad commo-
,, nitionem noſtram provide ſtatuerunt, ne de
,, cetero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones,
,, de quibus decimæ debeantur Eccleſiis, niſi
,, forte pro Monaſteriis noviter fundandis. Et
,, ſi tales poſſeſſiones fuerint eis pia fidelium
,, devotione collatæ, aut emtæ pro Monaſteriis de
,, novo fundandis, committantur aliis excolen-
,, dæ, a quibus Eccleſiis decimæ perſolvantur.
,, Ne occaſione privilegiorum ſuorum Eccleſiæ
,, ulterius prægraventur, decernimus, ut de alie-
,, nis terris, & amodo acquirendis, etiamſi eas pro-
,, priis manibus, ac ſumtibus excolunt, deci-
,, mas perſolvant Eccleſiis, quibus ratione præ-
,, diorum antea ſolvebantur, niſi cum ipſis Ec-
,, cleſiis aliter duxerint componendum. Et hoc
,, ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimi-
,, libus privilegiis, extendi volumus, & manda-
,, mus, ut Eccleſiarum prælati promtiores, &
,, efficaciores exſiſtant ad exhibendum eis de
,, ſuis malefactoribus juſtitiæ complementum,
,, eorumque privilegia diligentius, & perfectius
,, ſtudeant obſervare.

Item quod dictum eſt de Clericis ſæcularibus, reſtringunt quidam ad manſum Eccleſiæ, de quo habuiſti ſupra titulo prox. §. *Prædia*. Nam de prædiis patrimonialibus tenentur dari illi Eccleſiæ, in cujus parochia ſita ſunt. Alii dicunt, quod ſi non recipiunt Eccleſiaſtica Sacramenta ab illa Eccleſia, non tenentur dare; alias ſic; vel dic, quod ſi deſerviunt illi Eccleſiæ, non tenentur; alias ſic: & ſecundum hoc poteſt legi illa Decretalis, *Novum*. *v. ſupra.*

Item omnia hæc privilegia de decimis non dandis non defendunt in caſibus quibuſdam, videlicet, quum ex tranſactione, vel pactione tenentur ad eas ſolvendas. Ext. eod. c. *Ex multiplici*.

Hadrian. *Vigorn. & Herfor. Epiſc.*
,, EX multiplici conqueſtione V. Presbyteri
,, accepimus, quod cum inter Abbatem de
,, Brudeia, de conſenſu totius conventus, &
,, prædictum presbyterum talis interceſſerit con-
,, ventio, ſcripto Monachorum authentico ro-
,, borata, quod Monachi dicto presbytero, &
,, Eccleſiæ ſuæ de blado, & univerſis legumi-
,, nibus, quamdiu viveret, decimas perſolverent,
,, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter
,, quietas clamavit; idem Abbas a nobis privile-
,, gium obtinuit, ut de laboribus, quos pro-
,, priis manibus, aut ſumtibus excolunt, nulli
,, decimas ſolvere tenerentur (& infra) Unde
,, quia non fuit noſtræ intentionis per privile-
,, gium noſtrum conventioni derogare prædictæ,
,, mandamus, quatenus Abbatem, & Monachos,
,, ut eamdem conventionem (non obſtante di-
,, cto privilegio, niſi de ipſa contineatur in eo)
,, inviolabiliter teneant, & obſervent, vel exinde
,, ſecum pacifice conveniant appellatione poſt-
,, poſita compellatis.

Vel cum Parochialis Eccleſia, in cujus Parochia prædia ſita ſunt, enormiter læditur. Ext. eod. c. *Suggeſtum*. De verb. ſignif. c. *Quid per novale*. *v. Indic.*

Innoc. III *Cæſaraug. Epiſc.*
,, QUid per novale vocabulum intelligi de-
,, beat, tua fraternitas requiſivit. Licet
,, autem quidam dixerint, quod novale ſit terra
,, præciſa, quæ anno ceſſat, aliis aſſerentibus,
,, quod ex ſilva, quæ arboribus exſtirpatis ad
,, cultum redigitur, fieri novale dicatur: quo-
,, rum utraque interpretatio ex Civilibus legi-
,, bus colligitur. Nos igitur inquiſitioni tuæ
,, reſpondemus, quod ea credimus prædeceſſo-
,, rum noſtrorum intentionem fuiſſe, cum piis
,, locis indulgentiam de novalibus conceſſerunt,
,, ut novale intellexerint agrum de novo ad cul-
,, tum redactum, de quo non exſtat memoria,
,, quod aliquando cultus fuiſſet; ſed nec de
,, quolibet tali novali credimus eis indulgen-
,, tiam fore conceſſam, niſi de illo dumtaxat,
,, cujus decimam religioſus poteſt conventus
,, abſque gravi detrimento parochialis Eccleſiæ
,, detinere; cum talis ſit ſæpe locus incultus,
,, de quo parochialis Eccleſia magnos percipit
,, decimarum ratione proventus.

Vel quum eas ſolvendo renunciat tacite privilegio. Ext. de privil. c. *Si de terra*. De conſtit. c. *Cum acceſſiſſent*, & c. *Cum M. Ferrarienſis*.

Alex. III. *Abb. & Monachis S. Andreæ Ciſtercien. Ord.*
,, SI de terra, quam habetis in parochia Cano-
,, nicorum de Plautio, per 30. annos eis deci-
,, mas perſolviſtis, eas ſibi de cetero ſregre perſol-
,, vatis. Licet enim privilegiorum Romana Eccle-
,, ſia beneficio fratribus Ciſtercienſis ordinis indul-
,, tū fuerit, quod de laboribus ſuis nullas decimas
,, perſolvere debeant; de privilegio tamen in-
,, dulto, tanto tempore vobis detrahere voluiſtis,
,, cum liberum ſit unicuique ſuo juri renunciare,
,, eoque modo non poteſtis vos in hac parte tueri.

Aliæ decret. non concludunt, niſi a ſimili.

Item ſupradicta intelligas eſſe vera, quando Moneſteria non habent populum: ſi enim haberēt populum, poſſent recipere decimas ſine diſtinctione tam perſonales, quam prædiales. Ext. eod. c. *Dilecti*, & c. *Suggeſtum*. *v. ſupra.*

Q ,, Di-

Digitized by Google

ALEXAND. III. *Monachis de Neucl.*

„ DIlecti filii, Abbas, & fratres S. Crucis ſua nobis conqueſtione monſtrarunt, quod prædia, unde decimas, & in magna parte ſuſtentationẽ conſueverunt habere, a pleriſque laicis conduxiſtis, & recepiſtis ad firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis noſtræ, aut anteceſſorum noſtrorum, ut de poſſeſſionibus, quas conduxiſtis, decimas non ſolvatis; mandamus, quatenus de prædiis, quæ conduxiſtis in parochiis ſuis, de quibus conſueverunt decimas percipere, plenarie ſolvatis eiſdem, vel cum ipſis amicabiliter componatis.

Item Leproſi non tenentur dare decimas, niſi de hortis, & nutrimentis animalium. Extra, de Eccleſ. ædif. c. 2. ſeu, *Cum dicat*.

Ex Conc. *Lateran. Alex. III. c. 13.*

„ CUm dicat Apoſtolus (& infra) Conſtituimus, ut ubicumque tot ſimul Leproſi ſub communi vita fuerint congregati, quod Eccleſiam cum cœmeterio ſibi conſtruere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveât tamen, ut injurioſi veteribus Eccleſiis de jure parochiali nequaquam exſiſtant: quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum decimas tribuere non cogantur.

§. II.

De quibus rebus debeant dari Decimæ.

ITem debent dari decimæ de omnibus fructibus terrarum, pomis arborum, herbis hortorum, nutrimentis animalium, lana, lacte, fœno, lignis, fictis, piſcationibus, venationibus, penſionibus, molendinis, etiam de vento, balneis, fullonicis, argentariis, metallariis, lapidicinis. Item de negotiis, & artificiis, & ceteris bonis; etiam de tempore, 16. q. 1. c. *Decimæ*, & q. 7. c. *Quicumque recognoverit*, & c. *Omnes decimæ*. Extr. eod. c. *Commiſſum*, & c. *Non eſt in poteſtate*.

AUGUST. *Ser. 217. de Temp.*

„ DEcimæ ſunt tributa egentium animarum; quod ſi decimas dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis & animæ conſequeris: non igitur Dominus Deus præmium poſtulat, ſed honorem; Deus enim noſter, qui dignatus eſt totum dare, decimam a nobis dignatus eſt recipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam. Sed ſi tardius dare peccatum eſt, quanto pejus eſt non dediſſe? De militia, de negotio, & de artificio redde decimas: cum enim decimas dando, & terrena, & cæleſtia poſſis præmia promereri; quare pro avaritia, duplici benedictione fraudaris? hæc eſt enim Dei juſtiſſima conſuetudo, ut ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare ſacerdoti: benefacere ſemper Deus paratus eſt; ſed hominum malitia prohibetur. Decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas invaſit: & quanti pauperes in locis ſuis, ubi ipſe habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum reus ante æterni judicis Tribunal apparebit; quia rem a Deo pauperibus delegaram, ſuis uſibus reſervavit. Qui ergo ſibi aut præmium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de novem partibus ſtudeat eleemoſynam dare pauperibus.

AMBROS. *In Ser. Quadrag.*

„ QUicumque recognoverit in ſe, quod fideliter non dederit decimas ſuas, modo emendet, quod minus fecit. Quid eſt fideliter dare? niſi ut nec pejus, nec minus aliquando Deo offerat aut de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio aut de ipſa venerationa ſua.

Ex Conc. *Rothoma. Levit. 27. Num. 18. Heb. 7*

„ OMnes decimæ terræ ſive de frugibus, ſivo de pomis arborum, domini ſunt, & illi ſanctificantur boves, & oves, & capræ, quæ ſub virga Paſtoris tranſeunt: quidquid decimum evenerit, ſanctificabitur Domino: non eligetur neque bonum, neque malum, neque in alterum commutabitur. Si quis mutaverit; & quod mutat, & quod mutatum fuerit, Domino ſanctificabitur, & non redimetur: ſed quia modo multi inveniuntur decimas dare nolentes; ſtatuimus, ut ſecundum Domini præceptum admoneant ſemel, ſecundo, & tertio; qui, ſi non emendaverint, anathematis vinculo feriantur uſque ad ſatisfactionem, & emendationem congruam.

HADRIAN. *Thomæ, Cantuar. Archiep.*

„ COmmiſſum eſt nobis (& infra) Pervenit ad nos, quod Monachi de Boſſe Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, in cujus parochia commorantur, decimas ex integro non perſolvunt; eapropter mandamus, quatenus eos, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus conſtructæ fuerant, præfatæ Eccleſiæ cum ea integritate perſolvant, qua, priuſquam in eadẽ parochia morarentur, ſolebant perſolvi, compellas. Et ſicut etiam de paſcuis olim decimæ perſolvebantur, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis, decimas volumus abſque diminutione perſolvi.

CÆLESTIN. III.

„ NOn eſt in poteſtate hominum, cum plantant arbores, vel aliqua ſemina terræ mãdant, (& infra) Re vera ſicut ſancti Patres in ſuis tradiderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipſa etiam militia, de venatione, & de omnibus bonis decimæ ſunt miniſtris Eccleſiæ tribuendæ, ita ut, qui de his eas ſolvere neglexerint, Eccleſiaſtica diſtrictione debeant percelli (& infra) Volumus ergo, & diſtricte præcipimus, quatenus antequam ullas deducaris de bonis prædictis expenſas, decimas Eccleſiis, ad quas pertinent, cum integritate debita perſolvatis.

§. III.

Decimæ qualiter dandæ.

DEcimæ vero dandæ ſunt non deductis expenſis, indiſtincte, ſi ſint prædiales. Extra eod. c. *Cum homines*, & c. *Tua nobis*.

v. pag. 120 ALEX. III. *Exonien. Epiſc.*

„ CUm homines de Hortona de frugibus, 9. partibus ſibi retentis, decimam Eccleſiæ, cujus parochiani ſunt, ſine diminutione ſolvere teneant, & antequam id faciant, ſervientibus, & mercenariis ſuis de frugibus non decimatis, debita totius anni pro ſervitio ſuo impendantur, tunc demum de reſiduo decimã perſolventes; mandamus, quatenus eos cogatis, ut decimam ſtatim fructibus collectis perſolvant, atque de ſubtractis, & retentis dignam ſatisfactionem exhibere procurent.

Si

Si vero ſunt perſonales, id aſt, de negotio, artificio, vel de aliis, quæ non computantur in fructibus tarræ, diſtinguitur, utrum exſurgant ex rebus decimatis, an non: in primo caſu deducuntur expenſæ, in ſecundo non. Ext. eod. c. *Paſtoralis*.

(Innoc. III *Helien. Epiſc.*) ,, PAſtoralis officii, (& infra) Explicari
,, poſtulaſti, utrum quis poſſit de molendinis,
,, & piſcariis neceſſarias expenſas deducere, priuſ-
,, quam ſolvat decimas ex aiſdem, ſicut eſt in
,, negotiatione conceſſum. Ad quod reſpondemus,
,, quod licet circa res acquiſitas, vel ſactas de
,, pecunia decimata, cum ipſæ venduntur, cre-
,, damus daducendas expenſas, & de reſiduo
,, quaſi de lucro decimas perſulvendas; ut ſi ven-
,, datur domus, ager, vinaa, clibanus, molen-
,, dinum, grex, aut quælibet merces. Expenſas
,, taman, quæ fiunt pro fructibus percipiendis,
,, ex illis, de quibus fructus proveniunt, non credi-
,, mus deducendas, etiam ſi fuerint decimatæ;
,, quoniam ſalva decima fructus efficiuntur eo-
,, rum, qui faciunt ipſas expenſas: fructus au-
,, tam ipſos alienari poſſe non credimus, niſi
,, cum onere dacimarum. Nec pro reſtaurandu
,, datrimento quarumlibet rerum, ex quibus
,, decimæ perſolvuntur, credimus deducendas
,, expenſas de provantibus decimandis, quia
,, penes dominum res permanent reſtauratæ, ut
,, ſi pars aliqua moriatur armenti, deteriora-
,, tur vinea, portio mercis dapereat, vel totus
,, clibanus deſtruatur.

Item debent dari prædiales, ſtatim quum fructus percipiuntur, & antequam ſeparetur inde cenſus, vel tributum, vel ſimile. Si tamen ſacta fuerit primo talis ſeparatio, ſicut ruſticus tenatur decimare, quud ſibi remanet; ita dominus hoc, quod da acervo indecimato accepit. (v. pag. 220) Ext. eod. c. *Taa nobis*, & c. *Cum non ſit in homine*.

(Innocen. III. In Concil. General. 2. Cor. 3.) ,, CUm non ſit in homine, quid ſemen ſaranti
,, reſpondaat, quoniam juxta verbum Apo-
,, ſtoli: *Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui*
,, *rigat; ſed qui incrementam dat Deus*; ipſum
,, qui da mortificato ſemine plurimum fructum
,, affert; nimis avare quidam in decimis de-
,, fraudare nituntur, cenſua, & tributa, quæ
,, interdum indecimata prætereunt, de frugibus
(*Joan.* 21.) ,, primitus deducentes. Cum autem in ſignum
,, univerſalis dominii quaſi quodam titulo ſpe-
,, ciali ſibi dominus decimas reſervaverit, nos
,, & Ecclaſiarum diſpendiis, & animarum peri-
,, culis obviare volentes, ſtatuimus, ut in præ-
,, rogativam dominii generalia, exactionem tri-
,, butorum & cenſuum præcedat ſolutio deci-
,, marum, vel ſaltem illi, ad quos cenſus val
,, tributa indecimata pervenerint (quoniam ras
,, cum onare ſuo tranſit) ea per cenſuras Ec-
,, cleſiaſticas decimare cogantur Eccleſiis, qui-
,, bus de jure debentur.

Perſonales autem poſſunt dari in fine anni, ut ſic major utilitas proveniat Eccleſiæ, quam ſi per minutias ſolverentur. Arg. axtra, de pignor. c. *Ex litteris*. Agnos autam, pullos, vitulos, & hujuſmodi nec debent dara optimos, nec debent deterioras, ſed madiocres, vel ſicut tranſierunt ſub virga paſtoris, quod decimum venarit, ſanctificetur Domino, Levit. ult. Indignum enim eſt dare Deo, quod dedignatur homo, diſt. 49. c. (*v. ſupra.*) ult. ſeu, *Sacerdotes*, 16. q. 7. c. *Omnes decimæ*.

(Hieron. *Super Malach.* 1.) ,, SAcerdotes nomen Domini daſpiciunt, &
,, quantum ad ſe panem pollutum offerunt,
,, qui ad altare indigne accedunt, quiqua dato
,, munara ſacerdotium præſumunt. Panam quo-
,, que polluit, qui doctrinam Domini in populo
,, male diſpergit, & qui honorat potentam, &
,, deſpicit pauperem (& inſra) *Si offeratis cæcam* (*Malach.* 1.)
,, *animal ad immolaadam; nonne malum eſt? &c.*
,, Superius accuſati de panibus, nunc accuſantur (*Malach.* 1.)
,, da victimis. Cæcum animal offert, qui ordinat
,, indoctum loco docti, magiſtrumque facit,
,, qui vix diſcipulus aſſa poterat. Claudum offert,
,, qui lucra terrena quærantem locat, utpote
,, pedem in diverſa ponentem, unum in divinia,
,, alterum in carualibus, cui poteſt inferri illud
,, de libro Regum: *Uſquequo claadicatis ia duas* (3. Reg. 18.)
,, *partes?* Languidum offert, qui vitioſum habet (*Malach.* 1.)
,, pro religioſo, quique tardum & pigrum pro-
,, bat patientem, dicens illum negligentiæ red-
,, arguendum: indignum eſt enim dara Domi-
,, no, quod dedignatur homo.

Et nota, quod quicumque tenetur ad decimas perſolvendas: ſi canonice admonitus noluerit perſolvere, compellendus aſt per cenſuram Eccleſiaſticam, id eſt, per excommunicationam. Extra eod. c. *Tua nobis*, & c. *Cum non ſit*. (v. pag. 220 *&* *ſupra*.)

---

§. IV.

Qualiter ſint dividendæ Decimæ, ac varii circa decimas caſus.

REſtat qualiter decimæ ſint dividandæ; diviſionem Canonicam habes 12. q. 2. c. *Quatuor*. Extra, de teſtam. c. *Requiſiſti*. (v. Indic.)

Verum, quia illud in paucis Eccleſiis obſervatur; credo in talibus conſuetudini ſtandum aſſe. Ext. de ſepult. c. *Certificari*.

(Clemens III.) ,, CErtificari voluiſti a nobis, quomodo illa
,, clauſula, quæ in privilegiis ſolet apponi
,, (ſalva juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus
,, mortuorum corpora aſſumuntur) intelligi de-
,, beat, & exponi. Cum autem ſuper hoc articu-
,, lo diverſa anteceſſorum noſtrorum manave-
,, rint inſtituta, Leone juſtitiam illam quan-
,, doque tertiam partem, quandoque mediam,
,, & Urbano quartam fora cenſentibus; nos
,, tale præbemus in hac varietate reſponſum,
,, ut, ſicut Baatus Hieronymus inquit, una-
,, quæque Provincia in ſuo ſenſu abundet, ſe-
,, cundum rationabilem conſuetudinem regio-
,, nis illa juſtitia circa madiatatem val tertiam,
,, aut quartam partem pro locorum diverſita-
,, tibus attendatur.

Quæritur utrum da injuſte, val turpiter acquiſitis tanaatur quis dare decimas, ut de meretricio, fœnore, rapina, & ſimilibus? (*Caſus* I.)

Videtur quud non. Salomon Ecclaſ. 34. *Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium ia conſpectu patris ſui*. Item in Denter. 23. *Non offeres mercedem proſtibali*: & Iſaias: *Non accipies mercedem meretricis, nec pretium ſanguinis*. Item: *Honora Dominum de tuis juſtis laboribus*. (*Proverb.* 3.) Hæc & multa alia habea 1. q. 1. c. *Non eſt putanda*.

Item Cæleſtinus III. Fidelis homo de omnibus, quæ licite poteſt acquirere, ſine murmuratione decimas erogare tanetur. Extr. eod. c. *Ex tranſmiſſa*.

(Cæleſt. III.) ,, EX tranſmiſſa querela rectoris Eccleſiæ da
,, N. intallaximus (& inſra) Quia fidelis
,, homo de omnibus, quæ licita poteſt acquirere,
,, decimas erogare tenetur; mandamus, quatenus

,, H. militem ad ſolutionem decimarum de his,
,, quæ de molendino ad ventum proveniunt, ſine
,, diminutione compellatis.

E contra videtur, quia meretrix, licet turpiter meretricetur, non tamen turpiter accipit, ff. de condit. ob tur. cau. *Idem & ſi*, §. *Quoties*. Item delictum non debet immunitatem tribuere, ut ait v. pag. 47. Aug. Cauſſa 16. q. 1. c. *Legi epiſtolam*. Item: *Nihil obedientia prodeſſet hominibus, ſi contemtus contumacibus non obeſſet*. Extra, de poſtul. prælat. c. *Ad hæc*.

Solutio. Decimarum aliæ ſunt prædiales, aliæ perſonales: in perſonalibus diſtingue, quia aut eſt translatum dominium pecuniæ decimandæ in accipientem, & non competit repetitio, ut in meretrice, & hiſtrione; aut non, ut in fure, raptore, ſimoniaco, uſurario. In primo caſu ille tenetur dare, ſed Eccleſia non debet recipere, quamdiu eſt ille in ſcelere, ne videatur approbare delictum ejus: ſicut & quandoque reſpuit Eccleſia oblationes aliquorum ob deteſtationem criminis, in quo jacent, ut puta notorie diſſidentium. Item eorum, qui opprimunt pauperes, diſt. 90. v. Indic. c. *Oblationes*.

Item raptorum, & uſurariorum. Extra, de v. Indic. raptor. c. *Super eo*. Et de uſuris, c. *Quia in omnibus*.

Eugen. III ,, SUper eo vero (& infra) Statuimus, ut qui-
,, cumque ex his, qui violenter ſurrexerint in
,, rapinam, ſive Eccleſiarum violationes, mani-
,, feſte fuerit deprehenſus, niſi prius oblata reſti-
,, tuat, ſi poterit, vel emendandi firmam &
,, plenam ſecuritatem fecerit, beneficium pœni-
,, tentiæ ei penitus denegetur. Si vero uſque ad
,, obitum in contumacia ſua duraverit, & in ex-
,, tremis poſitus remedium pœnitentiæ humili-
,, ter poſtulaverit; ſi emendationem, vel emen-
,, dandi ſecuritatem præſtiterit, ei pœnitentia &
,, ſepultura Eccleſiaſtica concedantur. Qui autem
,, in ſanitate obſtinata mente nō pœnituerit, vel
,, emendaverit, & in morte ſecuritatem præſta-
,, re nequiverit; ſolemnitas pœnitentiæ parum
,, prodeſſe videtur, ſicut credimus, ſed de peccato
,, contrito corde viaticum non negatur; ita ta-
,, men, ut nullus Clericorum ſepulturæ illius
,, interſit, nec ejus eleemoſynam præſumat acci-
,, pere. Quod ſi quis presbyterorum, vel Clerico-
,, rum contra hoc in vita vel in morte pœniten-
,, tias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum
,, eleemoſynas accipere attentaverint, ſeu hujuſ-
,, modi rapinæ participes inventi fuerint; ordinis
,, ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, &
,, Eccleſiaſtico beneficio careant.

Item meretricis, vel propter aliud crimen notorium, & horrendum, 17. q. 4. c. *Miror*.

August. Ad Bonifacium. ,, MIror quomodo tam ſubito fidei murum a-
,, cies ruperit inimici: novi enim qua re-
,, ligione ſemper ſis veneratus Eccleſiam; quo in-
,, ſtigāte facere auſus es? hominem de Eccleſia ra-
,, puiſti? Tuus ſi de tuo amico forte præſumeret
,, fugitivus, poſſet procul dubio interceſſoris cauſſa
,, veniam promereri. Ergo ſi amicus intenditur,
,, cur Deus offenditur? Sed ſi de poteſtate præ-
,, ſumitur, Nabuchodonoſor regem intende, qui
,, cauſſa ſuperbiæ in bovem eſt ex homine com-
,, mutatus, atque regno ſuo profugus recedens,
,, non tantum regnum prius recepit, quam con-
,, verſus Deum prædicavit. Non ut confundam
,, te, hæc ſcribo, ſed ut filium meum cariſſimum
,, moneo: Eccleſiæ ergo illæſum revoca, quem ir-
,, religioſiſſime rapuiſti. Oblatio vero domus tuæ
,, a Clericis ne ſuſcipiatur, indixi: communio-
,, nem tibi interdico, donec peracta pro auſibus,
,, vel errore a me definita tibimet pœnitentia &
,, tempore ordinato, pro hoc facto corde contri-
,, to & humiliato dignū offeras ſacrificium Deo.

Sed poſtquam pœnitentias acceperint, poteſt Eccleſia decimas etiam præteritas accipere, quia, ut ait Gregorius, non debet deſpici in eo, quod fuit, quia jam incipit eſſe quod non fuit, diſt. 50. c. *Ferrum*.

,, FErrum de terra tollitur, cum fortis pro- Gregor.
,, pugnator Eccleſiæ a terrena, quam prius *28. Moral.*
,, tenuit, actione ſeparatur; non ergo in eo debet *c. 16. ad*
,, deſpici quod fuit, quia jam incipit eſſe quod *c. 26. Job.*
,, non fuit.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum non transfertur dominium, vel transfertur, ſed competit repetitio, nec ille poteſt facere, nec Eccleſia debet recipere, per jura ſupra dicta in prima parte.

Ad prædiales autem ſolvendas decimas tenetur quilibet indiſtincte, etiam invaſor, & Judæus, & Eccleſia poteſt licite recipere. Extra, eodem, c. *De terris*.

,, DE terris, quas Judæi colunt, tuæ pruden- Alex. III.
,, tiæ reſpondemus, ut eos ad decimas per- *Maſſilienſ.*
,, ſolvendas, vel poſſeſſiones penitus renuncian- *Epiſc.*
,, das cum omni diſtrictione compellas, ne forte
,, occaſione illa Eccleſiæ valeant ſuo jure fraudari.
,, dari.

Et eſt ratio, quia ille non intuitu perſonæ, ſed prædiorum dantur; quidam tamen dicunt, quod ſi conſtaret Eccleſiæ, quod prædium fuiſſet ſeminatum de ſemine rapinæ, vel uſuræ, vel ſimili, non deberet recipere decimam de fructibus; alias ſic: nam *qui ſeminant in maledictione, de maledictione metent*: prima opinio magis placet. 2. Cor. 9.

Item quid de militibus, & aliis laicis, qui recipiunt decimas fere ubique terrarum, poſſunt ne eas recipere in aliquo caſu, ſine mortali? *Caſus II.*

Videtur quod non. Dominus enim præcepit in Levit. c. ult. eas dari Levitis, dicens: *Omnes decimæ terræ, ſive de pomis, ſive de frugibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur*. Item per Malachiam 3. *Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus exercituum, & dixiſtis: in quo revertemur? ſi affiget homo Deum, quia vos configitis me: & dixiſtis: in quo configimus te? In decimis, & in primitiis, & in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota: inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me, ſi non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem, uſque ad abundantiam?*

Item Dominus in Luc. 11. & Matth. 23. *Væ vobis Phariſæis, qui decimatis mentam, & anetum, & omne olus, & præteritis judicium, & caritatem Dei; hæc autem oportuit facere, & illa non omittere*. Item: *Decimas do omnium, quæ poſſideo*. Item Gregorius: *Laici, ſive ab Epiſcopis, vel Rectoribus, vel quibuslibet perſonis decimas acceperint, niſi Eccleſiæ reddiderint, ſciant ſe ſacrilegii crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere*, 16. q. 7. c. *Decimas, quas*. *Greg. 7. in Concil. Lateran.* v. pag. 121

Item Alex. III. in Concil. Lateran. *Prohibemus, ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes, in alios laicos poſſint aliquo modo transferre; ſi quis vero receperit, & Eccleſiæ ſuæ non reddiderit, Chriſtiana ſepultura privetur*. Ext. eodem, c. *Prohibemus*.

Item Laici non poſſunt decimas poſſidere. Extra, de præſcript. c. *Cauſſam*.

,, CAuſſam, quæ inter Legin. Archid. & no- Alex. III.
,, bilem virum G. ſuper decimis vertitur, *Parmenſi*
,, (& in- *Epiſc.*

,, (& infra) Ideoque fraternitati tuæ manda-
,, mus, quatenus cauſſam ipſam debito fine de-
,, eidas, non obſtante præſcriptione temporis,
,, vel conceſſione Eccleſiaſticæ ſæculariſve per-
,, ſonæ, ſi idem G. opponere eam voluerit,
,, quia cum laici decimas detinere non poſſint,
,, eas nulla valenc præſcribere ratione.

E contra videtur, quod poſſunt eas tenere in ſeudnm ab Eccleſia, quia poſſunt vendi, etiam a laicis. Arg. Extra, Ne prælati vices ſuas,
v. pag. 5. e. *Querelam*.

Item expreſſe videtur hoc dicere Inoocent. III. Extra, de his quæ fiunt a præl. ſine con-
INNOC. III *Archipreſ. Bituric.* ſen. Capit. e. *Cum Apoſtolica*, in fin. verſ. *Hoc autem de his decimis intelligimus, quæ perpetuo ſunt laicis in feudum conceſſæ*.

Item hoc habet conſuetudo generalis, *quæ optima eſt legum interpres*. Extra, de conſuetud. e. *Cum dilectus*. Alias totus mundus fere eſſec in damuatione.

Solutio. Ad hoc, ſalvo meliori judicio, dico cum Joan. & Tancr. quod decimæ duplici jure debentur Eccleſiis, ſcilicet intuitu divini obſequii in eis præſtiti, 12. q. 2. e. *Nulli, §. Si ergo*,
v. Judic. 16. q. 1. c. *Queſti*. Extra eodem, c. *Novum*.

IN CONC. *Magunti-nenſ.*
,, QUeſti ſunt præterea quidam fratres, quod
,, eſſent aliqui Epiſcopi, & Abbates, qui
,, decimas non ſinerent dari ad Eccleſiam, ubi
,, illorum coloni miſſam audiunt; proinde de-
,, crevit iſte ſacer Conventus, ut Epiſcopi, &
,, Abbates de agris, & vineis, quæ ad ſuum,
,, vel fratrum ſtipendium habent, decimas ad
,, Eccleſias ſuas deferri faciant; familiæ vero eo-
,, rum ibident decimas ſuas, ubi eorum infantes
,, baptizantur, & ubi per totum circulum anni
,, miſſas audiunt.

Hoc jure, quum ſit mere ſpirituale, non poſſunc a laico detineri, quia tale jus non cadit in laicum. Arg. 10. q. 1. c. *Hanc conſuetudinem* Extra, de inſtitut. c. *In Eccleſia*.

DAMASUS *Papa.*
,, HAnc conſuetudinem, quæ contra ſanctam
,, Eccleſiam catholicam augeri videtur, o-
,, mnino interdicimus, ut nullomodo umquam
,, ullo tempore oblationes, quæ intra ſanctam
,, Eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorum
,, detineantur: ſed tantummodo ſacerdotibus,
,, qui quotidie Domino ſervire videntur, li-
,, ceat comedere, & bibere: quia in veteri
,, teſtamento prohibuit Dominus panes ſanctos
,, comedere filiis Iſrael, niſi tantommodo Aaron,
,, & filiis ejus; qui panes longe erant ab iſtis pa-
,, nibus, qui nunc in ſancta Eccleſia offeruntur,
,, quia illi ſub umbra legis erant; qui vero modo
,, ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toto mundo
,, Evangelico coruſcante lucidiores eſſe videntur.
,, Qua fronte, auc qua conſcientia oblationes
., vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum
,, pro aliis Deo preces offerre? quia pravum eſt,
,, & contra Dominicum præceptum, & detrimen-
,, tum animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur,
,, quod ei nulla ratione conceditur; quia o-
,, mnibus ſanctis patribus noſtriſque prioribus pla-
,, cuit hanc ſanctionem fieri, & nos ſimiliter in
,, eiſdem perſiſtere volumus, ut nullus audeat
,, irritum facere hoc, quod ſtatutum eſt, ſi in
,, perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si
,, quis vero contra hanc regulam noſtram, & con-
,, tra regulam ſanctorum 318. patrum, qui in Ni-
,, cæno concilio hoc conſtituerunt, temerarius
,, præſumtor fuerit, & de cetero oblationes de
,, ſacris Eccleſiis auſerre molitus fuerit; ſub
,, anathematis vinculo ſit colligatus, & conde-
,, mnatur. Reſponderunt omnes: Fiat, fiat.

,, IN Eccleſia veſtra certum numerum Cano- EUGENIUS.
,, nicorum (ſicut nobis innotuit) communiter
,, inſtituere curaviſtis (& infra) Cum laici non
,, debeant in Canonicorum numero computari,
,, nec vos debeatis differre, quominus ſtatutum
,, numerum de aliis Clericorum perſonis idoneis
,, ſuppleatis, tales ad ſupplendum numerum in-
,, venire curetis, per quos Deo in divinis officiis
,, per Eccleſiaſticos ordines congrue ſerviatur.

Item debentur decimæ in ſignum univerſalis ſaltem dominii, 16. q. 1. c. *Revertimini*. Extra *v. pag. 229*
eodem, c. *Tua nobis*, & c. *Cum non ſit*. *& pag. 224.*

,, R*Evertimini ad me, & revertar ad vos,* HIERON.
,, *dicit Dominus exercituum, & dixiſtis: in* *ſuper Malachiam,*
,, *quo revertemur? Si affiget homo Deum, quia vos* *c. 3.*
,, *configitis me? & dixiſtis: in quo configimus te?*
,, *In decimis, & in primitiis, & in penuria vos*
,, *maledicti eſtis, & me configitis tota gens*. Nunc
,, ſequamur ordinem Prophetiæ: *Quia mihi non*
,, *dediſtis decimas, & primitias; idcirco in penuria,*
,, *& fame maledicti eſtis, & me vos ſupplantatis,*
,, *ſive defraudatis... Ecce annus expletus eſt, & ni-*
,, *hil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea compor-*
,, *taſtis, & pro decimis, & primitiis, quæ parva*
,, *erant, ſi a vobis darentur, ubertatem poſſeſſio-*
,, *num veſtrarum, & omnem frugum abundantiam*
,, *perdidiſtis. Ut autem ſciatis hoc me iraſcente per-*
,, *fectum, quia fraudaſtis me parte mea; hortor vos*
,, *atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea mea,*
,, *hoc eſt in theſauros templi, & habeant ſacerdotes,*
,, *& levita, qui mihi miniſtrant, cibos, & probate*
,, *me, ſi non tantas pluvias effudero, ut cataractæ*
,, *cæli aperta eſſe credantur, & effundam benedictionē*
,, *meam vobis uſque ad abundantiam*. Verbum,
,, *effuſionis*, nomeo largitatis oſtendit; ſed fieri
,, poteſt, ut agros irrigantibus pluviis, ſit quidem
,, fertilitas; verum aut locuſta, aut bruchus,
,, aut ærugo, aut eruca deſtruant, & labores ho-
,, minum pereant. Propterea adjungit, & dicit,
,, *increpabo pro vobis devorantes*, locuſtas videlicet,
,, & reliqua, quæ diximus, & non corrumpent
,, fructum terræ veſtræ. Si quando fames, & pe-
,, nuria, & rerum omnium egeſtas opprimunt
,, mundum; ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere,
,, qui in pauperibus, ſi non recipiant eleemo-
,, ſynam, fraudari ſe loquitur, & ſuas poſſeſſiones
,, poſſumus decimas, & primitias interpretari.
,, Si quis doctus & eruditus legem Domini poteſt
,, alios erudire, non debet ſuæ aſſignare pruden-
,, tiæ, ingenioque, quod poſſidet, ſed gratias
,, agat primum Domino, qui cuncta largitur:
,, deinde, ſacerdotibus eius, ac miniſtris a qui-
,, bus doctus eſt. Si enim non egerit gratias, ſed
,, ſcientiam vindicaverit ſibi, in penuria ma-
,, ledicetur. Quod ſi intelligens largitorem De-
,, um, & agens his gratias, per quos a Deo
,, eruditus eſt, humiliaverit ſe, & in horreum
,, Dei intulerit cibos, hoc eſt ſcripturæ ſanctæ
,, alimenta in Eccleſia populis miniſtraverit; ſta-
,, tim aperientur ſuper eum cataractæ cæli, &
,, effundetur pluvia ſpiritalis, & mandabit De-
,, us nubibus ſuis, ut pluant ſuper eum imbrem,
,, & abundantia rerum omnium perfructur.

Et hoc jure, quum ſit civile, cadere poſſunt decimæ in laicum, non tamen univerſaliter, id eſt, non quoad proprietatem, ſed quoad fructuum perceptionem. Hodie tamen a tempore Lateranenſis Concilii celebrati ſub Alexandro, nullo modo valet collatio decimarum facta eis, quum talis alienatio, vel inſeudatio ibi fuerit prælatis penitus interdicta. Extra eodem, cap. *Pro-* *v. pag. 225*
hibemus,

Digitized by Google

v. pag. 225 in Indic.

bibemus, & de ſeudis, c. 1. ſeu, *Inſinuatione*.

Unde ſi jus non ſpirituale, nec proprietatis, ſed percipiendi fructus temporales, ſuit conceſſum ante dictum Concilium militi in ſeudum, & ipſe beoe vivat, & deſendat Eccleſiam, ſicut fidelis vaſſallus, poteſt excuſari: aliter ſi unum iſtorum deſuerit, in periculo animæ ſuæ tenet. Vel dic, quod nullo tempore poterunt dari in ſeudum, etiam quoad jus temporale, ſeu civile, ita quod tranſirent ad hæredes, ſicut & ſeudum: inutiliter enim eſſet tunc jus ſpirituale apud Eccleſiam; quia ſicut anima noo poteſt vivere ſine corpore corporaliter; ita ſpiritualia ſine temporalibos non poſſunt conſiſtere, 1. q. 3. c. *Si quis objecerit*, & videtur expreſſum, extra eodem, c. *Ad hæc*.

v. pag. 3. Alex. III. *Ambian. Epiſc.*

„ AD hæc, donationem decimæ, quam Abbas ſancti S. de Monſtrali cuidam laico conceſſit, per ſucceſſionem tenendam (quoniam ſãctuarium Dei jure hæreditario poſſideri non debet) viribus carere decernas, & laicum (niſi decimam ipſam ipſi Eccleſiæ libere reſignaverit) vinculo excommunicationis adſtringas.

Caſus III. Sed quid de militibus Cathaloniæ, qui nituntur defendete privilegio Apoſtolicæ ſedis indulto, ut dicunt, quondam Comiti Barchinonenſi in favorem Chriſtianitatis, & fidei Catholicæ, ut ſcilicet decimas omnium locorum, quæ Paganis expulſis reducentur ad cultum Dei, poſſet licite retinere, & inter principes, & milites terræ ſuæ, qui ipſum juvarent ad hoc, dividere, numquid poſſunt tales decimas licite tenere?

Caſus IV. Item, numquid liberantur, & excuſantur ruſtici a peccato, ſolvendo militibus?

Caſus V. Item poſito quod poſſint retinere, numquid ex illa generali perceptione ex privilegio poteruot petere decimas Novalium, quæ poſtea facta ſunt, vel fiunt, vel illarum rerum, de quibus antiquitus non conſueverunt dari decimæ, ut de olivis, & ſimilibus?

Solutio. Ad primum dico, ſalvo meliori judicio, quod ſi privilegium fuit conceſſum in perpetuum ſibi, & ſuis ſucceſſoribus, ita quod fuit reale, & non perſonale, & propter hanc tam favorabilem cauſſam, & a ſede Apoſtolica; poſſunt licite tenere, vel ad tempus, vel in perpetuum juxta formam in privilegio expreſſam, diſt. 63. c. *Hadrianus*, & c. *In Synodo*.

Ex Hist. *Eccleſ.*

„ HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad deſendeodas res Eccleſiæ poſtulavit; Carolus vero Romam veniens Papiam obſedit, ibique relicto exercitu in ſãcta reſurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice ſuſceptus eſt. Poſt ſanctam reſurrectionem reverſus Papiam, cepit Deſiderium regem. Deinde Romam reverſus conſtituit ibi Synodum cum Hadriano Papa in Patriarchio Lateranenſi in Eccleſia ſancti Salvatoris, quæ Synodus celebrata eſt a 153. Epiſcopis religioſis, & Abbatibus. Hadrianus autem Papa cum univerſa Synodo tradiderunt Carolo jus & poteſtatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, dignitatem quoque Patriciatus ei conceſſerunt. Inſuper Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas Provincias ab eo inveſtituram accipere diffinivit, & ut niſi a rege laudetur, & inveſtiatur Epiſcopus, a nemine conſecretur. Et quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodavit, & niſi reſipiſceret, bona ejus publicari præcepit.

Leo Papa.

„ IN Synodo congregata Romæ in Eccleſia ſancti Salvatoris. Ad exemplum Beati Hadriani Apoſtolicæ ſedis antiſtitis, qui Domino Carolo victorioſiſſimo Regi Francorum ac Lõgobardorum Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inveſtituram Epiſcoporum conceſſit, Ego Leo quoque ſervus ſervorum Dei Epiſcopus cum toto Clero, & Romano populo conſtituimus, & confirmamus, & corroboramus, & per noſtram Apoſtolicam auctoritatem concedimus, atque largimur Domino Othoni primo regi Teutonicorũ, ejuſque ſucceſſoribus hujus regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem, atque ſummæ ſedis Apoſtolicæ põtificem ordinandi, ac per hoc Archiepiſcopos, ſeu Epiſcopos, ut ipſi ab eo inveſtituram accipiant, & conſecrationem, unde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, & Archiepiſcopis conceſſit; & ut nemo deinceps cujuſque dignitatis, vel religioſitatis eligendi, vel Patricium, vel Pontificem ſummæ ſedis Apoſtolicæ, aut quemcumque Epiſcopum ordinandi habeat facultatem abſque conſenſu ipſius Imperatoris (quod tamen fiat abſque omni pecunia) & ut ipſe ſit Patricius, & rex: quod ſi a Clero & populo quis obligatur Epiſcopus, niſi a ſupradicto Rege laudetur, & inveſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc regulam & Apoſtolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubjacere decernimus, & niſi reſipuerit, irrevocabili exilio puniri, vel ultimis ſuppliciis affici.

Fallit tamen hoc in quattuor caſibus (quod ſcilicet poſſint retinere præfati milites hujuſmodi decimas licite) Primus, ſi poſtea ſunt abuſi privilegio, impugnando ſcilicet Eccleſiam, quam deſendere tenebantur, vel non juvando pro poſſe, ad ampliandum contra Paganos cultum fidei Chriſtianæ, propter quod privilegium eſt conceſſum. Secundus, ſi fecerunt poſtea ſcienter contra privilegium. Tertius, ſi per illud privilegium gravatur enormiter Eccleſia, in cujus parochia prædia ſita ſunt. Quartus, ſi renunciaverint illi privilegio, cauſſa 11. quæſt. 3. c. *Privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate*, Diſt. 63. c. *Quia ſancta*, §. *Verum*. Extra eodem, c. *Suggeſtum*, & 7. q. 1. c. *Quam periculoſum*.

Greg. in regiſtra.

v. Indice.

Stephan. *Papa.* *Gratianus.*

„ QUia ſanctu &c. *Verum quia Imperatores quandoque modum ſuum ignorantes non in numero conſentientium, ſed primi diſtribuentium, immo exterminantium eſſe voluerunt, frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi, Catholicæ matris unitatem Eccleſiæ impugnare conati ſunt; ideo ſanctorum patrum ſtatuta adverſus eos prodierunt, ut ſemet electioni non insererent, & quiſquis eorum ſuffragio Eccleſiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur; ſicut ſcriptura quoque divina dicit, quod Ezechias diſſipavit excelſa, & contrivit ſtatuas, & ſuccidit lucos, & fregit ſerpentem æneum, quem fecit Moyſes; videlicet quia illum ſerpentem Deus fieri juſſerat, ne ſerpentina morte populus interiret; ideo ipſe populus colere, & venerari eum cœperat; & idcirco deſtruxit iſte, quod jubente Domino fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ita eſt habenda in Eccleſia, ut ſi nonnulli ex prædeceſſoribus, & majoribus noſtris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt eſſe ſine culpa, & poſtea vertuntur in errorem & ſuperſtitionem, ſine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate a poſteris deſtruantur. Poſtremo præſentibus legatis Imperatorum, & inconſultis, electiones Romanorum Pontificum legun-*

4. Reg. 18. 2. Paral. 29.

„ *tur*

Digitized by Google

,, *tur celebratæ, & tandem iidem Imperatores re-*
,, *ligioſa meatis affectu præfatis privilegiis renun-*
,, *ciaverunt, multa inſuper donaria Eccleſiæ Dei*
,, *conferentes.*

Adde quintnm caſum; ſi commiſerint aliquod enorme ſcelns contra Eccleſiam, a qna tenebant ſeudum, videlicet occidendo, vel mutilando anſu temerario per ſe, vel per alios, Rectorem, vel alium Clericnm ejuſdem Eccleſiæ,
v. Indic. & pag.35 25. q. 2. e. *Ita nos*. Extra, de pœn. e. *Ad aures*, & e. *In quibuſdam*.

INNOC. III ,, AD aures ooſtri Apoſtolatus pervenit, quod
,, cum quidam parœciani tui auſu diabo-
,, lico bonæ memoriæ I. Vincentinum Epiſcopum,
,, prædeceſſorem tuum nequiter peremiſſent, ſen-
,, da, & beneficia, qnæ illi a Vincentina Eccleſia
,, obtinebant, ipſis per ſententiam fuerunt eum
,, molta deliberatione ſublata. Quia igitur maiori
,, ſunt animadverſione plectendi; Nos tam tibi,
,, quam ſucceſſoribus tuis, auctoritate Apoſto-
,, lica prohibemus, ne ipſis, ant hæredibus eorum
,, beneficia prædicta reſtituantur, ſeu de novo
,, eis alia quælibet conferantur.

Ad ſecundnm dico, quod ſi ruſtiei ſcinnt, vel eredunt milites licite, vel auctoritate Eccleſiæ recipere decimas, excuſantur, præſertim qunm Eccleſia non petit ab eis, nec contradicit militibus, quos ſcit, & videt recipere decimas: alias ſi ſcirent eas illicite recipere, non liberarentur. Si antem propter metum perſolverent, excuſarentur a peccato, non a toto, ſed a tanto, 32. q. 5. e.
v pag. 87. & pag. 51. *Ita ne*. Extra, quod met. eauſſa, c. *Sacris*.

Ad tertium dico, quod non poſſunt petere decimas Novalium; Immo debeot ſolvi Eccleſiæ, quia talia privilegia arctanda ſunt, non ampliʼanda. Extra, de decimis, c. *Tua*.

INNOC. III *Vercellen. Epiſ.* ,, TUa (& infra) Porro cum laicis nulla ſit
,, de ſpiritualibus concedendi, vel diſpo-
,, nendi facultas; Imperialis conceſſio quantum-
,, cumque generaliter fiat, neminem poteſt a
,, ſolutione dacimarum eximere, quæ divina
,, inſtitutione debentur.

Secus dico in privilegio perſonæ religioſæ
v. pag. 125 conceſſo. Extra eodem, c. *Ex parte tua*.

Decimas autem illarum rerum, qnæ non conſueverunt decimari, videtnr, quod poſſint petere ipſi milites, eo quod eis terra illa ab antiquo fnerit decimalis, & una eademque res non debeat dnplici jure cenſeri. Extra eodem, cap. *Cum in tua*.

INNOC. III *Epiſcop. Beluacen.* ,, CUm in tua diœceſi quædam Monaſteria,
,, & Conventuales Eccleſiæ in multis paro-
,, chiis majores decimas percipiant, & minutas
,, de quibuſdam fructibus annuatim perceptis
,, non fuerunt decimæ perſolutæ, (& infra)
,, Reſpondemus, quod ſi fructns prædicti de il-
,, la terra proveniunt, de qua Monaſteria, vel
,, Conventuales Eccleſiæ aliquos percipiebant ra-
,, tione decimarum proventus; eis procul dubio
,, decimæ fructuum debentur eorum, cum ipſis
,, terra illa ab antiqno fuerit decimalis, & non
,, debeat una eademque Eccleſia diverſo jure
,, cenſeri, alioquin parochialibns Eccleſiis exſol-
,, vantur, ad quas de jure communi ſpectat per-
,, ceptio decimarum.

Sed illnd verum eſt in Monaſterio, vel Eccleſia; ſecus forte poſſet dici in laico, ad ſimilitudinem ejos, qnod dictum eſt de Novalibus, & ad optimum. Arg. ff. de contrahen. emt. *In lege*, nbi dicitur, quod fundo vendito, exceptis lapicidinis, non videntur per illam exceptionem exceptæ, niſi lapicidinæ, quæ tunc apparebant, licet plures aliæ eſſeot in fundo, quæ non apparebant. Item qnia in ambiguo ſemper tutior via eſt eligenda. Extra, de homicid. e. *Ad audientiam*. Unde conſulendum eſt, ut ſolvantur Eccleſiæ Parochiali.

Item poſito circa idem, quod Monaſterium, vel Eccleſia præſcripſerit decimas alicuius parochiæ; ibi dico, quod decimæ Monialium, & illarum rerum, quæ non conſueverant decimari, debent, non obſtante tali præſcriptione, ſolvi Eccleſiæ parochiali, ad quam de jure communi ſpectat perceptio decimarum. Extra eodem, c. *Cum contingat*.

,, CUm contingat interdnm in tua diœceſi. INNOC. III
,, (& infra) Cum in quibuſdam parochiis
,, ad quaſdam Eccleſias, vel perſonas Eccleſia-
,, ſticas ab antiqno pertineat perceptio decima-
,, rum, & de novo fiant Novalia in eiſdem;
,, quæris a nobis, ad quam hujuſmodi Nova-
,, lium deeima incipiat pertinere? Unde inqui-
,, ſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod cum
,, perceptio decimarum ad parochiales Eccleſias
,, de iure communi pertineat, deeimæ Nova-
,, linm, qnæ fiunt in parochiis earnmdam, ad i-
,, pſas procul dubio pertinere noſcnntur, niſi ab
,, his, qui alias percipiunt decimas, rationabi-
,, lis cauſſa oſtendatur, per quam appareat No-
,, valinm ad eos decimas pertinere.

Et per hoc notatnr, pleroſque Epiſcopos male facere, qui omnes decimas Novalium ſuæ diœceſis, & alias quaſcumque poſſunt a militibus recuperare, ſibi nſurpant, quod non licet de jure, niſi cum illa Novalia, vel alia non ſunt infra terminos alicuius parochiæ, vel niſi aliam cauſſam rationabilem oſtendant, ut in præallegata decretali, *Cum contingat*, & Extra, eodem, c. *Quoniam*. *v. pag. 121*

Caſus. III Item aliquis habens domicilium in una parochia, colit prædia in alia parochia; alius paſcit pecora in nna parochia, ſed habet caulam, ſive ovile in alia; cui Eccleſiæ ſolventur decimæ?

Solutio. Ad primum dico, quod decimas perſonales debent perſolvere illi Eccleſiæ, ubi per totum annum, ſive frequentius, audit divina, & recipit Eccleſiaſtica ſacramenta, 16. q. 1. c. *Quaeſti*: prædiales vero debent ſemper perſolvi illi Eccleſiæ, in cujus parocbia ſita ſunt prædia, 16. *v. ſupra.*
q. 1. e. *Si quis laicus*. Extra eod. e. *Quoniam*. *v. pag. 76. & pag. 121*
Hanc Diſtinctionem facit decretalis extra eodem, c. *Ad Apoſtolicæ*.

,, AD Apoſtolicæ ſedis regimen, (& infra) LUCIUS. III.
,, Intelligimus ex litteris tuis, quod quæ-
,, dam conſuetudo in Hungaria inolevit, ut *Strigonen.*
,, multitudo populi plerumque de parochia unius *Archiep.*
,, Epiſcnpi, in diœceſim alterins transſeratur, in
,, qua licet per multa tempora moram traxerit;
,, uterqoe tamen Epiſcoporum, tam is, cuins pa-
,, rochiam reliquerunt, quam is, eujus parochia-
,, ni ſunt ſacti, decimationem requirit. Ideoque
,, tna nos duxit fraternitas conſulendos, cui po-
,, tius decimæ ſnnt reddēdæ. Noveris igitur quod
,, æqunm eſt, ut illi Eccleſiæ decimæ perſonales
,, reddantnr ab eis, iu qua Eccleſiaſtica perci-
,, piunt ſacramenta. Decimas vero meſſium, vel
,, fructuum arborum, ſi coluerint in alia paro-
,, chia, quam in ea, in qua habitant (quoniam
,, a diverſis diverſa conſuetudo tenetur) tu eli-
,, gas in hoc caſu, qnod per conſuetudinem
,, diu obtentam ibidem noveris obſervatnm.

Si tamen ſuper hoc eſſet conſuetndo, ſtandnm eſſet ei per illam decretalem, *Ad Apoſtolicæ*, & extra eodem, c. *Cum ſint homines*.

,, Cum

Alex. III. ,, CUm ſint homines in parochia unius Eccleſiæ (ſicut aſſeris) qui terras in alia parochia excolunt; tua diſcretio nos conſuluit, cui Eccleſiæ de terris illis decimas ſolvere debeant (& infra) Sane non eſt nobis facile ſuper hoc certum dare reſponſum, cum auctoritates ſanctorum Patrum etiam ſint diverſæ. Et ideo in hujuſmodi dubitatione ad conſuetudinem ducimus recurrendum, & attendendum etiam, ſi illæ Eccleſiæ in uno ſint, vel in diverſis Epiſcopatibus conſtitutæ: quia difficile nimis videtur, ut una Eccleſia in Epiſcopatu alterius recipiat decimas, cum ex hoc Epiſcopatuum fines confundi non immerito viderentur.

Item ſi dubitaretur de conſuetudine, utrum decimæ prædiales dandæ ſint Capellis, ubi audiuntur divina, vel Eccleſiæ Baptiſmali; ratione Baptiſmi debent dari prædiales Baptiſmali; perſonales vero Capellæ. Extra eodem, c. *Nuncios*.

Ad aliud dico, quod de lacte, fœno, & lana detur decima illi Eccleſiæ, in cujus parochia paſcua ſita ſunt; quia quum inde ſuſcipiant totum nutrimentum, tales decimæ prædiales

v. pag. 133 cenſentur. Arg. extra, eodem cap. *Commiſſum*.

Caſus VII. Quid de Clericis, qui habentes ſufficiens patrimonium, recipiunt decimas? De talibus dicit Hieronymus: Qui bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium profecto incurrunt, & per abuſionem talium judicium ſibi manducant, &

v. Iedic. bibunt, 16. quæſt. 1. c. *Quoniam quidquid*.

Ad hoc dicas, quod ſi illi deſerviunt Eccleſiæ, ſicut debent, & has decimas non recipiunt, ut eas in malos uſus conſumant, ſed ut inde pauperibus provideant, non peccant; alias committunt ſacrilegium, ut dicit Hieronymus, & Proſper cauſſa 1. quæſt. 2. cap. *Paſtor*.

Prosper In lib. de vita contemplativa c. 10. ,, PAſtor Eccleſiæ his, quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud ſit, habentibus dare, quam perdere. Nec illi, qui ſua poſſidentes, dari ſibi aliquid volunt ſine grandi peccato ſuo, unde pauper victurus erat, accipiunt. De Clericis quidem dicit per Prophetam Spiritus ſanctus: *Peccata populi mei comedunt*. Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt: ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Item ſi illo recipiente, aliqui ſame moriantur, ipſe eſt reus homicidii, 14. q. 5. cap. *Immolantis*, in fine verſ. *Panis egentium*, &c.

August. Eccl. 34. ,, I*Mmolantis ex iniquo oblatio eſt maculata* (& infra) *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium vita pauperum eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt... Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt*.

Caſus VIII. Quid, ſi miles injuſte detinet decimas, nec poteſt Eccleſia recuperare ab eo, numquid poterit eas redimere ſine periculo ſimoniæ?

Videtur, quod non; quia ſicut non poſſunt vendi, ita nec redimi. Extra, de ſimonia,

v. pag. 5. cap. *Querelam*. Expreſſius 16. quæſt. 7. cap. *Decimas, quas populus*, 1. quæſt. 3. capit. *Altare*.

Ex Conc. Matiscon. ,, DEcimas, quas populus dare non vult, niſi quolibet munere ab eo redimatur, ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat.

Pasch. II. ,, ALtare, & decimas per pecuniam dare, & Spiritum ſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe, nullus fidelium ignorat.

Item non poſſunt permutari cum re temporali. Extra, de rerum permut. c. *Ad quæſtiones*. v. pag. 3.

Poteſt tamen dici contrarium, ſcilicet quod poſſint redimi; dum tamen fiat auctoritate Epiſcopi, ad cujus diſpenſationem ſpectant decimæ; & quia auctoritas judicis multum excuſat de talibus. Extra, de præbend. cap. *Niſi*, & de rerum permut. c. *Quæſitum*. v. pag. 2.

Item credo in pignore, quod poteſt eas recipere in pignus, ſicut & quamlibet aliam poſſeſſionem, quam miles ſimiliter detinet violenter, & injuſte: nec tenetur in talibus fructibus computare in ſortem; dum tamen non pertineant hujuſmodi decimæ ad alienas Eccleſias, quas non debet recipere a laicis. Extra eodem, c. *Interdicimus*. Et ſic intellige, ext. de uſuris, c. *Plures*.

Gregor. IX. ,, INterdicimus univerſis perſonis Eccleſiaſticis, ut decimas detentas a laicis ad alienas Eccleſias pertinentes, in pignus recipere ab eiſdem laicis non præſumant.

Alex. III. In Concil. Turonen. ,, PLures Clericorum (& infra) Generalis Concilii decrevit auctoritas, ut nullus conſtitutus in Clero, vel hoc, vel aliud genus uſuræ exercere præſumat. Et ſi quis alicujus poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie, vel conditione in pignus acceperit; ſi ſortem ſuam, (deductis expenſis) de fructibus jam perceperit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto, poſſeſſio libere ad dominum revertatur. Quod ſi poſt hujuſmodi conſtitutum in Clero quiſquam exſtiterit, qui deteſtandis uſurarum lucris inſiſtat, Eccleſiaſtici officii periculum patiatur; niſi forte Eccleſiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.

Et idem intelligo de omnibus poſſeſſionibus emtis de illis fructibus injuſte perceptis; in hoc tamen eſt differentia, quia non concederem ita de decimis, niſi quum aliter non poſſunt recuperari. Extra, de his quæ fiunt a præl. ſine conſenſ. Cap. c. *Cum Apoſtolica*.

Innoc. III Archipresb. & magiſt. Scholaris Bituric. ,, CUm Apoſtolica (& infra) Sane ſicut ex litteris veſtris accepimus, cum ex una parte capitulum S. Stephani, & ex altera Monachi de Platea, ſuper decima quadam in veſtrum compromiſiſſent arbitrium, dicti Monachi proponebant donationem ipſius decimæ, ſibi a quodam milite factam, & Bituricenſis Archiepiſcopi diœceſani ejus accedente conſenſu, confirmatam fuiſſe, ſeque auctoritate Hieronymi munitos exſiſtere, qui ſcribens ad Damaſum ait: Si aliquando fuerint a laicis male detenta, quæ divini juris eſſe noſcuntur, & in uſum tranſierint Monachorum, Epiſcopo loci præbente conſenſum, conſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. Econtrario pars allegabat adverſa, conſenſum Epiſcopi ſine Cleri conſenſu minus ſufficere, auctoritate Leonis Papæ dicentis: Ne quis Epiſcopus de rebus Eccleſiæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, niſi forte aliquid horum faciat, ut meliora proſpiciat: & cum totius Cleri conſenſu atque tractatu id eligat, quod non ſit dubium Eccleſiæ profuturum. Quia vero nos conſulere voluiſti, utrum, quando decima tenetur a laico, ſi conferatur

,, Ec-

Digitized by Google

„ Eccleſiæ ad coofirmandam donationem con-
„ ſeuſus Epiſcopi, ſine Cleri couſenſu ſufficiat.
„ Taliter reſpoodemus, quod monendus eſt lai-
„ cus, qui decimam detinet, ut eam reſtituat
„ Eccieſiæ, ad quam ſpectat; qui, ſi forte induci
„ nequiverit, & eam cum diœceſani conſenſu
„ alteri Eccleſiæ aſſignaverit, præſertim religio-
„ ſo conventui; conſtabit ipſa douatio perpe-
„ tua firmitate ſubnixa. Aoctoritates enim præ-
„ miſſæ, licet diverſæ ſint, non ſunt tameo
„ adverſæ: cum aliud ſit alienare, quod ab Ec-
„ cleſia poſſidetur, & aliud, quod detinetur a lai-
„ co, ad uſum Eccleſiaſticum revocare: in alie-
„ oatione quoque, juxta Leonis Papæ decretum,
„ conſenſus Epiſcopi ſine Clericorum eonſenſu
„ noo ſufficit. In revocatione autem juxta ſcri-
„ pturam Hieronymi ſufficit conſeuſus Epiſco-
„ pi, cum per utrumque utiiitati Eccleſiæ con-
„ ſulatur. Nam & in Lateranenſi Concilio eſt
„ inſtitutum, ne quælibet religioſa perſona Ec-
„ cleſias & decimas de manibus iaicorum ſine
„ conſenſu Epiſcoporum recipiat; per quod iu-
„ directe datur intelligi, quod ſufficit eonſen-
„ ſus Epiſcopi, ut licitum Eccleſiæ ſit, deci-
„ mas de manibus recipere laicorum. Hoc au-
„ tem de illis decimis intelligimus, quæ laicis
„ in feudum perpetuo ſunt coocеſſæ.

Sed io aliis poſſeſſionibus non requiritur aliud, niſi quod miles iniuſte detineat. De feudo dico, quod ſi Eccleſia recipit in pignore feudum, quod miles tenet per eum, ſi durante pignore recipit ab eo ſervitium feudi; tenetur fructus computare in ſortem: alias non. Ext. de feud. c. 5. ſeu *In infeudatione*. Et ſic intelligo Extra, de uſuris, c. *Conqueſtus*, ubi ſimpliciter dicitur, quod fructus feudi non tenentur computari in ſortem. *v. Indic.*

Alex. III. Abbati, & fratribus S. Laurentii.
„ CONqueſtus eſt nobis C. Clericus (& in-
„ fra) Diſcretioni veſtræ mandamus, qua-
„ tenus ſi terram ipſam titulo pignoris detioe-
„ tis, & de fructibus ejus ſortem recipitis, præ-
„ dictam terram Clerico memorato raddatis;
„ niſi terra de feudo ſit Monaſterii veſtri.

Hoc autem, quod dictum eſt de feudis, volunt quidam extendere ad colonias ruſticorum; quod non approbo: immo dico, quod ſi Eccleſia recipit coioniam coloni ſui in pignore, debet fructus in ſortem compntare, deducto jure, & laboribus, & expenſis; quia ſuper hoc privilegium nullum video Eccleſiæ conceſſum.

Quid, ſi aliquis longo tempore recipit, & retinens decimas, nuoc venit ad ſanctificatiouem, aſſerens ſe ignorantia & ſimplicitate peccaſſe, vel etiam ſcienter, & poſtulat ſibi remitti intuito Dei, & Eccleſiæ, qnod accepit, vel retinuit in præterito tempore, quum alias oporteret eum cum ſua familia mendicare?

Ad hoc dico, quod poteſt Eccleſia petere omnes decimas præteriti temporis. Cauſſa 16. q. 7. c. *Quicumque recognoverit*. Sed ſi videat iſtum contritum, & preces eius niti veritate; debet ei tamquam pauperi dimittere nnde vivat, quum hoc idem eſſet ei datura poſtea. Arg. 16. quæſt. 5. cap. *Quoniam*. *v. ſupra. v. Indic.*

Hoc tamen debet facere Epiſcopus, & poteſt etiam ſine conſenſu capituli; quum ſic decimæ ad Eccleſiam revertantur. Extra, de his, quæ fiunt *a* præl. ſine couſ. capit. c. *Cum Apoſtolica*. *v. ſupra. Caſus IX.*

Item quæritur, utrum omnes decimæ ſint in præcepto, an prædiales tantum?

Videtur, quod omnes, per ea, quæ dixi ſupra eodem, §. *Item quid de militibus*?

In contrarium videtur tenere totus orbis, quia vix alicubi dantur decimæ perſonales. Præterea in lege Domini noo videotur præceptæ, niſi prædiales, ut patet per ipſam litteram. Item dicit Iunocentius: Illæ quippe decimæ neeeſſario ſunt ſoivendæ, quæ debentur ex lege Divina, vel loci conſuetudine approbata. Extra eodem, cap. *In aliquibus*.

Innoc. III In Concilio Generali.
„ IN aliquibus regionibus quædam permiſtæ
„ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus de-
„ cimas de more non ſolvunt, quamvis cenſean-
„ tur nomine Chriſtiano: his nonnuili domini
„ prædiorum ea tribuunt excolenda, ut decimis
„ defraudantes Eccleſias, majores inde reditus
„ aſſequantur. Volentes igitur ſuper his Eccle-
„ ſiarum indemnitatibus providere, ſtatuimus,
„ ut ipſi domini talibus perſonis, & taliter ſua
„ prædia excolenda committant, quod abſque
„ contradictione Eccleſiis decimas cum integri-
„ tate perſolvaut, & ad id, ſi neceſſe fuerit,
„ per cenſuram Eccleſiaſticam compellautur.
„ Illæ quippe decimæ neceſſario ſolvendæ ſunt,
„ quæ debentur ex lege divina, vei ioci con-
„ ſuetudiue approbata.

Nec mireris; quia eſt tanta vis conſuetudinis, quod etiam in matrimouio perſonas de jure ad coutrahendum legitimas facit illegitimas. Extra, de cognat. ſpirit. c. *Super eo*. *De cõſuetudinis vi. v. pag. 20.*

Item conſuetudo aſtringit ad continentiam Clericos conſtitutos in minoribus ordinibus, quum tamen de jure ad hoc non teneantur. Diſt. 32. cap. *Placuit*. *v. pag. 71.*

Item ſecundum Eccleſiæ cujuſque couſuetudinem, vel trina, vei unica debet in Baptiſmo fieri immerſio. De conſec. Diſt. 4. c. *De trina*.

Gregor. Leandro Epiſc. lib. 1. Epiſt. 41.
„ DE trina merſione Baptiſmatis nihil reſpon-
„ deri verius poteſt, quam quod ipſi ſenſiſtis:
„ quia in una fide nil officit ſanctæ Eccleſiæ cõſue-
„ tudo diverſa; nos aotem qni tertio mergimus,
„ triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus, ut
„ dum tertio infans ab aquis educitur, reſurre-
„ ctio triduani temporis exprimatur. Quod ſi quis
„ forte etiam pro ſummæ Trinitatis veneratiune
„ exiſtimet fieri, neque iſtud aliquid obſiſtit ba-
„ ptizando ſemel in aquis mergere: quia dum in
„ tribus perſonis una ſubſiſteotia eſt, reprehenſi-
„ bile eſſe nullatenus poteſt infantẽ in Baptiſma-
„ te vel ter, vel ſemel immergere: quando etiã
„ in tribus merſiooibus perſonarum Trinitas, &
„ in una poteſt divioitatis ſingularitas deſignari.

Item conſuetudo non poteſt tollere jus naturale, ſive divioum, id eſt, præcepta, & prohibitiones Domini: immo talis conſuetudo abrogatur a lege, 32. q. 7. c. *Flagitia*, Diſt. 8. c. 3. & ex eo ſequentibus, ſeu c. *Mala*, c. *Qui contemta*, c. *Conſuetudo*, & Extra, de ſimonia, c. *Cum in Eccleſiæ*. *v. Indict. v. pag. 15.*

Nicolaus Papa. Hincmaro Remenſi Archiep.
„ MAla coouſuetndo, non minus quam per-
„ oicioſa corruptela vitanda eſt, quæ niſi
„ eitius radicitus evellatur, io privilegiorum jus
„ ab improbis aſſumitur: & iocipiunt prævari-
„ cationes, & variæ præſumtionea, celerrime
„ non compreſſæ, pro legibus venerari, & pri-
„ vilegiorum more perpetuo celebrari.

August. Lib. 3. de Bapt. c. 5.
„ QUi cootemta veritate præſumit coouſuetu-
„ dinem ſequi; aut circa fratres invidus eſt,
„ & malignus, quibus veritas revelatur; aut circa
„ Deum ingratus eſt, inſpiratione cuius Eccleſiæ
„ jus inſtituitur: uam Dominus in Evaugeiio: *Ego*
„ *ſum*, ioquit, *veritas*; non dixit, ego ſum con-
„ ſuetudo. Itaque veritate manifeſtata cedat cou-
„ ſuetudo veritati (& infra) Revelatione igitur
„ facta veritatis, veritati cedat couſuetudo: quia
„ & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Pauli-

Digitized by Google

,, lo vecitatem prædicanti (& infra) Cum Chri-
,, ſtus veritas ſit, magis veritatem, quam con-
,, ſuetndinem ſequi debemua: qnia conſuetudi-
,, nem ratio & veritas ſemper excludit.

Nota. Cyprian. In Epiſt. ad Pampianum.

,, CONſuetudo, quæ apud quoſdam obrepſe-
,, rat, impedire non debet, quominus præ-
,, valeat veritas, & vincit. Nam cooſuetudo ſi-
,, ne veritate vetuſtaa erroris eſt: propter quod
,, relicto errore ſequamur veritatem, ſcientes,
,, quia & apud Eſdram veritas vicit, ut ſcriptum
,, eſt: *Veritas manet, & invaleſcit, & vivit in æ-*
,, *ternum, & obtinet in ſæcula ſæculorum.*

2. Eſd. 3. Eccleſ. 4.

Jus vero poſitivum, ſive humaoum tollit coo-ſuetudo, vel in totum, ſi eſt geoeralis. Diſt. [illegible] c. *In iſtis* §. *Leges.*

Augusr. In lib. de vera relig. c. 31. Gratianus.

,, IN iſtis temporalibus legibus, quamquam de
,, his homines judicent, cum eas inſtituunt;
,, tamen cum fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non
,, licebit judici de ipſis judicare, ſed ſecundum
,, ipſas. *Leges inſtituuntur, cum promulgantur; fir-*
,, *mantur, cum moribus utentium approbantur; ſicut*
,, *enim moribus utentium in contrarium nonnullæ leges*
,, *hodie abrogatæ ſunt; ita moribus utentium ipſæ le-*
,, *ges confirmantur. Unde illud Teleſphori Papæ (qui*
,, *decrevit, ut generaliter Clerici a Quinquageſima a*
,, *carnibus, & deliciis jejunent) quia moribus uten-*
,, *tium approbatum non eſt, aliter agentes, tranſgreſſio-*
,, *nis reos non arguit.*

Hæc quinquageſima poſt Paſcha celebrabatur.

Vel in partem tollit conſuetudo jus humanum, ſeu poſitivũ, ſi eſt particularis. Diſt. 12. c. *Cõſuetudo.*

Cod. lib. 8. Tit. quæ ſit longa conſ. lib. 5.

,, CONſuetudo præcedens, & ratio, quæ con-
,, ſuetudinem ſuaſit, tenenda eſt. Et quid-
,, quid contra longam conſuetudinem fiet, ad ſo-
,, licitudinem ſuam revocabit PræſesProvinciæ.

Ita tamen, quod ipſa conſuetudo, ooo ſit contra jus naturale, ut dictum eſt, quia tunc nec jus poſitivum poſſet tollere. Diſt. 12. c. *Illud.*

Hieron. Ad Lucinium Ep. 28.

,, ILlud breviter te admonendum puto, tradi-
,, tiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ fidei
,, non officiuot, ita obſervandas, ut a majoribua
,, traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudinem
,, aliorum cootrario more ſubverti.

Si ergo perſonales decimæ non Dei, ſed hominum præcepto debentur, videtur, quod conſuetudo contraria a culpa liberet non ſulvenes, maxime vero per illam conſtitotionem, *In aliquibus,* quæ multum movet me; hoc tamen definire formido, audire magis cupiens, quam audiri; conſilium tamen ſanum eſſet, ut ſolverent, vel ſaltem auctoritate Epiſcopi, & Eccleſiarum, quibus eſſent perſolvendæ, erogaret quilibet, vel ſimul, vel per quotidianas eleemoſynas in uſus pauperũ. Idem etiam faceret de decimis, quas retinuit præteritis temporibus, vel peteret ſaltem a prædictis perſonis ſibi remitti intuitu Dei, & Eccleſiæ.

v. ſupra.

Caſus X.

Item quid, ſi aliquis vendidit acervum aote ſolutionem decimæ, quis tenetur ad ſolutionem?

Solutio. Dico, quod uterqoe tenetur: venditor propter dolum, quem commiſit, & quia habet pretium, quod ſuccedit loco rei. 12. q. 2. c. *Monemus,* & c. *Statuimus,* cum duobus c. *Sequentibus,* ff. de petit. hæredit. *Si & rem & pretium.*

In Conc. Leonis Papæ.

,, MOnemus, & irreſragabiliter affirmamus,
,, ut nullus Epiſcoporum, vel ſacerdotum
,, rem tituli ſui uſurpare præſumat: ſed neque ſa-
,, larium a Chriſtianis ſanctis locis oblatum cauſ-
,, ſa amicitiæ, vel timoris, aut muneris pertentet
,, auferre, oe Eccleſia Dei ad nihilum redigatur:
,, quod ſi facere præſumſerit Epiſcopus, vel ſacer-
,, dos, canonicam ſine dubio ſubeat ultionem, &
,, quod Eccleſiæ injuſte ablatum eſt, reddere com-
,, pellantur, ita ut deinceps nullas vires pro his
,, ad litigaodum, vel poſſidendnm habere poſſit.

Ex Conc. Agathenſi c. 22.

,, STatuimus (quod omnes canones ju-
,, bent) ut civitatenſes, ſive Diœceſani pres-
,, byteri, vel clerici ſalvo jure Eccleſiæ, tem Ec-
,, cleſiæ, ſicut permiſerunt Epiſcopi, teneãt: ven-
,, dere autem, aut donare, penitus non præſu-
,, mant. Qnod ſi fecerint, val fecerunt; & facta
,, venditio non valebit, & de facultatibua, ſi
,, quas habeot proprias, indemnem Eccleſiam
,, reddaot, & communione priventur.

Emtor tenetur ſolvere; quia res tranſivit ad eũ cum onere decimarum. Expreſſum eſt hoc extra eodem, c. *Paſtoralis,* 12. q. 2. c. *Auguſtino.*

v. Iadic. Pelagius Hoſtil. Ep.

,, AUguſtino noſtræ ſedis notario ſuggerente
,, didicimua, quod ei dilectio tua directis
,, apicibos indicaſſet, quoſdã de clero tuo, & ma-
,, xime Parochiarum ad te pertinentium, non
,, pauca ſacrata vaſa, vel miniſteria diſtraxiſſe, &
,, aliqua hujuſmodi perpetraſſe, quæ a religioſo
,, aliena ſunt propoſito. Charitatem vero tuam
,, (ut hoc competenti ſollicitudine debeat io-
,, ſequi, vel ulciſci) noſtræ præceptionis auctori-
,, tate cupis communiri. Qua de re præſeoti-
,, bua mandamus affatibus, ut competenti vivaci-
,, tatis inſtantia, quidquid de ſacratis vaſis, vel
,, miniſteriis a quolibet Clericorum uſurpatum,
,, vel diſtractum fuiſſe compereris, ſine cujuſque
,, moræ interventn exigere non dimittas, &
,, Eccleſiaſticis uſibus reformare.

Et ita poteſt Eccleſia petere a quo maluerit. Credo tamen, quod ſi obtinuit a venditore, liberatus eſt emtor, vel econtra: abſit enim quod Eccleſia ſuum recipiat cum augmento. Utrum tamen Eccleſia poterit petere pœnam, require infra de uſuria, §. *Licet autem,* & §. *Item quid ſi pœna.*

Item ſi emtor fuit bonæ fidei, & ſolvit decimam, tenetur ei venditor; ſi fuerit malæ fidei, non tenetur, niſi expreſſe dictum & cautum fuerit: debet tamen uterque agere pœnitentiã de dolo, & quaſi furto; quia contrectaverunt decimam invito domino. In foro tamen pœnitentiali tutom eſt, quod ſi emtor perſolvit decimã, venditor ſibi reſtituat, niſi forte in caſu, ſcilicet, ſi emtor non invenitur deceptus in re, quia bene adhuc valet pretium.

Item quid, ſi aliquis furtive, vel etiam violenter armata manu rapuit totum acervum, vel partem de area ruſtici ante ſolutionem decimæ, numquid tenetur ruſticus Eccleſiæ?

Caſus XI.

Solutio. Dominum decimæ reſidet juxta Eccleſiam etiam ante ſeparationem, 16. q. 1. c. *Moderamine,* & *Decimæ.*

v. pag. 123 Gregor.

,, MOderamine Apoſtolicæ auctoritatis decer-
,, nimus, ut monachi, ſi presbyterii honore
,, dedicati ſunt, cũ ligandi, ſolvendique poteſtate,
,, decimarum primitiarum, oblationum, donatio-
,, num, quæ fiunt pro vivis, & pro defunctis, portio-
,, nem juxta canonem ad ſuam, proximorumque
,, utilitatẽ merito perfectioris juſtitiæ non minus,
,, quã ceteri ſacerdotes, laudabiliter ſibi vandicẽt.

Item ſtatim collectis fructibus debent dari decimæ, 16. q. 1. c. *Decimæ.* Extra eod. c. *Cum homines.*

v. pag. 125

Ergo ſi non ſolvantur ſtatim, quũ competenter ſolvi poſſunt, in mora eſt ruſticus. Ergo periculum ſpectat ad ipſum; quare tenetur Eccleſiæ: ſi vero non erat adhuc in mora, & violenter ſibi ablatum eſt ab extraneo, cui non potuit prohibere, non tenetur, ſed aget Eccleſia contra raptorem, ff. locati, *Si in lege,* §. *Item utiliter.* Et hoc teneas pro regula, quod ſemper poſterior mora nocet ei, per quem fit, ff. de peric. & commo. Rei vend. *Illud,* ff. de uſuris, *Debitor.* Et ſecundum hoc

Dico

Dico, quod ſi ruſticus erat in mora tempore violentiæ, tenetur ad totalem decimam totius acervi; dabit tamen Eccleſia ruſtico ſuas actiones contra violentum: ſi vero Eccleſia erat in mora, de reſiduo tantum recipiet decimam, niſi in caſu, ſcilicet, ſi propter moram Eccleſiæ, ſine qua non audebat tangere fructus, ruſticus non repoſuerat fructus, quos alias repoſuiſſet in locis ſecuris; tunc quidquid perditur, cedit in periculum Eccleſiæ, ad minus uſque ad complementum decimæ: Eccleſia enim non debet petere lucrum cum damnis aliorum, 12. q. 2. c. *Fraternitas*.

Gregor. Auguſtino Anglorũ Epiſc. „ FRaternitas tua ex perſona furis penſare poteſt, qualiter valeat corrigi: ſunt enim quidã, qui habentes ſubſidia furtum perpetrant: & ſunt alii, qui hac in re ex inopia delinquũt. Unde neceſſe eſt, ut quidam damnis, quidam vero verberibus, & quidam diſtrictius, quidam vero levius corrigantur. Et cum paulo diſtrictius agitur, ex caritate agendum eſt, non ex furore: quia ipſi hoc præſtatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur (& infra) Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de Eccleſiis abſtulerunt, reddere debeant: ſed abſit, ut Eccleſia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

In ſumma nota, quod ille, qui bene & fideliter dat decimam, quadrupliciter remuneratur a Deo. Prima remuneratio eſt abundantia fructuum; ſecunda, ſanitas corporis; tertia, indulgentia peccatorum; quarta cæleſte regnum.

Serm. 219. de tempore. De primis duabus Auguſtinus: *Si decimam dederis, non ſolam abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis conſequeris.*

Ibidem. Item de duabus ultimis idem Auguſtinus; *Qui præmium corporale, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de novem partibus eleemoſynam dare ſtudeat pauperibus;* qui vero non dat, punitur in oppoſitis. Unde

c. 8. Dominus per Malachiam: *Quia mihi non reddidiſtis decimas & primitias; idcirco in fame & penuria maledicti eſtis.* Item loquens illis qui dant decimas:

Super Malach. c. 3. *Increpabo pro vobis devorantes*, exponit Hieronymus, videlicet: *Locuſtam, brucum, æruginem, & erucam, & multa, ſicut in Malachia.*

Serm. 219. de tempore. Item Auguſtinus: *Cum decimas dando & terrena, & cæleſtia poſſis promereri, pro avaritia duplicem benedictionem fraudas, id eſt ſubtrahis tibi: hæc eſt Domini juſtiſſima conſuetudo, ut ſi tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti?* Item: *Dominus Deus non præmium poſtulat, ſed honorem; Deus enim noſter, qui dignatus eſt totum dare, decimam a nobis dignatur recipere, non ſibi, ſed nobis ſine dubio profuturam.*

Unde ſicut idem ſubjungit: *Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare nolunt, res alienas invadunt, & quanti pauperes in locis ſuis, ibi, ubi ipſe habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, ipſe tantorum homicidiorum reus ante æterni judicis tribunal apparebit; quia rem a Domino pauperibus delegatam ſuis uſibus reſervavit.* Item: *Majores noſtri ideo copiis omnibus abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæſari cenſum reddebant; modo autem quia diſceſſit devotio Dei, acceſſit indictio Fiſci.*

Ad c. 3. Epiſt. ad Titum. *Nolumus cum Deo partiri decimas, hoc tollit Fiſcus, quod non accipit Chriſtus.*

Patet ex præmiſſis, quod iſte talis committit rapinam, & homicidium. Item ſacrilegium. Hieronymus: *Amico rapere quippiam, furtum eſt. Eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt, aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat.* Et dixi ſupra eodem §. *Item quid de militibus.*

Item nota, quod qui non dat decimam, niſi ſit exemtus, ſecundum ea, quæ diximus, non videtur eſſe in ſtatu ſalvandorum, & debet anathematizari præmiſſa admonitione uſque ad ſatisfactionem & emendationem congruam, 16. q. 7. c. *Omnes decimæ.* *v. pag. 133*

---

§. X.

De primitiis, quid ſit primitia, cui danda, & quanta eſſe debeat?

PRimitia eſt prima pars frugum Domino offerenda: hoc autẽ debetur ex præcepto Domini, qui in Exod. 22. invenitur præcepiſſe dicens: *Decimas, & primitias non tardabis offerre.* Item in eodem, 23. *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.* Item per Malachiam 3. Require ſupra eodem, §. *Item quid de militibus*, & §. *In ſumma.*

Item per Ezechielem 20. *Quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſacrificationibus veſtris.* Item in canone dicitur:

Alexand. II. „ P*Ræcipientes ſtatuimus, ut decimæ, & primitiæ, ſive oblationes vivorum, & mortuorum Eccleſiis Dei fideliter reddantur a laicis, ut in diſpoſitione Epiſcoporum ſint; quas, qui retinuerint, a ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparẽtur*, diſt. 32. c. *Præter hoc.* *v. Indic.*

Eſt autem danda ſacerdoti parochiali. Cauſſa 16. q. 1. c. *Doctos*, & c. *Moderamine.* *v. pag. 131*

Ambros. „ DOctos ac probos Monachos presbyterii honore dedicatos, prædicare, baptizare, pœnitentiam dare, debita miſeris relaxare, & decimarum, primitiarum, oblationum vivorum, & mortuorum portione juſta perfrui debere, moderata diſpenſatione commendamus, ut juxta Apoſtolum de altari, cui ſerviunt, viventes, per obſequium Dominicæ plebis panem, & vinum immaculata benedictione transforment in corpus, & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Ad c. 3. Epiſt. ad Titum. Quanta debeat eſſe, non invenitur expreſſum in libris Moyſis; dicit tamen Hieronymus: Majorum traditione introductum eſt, quod qui plurimum, quadrageſimã partem dabant ſacerdotibus; qui minimum, ſexageſimam; & ſic inter quadrageſimam, & ſexageſimã licebat offerre quodcũque voluiſſent: & hoc in aridis, & liquidis. Extr. eod. c. *Decimam.*

Hieron. Super Ezechielem, num. 13. „ DEcimam partem omnium frugum Leviticæ Tribui populus ex lege debebat. Rurſus ex ipſis decimis Levitæ, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoque & aliæ decimæ, quas unuſquiſque de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, ut comederet eas, cum iret in templum in urbe Hieruſalem, & in veſtibulo templi ſacerdotes, & levitas ad convivium invitaret. Erant autem, & aliæ, quas pauperibus recondebant. At vero primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant ſpeciali nomine diffinitæ, ſed offerentiũ arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, ſed arbitrio Magiſtratuum inolitam, quod qui plurimũ, 40. partem dabant ſacerdotibus, qui minimum, 60. inter quadrageſimam, & ſexageſimam licebat quodcumque voluiſſent, offerre. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum eſt, hoc ſpecialiter diffinitur propter ſacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigant in primitiis offerendis.

In fœtibus antẽ primogenitus dabatur. Hugotio tamen dicit, quod de ducentis unus. Laurentius, & Joan. dicunt, quod centeſimus. Ego credo ſtandum eſſe conſuetudini, ut quælibet Eccleſia ſervet conſuetudinem, ſi habet: ſi non habet, recurrat ad

Digitized by Google

v. Indic. & pag. 20. & pag. 15.

conſuetudinem vicinarum Eccleſiarum; ſi inveniat ibi diverſas conſuetudines, illam ſequatur quæ magis tendit ad mediocritatem, vel quæ a pluribus obſervatur. Arg. Extra, de ſepult. c. *Certificari*, de cogn. ſpirituali, c. *Super eo*, de ſimonia, c. *Ad Apoſtolicam*, diſt. 56. c. *Placet*, verſ. *Iſidorus*. Et diſt. 19. c. *In canonicis*.

EPIST. *Iſidori in capite canonum.*

„ ISidorus ſervus Chriſti lectori ſuo converſo. Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præponimus Canones, qui dicuntur eſſe Apoſtolorum, licet a quibuſdam apocryphi dicantur, quoniã plures eos recipiunt, & ſancti patres eorum ſententias Synodali auctoritate roboraverũt, & inter Canonicas poſuerunt cõſtitutiones.

AUGUST. *De doctr. Chriſtian. lib. 2. c. 8.*

„ IN Canonicis ſcripturis Eccleſiarum catholicarum quamplurimum divinarum ſcripturarum ſolertiſſimus indagator auctoritatem ſequatur, inter quas ſane illæ ſint, quas Apoſtolica ſedes habere, & ab ea alii meruerunt accipere epiſtolas. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis, ut eas, quæ ab omnibus recipiuntur Eccleſiis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures clarioreſque accipiunt, eis, quas pauciores, minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi (quamquam hoc inveniri vix poſſit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

Si tamen Eccleſia eſſet tenuis, nec haberet ſacerdos unde poſſet ſuſtentare ſatis; tunc dicerem illam conſuetudinem eligendam, quæ amplius ſolvit vel ſaltem medium inter illas. Arg. 10. q. 2. c. *Ea enim*, §. *Hoc jus*, & infra §. *Oblationes*. v. pag. 180

§. Ultimus.

De oblationibus, quot ſint ſpecies, cui dandæ, & an neceſſario perſolvendæ.

SPecies oblationum ſunt tres quantum ad præſentem materiam. Una eſt alicujus rei donatio gratis facta inter vivos Deo, vel Eccleſiæ: alia eſt alicujus rei donatio Deo, vel Eccleſiæ facta cauſa mortis, quæ hodie ad exemplum, & inſtar legatorum redacta eſt, ut idem jus ſit utrobique. Inſtit. de donat. §. 2. Tertia eſt quotidiana, & uſualis, quã faciunt fideles ad altare, vel manũ ſacerdotis.

v. pag. 156 & pag. 231

Sunt dandæ ſacerdoti parochiali tantum, quia pro peccatis offerunt, & ille ex officio tenetur orare pro populo: vel ſi alii Eccleſiæ offerantur, prælato ejuſdem Eccleſiæ dandæ ſunt, 10. q. 1. c. *Quia Sacerdotes*, & c. *Hanc conſuetudinẽ*, 16. q. 1. c. *Doctos*.

HIERON. *Ad Damaſ. Papam.*

„ QUia ſacerdotes pro omnibus debent orare, quorum eleemoſynas, & oblationes accipiunt; qua fronte præſumunt laici oblationes, quas Chriſtiani pro peccatis ſuis offerunt, vel ipſi comedere, vel aliis concedere, cum ipſi non debeant ex officio ſuo pro populo orare? Ob hoc Papa glorioſe, mittere te oportet illos præſumtores in excommunicationem perpetuam, ut & ceteri metum habeant, & amplius hæc in Eccleſias ne fiant.

Oblationes in 1. & 2. ſpecie neceſſario ſunt ſolvendæ, adeo quod qui non ſolvunt, & maxime oblationes defunctorum, ſacrilegi judicantur, 12. q. 2. c. *Nulli*, & c. *Qui abſtulerit*. v. pag. 113

ANACLET. *Epiſt. 5.*

„ QUi abſtulerit patri, aut matri aliquid, dicitque hoc peccatum non eſſe, homicidæ particeps eſt. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit; mater vero noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritualiter regeneravit; ergo qui Chriſti pecunias, & Eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida eſt.

In Carth. Concil. 4.

Judicantur & egentium necatores, & infideles. Cauſſa 13. q. 2. c. *Qui oblationes defunctorum, aut negant Eccleſiis, aut difficulter reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur*, & in duobus c. ſequentibus, ſeu c. *Qui oblationes* 2. & c. *Clerici*. v. pag. 53.

Greg. 7.

In tertia vero ſpecie, ſcilicet oblationes quotidianæ, dicit Hugotio, quod neceſſario ſunt ſolvendæ, & qui non ſolverit, debet excommunicari. De conſecr. diſt. 1. c. *Omnis Chriſtianus procuret ad miſſarum ſolemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriã, quod Deus per Moyſen dixit Exodi* 34. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. *In Collectis ſanctorum Patrum liquido apparet, quod omnes Chriſtiani offerre aliquid ex uſu ſanctorum Patrum debent: ad ipſum enim prius eſt confugiendum, qui noſtræ curare poſſit animæ paſſiones: verum homines præpoſtero ordine ante ſibi opem ab hominibus accerſunt: ubi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur divini poſtulandam favoris gratiam*, 16. q. 1. c. *Statuimus*, diſt. 32. c. *Præter hoc*.

v. Indic. ANASTAS. *Papa.*

„ STatuimus, ut ſi quis oblationes Eccleſiæ vel decimas, quas populus dare debet, tenere contenderit, vel extra Baptiſmalem Eccleſiam dare voluerit præter conſcientiam Epiſcopi, vel ejus, cui hujuſmodi officia commiſſa ſunt, nec cum eorum voluerit agere conſilio, bannum noſtrum componat, & communione privetur.

Alii, cũ quibus ſentio, intelligunt illud, c. *Omnis*, de oblatione interiori, vel bonorum operum, vel de cõſilio. Alii duo c. intelliguntur de aliis oblationibus, de quibus ſupradictum eſt. In hoc tamen concordant omnes, quod ſi eſſet pauper ſacerdos, nec haberet unde ſubſtentaretur, poſſet eis ſubtrahere divina officia; quia *nemo cogitur*, ut ait Apoſtolus ad Corint. 9. *ſuis ſtipendiis militare*. Extra, de ſimonia, c. *Cum ſit*. v. Indic.

Ideo credo, quod ſi de conſuetudine ſolent parochiani in certis & præcipuis aliquibus feſtis offerre, poſſunt cogi ad tenendam piam conſuetudinem, non a presbytero per officii ſubtractionẽ, ſed ab Epiſcopo, cujus officium in talibus eſt implorandum. Ext. de ſimonia, c. *Ad Apoſtolicam*. v. pag. 15.

In ſumma nota, quod quædam perſonæ ſceleratæ & criminoſæ ſunt, a quibus ſacerdos non debet recipere oblationes in criminis deteſtationem: & ſunt ſex, quas require ſupra, eodem, §. *Quæritur utrum de injuſte* circa medium.

TITULUS XVI.

De ſepulturis.

NUnc agendum eſt de ſepulturis; quid ſit jus ſepulturæ; quæ Eccleſia habeat hoc jus; quibus prohibeatur in Cœmeterio ſepeliri; apud quã Eccleſiam debeat quis ſepeliri; & quando quis alibi, quã in ſua Eccleſia, elegit ſepulturam, quam partem bonorum Eccleſia ſua debeat habere.

§. I.

Quid ſit jus ſepulturæ; quæ Eccleſia illud habeat; quibus prohibeatur in Cœmeterio ſepeliri.

JUs ſepulturæ eſt jus competens Eccleſiæ ad ſepeliendos alios in Cœmeterio ſuo: provenit autẽ ex põtificis aſſignatione. Arg. 13. q. 1. c. *Eccleſias*.

DIONYSI. *Papa Severo Epiſc. Epiſt. 2.*

„ ECcleſias ſĩgulas ſĩgulis presbyteris dedimus, parochias, & cœmeteria eis diviſimus, & unicuique jus propriũ habere ſtatuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terminos, aut jus invadat; ſed ſit unuſquiſque terminis ſuis contentus, & taliter Eccleſiam & plebem

,, ſibi commiſſam cuſtodiat, ut ante tribunal æ-
,, terni judicis ex omnibus ſibi commiſſis ratio-
,, nem reddat, & non judicium, ſed gloriam
,, pro ſuis actibus percipiat.

Hoc jus competit Eccleſiis parochialibus,& aliis quibus a Iure, vel privilegio eſt conceſſum,ut infra dicetur;capellis autē privatis nullo modo cōpetit.

Prohibentur in cœmeterio ſepeliri omnes hæretici, & excommunicati, etiam excommunicatione minori. Extra, de hæret. c. *Sicut*, 1. & 24. q. 2. c. *Sane quod ſuper*. (v. Indic.)

(Ex Conc. *Lateran.*)
,, SIcut ait B. Leo (& infra) Quia in partibus
,, Tholoſanis,& aliis locis,hæreticorum,quos
,, alii Cazaros, alii Patarenos,& alii aliis nomini-
,, bus vocant, invaluit damnanda perverſitas; eos
,, & defenſores,& receptatores eorum anathema-
,, ti decernimus ſubjacere. Et ſub anathemate
,, prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra
,, ſua tenere, vel ſovere,aut negotiationem cum
,, eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato
,, deceſſerit, neque ſub privilegiorum noſtrorum
,, quibuſcumque indultorum obtentu, neque ſub
,, alia quacumque occaſione oblatio pro eo fiat,
,, aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam.

Qui etiam, ſi per violentiam ſepulti fuerunt, debent poſtea,quā opportunitas fuerit, exhumari, ſi poſſunt diſcerni ab aliis non excommunicatis. Extra, de ſepulturis, c. *Sacris*.

(Innoc. III *Nidroſie. Archiep.*)
,, SAcris eſt canonibus inſtitutum,ut quibus non
,, communicavimus vivis, non communicemus
,, defunctis, & ut careant Eccleſiaſtica ſepultura,
,, qui prius erant ab Eccleſiaſtica unitate præciſi,
,, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fue-
,, rint.Unde ſi contingat interdū,quod vel excom-
,, municatorum corpora per violentiam aliquorū,
,, vel alio caſu in Cœmeterio Eccleſiaſtico tumu-
,, lentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni pote-
,, runt,exhumari debent,& procul ab Eccleſiaſtica
,, ſepultura jactari. Quod ſi diſcerni non poterunt,
,, expedire non credimus, ut cum excommunica-
,, torum oſſibus corpora extumulentur fidelium,
,, cū licet non obſit juſtis ſepultura nulla vel vilis;
,, impiis tamen celebris, vel ſpecioſa non proſit.

Item hi, qui in torneamentis moriuntur, licet pœniteant, & Euchariſtia non denegetur eis poſt pœnitentiam; tamen carebunt Eccleſiaſtica ſepultura ad terrorem. Ext. de torneam. c. *Felicis*.

(Ex Conc. *Lateran.*)
,, FElicis memoriæ Innocentii, & Eugenii præ-
,, deceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes,
,, deteſtabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo
,, torneamenta vocant, in quibus milites ex con-
,, dicto convenire ſoleot, & ad oſtentationem vi-
,, rium ſuarum, & audaciæ, temere congredi,
,, unde mortes hominum, & animarum pericula
,, ſæpe proveniunt, fieri prohibemus. Quod ſi quis
,, eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei poſcenti
,, pœnitentia non negetur, Eccleſiaſtica tamen
,, careat ſepultura.

Hoc tamen intelligas de illo, qui iverat cauſa exercendi ſe in torneamento, non de aliis. Extra, de torneam. c. *Ad audientiam*.

Item prohibentur uſurarii manifeſti. Extra, de uſuris, c. *Quia in omnibus*. (v. Indic.)

Item prædones manifeſti, etiamſi pœnitentes moriantur, dum tamen habeant unde ſatisfaciant,& hæredes nolint ſatisfacere; & hoc fit in confuſionē hæredum, ut facilius compellantur. Exr. de rapt. (v. pag. 124.) c. *Super eo*: vel dic utramque localem: vel dic, quando illos non pœnituerit. Videtur enim jure novo, quod ſi aliquis eſſet etiam pro hujuſmodi criminibus excommunicatus, & *dum in extremis ageret, & juxta formam Eccleſiæ abſolutus, non debet ei Cœmeterium, & alia Eccleſiæ ſuffragia denegari, ſed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona ipſius pervenerunt, ut pro eo ſatisfaciant, ſunt cenſura Eccleſiaſtica compellendi*. Extra eod. c. *Parochiano*.

,, PArochiano tuo, qui excommunicatus pro ma- (Gregor. IX. *Episc. M.*)
,, nifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incen-
,, dio, violenta manuum injectione in perſonas
,, Eccleſiaſticas, Eccleſiarum violatione, vel in-
,, ceſtu, fuit, dum ageret in extremis &c.

Item prohibentur omnes, quos notorium eſt in mortali peccato deceſſiſſe, puta quia ſuſpēderunt, vel præcipitaverunt, vel gladio ſeipſos peremerūt, vel alio ſimili modo, 13. q. 2. *Quibus*, & *Pro obeūtibus*, 23. q. 5. c. *Placuit*, & q. 8. c. *Quicumque Clericus*. (v. Indic.)

,, QUibus peccata dimiſſa non ſunt, a ſacris (August.)
,, locis poſt mortē adjuvari non poſſunt; quia
,, quos peccata graviora deprimunt, ſi in ſacris lo-
,, cis ſe ſepelire faciunt, reſtat ut de ſua præſum-
,, tione judicentur, quoniam eos ſacra loca non
,, liberant, ſed de culpa temeritatis accuſant.

,, PLacuit, ut qui ſibi ipſis voluntarie, aut per (Ex Conc. *Bracha.* c. 1. c. 34.)
,, ferrum, aut per venenum, aut per præcipi-
,, tium, aut per ſuſpendium, vel quolibet modo
,, violentam inferunt mortem, nulla prorſus pro
,, illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum
,, Pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera dedu-
,, cantur: multi enī ſibi hoc per ignorantiam uſur-
,, pant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis
,, ſceleribus puniuntur. *(Impœnitentes ſubaudiatur)*.

Et quod ibi dicitur, *ſepultura non privetur*, intelligendum eſt de aſinina.

Hæc autem omnia intelligas, niſi in morte apparuerint manifeſta ſigna pœnitentiæ, quia clamavit presbyterum, vel pœnitentiam, vel alia ſigna certa, ſi forte jam amiſerat loquelam: tunc enim etiam poſt mortem deberet abſolvi, & recipi ad orationes, & ad alia Eccleſiaſtica ſuffragia. Extra, de ſent. excomm. c. *A nobis* 2. (v. Indic.)

Et in hoc caſu ſufficeret, ut dicunt fere omnes Doctores, unus teſtis probans hujuſmodi ſigna, 26. q. 6. c. *Qui recedunt*, & c. *Is qui*.

,, IS, qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu (Ex Conc. *Chartb.* 4. c. 76.)
,, dum ad eum invitatus ſacerdos venit, oppreſ-
,, ſus infirmitate obmutuerit, vel ſi in frænesim ver-
,, ſus fuerit, dent teſtimoniū, qui eum audierunt,
,, & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur
,, moriturus, recōcilietur per manus impoſitionē,
,, & infundatur ori ejus Euchariſtia; ſi ſupervixerit,
,, admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ
,, ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ le-
,, gibus, quamdiu ſacerdos, qui pœnitentiā dedit,
,, probaverit. Item pœnitentes, qui in infirmitate (c. 78.)
,, viaticum Euchariſtiæ accipiunt, non ſe credant
,, abſolutos ſine manus impoſitione, ſi ſupervixerit.

Alias ſecundum regulam Leonis: Cui communicavimus vivo, debemus communicare & mortuo; niſi ſit hæreticus, qui etiam poſt mortem poſſit accuſari de hæreſi, qua probata, licet per ignorantiam ſibi vivo communicavimus, non communicabimus ſibi mortuo, 24. q. 2. c. *Sane profertur*. (v. pag. 25.)

---

§. II.

Apud quā Eccleſiam defunctus debeat ſepeliri.

DE hac materia varie loquuntur jura, & diverſæ ſunt opiniones, inter quas eligens meo judicio veriorem

Dico cum Laurentio, Hugot. Vincen. Joan. & multis aliis, quod quilibet adultus, & diſcretus vivens poteſt eligere ſepulturam ubicumque voluerit. Ext. eod. c. *Nos inſtituta*, 13. q. 2. c. *Ultima*.

,, NOs inſtituta majorū patrum conſiderantes, (Leo III. *Geneſ.* 49. *Exod.* 14. *Luc.* 10.)
,, ſtatuimus unumquemque in majorum ſuo-

rum

,, rum ſepulchris jacere, ut patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere ſepulturam,& etiam alienam. Dominus enim, & magiſter alienam elegit ut propriam; ſed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem ſui judicii illi Eccleſiæ dari cenſemus, in qua Cæleſti pabulo refici conſuevit, ut juxta Apoſtolum ſint conſolationum ſocii, ut fuerunt paſſionum; & ſic demum ubicumque libitum fuerit, eligat ſepulturam: aliter ne fiat, auctoritate Domini noſtri, qui per Prophetam locutus eſt, dicens: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerant patres tui*, ſub anathematis vinculo deteſtamur, & contradicimus.

1. Theſ. 5. *2. Cor. 8.* *Prov. 21.*

De Greg.

,, ULtima voluntas defuncti modis omnibus ſervari debet. Quod de libero, & non de ſervo intelligendum eſt: ſervus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.

Etiam apud locum minus religioſum quis ſepeliri poteſt. Extra eodem, c. *In noſtra*.

Innoc. III *Epiſc. Claremonten. & Abbati Mauritn.*

,, IN noſtra præſentia conſtitutis Priore Eccleſiæ Montisſerrandi, & procuratore Hoſpitalariorum Claremont. Diœceſis, idem prior propoſuit, quod prædicti Hoſpitalarii quoſdam parochianos ſuos, quorum duo erant intra annos legitimos, receperunt ad Eccleſiaſticam ſepulturam. Econtra prædictus propoſuit procurator, quod tam ex privilegio, quam ex indulgentia ſpeciali, licet Hoſpitalariis omnes paſſim præter excommunicatos,& interdictos ad Eccleſiaſticam ſepulturam recipere, qui apud illos elegerint ſepeliri, fideique commiſſa in ultima voluntate relicta, poſſunt licenter accipere, ſoluta tantummodo quarta parochiali Eccleſiæ, de cujus parochia mortuorum corpora aſſumuntur, præterquam de equis, & armis, quæ indulta ſunt ipſis in ſubſidium terræ ſanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur (& infra) Talem ſuper his duximus ſententiam proferendam, quod prædicti Hoſpitalarii de cetero non recipiant parochianos Eccleſiæ ſupradictæ ad Eccleſiaſticam ſepulturam, niſi apud eos elegerint ſepeliri, & tunc parochialis Eccleſia de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus pro anima ſua in ultima diſpoſitione reliquit, præterquam de equis, & armis, recipiant quartam partem, & Hoſpitalarii reſiduum habeant, niſi dolo, vel fraude eorum, defunctus inductus fuerit ad diſpoſitionem hujuſmodi faciendam. Nihilominus ipſis Hoſpitalariis injungentes, ut de quarta trium millium ſolidorum Priori ſatisfaciant memorato, cum conſtet eos a parochianis ejus illos ſolidos recepiſſe, niſi ſit ſufficienter oſtenſum, quod eorum Oblati, vel Converſi fuiſſent. Eiſdem præterea duximus injungendum, quod niſi probaverint, quod G. parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipſos elegerit ſepulturam, univerſa, quæ ipſius intuitu receperunt, Priori reſtituant memorato: alioquin quartam partem ſolummodo reſtituere teneantur. Pro illis vero, quos conſtat intra annos legitimos deceſſiſſe, quæ ſepulturæ eorum gratia receperunt, reſtituant univerſa.

Et omnia contraria intelligo, quando vel eſt Clericus, vel ex contemtu, vel ex temeritate deſervit ſuam Eccleſiam, vel non vult ei relinquere legitimam portionem; ſemper autem præſumo ipſum ex temeritate tranſire ad ſepulturam alterius Eccleſiæ, niſi appareant aliqua ſigna probabilia, quare alibi elegerit, vel quia ibi major religio, vel quia ipſe erat ibi patronus, vel ibi erat ſepulchra patrum ſuorum, vel alia ſimilia. Patres tamen non poſſunt filiis ſuis impuberibus eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo. Extra, eodem *De uxore*, §. *Utrum*.

Lucius III.

,, DE uxore.... Utrum autem pater quo magis voluerit, minores filios valeat ſepelire, non invenimus a ſanctis patribus diffinitum, & propterea terræ conſuetudini decernimus relinquendum.

Si autem deceſſerit, nulla ſepultura electa, ſi eſt indigena, in ſepulchro parentum debet ſepeliri, exemplo Patriarcharum, 13. q. 2. c. *Ebron*. Extra, eodem c. *Nos inſtituta*, & c. *Fraternitatem*. *v. ſupra.*

Hieron. *Geneſ. 13.*

,, EBron dicitur eſſe civitas quattuor virorum, quia in ea ſepulti ſunt tres Patriarchæ in ſpelunca duplici cum tribus uxoribus ſuis, id eſt, Abraam & Sara, Iſaac & Rebecca, Jacob & Lia, præter ipſum Adam & Evam uxorem ſuam. Tobias dicit ad filium ſuum: *Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum ſepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus, & cum ipſa compleverit tempus ſuum, ſepelies illam juxta me in uno ſepulchro*. *(Idem)* Quos conjunxit unum conjugium, conjungat unum ſepulchrum, quia una caro ſunt, & quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.

Tob. 4. *Tob. 14.* *Matth. 19.*

Innoc. III. *Gennen. Archiep.*

,, FRaternitatem tuam non credimus ignorare mortuorum ſepulchra, & Cœmeteria apud illas Eccleſias, & Monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus religioſorum fratrum conventus ſunt conſtituti, & orationes atque miſſarum ſolemnia, tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur; unde ipſorum devotioni, & extremæ voluntati, qui apud hujuſmodi Eccleſias ſepeliri deſiderant, minime contradicendum eſt. Qui vero relictis antiquis Eccleſiis, & patrum, aliorumque parentum ſuorum ſepulchris, contra conſuetudinem Patrum veteris teſtamenti, qui cum patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad nova, & minus religioſa loca ſe transferunt; irrationabiliter, & contra antiquam inſtitutionem facere videntur. Unde ſi P. de Caſtello contra antiquam & rationabilem conſuetudinem aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandavit, hoc non præjudicat rationi, ſed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipſius Monachis ſancti Stephani reddi facias, & cum ſuis patribus ſepeliri.

Si vero incola, vel viator, debet ſepeliri apud Eccleſiam parochialem, in cujus parochia mortuus eſt, 13. q. 1. c. *Eccleſias*. *v. ſupra.*

De uxore, cujus maritus defunctus eſt, dico, quod poteſt eligere ſepulturam etiam alibi, quam in ſepulchro viri. Extra, eodem c. *De uxore*.

Lucius III.

,, DE uxore vero, utrum, quemadmodum vir, liberam debeat habere ſepulturam; nobis videtur, quod nulla ſuper hoc inter virum ac mulierem ſit facienda diſtinctio, ſed utrique in caſu iſto æqualem eſſe credimus facultatem, cum electio iſta ad eum potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſolvitur a lege viri.

Si tamen moriatur, non electa ſepultura, credo quod debet ſepeliri cum viro. Arg. 13. q. 2. *Auguſtia.*

c. Una-

c. *Unaquæque mulier ſequatur virum ſuum ſive in vita, ſive in morte.*

Item qui receperit alienum corpus in caſu non conceſſo, atiam ſepultum cum omnibus, quæ occaſione illius recepit, cogitur reddere. Extra eod. c. *Fraternitatem*, in fine, & c. *Ex parte*, & c. *Cum liberum*. *v. ſupra.*

Alex. III.
„ EX parte Canonicornm Obrlgen. nobis eſt
„ intimatum, quod Prior de Inſula quem-
„ dam parochianum ſuum poſt appellationem
„ ad nos ſactam in ſua Eccleſia ſepelivit (&
„ infra) Mandamus, quatenus præfatum Prio-
„ rem compellas, ut memoratis canonicis præ-
„ dicti parochiani corpus reſtituat, & exinde
„ amieabiliter conveniat cum eiſdem.

Alex. III. *Decano & Magiſtro R. a Romana.*
„ CUm liberum ſit (& infra) Ad audien-
„ tiam noſtram pervenit ex conqueſtione
„ Abbatis, & fratrum S. Martini Laudonen.
„ quod cum presbyter quidam, corpus cujuſ-
„ dam mulieris (prout in ultima voluntate diſ-
„ poſuit)ad camdem Eccleſiam ſepeliendum de-
„ ferret, monachi S. Vincentii Laudon. corpus
„ ipſius rapere violenter, & in Eccleſia ſua ſe-
„ pelire minime dubitarunt (& infra) Man-
„ damus, quatenus ſi ita eſſe inveneritis, præfa-
„ tos Monachos compellatis, ut oſſa præfatæ
„ mulieris, & beneficia, quæ occaſione ſepul-
„ turæ ipſius recepiſſe noſcuntur, memoratis
„ fratribus cum Integritate reſtituant, & de ce-
„ tero talia facere non præſumant.

---

§. III.

Quæ portio Canonica eſt tribuenda Eccleſiæ Parochiali.

CUm quis eligit ſibi ſepulturam alibi, quam In Eccleſia ſua parochiali, debet Eccleſia ſua parochialis habere Canonicam portionem de relictis ab ipſo defuncto pro anima ſua alteri Eccleſiæ.

Canonica vero portio eſt ſecundum varias conſuetudines; nam alicubi medietas, alicubi tartia, alicubi quarta datur: & ideo ſtandum eſt conſuetudini. Extra, eodem, c. *Certificari*. *v. pag. 124.*

Quid ſi ſit conſuetudo, quod nihil percipiat, numquid tenebit conſuetudo talis?

Credo quod non; quia eſt contra rationem, & naturalem æquitatem: quia dicit Apoſtolns 2. ad Corin. 1. ſocios paſſionum debere eſſe ſocios conſolationum. Extra, eodem, c. *Nos inſtituta*, & c. *Relatum*. *v. ſupra.*

Leo Papa *Omnibus fidelib. per Dardaniã conſtitutis.*
„ REłatum eſt auribus noſtris (& Infra)
„ Mandamus, ut quicumque amodo in
„ Monaſterio converti voluerit, ſive in morte,
„ ſivo in vita, omnium rerum, & poſſeſſionum,
„ quas pro ſalute animæ ſuæ decrevit diſpone-
„ re, medietatem Eccleſiæ, ad quam dignoſci-
„ tur pertinere, relinquat.

Item quia auferretur primæ Eeclaſiæ tota commoditas rei ſuæ, id eſt, parochialis quarta, quod eſſe non debet. Arg. extra, eodem c. *Certificari*, & c. *Optimi* ff. Communia prædiorum, *Venditor fundi Geroniani*, in fin. *v. ſupra.*

Item de quibus rebus erit eanonica hæc portio deducenda, de mortuariis tantum, an etiam de omnibus?

Reſpondeo de omnibus. Extra, eodem c. *In noſtra præſentia*. *v. ſupra.*

Excipiuntur ornamenta, vel pecuniæ pro eis, vel fabrica, luminaribus, anniverſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſive aliis ad perpetuum cultum divinum legata Eccleſiis, vel aliis piis locis, de quibus Canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, ut ea Epiſcopus, ſive parochialis Eccleſia debeat defraudari) deduci non deber. Extra, de teſtam. c. *De his*.

Gregor. IX.
„ DE his, quæ in ornamentia, vel pro eis,
„ ſeu fabrica, luminaribns, anniverſario, ſe-
„ ptimo, vigeſimo, trigeſimo die, ſive aliis ad
„ perpetuum cultum Divinum legantur Eccleſiis,
„ vel reliquis piis locis, Canonica portio (dum-
„ modu in fraudem non fiat, ut ea Epiſcopus,
„ ſeu parochialis Eccleſia debeat defraudari)
„ deduci non debet.

Item pone, quod aliquis reliquit Eccleſiæ ſuæ decem, & alii Eccleſiæ, in qua ſepulturam elegir, reliquit mille, vel caſtrum; quæro an prima Eccleſia debeat eſſe contenta illis decem, an poſſit petere integram portionem de relictis alii Eccleſiæ, an etiam teneatur in illa portione computare decem ſibi relicta. *Caſus I.*

Solutio. Si non recepit illa decem, poteſt petere integram portionem, ſi recepit, & defunctus tali conditione legaverat ſibi illa decem, quod illis eſſet contentus, & ipſe ſcivit conditionem; videtur renunciaſſe, & non poterit ulterius de ceteris petere aliquam portionem. Quod ſi abſolute ſibi reliquerat Illa decem, & ipſe abſolute recepit, poteſt nihilominus ſibi de ceteris portionem Canonicam vendicare. Extra, de Teſtam. c. *Officii*.

Innoc. III. *Card. titul. ſancti Laurentii in Lucina.*
„ OFficii (& infra) *Secundo* quæſiviſti, cum
„ quis in teſtamento relinquit Epiſcopo
„ propriam portionem, & alia multa Monaſte-
„ riis, vel Eccleſiis; utrum Epiſcopus ex illis
„ legitimam poſſit petere portionem (& infra)
„ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod
„ ſi portiunem illam cum conditione legavit
„ Epiſcopo, ut eſſet ea ſola contentus, & E-
„ piſcopus acceptavit; quia per hoc aliis renun-
„ ciaſſe videtur, de ceteris non poterit exigere
„ portionem. Quod ſi cam ipſi abſolute reliquit,
„ portionem ſibi debitam poterit nibilominus
„ de ceteris vendicare. Si vero conſtiterit, quod
„ in fraudem modicum conſtituit mortuarium,
„ ut in ceteris Epiſcopus portione debita frau-
„ daretnr (quia fraus & dolus alicui patroci-
„ nari non debet) Epiſcopus portionem ex illis
„ poterit exigera a canone conſtitutam, ſalvis
„ indulgentiis Romani Pontificis, quæ quibuſ-
„ dam regularibus ſunt conceſſæ.

Vel ſaltem aget ad ſupplementum, computatis illis decem, quemadmodum dicit lex in filio inſtituto in minori parte ſibi debita, quia poteſt agere tantum ad ſupplementum legitimæ. C. de inoff. teſtam. *Si quando*, §. *Illud*, & l. *Omnimodo*, & Arg. extra, de emt. & vendit. c. *Cum dilecti*. *v. Indice.*

Item elegit aliquis ſepulturam in propria Eccleſia, & nihil ibi reliquit; aliis tamen Eccleſiis multa legavit: quæritur, an propria Eccleſia poſſit aliquid petere ab aliis Eccleſiis, vel ab hæredibus. *Caſus II.*

Reſp. Si eſt conſuetudo regionis, quod eligentes ſepulturam in propria Eccleſia aliquid ibi relinquat, poterit illud petere ab hæredibus, non jure actionia, nec differendo propter hoc ſepulturam, ſed implorando officium Epiſcopi, vel ſuperioris. Extra de ſimonia, c. *Ad Apoſtolicam*. Si vero non eſt conſuetudo, nihil poteſt pete- *v. pag. 19.*

petere; quia tenetur ex officio ſuo illum ſepelire. Ext. de ſimonia, e. *Non ſatis*, & *Cum in Eccleſiæ*. *v. pag. 13. & pag. 15.*

Poſſet tamen attentari, nt etlam in hoc caſu imploraret propria Eccleſia officium judleis adverſus hæredes, ſi deprehendatur dolus teſtatotis, vel ipſorum in hoc, vel etiam adverſus aliatum Eccleſiarum prælatos, ſi & illorum dolus deprehendatur; nam etlam circa talia dolus eſt puniendus, 20. q. 3. c. *Conſtituit*. Ext. eodem, *In noſtra*, & de teſtam, e. *Officii*. *v. pag. 76. v ſupra.*

Caſus III. Eſto, quod populo excreſcente & Eccleſia de novo conſtruatur; quæritur, utrum poſſit petere medietatem, vel tertiam, vel quartam?

Ad hoc poteſt dici, recurrendum eſſe ad conſuetudinem Metropolitanæ Eccleſiæ. Arg. diſt. 12. c. *De bis*. Extra, de cognat. ſpirit. c. *Super eo*. *v. Indic. v. pag. 20.*

Vel ſorte verius ad conſuetudinem vicinarum Eccleſiarum. Arg. extra, de cenſib. c. *Eccleſiis*.

Alex. III. Carnoten. Epiſc.

„ ECcleſiis, quas de novo Epiſcopi de mani-
„ bus laicorum excipiunt, præter Cathe-
„ draticum, & jura omnia, quæ aliis Eccleſiis
„ imponuntur, exactionem prohibemus impo-
„ ni.

Sed quid, ſi conſuetudines vicinarum Eccleſiarum variæ ſunt, & diverſæ? quam ſequetur hæc nova Eccleſia?

Reſpodeo, ſequetur illam, quæ a pluribus, & ab his, qui ſunt majoris auctoritatis, tenetur. Diſt. 19. c. *In canonicis*, diſt. 16. e. *Iſidorus*. Si autem non invenirur major pars, eligat viam mediam, & juri magis conſonam. Arg. Cauſſæ 10. q. 2. c. *Hoc jus*, verſ. *Sit tamen ea res mediocris inter ceteras, reſpecta ipſius qualitate, & quantitate, & onere*. Extra. de fid. inſtrum. e. *Paſtoralis*. *v. Indic. v. Indic.*

Innocen. III. Helienſi Epiſc.

„ PAſtoralis officii diligentia &c. (& infra)
„ Auctoritate præſentium duximus ſtatuen-
„ dum, ut cum decretalis aliqua, de qua judex
„ merito dubitet, allegatur; ſi eadem juri com-
„ muni ſit conſona, ſecundum eam non metuat
„ judicare, cum non tam ipſius, quam juris
„ communis auctoritate procedere videatur;
„ verum ſi juri communi ſit diſſona, ſecundum
„ ipſam non judicet, ſed ſuperiorem conſulat
„ ſuper ea.

Vel accipiat tunc conſuetndinem Metropolitanæ Eccleſiæ, ſi iſta eſt Epiſcopalis; vel ſi eſt parochialis, accipiet conſuetudinem ſuæ Epiſcopalis, diſt. 12. e. *De iis*. *v. ſupra.*

Caſus IV. Quid de his, qui eligunt ſepulturam apud aliquam religionem, facto inde publico inſtrumento, juramento etiam roborato; numquid poterunt poſtea eligere alibi ſepulturam?

Videtur quod non, quia hoc juramentum ſervatum non vergit in interitum ſalutis æternæ; ergo eſt ſervandum. Ext. de jurejurando, c. *Si vero*. Item redditio juramenti eſt de jure naturali, & in præcepto; ergo nullo modo frangendum, 32. q. 7. c. *Flagitia*. Ext. de regul. juris, e. *Qui ſcandalizaverit*, & de novi oper. nunc. c. *Cum ex injuncto*. *v. pag. 86. v. pag. 199.*

Beda. In Homil.

„ QUi ſcadalizaverit &c. utilius ſcandalum
„ nulli permittitur, quam veritas relin-
„ quatur.

Econtra videtur, quod poſſit; quia voluntas cujuslibet ambulatoria eſt uſque in finem, adeo quod ſemper ſtandum eſt nltimæ voluntati quantum ad teſtamentum, & ſui corporis ordinationem. Gregorius: *Ultima voluntas defuncti omnibus modis conſervetur*, 13. q. 2. c. *Ultima*. Et ideo dicit Apoſtolus ad Hebr. 9. *Teſtamentum morte confirmari*, & Extra, de Celebr. Miſſ. c. *Cum Marthæ*. *Lib. 3. Epiſt. 9.*

Innoc. III. I. ad quendam Archiep. Lugdunen.

„ CUm Marthæ &c. Novum teſtamentum,
„ quod eſt Chriſti ſanguine cōſecratum, pro-
„ mittit æterna, & ideo teſtamentum illud fuit
„ vetus, & tranſitorium, hoc autem novum eſt
„ & æternum: vel, ut utamur alia ratione, un-
„ de novum, id eſt, ultimum eſſe deſcribitur,
„ inde æternum, id eſt, perpetuum comproba-
„ tur: noviſſimum enlm hominis teſtamentum
„ immobile perſeverat; quia teſtatoris obitu
„ confirmatur: juxta quod Apoſtolus, teſta-
„ mentum in morte aſſerit confirmatum: alio-
„ quin non valet, dum vixerit, qui teſtatur....

Item nullus in talibus poteſt inducere legem, vel pactum, nt non liceat ſibi recedere a priori voluntate, ff. de leg. 3. *Si quis in principio*. *Caſus V.*

Solutio. Licet forte de ſubtilitate juris poſſet dici, quod ſemper teneret ultima electio, ut ſupra dictum eſt per jura ultimo allegata; credo tamen ſecundum Deum, & Canonicam æquitatem, quod non poteſt mutare propter vim juramenti, niſi poſtea emergeret aliquid de novo, de quo ille non cogitaret; quia forte ingrederetur religionem, vel ſimile. Require ſupra de juramento, §. *In ſumma*.

Tamen nullo modo approbo, quod juramenta inde exigantur, propter multa pericula animarum, quæ inde ſequuntur, & quotidie poſſumus in libro experientiæ legere: nec ultra proſequor, ne videar aliquam religionem notare; ſed diligens indagator facile poterit ſuo ingenio invenire.

Item quid, ſi aliquis in vita ſua intret religionem illam, ubi elegit ſepulturam; numquid & tunc poterit Eccleſia parochialis petere Canonicam portionem? *Caſus VI.*

Ad hoc dico, quod ſi in ſanitare tranſit, vel in infirmitate, de qua non moritur, non poteſt aliquid petere; ſecus, ſi in infirmitate, & de illa moritur. Extra, eodem, c. *De bis*: & idem eredo, ſi infirmus in una Parochia facit ſe mutari in aliam Parochiam, & moritur de illa ægritudine; quia prima Eccleſia non privabitur ſua portione. Arg. præallegatæ decretalis, Ext. *De bis*. *v. ſupra.*

Quædam alia de ſepulturis, quæ pertinent ad ſimoniam, require ſupra de ſimonia, *§. Item per quæſtionem*, & *§. Quæritur hic conſequenter*.

Finis primi Libri.

LIBER

S U M M Æ SANCTI RAYMUNDI DE PENNAFORT

TEXTU SACRORUM CANONUM, QUOS LAUDAT, AUCTÆ, ET LOCUPLETATÆ

LIBER SECUNDUS.

In hoc ſecundo Libro S. Magiſter ſermonem habet 1. *De Homicidio.* 2. *De Torneamentis.* 3. *De Duello.* 4. *De Baliſtrariis & Sagittariis.* 5. *De Raptoribus, Prædonibus, & Incendiariis.* 6. *De Furtis.* 7. *De Præſcriptionibus & Uſucapionibus.* 8. *De uſuris.* 9. *De Negotiis Sæcularibus.* 10. *Utrum de illicite acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna.* 11. *De Aleatoribus.*

TITULUS PRIMUS.

De Homicidio.

IN prima parte dictum eſt de quibuſdam criminibus, quæ principaliter in Deum committuntur; in hac ſecunda parte de iis, quæ in proximum ſpecialius committuntur, agendum eſt, & primo de homicidio. Videndum ergo quid ſit homicidium, & onde dicatur; quæ ejus ſpecies; qua pœna homicidæ puniantur, & quæ diſpenſatio fiat erga Clericum homicidam.

---

§. I.

Quid ſit homicidium, unde dicatur, ejuſque ſpecies?

HOmicidium eſt hominis occiſio ab homine facta. Si enim a bove, vel a cane, vel hujuſmodi, non proprie dicitur homicidium. Eſt autem dictum homicidium ab homine, & *cædo, cædis*, quaſi hominis cædium.

Species homicidii ſunt plures; nam aliud ſpirituale, aliud corporale. Spirituale, quo quis ſpiritualiter, & quadam juris fictione occiditur; quod fit quinque modis, odiendo, detrahendo, male conſulendo, nocendo, victum ſubtrahendo. De primo Joann. 3. *Omnis, qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* De primis tribus habes de pœnit. Diſt. 1. c. *Homicidiorum*, & c. *Omnis iniquitas*, & c. *Noli putare*, & c. *Homicidium*.

Ex Epiſt. Clementis ad Jacobū. „ HOmicidiorum vero tria genera dicebat „ eſſe B. Petrus, & pœnam eorum pari„lem fore dicebat: ſicut enim homicidas, in„terfectores fratrum; ita detractores quoque „eorum, eoſque odientes homicidas eſſe ma„nifeſtabat; quia & qui occidit, & qui odit fra„trem ſuum, & qui detrahit ei; pariter homi„cida eſſe demonſtratur.

„ OMnis iniquitas, & oppreſſio, & injuſti„tia judicium ſanguinis eſt; & licet gla„dio non occidat, voluntate tamen interficit. Hieron. in Iſaiam c. 33.

„ NOli putare te non eſſe homicidam, quan„do fratri tuo mala perſuades: ſi fratri „tuo mala perſuades, occidis: & ut ſcias quia „occidis, audi Pſalmiſtam: *Filii hominum den„tes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum ma„chera acuta*, id eſt, gladius. August. Tract. 48. ad c. 8. Joann. Pſalm. 56.

„ HOmicidium lege vetitum, putabatur non „aliud eſſe niſi corporis peremtio. Ape„ruit ergo Dominus, omnem iniquum motum ad „nocendum fratri in homicidii genere deputari. August. lib. 19. contra Fauſtum.

De quinto habes Diſt. 86. c. *Paſce fame morientem: quiſquis enim paſcendo hominem ſervare poterat, ſi non paviſti, occidiſti.* Ambroſ. in lib. de Officiis.

Et reſponſum eſt ſupra de decimis, §. *In ſumma nota, quod illa oblationes.* Quodlibet iſtorum eſt mortale.

Corporale, quo homo occiditur corporaliter: & hoc committitur dupliciter, ſcilicet lingua & facto.

Lingua, tribus modis, ſcilicet præcepto, conſilio, & defenſione. Diſt. 50. c. *Si quis viduam*, de pœnit. Diſt. 1. c. *Periculoſe*. Quodlibet iſtorum ſimiliter mortale.

„ SI quis viduam, aut ab alio relictam duxe„rit, non admittatur ad Clericatum: quod „ſi irrepſerit, dejiciatur. Similiter ſi homicidii, „aut facto, aut præcepto, aut conſilio, aut „defenſione poſt baptiſmum conſcius fuerit, „& per aliquam ſurreptionem ad Clericatum „venerit; dejiciatur, & in fine vitæ ſuæ lai- Ex Conc. Martini Papæ c. 26.

„ eam communionem tantummodo accipiat.

Joan. 18. Mar. 15. Joan. 17. Joan. 19.

„ PErnicioſe decipiuntur, qui æſtimant eos tantum homicidas eſſe, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum conſilium, & fraudem, & exhortationem homines exſtinguuntur. Nam Judæi nequaquam propriis manibus Chriſtum occiderunt, ſicut ſcriptum eſt: *Nobis non licet interficere quemquam*; ſed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipſi lingua eum interfecerunt, dicentes: *Crucifige, crucifige eum*. Unde unus Evangeliſta dixit Dominum eſſe crucifixum hora tertia, alius hora ſexta: quia Judæi crucifixerunt eum hora tertia, lingua; militea hora ſexta, manibus. Qui ergo hominem tradidit, ille interficit eum, Domino dicente: *Majus peccatum habet qui me tradidit tibi*: Unde Pſalmiſta: *Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ. Lingua eorum gladius acutus*. Subjiciant ſe ergo pœnitentiæ, quorum conſilio ſanguis funditur, ſi veniam promereri voluerint.

Caput hoc collectum eſt ex variis locis B. Auguſtini, videlicet, ex lib. 3. de conſenſu Evangeliſtarum, c. 13. Explanatione Pſalmi 56. & 63. & tract. 114. & 115. in Joannem.

Facto, quattuor modis, ſcilicet juſtitia, neceſſitate, caſu, & voluntate.

Juſtitia, ut quum judex, vel miniſter reum juſte condemnatum occidit; hoc homicidium, ſi fit ex livore, vel delectatione fundendi humanum ſanguinem, licet ille juſte occidatur, iſte tamen peccat mortaliter propter intentionem corruptam: ſi vero fit ex amore juſtitiæ, non peccat judex ipſum condemnando ad mortem, & præcipiendo miniſtro, ut occidat eum; nec miniſter, ſi miſſus a judice occidit condemnatum: peccaret tamen uterque mortaliter, ſi faceret juris ordine non ſervato.

Probantur hæc ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c.* (& infra) *non enim ſine cauſſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui male agit, &c.* & 1. ad Timot. c. 2. *Obſecro igitur, &c.* & in Canonica Petri 1. c. 2. *Subjecti igitur eſtote, &c.* uſque ad verſ. *Vindictam malorum, laudem vero bonorum.*

Ad idem, 23. q. 4. c. *Quod Chriſtus*, §. *Poteſt*, & q. 5. c. *Miles*, & c. *Cum miniſter*, & c. *Officia*, & c. *Non eſt iniquitatis*, & c. *Lex æterna.*

AMBROS. *Lib. 7. comment. ad c. 9. Lucæ. Joan. 4. Numg. 25. 4. Reg. 5.*

„ QUod Chriſtus diſcipulos increpavit, quia ignam ſuper eos deſcendere cupiebant, qui ipſum non receperant, oſtenditur nobis non ſemper in eos qui peccaverint, vindicandum: quia nonnumquam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, quam lapſo ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arcetur: nec diſcipuli peccant, qui legem ſequuntur. Sciebant enim & Phinees reputatum ad juſtitiam, quia ſacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignem deſcendiſſe de cælo, ut Prophetæ vindicaretur injuria.

Gratianus.

„ (Poteſt in hac prohibitione Apoſtolorum illud intelligi. Apoſtoli non zelo juſtitiæ, ſed amaritudinis odio ob injuriam ſuæ expulſionis vindicandam, Samaritanos igne voluerunt conſumere. Dominus autem volens eos injuriam propriæ perſonæ cum patientia & gaudio tolerare, injuriam vero ſervitutis divinæ non inultam relinquere, ait: *Neſcitis cujas ſpiritus eſtis*. Hinc etiam Petrus, qui cum aliis audierat: *Beati eritis, cum maledixerint vobis homines... & dixerint omne malum adverſus vos: gaudete in illa die, & exſultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*; contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſcipiebat; peccata vero, quæ in Deum committebantur, acerrime puniebat; unde Ananiam & Saphyram Spiritui Sancto mentientes, mortis ſententia percutit. Sic etiam Paullus, dum a ſuo contemtu pia admonitione & multimoda commendationa ſui Corinthios revocaret, magum illum Elymam, qui credituros a fide retrahebat, cæcitate percuſſit, ut cæteri perterriti prædicationem ejus non impedirent, ſed in Chriſtum credentes animæ cæcitatem effugerent; & Corinthium illum fornicatorem, quia in Deum peccaverat, ſathanæ ad vexandum tradidit.)

AUGUST. In lib. 1. de Civit. Dei, c. 26.

„ MIles cum obediens poteſtati, ſub qua legitime conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla civitatis ſuæ lege reus eſt homicidii; immo niſi fecerit, reus eſt imperii deſerti, atque contenti. Quod ſi ſua ſponte, atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque unde punitur, ſi fecerit injuſſus, inde punietur, ſi non fecerit juſſus.

IDEM In quæſtionibus Exod.

„ CUm miniſter judicis occidit eum, quem judex juſſit occidi, profecto ſi id ſponte faciat, homicida eſt, etiamſi eum occidat, quem ſcit a judice debuiſſe occidi.

IDEM In quæſtionibus ſuper Matth.

„ OFficia vindictæ poſſunt impleri bono animo, quomodo judex, & quomodo lex.

IDEM Ad Maced.

„ NOn eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate devictus, qui propterea criminis eſt perſecutor, ut ſit hominis liberator.

IDEM Lib. 22. contra Fauſtum.

„ LEx æterna ita medio quodam loco poſuit aliqua hominibus, ut in ſeis uſurpandis merito reprehendatur audacia: in exſequendis autem jure laudetur obedientia. Abraam, ſi ſpontaneus in occidendo filio motus fuiſſet, exſectabilis haberetur, & jubenti Deo obſecundans famulatus eſt.

Neceſſitate qui percutit, diſtingue, quia aut illa neceſſitas fuit evitabilis: poterat enim evadere abſque occiſione; & tunc eſt reus homicidii, & tamquam pro mortali debet agere pœnitentiam: aut fuit inevitabilis, quia occidit hominem ſine odii meditatione, immo cum dolore animi, & ſe, & ſua liberando, quum aliter non poſſet evadere, dicitur non peccare, nec aſtringitur ad pœnitentiam, niſi ad cautelam, & propter ambiguum duplicitatis; interiorem tamen pœnitentiam debet ſemper habere, & quaſi ſuis peccatis adſcribere, quia in tantam potuit venire neceſſitatem: *Bonarum enim mentium eſt ibi culpam agnoſcere, ubi culpa non eſt*, extra de homicidio, cap. *Interfeciſti*.

Auguſtin. diſt. 5. c. Ad ejus. Ex Pœn. Romano.

„ INterfeciſti furem, aut latronem, ubi comprehendi poterat abſque occiſione, quia ad imaginem Dei creatus eſt, per quadraginta dies non intres ad Eccleſiam, & lanea veſte indutus, ab eſcis & potibus, qui interdicti ſunt, & a thoro, gladio, & equitatu per illos ſupradictos dies abſtineas: in tertia autem, & quinta feria, ac ſabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & parvis piſciculis cum mediocri cervisia utere temperate. Si autem ſine odii meditatione, te tuaque liberando, hujuſmodi diaboli membra interfeci-

„ ſti,

Digitized by Google

„ ſti (ſecundum indulgentiam dico propter imaginem Dei) ſi aliquid jejunare volueris, bonum aſt tibi, & eleemoſynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur; tamen quamdiu vivit, pœnitentiam agat.

Caſu, ut quum aliquis projicit lapidem ad avem, vel alias, & alius tranſiens ex inſperato percutitur, & moritur; vel incidit arborem, & caſu arboris aliquis opprimitur, & ſimilia.

Hic diſtingue: Aut dabat operam illicitæ rei, aut licitæ; ſi illicitæ, ut puta projiciebat lapidem verſus locum, unde conſueverunt homines tranſitum facere, vel dum furabatur equum, vel bovem aliquis a bove vel æquo percuſſus eſt, & ſimilia; ſic imputatur ei, cauſſa 15. q. 1. c. *Illud relatum, §. Itaque ut ex præmiſſis*, Diſt. 50. c. *Clerico jaciente lapidem, puer dicitur interemtus*, & cap. *Si quis voluntarie*, extr. de præſumt. c. *Sen ſicut noxius*.

Digestis *Tit. de injuriis, lib.* 3. „ ILlud relatum peræque eſt, eos, qui injuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſane ſont quidam, qui facere non poſſunt; ut puta furioſus, & impubes, qui doli capax non eſt: namque hi injuriam pati ſolent, non facere. Cum enim injuriam ex affectu facientis conſiſtat, conſequens erit dicere hos, ſive pulſent, ſive convitium dicant, injuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis injuriam, etiamſi non ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe injuriam facere, etſi neſciat, cui faciat. Quare ſi quis per jocum percutiat, aut dum certat, injuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum occiderit, dum putat ſervum ſuum, in ea cauſſa eſt, ne injuriarum teneatur. (Itaque ut ex præmiſſis

Gratianus. „ apparet, ſive ex voluntate, ſive ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corruptæ carnis conjunctione. Porro alia eſt infirmitas, quæ proprie carnis dicitur, qua elementorum, ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſolvitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Una, quæ vitium appellatur, qua anima a Deo ſeparatur, ut eſt ira, odium, & alia hujuſmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipſa non ſit peccatum; eſt tamen pœna & cauſſa peccati, ut eſt oblivio & ignorantia. Furor autem cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati, ut febris & ceteræ paſſiones, quas proprie carnis dicimus eſſe, quarum motus, id eſt, ea, quæ illis perturbationibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. Sed objicitur de Lamech, qui cum cæcus eſſet, Cain interfecit, nec enim excuſavit cæcitatis infirmitas; unde dictum eſt: *Septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties*. Sed cæcitas ignorantiæ ſimilis eſt. Ex utraque enim quædam fiunt, quæ imputantur, quædam vero minime; cæcus namque ſi debitum ſuæ uxori ſe credens reddere, alienam polluit, non eſt reus adulterii. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione, jaculum mittens aliquem perimat, quia ab eo penitus hoc debet eſſe alienum; homicidii reus habetur: (*Geneſ.* 4.)

„ Mens vero alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit, quia facultatem deliberandi non habuit. Unde pupillo, & furioſo in maleficiis ſubvenitur, ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt. Quod non ſolum humanis, ſed etiam divinis legibus noſcitur approbatum.

Urbanus II. *Guernerio Narbon. Epiſc.* „ CLerico jaciente lapidem, puer dicitur interemtus: nos pro amore Dei, & tuo in ſuo ordine eum permanere permittimus; ut tamen ſemper in pœnitentia & timore permaneat.

Ex Capit. *Martini Brachar. Epiſc. c.* 78. „ SI quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam Eccleſiæ Catholicæ ſemper ſubjaceat, & communionem in exitu vitæ ſuæ recipiat. Si autem non voluntarie, ſed caſu aliquod homicidium fecerit; prior Canon ſeptem annis agere pœnitentiam juſſit; ſecundus Canon quinque mandavit.

Salomon. *In Parabolis, c.* 26 „ SIcut noxius eſt, qui mittit lanceas, & ſagittas in mortem; ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo, & cum fuerit deprehenſus dicit, ludens feci.

Si vero licitæ rei dabat operam, quia magiſter cauſſa diſciplinæ verberabat diſcipulum; vel deponebat aliquis fœnum de curru; vel arborem propriam ſibi neceſſariam incidebat, & ſimilia; hic, ſi adhibuit diligentiam, quam potuit, videlicet, reſpiciendo, & proclamando, non nimis tarde, vel demiſſe, ſed tempore congruo, & alte, ita quod, ſi aliquis erat ibi, & veniebat, poterat fugere, & ſibi cavere, vel magiſter non excedendo modum in verberando diſcipulum; non imputatur ei: alias ſi dabat operam rei licitæ, & non adhibuit diligentiam debitam, ut dictum eſt, imputatur ei. Hæc diſtinctio probatur Diſt. 50. c. *Sæpe contingit*, & c. *Si duo fratres*, extra, eod. c. *Quidam ut aſſeris*.

Ex Conc. *Vormacen. c.* 29. „ SÆpe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, ut aliquis ſubtus ipſam veniens opprimatur; & idcirco ſi voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum eſt; ut homicida pœnitentiæ debet omnino ſubmitti: quod ſi non voto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit; ſed dum ille operi neceſſario fortaſſis incumberet, iſte inſperatus occurrens ſub arbore improviſus devenit, & ſub ipſa oppreſſus eſt; inciſor arboris non tenetur pro homicida.

Ex Conc. *Triburien. c.* 30. „ SI duo fratres in ſilva arbores ſuccciderint, & appropinquante caſura ipſius arboris, frater dixerit fratri, care, & ille fugiens in preſſuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; vivens frater innocens de ſanguine germani dijudicetur.

Gregor. IX. „ QUidam (ut aſſeris) ad ædificationem Eccleſiæ in adjutorium a presbytero evocatus, ruens cum laqueari, quod idem presbyter ſolvere nitebatur; hac occaſione rebus eſt humanis exemtus (& infra) Attendentes igitur, quod ſacerdos ipſe dabat operam licitæ rei, ſtuduit etiam, quam debuit, diligentiam adhibere, circumſtantibus (quibus periculum imminebat) ita tempeſtive, & alta voce præmonitis, quod & intelligere & fugere potuerunt; inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ob hanc cauſſam, vel quia omnes caſus fortuitos (qui prævideri

S 2 non

„ non poſſunt) forſitan non prævidit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

Voluntate. In hoc dic ſine diſtinctione, quod homicidium voluntarium ſemper eſt peccatum mortale, & enorme. Diſt. 50. c. *Si quis voluntate*. *pag 139

---

§. II.

Qua pœna homicidæ puniantur.

POena homicidii ſpiritualis tollitur per pœnitentiam: unde circa pœnam corporaliter inſiſtamus.

Pœna homicidii commiſſi *lingua*, id eſt, præcepto injuſto (nam de juſto dicam infra) conſilio, vel defenſione, ut puta ſi diſſuadet, & ſic diſſuadendo retrahit a bono propoſito hominem volentem alium liberare a morte, & ſic quodammodo indirecte defendit homicidam; pœna, inquam, eſt irregularitas, quæ etiam poſt peractam pœnitentiam impedit promovendum, & dejicit jam promotum. De pœnit. diſt. 1. cap. *Pernicioſe*, & diſt. 50. cap. *Si quis viduam*. *pag. 137

Pœna vero homicidii commiſſi *facto* variatur; nam pro homicidio juſtitiæ juſta & recta intentione facto, non invenio, nec dico pœnam aliquam imponendam, excepta ſola irregularitate, quam contrahunt, quæ impedit promovendum, & dejicit promotum, diſt. 51. c. *Aliquantos*.

Innocent. Papa Epiſcopis in Tolet. Synodo conſtitutis, Epiſt. 24. c. 2.

„ ALiquantos ex his, qui poſt acceptam baptiſmi gratiam in forenſi exercitatione verſati ſunt, & obtinendi pertinaciam ſuſceperunt, accitos ad ſacerdotium eſſe comperimus, e quorum numero Ruffinus & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia, qui cum poteſtatibus obedierunt, ſæva neceſſario præcepta ſunt exſecuti: aliquantos ex Curialibus, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſunt ſibi imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates & editiones populis celebraverunt, ad honorem ſummi Sacerdotii perveniſſe, quorum omnium neminem, ne ad ſocietatem quidem ordinis Clericorum oportuerat perveniſſe: quæ ſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus, aut ſcandala Hiſpanienſibus provinciis, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus; idcirco remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps ſimilia committantur, dilectionis veſtræ maturitas providere debebit, ut tantæ uſurpationi ſaltem nunc finis neceſſarius imponatur, eo videlicet conſtituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus ſuis deponantur.

Bavarius, Canoniſta.

Et hoc ſecundum Bavarium, etiamſi ante baptiſmum commiſit tale homicidium, quia ſecundum eum in baptiſmo deletur omnis irregularitas, quam quis proprio peccato contraxerat, ſed illa, quam ſine peccato, non: baptiſmum enim non tollit niſi peccata, & ſequelas peccatorum. Pro eo facit diſt. 26. c. *Deinde*, & c. *Una tantum*.

Innocen. Ruffo & Euſebio & ceteris Epiſc. Macedon. Epiſt. 22. c. 2.

„ DEinde opponitur, non dici oportere bigamum eum, qui Cathecumenus habuerit & amiſerit uxorem, ſi poſt baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eamque primam videri, quæ novo homini copulata ſit; quia illud conjugium per baptiſmi ſacramentum cum ceteris criminibus ſit ablutum. Quod cum de una utique dicitur, certe ſi tres habuerit in veteri poſitus homine uxores, erit ei, quæ poſt baptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus, prima, & virginis æque nomen accipiet, quæ quarto loco ducta eſt: quis (oro) iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum, qui ait: *unius Uxoris virum oportere fieri ſacerdotem*? *1. Timoth. 3.* Sed objicitur, quod in Baptiſmo totum, quidquid in veteri homine geſtum eſt, ſit ſolutum. Dicite mihi (ut cum pace veſtra loquar) an crimina tantum dimittuntur in baptiſmo, an & illa quæ ſecundum Domini præcepta ac Dei inſtituta complentur? Uxorem ducere crimen eſt, an non eſt crimen? ſi crimen eſt, ergo (cum præfata venia dixerim) erit auctor in culpa, qui ut crimina committerentur, in paradiſo præcepit, cum ipſe eos benedixit: ſi vero non eſt crimen, quia quod Deus inſtituit nefas ſit crimen appellari, & Salomon addidit: *Etenim a Deo præparatur viro uxor*; *Proverb. 19.* quomodo creditur inter crimina eſſe dimiſſum, quod Domino auctore legitur conſummatum? Quid de talium filiis percenſetur? Numquid non erunt admittendi in hæreditatis conſortio, quia ex ea ſuſcepti ſunt, quæ ante baptiſmum fuit uxor? eruntque appellandi vel naturales, vel ſpurii; quia non eſt legitimum matrimonium, niſi illud (ut vobis videtur,) quod poſt baptiſmum aſſumitur? Ipſe Deus cum interrogaretur a Judæis, ſi liceret uxorem dimittere, atque exponeret fieri non debere, addidit: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*. *Matth. 22.* At ne de his locutus eſſe credatur qui poſt baptiſmum ſortiuntur uxores, meminerint hoc & a Judæis interrogatum, & etiam Judæis eſſe reſponſum. Quæro, & ſollicitus quæro, ſi una, eademque ſit uxor ejus, qui ante Cathecumenus, poſtea fit fidelis, filioſque ex ea, cum eſſet Cathecumenus, ſuſceperit, & poſtea alios filios cum ſit fidelis; utrum ſint fratres appellandi, an non habeant poſtea defuncto patre familiæ hereiſcundæ hæreditatis conſortium, quibus filiorum nomen regeneratio ſpiritualis creditur abſtuliſſe? quod cum ita ſentire atque judicare abſurdum eſt; quæ ratio eſt hoc defendi, & vacua magis opinione jactari, quam aliqua auctoritate roborari; cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus conjunxit? Numquid ſi quis Cathecumenus virtutibus ſtuduit, humilitatē ſecutus eſt, patientiam tenuit, eleemoſynas fecit, morti deſtinatos qualibet ratione eripuit, adulteria exhorruit, caſtitatem tenuit; quæro ſi hæc omnia, cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptiſmum, totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemoſynis vacantem, Angelum audientem per revelationem, ipſumque Petrum videntem; *Actor. 10.* numquid per baptiſmum hæc illi ablata ſunt, propter quæ ei baptiſmus videtur conceſſus? Si ita creditur, mihi credite: non modicum erratur; quia quidquid bene geſtum

„ ſue-

Digitized by Google

„ ſuerit, & ſacundum præcepta lagalia cuſtoditum, non potaſt ſacientibus daperire. Nuptiarum argo copula, quia Dei mandato perficitur, non potaſt dici peccatum: & quod peccatum non eſt, ſolvi omnino intar peccata credi non debet. Eritqua integrum æſtimare aboleri non poſſe prioris nomen uxoris, eum non ſit dimiſſum pro peccato, quod ax Dei ſit voluntata completum.

Ambros. *In lib. de offic. c. ult.*

„ UNa tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipſo conjugio lex aſt non iterara coojugium, nae ſecundæ conjugis ſortiri conjunctionem. Quod pluriſqua mirum vidatur, cur etiam anta baptiſmum itarata conjugia, electioni muuatis, & prærogativæ ordinationis impedimenta generant, eum etiam dalicta obeſſa non ſoleant, ſi lavaeri ramiſſa ſuerint ſaeramento. Sed intelligere debemus, quia in baptiſmo culpa dimitti poteſt; lex abolari non poteſt. In conjugio non culpa ſed lax aſt. Quod culpæ aſt, igitur in baptiſmo relaxatur: quod legis aſt in conjugio, non ſolvitur. Quomodo autam potaſt eſſe hortator viduitatis, qui & ipſe conjugia ſrequantaverit? *Joannes etiam Baptiſta dum Herodem ab inceſtu probiberet dicens*: Non licet tibi habere uxorem ſratris tui, *evidenter oſtendit inter infideles conjugia eſſe Unde datur intelligi, quod bigami dicuntur non ſolum, qui poſt baptiſma conjugia frequentant, ſed etiam qui ante baptiſmum unam, & poſt baptiſmum alteram babuiſſe probatur. Bigamus vero in ſacerdotem ordinari non debet, non quia deliquerit ſecundam accipiendo uxorem, ſed quia prærogativa exutus eſt ſacerdotis.*

Gratianus. Luc. 3. Matth. 14.

Alii doctores omnes dicunt, quod ſive cum peccato, ſive abſqua peccato, nt ſi judex, val officialis occidiſſet mille homines ante baptiſmum, non impediretur poſt baptiſmum. Pro ais eſt diſt. 51. c. *Aliquantos*, & hane opinionem approbo, & ita tenar Ecclaſia.

v. pag. 140

Nota ergo quod quicumque poſt baptiſmum in cauſſa ſanguinis fuerit judex, advocatus, ſiva pro accuſatora, ſive pro reo, licet Bavarius contrarium dixerit in Advocato rei. Item aſſeſſor, officialis, teſtis, notarius ſententiam ſeribens, val proſetans; & idem atedo in alija actibus, vel actis, ut puta, ſi ſcribat atteſtationes, vel lagat in axamina cauſſæ. Item qui ſcripſerit & dictaverit litteras pro vindicta ſanguinis deſtinandas, omnea talea efficiuntur irregulares, nt dictum eſt, & probatur, in c. *Si quis poſt*, & c. *Aliquantas*, diſt. 51. axtr. Na Cler. val Monach. in negot. ſecul. ſe immiſc. c. *Sententiam ſanguinis*.

v. ſupra.

Ex Conc. *Toletano 1. c. 8.*

„ SI quis poſt baptiſmum accaptum militaverit, & chlamydem ſumſerit aut eingulū ad necandos fideles, etiamſi gravia non admiſarit, ſi ad elerum admiſſus ſuerit, Diaconi non accipiat dignitatem.

Innoc. III *In Concil. Generali.*

„ SEntentiam ſanguinis nullus Clericus dictet, aut proſerat; ſed nec ſanguinis vindictam exercaat, aut ubi exerceatur, interſit. Si quis antem hujuſmodi occaſione ſtatuti, Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonia aliqund præſumſerit inferre diſpendium, per cenſuram Ecclaſiaſticam compeſcatur. Nec quiſquam Clericus litteras dictet, aut ſeribat pro vindicta ſanguinis deſtinandas. Unde in curiis principum hæc ſollicitudo non Claticis, ſad Laicis committatur. Nullus quoque Clarieus ruptariis, vel baliſtrariis, aut hujuſmodi viris ſanguinum præponatur, nec ullam Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Saeerdos exerceat, quæ aduſtionam, vel inciſionem inducit. Nec quiſquam purgationi aquæ ſerventis vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritum cujuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat: ſalvis nihilominus prohibitionibus da Monomachiis, ſive duallis anta promulgatis.

Similitar pro homicidio neceſſitatis avitabilis (in qua intelligo non ſolum aum, qui tempore occiſionia poterat avitara, ſed etiam illum, qui ſa culpa ſua in talam neceſſitatem ingeſſit, puta vidit exercitum venientem ad obſidandum caſtrum, & quum poſſat ſugere, incluſit ſe in caſtrum, quod in nullo pertinabat ad ipſum, & poſtea ſecuta aſt neceſſitas, vel ſimile) contrahitur irregularitas, quæ impedit promovendum, & dejicit promotum. Si autem fuit neceſſitas prorſus inavitabilis, nec ſua culpa proceſſit, toleratur in ſuſceptis; ſed non promovatur ad majores ordines, diſt. 50. c. *De his Clericis, pro quibus*, & c. *De his Clericis, qui in obſidionis*, ext. eod. c. *Interfeciſti*.

v. ſupra.

Nicolaus Papa. *Oſbaldo Corepiſc. Quadrantino.*

„ DE his Clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet, qui ſe deſandendo paganum occiderunt, ſi poſt per pœnitentiam emendati, poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem aſcendare; ſcito nos nullam occaſionam dare, nec ullam tribuere eis licentiam quemlibet hominem quolibet modo occidendi. Verumtaman ſi contigarit, ut Clericus Sacerdotalia ordinia ſaltem paganum occiderit, multum ſibi conſulit, ſi ab officio ſacerdotali receſſerit, ſatinſque aſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu irreprahenſibiliter ſamulari, quā alta indebita appetando, damnabilitar in profundum damergi.

In Conc. *Ilerdensi.*

„ DE his Clericis, qui in obſidionis neceſſitata poſiti ſuerint, id ſtatutum eſt, ut qui altario miniſtrant, & Chriſti Corpus & ſanguinam tradunt, vel vaſa ſacro officio deputata contrectant, ab omni humano ſanguine etiam hoſtili ſe abſtineant. Quod ſi in hoc inciderint, tam officio, quā communione corporis Domini priventur, ita ut duobus annia vigiliis, jejuniis, orationibus, & aleemoſynis pro viribus, quas Dominus donaverir, expientur, & ita demum officio, vel communioni reddantur, ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora provehantur. Quod ſi in definito tampore negligentiores circa ſalutem ſuā exſtiterint, protelandæ ipſius pœnitentiæ tampus in poteſtate maneat ſacerdotis.

Pro homicidio caſuali, ſi occiſor dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ, ſed non adhibuit diligentiam, quam debuit, irregularitas contracta impedit promovendum, & dejicit promotum: ſi vero dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam, licet omnas caſus ſortuitos, qui prævidari non poſſunt, forſitan non prævidit, in nullo tanetur; & poteſt de jure, non ſolum in ſuſceptis ordinibus remanera, ſed etiam ad ſuperioras ordines promoveri.

Prima pars hujus diſtinctionis probatur, diſt. 50. c. *Clerico jaciente*, & c. *Hi, qui arborem*, extr. de homicidio, c. *Presbyterum*, & c. *Continebatur*.

v. pag. 139

„ Hi

Digitized by Google

Nicolaus Papa.

HI, qui arborem incidere videntur, ſi contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles ſunt, atque innoxii; quia nec voluntate eorum, nec deſiderio homicidium perpetratum eſt: Si vero aliqua culpa eorum vel neglectu morientis hominis interitus cognoſcitur adveniſſe, abjiciendi ſunt a gradu, & in ſacro ordine nullatenus ſuſcipiendi.

Alex. III.

PResbyterum; qui quemdam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, cum poſt paucos dies exſpiraſſet, tam ab omni altaris miniſterio debes perpetuo removere, quam ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interiit, vel aliam infirmitatem incurrerit, de qua noſcitur exſpiraſſe.

Alex. III. Cuſentin. Archiep.

COntinebatur in litteris tuis, quod cum Diaconus præſentium lator, & quidam alii Clerici a vineis Eccleſiæ opere conſummato redirent, levandi laboris gratia, quemdam ludum imitati viatorum, baculos ſuos ſtudebant jacere in directum, & alter alterius fuſtem ferire, cujus ludi ſolet eſſe conditio, ut qui alterius baculum percuteret, quaſi victor pro equo alio uteretur: ſed præfati Clerici equitandi licentia non utentes, ſola erant jactione contenti. Quidam autem Laicus, cum baculum ejuſdem Diaconi percuſſiſſet, incautus in eum equitaturus inſiliit, & ſic a falce illius Diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo exſpiravit. Ideoque mandamus, quatenus eumdem Diaconum ſine licentia Romani Pontificis ad ſuperiorem gradum non aſcendere, vel in Diaconatus officio nullo umquam tempore miniſtrare permittas; ſed eum diſpenſative miniſtrare in ſubdiaconatus officio patiaris.

Secunda pars probatur extr. eod. c. *Dilectus*, & c. *Ex litteris*, & c. *Significaſti*, & c. *Petrus*,

v. pag. 139 diſt. 50. c. *Sæpe*, & c. *Si duo*.

Innoc. III Epiſcopo Lugdun.

DIlectus filius A. Capellanus propoſuit, quod cum quadam corporis moleſtia gravaretur, ut comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat, aſcendit, qui cum bene non pareret habenis, ſed præter ſeſſoris arbitrium ſaltibus laſciviret, ipſe (ut ejus refrænaret impetum) fræno vim intulit, equumque calcaribus ſtimulavit; eumque fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret feſtinanter; quædam mulier veniens ex obliquo infantulum bajulans obviavit, in quam equus irruens (procul abjecto ſeſſore) puerum prædictum oppreſſit. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, cum idem Capellanus nec voluntate, nec actu homicidium perpetravit, nec dedit operam illicitæ rei, non impedias, quominus divina poſſit officia celebrare.

Idem. Meten. Epiſc.

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod cum H. presbyter fœnum vellat de curru deponere, perticam ſuperius alligatam projecit in terram, & cum fœno inſiſteret deponendo, puerum quemdam juxta currum reperit ſemivivum, in quo præter modicum livoris in fronte nihil inveniri potuit læſionis. Nos autem ab eodem quæſivimus ſacerdote, ſi prius quam jaceret perticam, circumſpexiſſet ſollicite, an aliquis eſſet circa currum, qui quod diligenter circumſpexit, aſſeruit, ſed quod vidiſſet aliquam, denegavit. Ad te igitur remittentes eumdam, mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, niſi contra eumdem grave ſcandalum ſit exortum, vel tanta laboret infamia, quod deficiente accuſatore, oporteat eidem Canonicam purgationem indici, ipſum libere permittas exſequi officium ſacerdotis.

Idem Biſuntin. Epiſc.

EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod quidam Monachus ad deponendam de Campanili campanam ſubſerviens, quia quoddam lignum corruit ipſo movente, quemdam puerum oppreſſit, & occidit. Quocirca mandamus, quatenus ſi monachus ipſe rem neceſſariam agebat & utilem, & in loco, per quem aliquem tranſire non crederet, vel ibidem exſiſtere, vel etiam illuc de conſuetudine venire, quando lignum dignoſcitur moviſſe, ſatis poterit præſertim in Monaſterio ad altiores ordines promoveri.

Idem Epiſcopo Paduano.

SIgnificaſti nobis, quod cum F. Clericus equitaret, equus, cui inſidebat, tam ſe, quam ipſum projecit in aquam; unde Clericus ipſum graviter calcaribus ſtimulavit; equus vero, cum exſiſteret bucca durus, præter voluntatem ſeſſoris raptus in curſum, mulierem quamdam obviam habuit, quam ex improviſo pedibus interfecit. Cumque nec ab eodem Clerico feciſſemus inquiri, utrum equi vitium prius ſciviſſet, illud aſſeruit ſe ignoraſſe. Ideoque mandamus, quatenus, ſi ita eſt, ad cautelam injungas eidem pœnitentiam competentem, qua peracta, non impedias, quominus in ſuſceptis miniſtret ordinibus, & ad majores valeat promoveri.

Idem.

PEtrus Diaconus, & Monachus S. Joannis de Puna, ſua nobis inſinuatione monſtravit, quod cum ipſum quondam in ſæculari habitu in Eccleſia de Rigelo beneficium obtinentem, Abbas illius Eccleſiæ eodem beneficio ſpoliaſſet; cognati & amici ejus irati plurimum, & commoti, nocte quadam in domo Diaconi convenerunt, & cœna facta dicebant, quod vindictam volebant ſumere de Abbate; inhibiti autem expreſſe ab eodem Diacono, ne Abbatem occiderent, aut aliquid ſibi facerent, unde ordinis ſui diſcrimen incurreret & animæ detrimentum; nihilominus irruerunt in eum, & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto, qui poſt dies aliquot exſpiravit (& infra) Quocirca mandamus, quatenus, ſi præmiſſa noveris veritate ſubnixa, ſæpe dicto Diacono, non ſolum in Diaconatus officio miniſtrare, ſed etiam ad ordinem presbyteratus aſcendere (ſi aliud canonicum non obſtiterit) liberam concedas auctoritate Apoſtolica facultatem; præſertim ſi ſuper hoc non fuerit reſperſus infamia, cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem ejus expreſſam, eo cauſſam, vel occaſionem non dante, auſu ſacrilego fuit ab ipſius conſanguineis attentatum.

Has pœnas intelligas omnes præter pœnitentiam. Item præter pœnas legales, quas non ſum proſecutus, quia non pertinet ad nos.

§. III.

§. III.

Quæ diſpenſatio fiat erga Clericum homicidam.

DIſpenſatur in iſtis homicidiis hoc modo: circa homicidium juſtitiæ non diſpenſatur, ut poſſit promoveri; ſed ſi jam erat promotus, diſpenſative in illis ordinibus tolerari
v.pag.140 poteſt, arg. diſt. 51. c. *Aliquantos*.

Circa homicidium neceſſitatis evitabilis non facile diſpenſatur; ſed in homicidio neceſſitatis Inevitabilis datur conſilium, ut non miniſtret homicida, etiam in ſuſceptis ordinibus, ut
v.pag.141 diſt. 50. c. *De his Clericis*. Non tamen deponitur, ſed in ſuo ordine toleratur de jure, & abſque diſpenſatione ſecundum Laur. cum quo
v.pag.138 ſentio. extr. eodem cap. 2. *Interfeciſti*: ſed Hugot. dicit, quod non abſque diſpenſatione.

Circa homicidium caſuale, quod nulla culpa præceſſit, non eſt neceſſaria diſpenſatio, ut dictum eſt ſupra eod. §. proximo. Sed circa homicidium caſuale culpa præcedente commiſſum fit diſpenſatio magna, major, maxima. *Magna*, ut promotus ad majorem gradum, non in ipſo, ſed in inferioribus toleretur. Ext. eod. c.
v.pag.142 *Continebatur*. *Major*, ut etiam in ipſo gradu toleretur, ut diſt. 50. cap. *Clerico*. *Maxima*, ut
v.pag.139 etiam promoveatur. Extr. eod. c. *Lator*.

Alex. III. Exonien. Epiſc.
,, LAtor præſentium P. Clericus nobis pro-
,, poſuit, quod cum quadam die caſu cum
,, quodam Clerico luderet, contigit, quod
,, ille projecit iſtum ad terram, cujus cultellus,
,, quem ad latus ſuum habebat, in alterum
,, incidit, & fortuito caſu occubuit vulneratus.
,, Ideoque mandamus, quatenus ſi ita res ſe
,, habuit, & alia juſta cauſſa non impedit, præ-
,, dictum P. libere permittas ad ſacros ordines
,, promoveri.

Circa homicidium voluntarium non invenitur cum aliquo diſpenſatum, ſed potius depoſitio cum aſpera pœnitentia, diſt. 50. c. *Miror*,
v.pag.137 & c. *Si quis viduam*.

Joann. VIII. Cænomanen. Uticenſ. Epiſc.
,, MIror minus doctam ſcientiam tuam, Sa-
,, cerdotem putare poſt perpetratum ho-
,, micidium poſſe in Sacerdotio miniſtrare; immo
,, (quod eſt ineptius) nobis ſuadere velle, ut
,, ipſi tali præſumtioni præberemus aſſenſum.
,, Quia enim tam demens, tamque perverſi
,, ſenſus tale quid exiſtimaret, vel poſt quan-
,, tamcumque pœnitentiam concedendum, cum
,, omnino Canonicæ diſciplinæ ſit contrarium?
,, Debet ergo Sacerdotio privatus lacrymarum
,, fonte flagitium tam immane diluere, ut ta-
,, libus ſaltem remediis curatus, ſalutis poſſit
,, invenire ſuffragium.

Et hoc verum eſt de voluntario tam manu, quam lingua commiſſo, ſupra eodem titulo, §. *Pœna*, in princ.

Si quæras, quis poteſt diſpenſare; require infra in titulo generali de diſpenſatione, §. *Circa prædictas*. Item qualis pœnitentia ſit injungenda talibus; require infra de pœnit. §. *Sequitur de tertia*, verſ. *Matricida*.

§. IV.

Varii circa homicidium caſus.

P R I M U S.

Quid, ſi aliquis percutit mulierem prægnantem, vel dat ei venenum, vel ipſamet accepit, ut abortivum faciat, vel ut non concipiat; numquid talis judicabitur homicida, aut irregularis?

REſpondeo: Si puerperium erat jam formatum, ſive animatum, homicida eſt recte, ſi abortivum fecit mulier ex illa percuſſione, ſive potatione, quia hominem interfecit.

Quid, ſi dubitatur, utrum ſit mortuus, vel abortivus factus ex illa percuſſione, necne; vel Poſtillator.
utrum fuerit animatus, necne?

Reſp. *Si probabiliter dubitat, vel credit ille, qui percuſſit; in hoc dubio a miniſterio, & a promotione ſe debet abſtinere, ne periculo ſe committat, quamdiu fuerit in hoc dubio; ſi autem levem, aut temerariam habet opinionem, deponat eum, ſi poteſt; & ſic poterit miniſtrare, & promoveri; alias non.*

Si vero nondum erat animatum, non dicitur homicida, quantum ad irregularitatem, ſed ut homicida habebitur quantum ad pœnitentiam; & idem de illo, qui dat, vel accipit venenum, vel ſimile, ne fiat generatio, vel conceptio. Cauſſa 32. quæſt. 2. cap. *Quod vero non formatum puerperium*, & cap. *Moyſes*, extra eodem, *Si aliquis*, & cap. *Sicut ex litterarum*.

Auguſt. in lib. quæſtionum, Exod. 21.
,, QUod vero non formatum puerperium
,, Moyſes, vel lex noluit ad homicidium
,, pertinere, profecto nec hominem deputa-
,, vit, quod tale in utero geritur. Hic de
,, anima ſolet quæſtio agitari, utrum quid-
,, quid formatum non eſt, nec animatum
,, quidem poſſit intelligi; & ideo homicidium
,, non ſit, nec exanimatum dici poteſt, ſi adhuc
,, animam non habebat. *Item*. Si ergo illud in-
,, forme puerperium jam quidem fuerat, ſed
,, adhuc quodammodo informiter animatum
,, (quoniam magna quæſtio de anima non
,, eſt præcipitanda indiſcuſſa temeritate ſen-
,, tentiæ) ideo lex noluit ad homicidium per-
,, tinere, quia nondum dici poteſt anima vi-
,, va in eo corpore, quod ſenſu caret.

Idem in lib. quæſtionum vet. & novi Teſtamenti, Exodi 21.
,, MOyſes tradidit; *Si quis percuſſerit mu-*
,, *lierem in utero habentem, & abortivum*
,, *fecerit, ſi formatum fuerit, det animam pro*
,, *anima: ſi autem informatum fuerit, mul-*
,, *ctetur pecunia*, ut probaret animam non
,, eſſe ante formam. Itaque ſi jam formato
,, corpori traditur; non tamen in conceptu
,, corporis naſcitur cum ſemine anima deri-
,, vata. Nam ſi cum ſemine & anima ex-
,, ſiſtit ex anima, multæ animæ quotidie
,, pereunt, cum ſemen fluxu quodam non
,, proficit nativitati; ſed ſi propius reſpicia-
,, mus, videbimus, quid ſequi debeamus.
,, Contemplemur facturam Adæ. In Adam e- Geneſ. 2.
,, nim exemplum eſt datum, ut ex eo intel-
,, ligamus, quia jam formatum corpus accipit
,, animam. Nam potuerat Deus animam limo

,, terræ

,, terræ admiſcere & ſic ſotmare corpus ;
,, ſed ratione infirmabatur , quia primum
,, oportebat domum compaginari, & ſic ha-
,, bitatorem induci. Anima certe, qnia ſpirl-
,, tus eſt , in ſicco habitare oon poteſt ; id-
,, eo in ſangnine ſertur habitare. Cum ergo cor-
,, porls linaamenta compacta non ſuerint , u-
,, bi erit anima?

Ex Conc. *Guarmac.*

,, SI aliquis cauſſa explendæ libidlnis, vel o-
,, dii meditationa , homini , aut mulieri a-
,, liquid ſecerit , vel ad potandum daderit , nt
,, non poſſit generare , aut concipere , vel
,, naſci ſoboles; ut homicida teneatur.

Innoc. III *Priori, & fratrib. Carthuſ.*

,, SIcut ex litterarum veſtrarum tenore ac-
,, cepimus, cum quidam presbyter veſtri
,, ordinis, qui prius ſuerat niger Monachus,
,, quamdam mulierem prægnantem , cum qua
,, contraxerat conſuetudinem inhoneſtam, &
,, quæ aſſerebat ſe concapiſſa ex eo, per zonam
,, arripnerit qnaſi Indens , ipſa per hoc ſic ſe
,, aſſeruit eſſe læſam, quod occaſiona hujuſ-
,, modi abortivit, propter quod idem presby-
,, ter proborum virorum uſus conſilio , ſeipſum
,, duxit ab altatis miniſterio ſequeſtrandum
,, (& infra) Nos varo devotioni veſtræ inſi-
,, nuatione præſentium reſpondemus , quod
,, ſi nondum erat vivificatus conceptus , mi-
,, niſtrare poterit : alioquin debet ab altaris
,, officio abſtinere.

---

§. V.

CASUS SUCUNDUS.

Quid, ſi plures inter ſe rixati ſunt , vel in conflictu fuerunt, & aliquis eſt ibi interfectus , nec apparet a quo, vel ex cujus vulnere ; numquid omnes judicabuntur homicidæ, vel irregulares, vel nullus?

REſpondeo: Quantnm ad peccatnm dicuntur homicidæ omnes, qui percuſſerunt, & etiam omnas , qui voluntata occidandi venerunt, licet non percuſſerint : item & illi, qui nec occiderunt, nec volnntatem occidendi habuerunt, ſed venerunt, ut præſtarant auxilium occiſotibus, ſi forte violentia ipſorum repelleretur, diſcretus tamen ſacerdos minorem pœnitantiam debet imponere ſecundis, quam primis, & tartiis, quam ſecundis & primis : illi enim non ſunt immnnes a culpa , nec debent aſſe immunes a pœna , qni cnm poſſent, hominem non liberaverunt a morte, cauſſa 23. q. ult. c. *Si quattuor*, extr. eod. c. *Sicut dignum*, & cauſſa 23. q. 3. c. *Non ia infereuda* , & c. *Oſtendit* .

In Conc. *Apud Vermeriaſ.*

,, SI quattuor hominas, aut quinque, ſeu etiam
,, plures contra hominam unum rixati fue-
,, rint, & ab his vulneratus mortuus ſnerit, qui-
,, cumque eorum ei plagam Impoſuit , ſecun-
,, dum ſtatuta Canonum ut homicida judicetur:
,, reliqui autam , qni eum impugnabant , vo-
,, lentes eum interficere, ſimiliter pœniteant ;
,, qui vero nec eum impugnabant, nec vulnera-
,, bant, nec conſilio, oec auxilio cooperatores fue-
,, runt , ſed tantnm affuerunt, extra noxam ſint.

Alex. III. *Epiſcop. Exon.*

,, SIcut dignum (& infra) Sane cnm vir diſ-
,, cretus exſiſtas, plenius noſti, quod in exceſ-
,, ſibus ſingulorum , non ſolum qnantitas , &
,, qualitas delicti, ſed ætas, ſcientia, ſexus, atqne
,, conditio delinquentis ſunt attendenda , &
,, non ſolum ſecundnm prædicta , ſed ſecundum
,, locum, & tempus, quo delictum committitur,
,, unicuique pœnitantia debet indici, cum Idem
,, exceſſus magis ſit in uno , quam in alio pu-
,, niandus . Illi autem qui animo occiden-
,, di , ſeriendi , aut capiendi illum ſanctum,
,, & reverendum virum quondam Cantua-
,, rienſ. Archiepiſcopum citra manuum inje-
,, ctionem ſe fatentur veniſſe; ſi de Illa ca-
,, ptione mors ejus ſecuta fuiſſet, pari pœni-
,, tentia , vel ſere pari exſiſterent puniendi.
,, Illi etiam , qui non ut ſerirent , ſed nt
,, parcuſſoribus opem ferrent , ſi ſorte per
,, aliorum vlolentiam impedirentur , paullo
,, minori debent pœna mulctari ; quia cum
,, ſcriptum ſit : *Qui potuit hominem liberare*
,, *a morte & non liberavit , eum occidit* ;
,, conſtat ab homicidii reatu immunes non
,, eſſe , qui occiſoribus opem contra alios
,, præſtare venerunt , nec caret ſcrupulo ſo-
,, cietatis occultæ, qui manifaſto facinorl de-
,, ſinit obviare.

Ambros. *lib. 1. de Officiis, c. 36. Exod. 2.*

,, NOn in Inſerenda, ſed in depellenda in-
,, juria lex vlrtutis eſt: qui enim non re-
,, pellit a ſocio injuriam, ſi poteſt, tam eſt in
,, vitio quam Illa , qui facit . Unda ſanctus
,, Moyſas hinc prius orſus eſt tentamenta
,, bellicæ fortitudinis. Nam cum vidiſſet He-
,, bræum ab Ægyptio Injuriam accipientem ,
,, deſendit, ita ut Ægyptium proſtarnaret ,
,, atque in arena abſconderet. Salomon quo-
,, que ait : *Eripe eam, qui dacitur ad mortem.*

Proverb. 24.

August. *in Pſal. 81*

,, OStendit Propheta , nec illos immunes a
,, ſcelere eſſe, qui permiſerunt Chriſtum
,, Principibus interficere , cum præ multitudi-
,, ne timerentnr , & poſſent illos a facto &
,, ſe a conſenſu liberare. Qui deſinit obviare,
,, cnm poteſt, conſentit.

Et hoe intelligas in bello injuſto. Nam tales in bello juſto non reprobo , niſi ſit ibi corrupta intentio, vel talis perſuna cum armis, cui non liceat arma deferre, ut Clericus, vel religioſus . Raquire inſra de Cleric. percuſſ.

Quantum ad irregularitatem dico omnes indiſtincte repellendos, qui ſnerunt ex parte injuriantium, & etiam ex parta illorum, quibus fiebat injuria, ſi Clerici erant , & ibi moverunt arma. Diſt. 51. c. *Si quis poſt acceptum*, ext. de Clerı percnſ. cap. *Præſentium* , & cap. *Continentia* . *v pag. 141*

Alexand. III. *Lucer. Ep.*

,, PRæſentium lator in quodam conflictu aſ-
,, ſerit ſe ſuiſſe; pro parte tamen illorum,
,, qui violentiam repellebant , in quo lapides i-
,, pſe projecit, ſed aliquem non percuſſit. Qu em
,, nos (qoia per alios illic aliqui dicuntur oc-
,, ciſi) a celebratione Miſſarum per biennium
,, præcipimus abſtinere. Mandamus itaque, ut
,, ſi alia non impedierint , decurſo hujuſmodi
,, temporis ſpatio , ad ſui officii exſecutionem
,, eum admittas.

Cælestin. III.

,, COntinentia litterarum (& Inſra) Cum
,, P. acolythus cum qnibuſdam ad reſiſten-
,, dum prædonibus arma ſumſiſſet, in conflictn
,, illo tres ſuerunt ab aliis vulnerati ad mortem;
,, ita tamē, quod illa homicidia neque facto ejus,
,, neque conſilio perpetrata ſuerunt (& inſra)
,, Conſultationi tuæ taliter reſpondemus , quod
,, cum prædictum acolythum ad frugem melioris
,, vitæ tranſiviſſe dicatis , potarit ipſe ad ſubdia-

conatus

„ conatus promoveri ordinem, & altaris miniſterium exercere.

Arguo contra, extr. eod. c. *Petitio*, ubi non impeditur quidam presbyter a miniſterio altaris, licet in quodam conflictu, in quo hinc inde aliqui ſunt occiſi, aliquos percuſſiſſet; dum tamen ipſum non remordeat conſcientia de interſectione cujuſdam, ſed illud, quando invadebatur graviter ab infidelibus.

Honorius III. *Pelagio Presbyt.*

„ PEtitio tua nobis exhibita continebat, quod cum inimici Dominicæ Crucis ac blaſphemi nominis Chriſtiani, caſtrum quoddam in quo morabaris, graviter invaſiſſent, exeuntibus inde habitatoribus tam Clericis, quam Laicis contra eos, ac invicem confligentibus, hinc inde occiſi quamplurimi exſtiterunt. Unde cum pro eo, quod aliquos percuſſiſti, irregularitatem metuas incurriſſe; mandamus, quatenus ſi de interſectione cujuſquam in illo conflictu tua conſcientia te remordet, a miniſterio altaris abſtineas reverenter, cum ſit conſultius in hujuſmodi dubio abſtinere, quam temere celebrare.

Alia de hac materia require infra de Cler. percuſſ. & infra de rapt. *§. Circa principes*.

---

§. VI.

CASUS TERTIUS.

Quid de Phyſicis & Chirurgis?

DIc, quod ſi periti erant in Phyſica & Chirurgia, & nihil omiſerunt ſecundum artem de contingentibus, & habent ſuper hoc probabiliter ſerenam conſcientiam, poterunt promoveri; alias non. Extr. de ætat. & qual. & ord. præfic. c. *Ad aures*, de variis & extraord. cog. *Si Medicus*.

Clemens III. *R. Canonico Colonienſi.*

„ AD aures noſtras, te ſignificante, pervenit, quod cum in arte Phyſica eruditus ſis, pluribus juxta ipſius artis traditionem exhibuiſti cum diligentia medicinam, licet pluries in contrarium ſucceſſerit, & quibus putabas adhibere medelam, medicinis perceptis, mortis periculum incurrerunt. Verum quia ad ſacros ordines deſideras promoveri, ſuper eo nos conſulere voluiſti. Tibi breviter reſpondemus, quod ſi ſuper præmiſſis conſcientia tua te remordeat, ad majores ordines de noſtro conſilio non aſcendas.

Hoc etiam nota, quod operari de Phyſica non licet Clericis in ſacris ordinibus conſtitutis, vel etiam in minoribus; dum tamen ſufficienter beneficiati ſint, & niſi gratis pro miſerabilibus perſonis, vel ſuis confratribus, vel conſanguineis, nec etiam tunc, ſi poſſet ibi eſſe periculum; quod longe ſtrictius eſt in clauſtralibus obſervandum. Officium autem Chirurgiæ, quod aduſtionem, vel abſciſſionem inducit, eſt ſine omni exceptione talibus interdictum, ext. ne Cler. vel Monach. ſæcul. negot. c. *Sententiam*, & cap. *Super ſpecula*, extr. eod. cap. *Tua nos*, & arg. extr. de poſtul. cap. 1. ſeu *Clerici*.

v. pag. 141

Honorius III.

„ SUper ſpecula (& infra) Contra religioſas perſonas de clauſtris exeuntes ad audiendum leges, vel Phyſicam Alexand. Prædeceſſor noſter olim ſtatuit in Concilio Turonenſi, ut niſi intra duorum menſium ſpatium ad clauſtrum redierint, ſicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulla cauſſa (ſi patrocinium præſtare voluerint) audiantur. Reverſi autem, in choro, menſa, capitulo, & ceteris, ultimi fratrum exſiſtant, & (niſi forte ex miſericordia ſedis Apoſtolicæ) totius ſpem promotionis amittant. Verum, quia nonnulli ex talibus propter quorumdam opiniones diverſas, excuſationis aliquid aſſumebant; nos volentes, ut de cætero, ipſo facto, ſententiâ excommunicationis incurrant, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus tam a diœceſanis, & capitulis ipſorum, quam a ceteris Epiſcopis, in quorum diœceſibus hujuſmodi ſtudent, tales excommunicati, prædictis pœnis obnoxii publice nuncientur. Quia vero Theologiæ ſtudium cupimus ampliari, ut dilatato ſui tentorii loco, funiculos ſuos faciat longiores, ut ſit fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus reſiſtere valeat aſcendentibus ex adverſo; ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpoſitos, Cantores, & alios Clericos perſonatus habentes, necnon presbyteros (niſi ab his intra ſpatium præſcriptum deſtiterint) hoc extendi volumus, & mandamus, & appellatione poſtpoſita firmiter obſervari.

Innoc. III.

„ TUa nos duxit fraternitas conſulendos (& infra) Quæſiviſti, quid ſit de quodam Monacho ſentiendum, qui credens ſe quamdam mulierem a gutturis tumore curare, ut Chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & cum tumor aliquantulum reſediſſet, ipſe mulieri præcepit, ne ſe vento exponeret ullo modo, ne forte ventus ſubintrans gutturis apertionem, ſibi cauſſam mortis inferrat; ſed mulier (ejus mandato contempto) dum meſſes colligeret, vento ſe expoſuit incaute, & ſic per apertionem gutturis ſanguis multus effluxit, & mulier diem ultimum ſic finivit: utrum videlicet, cum prædictus Monachus ſit ſacerdos, liceat ei ſacerdotale officium exercere? Nos igitur fraternitati tuæ reſpondemus, quod licet ipſe Monachus multum deliquerit officium alienum uſurpando, quod ſibi minime congruebat: ſi tamen cauſſa pietatis & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio Chirurgiæ, omnemque ſtuduit, quam debuit, diligentiam adhibere; non eſt ex eo, quod per culpam mulieris contra conſilium ejus accidit, adeo reprobandus, quod non poſt ſatisfactionem condignam cum eo miſericorditer agi poſſit, ut divina valeat celebrare: alioquin interdicenda eſt ei ſacerdotalis ordinis exſecutio de rigore.

Ex Conc. *Lateran. ſub Alex. III.*

„ CLerici in ſubdiaconatu & ſupra, in ordinibus quoque minoribus conſtituti, ſi ſtipendiis Eccleſiaſticis ſuſtententur, coram ſæculari judice advocati in negotiis ſæcularibus fieri non præſumant, niſi propriam cauſſam, vel Eccleſiæ ſuæ fuerint proſecuti, aut pro miſerabilibus forte perſonis, quæ proprias cauſſas adminiſtrare non poſſunt.

POSTILLATORIS QUÆSITA.

1. QUid de illo, *qui aliquem flebotomat, aut ſecat, & inde moritur?*

Reſp. *Si peritus eſt, & adhibet omnem diligentiam, quam debet, non tenetur in aliquo; quia*

potius caſu, & culpa flebotomati, aut medicianti, ſive ſecli eveniſſe mors præſamitur, arg. 23. q. 5. c. De occidendis.

v. Iudic. Caa. & cap.

2. *Quid de illis, qui de morte eorum, quos infirmantes cuſtodierunt, ſcrupuloſam babent conſcientiam, pro eo quod ad petitionem eorum vocaverant minutorem, qui minuit eos, vel dederunt eis vinum, aut aquam, aut carnes, aut nimis coarctaverant eos, ad provocandam ſudorem vel ſervandum, vel cum deberent ſervare, dimiſerunt eos, & ſic biberunt vinam, vel diſcooperuerant ſe, & exierunt de lecto; vel cum eſſent phrenetici, præcipitaverunt ſe in aquam, & ſic mortui ſunt?*

Reſp. *In talibus, ubi bona fide fuerint circa ægrotos, non debet aliquis de facili ſcrupuloſã gerere conſcientiam, licet in aliquo erratum fuerit, ſi non ſit ibi lata, & evidens culpa, aut negligentia diſſoluta, quæ prope dolum eſt; & hujuſmodi ſcrupuloſitatem ad conſilium boni viri, ſi eum babet, facile debet deponere, at ſi in principio ægritudinis, quando adhuc neſciebatur cujuſmodi morbus erat, vocavit minutorem, quod etiam Medici quandoque facere ſolent; vel ſi nimis coarctaverit ad provocandam, vel ſervandam ſudorem; aut ſi tunc dedit ei bibere aquam, aut etiam vinum lymphatam, cum eſſet in horrore ægritudo; aut ſi cum gravatus vigiliis dormivit, non propter ebrietatem, aut crapulam, exiliit patiens, & præcipitans ſe, mortuus eſt. Si autem lata fuerit culpa, aut negligentia diſſolata, & certum eſt, quod inde mors provenerit, quia patiens forte ſe præcipitavit; credo quod irregularitas contrahitur, at ſi caſtos infirmi furioſi, vel phrenetici dimiſit eum, ut iret ludere in plateam, vel aliter daret operam rei illicita, aut ex nimia ebrietate, aut crapula vigilare non potuit, maxime cum ſolus eſſet deputatus ad caſtodiam: ſi autem non eſt certum, quod inde mors provenerit, aut inde probabiliter dubitatur ſecundum judicium Medicorum, aut non. In primo caſu abſtinendum eſt ab officio, & promotione: in ſecundo depoſita erronea conſcientia, poſtea poterit miniſtrare, vel promoveri; alias non.*

ſ. VII.

CASUS QUARTUS.

Quid de his, qui amputant ſibi genitalia, ut poſſint continenter vivere, & amputant ſibi digitum, vel membrum aliquod propter deformitatem, vel dolorem intolerabilem, quem ibi patiuntur?

AD intelligentiam iſtius nota, quod corpore vitiati prohibentur promoveri propter deformitatem, ex qua timetur ſcandalum, & propter debilitatem, ex qua timetur periculum. Inter eos tamen aliqui ſunt, qui poſſunt ordinari: nam alii ſunt debilitati, alii mutilati. Debilitatum dico, qui habet membrum, ſed inefficax, ut oculum cæcum, manum aridam, crus contractum. Mutilatum, qui aliquo membrorum caret. Ex debilitate claudum admittit conſuetudo, niſi ſit talis, qui ſine baculo ante altare ſtare non poſſit, arg. de conſecr. diſt. 1. c. *Nullus Epiſcopus*.

„ NUllus Epiſcopus, aut Presbyter, aut Zacharias Papa In Synodo Romana, c. 13. & 14.
„ Diaconus ad Miſſarum ſolemnia cele-
„ branda præſumat cum baculo introire, aut
„ velato capite altario Dei aſſiſtere; quoniam &
„ Apoſtolus prohibet viros velato capite ora-
„ re in Eccleſia: & qui temere præſumſerit,
„ communione privetur. Cum vero ingreſſus
„ fuerit Epiſcopus, aut Presbyter ad Miſſa-
„ rum ſolemnia celebranda (niſi paſſio ali-
„ qua intervenerit) nullo modo audeat data
„ oratione recedere, ut ab alio presbytero,
„ vel Epiſcopo, Miſſarum ſolemnia ſupplean-
„ tur: ſed qui initium ponit, ſuppleat uſque
„ in finem .... Si quis vero præſumſerit præter
„ quod poſuimus, agere, a ſacro Corpore,
„ & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſit
„ ſuſpenſus.

Cæcum, vel habentem in oculo maculam, quæ generet deformitatem, ſimiliter non admittit jus, vel conſuetudo, extra de corp. vitiat. c. *Cum de tua*: & idem credo in habente manum aridam.

„ CUm de tua electione, & aliorum quæſtio Alex. III Ciſterc. Elector.
„ mota fuiſſet (& infra) Tibi, quod in
„ oculo maculam habeas, & filius Canonici
„ fueris, eſt objectum. Unde Cantuarienſi
„ Archiepiſcopo dedimus in mandatis, ut pro
„ eo quod Canonici filius diceris, in promo-
„ tione tua ex multa diſpenſatione procedat.
„ De macula vero Archiepiſcopo prædicto man-
„ davimus, ut cum conſilio ſuffraganeorum
„ ſuorum, quod exinde viſum fuerit, exſe-
„ quatur: in quo tibi ex maxima diſpenſatio-
„ ne curavimus providere.

Circa mutilatos diſtingue; quia aut ſunt mutilati ſponte, aut inviti: item in membro occulto, aut manifeſto; parvo, vel magno: & intelligas magnum decore, ut oculum, vel naſum; & quantitate, ut pedem, vel manum. Mutilati ergo ſponte, ſi ſine juſta cauſſa, vel etiam ex juſta, videlicet ægritudine magna, ſeu ex indignatione, indiſtincte in quocumque membro, ſive a ſe, ſive ab alio fuerint mutilati, repelluntur a promotione, & dejiciuntur promoti, etiamſi credebant obſequium ſe præſtare Deo, amputando forte virilia, ut poſſent caſte vivere, extr. de corp. vitiat. c. *Significavit nobis*.

„ SIgnificavit nobis R. Archipresbyter Sancti Clemens Ravenna. Archiep.
„ Stephani, quod B. presbyter (credens ſe
„ obſequium præſtare Deo) fecit ſibi virilia am-
„ putari (& infra) Quocirca mandamus, qua-
„ tenus ſi jam dictum presbyterum alias Deo di-
„ gnum inveneris, ei ſacerdotale officium abſ-
„ que altaris miniſterio auctoritate noſtra fre-
„ tus, & tua, prout videris expedire, conce-
„ das.

Quia tales homicidæ ſui judicantur, diſt. 55. c. *Si quis abſciderit*, & c. *Qui partem*, diſt. 33. c. *Maritum*.

SI quis abſciderit ſemetipſum (id eſt, ſi quis amputaverit ſibi virilia) non fiat Clericus: quia ſui eſt homicida, & Dei conditionis inimicus. Si quis, cum Clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſui homicida eſt. In Canon. Apoſtolor. c. 22. & 23.

„ QUi partem cujuslibet digiti ſibiipſi vo- Innoc. Felici Nuceria. Epiſc.
„ lens abſcidit, hunc ad Clerum Cano-
„ nes non admittunt. Cui vero caſu aliquo
„ contigit, dum aut operi ruſtico curam im-
„ pendit, aut aliquid faciens ſe non ſponte
„ percuſſit; hos Canones præcipiunt & Clericos
„ fieri, & ſi in Clero reperti fuerint, non ab-
„ jici.

Digitized by Google

jici. In illis enim voluntas eſt vindicanda, quæ ſibi cauſſa fuerit ferrum injicere: in iſtis autem caſibus veniam meruit (*Gratianus.* Similiter vero intelligendom eſt de his, qui per languorem a medicis ſecantur, a Barbaris abſcinduntur, aut a dominis caſtrantur.)

B. Greg. MAritum duarum Matronarum poſt baptiſmum, Clericum non ordinaodum cenſemus, nec eum, qui unam quidem, ſed concubinam ..... vel meretricem in matrimonium aſſumſerit, nec illum, qui ſemetipſum abſcindens quodlibet membrum indignatione aliqua, vel juſto, vel injuſto timore ſuperatus truncaverit; neque illos, qui oſuras accepiſſe convincootur, aut in ſcena luſiſſe noſcuntur, nec eum, qui publica pœnitentia mortalia crimioa deflevit; neque illum, qui in furiam aliquando verſus, inſanivit, vel afflictiooe diabolica vexatus eſt; neque eum, qui per ambitionem ad imitationem Simonis magi pecuniam obtolerit.

Qui vero noo ex indignatione, & ex juſta cauſſa, videlicet propter lepræ periculum, fecerunt ſibi amputari, vel ipſimet, quia boni Chirurgi erant, amputaverunt ſibi virilia, vel aliquod membrum putridum, ne reliqua ſana putreſcerent; il, ſi membrum erat occultum, vel etiam manifeſtum, ſi parvum, videlicet unus digitus, noo tamen de illis, cum quibus fit ſignum Crucis, vel ſimile; nec repelluntur, nec dejiciuntur: & idem, ſi taliter ſunt nati; idem etiam, ſi inviti, id eſt, a dominis, vel ab hoſtibus capti ſic mutilati ſunt. Item ſi caſu fortuito, dum dabant operam licitæ rei adhibita debita diligentia tale quid ſibi acciderit; tales nec repelluntur, nec dejiciuntur: ſecus eſt, ſi illicitæ rei dabant operam, Diſt. 55. *Si quis abſciderit*, & c. *Qui partem*, & cap. *Si quis a medicis*, & cap. *Eunuchus*, & cap. *Si quis pro ægritudine*, & *Lator*, & cap. *Præcepta*, Extr. de corp. vitiat. cap. *Ex parte*.

v. ſupra.

In Nicæn. Concilio, c. 1. SI quis a medicis propter languorem deſectus eſt, aut a barbaris abſciſſus, hic in clero permaneat: ſi quis autem ſeipſum ſanus abſcidit, hunc & in clero conſtitutum abſtinere convenit, & deinceps nullum debere talium promoveri. Sicut autem hoc claret, quod de his, qui hanc rem affectant, audentque ſemetipſos abſcindere, dictum ſic; ſic eos, quos aut barbari, aut domini caſtraverunt, ſi inveniuntur alias digniſſimi, tales ad clerum ſuſcipiat Eccleſiaſtica regula.

Ex Cano. Apoſtolor. 23. EUnuchus, ſi per inſidias hominom factus eſt, vel ſi in perſecutione ejus ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus; fiat Epiſcopus.

Ex Mart. Bracharenſ. Ep. in cap. Synodi Græc. c. 21. SI quis pro ægritudine naturalia a medicis ſecta habuerit, ſimiliter & qui a barbaris, aut qui a dominis ſuis caſtrati fuerint, & moribus digni fuerint viſi; hos canon admittit ad Clericatus officium promoveri. Si quis autem ſanus, non per diſciplinam religionis & abſtinentiæ, ſed per abſciſſionem a Deo plaſmati corporis exiſtimans poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, ſe caſtraverit; non enim admitti decernimus ad aliquod Clericatus officium: quod ſi jam fuerit ante promotus ad Clerum, prohibitus a ſuo miniſterio deponatur.

Steph. Roberto Metenſ. Epiſc. LAtor præſentium, Flavius ſcilicet Clericus, ad ſedem Apoſtolicam veniens detulit a te directam nobis Epiſtolam, qua indagare ſtuduiſti, eum a Normannis nuperrime captum ſiniſtræ manus digitum habere abſciſſum; ſciſcitans, ſi ob hoc ad Eccleſiaſticum ordinem valeat promoveri, an non. Quod etiam nos reperientes, verum eſſe, quia ſolertia tua magis ſuper hoc ſollicita a ſede Apoſtolica doceri flagitat, normam juſtitiæ ſemper ſequi exoptans, ſtudium tuæ ſanctitatis merito collandamus, reverentiam tuam ſcire volentes, quoniam ſi ita eſt, quod ipſe habeat a Normannis digitum abſciſſum, ad promovendum (ſi alias dignus fuerit) nil ei nocebit, eo quod, quid de his, qui a medicis, vel dominis, ſive paganis non ſponte tale quid patiuntur, ſacri cenſeant Canones, dilectiooem tuam latere non credimus.

Gelasius Palladio Epiſc. PRæcepta Canonum, quibus Eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut non patiuntur venire ad Sacerdotium debiles corpore; ita & ſi quis in eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſinceritatis accepit. Stephanus ſiquidem presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod haberet in ſubditis olim ſibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem, quam revera immaculati corporis judicio ſuſcepiſſet; ſed nuper propter provinciæ vaſtitatem Thuſciæ (quam præ omnibus provinciis Barbarorum feritas diverſa ſectantium, & ambiguitas invexit animorum) dum imminentes gladios evadere fugæ præſidio niteretur, acutis ſudibus occurrentia ſibi ſepta tranſiliens, inferiores partes corporis inſeruiſſe ſuggeſſit, quæ vix adhibita curatione biennio potuiſſent abſtergi; & ideo, frater cariſſime, ſupradicto locum ſuum, dignitatemque reſtitue, quatenus ſacroſancta myſteria, ſicut conſuevit, exerceat: nec enim convenit ob hoc auferri ante ſuſceptum ordinem, in quo poſtmodum in iovaletudinem corporis caſu probatur ſaciente prolapſus.

Gratianus. *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum eſt: qui enim oculum caſu amiſerit, licet deſit voluntas; tamen Sacerdotium adipiſci non poteſt.*

Innoc. III EX parte M. presbyteri fuit propoſitum, quod cum ſibi ſentiret lepræ periculum imminere, de conſilio medici virilia fecit ſibi abſciodi, ne poſſet a tam gravi infirmitatis vitio liberari (& infra) Quoniam igitur Canones ſanctorum Patrum hunc a ſacri altaris admioiſtratione non prohibent; mandamus, quatenus ſi eſt ita, & memoratus M. eſt alias idoneus, ut ſui miniſterii officium exſequatur, liberam ei tribuas facultatem.

Si autem membrum erat magnom, & manifeſtum, & ſiua culpa ſua amiſit, impeditur a promotione propter deformitatem, & ſcandalum; & ſi promotus eſt, debet ceſſare a Miſſa, & aliis ſulemnibus officiis propter eaſdem cauſſas; a beoeficio tamen non removebitur, quia non debet addi afflictis afflictio. Diſt. 55. cap. *Si Evangelica*, & cauſſa 7. quæſt. 1. cap. *Cum percuſſio*.

Gelasius Ruffin Epiſc. SI Evangelica admooitio iracuodiam nec uſque ad verbum furentem proſilire permittit, ne ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit geheonæ ignis, quali potamus pœna plectendum eſſe, qui noo ſolum pugno impie percuſſit in levitici ordinis hominem miniſte-

rio ſerviente, ſed quaſi non ſufficeret ad cædem manus; ita (inſtigante ſe Diabolo) raptus eſt ad iracundiam, ut fuſte non ſolum percuteret, ſed etiam erueret oculum fratris? & quamvis hujuſmodi exceſſus graviotl eſſet pœna plectendus; bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterii removere: hoc tamen ſollicitudinis tuæ ſit, ut locum ei pœnitentiæ conſtituas, & in aliquo eum Monaſterio retrndas; laica tantum ſibi communione conceſſa. In loco autem illius alium te neceſſe eſt ordinara presbyterum. Nam illi, cui erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundum Canones ſacerdotii jura concedi: neque enim aliquid ei prodeſt, quod oculum invitus amiſit, cum nec volens quiſquam oculum amiſiſſe credendus eſt: nec ſacratiſſimos Canones aliquem caſum in amiſſione oculi, qui ſacerdotium adipiſcendum non impediret, ſuis excepiſſe regulis invenimus: ſed hoc tantummodo ad prohibitionẽ ſuffeciſſe videmus patribus, ut qui caret oculo, ſacerdotii officiũ adipiſci non poſſit; ſed nec illi ullatenus quaſi in compenſationẽ injuriæ ſacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam ſacerdotem proprium potuit iracundiam provocare, ut & ille officium, in quo erat, amitteret, & iſte provectus ſui perderet facultatem.

Gregor. Papa In Epiſt. 5. ad Candidum Epiſc. lib. 2.

Cum percuſſio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei judicium in hoc ignoratur; & ideo non debet a nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Dabitur tamen ſibi coadjutor, ſi tale beneficium eſt, cui non poſſit per ſe deſervire. Extr. de Cletic. ægrot. c. 2. ſeu, *Presbyterum*.

Eugenius Papa

Presbyterum, cujus duos digitos cum medietate palmæ a prædone abſciſſos ſignificaſti, Miſſam non permittimus celebrare: quia nec ſecure propter debilitatem, nec ſine ſcandalo propter deformitatem membri hoc fieri poſſe confidimus. Ipſum autem ceteris officiis ſacerdotalibus fungl minime prohibemus.

Quod autem per jura iſta antiqua videtur ſibi permitti, ſeipſum mutilare propter juſtam cauſſam, & non ex indignatione, ſi ſit chirurgus; non approbo per ea, quæ dixi ſupra eodem §. proximo, niſi forte ſumma urgeret neceſſitas, nec poſſet alium habere.

POSTILATORIS QUÆSITA.

1. *Numquid Sacerdos leproſus debet celebrare Miſſam?*

Reſp. Populo non debet celebrare propter ſcandalum: ſi autem velit celebrare privatim; dum tamen non ſit nimis debilis, aut deformis, credo quod non ſit prohibendus; quia ſic notavit Hugotio 49. diſt. c. Hinc etiam.

Gregor. In cod. Paſtorali, c. 11.
Levit. 21.

Hinc etiam ſuperna voce ad Moyſem dicitur (*Loquere ad Aaron: homo de ſemine tuo per familias, qui habuerint maculam, non offerat panes Domino Deo ſuo, nec accedat ad mioiſterium ejus*) Ubi & repente ſubjungitur (*Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel parvo, vel grandi, & torto naſo, ſi fracto pede, vel manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, vel ponderoſus*) Cæcus quippe eſt, qui ſupernæ contemplationis lumen ignorat, qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conſpicit, quo greſſus operis porrigat, neſcit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur: *Pedes ſanctorum ſuorum ſervabit, & impii in tenebris conticeſcent*. Claudus vero eſt, qui quidem, quo pergere debeat, aſpicit; ſed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis ſtatum, dum fluxa conſuetudine non erigitur, quo per deſiderium innititur, illuc greſſus operis efficaciter non ſequuntur. Hinc etiam Paullus dicit: *Remiſſas manus, & diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non claudicans quis erret, ſed magis ſanetur*. Parvo autem naſo eſt, qui ad tenendam menſuram diſcretionis idoneus non eſt: naſo quippe odores, fœtoreſque diſcernimus. Recte ergo per naſum diſcretio exprimitur, per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Unde in laude ſponſæ dicitur: *Naſus tuus ſicut turris, quæ eſt in Libano*. Quia nimium ſancta Eccleſia, quæ ex cauſſis ſingulis tentamenta prodeant, per diſcretionem conſpicit, & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed ſunt nonnulli, qui dum æſtimari hebetes nolunt, ſæpe ſe quibuſdam exquiſitionibus, plus quam neceſſe eſt, exercentes, ex nimia ſubtilitate falluntur. Unde hic quoque ſubditur: *Vel grandi, & torto naſo*. Naſus enim grandis & tortus, eſt diſcretionis ſubtilitas immoderata quæ dum plus quam decet, excercuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. Fracto autem pede vel manu eſt, qui viam Dei pergere omnino non valet, atque a bonis actibus funditus exors vacat, quatenus hæc, non ut claudus, ſaltem cum infirmitate teneat, ſed ab his omnimodo alienus exſiſtat. Gibbus vero eſt, quem terrenæ ſollicitudinis pondus deprimit, ne umquam ad ſuperna reſpiciat, ſed ſolis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui etſi aliquando aliquid ex bono patriæ cæleſtis audierit, ad hoc nimirum perverſæ conſuetudinis pondere prægravatus, cordis faciem non attollit; quia cogitationis ſtatum erigere non valet, quem terrenæ ſollicitudinis uſus curvum tenet. Ex horum quippe ſpecie Pſalmiſta dicit: *Incurvatus ſum, & humiliatus uſquequaque*. Quorum culpam quoque per ſemetipſam veritas reprobans ait: *Semen autem, quod in ſpinis cecidit, hi ſunt qui audiunt verbum, & a ſollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum*. Lippus vero eſt, cujus quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat, ſed tamen hoc carnalia opera obſcurant. In lippis quippe oculis pupillæ ſanæ ſunt, ſed humore deſfluente infirmatæ palpebræ groſſeſcunt, quæ quia inſuſione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ vitiatur. Et ſunt nonnulli, quorum ſenſum carnalis vitæ operatio ſauciat, qui videre recta ſubtiliter per ingenium poterant; ſed uſu pravorum actuum caligant. Lippus itaque eſt, cujus ſenſum natura exacuit, ſed converſationis pravitas confundit: cui bene per Angelum dicitur: *Collyrio inunge oculos tuos, ut videas*. Collyrio quippe oculos, ut videamus, inungimus, cum ad cognoſcendam veri luminis claritatem, intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adjuvamus. Albugi-

Ad Heb.
Cant. 7.
Pſal. 128.
Luc. 8.
Apoc. 3.

nem

,, nem vero habet in oculo, qui veritatis lucem
,, videre non ſinitur; quia arrogantia ſapientiæ,
,, ſeu juſtitiæ excatur. Pupilla namque oculi
,, nigra videt: albuginem tolerans, nihil videt;
,, quia videlicet ſenſus humanæ cogitationis,
,, ſi ſtultum ſe, peccatoremque intelligit, co-
,, gnitionem intimæ claritatis apprehendit. Si
,, autem candorem ſibi juſtitiæ, ſive ſapientiæ
,, tribuit, a luce ſe ſupernæ cognitionis exclu-
,, dit: & eo claritatem veri luminis nequaquam
,, penetrat, quo ſe apud ſe per arrogantiam
,, exaltat, ſicut de quibuſdam dicitur: *Di-*
,, *centes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.*
,, Jugem vero habet ſcabiem, cui carnis
Rom. 1. ,, petulantia ſine ceſſatione dominatur. In
,, ſcabie etenim fervor viſcerum ad cutem tra-
,, hitur, per quam recte luxuria deſignatur;
,, quia ſi cordis tentatio uſque ad operationem
,, proſilit, nimirum fervor intimus uſque ad
,, cutis ſcabiam prorumpit, & foris jam cor-
,, pus ſauciat; quia dum in cogitatione volu-
,, ptas non reprimitur, etiam in actione domi-
,, natur. Quaſi enim cutis pruriginem Paul-
,, lus curabat abſtergere, cum dicebat: *Tenta-*
,, *tio vos non apprehendat, niſi humana*, ac ſi
1.Cor.10. ,, aperte diceret: Humanum quidem eſt, ten-
,, tationem in corde perpeti; dæmoniacum ve-
,, ro eſt in tentationis certamina & operatio-
,, ne ſuperari. Impetiginem quoque habet in
,, corpore quiſquis avaritia vaſtatur in mente:
,, quæ ſi in parvis non compeſcitur, nimirum
,, ſine menſura dilatatur. Impetigo quippe ſi-
,, ne dolore corpus occupat, & abſque occupa-
,, ti tædio exereſcens membrorum decorem fœ-
,, dat; quia & avaritia captivam animam, dum
,, quaſi delectat, exulcerat; dum adipiſcenda
,, quæque cogitationi objicit, ad inimicitias
,, accendit, & dolorem in vulnere non facit,
,, quia æſtuanti animo ex culpa abundantiam
,, promittit, ſed decor membrorum perditur:
,, quia aliarum quoque virtutum per hanc pul-
,, chritudo depravatur, & quaſi totum corpus
,, exaſperat; quia per univerſa vitia animum
,, ſupplantat, Paullo atteſtante, qui ait: *Ra-*
,, *dix omnium eſt malorum cupiditas*. Ponderoſus
,, vero eſt, qui turpitudinem non exercet
,, opere; ſed tamen ab hac cogitatione conti-
,, nua ſine moderamine gravatur in mente:
,, qui nequaquam quidem uſque ad opus neſa-
,, rium rapitur, ſed ejus animus voluptate lu-
,, xuriæ ſine ullo repugnationis obſtaculo de-
,, lectatur. Vitium quippe eſt ponderis, cum
,, humor viſcerum ad virilia labitur, quæ pro-
,, fecto cum moleſtia dedecoris intumeſcunt.
,, Ponderoſus ergo eſt, qui totis cogitationibus
,, ad laſciviam defluens, pondus turpitudinis
,, geſtat in corde, & quamvis prava non ex-
,, erceat opere; ab his tamen non evellitur
,, mente, nec ad uſum boni operis in aperto
,, valet aſſurgere, quia gravat hunc in abditis
,, pondus turpe. Quiſquis ergo quolibet horum
,, vitio ſubigitur, panes Domino offerre pro-
,, hibetur, ne profecto diluere aliena delicta
,, non valeat is, quem adhuc propria devaſtant.

Leproſi, cum expellantur a communi cohabitatione, multo fortius a ſacris ordinibus: ſi tamen ſit presbyter, & fiat leproſus; ceſſabit a miniſterio quoad ſacros; ſed leproſus cantare, & adminiſtrare poterit divina.

2. *Quid de Gibboſis, & de illis, qui habent digitos conjunctos.*

Reſp. *Quod talia & ſimilia corporis vitia, niſi nimiam inducant deformitatem, aut debilitatem, non repellunt ab ordinibus: ſi tamen eſt deformitas in pede, quia plures habent digitos, quam debent, vel pauciores; talis deformitas non repellit ab ordinibus, ſi veſte, vel ſocculari, hujuſmodi deformitas velari poſſit.*

3. *Quid de furioſis, lunaticis, & dæmoniacis, vel caducis?*

Reſp. *Nullus talis debet promoveri, etiam poſtquam fuerit ex toto liberatus: ſi autem hujuſmodi perſonæ jam ſiat promotæ, & non ſunt ex toto liberatæ; diſtingue; quia dæmoniacus debet ceſſare a celebratione Miſſæ, donec plene fuerit curatus*, 33. *diſt. c.* Communiter, *& c.* Uſque adeo.

,, COmmuniter definivimus, ut nullus de PIUS PAPA.
,, iis, qui aut in terram arrepti a dæmoni-
,, bus eliduntur, aut quolibet modo vexatio-
,, nis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeat
,, altaribus miniſtrare, vel indiſcuſſe ſe inge-
,, rant ſacramentis divinis, exceptis illis, qui
,, corporis incommoditatibus dediti, ſine hu-
,, juſmodi paſſionibus in terram probantur e-
,, liſi: qui tamen & ipſi tamdiu erunt ab officii
,, ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque u-
,, nius anni ſpatio, per diſcretionem Epiſco-
,, pi inveniantur ab incurſu dæmonum libe-
,, rati.

,, USque adeo ſane comperimus illicita quæ- GELASIUS
,, que prorumpere, ut dæmonibus, ſimi- *Papa*
,, libuſque paſſionibus irretitis, miniſteria ſacro- *Epiſt. ad*
,, ſancta tractare tribuatur; quibus ſi in hoc *univerſos*
,, opere poſitis, aliquid propriæ neceſſitatis oc- *Epiſc. per*
,, currat, quis fidelium de ſua ſalute confidat, *Lucaniã*
,, ubi miniſtros ipſos curationis humanæ, tan- *conſtitutos*, c. 23.
,, ta perſpexerit calamitate vexari? atque ideo
,, neceſſario removendi ſunt, ne quibuslibet,
,, pro quibus Chriſtus eſt mortuus, ſcandalum ge-
,, neretur infirmis. Poſtremo ſi corpore ſau-
,, ciatum fortaſſis, aut debilem nequaquam
,, ſancta contingere lex divina permiſit; quan-
,, to magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non
,, convenit (quod eſt deterius) mente percuſ-
,, ſos?

Furioſi vero, lunatici, & epileptici, ſive caduci, ſi frequenter eis acciderint hujuſmodi paſſiones, omnino ceſſare debent ab officio Miſſæ, 7. *q.* 2. *c.* In tuis litteris.

,, IN tuis litteris continebatur ſic: Hic Cleri- ALEX. II.
,, cus ordinem habet presbyterii: ſed quia *Gebeard.*
,, caduco morbo laborat, & ipſi impræſentia- *Vivarien.*
,, rum hoc agnovimus, non auſi fuimus conce- *Archiep.*
,, dere ſibi, ut offerret, vel Miſſam celebraret.
,, Quia vero languor in culpa non eſt, ſuper
,, hac re auctoritatis noſtræ decreto conſulen-
,, do deliberavimus. Conſulimus itaque, ut ſi
,, frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione,
,, & Miſſarum celebratione modis omnibus pro-
,, hibeatur. Indecens enim eſt, & periculoſum,
,, ut in conſecratione Euchariſtiæ, morbo vi-
,, ctus epileptico cadat. Si vero Dei miſericor-
,, dia convaluerit (quandoquidem non culpa, ſed
,, infirmitas eſt in cauſſa) eum ſacrificare jam
,, non interdicimus.

Item, ſi raro & cum ſpumæ jactatione, & vocis confuſæ emiſſione: ſi autem ſine ſpumæ jactatione, & vocis confuſæ emiſſione; non prohibeatur ab officio Miſſæ; dum tamen habeant juxta ſe alium ſacerdotem, qui cœpta officia ſuppleat, ſi illi deficiant, vel ad terram collidantur, ut 7. *q.* 1. *c.* Illud.

,, ILlud divini oraculi monentis ſinguli præca-
,, ventes, quo ſcribitur: *Væ ſoli, quia cum*

,, *ceci-*

Digitized by Google

„ *ceciderit, non habet ſublevantem*, ſummopere
„ verendum nobis eſt, & cavendum, ne horis
„ illis atque temporibus, quibus Domino pſal-
„ litur, vel ſacrificatur, unicuique divinis ſin-
„ gulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio,
„ vel corporis quælibet invaletudo occurrat,
„ quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut men-
„ tem alienatione, vel terrore confundat. Pro
„ hujuſmodi ergo caſibus præcaventes, neceſſa-
„ rium duximus inſtituere, ut ubi temporis,
„ vel loci, ſive cleri copia ſuffragatur, habeat
„ quiſquis illic canens Deo atque ſacrificans poſt
„ ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo ca-
„ ſu ille, qui officia impleturus accedit, tur-
„ batus fuerit, vel ad terram eliſus, a tergo
„ ſemper habeat, qui ejus vicem exſequatur in-
„ trepidus. Sed ſi hoc ſacrificanti frequẽter acci-
„ derit, tũc omnimodo ab oblatione prohibeatur.

Quanto autem tempore debeant probari hujuſmodi perſonæ, utrum ſint ex toto liberatæ & qualiter, colligitur ex illo, Communiter, *& 7. q. 2. c. ult. ſeu* Nuper.

Gelasius Ruſtico, & Fortunato Ep.

„ NUper Foro-populenſis Eccleſiæ Clerici,
„ una cum Sabino Epiſcopo, & Pelagio,
„ & Laicis propria ſuggeſtione reſerarunt Præ-
„ ſulem ſuum gravi quadam neceſſitate vexari,
„ cujus eum dicerent incurſione frequenter eli-
„ ſum. Quod, ne ſcandalum fidelibus videretur
„ ingerere, & Eccleſiam Dei ubique poſitam hac
„ offenſione turbare, præcipue cum, eodem
„ ipſo volente, huc ſe perrexiſſe firmarent; ad
„ dilectionem veſtram ſcripta dreximur, ut Ec-
„ cleſiæ, cujus rector tali caſu tenetur adſtrictus,
„ viſitationem congruam reddatis. Verum, quia
„ nunc idem ipſe venit huc Pontifex, falſa-
„ que omnia de ſe jactata diſſeminat, ſub di-
„ vini contemplatione judicii, veſtræque con-
„ ſcientiæ, exiſtimationiſque reſpectu, rerum
„ fide ſolertiſſime perquiſita, ſi aliquando ſci-
„ licet, vel in domo, vel in proceſſione, vel
„ in alio quocumque loco probatur repente
„ collapſum, voceſque dediſſe confuſas, &
„ ſpumas ore jactaſſe; quanta fieri poteſt,
„ examinatione quæratur. Quod tamen ſive non
„ poſſit aliquorum factum teſtificatione firma-
„ ri, ſive numquam contigiſſe dicatur, non pu-
„ tandum eſt poſſe ſufficere, ſed certum, ma-
„ nifeſtumque documentum, quia de tanta re
„ non ſegnius agendum eſt. Faciat rem tua di-
„ lectio, frater Ruſtice, ſuis moris, & aptam
„ magno Pontifici, ut eum triginta diebus te-
„ cum eſſe conſtituas, eumque carnibus indiſ-
„ ferenter uti neceſſaria probatione compellas.

Et poteſt dici, quod tempus probationis arbitrarium eſt, penſatis circumſtantiis perſonæ, dignitatis, & aliis.

---

§. VIII.

CASUS QUINTUS.

Item quid ſi Clericus deferat querimoniam de raptore, vel fure coram judice ſæculari, & judex veritate comperta illum mutilat, vel ſuſpendit; numquid quod de illo factum eſt, illi Clerico eſt imputandum?

SOlutio. Poteſt Clericus civilem querimoniam proponere contra furem, vel raptorem, non ad hoc, ut ille corporaliter puniatur, ſed ut ipſe recuperet, quod amiſit; & ſi judex poſtea procedit ex officio ſuo ultra infligendo pœnam corporalem, non debet hoc imputari Clerico. Auguſtinus: *Abſit, ut ea, quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, ſi quod per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur*. Cauſſa 23. q. 5. c. *De occidendis*, & extr. eodem, c. *Tua nos*.

Ad Publicolam Epiſt. 154.

Debet tamen rogare judicem, ne talem pœnam infligat ei. Cauſſa 23. q. 5. c. *Pœna*, & *Unum ſolum*.

v. ſupra. Auguſt. Marcellino Epiſt. 158.

„ POena illorum, quamvis de tantis ſceleri-
„ bus confeſſorum, rogo te, ut præter ſuppli-
„ cium mortis ſit, & propter conſcientiam no-
„ ſtram & propter Catholicam manſuetudinem
„ commendandam; ipſe enim fructus ad nos
„ pervenit confeſſionis illorum, quia invenit
„ Catholica Eccleſia, ubi ſuam erga atrociſſi-
„ mos inimicos ſervet, atque exhibeat lenitatem.
„ In tanta quippe crudelitate quæcumque præ-
„ ter ſanguinem vindicta proceſſerit, magna le-
„ nitas apparebit; quod etſi modo quibuſdam
„ noſtris illa atrocitate commotis videtur indi-
„ gnum, & quaſi diſſolutioni & negligentiæ
„ ſimile; tranſactis tamen motibus animorum
„ (qui recentioribus factis ſolent turbulentius
„ excitari) egregie luculenta bonitas apparebit.

August. Donato Epiſt. 127

„ UNum ſolum eſt, quod in tua juſtitia per-
„ timeſcimus, ne forte, quoniam quidquid
„ mali contra chriſtianam ſocietatem ab homini-
„ bus impiis ingratiſque committitur, profecto
„ gravius eſt, & atrocius, quam ſi in alios talia
„ comitantur; tu quoque pro immanitate facinorũ,
„ ac nõ potius pro conſideratione lenitatis chri-
„ ſtianæ cenſeas coercendũ. Quod te per Jeſum
„ Chriſtum, ne facias, obſecramus *(Et paullo poſt)*
„ Ex occaſione terribilium judicum & legum, ne
„ æterni judicii pœnas luant, corrigi eos cupi-
„ mus, non necari; nec diſciplinam circa eos
„ negligi volumus, nec ſuppliciis, quibus digni
„ ſunt, coerceri; ſic ergo eorum peccata compe-
„ ſce, ut ſint, quos pœniteat peccaſſe (*Et paullo*
„ *poſt*) Proinde, ſi occidendos in his ſceleribus
„ homines putaveritis, deterrebitis nos, ne per
„ operam noſtram ad veſtrum judicium tale ali-
„ quid perveniat; quo comperto illi in noſtram
„ perniciem licentiori audacia graſſabuntur, ne-
„ ceſſitate nobis impacta, ut etiam occidi ab eis
„ eligamus potius, quam eos occidendos veſtris
„ judiciis ingeramus.

Idem dico in Epiſcopo, vel Judice Eccleſiaſtico, qui ob defenſionem rerum Eccleſiaſticarum, vel fidei, invocat, & hortatur contra violentes brachium ſæculare; & etiam poteſt eos ſequi hortando eos, non ut eos occidant, vel mutilent ipſos violentos, hæreticos, vel paganos; ſed ut Eccleſiaſticam fidem, & patriam liberent, & defendant, & terram ab infidelibus occupatam redigant ad cultum fidei chriſtianæ: & ſuper hoc facit Eccleſia quotidie remiſſiones magnas; & licet ibi, hinc inde aliqui occidantur, non eſt hoc prælato, vel Eccleſiæ imputandum; immo peccaret, niſi ſe opponeret contra tales: poſſet enim dici: *Mercenarius eſt, qui non eſt paſtor, &c.* & eſſet merito deponendus, ut ſupra de hæreticis, *§. Puniuntur*, verſ. *Archiepiſcopi*. Probatur hoc per jura ſupradicta, & Cauſſa 23. q. 3. c. *Maximianus*, & q. 8. c. *Igitur*, & c. *Scire*, & c. *Omni*, & c. *Hortatu*, & c. *Ut pridem*.

v. ſupra.

Leo IV. Ludovico Auguſto.

„ IGitur cum ſæpe adverſa a Sarracenorum
„ partibus perveniant nuncia, quidam in

„ Roma-

„ Romanum portum Sarracenos clam, ſurtive-
„ que venturos eſſe dicebat: pro quo nuſtrum
„ congregari præcipimus populum, maritimum-
„ que ad littus deſcendere decrevimus, & e-
„ greſſi ſumus Roma.

IDEM „ SCire vos oportet, quod numquam ab ali-
„ quibus noſtros homines ſinimus opprimi;
„ ſed ſi neceſſitas ulla incurrerit, præſentialiter
„ vindicamus; quia nuſtri gregis in omnibus
„ ultores eſſe debemus & præcipui adjutores.

IDEM *Exercitui Francor.* „ OMni timore, ac terrore depoſito contra
„ inimicos ſanctæ fidei, & adverſarios o-
„ mnium religionum agere viriliter ſtudete. No-
„ vit enim omnipotens, ſi quilibet veſtrorum
„ morietur, quod pro veritate fidei, & ſalva-
„ tione patriæ, ac defenſione Chriſtianorum
„ mortuus eſt; & ideo ab eo præmium cæleſte
„ conſequetur.

ALCUIN. „ HOrtatu, & precibus Hadriani Romanæ
„ urbis Epiſcopi exhortatus Carolus rex
„ bellum contra Longobardos ſuſcepit. Quod
„ prius quidem & a patre ejus Pipino, Ste-
„ phano Papa ſupplicante, cum magna difficulta-
„ te ſuſceptum eſt.

B. GREG. *Veloci Magiſt. Militum, lib. 12, Ep. 21* „ UT pridem gloriæ veſtræ notificavimus,
„ quia milites illuc erant parati venire;
„ ſed quoniam inimicos congregatos, & huc
„ diſcurrere epiſtola veſtra ſignificaverat, hæc
„ eos hic cauſſa retinuit; nunc vero utile eſt
„ viſum, ut aliquanti illuc milites traſmittan-
„ tur, quos gloria tua admonere, & hortari,
„ ut parati ſint ad juſtitiam & ad laborem,
„ ſtudeat, & occaſione inventa cum glorioſis
„ filiis noſtris Mauritio & Vitaliano loquere,
„ & quæcumque vobis Deo adjutore, pro utilitate
„ reipublicæ perſuaſerint, facite; & ſi huc, vel
„ ad Ravennæ partes, nec dicendum Ariul-
„ phum cognoveritis excurrere, vos a dorſo
„ ejus ita ſicut viros fortes condecet, laborate:
„ quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qua-
„ litate amplius in republica, Deo auxiliante,
„ proficiat. Illud tamen præ omnibus admone-
„ mus, ut familiam Maloin & Adobin, Vigildi
„ atque Gruſſingi, qui cum glorioſo Mauritio
„ magiſtro militum eſſe noſcuntur, ſine ali-
„ qua mora, vel excuſationa relaxes, quate-
„ nus venientes illuc homines, prædicti viri ſi-
„ ne aliquo impedimento cum eis debeant am-
„ bulare.

De illis autem, qui movent arma contra ta-
les propter obedientiam, juſtitiam, & zelum fi-
dei, certum eſt, quod merentur; immo pec-
carent alias, & poſſent cogi principes per
cenſuras Eccleſiaſticas ad purgandas ſuas pro-
vincias ab hæretica pravitate, nec non & ma-
trem ſuam Eccleſiam defendendam; cum pro-
pter hoc contulerit eis Dominus principatus,
v. pag. 33. & regna. Cauſſa 23. q. 5. c. *Principes*, & c. *Re-
gum*, & c. *Adminiſtratores*, & c. *Si audieris*, &
v. pag. 34. c. *Omnium*, & q. 5. c. *Quid culpatur in bello*.

ISIDORUS *Lib 3. ſen. de ſummo bono, c. 83.* „ PRincipes ſæculi nonnumquam intra Ec-
„ cleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenent,
„ ut per eamdem poteſtatem diſciplinam Ec-
„ cleſiaſticam muniant. Ceterum intra Ec-
„ cleſiam poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi,
„ ut quod non prævalet ſacerdos efficere per
„ doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat
„ per diſciplinæ terrorem. Sæpe per regnum
„ terrenum cæleſte regnum proficit: ut qui in-
„ tra Eccleſiam poſiti contra fidem & diſcipli-
„ nam Eccleſiæ agunt, rigore Principum con-
„ terantur, ipſamque diſciplinam, quam humi-
„ litas Eccleſiæ exercere non prævalet, cervi-
„ cibus ſuperborum poteſtas principalis impo-
„ nat, & ut venerationem mereatur, virtu-
„ tem poteſtatis impertiat. Cognoſcant prin-
„ cipes ſæculi, Deo ſe debere eſſe reddituros
„ rationem propter Eccleſiam, quam a Chri-
„ ſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſive augea-
„ tur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles
„ Principes, ſive ſolvatur; ille ab eis rationem
„ exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam
„ credidit.

„ REgum officium eſt proprium, facere ju- HIERON. *Sup. Hierem. ad c. 22.*
„ dicium atque juſtitiam, & liberare de
„ manu calumniantium vi oppreſſos, & pe-
„ regrinis, pupilliſque, & viduis, qui facilius
„ opprimuntur a potentibus, præbere auxilium,
„ & ut curam eis præceptorum Dei majorem
„ injiceret, intulit: *Nolite contriſtare*, ut non
„ ſolum non eripiatis, ſed ne patiamini qui-
„ dem per veſtram conniventiam ab aliis
„ contriſtari: *& ſanguinem innocentem non ef-* *Hier. 7.*
„ *fundatis in loco iſta*. Homicidas enim &
„ ſacrilegos, &c. (*& poſt pauca*) Si, inquit,
„ hæc feceritis, o Reges Juda, tenebitis pri-
„ ſtinam poteſtatem. *Ipſis autem principibus &* *Gratianus.*
„ *poteſtatibus fidem, & reverentiam ſervari opor-*
„ *tet, quam qui non exhibuerit, apud Deum præ-*
„ *mia invenire non poterit*.

„ ADminiſtratores plana ſæcularium digni- JOAN. VIII.
„ tatum, qui ad Eccleſiarum tuitionem,
„ pupillorum, ac viduarum protectionem rapa-
„ ciumque refrænationem conſtituti eſſe pro-
„ cul dubio debent, quoties ab Epiſcopis, &
„ Eccleſiaſticis viris conventi fuerint, eorum
„ querimonias attentius audiant, & ſecundum
„ quod neceſſitas expetierit, abſque negligen-
„ tia examinent, & diligenti ſtudio corrigant.
„ Quod ſi Dei timorem præ oculis non haben-
„ tes negligere poſt ſecundam & tertiam ad-
„ monitionem inventi fuerint; omni ſe nove-
„ rint communione uſque ad condignam ſa-
„ tisfactionem privatos.

„ OMnium veſtrum noſſe volumus carita- NICOLAUS *Exercitui Francor.*
„ tem: quoniam quiſquis (quod non o-
„ ptantes dicimus,) in hoc belli certamine fi-
„ deliter mortuus fuerit, regna illi cæleſtia mi-
„ nime negabuntur.

Item Ambroſius: Fortitudo, quæ in bello
tuetur a Barbaris patriam, & domi defen-
dit infirmos, vel a latronibus ſocios, ple-
na juſtitia eſt; qui autem movent arma con-
tra tales nocendi cupiditate, ulciſcendi cru-
delitate, impacato atque impacabili animo,
debellandi feritate, dominandi libidine, vel
alia cauſſa, peccant. Cauſſa 23. q. 1. c. *Quid
culpetur*, & q. 5. c. *Cum homo ab homine oc-* *v. pag. 34.*
ciditur.

„ CUm homo ab homine occiditur, multum AUGUST. *Ad Maced. Epiſt. 54.*
„ diſtat, utrum fiat nocendi cupiditate, vel
„ injuſte aliquid auferendi (ſicut fit ab inimico,
„ ſicut a latrone) an ulciſcendi, vel obediendi
„ ordine (ſicut a judice, ſicut a carnifice) an
„ evadendi, vel ſubveniendi neceſſitate (ſicut
„ interimitur latro a viatore, hoſtis a milite) Et
„ aliquando, qui cauſſa mortis fuit, potius in
„ culpa eſt, quam ille, qui occidit: velut ſi quiſ-
„ piam decipiat fidejuſſorem ſuum, atque ille
„ pro iſto legitimum ſupplicium luat. Nec ta-
„ men omnis, qui cauſſa mortis alienæ eſt, reus
„ eſt. Quid, ſi enim quiſquam ſtuprum petat,
„ ſeſeque, ſi non impetraverit, interimat?
„ Quid, ſi filius timens patris pia verbera, præ-

„ cipitio

Digitized by Google

,, cipitio pereat? Quid ſi alins homine liberato,
,, vel ne alius liberetur, ſibi ipſi mortem inſe-
,, rar? Numquid propter iſtas alienarum mor-
,, tium cauſſas, aut ſceleri conſentiendum eſt,
,, aut vindiđa peccati, quæ non fit nocendi,
,, ſed corrigendi ſtudio, etiam paterna tol-
,, lenda, aur opera miſericordiæ cohibenda
,, ſunt? Hæc cum accidunr, debemus eis hu-
,, manum dolorem, non propter illa, ne ac-
,, eidant, recte ſactorum reprimere volunta-
,, rem.

De hac materia, ſi hoc non ſufficit tibi, require ſupra de hæreticis, §. *Punitur hæreticus*, & §§. ſequ.

Item nora, quod ſi Epiſcopus in villa, vel caſtro juriſdictionem habear temporalem, debet ibi conſtituere judicem perſonam ſæcularem, qui cauſſas audiat, & terminet ſæcnlares, & præcipue cauſſas ſanguinis; cui poteſt, & debet præcipere, quod firmiter teneat juſtitiam, & reddat unicuique jus ſuum: ſi tamen judex taliter inſtitutus interroget eum, quid agendum ſit de aliquo, qui vel per ſacti evidenriam, vel juris ordiuem deprehenſns eſt in aliquo crimine, pro quo de jure eſſet pœna ſanguinis infligenda; poteſt reſpondera: Hoc non pertinet ad me; conſule legis peritos: & caveat, ne propter ſuam reſponſionem directam val indirectam, alius intelligat, quod debet eum pœna rali punire. Nou deber etiam præſentialiter intereſſe cauſſæ ſanguinis, neque exſecutioni ſententiæ ſanguinis: nam cito poſſet incidere in cauſſam dcpoſitionis. Extra de exceſſu prælat. c. *Ex litteris*.

Innocen. III. Epiſ. Hyppon. & Abbati de Teſtu viſitatoribus Lombardiæ.

,, EX litteris veſtris accepimus, quod eum ad
,, Albiganenſem Eccleſiam una cum Piſa-
,, no Archiepiſcopo tunc Epiſcopo Vercellen.
,, acceſſiſſetis, viſitationis officium impleturi, Al-
,, biganenſis Epiſcopus inter cetera, quæ pro-
,, poſita fuerant contra ipſum, ore proprio eſt
,, conſeſſus, quod cum quidam in villa quadam
,, ad ejus juriſdictionem ſpectsnte inſamare-
,, tur de furto, & idem illud inficiaretur o-
,, mnino, offerens, quod candenris ferri ju-
,, dicio ſe purgaret, & ut ſuſpendio punire-
,, tur, ſi deficeret in eodem; dictus Epiſco-
,, pus requiſivit a judice, quid ſuper hoc vi-
,, deretur aidem: & cum judex reſpondiſſet,
,, nt fieret, ſicut ſur ipſe dixerat; ferrum
,, candens in ipſius præſentia Epiſcopi eſt al-
,, latum, quod cum accepiſſet fur ille, com-
,, buſtus eſt, unde judex paveſactus, quid ſi-
,, bi ſuper hoc videretur, conſuluit Epiſcopum
,, memoratum. Qui reſpondir, quod ſi fur ſic
,, evaderet, malum eſſet; qoamquam affirmet
,, ſe verbis talibus nſum fuiſſe: Audiris, quan-
,, tus eſt clamor populi? Omnes dicunt: Ma-
,, lum eſt, ſi ſic evaſerit impunitus. Et ſic
,, Epiſcopus & judex villam ipſam eum mul-
,, titudine ſunt ingreſſi, in quorum præſentia
,, prædictus fur eſt ſuſpenſus; propter quod
,, ipſum cum litteris veſtris ad ſedem Apoſto-
,, licam deſtinaſtis. Sed idem nihil ſuper his
,, propoſuit coram nobis, nec litteras veſtras
,, vidimus, licer idem ſe nobis illas aſſerat præ-
,, ſentaſſe; quinimmo cum dictus Archiepiſco-
,, pus ad ſedem Apoſtolicam acceſſit, qui no-
,, bis hujuſmodi rei ſeriem plenarie indicavir,
,, idem Epiſcopus a noſtra diſceſſit præſentia,
,, & perquiſitus non potuit inveniri. Nos au-
,, tem quia idem Epiſcopus non ſolum in ju-
,, dicio candentis ferri, verum etiam in ſuris
,, ſuſpendio graviter noſcitur deliquiſſe, cum
,, his non tantum auctoritatem præſtiterit, ve-
,, rom etiam præſentiam exhibuerit corpora-
,, lem; ipſum indignum altaris miniſterio re-
,, putamus. Cum igitur Pontificale officium ſi-
,, ne altaris miniſterio non valeat adimpleri;
,, mandamus, quatenus, ut Epiſcopatui cedat,
,, monaaris eumdem; alioquin ipſum ab Albi-
,, gsnen. Eccleſia amoventes, ſaciatis eidem
,, per electionem Canonicam de perſona idonea
,, provideri.

Sed ubi non apperer caſus de ſacto & interrogaret ipſum, vel alinm Clericum, quæ pœna eſſet infligenda pro ſurto, homicidio & ſimilibus; poſſet dicere, talis, vel talis ſecundum leges.

Poſtillator

Quid de illo, qui, cum judex, vel Officialis ſequeretur furem vel homicidam fugientem, judici, vel Officiali quærenti, utrum vidiſſet talem perſonam tranſire per locam illam, vel alium, reſpondit quod ſic, & quantum in eo fuit inſtruxit quærentem; numquid eſt irregalaris, ſi ſequutum eſt homicidium.

Reſp. *Si ſcivit, vel ſcire debuit, quod talis perſona quæreretur ad pœnam ſanguinis, irregularis eſt: ſi autem non ſcivit, nec ſuſpicatus eſt, quod ad hoc quæreretur, ſed propter aliud; credo, quod non eſt irregalaris, ex quo corrapta non eſt ejus intentio.*

---

§. IX.

CASUS SEXTUS.

De parentibus autem quæritur, in quorum lectis interdum parvuli filii inveniuntur ſuffocati?

AD hoc dic, quod ſi pater, vel mater occidat ſcienter filium, debet induci, nt intret aliquod Monaſterium ejuſdem Epiſcopatus, ubi peccata ſua perpetna deploret pœnitentia: ſi tamen non poterit ad hoc propter carnis fragilitatem induci, concedenda eſt ei licentia matrimonium contrahendi, ne pluribus abutarur, impoſita gravi pœnitentia ſibi in ſæculo ramanenti: ſimiliter non debet induci, ur intret Monaſterium in aliis duobus caſibus, ſcilicet ſi habet conjugem vivam, vel filios parvos, a quibus non poteſt, nec debet recedere; niſi ſorte conjux vellet ſimiliter ingredi Monaſterium, & aliquis timens Deum ſine ſuſpicione filios educarer: ſi autem neſcienter, qnia negligenter collocaverat ſecum in lecto, & mane invenit eum extinctum; debet agere ſecundum quoſdam pœnitentiam trium annorum, quorum unus ſit in paue & aqua, ext. de his qui fil. occid. c. 1. 2. & 3. ſeu, *Veniens*, & c. *Intelleximus*, & c. *De infantibus*, & cauſſa 2. q. 5. e. *Conſuluiſti*.

Alex. III. Tornacen. Epiſc.

,, VEnians ad nos M. mulier lacrymabili no-
,, bis confeſſione monſtravit, qnod eum
,, de quodam filium genuiſſet, & ille ſibi ſæpe
,, rurgido vultu improperaſſet, quod filius ejus
,, non eſſet, ipſa iracundiæ calore ducta, eum-
,, dem filium interſecit (& infra) Mandamus,
,, quatenus eam labores inducere, nt ad aliquod
,, Monaſterium tranſeat, in quo peccata ſua per-
,, petua deploret pœnitenria; ſi antem (repu-
,, gnanre carnis fragilitate) ad hoc induci nolue-
,, rit, ei licentiam in Domino nubendi tribuas,

,, quia turius nobis videtur, ut in Domino nubat uni ſoli, quam inhoneſte multos admittat.

Lucius III. *Pariſienſ. Epiſc.* ,, INtelleximus, quod M. mulier filiam parvam furore accenſa diabolico jugulavit: ,, propter quod dominus terræ, maritum ejus ,, & ipſam compulit abjurare. Quia vero illam ,, alios habere filios intimaſti; mandamus, ,, quatenus ita ſuper hoc provideas, quod ſui ,, ſceleris pœnam luat, & ſaluti ejus ac filiorum per tuam providentiam conſulatur: & ,, non obſtante juramento, quod a viro dictus ,, dominus proponitur extorſiſſe, eam (ſicut expedire videris) eidem viro reſtituas, ,, ita quod filios ſuos libere poſſit, & pacifice ,, gubernare.

Idem. ,, DE infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non apparet, utrum a patre, vel a matre oppreſſi ,, ſint ipſi, vel ſuffocati, vel propria morte defuncti; non debent inde ſecuri eſſe parentes, ,, nec etiam ſine pœna: ſed tamen conſideratio ,, debet eſſe pietatis, ubi non voluntas, ſed ,, eventus mortis cauſſa fuerit: ſi autem eos ,, non latet, ipſos interſectores eſſe, ſcire ,, debent, ſe graviter deliquiſſe. Quidam autem ,, pœnitentiam trium annorum judicant eſſe ,, debere, quorum unum peragant in pane, & ,, aqua.

Steph. V. *Humberto Epiſcop. Mogunt.* ,, COnſuluiſti de infantibus, qui in uno lecto ,, dormientes cum parentibus mortui reperiuntur; utrum ferro candente, aut aqua ,, fervente, ſeu alio quolibet examine parentes ,, ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes, ,, ne tam tenellos ſecum in uno lecto collocent, ,, ne negligentia qualibet proveniente ſuffocentur, vel opprimantur; unde ipſi homicidii ,, rei inveniantur. Nam ferri candentis, vel ,, aquæ ferventis examinatione confeſſionem ,, extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent canones: & quod ſanctorum Patrum documento ,, ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione ,, non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata ,, delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro judicare; occulta ,, vero, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ,, ſolus novit corda filiorum hominum. Hi ,, autem, qui probantur, vel confitentur talis ,, reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio: ,, quia ſi ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida eſt; quanto magis, qui unius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Alia require infra de pœnit. §. *Reſtat, ut de ſatisfactione*, & aliis §§. ſequ.

---

§. X.

CASUS SEPTIMUS.

Quid, ſi pater filium, vel patronus libertum, vel dominus ſervum infantem, vel etiam adultum, ſed languidum exponit, vel ei denegat alimenta?

REſpondeo, quod hoc ipſo filius eſt a poteſtate patria liberatus, & libertus in ingenuitatem, & ſervus in libertatem tranſit: illi quoque, qui eos ſuſcipiunt, non poſſunt propter hoc in eorum perſonis jus aliquod vendicare, extr. de infant. expoſ. c. *Si a patre*.

,, SI a patre, ſive ab alio, ſciente ipſo, aut ratum habente (relegato pietatis officio) in- Gregor. IX. ,, fans expoſitus exſtitit, hoc ipſo a poteſtate ,, fuit patria liberatus. Nam & hoc caſu in ingenuitatem libertus, & ſervus in libertatem ,, eripitur; quod & de prædictis cujuſcumque ,, ætatis languidis, ſi expoſiti fuerint, vel ſi ,, alicui eorum alimenta impie negari contigerit, eſt dicendum. Sane qui hos ſuſcipiunt, ,, non poſſunt propter hoc in eorum perſonis ,, jus aliquod vendicare.

Quicumque etiam talia præſumit in foro pœnitentiali, eſt tamquam parricida, ſive homicida, pro eo quod hominem præſertim, cui tanta tenetur neceſſitudine, periculo mortis exponit; inſpectis tamen circumſtantiis, & utrum ob hoc mors fuerit ſubſecuta, vel non, erit pœnitentia moderanda: tales autem, ſi homicidium eſt ſubſecutum, ſunt irregulares ſecundum diſtinctionem, quam require ſupra, eod. §. *Pœna vero*, circa finem.

In ſumma nota, quod ubicumque ſcandalum ſuſcitatur ex homicidio, vel deformitate alicujus; etiam ſi talis caſus eſſet, in quo de jure poſſet promoveri, vel miniſtrare in ſuſceptis ordinibus; debet tamen propter ſcandalum ceſſare. De hoc require infra de ſcandalo.

Item non videtur liber a culpa homicidii, qui potuit, ſed noluit alium liberare a morte, extra eod. c. *Sicut dignum*, §. *Illi autem*, *v. pag. 144* arg. diſt. 86. c. *Culpam*, cauſſa 23. q. 3. c. *Non inferenda*, & c. *Qui poteſt*, & q. 5. c. *Reos*. *& Indic.*

Anastas. & Damas. ,, QUi poteſt obviare, & perturbare perverſos, & non facit; nihil eſt aliud quam ,, favere impietati eorum: nec caret ſcrupulo ,, ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.

Et hoc intelligas, ſi conſtabat ei illum injuſte occidi, ſicut Judæis de Chriſto, & Anglicis de B. Thoma Cantuarien. de quibus loquitur illa Decretalis, *Sicut dignum*, & de pœnit. diſt. 1. c. *Periculoſe*, & cauſſa 23. q. 3. c. ult. ſeu, *v. pag. 137 & 144.* *Oſtendit*.

Quidam tamen intelligunt hoc de judice, qui habet judiciariam poteſtatem, quod ille ſolus teneatur tales defendere ex præcepto. Cauſſa 23. q. 5. c. *Qui malos*, & q. 4. c. *Forte*, in fin.

Hieron. *ſup. Iſai. ad c. 13.* ,, QUi malos percutit, in eo quod mali ſunt, ,, & habet vaſa interfectionis, ut occidat ,, peſſimos, miniſter eſt Dei.

August. *Serm. 2. de verb. Apoſt.* ,, FOrte in populo Dei ſtat ... Sane ſi judex ,, es, ſi judicandi poteſtatem accepiſti; Eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſatur, ſi veris ,, documentis, teſtibuſque convincitur, coerce, ,, corripe, excommunica, degrada.

Conſulo tamen omnino ei agere pœnitentiam, etiamſi non ſit judex, propter jura ſupradicta, & propter ambiguum duplicitatis ad cautelam.

TITULUS SECUNDUS.

De Torneamentis.

DIximus ſupra de homicidio: ſed quia ex torneamentis ſæpe homicidium naſcitur; ideo de ipſis agamus, videntes, quæ ſint torneamenta, & quæ pœna pugnantium in eis.

§. UNICUS.

Quæ ſint torneamenta, & quæ pœna pugnantium.

TOrneamenta dicuntur quædam nundinæ, vel feriæ, non inter hoſtes, ſed ad inſtar pugnarum hoſtilium factæ, ſcilicet ad oſtentationem virium, & audaciam experiendam: quia vero exinde mortes & alia mala provenire ſolent; ideo a ſacris Canonibus prohibentur, extra de Tornesmentis, c. 1. ſeu, *Felicis*. *v. Indic.*

Pœna pugnantium ibi eſt, quod ſi aliquis exercens tale torneamentum, aliquem occidit, etiam caſu, reus eſt homicidii, & irregularis erit; quia ludus talis noxius & illicitus eſt; & ideo quidquid ex eo ſequitur, imputandum eſt ei: extra, de præſumt. c. 1. ſeu, *Sicut noxius*: & dixi de hoc ſupra de homicidio, §. *Species*, circa medium. De pœna autem ejus, qui ibi occiditur, require ſupra de ſepulturis, §. *Prohibentur*. *v pag. 139*

Caſus Quid de militibus, qui interſuerunt ibi, neminem tamen occiderunt? quid etiam de his, qui interfuerunt exercitibus & bellis, & nunc volunt promoveri ad ordines, numquid poterunt? Ad hoc dicas, quod ſi interſuerunt bello licito, nec ibi occiderunt aliquem, nec mutilaverunt, poterunt promoveri, ſi alias ſunt idonei; ſi vero in bello illicito, & homines ſunt ibi occiſi, etiamſi non per iſtos, eis imputatur propter culpam præcedentem; & ita non poterunt promoveri. Cauſſa 15. q. 1. c. ult. ſeu, *Si quis non iratus*, diſt. 1. de pœnit. c. *Quiſquis*, §. *Si quis cum telo*.

Hieron. ,, SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam
,, aliquem verberaverit, vel alapam alicui
,, dederit, & caſu occiderit, ſicut fieri ſolet;
,, quantum ad gratiam innocens eſt, quia vo-
,, luntatem, non opus requirit; quantum autem
,, ad legem reus eſt, quia opera requirit.
,, Item ſi in perſecutione virgo ſuerit oppreſ-
,, ſa, repellitur lege, quia opus inſpicit, non
,, voluntatem; in gratia autem quaſi virgo
,, ſuſcipitur, quia non opera quærit, ſed volun-
Gratian. ,, tatem. *Sicut ergo qui propter diſciplinam caſu*
,, *homicidium fecit, quantum ad legem reus eſt,*
,, *quantum ad gratiam innocens eſt. Sic iſte ſacerdos*
,, *qui furore homicidium fecit, quantum ad cul-*
,, *pam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris*
,, *exſecutionem reus probatur; his ita reſpondea-*
,, *tur: Non omnia, quæ ordinandum impediunt, or-*
,, *dinatum dejiciunt. Non enim poteſt ad ſacerdo-*
,, *tium provehi, qui aliquando inſanivit; veruntamen,*
,, *men, ſi poſt ſacerdotium furere cœperit, non ideo*
,, *ſacerdotio carebit, niſi forte numquam ad ſanæ*
,, *mentis officium illum redire contingat.*

,, QUiſquis cum militibus cogitaverit, &c. *Lib. 9. tit.*
,, (eadem enim ſeveritate voluntatem ſce- *ad legem*
,, leris, qua effectum puniri jura voluerunt) ipſe *Jul. Ma-*
,, quidem, &c. *Item ad legem Corneliam, de ſicariis.* *jeſtatis.*
,, *Si quis cum telo ambulaverit hominis necandi* *Gratia-*
,, *cauſſa; ſicut is, qui hominem occiderit, vel cujus* *nus.*
,, *dolo malo factum erit commiſſum; legis Cor-* *v. infra.*
,, *neliæ de ſicariis pœna coerceatur.* *tit. ſequ.*

Videtur tamen, quod cum talibus Epiſcopus poteſt diſpenſare, dummodo nec mors, nec membri mutilatio fuerit ſubſecuta. Argum. ext. de Cler. pugn. in duello, c. 1. & 2. ſeu, *Porroſit Clericus*, & *Henricus*.

TITULUS TERTIUS.

De duello.

QUia ex duello, ſicut ex torneamento ſæpe provenit homicidium; ideo de duello ſubjiciendum. Videndum igitur, quid ſit duellum, unde dicatur, an fieri poſſit inter laicos, qua pœna feriatur Clericus pugnans.

§. UNICUS.

Quid ſit duellum, an poſſit fieri inter Laicos, & qua pœna Clericus pugnans feriatur.

DUellum eſt ſingularis pugna inter aliquos ad probationem veritatis, ita videlicet, ut qui vicerit, probaſſe intelligatur: & dicitur duellum, quaſi duorum bellum. Dicitur etiam vulgo in pluribus partibus judicium, eo quod ibi Dei judicium exſpectatur: dicitur etiam Monomachia, quaſi unica & ſingularis pugna; *μονος* enim unus, *μαχία* pugna.

Non debet fieri inter Laicos. Licet enim David duellum iniret cum Golia, non tamen illud eſt pro lege ſumendum, ut cauſſa 2. q. 4. c. *Monomachiam*.

,, MOnomachiam vero in lege non aſſumi- Ex Decr.
,, mus, quam præceptam fuiſſe non re- *Nicolai*
,, perimus, quia licet quoſdam iniiſſe legeri- *Papæ.*
,, mus, ſicut David ſanctum, & Goliam ſacra
,, prodit hiſtoria, nuſquam tamen, ut pro lege
,, teneatur, alicubi divina ſanxit auctoritas, cum
,, hoc & hujuſmodi ſectantes, Deum ſolummo-
,, do tentare videantur.

Item quia privilegia paucorum communem legem non faciunt, ut ait Hieronymus, cauſſa 26. q. 2. c. *Non exemplo*. *v. Indic.*

Item quia eſt contra illud præceptum Domini: *Non tentabis Dominum Deum tuum*, contra quod nullo modo faciendum. Cauſſa 22. q. 2. *Quæritur, cur Patriarcha*. Item expreſſe etiam prohibetur C. de gladiator. lib. 11. l. unica. *Ibi dicitur: Cruenta ſpectacula in otio civili, & domeſtica quiete non placent, quapropter omnino gladiatores prohibemus eſſe.* *Matth. 3.* *v. Indic.* *Poſtillator*

Non obſtat, quod crimen læſæ majeſtatis, crimen perduellionis appellatur, quia illud non ſit ideo, quod in illo crimine, non in aliis ſit admittendum duellum, prout quidam male intellexerunt; ſed quia perduelles dicuntur hoſtes: vult ergo dicere crimen perduellionis, id eſt, crimen hoſtile, ff. de verb. ſignif. *Quos*

nos

nos hoſtes. Conſuetudo tamen generalis contra iſta invaluit fere ubique terrarum. Unde

Solet quæri, an hujuſmodi conſuetudines generales excuſent a peccato mortali: & dicunt quidam, quod ſic, indncentes pro ſe verbum Ambroſii, cauſſa 32. q. 4. c. *Objiciuntur Jacob quattuor uxores, quia, quando mos erat, crimen non erat*.

Alii diſtinguunt, utrum quis offerat, an ſuſcipiat duellum, & cum ſuſcipit; utrum ſponte, an delatum a judice. Dicunt enim eum, qui offert, & eum, qui ſponte ſuſcipit, peccare mortaliter; eum vero, qui ſuſcipit judice compellente, non peccare, quia non ſponte id facit, ſed invitus; quum aliter non poſſit evadere periculum corporis, vel rerum: quod enim quis facit ob defenſionem ſuam, vel ſuarum rerum, licitum judicatur, ſi ſit etiam ſacerdos, extr. de
[v. pag. 133] homicid. c. *Interfeciſti*.

Ego autem, ſalvo meliori judicio, primam opinionem non admitto, per rationes ſuperius inductas. Quod autem inducunt de auctoritate Ambroſii, non obſtat; quia Jacob fuit excoſatus in illo per revelationem divinam, quæ quandoque dicitur *mos*, quandoque *fas*; per quam etiam ipſe idem Jacob fuit excuſatus a mendacio, Iſraelitæ a furto, Samſon ab homicidio. Sic habes expreſſum extra de divort. c. *Gaudemus*.

[INNOCEN. III. *Tiberiad. Epiſcopo.*] ,, GAudemus in Domino' (& infra)....
,, Verum abſonom hoc videtur, & in-
,, imicum fidei Chriſtianæ, cum ab initio u-
,, na coſta in unam fœminam ſit converſa,
[*Geneſ. 23.*] ,, & Scriptura divina teſtetur, quod propter
[*Matth. 19.*] ,, hoc relinquet homo patrem & matrem, &
,, adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne
[*Marc. 10*] ,, una: non dixit tres, vel plures, ſed duo:
[*Epheſ. 5.*] ,, nec dixit, adhærebis uxoribus, ſed uxori
[*Geneſ. 27.*] ,, (& infra) Nec ulli umquam licuit inſimul
,, plures uxores habere, niſi cui fuit Divina
[*Exod. 12.*] ,, revelatione conceſſum, quæ mos quando-
[*Judic. 16.*] ,, que, interdum etiam fas cenſetur, per quam
,, ſicut Jacob a mendacio, Iſraelitæ a furto, &
,, Samſon ab humicidio; ſic & patriarchæ, &
,, alii viri juſti, qui plures leguntur ſimul ha-
,, buiſſe uxores, ab adulterio excuſautur.

Secunda opinio tolerabilior eſt: ſed nec illam admitto. Unde dico cum Alano ſine exceptione, quod nulla conſuctudo, vel verius corruptela aliqnem excuſare poteſt, quia diutur-
[v. pag. 13.] nitas temporis non minuit peccata, ſed auget.
[v. pag. 55.] Extr. de ſimonia, c. *Non ſatis*, & c. *Cum in Eccleſiæ*.

Peccant ergo omnes mortaliter; ſed differenter: graviter enim peccat qui ſuſcipit, etiam propter quantumcumque metum; attenuatur tamen peccatum ejus propter periculum perſonæ, vel rerum. Cauſſa 32. q. 5, c. *Ita ut*, ext. quod met. cauſ. c. *Sacris*.

[v. Judic.] Ille autem, qui ſponte ſuſcipit, item qui offert, item Judex, qui defert, & præſtat auctoritatem, item Aſſeſſores, & qui dant ad hoc conſilium, auxilium, vel favorem, item ſacerdotes, qui dant benedictionem; iſti omnes peccant longe gravius. Item ſi contingeret aliquem ibi mori, omnibus imputaretur homicidium, & omnes fierent irregulares. Cauſſa 17. q. 4. c. *Omnes*, & ſupra de homicidio, *§. Species*; & *§. Pœna*, & §. *Diſpenſatur*.

[*Poſtillator*] (Item Sacerdotes qui dant benedictionem. *Loquitur ſecundum aliquorum locorum conſuetudinem, ubi ſacerdotes faciunt aliquas benedictiones & imprecationes circa pugiles, ſicut ſolent fieri adjurationes ſupra ferrum candens, vel aquam frigidam.*

Quid de Clericis, qui offerunt reliquias pugilibus ad jurandum, numquid fiunt irregulares, ſi ſequatur homicidium in illo duello?

Reſp. *Videtur hic Magiſter innuere quod ſic; quia videntur coadjuvare ad hoc, quod duellum fiat, ſicut & illi, qui dant benedictionem; tamen durum videtur hoc dicere de illis, qui ſolummodo offerunt reliquias ad jurandum; non eſt tamen ſecurum dicere contrarium ipſius*)

Si ergo alicui Clerico offeratur duellum, nullo modo ſuſcipiat per ſe, vel per alium, quem ponat loco ſui; quia de jure deponi deberet, extr. de Cleric. pugn. in duello, c. 1. & 2. ſeu, *Porro ſi Clericus*, & *Henricus*.

,, POrro ſi Clericus alicui ſponte duellum [ALEX. III.]
,, obtulerit, vel oblatum ſuſceperit, ſive
,, victor, ſive victus fuerit, de rigore juris eſt
,, merito deponendus; ſed quantumcumque ejus
,, in hoc gravis ſit, & enormis exceſſus, eva-
,, dere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi eum
,, ipſo ſuus Epiſcopus duxerit miſericorditer
,, diſpenſandum, dummodo ex ipſo duello ho-
,, micidium, vel membrorum diminutio non
,, fuerit ſubſecuta.

,, HEnricus presbyter nobis humiliter in- [CÆLESTIN. III.]
,, timavit, quod cum laicum quemdam
,, ſuper furto in ſæculari placito conveniſſet;
,, quia teſtes ſui defecerunt, pugilem ſecundum
,, pravam terræ conſuetudinem introduxit,
,, qui reum uſque adeo ictibus vulneravit,
,, quod coactus eſt exſpirare. Quia igitur ſu-
,, per hoc nos conſulere voluiſti, ambiguita-
,, tem tuam reſponſione hujuſmodi remove-
,, mus, quod tales pugiles homicidæ veri ex-
,, ſiſtunt: nec prædictus ſacerdos, licet non
,, ipſe, ſed alius pro eo in duello pugnaverit,
,, debet in ſacris ordinibus miniſtrare, ſicut
,, tradunt Sacrorum Canonum inſtituta. Ho-
,, micidium autem, tam facto quam præcepto,
,, ſive conſilio, aut defenſione, non eſt du-
,, bium perpetrari; poterit tamen cum eo cir-
,, ca habendum beneficium miſericorditer diſ-
,, penſari.

Sed defendat eum Epiſcopus, vel Eccleſia efficaciter: quia de ſua juriſdictione eſt; nec laicus poteſt aliquid ſtatuere, vel judicare de Ipſo. Extr. de foro compet. c. 1. & 2. ſeu, *Si quis Clericus*, & c. *Nullus judicum*, 11. q. 1. c. 1. & 3.

,, SI quis Clericus adverſus Clericum nego- [Ex Conc. *Chalced.*]
,, tium habeat; non deſerat Epiſcopum ſuũ,
,, & ad ſæcularia percurrat, ſed prius apud i-
,, pſum actio ventiletur, vel certe conſilio e-
,, juſdem apud alios, quos utraque pars volue-
,, rit, judicium obtinebunt: ſi quis autem
,, præter hæc fecerit, Canonicis correctionibus
,, ſubjacebit.

,, NUllus judicum, neque Presbyterum, ne- [Ex Conc. *Pariſienſ.*]
,, que Diaconum, aut Clericnm nlium, aut
,, minores Eccleſiæ ſine permiſſu Pontificis, per
,, ſe diſtringere, aut condemnare præſumat. Quod
,, ſi fecerit, ab Eccleſia Dei, cui injuriam irrogare
,, dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quouſ-
,, que reatum ſuum cognoſcat, & emendet.

,, NEmo umquam Epiſcopum aut reliquos [CAJUS PAPA]
,, Clericos apud judicem ſæcularem accu-
,, ſare præſumat.

,, CLericum cujuslibet ordinis abſque Ponti- [MARCELL. PAPA. *Epiſcop. 3.*]
,, ficis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæ-
,, cularem judicem attrahere, nec Laico quem-

,, tis eorum obediens , eidem Maximo , qui ,
,, me neſciente, ordinatus eſt, hoc, quod in or-
,, dinatione ſua me , vel reſponſalem meum
,, prætermittere præſumſit , ita ex corde laxavi,
,, ac ſi , me auctore , fuiſſet ordinatus. Alia vero
,, illius perverſa , ſcilicet mala corporalia , quæ
,, cognovi , vel quia cum pecuniis eſt electus, vel
,, quia excommunicatus Miſſas facere præſumſit,
,, propter Deum irrequiſita relinquere non poſ-
,, ſum (& infra) Et ſi ad me venire diu diſtu-
,, lerit, exercere in eo diſtrictionem Canonicam
,, nullo modo ceſſabo.

Hugotius dicit, quod ſi talis prohibitio fiat a Canone, non ſit excommunicatus per illa verba Diſtinct. 30. per totam: *Forma omnium decretorum*, &c, *Si quis hoc, vel hoc fecerit, anathema ſit, id eſt, excommunicetur in futurum.*

Puſtillator.

Secus ſi a judice; quia Canon mitius agit, quam homo. Cauſſa 26. q. 7. c. *Alligant*.

Joan. Crysost. *Vel auctor operis imperf. hom. 43. ad c. 23. Matth.*

,, ALligant autem onera gravia & importa-
,, bilia, &c. tales ſunt ſacerdotes etiam
,, nunc, qui omnem juſtitiam populo mandant,
,, & ipſi nec modice ſervant, videlicet non ut
,, facientes ſint juſti, ſed ut dicentes appareant
,, juſti. Tales ſunt & qui grave pondus venien-
,, tibus ad pœnitentiam imponunt, qui dicunt &
,, non faciunt: & ſic, dum pœna præſentis pœ-
,, nitentiæ fugitur, contemnitur pœna peccati
,, futura. Sicut enim ſi faſcem ſuper humeros
,, adoleſcentis, quem non poteſt bajulare, po-
,, ſueris, neceſſe habet, ut aut faſcem reji-
,, ciat, aut ſub pondere confringatur; ſic & ho-
,, mini, cui grave pondus pœnitentiæ imponis,
,, neceſſe eſt, ut aut pœnitentiam tuam rejiciat,
,, aut ſuſcipiens, dum ſufferre non poteſt, ſcan-
,, dalizatus amplius peccet. Deinde etſi erra-
,, mus modicam pœnitentiam imponantes; non-
,, ne melius eſt propter miſericordiam rationem
,, reddere, quam propter crudelitatem? ubi e-
,, nim paterfamillas largus eſt, diſpenſator non
,, debet eſſe tenax. Si Deus benignus eſt; ut quid
,, ſacerdos ejus auſterus? Vis apparere Sanctus?
,, circa vitam tuam eſto auſterus, circa alienam
,, benignus.

Alii dicunt, an definiendo verba illa proferantur, ut tunc per ea fiat excommunicatio, an conſtituendo jus, ut tunc non fiat excommunicatio. Joan. & multi alii dicunt indiſtincte, quod illa verba non habent vim ſententiæ, ſed tamen comminationis, ut C. l. *Comminat.ones*, *Epiſtolas*, &c. per totum. Hæc ultima opinio eſt verior; non ſunt ergo excommunicati a jure, ſed a judice excommunicandi, niſi deſtiterint admoniti.

TITULUS QUINTUS.

De Raptoribus, Prædonibus, & Incendiariis.

POſtquam vidimus de homicidio, quo peccatur directe in perſonam proximi; conſequenter dicendum eſt de quibuſdam aliis, quibus, licet non ita ſtricte, delinquitur in proximum, & primo de Raptoribus, Prædonibus, & Incendiariis. Videamus igitur quis dicatur raptor, & quæ ejus pœna; quis prædo, & quæ ejus pœna; quis incendiarius, & quæ ejus pœna.

§. I.

Quis dicatur Raptor.

RAptor dicitur duobus modis: eſt enim raptor rerum, & eſt raptor hominum, & præcipue feminarum: & dicitur proprie rapina rerum, & raptus mulierum. Committitur autem crimen rapinæ proprie, quum ſcilicet per violentiam vi & aperte res alienas quis rapit undecumque, excepto loco ſacro, vel re Eccleſiaſtica, quia tunc committeretur ſacrilegium, ut ſupra de ſacrilegio. Committitur crimen raptus dupliciter, videlicet quum ipſa puella violenter rapitur, ut in perpetuum teneatur: item quum non ipſa violenter rapitur, ſed uſus ejus, ea prohibente, violenter uſurpatur. Cauſſa 36. q. 1. c. *De raptoribus*, *§. Ex hac*.

In Aurel. *Concil. 1. c. 4.*

,, DE raptoribus autem id conſtituendum
,, eſſe cenſuimus, ut ſi ad Eccleſiam raptor
,, cum rapta confugerit, & feminam ipſam vio-
,, lentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim libe-
,, retur de poteſtate raptoris, & raptor mor-
,, tis vel pœnarum impunitate conceſſa, aut ad
,, ſerviendum ſubjectus ſit, aut redimendi ſe
,, liberam habeat facultatem. Si vero, quæ rapi-
,, tur, patrem habere conſtiterit, & puella ra-
,, ptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata red-
,, datur, & raptor patri ſuperioris conditionis
,, ſatisfactione teneatur obnoxius. *Ex hac au-*
,, *ctoritate liquet, quod aliquando vis infertur pa-*
,, *rentibus, & non puellæ, cum dicitur:* Si puella
,, raptori conſenſerit; *aliquando utrique violen-*
,, *tiam perferunt, cum præmittitur:* Si raptor cum
,, rapta confugerit, & feminam ipſam vio-
,, lentiam pertuliſſe conſtiterit. *Puellæ autem,*
,, *non parentibus vis infertur, cum voluntate pa-*
,, *tris puella violenter abducitur, ut ejus patia-*
,, *tur concubitum, cujus copulæ numquam conſen-*
,, *ſum adhibuit: hic autem neque parentibus, neque*
,, *puellæ vim intuliſſe videtur; cum neque illis pro-*
,, *hibentibus, neque illa renitente, violenter ſit ab-*
,, *ducta. Aliud eſt enim promiſſionibus aliquam*
,, *ſeducere; aliud ſibi vim inferre. Unde quia*
,, *neutri vis illata probatur; raptor hoc jure dici*
,, *non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur;*
,, *aliquando enim res ipſa rapitur: aliquando i-*
,, *pſius rei uſus tantummodo violenter eripitur: res*
,, *ipſa tunc rapitur, cum violenter domino eripitur, ut*
,, *in perpetuum teneatur: aliquanda vero non res*
,, *ipſa affectatur, ſed uſus ejus domino prohiben-*
,, *te violenter uſurpatur. Hic ergo raptum admi-*
,, *ſit, quia florem virginitatis puellæ renitenti vio-*
,, *lenter eripuit.*

Gratianus.

Item tunc demum committitur raptus, quum ipſe raptor non deſponſaverat ipſam puellam, cauſſa 36. q. 1. c. *Lex illa*, & q. 2. c. *De puellis*, & c. *Si quis virginem*, extra de raptorib. c. *Cum cauſſam*.

Gelasius Papa.

,, LEx illa præteritorum principum, ibi raptū
,, dixit commiſſum eſſe, ubi puella, de cu-
,, jus ante nuptiis nihil actum fuerit, videatur
,, abducta. *Cum ergo hæc illicito coitu ſit corrupta,*
,, *cumque ita ſit abducta, id eſt, a domo patris du-*
,, *cta, quod de ejus nuptiis nihil ante raptum fuerit;*
,, *raptam appellandam negari non poteſt: ſed non o-*
,, *mnis illicitus coitus, nec cujuslibet illicita deſloratio*
,, *raptus appellatur. Aliud enim eſt fornicatio, aliud*
,, *ſtuprum, aliud adulterium, aliud inceſtus, aliud*

Gratianus.

,, *raptus*

„ *raptus; fornicatio autem, licet videatur eſſe genus cujuslibet illiciti coitus, qui fit extra uxorem legitimam; tamen ſpecialiter intelligitur in uſu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum autem proprie virginum eſt illicita defloratio; quando videlicet non præcedente conjugali pactione, utriuſque voluntate virgo corrumpitur, patre injuriam ad animum ſtatim poſt cognitionem non revocante. Adulterium vero eſt alieni thori violatio. Unde adulterium dicitur, quaſi ad alterius thorum acceſſio. Inceſtus eſt conſanguinearum vel affinium abuſus. Unde inceſtuoſi dicuntur, qui conſanguineis, & affinibus abutuntur. Raptus committitur, cum puella violenter a domo patris abducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, ſive puellæ ſolummodo, ſive parentibus tantum, ſive utriſque vis illata conſtiterit; hic morte mulctatur.*

Ex Conc. Cabilonenſi. „ DE puellis raptis nec dum deſponſatis, in Chalcedunenſi Concilio ſtatutum eſt, eos, qui rapiunt puellas ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes & conniventes raptoribus, decrevit ſynodus ſancta, ut ſi quidem Clerici ſunt, decidant a proprio gradu; ſi vero Laici, anathematizentur: quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi ſunt, quando participes conſilii, & conniventes, tanto anathemate feriuntur, ut juxta Canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vendicare nullatenus poſſint.

Gregor. *Papa* „ SI quis virginem, vel viduam niſi deſponſaverit, rapuerit, vel furatus fuerit in uxorem, cum ſibi faventibus anathema ſit.

Lucius III. *Burgenſi Epiſc.* „ CUm cauſſam, quæ inter E. militem, & uxorem ejus vertitur (& infra) Reſpondemus, quod cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur; iſte raptor dici non debet, cum habuerit mulieris aſſenſum & prius eam deſponſaverit, quam cognoverit, licet parentes reclamarent, a quibus eam dicitur rapuiſſe: præterea cum poſt matrimonium carnis commixtione perfectum, teſte Apoſtolo, uxor ſui corporis poteſtatem non habeat; ſed maritus, & econverſo: ſi præceſſiſſe matrimonium, vel ex probatione viri, vel ex mulieris confeſſione claruerit, poſt matrimonium ſine aſſenſu viri non potuit ipſa monaſterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergo pro eo, quod poſt matrimonium conſummatum, rapta per vim in monaſterio fuerit, viri poterit conſortium declinare, maxime ſi probari nequeat, virum, ut mulier profiteretur continentiam, aſſenſiſſe.

Item raptus large, non ſolum committitur in virginem, ſed etiam in viduam & ſanctimonialem. Cauſſa 36. q. 2. c. *Raptores*, & c. *Si quis non dicam* (lex eſt, non Canon.)

Symmac. *Papæ Epiſt. ad Cæſariū, c. 3.* „ RAptores igitur viduarum, vel virginum ob immanitatem tanti facinoris deteſtamur, illos vehementius perſequendo, qui ſacras virgines, vel volentes, vel invitas in matrimonio ſuo ſociare tentaverint: quos pro tam nefandiſſimi criminis atrocitate a communione ſuſpendi præcipimus.

Etymolog. lib. 5. c. 26. Iſidorus tamen videtur accipere raptum pro quolibet illicito coitu. Cauſſa 27. q. 2. c. *Raptus eſt illicitus coitus, a corrumpendo dictus*.

Unde ut plenius intelligas differentiam iſtorum criminum nota, quod aliud eſt fornicatio, aliud ſtuprum, aliud adulterium, aliud inceſtus, aliud raptus. Fornicatio, licet videatur eſſe genus cujuslibet illiciti coitus, qui fit extra uxorem legitimam, tamen ſpecialiter intelligitur in uſu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum: ſtuprum autem eſt proprie virginum illicita defloratio, quando videlicet, non præcedente conjugali pactione, utriuſque voluntate virgo corrumpitur. Adulterium vero eſt alieni thori violatio; unde adulterium dicitur quaſi ad alterius thorum acceſſio. Inceſtus eſt conſanguinearum, vel affinium abuſus: raptus committitur, cum puella violenter a domo patris ducitur, ut corrupta in uxorem habeatur, ſive puellæ ſolummodo, ſive parentibus tantum, ſive utriſque vis illata conſtiterit. Cauſſa 36. q. 1. c. *Lex illa*, §. *Cum ergo*. *v. pag. 157*

§. II.

De pœna Raptoris rerum.

POena raptoris rerum eſt ſecundum legem, quod infra annum punitur in quadruplum; poſt annum in ſimplum, ff. *De vi. bon. rap.* l. 1. & 2. in quadruplo autem ipſa res continetur, ut ibidem dicitur; & hoc ſi agitur civiliter contra eum: ſi vero criminaliter propter vim privatam, id eſt, ſine armis illatam, reus deponitur ab ordine rerum: propter vim publicam, id eſt, cum armis illatam, deportatur in inſulam, ff. *De vi. privat. l. ultima Inſtit. de public. judic. §. Item lex Julia. 1. de vi.*

Pœna Canonica eſt multiplex: prima ut excommunicetur non ſolum a ſuo Epiſcopo, ſed etiam ab illo, in cujus Epiſcopatu rapinam fecit. Extra eodem titulo, c. 1. id eſt, *De illis autem*, & cauſſa 6. q. 3. c. *Placuit*.

„ DE illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas & deprædationes peragunt; placuit, ut ab illius loci prælato excommunicentur, nec ante ex parochia illa exeant, quam digne, quæ perpetrarunt, emendent: quorum excōmunicatio proprio Epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerint, & omnia plene emendet. Ex Conc. *Meldenſi*.

„ PLacuit pro communi utilitate, inſtante neceſſitate, ut nullus Epiſcoporum graviter ferat, ſi ejus parochianum pro deprædationis cauſſa alter Epiſcopus excommunicaverit. In Conc. *apud Cōpendium, c. 1.*

Item denegatur ei pœnitentia, niſi reſtituat ablata, vel plenam ſecuritatem faciat de reſtituendo; ſi tamen habet unde reddere poſſit: ſi vero, cum poſſet, ſatisfacere noluit, ſed contumaciter diſtulit accipere pœnitentiam uſque ad mortis articulum, cum jam non habet unde ſatisfaciat; tunc, ſi petat pœnitentiam, dabitur ei, & etiam viaticum, & ſepultura Eccleſiaſtica, ſi hæredes, vel alii propinqui volunt ſatisfacere pro eo: ſi vero decedat impœnitens, privatur utroque, ſcilicet ſepultura, & viatico. Extra, eodem, c. *Super eo*, & c. *In litteris*.

„ IN litteris tuis continebatur, quod cum H. multis fuiſſet criminibus irretitus, qui Eccleſiarum incendium diabolo inſtigante commiſerat, tandem in ægritudine conſtitutus, accepta pœnitentia de commiſſis, per manum Capellani ſui fuit a ſententia anathematis abſolutus; ſed moriens Eccleſiaſticam ſepulturam habere nequivit. Quapropter ſi res ita ſe habet; mandamus, ut corpus ejuſdem, appel- *v. Indic.* Alex. III. *Claromon. Epiſcop.*

„ latione

,, latione ceſſante, facias in cœmeterio ſepeli-
,, ri, & hæredes ejus moneas & compellas, ut his,
,, quibus ille per incendium, vel alio modo
,, damna contra juſtitiam irrogaverat, juxta
,, facultates ſuas condigne ſatisfaciat, ut ſic a
,, peccato valeat liberari.

Sed quid, ſi non habet unde reddat, nec hæredes, nec propinqui volunt ſatisfacere, nec tenentur de ſuo, niſi velint; ille tamen fuit bene contritus, & fecit quidquid potuit, licet tarde; numquid privabitur ſepultura?

Videtur expreſſe dicere Decretalis illa, *Super eo*, quod ſic, & ita ſentiunt fere omnes doctores, & fit ad terrorem. Require ſupra de torneamentis. Vel dic, ut dixi ſupra de ſepulturis, §. *Probibentur*. Presbyteri, qui contra ſupradicta fecerint ſepeliendo ipſum, vel ſimile; ab officio & beneficio debent depuni, ut in illa decretali,
v. Indic. *Super eo*.

Item pœna ejus eſt, quia non gaudet immunitate Eccleſiæ, ut in caſibus, quos require ſupra de immunit. Eccleſiæ, §. *Ipſa Eccleſia*, & extra de homicidio, c. 1. ſeu. *Si quis per induſtriam*.

Exod. 21. ,, SI quis per Induſtriam occiderit proximum
,, ſuum, & per inſidias; ab altari meo e-
,, velles eum, ut moriatur.

---

§. III.

De pœna Raptoris mulierum.

POena raptoris mulierum ſecundum leges eſt, ut capite puniatur, & ejus ſubſtantia raptæ applicetur, ſi ingenuam rapuit: ſi vero ancillam, vel libertam, ſubſtantiam non amittit; ſed
v. pag. 157 tantum decapitatur. Arg. cauſſ. 36. q. 1. c. *De raptoribus*. Secundum Canones raptor efficitur ſervus raptæ, niſi velit ſe redimere, 36. q. 1. c.
Ibidem. *De raptoribus*.

Item debet excommunicari cum fautoribus ſuis, 36. q. 2. c. 1. & 4. ſeu, *Eos, qui rapiunt*,
v pag. 158 & c. *De puellis*.

In Conc. Chalcedonen. c. 27. ,, EOs, qui rapiunt puellas, ſive mulieres
,, ſub nomine ſimul cohabitandi, aut coope-
,, rantes, aut conniventes raptoribus; decrevit
,, ſancta ſynodus, ut ſi quidem Clerici ſunt,
,, decidant a proprio gradu; ſi vero Laici, ana-
,, thematizentur.

Si tamen rapta velit cum raptore contrahere, poteſt. Extr. eod. c. *Accedens*.

Innoc. III Epiſcop. Faren. ,, ACcedens ad Apoſtolicam ſedem (& infra)
,, Rapta puella legitime contrahet cum
,, raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmo-
,, dum in conſenſum, & quod ante diſplicuit,
,, tandem incipiat complacere; dummodo ad
,, contrahendum legitimæ ſint perſonæ.

Et nota, quod ſi Princeps committat judici Eccleſiaſtico poteſtatem puniendi tales; ipſe citra mortem, vel membri truncationem, vel ſanguinis effuſionem poterit raptorem jubere incarcerari, vel flagellari, vel pœna pecuniaria mulctari; quos cum invenerit adeo enormiter exceſſiſſe, quod mortem, & membri truncationem ſuſtinere debeant, debet reſervare pu-
v. pag. 27. niendos regiæ poteſtati, extr. eod. c. *In Archiepiſcopatu*.

---

§. IV.

Quis dicatur prædo, & quæ pœna ipſius.

PRædo dicitur duobus modis: nam prædo eſt, qui alios injuſte prædatur, ut ſunt qui viatoribus auferunt ſua; eſt etiam prædo miles, qui quærit ultra ſtipendium ſibi aſſignatum. Auguſtinus: Propterea quadam providentia militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumtus quæritur, prædo graſſetur. Cauſſa 23. q. 1. c. *Militare*.

,, MIlitare non eſt delictum, ſed propter *Auguſt. In lib. de verb. Domini tract. 19.*
,, prædam militare peccatum eſt, nec
,, rempublicam gerere criminoſum eſt. Sed
,, ideo agere rempublicam, ut divitias augeas,
,, videtur eſſe damnabile: propterea enim qua-
,, dam providentia militantibus ſunt ſtipendia
,, conſtituta, ne dum ſumtus quæritur, prædo
,, graſſetur.

Pœna prædonis eſt eadem, quæ & raptoris, quum uterque raptor dici poſſit, ut prædo contineatur ſub raptore tamquam ſpecies ſub genere; & ita quos per facinus coinquinat, & æquat, pœna debet ſimilis comitari, cauſſa 15. q. 3. c. *Sane*. *v. pag. 7.*

---

§. V.

Quis incendiarius, & quæ pœna ipſius.

INcendiarius dicitur, qui incendit auctoritate propria civitatem, vel villam, manſum, vel ſegetem, vel rem ſimilem malo ſtudio, ſive pro odio, ſive pro vindicta, cauſſa 23. q. ult. c. *Peſſimam*.

,, PEſſimam quidem & depopulatricem & *Innoc. II. In Generali Concilio, c. 8.*
,, horrendam incendiariorum malitiam, au-
,, ctoritate Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri
,, & Paulli omnino deteſtamur, & interdici-
,, mus (& infra) Si quis ergo poſt hujus no-
,, ſtræ prohibitionis promulgationem malo ſtu-
,, dio, ſive pro odio, ſive pro vindicta i-
,, gnem appoſuerit, vel apponi fecerit, aut
,, appoſitoribus conſilium, vel auxilium ſcien-
,, ter tribuerit; excommunicetur. Et ſi mor-
,, tuus fuerit incendiarius, Chriſtianorum ca-
,, reat ſepultura, nec abſolvatur, niſi prius
,, damno, cui intulit, ſecundum facultatem ſuam
,, reſarcto, juret ſe ulterius ignem non appoſi-
,, turum; pœnitentia autem ei detur, ut Hie-
,, roſolymis, aut in Hiſpania in ſervitio Dei per
,, annum integrum permaneat. Si quis autem
,, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus hoc relaxave-
,, rit, damnum reſtituat, & per annum ab officio
,, Epiſcopali abſtineat. Sane Regibus & Prin-
,, cipibus faciendæ juſtitiæ facultatem, conſultis
,, Archiepiſcopis & Epiſcopis, non negamus.

Si autem faceret juſſu ejus, qui habet poteſtatem indicendi bellum, non judicarem eum incendiarium, ſalva diſtinctione, quam dicam infra eod. §. *Circa principes*, & §. *Circa illos*, ultra medium.

Pœna incendiarii ſecundum leges eſt, ut qui dolo ignem appoſuit, igne cremetur & ipſe, aut capite puniatur, ff. de incend. ruin. *Qui ædes*, & l. penult. & ultima, & ff. de pœnis, l.
Ca-

Capitalium, *§. Incendiariis*. Ad leg. Cor. de ſic. *Si quis dolo:*

Secundum Canones multiplex eſt pœna: nam omnis incendiarius Eccleſiarum, vel locorum religioſorum, vel Cœmeterii, vel ſpatii privilegiati in circuitu, eſt excommunicatus ipſo jure majori excommunicatione (licet quidam dicant, quod minori tantum) qui etiam poſtquam fuerit denunciatus, non poterit abſolvi niſi a Papa. Require infra de ſent. excomm. *§. Utraque excom.* Incendiarii autem aliorum locorum non ſunt ipſo jure excommunicati, ſed excommunicandi. Cauſſa 23. q. ult. c. *Si quis membrorum*, & c. *Peſſimam*. *v. pag. 159*

In Decr. Eutychiani Papæ.
,, SI quis membrorum truncationes, aut domo-
,, rum incendia fecerit, ſive facere juſſerit,
,, aut facienti conſenſerit, quouſque de his u-
,, nicuique legaliter, & amicabiliter coram E-
,, piſcopo civitatis aliiſque civibus non emen-
,, daverit, ab Eccleſia ſe privatum agnoſcat. Si
,, vero poſt ſecundam & tertiam conventionem
,, cuncta, in quibus arguitur, non emendave-
,, rit, tamquam Ethnicus & Publicanus ab o-
,, mni Chriſtianorum collegio ſeparetur.

Tamen omnes habentur excommunicati in quibuſdam partibus, ut in Theutonia, ratione conſuetudinis, quam Papa ſcit, & tolerat.

Utrum autem ſola conſuetudo abſque ſententia, vel conſtitutione poſſit facere, quod aliquis revera ſit excommunicatus; diſputationi relinquo.

Item non debet abſolvi niſi damno reſarcito, & præſtito juramento, quod ignem ulterius non apponet. Cauſſa 23. q. ult. c. *Peſſimam*, extra de injuriis, & damno dato, c. *Si quis domum*, extr. de verb. ſignific. c. *Ex parte* 1. in fine. *Ibidem.*

Ex Poenit. Romano.
,, SI quis domum, vel aream cujuſquam in-
,, cenderit voluntarie; ſublata & incenſa
,, omnia reſtituat, & tres annos pœniteat.

Innoc. III Abb. San. Genovefæ, Decano, & Cancellario Pariſien.
,, EX parte in Chriſto dilectæ filiæ comitiſ-
,, ſæ Bleſenſis (& infra) Propoſuerunt
,, nuncii comitiſſæ, quod cum ipſius præpoſi-
,, tus quemdam latronem ceperit, & juſtitia
,, fuerit inde facta, latro fuit per capitulum
,, Carnotenſe, poſt factam juſtitiam requiſitus,
,, quia eum in terra ſua captum fuiſſe dicebant
,, (& infra) Verum cum ſuper hoc de parendo
,, juri Comitiſſa cautionem afferret, Canoni-
,, ci Carnotenſes nihilominus terram ejus fe-
,, cerunt interdicto ſupponi, quod relaxare no-
,, luerunt, niſi prius ſolveretur emenda: di-
,, cebant enim in Carnotenſ. Eccleſiæ privile-
,, giis contineri, quod nemini liceat excom-
,, municatis, vel nominatim interdictis pro
,, Canonicis Carnotenſ. abſque congrua ſa-
,, tisfactione abſolutionis beneficium indulge-
,, re (& infra) Ad intelligendam autem
,, clauſulam privilegii memorati credimus di-
,, ſtinguendum, utrum in aliquem interdi-
,, cti, vel excommunicationis ſententia ſit
,, prolata pro contumacia tantum, quia ſcili-
,, cet citatus ſtare noluit juri; vel etiam pro
,, offenſa, quia videlicet juſſus noluit maleficii
,, emendare. In primo caſu credimus congrue ſa-
,, tisfieri, ut ſententia relaxetur, ſi prius ſuffi-
,, ciens ſtandi juri cautio tribuatur. In ſecundo
,, vero, ſi offenſa eſt manifeſta, non credimus ſa-
,, tisfieri congrue, ut relaxetur ſententia, niſi
,, prius ſufficiens præſtetur emenda. Si vero du-
,, bia eſt offenſa, ſufficere credimus ad rela-
,, xandam eamdem, ſi parendi mandato Ec-
,, cleſiæ competens ſatisfactio præbeatur.

Item debet pœnitere per tres annos, ut in præallegata Decretali, *Si quis domum*; & in illo c. *Peſſimam*, dicitur etiam quod detur ei pœnitentia, ut Hieroſolymis, vel in Hiſpania per annum integrum in ſervitio Dei permaneat. Concorda pœnitentias, vel dic arbitrarias. Require infra de pœnitentiis, *§. Sequitur tertio*. *v. ſupra.*

Item non ſolum incendiarii, id eſt, qui ignem appoſuerunt, ſed etiam qui mandaverunt & dederunt conſilium, auxilium vel conſenſum, debent excommunicari uſque ad ſatisfactionem. Cauſſa 23. q. ultima, c. *Si quis membrorum*, & c. *Peſſimam*. *v. ſupra.*

§. VI.

De Prælatis & Clericis bona Eccleſiæ in uſus illicitos conſumentibus, an ſint raptores?

QUid de Prælatis Eccleſiarum, & aliis Clericis, qui bona Eccleſiaſtica pauperibus debita conſumunt in uſus illicitos, videlicet in Meretricibus, Hiſtrionibus, Conſanguineis, potentibus, & divitibus, & ſimilibus, & de his etiam faciunt aliqui teſtamentum; numquid tales ſunt judicandi raptores?

Videtur quod ſic. Primo quia contractant rem alienam invito domino: ait enim Hieronymus: *Quidquid habent Clerici, pauperum eſt*. Cauſſa 16. q. 1. c. ultimo, ſeu, *Quoniam quidquid*. *Epiſt. ad Damaſum Papam.*

Item Auguſtinus: *Si privatim quæ nobis ſufficiunt, poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis uſurpatione damnabili vendicamus*, 12. q. 1. c. ultimo, ſeu, *Si privatim*. *Ad Bonifacium Comitem, Epiſt. 50.*

Item videtur, quod Clericus non poteſt habere proprium. Hieronymus loquens de Clericis: *Qui Dominum poſſidet, & cum Propheta dicit: Pars mea Dominus; nil extra Dominum habere poteſt: quod ſi quidpiam aliud habuerit præter Dominum, pars ejus non erit Dominus, verbi gratia, ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſſiones, ſi variam ſupellectilem, cum iſtis partibus non dignatur Dominus fieri pars ejus*, 12. q. 1. c. *Clericus*. *Pſalm. 15.*

Hieron. Ad Nepotianum.
,, CLericus, qui Chriſti ſervit Eccleſiæ, in-
,, terpretetur primo vocabulum ſuum,
,, & nominis definitione prolata, nitatur eſ-
,, ſe quod dicitur. Si enim κλῆρος Græce, *Deut. 18.*
,, Latine ſors appellatur; propterea Clerici
,, dicuntur, vel quia de ſorte Domini ſunt, vel
,, quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars Cle-
,, ricorum eſt. Quia autem vel ipſe pars Domi-
,, ni eſt, vel Dominum partem habet; ta-
,, lem ſe exhibere debet, ut ipſe poſſideat Do-
,, minum, & ipſe poſſideatur a Domino. Qui
,, Dominum poſſidet, & cum Propheta, &c.
,, *ut ſupra*... Si autem ego pars Domini ſum,
,, & funiculus hæreditatis ejus; non accipio par-
,, tem inter ceteras Tribus, ſed quaſi Levita, &
,, Sacerdos vivo de decimis, & altari ſerviens,
,, altaris oblatione ſuſtentor. Habens victum &
,, veſtitum, his contentus ero; & nudam cru-
cem nudus ſequar.

Solutio. Dico, quod Clerici poſſunt habere pro-

proprium. Cauſſa 12. q. 1. c. *Epiſcopi*, & cap. *Sint manifeſta*.

In Conc. Agathenſ. c. 43.

EPiſcopi de rebus propriis, vel acquiſitis, vel quidquid de proprio habent, hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant; quidquid vero de proviſione ſuæ Eccleſiæ fuerit, ſive de agris, ſive de fructibus, ſive de oblationibus; omnia in jure Eccleſiæ reſervare cenſuimus.

In Canon. Apoſtolorũ c. 40. Dominicæ, id eſt, Eccleſiæ Gloſ.

SInt manifeſtæ res propriæ Epiſcupi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ, ut poteſtatem habeat de propriis rebus Epiſcopus moriens, ſicut voluerit & quibus voluerit derelinquere, nec ſub occaſione Eccleſiaſticarum rerum ea, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant. Fortaſſis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſervos: & juſtum eſt hoc apud Deum & homines, ut nec Eccleſia patiatur detrimentum ignoratione rerum Pontificis, nec Epiſcopus, vel ejus propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, & in cauſſas incidant, qui ad eum pertinent, morſque ejus injuriis malæ famæ ſubjiciatur.

Si quæ ergo capitula dicunt, quod Clericus non poteſt habere proprium; intelliguntur ſecundum ſtatum primitivæ Eccleſiæ, quando omnes credentes nihil proprii poſſidebant, ſed omnia erant communia; vel loquuntur de concilio, vel de religioſis, qui renunclaverunt propriis. Si ergo habent aliqua de patrimonio, vel quia ſibi advenerint ex ſucceſſione propinquorum per hæreditatem, vel ex donatione facta ſibi, non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ; vel de ſcriptura, vel alio artificio acquiſiverunt, vel alio modo ſimili; poteſt de illis Clericus ſæcularis indubitanter facere teſtamentum, vel donare inter vivos. Cauſſa 12. q. 3. c. 1. & 2. ſeu, c. *Placuit*, & c. *Quicumque*, & extra de teſtam. c. *Ad hæc præſentibus*, & c. *Quia nos*.

In Conc. Carthaginen. 3. cap. 40.

PLacuit ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Epiſcopatus, vel Clericatus ſui agros, vel quæcumque prædia nomine ſuo comparant, tamquam rerum Dominicarum invaſionis crimine teneantur, niſi admoniti Eccleſiæ eadem ipſa contulerint: ſi autem ipſis proprie aliquid liberalitate alicujus, vel ſucceſſione cognationis evenerit; faciant inde quod eorum propoſito congruit. Quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverint, honore Eccleſiaſtico indigni, tamquam reprobi judicentur.

Ex Conc. Toletano 9. cap. 4.

QUicumque de Sacerdotibus, vel miniſtris pro ſui utilitate, atque amicitia, vel præſtatione, aut quocumque modo, aut per ſcripturæ ſeriem aliquid meruerint a quolibet percipere, in rebus Eccleſiæ non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, ipſorum voluntatis arbitrio ſubjacebit. Quod ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit; Eccleſia, cui præfuit, vel miniſter extitit; hoc ſibi in perpetuum vendicabit.

Alex. III.

AD hæc præſentibus innoteſcat, quod Clerici de mobilibus, quæ per Eccleſiam ſunt adepti, de jure teſtari non poſſunt; viventes autẽ, & ſui compotes moderate valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu erogare, in ægritudine conſtituti.

Alex. III. Vigilienſ. Epiſc.

QUia nos (& infra) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod licet Clerici de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, aut amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, pervenerunt ad ipſos, libere diſponere valeant; de his tamen, quæ conſideratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de jure poſſunt facere teſtamentum.

Tenetur tamen, vel ſi ipſe non fecerit, hæredes ejus tenentur ipſam Eccleſiam de rebus illis conſervare indemnem, ſi aliqua de rebus Eccleſiæ expendit in meliorationem proprii patrimonii, vel etiam propter nimiam diligentiam propriarum rerum neglexit res Eccleſiæ, & diminutæ ſunt aliquæ, vel amiſſæ propter culpam ſuam: & econverſo, ſi de rebus propriis expendit aliqua in utilitatem Eccleſiæ, poteſt ipſe, & hæredes ſui (quum hoc conſtiterit) recuperare de rebus Eccleſiæ, ut ita hinc inde fiat debita recompenſatio.

Probat hoc Gregorius Cauſſa 2. q. 7. c. *Lator*. Item Concilium Bracarenſe, & Toletanum, Cauſſa 12. q. 4. c. 1. & 2. ſeu, c. *Sacerdotes*, & c. *Quicumque*.

Ex Regiſ. Gregorii II. ad Joannem Epiſc. c. 218 vel lib. 12. Epiſt. 35.

LAtor Nemeſion ad nos veniens indicavit, quod Paullus Dyaclinæ Civitatis Epiſcopus inter alia mala in corporali crimine lapſus, a ſuis Clericis accuſatus, atque convictus, Epiſcopali ſententia depoſitus eſt. Poſtea cum auxilio ſæcularium veniens, Epiſcopatum more prædonis ingreſſus eſt, ablatiſque rebus Eccleſiæ dilectiſſimum Nemeſion Latorem præſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo Epiſcopatu projecit, & ad ſummam injuriam, ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque veſtra hæc omnia curet addiſcere, & quæcumque Eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante, reddere compellat. Si vero nihil Eccleſiæ, ſed proprium ſe dixerit abſtuliſſe (quamvis grave & iniquum fuerit, ut non a vobis, vel a Metropolitano ejus hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumſerit) verumtamen, ſi quid proprium tulit, ſub fraternitatis veſtræ debet examine conſtare, ſi verum eſt. Sed & illud diligenter quærendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidavit Eccleſiæ, ut ex eo; quod nunc abſtulit, illud reformare ac ſatisfacere omnibus modis compellatur.

Ex Conc. Toletano 9. c. 4.

SAcerdotes, vel quicumque illi ſunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcumque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus propriis vel vile, vel charum habuerint, ad Eccleſiæ nomen, cui præſunt, chartarum conficere inſtrumenta procurent. Non enim juſtum eſt, ut Eccleſia, quæ ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno divitem, & in ſuo retineat fraudatorem: hi vero, qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt acquiſiſſe, ſive nulla, ſive aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſatione tam ſui juris, quam Eccleſiaſticarum rerum habita, ſi ſe utriuſque rei quantitas exæquaverit, inter Eccleſiam, & decedentis hæredes æquo jure conquiſitio pertinebit. *Si quis vero pro compendio ſuarum rerum Eccleſiæ rebus detrimentum intulerit, vel ſi occaſione rerum Eccleſiaſticarum in rebus propriis detrimentum paſſus fuerit, viciſſim qui lucrum ſentiunt, detrimentum patientibus reſarcient.* *Gratianus.*

In Concil. Bracharenſ. 3. c. 8.

QUicumque ſub hoc neglectu res divinas laborare diſtulerit, ſpeciali placito di-

,, ſtringēdus eſt, qualiter ſi de rebus vel augmen-
,, tia Eccleſiæ quæſtum laboribus ſuia proprie
,, auxit, & ex hoc Eccleſiaſticis rebus aut negle-
,, ctum laboris exhibuit, aut minorationem,
,, vel perditionem induxit; quidquid in rebus
,, Eccleſiæ minuit, illi reſtituat, ex cujus re-
,, bus atque ſuffragiis ſuos convictus fuerit am-
,, pliaſſe labores: quod ſi aliquid pro utilita-
,, tibus Eccleſiæ aut ſubſtantiæ expendit, aut
,, diſpendii vel perditionis quidpiam pertule-
,, rit, ſi hoc comprobari potuerit; totum illi
,, a rebus Eccleſiæ ejuſdem reformabitur, pro
,, cujus utilitate id expendiſſe probatur. *Si*
,, *vero de rebus Eccleſiæ tantummodo aliqua ac-*
,, *quiſiſſe noſcuntur, & ad nomen Eccleſiæ inſtru-*
,, *menta debent componere, nec aliquibus poterunt*
,, *illa donare*.

Item ſi decedit talia Clericus nullo condito teſtamento, ſuccedunt in omnibus bonis ſuis ab inteſtato conſanguinei, ſecundum juris ordinem; quibus deficientibus ſuccedit Eccleſia, cujus erat Clericus, in omnibus. Cauſſa 12. q. 5. cap. ultimo, ſeu, *Quicumque ex gradu*, extr. de ſucceſſ. ab inteſtat. cap. 1. ſeu, *Sed hoc ibidem*, & cap. *Cum dilectus*, in fine.

Ex Conc. *Tribu-rienſ.* ,, QUicumque ex gradu Eccleſiaſtico ſine
,, teſtamento & ſine cognatione deceſſe-
,, rit, hæreditas ejus ad Eccleſiam, ubi deſervi-
,, vit, devolvatur. Similiter de ſanctimoniali-
,, bus aſſignatur.

Ex Conc. *apud Alten habi-to.* ,, SEd hoc ibidem inventum eſt de Epiſco-
,, pis, Presbyteris, & Clericis, ut ſi per
,, hæreditatem, vel alio modo intuitu perſonæ
,, aliquid acquiſiverint, donare eis liceat, cui
,, voluerint, dum vivunt. Si autem ante ob-
,, ierint, quam hoc fecerint, altari, cui ſer-
,, viunt, omnia perpetuo ſanctificentur, & in
,, jus Eccleſiæ tradantur.

Innocen. III. *Nurnen. Epiſc.* ,, CUm dilectus filius Abbas de Bruſia, pro
,, cauſſa, quam adverſus Epiſcopum Edu-
,, en. habebat, diutius exſpectaſſet, Abbas pro-
,, poſuit antedictus, quod Archipresbyter de
,, Alerio ad participationem orationum Mona-
,, ſterio de Bruſia, obtulit ſe & ſua (& infra)
,, Sufficienter intelleximus eſſe probatum, quod
,, dictus Archipresbyter agens in extremis, vel-
,, ut ultimam exprimens voluntatem, aſſeruit
,, ſe & ſua monaſterio contuliſſe. Unde cum re-
,, quiſitus eſſet, ut conderet teſtamentum, re-
,, ſpondit ſe non poſſe teſtari, quia ſe & ſua
,, contulerat monaſterio ſupra dicto; & licet unus
,, teſtis ſolus dixerit ſe vidiſſe, quando ſe, & ſua
,, obtulit monaſterio; quia tamen alii teſtes di-
,, xerunt ſe audiviſſe ipſum in Abbatis præſen-
,, tia, quod prædictum eſt, confitentem, non
,, tamquam ſufficienter probantes, ſed tamquam
,, vehementer adminiculantes, aſſertionem Ab-
,, batis plurimum adjuvabant. Quia vero pars
,, Epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quod di-
,, ctus Archipresbyter in extremis laborans tam-
,, quam phreneticus alienatus erat mente, unde
,, non valuit, quod expreſſit; Nos cauſſā illam ti-
,, bi ſub hac forma duximus cōmittendam: quod
,, niſi præfatus Epiſcopus legitime probaverit
,, ſæpe dictum Archipresbyterum ſuæ mentis
,, compotem non fuiſſe, cum ultimam volun-
,, tatem expreſſit, ſuper impetitione mona-
,, ſterii perpetuum ei ſilentium imponatur, &
,, compellatur reſtituere monaſterio, quæcum-
,, que de bonis ipſius Archipresbyteri, vel et-
,, iam monaſterii occupavit. Si vero legitime
,, probaverit Archipresbyterum, quæ ſuper ul-
,, tima voluntate præmiſſa ſunt, alienata mente
,, dixiſſe, ad faciendam ei nomine Parochialis Ec-
,, cleſiæ (cujus ipſe adminiſtrationem geſſerat,
,, dum vixiſſet) reſtitutionem bonorum, quæ
,, ipſius Archipresbyteri fuerant, monaſterium
,, condemnetur; cum idem Archipresbyter ab
,, inteſtato deceſſerit, ipſique monaſterio ſu-
,, per impetitione Epiſcopi ſilentium impona-
,, tur.

Hæc autem vera ſunt, ubi res Prælati, vel Clerici inveniuntur diſtinctæ a rebus Eccleſiæ: ſi autem non apparuerit, utrum habuerit aliquas res proprias, vel ſi apparet, vel conſtat aliquas habuiſſe, & non apparet quæ, vel quantæ fuerint; quid hic agendum ſit, variæ ſunt opiniones. Quidam dicunt, quod de mobilibus debent fieri quattuor portiones, quarum una danda eſt Epiſcopo, alia Eccleſiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus. Extr. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 2. ſeu, *Sancto Concilio*.

,, SAncto Concilio allatum eſt, quod qui- Ex Conc. *Triburiſ.*
,, dam Laici improbe agunt contra presby-
,, teros ſuos, ita ut de morientium presbyte-
,, rorum ſubſtantia partes ſibi vendicent, ſicut
,, de propriis ſervis. Interdicimus itaque, ne
,, hoc ulterius fiat, ſed ſicut liberi facti ſunt
,, ad ſuſcipiendum gradum, & agendum offi-
,, cium Divinum; ita nihil ab eis præter divi-
,, num officium exigatur: peculium vero i-
,, pſorum dividatur in quattuor partes, qua-
,, rum una Epiſcopo, altera Eccleſiæ, tertia pau-
,, peribus, quarta parentibus aſſignetur: & ſi
,, non ſint idonei parentes; Epiſcopus eam re-
,, cipiat, & in uſum Eccleſiæ diligenter diſtri-
,, buat; & ſi quis contra hoc præſumſerit,
,, anathematizetur.

Sed illa decretalis loquitur de illis, qui de ſervis facti ſunt presbyteri. Quid ergo dicemus in caſu propoſito? Videtur præſumendum, quod omnia ſint Eccleſiæ, niſi quatenus Clericus, vel hæredes probaverint eſſe ſuum, arg. Cauſſa 12. q. 1. c. *Sint manifeſtæ*. *v. pag. 161*

Arguo contra. Quod dicitur de tutore, qui ante nihil habuit, potuit poſtea per induſtriam ſuam multa fuiſſe lucratus, unde pupillus probare cogitur res illas eſſe ſuas. C. arbit. tut. *Si defunctus*.

Ad hoc poteſt dici, quod præſumendum eſt omnia eſſe Eccleſiæ in tali dubio, niſi probetur contrarium; ſicut uxor in tali dubio tenetur probare aliquas res non eſſe mariti: ff. de donat. inter virum & uxorem, *Quintus Mutius*: vel melius, quum dubitatur utrum habuerit aliqua, indiſtincte præſumetur pro Eccleſia, & dictum eſt, donec probetur contrarium. Si autem conſtat eum res aliquas habuiſſe, ſed dubitatur quæ, vel quantæ; præſumitur pro eo qui eſt in poſſeſſione rei, de qua eſt quæſtio. Unde ſi Eccleſia poſt mortem Prælati invenitur in poſſeſſione, hæredibus incumberet probatio; ſed ſi hæredes ſunt in poſſeſſione, probabit Eccleſia: arg. Cauſſa 12. q. 5. c. 1. & 2. ſeu, *Sacerdotes*, & *Quicumque*, & q. 5. c. 1. in fine, *v. ſupra.* ſeu, *Nulli dubium*.

,, NUlli dubium eſt, quod ſicut Sacerdoti- Gregor. *Deodato Epiſc. lib. 10. Epiſt. 41.*
,, bus res in Epiſcopatu acquiſitas nulla
,, eſt alienandi licentia; ita de his, quas ante
,, habuerint, quidquid judicare voluerint, non ve-
,, tantur. Itaque fraternitatem tuam, tēpore quo
,, ad nos fuit, conqueſtam eſſe recolimus, quod
,, quædam mobilia, quæ Conſtantinus deceſſor ve-
,, ſter Luminoſæ ancillæ Dei, filiæ fratris ſui te-
ſtamen-

,, ſtamenti ſerie, legati titulo dereliquit, jam
,, Epiſcopus acquiſiſſet, decreviſſeque nos, ut
,, ſi hoc conſtaret, nullum ex his Eccleſia ve-
,, ſtra præjudicium pateretur; quod & vos o-
,, portet recolere & moleſtiam aliquam prædi-
,, ctæ ancillæ Dei non facere, nec ei ſine co-
,, gnitione de his, quæ poſſidet, quidquam au-
,, ferre.

De rebus autem Eccleſiæ mobilibus, vel immobilibus certum eſt, quod nullum poteſt condere teſtamentum; tamen de fructibus perceptis, & ceteris mobilibus poterit in ægritudine conſtitutus, dum tamen compos mentis ſit, & moderate, non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ, & pietatis, conferre pauperibus, locis religoſis, & illis, qui ſibi viventi honeſte ſervierunt, ſive ſint conſanguinei, ſive alii. Extra de teſtam. c.
v. pag. 161 *Ad hæc præſentibus*, & c. *Relatum* 2.

Alex. III. *Electo & Capitulo Caſſanen.* ,, RElatum eſt auribus noſtris, quod quia
,, ſtatuimus in Lateranenſi Concilio, ut
,, bona per Eccleſiam acquiſita, ad eam in Cle-
,, ricorum obitu devolvantur, dubitatis, an hoc
,, ſit de immobilibus tantum, vel de mobilibus
,, ſentiendum (& infra) Reſpondemus, quod
,, generaliter bona quælibet per Eccleſiam ac-
,, quiſita, eis debent juxta Lateranenſe Conci-
,, lium poſt acquirentis obitum remanere: No-
,, mine autem Eccleſiæ, non Epiſcopus, vel
,, ſucceſſor Clerici morientis, ubi eſt Colle-
,, gium Clericorum, ſed communis congrega-
,, tio intelligitur, quæ rerum illarum debet
,, Canonicam diſtributionem & curam habere.
,, Ubi autem in loco defuncti tantum unus eſt
,, ordinandus, is ea bona (ſicut & alia ipſius
,, Eccleſiæ) in Dei timore diſpenſet. Licet au-
,, tem mobilia per Eccleſiam acquiſita, de ju-
,, re in alios pro morientis arbitrio transferri
,, non poſſunt; conſuetudinis tamen non eſt
,, improbandæ, ut de his pauperibus, & reli-
,, gioſis locis, & illis, qui viventi ſervierant,
,, ſive ſint conſanguinei, ſive alii, aliqua jux-
,, ta ſervitii meritum conferantur. Ceterum,
,, quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctri-
,, na proveniunt, diſtribuantur pro arbitrio
,, decedentis. Quia vero nonnulli in diverſis
,, Eccleſiis beneficia poſſident, dividantur,
,, quæ habuerant per æſtimationem congruam
,, inter ipſos.

De meretricibus autem & hiſtrionibus, de quibus quæſitum eſt, dico, Prælatos, & Clericos, qui res Eccleſiæ talibus, vel ſimilibus turpibus perſonis conferunt, vel etiam conſanguineis, non propter naturam ſuſtentandam, ſed ut faciant eos divites de patrimonio Crucifixi: item divitibus, & potentibus, non propter aliquam cauſſam licitam vel honeſtam, ſed propter favorem ſæculi, & pompam; tales, inquam, Prælatos & Clericos, qui talibus conferunt bona Eccleſiaſtica pauperibus debita, dico eſſe raptores, & per conſequens teneri ad reſtitutionem omnium. Hieronymus: *Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt, accepiſſe quod pauperibus erogandum ſit, & eſurientibus plurimis illud reſervare, vel cautum eſſe velle, vel timidum, aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, exinde aliquid ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat*. Cauſſa 12. q. 2. c. *Gloria Epiſcopi*.

Hieron. *Ad Nepotianum, de vita Cler.* ,, GLoria Epiſcopi eſt pauperum inopiæ pro-
,, videre: ignominia ſacerdotis eſt pro-
,, priis ſtudere divitiis: natus in paupere do-
,, mo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio
,, & cibario pane rugientem ventrem ſaturare
,, poteram, nunc ſimilam, & mella faſtidio.
,, (*Item paullo poſt*) Multi ædificant parietes, &
,, columnas Eccleſiæ ſubtrahunt: marmora ni-
,, tent auro, & laquearia ſplendent, gemmis
,, altare diſtinguitur, & miniſtrorum Chriſti
,, nulla eſt electio. Neque vero mihi aliquis op-
,, ponat dives, in Judæa templum, menſam,
,, lucernas, thuribula, patellas, cyphos, mor-
,, tariola, &c. ex auro fabrefacta. Tunc hæc pro-
,, babantur a Domino, quando ſacerdotes ho-
,, ſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat
,, remiſſio peccatorum. Quamquam hæc omnia
,, præceſſerint in figura; ſcripta autem ſunt pro-
,, pter nos, in quos fines ſæculorum devene-
,, runt. Nunc vero cum paupertatem domus
,, ſuæ pauper Dominus dedicarit, portemus
,, crucem, & divitias lutum putemus... (*Item
,, ejuſdem*) Amico rapere quidpiam furtum eſt:
,, Eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe
,, quod pauperibus erogandum ſit, & eſurienti-
,, bus plurimis illud reſervare, vel cautum eſſe
,, velle, vel timidum, aut, quod apertiſſimi ſce-
,, leris eſt, exinde aliquid ſubtrahere, omnium
,, prædonum crudelitatem ſuperat.
,, (*Item ejuſdem ad Paullinum de inſtitutione Mo-
,, nachi*: Crates ille Thebanus homo quondam
,, ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas
,, pergeret, magnum auri pondus abjecit, ne-
,, que putavit ſe ſimul poſſe & virtutes & di-
,, vitias poſſidere. Nos ſuſarcinati auro Chriſtũ
,, pauperem ſequimur, & ſub prætextu eleemo-
,, ſynæ priſtinis opibus incubãtes, quomodo poſ-
,, ſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra
,, timide reſervamus? Plenus venter facile de
,, jejuniis diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe,
,, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.)

Item Concilium Toletanum: Si illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus diſtribuunt, æterni judicis voce condemnabuntur in futuro; quanto magis ii, qui auferunt pauperibus, quod non dederunt? cauſſa 12. queſt. 2. cap. *Et ſi illi*.

,, ET ſi illi, qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Ex Conc. *Toletano IV. c. 66.*
,, Chriſti diſtribuunt, æterni judicis voce
,, condemnabuntur in futuro; quanto magis
,, ii, qui auferunt pauperibus, quod non
,, dederunt? Quapropter Epiſcopi, qui nihil
,, ex ſuo proprio Eccleſiæ Chriſti compen-
,, ſaverunt, hanc divinam ſententiam me-
,, tuant, & liberos ex familia Eccleſiæ ad
,, condemnationem ſuam facere non præſu-
,, mant. Impium enim eſt, ut qui res ſuas
,, Eccleſiæ Chriſti non contulerit, damnum
,, inferat, & jus Eccleſiæ alienare conten-
,, dat. Tales igitur liberos ſucceſſor Epiſco-
,, pus abſque ulla oppoſitione ad jus Eccle-
,, ſiæ revocabit, quia eos non æquitas, ſed im-
,, probitas abſolvit.

Item nedum Clericus male conſumens, vel, quod minus malum eſt, ſervans res Eccleſiaſticas, ſed quilibet etiam laicus res proprias ſervans ultra ſumtus ſuos, quum ſciat, vel videat pauperes indigere, violentiam & rapinam dicitur committere. Ambroſius ſuper illum locum Luc. 12. *Hominis cujuſdam divitis fructus uberes ager attulit. Proprium nemo dicat, quod eſt commune; pluſquam ſufficeret, ſumtum & violenter obtentum eſt: neque enim minus eſt criminis habenti tollere, quam cum poſſis, & abundas, indigentibus denegare. Eſurientium eſt panis, quem tu detines; nudorum indumentum eſt, quod tu recludis; miſerorum redemtio eſt, & abſolutio*

pecunia, quam tu in terra defodis; tot te ergo ſciat bona invadere, quot poſſis præſtare quod velis. Diſt. 47. c. *Sicut ii*.

Ambros. Serm. 81.
„ SIcut ii, qui per inſaniam mente transla-
„ ti ſunt, non jam res ipſas, ſed fantaſias
„ paſſionis ſuæ vident; ita etiam mens avari
„ ſemel vinculis cupiditatis adſtricta, ſemper
„ aurum, ſemper argentum videt, ſemper red-
„ ditus computat: gratius intuetur aurum,
„ quam ſolem: ipſa ejus oratio, & ſupplica-
„ tio ad Dominum aurum quærit (*Et poſt pau-*
„ *ca*) Interdum etiam uſuræ arte nequiſſima
„ ex ipſo auro aurum naſcitur. Sed quid agis?
„ nec ſatietas umquam, nec finis aderit cupi-
„ ditati (& infra) Sed ait aliquis: Quid inju-
„ ſtum eſt, ſi cum aliena non invadam, pro-
„ pria diligentius ſervo? O impudens dictum!
„ quid propria dicis? quæ? ex quibus recondi-
„ tis in hunc mundum detuliſti? Quando in-
„ greſſus es in hanc lucem, quando de matris
„ ventre exiſti, quibus, quæſo, facultatibus,
„ quibuſque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es? (*Et*
„ *poſt pauca*) Proprium nemo dicat quod eſt
„ commune, quod pluſquam ſufficeret ſumtui,
„ etiam violenter obtentum eſt (& infra) Num-
„ quid iniquus eſt Deus, ut nobis non æqua-
„ liter diſtribuat vitæ ſubſidia? Ut tu quidem
„ eſſes affluens & abundans, aliis vero deeſſet
„ & egerent? An idcirco magis, quia & tibi
„ voluit benignitatis ſuæ experimenta confer-
„ re, & alium per virtutem patientiæ corona-
„ re? Tu vero ſuſceptis Dei muneribus, etſi in
„ ſinum tuum redactis, nihil te reputas agere
„ iniquum, ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus
„ obtineas? Quis enim tam injuſtus, tam avi-
„ dus, tam avarus, quam qui multorum alimen-
„ ta, non ſuum uſum, ſed abundantiam, &
„ delicias facit? Neque enim minus eſt crimi-
„ nis habenti tollere, quam cum poſſis & abun-
„ dans ſis, indigentibus denegare. Eſurientium
„ panis, &c. *Ut ſupra*.

Item peccant mortaliter non ſolum, qui pauperibus ſubtrahunt, ſed etiam qui talibus turpibus perſonis conferunt, & indignis. Auguſtinus: *Donare res ſuas hiſtrionibus & meretricibus vitium eſt immane*, id eſt, magnum. Item: *Qui venatoribus donant, quare donant? qui donant hiſtrionibus, qui donant meretricibus, quare donant? Non naturam ibi attendunt operis Dei, ſed nequitiam operis humani; non homini donant, ſed arti nequiſſimæ*. Diſt. 86. c. *Donare*, & c. *Qui venatoribus*, 1. & 2.

August. Tract. 100 in cap. 16. Joann.
„ DOnare res ſuas hiſtrionibus vitium eſt
„ immane, non virtus. Et ſcitis de talibus,
„ quam ſit frequens fama cum laude: quia ſicut
„ ſcriptum eſt: *Laudatur peccator in deſideriis*
„ *animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicetur*.

Idem In Pſalm. 102.
„ QUi venatoribus donant, quare donant?
„ Dicant mihi, quare dant venatoribus?
„ Hoc in illo amant, in quo nequiſſimus eſt. hoc
„ in illo paſcunt, hoc in illo veſtiunt, ipſam
„ nequitiam publicant ſpectaculis hominum.
„ Qui dant hiſtrionibus, qui donant aurigis,
„ qui donant meretricibus, quare donant? Num-
„ quid non & ipſi hominibus donant? Non ta-
„ men naturam ibi attendunt operis Dei, ſed
„ nequitiam operis humani.

Idem Ibidem.
„ QUi venatoribus donant, non homini-
„ bus donant, ſed arti nequiſſimæ. Nam
„ ſi homo tantum eſſet, & venator non eſ-
„ ſet, non donares: honoras in eo vitium, non
„ naturam.

Item qui taliter retinent, vel conſumunt, tot homicidiorum rei ſunt, quot pauperes in locis, ubi habitant, fame mortui ſunt. Require ſupra, de decim. §. *In ſumma*. Sed

---

§. VII.

Quid de focariis & hujuſmodi turpibus perſonis & aliis ſupradictis, quæ ſic paſcuntur, vel ditantur de rebus Eccleſiæ; numquid & ipſi tenentur ad reſtitutionem?

UTique. Cauſſa 14. quæſt. 6. cap. *Si res aliena*.

August. ad Macedonium Epiſt. 54.
„ SI res aliena, propter quam peccatum eſt,
„ cum reddi poſſit, non redditur; non
„ agitur pœnitentia, ſed fingitur: ſi autem
„ veraciter agitur, non remittitur peccatum,
„ niſi reſtituatur ablatum; ſed, ut dixi, cum re-
„ ſtitui poteſt. Plerumque enim qui aufert,
„ amittit, ſive alios patiendo malos, ſive ipſe
„ male vivendo, nec aliud habet, unde reſti-
„ tuat. Huic certe non poſſumus dicere, red-
„ de, quod abſtuliſti, niſi cum habere credi-
„ mus, & negare. Ubi quidem ſi aliquos ſuſ-
„ tinent cruciatus a repetente, dum exiſtima-
„ tur habere, quod reddat, nulla eſt iniqui-
„ tas: quia etſi non eſt, unde reddat ablatam
„ pecuniam; merito tamen, dum eam per
„ moleſtias corporales reddere compellitur, pec-
„ cati, quo male ablata eſt, pœnas luit. Sed
„ inhumanum non eſt etiam pro talibus in-
„ tercedere, tamquam pro reis criminum, non
„ ad hoc, ut minime reſtituantur aliena, ſed
„ ne fruſtra homo in hominem ſæviat (*Et paul-*
„ *lo poſt*) Illud vero fidentiſſime dixerim eum,
„ qui pro homine ad hoc intervenit, ne ma-
„ le ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem
„ (quantum honeſte poteſt) ad reſtituendum
„ non compellit, ſocium eſſe fraudis, & cri-
„ minis. Nam miſericordius opem noſtram
„ talibus ſubtrahimus, quam impendimus. Non
„ enim opem fert, qui ad peccandum adjuvat,
„ ac non potius ſubvertit, atque opprimit.
„ Sed numquid ideo nos aut exigere, aut
„ ad exigendum tradere vel poſſumus, vel
„ debemus? Agimus, quantum Epiſcopalis
„ facultas dat, & humanum quidem non-
„ numquam, ſed maxime ac ſemper divinum
„ judicium comminantes. Nolentes autem red-
„ dere, quos novimus & male abſtuliſſe, &
„ unde reddant habere, arguimus, increpa-
„ mus, obteſtamur, quoſdam clam, quoſdam
„ palam, ſicut diverſitas perſonarum diverſam
„ videtur poſſe recipere medicinam.

Sed differenter ad reſtitutionem tenentur; nã turpes perſonæ indiſtincte tenẽtur reſtituere, ſi poſſunt, ut dictum eſt, niſi forte fuerit eis datum cauſſa eleemoſynæ, quum eſſent in neceſſitate, quod fieri debuit, diſt. 86. c. *Paſce fame morientem*. Divites vero & potentes credo, quod teneantur ſimiliter ad reſtitutionem, ſi illud recipiebant per fraudes, vel minas: vel importunitatem indebitam, vel alias ſine juſta cauſſa. Clericus tamen, vel Prælatus excuſaretur in tali caſu, ſi dedit, ut redimeret vexationem ſuam, a qua non poterat alias liberari. Extr. de ſimonia, c. *Dilectus filius*, 5. & Apoſtolus: *Redimentes* *Ad Epheſ. 5.*

tem-

tempus, quoniam dies mali ſunt. Si vero non data ad hoc opera, ſed caſu fortuito propter aliquam cauſſam neceſſoriam, vel honeſtam venerant, & impediti non poſſunt redire ad propria, nec ibi inveniunt aliquid ad emendum, vel non habent unde emant; hic ſi procurantur cauſſa hoſpitalitatis & eleemoſynæ, non dico aliquem teneri ad reſtitutionem, arg. cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Quoniam multos*, Diſt. 42. cap. *Quieſcamus*.

Gregor. VIII. *Lib. 5 Regeſti in Concilio Romæ habito.*

,, QUoniam multos, peccatis noſtris exigen-
,, tibus, pro cauſſa excommunicationis
,, petire quotidie cernimus, partim ignoran-
,, tia, partim nimia ſimplicitate, partim timo-
,, re, partim etiam ex neceſſitate; devicti mi-
,, ſericordia, anathematis ſententiam ad tem-
,, pus, prout poſſumus, temperamus. Apoſtoli-
,, co itaque auctoritate ab anathematis vinculo
,, hos ſubtrahimus, videlicet uxores, liberos,
,, ſervos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ru-
,, ſticos ſervientes, & omnes alios, qui non ad-
,, eo curiales ſunt, ut eorum conſilio ſcelera
,, perpetrentur, & eos, qui ignoranter excom-
,, municatis communicant, ſive illos, qui com-
,, municant cum eis, qui excommunicatis com-
,, municant. Quicumque autem orator, ſive pe-
,, regrinus, aut viator in terram excommuni-
,, catorum devenerit, ubi non poſſit emere,
,, vel non habeat, unde emat, ab excommuni-
,, catis accipiendi licentiam damus: & ſi quis
,, excommunicatis non in ſuſtentationem ſu-
,, perbiæ ſed humanitatis cauſſa dare aliquid
,, voluerit, non prohibemus.

J. Chrysost. *In Epiſt. ad Hebræos homil. 11. ad c. 6.*

,, QUieſcamus ab hac abſurda curioſitate,
,, & diabolica, & peremtoria. Si enim
,, in Clero ſe electum eſſe dicat, ſi Sacerdo-
,, tem ſe nominet, ſcrutare: non enim ſine
,, periculo in talibus indiſcuſſa communicatio
,, eſt. Circa majora majus periculum vertitur.
,, Non enim das, ſed accipis: ſi vero pro nu-
,, trimento poſtulat, nihil in his examines.
,, Inquire, quomodo Abraham hoſpitalem ſe cir-
,, ca omnes oſtendebat. Si ſcrutator fuiſſet cir-
,, ca refugientes ad ſe, numquam Angelos ho-
,, ſpitio recepiſſet: fortaſſis enim non putans eos
,, Angelos eſſe, cum reliquis & hos repuliſſet.
,, Sed quoniam omnes ſuſcipiebat, ſuſcepit &
,, Angelos. Non enim ex vita eorum, quo
,, accipis, mercedem tibi retributurus eſt De-
,, us, ſed ex voluntate, ex liberalitate, ex
,, honorificentia multa, ex miſericordia, &
,, bonitate.

Idem dico, ſi erant bene meriti, honeſti & ſpirituales viri, præſertim, qui jam impenderant Eccleſiæ ſuum ſervitium, vel defendendo eam contra prædones, & tyrannos, vel præſtando ſibi patrocinium in cauſſa, vel dando ſibi de rebus propriis, vel ſimilibus modis: talibus enim tenetur Eccleſia rependere vicem. Cauſſa 12 quæſt. 2. cap. *Quicumque ſuffragio*, & *Eccleſiaſticis*.

In Conc. *Toleſan. 4. c. 36.*

,, QUicumque ſuffragio cujuſlibet aliquid
,, Eccleſiaſticæ utilitatis providerint, &
,, pro eo quodcumque commodum in remune-
,, rationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eos
,, exſolvere oportebit, ita ut id ad Concilium
,, provinciale deferatur, ut eorum conniven-
,, tia confirmetur; quia, ſicut Paullus ait: *Di-* *1. Tim. 5.*
,, *gnus eſt mercenarius mercede ſua*.

Gregor. *Lib. 2. indict. epiſt. 58. Theodoro Conſiliario.*

,, ECcleſiaſticis utilitatibus deſudantes, Ec-
,, cleſiaſtica dignum eſt remuneratione gau-
,, dere, ut qui ſe voluntatiis obſequiorum ne-
,, ceſſitatibus ſponte ſubjiciunt, digne noſtris
,, proviſionibus conſolentur. Quia igitur Theo-
,, dorum virum eloquentiſſimum Conſiliarium
,, noſtrum mancipiorum cognovimus miniſte-
,, rio deſtitutum, ideo puerum nomine Acoſi-
,, num natione Siculum juri, dominioque tuo
,, dari, tradique præcipimus, quem, quoniam
,, traditum ex noſtra auctoritate jam poſſides,
,, hujus neceſſe fuit ſcripti pro futuri tempo-
,, ris teſtimonio, ac robore largitatis, aucto-
,, ritate fulciri.

Sed cui fiet hæc reſtitutio? Credo, quod auctoritate judicis pœnitentialis debeat fieri Eccleſiæ, cui ſic injurioſe ablatum eſt: item illi eidem, qui dedit, niſi quum turpiter dedit: tunc enim non ſibi, ſed ſucceſſori ſuo poterit fieri, vel in utilitatem Eccleſiæ convertetur, vel etiam ejuſdem loci pauperibus, ſi hoc expedire videbitur, erogetur: arg. Cauſſa 17. quæſt. 4. c. *Si quis in atrio*.

POSTILLATORIS QUÆSITA.

1. *QUid de omnibus illis, qui turpiter acquirunt aliquid; numquid poſſunt ſibi in aliquo caſu illud retinere?*

Reſp. Ubi translatum eſt dominium in accipientem, & non competit repetitio illi, cujus fuit res illa; diſtingui poteſt, quia in his, quæ ſunt prohibita, quia mala, quædam ſunt, quæ non puniuntur a jure civili in forma judicii, niſi pœna infamiæ, ut hiſtrionatus, & exercitium illorum, qui pugnant in arena, vel opera Meretricum ſolutarum; in talibus turpiter acquiſita res retineri poteſt ad uſum acquirentis. Quædam ſunt, quæ puniuntur a jure per corporalem pœnam, vel per extorſionem turpium lucrorum; & taliter acquiſita retineri non debent ad uſum acquirentis, niſi ei concedatur a pœnitentiario ſuo, tamquam alicui pauperi; ſed debent in uſus pios erogari, niſi forte reſtituta ſint jam illis, a quibus ſunt habita; vel niſi ille, qui habet, vellet reſtituere illis, a quibus habuit; ad quod tamen non tenetur: & hujuſmodi reſtitutio in foro pœnitentiali indicenda eſt pro parte ſatiſfactionis; & ideo ibi late patet officium pœnitentiarii: & ibi forte poteſt diſpenſare, ſicut in limitando tempore pœnitentiæ, & menſura jejuniorum. In illis autem, quæ ſunt mala, quia prohibita ſunt, ſicut torneamenta, & negotiatio in Clericis, lucrum advocationis, vel medicinæ in caſibus non conceſſis, emere bladum, & vinum, ut poſtea carius vendatur, facere ſerta de floribus ad vendendum, quorum uſus frequentius eſt ad laſciviam, & ſimilia: ſi tamen talia ſunt prohibita, ex his cauſſis acquiſita retineri poſſunt. Licet autem hæc diſtinctio videatur probabilis; quia tamen pœnæ reſtringendæ ſunt, & qui nimis emungit, elicit ſanguinem; verius credo, quod licet in prædictis caſibus bonum ſit, & ſalubre, quod pœnitens inducatur in foro pœnitentiali ad erogandum in pios uſus taliter acquiſita; non eſt tamen compellendus niſi velit; nec judicandus eſt, non eſſe in ſtatu ſalvandorum, ſi non velit hujuſmodi pœnitentiam recipere, niſi in caſibus a jure expreſſis; ut in ſimonia, de qua expreſſum eſt, quod pecunia ſimoniaca eſt reſtituenda Eccleſiæ, in cujus ignominiam eſt recepta, licet hoc poſſet intelligi, quando recepta eſt de bonis ejuſdem Eccleſiæ, vel quando de hoc agitur in foro cauſſarum. Similiter cum quis aliquid acceperit, ut faciat damnum, vel injuriam, vel calumniam alii; quia tunc non ille, qui dedit,

repe-

Digitized by Google

repetit; ſed ille, contra quem datum eſt, ut ff. de Calum. & *generaliter*, §. Illud. *Quod tamen intelligitur, quando agitur in forma judicii, quam ſeveritatem non oportet obſervari in foro pœnitentiali. De hac materia habetur infra eod. tit.* §. Circa pedalia, & §. Quid ſi acceperit judex. *Et infra de negot. ſæcul.* §. Item quæritur, utrum de illicite acquiſitis.

2. *Quid de muliere, quæ recipit pecuniam pro opere carnali?*

Reſp. *Si recipit ab aliquo de rebus propriis Eccleſiaſticis, non tenetur reſtituere, etiamſi ſit monialis, cui datum eſt; ſed acquirit monaſteria quod accepit: honeſtius tamen eſt, quod monaſterium non retineat; ſed eroget in pios uſus. Si autem a Clerica ſæculari de rebus Eccleſiæ facienda eſt reſtitutio, ſecundum quod dicit hic Magiſter, niſi Epiſcopus velit diſpenſare cum illa, quæ recepit, quod retineat illud, ſi ſæcularis eſt mulier; aut cum monaſteria, ſi regularis eſt. Si autem accepit a perſona regulari de rebus Monaſterii, quod præſumendum eſt, niſi conſtet de contraria; diſtingue: aut recepit ab habente adminiſtrationem, aut a ſimplici clauſtrali. In primo caſu facienda eſt reſtitutio eidem perſonæ, quæ dedit, ſi adhuc remaneat in adminiſtratione illa, maxime ſi creditur correctus: aliter ſecurius eſt, quod ei non reddatur, ſed fiat quod dictum eſt; ſi tamen tali non correcto facta ſit reſtitutio, liberata eſt quæ accepit. Si autem amotus ſit ab adminiſtratione illa, aut ſi clauſtralis eſt ſimplex, qui dedit, facienda eſt reſtitutio monaſterio vel prioratui, vel adminiſtratori; nec liberabitur, ſi ſolverit illi, qui dedit: niſi tunc demum cum converſum fuerit in utilitatem Monaſterii, prioratus, vel adminiſtrationis, nec poterit retineri a Monaſteria regularis mulieris hujuſmodi, quod recipit a regulari alterius loci, niſi de conſenſu Abbatis,* & *conventus, ſi magnum fuerit damnum, aut Abbatis ſolius, ſi parvum fuerit, vel mediocre. Quod autem dixi de rebus taliter datis a perſonis regularibus, idem intelligas de rebus datis a perſonis ſæcularibus, etiam laicis, quæ ſui juris non ſunt, ſicut eſt ſervus,* & *filiusfamilias, quando dant aliquid de rebus taliter etiam peculiaribus, niſi illarum rerum ita liberam habeant adminiſtrationem, quod quaſi patresfamilias poſſint diſponere de eiſdem. Item quod dictum eſt de Moniali reſpectu regularis viri teneas,* & *e converſo, quando vir regularis recepit aliquid a muliere regulari: vir autem regularis, quod receperit pro opere carnis a conjugata, reſtituere debet marito, ſi dedit illa de rebus dotalibus, aut communibus: ſi autem de paraſrenalibus, ubi de conſuetudine habent mulieres paraſrenalia; aut ſi mulier ſoluta ſui juris dedit amaſio aliquid de rebus propriis, licet honeſtum ſit illud expendere in pias cauſſas; non tamen credo, quod teneatur, niſi velit: poterit etiam reſtituere ei, qui dedit, quod melius videtur.*

3. *Si pœniteat, vel egeat; numquid regularis perſona poteſt reſtituere auctoritate propria, quod accepit pro carnali opere, vel quod habuit de furto, vel rapina?*

Reſp. *Si cuiquam competit dare ei repetitionem, diſtingue; ſi exſtat data res adhuc penes illum, cui data eſt; ſi non audet,* & *timet, aut non poteſt impetrare, quod fiat reſtitutio per prælatum Collegii, reſtituat auctoritate propria, ſecundum formam ſupradictam, etiam contradicente prælato, quia plus eſt obediendum Deo, quam homini. Si non exſtat, quia jam conſumta eſt; inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris. Si autem non eſt conſumta penitus, ſed converſa eſt in utilitatem monaſterii, vel habes aliquid, quod comparavit ex re ſibi data; ſi non poteſt, vel non audet, aut timet impetrare, quod fiat reſtitutio per prælatum, gerat bona fide negotium monaſterii, reſtituendo cui debetur, ut dictum eſt: vel ſi fuerit datum de bonis Eccleſiæ ſæcularis impetrando diſpenſationem Epiſcopi, quod poſſit teneri a monaſterio, vel erogari in pios uſus; non tamen contradicente prælato, hoc faciat propter bonum obedientiæ, niſi ſit illa res comparata de pecunia Eccleſiæ, aut perſona privilegiatæ in hoc, quod rem emtam de ſua pecunia poſſit vendicare, ſicut eſt miles,* & *pupillus: in quo caſu, etiam contradicente prælato, poteſt eam reſtituere, ſi eam habeat; ſicut dictum eſt de re adhuc exſiſtente penes eam perſonam, quæ accepit.*

---

§. VIII.

Variæ circa præſentem materiam quæſtiones.

Quid de muliere, quæ quum non poſſet imprægnari a viro, ſuppoſuit ſe adultero, a quo gravidata eſt, vel ſuppoſuit ſibi alienum partum, & *ita legitimi hæredes privantur hæreditate propria propter ſpurium, vel ſuppoſitum, qui creditur filius* & *hæres?*

Mulier, quæ de adulterio ſuſcepit filium, vel ſuppoſuit ſibi alienum partum, debet laborare quibuſcumque modis poteſt, ut legitimi hæredes non fraudentur hæreditate paterna, caute tamen: revelare enim ſimpliciter marito, vel etiam ipſi ſpurio, vel ſuppoſito non expedit; tum quia guerræ, homicida, & adulteria fierent, quum maritus forte dimitteret eam, & non valentes forſitan continere, utrique adulterarentur; & alia multa pericula poſſent inde oriri: tum quia forte non crederent ſibi. Ex altera parte non videtur, quod poſſet agere pœnitentiam, vel eſſe in ſtatu ſalvandorum durante tali deceptione; quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Cauſſa 14. q. 6. c. *Si res aliena.* v. pag. 164

Verum quia propter hoc non eſt ei pœnitentia deneganda, ut ait Innocentius. Extra de pœnit. c. *Officii*.

„ Officii (& *infra*) *Significaſti* quamdam Innoc. III
„ mulierem in pœnitentia tibi fuiſſe con- *S. Laurentii in*
„ feſſam, quod timens, ne viri poſſeſſio devol- *Lucina*
„ veretur ad alios, quarumdam herbarum ſuc- *Presby-*
„ cum potavit, & ſic venter ejus intumuit, & *tero Card.*
„ inde gravidam ſe oſtendens, ſibi partum ſup- *Apoſt. Sed.*
„ poſuit alienum, timenſque maritum, non *Legato.*
„ vult facinus ipſi detegere, qui prolem credit
„ ſine dubitatione qualibet eſſe ſuam. Quoniam
„ igitur poſtulas edoceri, utrum ei hac fran-
„ de durante ſit pœnitentia injungenda; re-
„ ſpondemus, quod ſicut mulieri, quæ igno-
„ rante marito de adulterio prolem ſuſce-
„ pit, quamvis id viro ſuo timeat confiteri,
„ non eſt pœnitentia deneganda; ita nec il-
„ li debet pœnitentia denegari, maxime ſi
„ per alios intelligas alienos, ad quos ti-
„ meat poſſeſſionem viri devolvi: ſed com-
„ petens ſatiſfactio per diſcretum ſacerdotem
„ ei debet injungi.

Ita procedat Mulier: Revelet in pœnitentia

factum

ſactnm ſuo Sacerdoti Parochiali, vel de licentia ipſius alii magis perito, & poſtea cum ipſo, vel etiam ſine ipſo, ſi vult, revelet Epiſcopo ſuo ſimiliter in pœnitentia: & tunc Epiſcopus, vel etiam Sacerdos, ſi tantæ diſcretionis, vel maturitatis ſit, vel, quod tutius eſt, ambo ſimul inquirant diligenter & caute, ſi ille ſpurius, vel ſuppoſitus ſit homo ſpiritualis, & timens Deum; quo invento, vocent eum ſecrete & coram muliere; & ſi videbitur expedire, recepto prius Sacramento ab ipſa, quod calumnioſe non procedat, & etiam ab illo, quod ſactum ſecretnm teneat, poterunt revelare ſibi, & inde conſulere, ut ingrediatnr religionem, vel transferat ſe ad longinquam regionem, ut ſic nihil percipiat de bonis illius, quem credebat eſſe patrem ſuum: ea autem, quæ conſumſit de bonis prædictis, dum habuit bonam fidem, credens ſe eſſe filium legitimnm, reſtituat, vel componat, vel petat remiſſionem a viro mulieris, ſi vivit; ſin autem, ab hæredibus legitimis: non tamen per ſe hoc ſaciat, ne ſactum reveletur; ſed per Sacerdotem, vel aliam ſimilem perſonam, quæ hoc procuret, tacitis ſemper perſonis, & facto. Si tamen non poteſt, vel etiam poteſt, ſed non poteſt plane induci ad hoc; non credo eum præciſe cogendum. Arg. legis, quæ dicit: *Bonæ fidei poſſeſſorem non teneri de conſumtis*, C. de rei vindic. *Certum*.

Si vero illi ſpurio, vel ſuppoſito non poteſt revelari ſine periculo, vel etiam facto ſibi revelato ſecundum formam prædictam, non vult acquieſcere conſilio; tunc etiam injungatur mulieri quod de ſponſalitio ſuo, & aliis rebus, quas habet, vel in futurum habere poterit, ſatisfaciat juxta poſſe, dolens ſemper de peccato, & quia non poteſt plene ſatisfacere, proponens firmiter in animo, quod ſatisfaciat, quam cito poterit: hoc tamen fiat per medium pœnitentialem, vel perſonam religioſam ſecrete & caute, & poteſt uti his verbis: *Quædam perſona tenetur vobis in hoc, accipite*. Et ita erit in bono ſtatn. Arg. cauſſa 12. quæſt. 5. Hoc videtur & in prææallegata decretali, *Officii*.

Poſtillator. *QUid de filiis illius, qui vivente uxore duxit aliam, tum ipſo, quam ſuperducta impedimentum ſciente, de filiis, inquam, ſuſceptis de ſecundo matrimonio; numquid illi poſſunt ſuccedere in hæreditatem patris, an teneantur totum reſtituere filiis primi matrimonii, aut aliis veris hæredibus, aut ſufficiat, quod tantum reddant eis, quantum teneant ſe pro pactis, & ſatisfactis, cum parum ſufficerat eis, cum jam pauperes ſint & credunt ſe totum amiſiſſe?*

Reſp. Si præſcripſerint cum bona fide, non tenentur reſtituere aliquid, maxime ſi adhuc poſt completam præſcriptionem retinent bonam fidem. Si autem non eſt completa legitima præſcriptio, tenentur totum hæreditatem cum fructibus mala fide conſumtis reſtituere, quantumcumque oporteat eos indigere, vel mendicare, niſi quantum fuerit eis datum, vel remiſſum a veris hæredibus; & hoc quando parati ſunt hujuſmodi poſſeſſiones ſine dolo, aut fraude in totum eis reſtituere, ſi velint recipere. De hac materia habes infra eod. tit. §. Sed quid, ſi hnjuſmodi perſonæ.

Quid, ſi mulier habet filios de adulterio occulto, poteſtne eos facere hæredes ſaltem in parte ſuæ hæreditatis, cum legitimos filios non habeat, vel ſi habet, numquid de conſenſu eorum poſſunt quaſi legitimi admitti ad portionem hæreditatis? Item quantum poteſt ipſa, vel quicumque alienare de hæreditate ſua?

Reſp. ad primum: Credo quod ſecundum jura ſcripta poteſt quilibet ſive extraneum (dum tamen non ſit turpis, vel indigna perſona) ſive unum de filiis, quem maluerit conſtituere hæredem in totum, vel in partem, reſervata tamen legitima liberis ſuis, de qua habetur infra eod. tit. §. Si quæras quænam ſit legitima. *Sed ſecundum conſuetudinem Gallicani regni, non poteſt teſtator dare ultra quintam partem ſuæ hæreditatis in quibuſdam locis, in aliis ultra tertiam. Aliud etiam obſervatur de conſuetudine alicubi in donationibus inter vivos, & aliud in donationibus cauſſa mortis. In quæſtione ergo propoſita, tenenda eſt conſuetudo regionis matris, & de conſenſu legitimorum filiorum, vel aliorum hæredum facere poteſt illegitimos filios ſuos cohæredes legitimorum, niſi repugnet loci conſuetudo.*

---

§. IX.

QUÆSTIO SECUNDA.

Quid de Principibus, & aliis, qui de longa conſuetudine, ſpoliant naufragantes, & ut plenius dicam, ſpoliant ſpoliatos, & addunt afflictionem afflictis?

DE naufragiis nihil eſt auferendum; immo quidqnid de ipſo naufragio inventum eſt, ſive illud ſit captum de ipſo naufragio, ſive de mari, ſive de littore, reſtituendum eſt: ff. De incen. rui. naufra. *Si quis naufragio*. Nec excuſatur a peccato mortali quicumque recepit, niſi ea intentione receperit, ut reſtitueret ei cujus eſſet; nec excuſatur aliquis aliqua conſuetudine, vel ſtatuto, vel *præcepto*: hoc enim eſt contra præceptum Domini: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum*. Item Marc. 7. *Omnia quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem faciatis illis*. Item in Tobia: *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris*.

Item Epiſcopns, & quilibet Prælatus, vel Clericus, qui tanti criminis eſſet particeps, vel conſentiens, eſſet deponendus, ſicut propter hoc Dominus Innocentius judicavit qnemdam Agathenſem Epiſcopum deponendnm. Extra, de accuſ. cap. *Cum dilecti*.

„ CUm dilecti filii Ciſterſ. Abbas, & P. & *Innoc. Archiep. Arelatenſi ly vallis magnæ Abbati.*
„ R. Monachi fontis frigidi Apoſtolicæ
„ Sedis Legati ad Eccleſiam Agathenſem ac-
„ ceſſiſſent, ut in ea Legationis officium ex-
„ ercerent, quia de Agathenſi Epiſcopo per
„ frequentem clamorem mnlta ſibi fuerant
„ inſinuata ſiniſtra, voluerunt deſcendere,
„ ac videre, ſi clamorem opere compleviſſet
„ (& infra) quia vero nobis non conſtitit
„ ſnb qua forma Epiſcopus cum Canonicis A-
„ gathenſ. coram dictis Legatis præſtiterit jn-
„ ramentum, ntrum videlicet, ita jnrave-
„ rit, ut ſuper ſtatu Eccleſiæ plenam & me-
„ ram diceret veritatem, an ut ad inquiſi-
„ ta veraciter reſponderet; mandamus, qua-
„ tenus eiſdem Legatis ex parte noſtra man-
„ detis, ut ſub qua forma juramentum præ-
„ ſtiterit, ſtudeant fideliter intimare. Et ſi
„ ſecundum reſponſionem eorum ſub ſecunda
„ forma juraverit, an ipſe ſufficienter probave-

„ rit,

,, rit, ſe ſub illa forma juraſſe per depoſitio-
,, nes teſtium, quos produxit, aut etiam alio-
,, rnm, cum depoſirionea illæ non fuerint pu-
,, blicatæ, nec productioni teſtinm renunciare
,, curaverit: quoniam ſecundnm eamdem non
,, teneretur ex debito juramenti, niſi ad
,, quæſita ſolummodo reſpondere; vos excuſa-
,, tiones ſuas audire curetis, & ſi eas proba-
,, verit (cum excuſatinnes hujuſmodi, confeſ-
,, ſiones ejua non perimant, ſed exponanr, quæ
,, tales ſunt, ut ad bonum & malum valeant
,, retorqueri; & ideo judicari debent ex cauſſa)
,, eum ſublato appellationis obſtaculo abſolva-
,, tia. Cum etſi repertus ſit culpabilis in qui-
,, buſdam; ex labore tamen, & pudnre pu-
,, nitus, quos propter hanc cauſſam incurrit,
,, hujuſmodi levis culpa leviter ei valeat indul-
,, geri. Quod ſi excuſationes illas ſuper dila-
,, pidatione, naufragin, & ſimnnia probare ne-
,, quiverit, ant ſub prima forma juraverit,
,, cum ſecundum eamdem, nec veritatem ta-
,, cere, nec admiſcere debuerit falſitatem; vos
,, (non obſtantibut excuſationibus, quas de no-
,, vo propoſuit, cum in confeſſionibus ſuis nul-
,, lam omnino de illis fecerit mentionem: quam-
,, vis firmiter aſſeruerit, quod plures ex illis le-
,, gatis prædictis expoſuit, cum hoc per ſe pro-
,, bare non poſſet, tamquam qui ſolus exami-
,, nabatur ab illis) eum ab adminiſtratione A-
,, gathenſis Eccleſiæ removere curetis.

Laicus vero niſi admonitus ſatisfecerit, debet anathematizari. Arg. cauſſa 24. quæſt. 3. cap. *Si quis de potentibus*, & *Illi qui*, extra de treuga, & pace, cap. *Innovamus*. *v. Indic.*

Ex Conc. *Toletano* 1. *cap.* 11.

,, SI quis de potentibus Clericum, aut quem-
,, liber pauperem, aut religioſum exſpolia-
,, verit, & mandaverit eum ad ſe venire Epi-
,, ſcopus, ut audiatur, & contemſerit; invicem
,, mox ſcripta percurrant per nmnes Epiſcopos
,, provinciæ, & quoſcumqne adire potuerint,
,, ut excommunicatus habeatur ipſe, donec obe-
,, diat & reddat aliena.

Hæc conſtitutio eſt modo in corpore decretal.

Item ſecundum leges tenentur infra annum in quadruplum; poſt annum vero in ſimplum, ff. de incen. rui. naufr. l. t.

Hoc autem intelligas, niſi ſint talia navigia, quæ piraticam tyrannidem exerceant, vel ſint inimica nomini Chriſtiano, ut in conſtitutione nova Friderici: *Ad decus & honorem imperii*, §. *Navigia*.

---

§. X.

QUÆSTIO TERTIA.

Quid de pedagiis, quid de quæſtis, vel taleis, quas Reges ac Principes, necnon & ceteri milites inferiores faciunt in ſubjectos?

CIrca Pedagia, & Thelonea diſtingue, quia aut ſunt antiqua, aut nova. In primo caſu, ſi fuit impoſitum ab his, qui potuerunt imponere, videlicet Principibus, vel Regibus; & præſertim auctoritate Eccleſiæ, & juſta cauſſa, videlicet pro defenſione ſtratæ publicæ contra prædones in terra, vel contra piratas in aqua; vel pro defenſione fidei & patriæ contra paganos, vel hæreticos; vel pro alia ſimili cauſſa, & recipiens facit illud, propter quod fuit impoſitum; libere & ſine ſcrupulo conſcientiæ poteſt recipere. Si autem neſcit a quibus fuit inſtitutum, credit tamen, quod ab illis, qui potuerunt: & ex prædictis cauſſis credo idem. Idem credo, ſi iſte non laborat modo, nec facit expenſas, quia non eſt neceſſe, quum terra bene ſit purgata, & in pace; paratus eſt tamen, & labores & expenſas impendere, ſi eſſet neceſſe; ita tamen, quod proponat, imminente neceſſitate, non ſolum quod tunc acciperet in illas expenſas ponere, ſed etiam ultra, ſi eſſet neceſſe; ut quaſi fieret compenſatio annorum, in quibus nihil, vel parum expendit, ad illos in quibus oportet eum multum expendere: ſi hoc ita geſſerit pura & bona fide, ſecure poteſt recipere.

In ſecundo vero caſu, ſcilicet ſi ſit novum pedagium, vel thelonium; nullo modo poteſt aliquis illius occaſione ab advenientibus, vel tranſeuntibus aliquid recipere abſque periculo animæ, & rapinæ, niſi certum ſit, illud a Principe vel Rege ſtatutum, & propter imminentem neceſſitatem aliquam de ſupradictis in principio iſtius §. & inde procedat per omnia, ut ſupradictum eſt de antiquo. Hæc omnia probantur cauſſa 24. quæſt. 3. cap. *Si quis Romipetas*, extra de Treug. & pac. cap. *Innovamus*, ff. de publ. & vect. *Vectigalia*, extra, de cenſ. cap. *Pervenit*, verſ. *Oportet quippe*, & cap. *Cum Apoſtolus*, §. *Probibemus*, *ſi quid forte*, ff. locati ex conducto, §. *Si vis*. *v. Indic.* *v. Indic.*

,, PErvenit ad nos (& infra) Inquiſitioni
,, tuæ taliter reſpondemus, quod cenſus
,, ignorantiæ nec divinis, nec humanis legibus
,, invenitur: oportet quippe, ut omnis cenſus,
,, ad quid, & quando perſolvi debeat, præ-
,, ſciatur.

Paschal. Comitiſſæ Mathildæ.

Si contra formam iſtam aliquid eſt acceptum, credo eſſe reſtituendum illi, a quo injurioſe acceptum eſt, ſi ſciri poteſt: ſin autem cum conſilio Eccleſiæ, in piis cauſſis eſt expendendum.

Mercatores vero & tranſeuntes, credo indiſtincte, quod debent perſolvere antiquum & novum; dummodo recipiens faciat illud, propter quod fuit inſtitutum juxta formam ſupradictam in utroque: quod ſi non faceret, iſti, a quibus exigitur, poſſent negare: vel debent adire ſuper hoc judicem, quod tutius eſt: vel dicant, quod ceſſante in illo cauſſa, ceſſat in eis obligatio, vel illo non ſervante fidem eis, nec ipſi tenentur ei. Extra, de jurejuran. c. *Pervenit*, 2. *v. ſupra.*

Caveant tamen ſemper mendacium: ſi autem ille recipiens faceret quod ſuum eſt, & iſti aliquid ſubtraherent; rapina, vel furtum eſſet; unde præciſe tenerentur ei ad reſtitutionem, & facere inſuper pœnitentiam de furto & mendacio, ſive aliis peccatis ibi commiſſis. Si vero injuſte reciperet, & iſti ſic furtive ſubtraherent, dicendo ibi non eſſe merces, quæ debent pedagium, vel aliquid ſimile, ut evaderent; peccarent ſimiliter venialiter in mendacio, quia eſſet mendacium pietatis, de quo require ſupra de mendacio, §. *Reſtat videre*. Ad reſtitutionem autem, non credo ipſos teneri.

SEd numquid tenentur ad emendam, & an injungendum ſit eis in foro pœnitentiæ, quod eam ſolvant? Poſtillator.

℞. *Credo, quod nec in hoc, nec in ſimilibus tenetur quis ad ſolvendum emendam, niſi fuerit judicatum contra ipſum in foro cauſſarum; quia talia non debentur, niſi tunc demum, cum quis condemnatus*

eſt

Digitized by Google

eſt per ſententiam ia forma jadicil. Unde ſi quis furtim aſportaverit pedagiam, vel inciderit alitnam, vel commiſerit furtam, vel ſacrilegiam, vel ſimilia, ſuper qaibus ſtatata eſt pœna corporalis, vel pecaniaria per legem, vel Canonem; non eſt injangendum pœaitenti ia foro pœnitentiali, qaod ſolvat bujuſmodi pœaas, niſi tanc demum fuerit condemnatus ad illas; ſed ſufficit, quod ſolvat interеſſe, vel ſatisfaciat ad arbitrlum boni viri, ſi injuriam intulit. Hoc etiam dici poteſt ſorte de pecania babita per ſimoniam, de qua ſolet dici, quod eſt reſtitueada illi Ecclеſiæ, ia cujas ignominiam data eſt, vel recopta per illud Capitalum, extra de ſimon. cap. De hoc autem. *Illad enim Capitulam intelligi poteſt, qaando de bonis Eccleſiæ erat data pecania, vel quando agebatur de forma judicii contra recipientem; & idem poteſt iatelligi ia omaibas ſimilibas caſibus, ia quibus jura dicant eſſe extorqaendam pecuniam tarpiter acceptam, cajus tamea repetitio non datur ei, qui turpiter dedit: quod dico propter magiſtrum, qui dedit pecuniam prohibitam ſcbolari, cai competit datæ pecuniæ repetitio, at dictum eſt ſupra de Magiſtris. Et idem de ſimilibus caſibus, ſi qai ſant tales. Contra id tamen, quod dictum eſt de pecunia ſimoniace acquiſita, eſt arg. contra, extra de ſimonia, c.* Mandato, *argamenta ſamta a contrario ſenſa; qaia videtur ibi innui, quod pecuniam per pactum ſimoniacum acquiſitam reſignare tenetur, qai eam accepit, licet ſecus ſit, ſi abſque pacto ſuerit recopta; & ideo tutias eſt dicere, quod pecania ex pacto ſimoniace acquiſita retineri non poteſt, etiam ſecundum judicium ſori pœnitentialis. Require de boc ſupra eod. tit. §.* Sed qui de ſocariis.

Sed quid de Chriſtianis, qoi accedentes ad civitates paganorum, ſubtrahunt paganis hujuſmodi pedagium, vel telonium?

Ad hoc dico, ſi vadunt illuc tempore treugæ, & non portant merces prohibitas (de quibus require inſra de ſent extomm. *§. Utraque excommunicatio*) & ipſi Sarraceni tenent eis fidem in deſendendo eos in ſuo territorio, vel maritima a Latrouibua, vel piratis; debent ipſi Chriſtiani fideliter ipſis perſolvere ſecundum ſtatutum, vel pactum; alias tenentur eis ad reſtitutionem, ſi poſſunt, vel ſi non poſſunt, erogare in uſus pauperum ad mandatum Eccleſiæ: nam fides etiam hoſti ſervanda eſt. Cauſſa 22. *v.pag. 58.* qoæſt. 4. cap. *Innocens*, 23. quæſt. 1. cap. *Noli*.

Si autem iverunt in tempore guerræ, vel etiam in tempore treugæ, ſed cum mercibus prohibitia; non credo, qnod teneantur illi ad reſtitutionem: ſed quia peccaveruot hic quodammodo contra religionem Chriſtinam; credo (ut puniantur in eo, in quo deliquerunt) quod ſit eis injungendum in pœnitentia, ut illud dent in redemtionem captivorum, vel ſubſidium eorum, qui pugnant pro fide Chriſtiana, vel ipſimet expendant in eodem ſubſidio, ſi ad hoc ſunt idonei, corporaliter laborando. *v. Indic.* Arg. 17. quæſt. 4. cap. *Si quis in atrio*, & require ſupra de imm. Ecclеſ. §. *Pœna*, & inſra de ſent. excomm. §. *Utraque*, verſ. *Cum quis defert*, & extra, de vot. & vot. redemt. cap. *Magnæ*, & cap. *Quod ſuper bis*.

§. XI.

QUÆSTIO QUARTA.

Quid de quæſtis, vel taleis?

DE qnæſtis, & taleis, & ſimilibus dico, quod regulariter debet dominus a ſubditis petere, niſi ea, quæ inter ipſum & ſuos anteceſſores plaoe bona fide, ſine dolo, ac coactione convenit, ſicut ſolet fieri, quum manſi, vel villæ conceduntur de novo colonis, vel aliis perſonis: ſolent etiam inde fieri inſtrumenta, quæ continent cenſum annuum, & alias ſervitutes, & pactiones hinc iode.

Omnia ergo juxta hunc modum poſita ah initio, dum tamen non ſint turpia, vel contra Deum, peti poſſunt, & ſolvenda ſunt: nam quilibet in traditione rei ſuæ poteſt ponere legem, quam vult. Extra, de condit. appoſit. cap. *Verum*.

„ VErum cum alicui Eccleſiæ poſſeſſio, quælibet, interpoſita conditione donator, „ a donatore donum poſtea revocari oon poteſt, niſi forte tali ſit conditione collatum, „ qood ea ceſſante, debeat revocari. Alex. III.

Item quia ſcienti & voleoti non inſertur dolus. Item pacta cuſtodiantur, ait Concilium Africanum, extra da pactis, cap. *Antigonus*.

„ ANtigonus Epiſcopus Matinenſi dixit, (& inſra) Ant inita pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conventus (ſi ſe non „ cohibuerit) Eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Dixerunt univerſi: Pax ſervetur: Pacta cuſtodiantur. Ex Conc. *Africano.*

Et quidquid ſubditus de his abſque domini voluntata ſubtraheret, ſicut ſur, tenetur reſtituere: nbi tamen definite poſitum eſt io inſtrumento aliquod tale verbum, *Collecta*, *talea*, *quæſta*, & ſimile; intelligo, quod debet eam moderate petere, inſpecto honore, & facultatibus ſubditorum, extr. de cenſ. cap. *Cum Apoſtolus*, in fin. Cauſſa 10. quæſt. 3. cap. ult. *v. Indic.* ſeu, c. *Illud magnitudinem*.

Si autem dominus ultra conventa & ſtatuta inter ipſum & ſubditos aliqua ſponte oblata, nulla fraude adhibita, vel minis, vel coactione directa, vel indirecta recipiat, non tenetur ad reſtitutiooem; ſed exacta a ſe, vel a ſuis directe, vel indirecte, tenetur reſtituere, Diſt. 18. cap. *De Eulogiis*, Cauſſa 1. q. 2. cap. *Placuit*, & cap. *Quam pio*. *v.pag. 23. & 6.*

Verumtamen ſi ex aliquibus circumſtantiis appareret impoſſibilis, vel multum difficilis reſtitutio; ſatis videtur, quod poſſet hujuſmodi principibus & militibus conſuli, quod in compenſationem vel remitterent eis communiter cum eorumdem conſenſu, & libera voluntate aliquam ſervitutem, ſeu annuam præſtationem io perpetuum, vel ad tempus, ita quod pleniſſime videretur eis ſatisfactum; vel etiam facerent in remiſſionem peccatorum illorum, quibus tenentur aliquod hoſpitale, vel opus ſimile pietatis, cum conſenſu tamen eorumdem, ſi poteſt requiri; & hoc intelligas, niſi juſta cauſſa ipſum dominum ad talem exactionem ſaciendam inducat. Sunt enim quædam cauſſæ juſtæ, una pro defenſione patriæ, & maxime ſuæ civitatis, caſtri, vel villæ: ad hoc enim tenentur omnes, non ſolum res ſuas partiri, ſed etiam

corporaliter laborare, munire ſe in caſtro, vel civitate, vel vigilare, ut ſic ſeipſos & res ſuas ſalvent. Philoſophus; *Pugna pro patria*, & 23. quæſt. 3. c. *Fortitudo*, extr. de immunit. Eccleſ. cap. *Pervenit*. *v. Indic.*

(Ambros. *Lib. 1. de offic. c. 27.*) „ FOrtitudo, quæ vel in bello tuetur a barbaris, patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus ſocios, plena juſtitia eſt.

Item ſi dominus vult ire in exercitum indictum ab Eccleſia, vel principe contra hæreticos, vel paganos, nec de ſuo abſque gravi damno poſſet facere expenſas ſibi neceſſarias, poteſt a ſubditis auxilium petere moderatiſſime. Item ſi in guerra, vel bello juſto ex parte ſua ſit captus ab hoſtibus, nec poteſt ſolvere redemtionem petitam ab eis abſque gravi damno. Item ſi vellet ire ad Principem pro obtinendo privilegio ſpecialis protectionis pro ſe, & pro eis, nec poſſet de ſuo expenſas ad hoc utiles & neceſſarias abſque gravi damno facere, & ſi qua alia cauſſa ſimilis emergeret; dum tamen ſemper moderate, & non ad gravamen eorum, & cum caritate, non ex violentia exigeret. Cauſſa 10. quæſt. 3. cap. *Unio*, circa medium.

(Ex Conc. *Toletano 16. c. 4.*) „ UNio noſtræ congregationis decrevit atque inſtituit, ut tertias, quas antiqui Canones de Parochiis ſuis habere Epiſcopos cenſuerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis Epiſcopis dirutæ Eccleſiæ reparentur: ſin vero eas maluerit cedere ab earum cultoribus ſub cura & ſollicitudine ſui Pontificis, reparatio eiſdem eſt adhibenda baſilicis: quod ſi omnes Eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ exſtiterint, ſecundum antiquorum Canonum inſtituta, ſi tertias ſibi debitas unuſquiſque Epiſcopus aſſequi voluerit, facultas illi omnimoda erit; ita videlicet, ut citra ipſas tertias nullus Epiſcoporum quidpiam pro regiis inquiſitionibus, a Parochianis Eccleſiis exigat, nihilque de prædiis ipſarum Eccleſiarum cuiquam cauſſa ſtipendii dare præſumat. Sed & hoc neceſſario inſtituendum duximus, ut plures Eccleſiæ uni nequaquam committantur presbytero: quia ſolus per totas Eccleſias nec officium valet perſolvere... nec rebus earum neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione præcipimus, ut Eccleſia, quæ uſque ad decem habuerit mancipia, ſuper ſe habeat Sacerdotem: quæ vero minus, aliis conjungatur Eccleſiis. Si quis ſane Epiſcoporum hanc noſtrā conſtitutionem parvipenderit, duorum menſium ſpatio ſe noverit excommunicatione mulctari.

Extr. de cenſ. c. *Cum Apoſtolus*, §. *Prohibemus etiam, ne ſubditos ſuos talliis & exactionibus Epiſcopi gravare præſumant: ſuſtinemus autem pro multis neceſſitatibus, quæ aliquoties ſuperveniunt, ut ſi manifeſta, ac rationabilis cauſſa exſtiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium poſtulare, &c*.... Cauſſa 22. quæſt. 5. cap. *De forma fidelitatis*.

(In Epist. *Fulberti Epiſc.*) „ DE forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus, hæc vobis, quæ ſequuntur, breviter ex librorum auctoritate notavi: Qui domino ſuo fidelitatem jurat, iſta ſex ſemper in memoria debet habere; incolume, tutum, honeſtum, utile, facile, poſſibile. Incolume, videlicet, ne ſit in damnum domino ſuo de corpore ſuo. Tutum, ne ſit ei damnum de ſecreto ſuo, vel de munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. Honeſtum, ne ſit ei in damnum de ſua juſtitia, vel de aliis cauſſis, quæ ad honeſtatem ejus pertinere videntur. Utile, ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſſionibus. Facile, vel poſſibile, ne id bonum, quod Dominus ſuus leviter facere poterat, faciat ei difficile, neve id, quod poſſibile erat, reddat ei impoſſibile; ut fidelis hæc nocumenta caveat, juſtum eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat id, quod bonum eſt; reſtat ut eiſdem ſex ſupradictis, conſilium & auxilium domino ſuo fideliter præſtet: ſi beneficiis dignus videri vult, & ſalvus eſſe de fidelitate, quam juravit. Dominus quoque fideli ſuo in his omnibus vicem reddere debet; quod ſi non fecerit, merito cenſebitur malefidus: ſicut ille, qui in eorum prævaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus, & perjurus.

Unde ſi qui Prælati, ut procurationem, vel ſervitium aliquod impendant legato, vel alii, plus a ſubditis extorqueant, quam ſoleant, & ſic extorta debent reſtituere, & tantumdem pauperibus erogare. Superior etiam, cui fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in hujuſmodi ſtatuti executione, canonicæ ſubjaceat ultioni, extr. de immunit. Eccleſ. cap. *Quia plerique*.

(Innoc. III *In Concilio Gener.*) „ QUia plerique Prælati, ut procurationem, aut ſervitium aliquod impendat legato, vel alii, plus extorquent a ſubditis, quam ſolvant, & in eorum damnis lucra ſectantes quærunt prædam potius, quam ſubſidium in ſubjectis; id de cetero fieri prohibemus. Quod ſi quis forte præſumſerit, & ſic extorta reſtituat, & tantumdem cogatur pauperibus elargiri. Superior autem, cui fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in hujuſmodi executione ſtatuti, Canonicæ ſubjaceat ultioni.

Si autem dominus vult ludere ad aleam, vel ultra vires ad vanitatem expendere in veſtibus, hoſpitibus & ſimilibus, non debet propter tales cauſſas exigere; quod ſi fecerit, tenetur ad reſtitutionem. Idem ſi captus in bello injuſto exigit ab eis redemtionem totam, vel partem, quam ſolvit hoſtibus.

Sed quid de quibuſdam, qui nihil penitus recipiunt a ſubditis, niſi taleas, vel quæſtus?

Ad hoc diſtinguo, quia aut ab antiquo ſibi & anteceſſoribus eſt ſoluta talea, aut de novo eſt impoſita, ſeu petita. Si ſcitur, vel creditur probabiliter, quod ex juxta cauſſa, & licite impoſita fuerit & ſoluta, poterit exigere; ita tamen, quod ipſe compleat, ſi quid ex illa cauſſa, vel inſtitutione complere debeat: & hoc ſecundum quod dixi ſupra in proximo §. In ſecundo vero caſu, vel etiam in primo, quum nec ſcitur, nec creditur juſta cauſſa, non debet exigere; & quod cum mala fide recepit, debet reſtituere, ſi poteſt, 14. q. 6. c. *Si res aliena*.

Si ſcitur vel creditur.] *Sed quomodo ſcitur?* *Poſtillator.*

Reſp. Poteſt ſciri, ſi ſuper hoc confectum eſt inſtrumentum, ſi etiam ita ſervatum eſt a tempore, a quo non exſtat memoria, & ſecundum quoſdam præſumendum eſt, quod ex juſta cauſſa fuerit impoſita. Arg. diſt. 12. c. Illa. *Quod ſatis credo, niſi violenta ſit præſumtio in contrarium, præſertim cum dicatur, quod in longiſſimis præſcriptionibus non oportet probari titulum, ſed ex lapſu temporis præſumitur titulus interveniſſe, qui allegatur.* *v. Indic.*

Quid

Quid de illis, qui tali utuntur conſuetudine in hominibus ſuis, quod de mobilibus ipſorum capiunt, & quando volunt, & quantum, & cum ſuſpicantur eos velle tranſire ad alium dominum, omnino exſpoliant eos; numquid excuſari poſſunt per conſuetudinem, & an tenentur ad reſtitutionem, & an ſunt abſolvendi, ſi nolunt reſtituere?

Reſp. Si certum eſt, quod ab initio fuerit impoſitum tale onus terræ ſine malitia & fraude, quod dominus eſt ab habitatoribus quando, & quantum vult capere, & quod poſſit retinere omnia mobilia, ſi receſſerint, cum quilibet poſſit imponere rei ſuæ onus, quod voluerit; videtur tolerari poſſe, quod in tantum utatur hujuſmodi conſtitutione, quod non gravet eos ultra modum, aut manentes aut recedentes; & quod domini non tenentur ad reſtitutionem taliter acceptorum: ſi autem non eſt certum, aut ſi creditur, quod non fuerit ab initio legitime inſtitutum; credo, quod hujuſmodi ſpoliationes malæ factæ ſint; & peccant, qui faciunt hoc, & tenentur ad reſtitutionem. In hoc tamen caſu, & ſimilibus, qui tolerantur ab Eccleſia, pro eo quod aliqua poteſt eſſe dubitatio de jure, aut de facto; non credo eſſe ſimpliciter denegandam abſolutionem; ſed facienda eſt cum quadam dubitatione, & proteſtatione ſic: Abſolvo te de hoc in quantum poſſum: ſed timeo, vel credo, quod non ſufficit ſibi ad ſalutem, niſi te aliter habueris in hoc caſu. Item

Quid de illis, qui emunt Præpoſituras ſæculares, ubi non ſunt reditus, niſi ſolæ exactiones, & munera, & ſervitia, quæ recipiunt hujuſmodi præpoſiti; numquid tenentur talia reſtituere: aut ſi compelluntur a dominis exercere hujuſmodi officia; numquid tenentur potius omnia ſua amittere, quam in hoc obedire? & quid de dominis, qui vendunt hujuſmodi præpoſituras?

Reſp. Si non poſſunt hujuſmodi officia exercere ſine peccato mortali, potius debent omnia mala tolerare, quam ſic peccare; & peccant mortaliter, quotieſcumque munera recipiunt propter faciendam gratiam alicui in præjudicium alterius; aut ſi minis, & terroribus aliquid extorqueant, aut quoſdam gravent, ut alii timentes eis ſerviant, ne talia patiantur, & tenentur ad reſtitutionem omnium talium, ſi poſſunt, nec ſunt aliter abſolvendi, & peccant domini, qui tales præpoſituras vendunt, aut ad emendum aliquos compellunt, cum gratis eas committere debeant, ex quo non ſunt ibi reditus, aut proventus juſti, & tenentur ad intereſſe illis, qui per hujuſmodi præpoſitos taliter ſunt ſpoliati. Hoc autem intelligo de illis præpoſitis, qui reddunt jura. De Bidellis autem minoribus, quorum eſt officium tantum citare, vel exſequi judicata, vel mandata majorum; tenendum eſt, quod dicitur infra, §. Officiales, *in fine.*

Quid de hominibus militis, qui cum habent uſuarium in quodam nemore, dominus ſuus abſtulit eis illud; numquid tenentur ad reſtitutionem? aut ſi habent uſuarium in ſilva alterius militis, & ille abſtulit eis, vel aliter damnificavit eos; numquid ſufficit, ſi ille ſatisfaciat de hoc domino illorum, cum ille dominus utatur hac conſuetudine, quod de bonis illorum accipit, quantum, & quando vult?

Reſp. Si tales homines ſunt veri nominis ſervi, qui nihil habent proprium, & peculium; ſi quod habent, in poteſtate eſt domini, ut revocet illud, quando voluerit; ſi vel uſuarium habent in nemore aliquo, vel peculio, vel aliud aliquid dominus poteſt illud revocare, & de damnis illis illatis ab aliquo ſufficit ſatisfieri domino: ſi autem ſint ſervi de corpore, quales ſunt in Francia quidam ſervi Eccleſiarum, & quorumdam Nobilium; non poteſt dominus auferre eis uſuarium hujuſmodi, aut ſua, & de damnis illatis non ſufficit ſatisfieri domino; & multo fortius verum eſt hoc in illis, qui non alias ſervi ſunt, niſi in tantum, quod dominus eorum poteſt de conſuetudine quantum, & quando vult, de bonis eorum capere; in talibus reſtringenda eſt hujuſmodi abuſio, & extorſio, potius quam laxanda.

Poſito tamen, quod vere dominus eſt, & quod nihil penitus percipit, quod vix eſt credibile, quin ad minus recipiat ſibi juſtitias, & ſequantur eum in exercitum in bello juſto; ſi tamen ita verum ſit, quod nihil percipit, credo, ſalvo meliori judicio, quod debent inter ſe aliquid ſtatuere, quod dent ſibi in ſignum ſubjectionis, ne alias inutiliter videatur eſſe penes eum dominium rei ſuæ. Argumentum optimum ad hoc cauſ. 18. q. 2. c. *Eleutherius*, & 1. q. 3. c. *Si quis* *v. pag. 3.*
objecerit, & require ſupra de ſepul. §. *Item ſi ſit conſuetudo.*

,, ELeutherius frater, & Coepiſcopus noſter Pelagius
,, queritur, quod & mater ejus in caſa, Papa.
,, quæ Caſtellum dicitur, oratorium conſtruxe-
,, rit, ac dedicaverit, & in eodem loco mona-
,, chos conſtituerit, ex quibus unus eſt presby-
,, ter; hoc autem tempore dedicationis inter E-
,, piſcopum Cardellum (cujus ipſa diœceſis eſt)
,, matrem ſuam aſſerit conveniſſe, ut quidquid
,, dedicationis vel Natalis Martyrum die, quo-
,, rum in eodem monaſterio reliquiæ ſunt, per
,, fidelium oblationes, intraverit, medietatem
,, quidem habeat ipſum monaſterium, medie-
,, tas autem Epiſcopo offeratur; contra quam
,, conventionem Marium Presbyterum (ſive
,, ſciente, ſive neſciente Epiſcopo) Monachis
,, ipſis vel presbytero, qui ex eis eſt, vim di-
,, citur intuliſſe, & frequenter moleſtias gene-
,, rare; ita ut memoratum presbyterum prope
,, ceciderit, & Miſſas eum facere nullo modo
,, permittat, dicens, ut quaſi penſionis nomi-
,, ne aliquid ſtatuere debeat. Hæc igitur o-
,, mnia diligenter te examinare jubemus, & ſi
,, apud te evidenti ratione conſtiterit, quia
,, tempore, quo dedicatum eſt ipſum monaſte-
,, rium, conditiones ſuperius poſitæ convene-
,, rint, ſervari eas ex noſtra auctoritate præci-
,, pimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo
,, exigatur. Si vero nihil tale conſtiterit, me-
,, diante te, quid ipſi Epiſcopo nomine eulogiæ
,, offerri debeat, inter ipſos monachos, & pres-
,, byterum volumus definiri; ſalvo tamen eo, ut
,, presbyter Gaudentius, qui etiam Monachus
,, eſt, Miſſas in monaſterio ſuo, ſicut conſuevit
,, facere, a nullo ulterius debeat prohiberi.

Si dubitetur quid, vel quantum debeat eſſe illud, credo, quod debeant obſervare, quod in vicinis villis, & caſtris, vel provinciis obſervatur; ita tamen quod villa iſta non gravetur: vel ſi diverſæ ſunt conſuetudines, ea, quæ minus ſolvit, eligatur. Extr. de conſuet. c. *Cum olim*, in fin. & de cenſ. c. *Ex parte*, in fin. *Et ſuper eo quod*, Diſt. 100. c. *Contra morem*, extr. de præſcript. c. *Si diligenti*, & require ſupra de ſepult. §. *Eſto.*

,, CUm olim... (& infra) Quoniam man- Innoc. III
,, damus, quatenus ſi ſecundum diverſas *Epiſt. Helienſi.*
,, conſuetudines locorum, diverſas habere no-
,, veris Præcentorum in Anglicanis Eccleſiis di-
,, gnitates; jam dictum Præcentorem illam ha-
,, bere facias in Londinenſi Eccleſia dignitatem,
,, eaque manere contentum (quam rationabi-

 ,, libus

„ libus, & approbatis conſuetudinibus Eccleſiæ ſalvis) ſine præjudicio alieno poterit obtinere.

Idem Zamorea. & Salamantino Epiſc.

„ EX parte Compoſtellani Archiepiſcopi fuit propoſitum... (& infra) Cum ergo non conſtet ad quam menſuram Anteceſſores eorum prædicta vota perſolverint, credimus diſtinguendum: utrum habitatores regionis ipſius, qui ea continue perſolverunt, ad unam & eamdem menſuram hujuſmodi vota perſolverint; an ad varias, & diverſas. In primo enim caſu ad eamdem & illi ſolvere ſunt cogendi. In ſecundo volentes ſolvere ad minorem, non ſunt cogendi, ut ad majorem perſolvant: quoniam cum hujuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius ſunt a viris Eccleſiaſticis exigenda, ne tamquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

Idem Compoſtellano Archiepiſc.

„ SUper eo, quod fraternitas tua nos conſulere voluit, ut quia fere tota provincia Compoſtel. de novo eſt ad juriſdictionem Eccleſiæ tuæ converſa, qualiter tibi provinciam, vel partem provinciæ viſitanti obſequi debeat, & ſervire, necnon in procurationibus providere; tibi duximus reſpondendum, quod illud obſervare tenetur, quod in vicinis provinciis obſervatur.

Gregor. Joan. Archiepiſc. Ravennati.

„ COntra morem quippe Eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime toleratur (quod a vobis abſit) etiam injuſta correctio (& infra) Illud, frater cariſſime, non putamus tibi ignotum, quod pene de nullo Metropolitano in quibuslibet mundi partibus ſit auditum, extra Miſſarum tempus uſum ſibi pallii vendicaſſe, & quod bene hanc conſuetudinem generalis Eccleſiæ noveritis, veſtris nobis manifeſtiſſime ſignificaſti epiſtolis, quibus præceptum prædeceſſoris noſtri Joannis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſtis annexum; continens omnes conſuetudines ex privilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas, vobis, veſtræque Eccleſiæ debere ſervari. Confitemini igitur aliam eſſe generalis Eccleſiæ conſuetudinem, poſtquam ea, quæ geritur, vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas: aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam a tua eſt fraternitate ſervandus, aut ſi tuæ Eccleſiæ aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve a prioribus Romanæ urbis Pontificibus, quod hæc Ravennati Eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi: quod ſi hoc non oſtenditur; reſtat, poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, neque privilegio vendicas, ut uſurpaſſe te comprobes, quod feciſti (& infra) Decorari pallio volumus forſan moribus indecori, dum nihil in Epiſcopali cervice ſplendidius fulgeat, quam humilitas. Oportet ergo fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuslibet argumentis ſtabilis propoſuit mente defendere, aut generalitatis uſum ex non ſcripto ſequi, aut ex ſcriptis privilegiis ſe tueri. Quod ſi poſtremo nihil horum eſt, aliis Metropolitanis hujuſmodi te præbere nolumus præſumtionis exemplum. Privilegia quoque ſemper cum uſu pallii debent concedi.

Innocen. III. Piſano Archiepiſc.

„ SI diligenti (& infra) Cum judicatus Calaritanus ad jus & proprietatem B. Petri pertineat, ſicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te, vel Eccleſia ſua a Marchione Maſſæ judice Calaritano fidelitatis exigere juramentum (& infra) Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit plenius circumſpectis non intelleximus te, vel Eccleſiam tuam ſuper hoc aliquo jure ſubnixam, cum auctoritatem Sedis Apoſtolicæ non oſtendas, per quam a judicibus Calaritanis tu, & anteceſſores tui fidelitatis exegeritis juramenta, nec præſcriptione aliqua muniaris; cum ſecundum confeſſionem tuam, nec Eccleſia Piſana, vel tu fueris in quaſi poſſeſſione juris exigendi hujuſmodi juramentum, quod per Sedem Apoſtolicam ab ipſis judicibus receptum fuiſſe fateris; per quod conſtat Eccleſiam Romanam ſemper in quaſi poſſeſſione fuiſſe, cum pro ea miniſterio tuo, & anteceſſorum tuorum exactum fuerit, & præſtitum juramentum: & is etiam poſſidere dicatur, cujus nomine poſſidetur. Si vero dicatur, quod nomine tuo, & anteceſſorum tuorum, & non nomine noſtro & Eccleſiæ Romanæ fuerit juramentum exactum; poſſet inferri, quod juramentum præſtitum de conſervando jure, & honore Sedis Apoſtolicæ fuerit violatum: unde licite retineri non poſſet, quod contra juramentum hujuſmodi fuerit ſcienter obtentum; quia etiam ſecundum hoc locum præſcriptio habere non poſſes, cum in præſcriptione rerum Eccleſiaſticarum bona fides, & juſtus titulus exigantur: etſi etiam locum potuiſſet habere præſcriptio, non credimus centenariam præſcriptionem (quæ ſola currit adverſus Romanam Eccleſiam) poſſe probari.

Et hoc totum intelligo, niſi ipſe vel aliquis de anteceſſoribus ſuis vendiderit, vel donaverit eis illud, quod ibi in ſubjectionis ſignum conſuevit percipere: tunc enim non poteſt aliquid petere: in omni tamen caſu credo, quod debeant habere in memoria, tamquam inſeparabiliter annexa domino, illa ſex enumerata in Epiſtola fulberti Epiſcopi, videlicet, *Incolume*, *tutum*, *honeſtum*, *utile*, *facile*, *poſſibile*, ut in illis ſint eis fideles 22. quæſt. 5. cap. *De forma* *v. pag. 190*
fidelitatis.

---

§. XII.

QUÆSTIO QUINTA.

Quid de Principibus, vel militibus, & aliis, qui habentes guerras adinvicem exſpoliant pauperes, & ruſticos alterius capiunt, incarcerant, & cruciatibus ſe redimere cogunt, vel miſerabiliter exſpirare?

CIrca principes vel milites habentes guerras adinvicem, diſtinguo, quia aut ille, de quo quæritur, habet juſtam guerram, vel bellum, aut non. In primo caſu, ſcilicet quum habet juſtum bellum, & non exercet illud, niſi contra nocentes, & non habet intentionem corruptam; quidquid capit ab hoſtibus, ſuum eſt, nec tenetur reſtituere, Diſt. 1. c. *Jus gentium*, & cauſſa 23. *v. pag. 29.*
q. 7. c. *Si de rebus*, & require ſupra de hæreticis, §. *Punitur*. Ut autem plene liqueat de bello, *& 32.*

Nota, quod quinque exiguntur ad hoc, ut bellum

lum ſit juſtum, ſcilicet, perſona, res, cauſſa, animus, & auctoritas.

Perſona, ut ſit ſæcularis, cui licitum eſt fundere ſanguinem; non autem Eccleſiaſtica, cui eſt prohibitum. Cauſſa 23. q. 8. c. *Clerici*, & c. *His, a quibus*.

Ex Conc. *Toletano* 4. c. 44.
„ CLerici, qui in quacumque ſactione ar-
„ ma volentes ſumſerint, aut ſumſerunt,
„ reperti, amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſte-
„ rium pœnitentiæ tradantur.

Ex Conc. *Tolet.* 11. c. 6.
„ HIs, *a* quibus Domini Sacramenta tra-
„ ctanda ſunt, judicium ſanguinis agi-
„ tare non licet; & ideo magnopere talibus
„ exceſſibus prohibendum eſt, ne indiſcretæ
„ præſumtionis motibus agitati, aut quod
„ morte plectendum eſt, ſententia propria ju-
„ dicare præſumant, aut per ſe inferant mem-
„ brorum truncationes quibuslibet perſonis,
„ aut inferendas præcipiant. Quod ſi quiſquam
„ immemor horum præceptorum, aut in Eccle-
„ ſiæ ſuæ familiis, aut in quibuslibet perſonis
„ tale aliquid fecerit, conceſſi ordinis honore
„ privetur & loco: ſub perpetuo quoque da-
„ mnationis teneatur ergaſtulo religatus; cui
„ tamen communio exeunti ex hac vita non
„ eſt neganda propter Domini miſericordiam,
„ qui non vult peccatoris mortem, ſed ut con-
„ vertatur, & vivat.

Niſi in neceſſitate inevitabili, ut ſupra, de homicidio, §. 2. ſeu, *Corporale*, verſ. *Aut fuit inevitabili*.

v. pag. 34. *Res*, ut ſit pro rebus repetendis & pro defenſione patriæ. Cauſſa 23. quæſt. 2. cap. 1. ſeu, v. Iudic. *Juſtum*, quæſt. 3. cap. *Fortitudo*, & q. 8. cap. *Si nulla*.

Cauſſa, ſi propter neceſſitatem pugnetur, ut v. pag. 96. per pugnam pax acquiratur, 23. q. 1. c. *Noli*.

Animus. Ut non fiat propter odium, vel ultionem, vel cupiditatem; ſed propter pietatem, juſtitiam, & obedientiam. 23. q. 1. c. *Quid culpatur*, & c. *Militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare, peccatum eſt, &c.* Require ſupra de homicidio, *§. Item, quid ſi Clericus*, circa medium.

Auctoritas. Ut ſi auctoritate Eccleſiæ, præſertim quum pugnatur pro fide; vel auctoritate v. ſupra. Principis, ut cauſſa 22. q. 1. c. *Quid culpatur*, & q. 2. c. 1. ſeu, *Juſtum*. Si aliquod iſtorum defuerit bellum, dicetur injuſtum.

Videtur tamen caſus, in quo ſine auctoritate ſpeciali Principis vel Eccleſiæ poſſit moveri bellum, videlicet pro rebus repetendis, & defenſione patriæ: nam de jure cuique licitum eſt, vim vi repellere in continenti, & hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ. Diſt. 1. c. *Jus na-* v. pag. 35. *turale*. Extr. de ſent. excomm. c. *Si vero*, 1.

Alex. III.
„ SI vero alicujus poteſtatis Oſtiarius, ſub
„ prætextu ſui officii malignatus Clericum
„ læſerit, ab Epiſcopo ſuo poteſt abſolvi, niſi
„ forte eumdem Clericum graviter vulnerave-
„ rit. Officialis vero pro injectione manuum in
„ Clericum non poteſt ſine mandato Romani
„ Pontificis abſolutionis beneficium promereri:
„ quia nulli Laico ſuper Clericum tanta datur
„ auctoritas, niſi forte turbam arcendo irruen-
„ tem non ex deliberatione, ſed fortuito caſu
„ Clericum lædat. Si vero Clericum vim ſibi
„ inferentem, vi quis repellat, vel lædat; non
„ debet propter hoc ad Sedem Apoſtolicam
„ tranſmitti, ſi in continenti vim vi repel-
„ lat: cum vim vi repellere omnes leges, omnia-
„ que jura permittant. Nec ille compellendus
„ eſt ad Sedem Apoſtolicam venire, qui in
„ Clericum cum uxore ſua, matre, ſorore, vel
„ filia propria, turpiter inventum, manus in-
„ jecerit violentas. Ceterum ſi in ſtupro, vel
„ adulterio, quod committit cum ea, quæ i-
„ pſum ita proxima conſanguinitatis linea non
„ contingit, ceperit, aut in eum violentas
„ manus injecerit, non erit a ſententia illius
„ excommunicationis immunis.

Ad hoc dicunt quidam, quod nulli licet vim vi repellere repercutiendo, ſed tantum impediendo. Alii dicunt, quod laicis licet repercutere, Clericis non. Tertii dicunt, quod non ſolum laicis, ſed Clericis licet repercutere; diſtinguitur tamen, quia aut vis infertur perſonæ, aut rebus. Si perſonæ; tunc eſt vis repellenda, priuſquam ſit illata, licet quidam dixerint, quod nullus debet repellere vim, niſi illatam. Immo dicit lex, quod licitum eſt occidere inſidiantem, & eum, qui vult occidere: quod intelligo, ſi aliter non poteſt evadere quia manus inſidiantis, ff. ad leg. Aquil. l. 4. & 5.

Si autem quia poſt vim illatam perſonæ repercutiat, ſi facit hoc in continenti, id eſt quum videt illum paratum denuo percutere, non tenetur aliquo modo; ſed ſi nolabat denuo percutere, & aliter parcuſſerit, tenetur; quia hoc non eſt repulſio injuriæ, ſed vindicta, quæ prohibita eſt omnibus, & maxime Clericis, Diſt. 46. c. *Seditionarios*.

„ SEditionarios ſtatuimus numquam ordi- In Concil. *Carthagin.* 4. c. 67.
„ nandos Clericos, ſicut nec uſurarios, vel
„ injuriarum ſuarum ultores.

Requiritur ergo quod defendendo ſe, repercutiat, non ulciſcendo. 23. q. 1. c. *Quid culpatur*, ff. ad leg. Aquil. *Scientiam*, in fine.

Item requiritur, ut cum moderamine ſe defendat. Extr. de reſt. ſpoliat. cap. *Olim cauſſam*, in fine.

„ OLim cauſſam, quæ inter vos nomine Innocen. III. *Epiſc. & Capitulo*
„ Tridon. Eccleſiæ, & Magiſtrum & fra-
„ tres militiæ templi in Lombardia ſuper do-
„ mo Calventiæ vertebatur... (& infra) Intel-
„ ligentes autem prædictam domum, eidem
„ Magiſtro traditam ſub conditione fuiſſe, &
„ quod nullum juri veſtro præjudicium fue-
„ rat irrogatum, ex eo quod idem Magiſter
„ juſtitiæ veſtræ non inſcius, vobis ignoran-
„ tibus poſſeſſionem accepit, præſertim cum
„ ſtatim, ex quo id vobis innotuit, vim vi du-
„ xeritis repellandam: & quod idem ſuæ te-
„ meritate, poſſeſſionem præter conſcientiam
„ veſtram (ad quos ipſam poſſeſſionem nove-
„ rat pertinere, & quos quæſtionem ſibi mo-
„ turos ſuſpicari debuerat) eſt ingreſſus; pro-
„ curatorem veſtrum, & veſtro nomine ab im-
„ petitione ipſius Magiſtri nomine domus mi-
„ litiæ templi, quoad faciendam reſtitutionem,
„ quam petebat, reddimus abſolutum, decer-
„ nentes vos magiſtro ſatisfactionem debitam ex-
„ hibere, ſi defendendo jus veſtrum, in offen-
„ ſam ipſius vel domus militiæ templi modum
„ forſitan exceſſiſtis.

Moderamine, intelligo, ut ſi vis inferatur cum armis, cum armis repellatur; alias ſine armis. ff. de vi & vi arm. l. 1. *§. Vim vi repellere*. Circa hoc conſidero qualitatem perſonarum, ut interdum parvua & debilis poſſint ſe defendere armis contra magnum & fortem pugno elevato venientem. Arg. cauſſa 3. q. 7. c. *Infames*, *§. Arceutur*, verſ. *Si vero in uno auditorio*.

„ Infan-

Digitized by Google

In Digest. Tit. de poſtulando. ,, INſames non poſſunt eſſe procuratores, vel patroni cauſſarum … Si vero in uno auditorio duo tantum præ ceteris fuerint, vel plures, quorum fama ſit hilarior, in judicantis officio ſit, ut par cauſidicorum diſtributio fiat, & exæquetur partibus auxilium ſingulorum ….

Si quis tamen modetamen excedit, & non ex propoſito; non tenetur, niſi ad cautelam. ff. ad leg. Aquil. *Si ex plagis*, §. *Tabernarius*. Si ex propoſito, tenetur. Hanc opinionem ultimam approbo, & fere ab omnibus tenetur: in hoc tamen ultimo verbo, quantum ad ſententiam excommunicationis concordo cum eis, ut ſi aliquis defendendo ſe contra Clericum exceſſit modum, incidat in excommunicationem, ſi illud fecit ex propoſito; alias non: ſed quantum ad aliam ſatisfactionem de exceſſu, vel etiam quantum ad pœnitentiam & irregularitatem, ſi forte propter illam repercuſſionem mors ſecuta eſt; tutius credo, quod teneatur, habita tamen conſideratione ad propoſitum, & non propoſitum. Extr. de ſent. excom.

v. pag. 49. c. *Cum non ab homine*, & c. *Perpendimus*, extr. de reſtitut. ſpoliat. c. *Olim cauſſam*, extr. de homi-

v. ſupra. cidio, c. *Significaſti* 2.

Clemens III. ,, PErpendimus ex litteris tuis, quod quidam ſacerdos pro eo, quod ſe filium Regis falſo nominare præſumſit, & armis acceptis ſeditionem fecit, & guerram, a B. comite juſſus eſt fuſtigari: qui poſtea ejus mandato traditus patibulo exſpiravit (& infra) Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quod ſi memoratus ſacerdos tali modo exceſſit, & non propulſando, ſed inferendo injuriam fuit occiſus; non videtur nobis, quod interfectores ejus propter hoc ad obtinendam abſolutionem, Apoſtolicam ſedem adire cogantur; tu vero, qui merita perſonarum bene noſti, pœnitentiam eis competentem injungas.

Innoc. III. *Abbati ſanctæ Trin. de Moldelberg.* ,, SIgnificaſti nobis, quod cum quidam maleficus ingreſſus Eccleſiam, Euchariſtiam cum altarium ornamentis, & libris Eccleſiaſticis extra Eccleſiam aſportaſſet; L. Presbyter Eccleſiæ Canonicus regularis præfatum iniquitatis filium foſſorio arrepto percuſſit: ſed ſi ad mortem fuit ictus hujuſmodi, tu & ipſe penitus ignoratis, quem parochiani Eccleſiæ videntes, ornamenta Eccleſiæ aſportantem, arreptis gladiis, & fuſtibus in eodem loco protinus occiderunt (& infra) Nos in præmiſſo caſu credimus diſtinguendum, utrum conſtare poſſit, quod præfatus ſacerdos non inflixit percuſſionem lethalem, de qua ſi aliorum non fuiſſent vulnera ſubſecuta, percuſſus minime interiiſſet, & ſi percuſſor voluntatem non habuerit occidendi, neque ipſius ſtudio, conſilio, vel mandato proceſſerint alii contra illum. Et quidem, ſi hoc ita ſe habet (quod forſitan ex eo poſſet oſtendi, ſi certa apparuiſſet percuſſio ab eodem inflicta tam modica, & tam levis, in ea parte corporis, in qua quis de levi percuti non ſolet ad mortem, ut peritorum judicio medicorum talis percuſſio aſſereretur non fuiſſe lethalis) cum de ceteris credendum ſit ipſi, qui non accuſatur, vel denunciatur ab aliquo, ſed per ſeipſum conſilium appetit ſalutare; poſt pœnitentiam ad cautelam injunctam, in ſacerdotali poterit officio miniſtrare, maxime religionis accedente favore, cum ſit Canonicus regularis, & ſine omni ſcandalo poſſit ſacerdotale officium celebrare. Quod ſi diſcerni non poſſit, ex cujus ictu percuſſus interiit; in hoc dubio tamquam homicida debet haberi ſacerdos: & ſi forte homicida non ſit, a ſacerdotali officio abſtinere debet, cum in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quam temere celebrare, pro eo quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur (& infra) Si vero (quemadmodum perhibetur) ſacerdos iſte, prius ab illo percuſſus ſacrilego, mox eum cum ligone in capite repercuſſit: quamvis vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad ſumendam vindictam, ſed ad injuriam propulſandam: non videtur idem ſacerdos a pœna homicidii penitus excuſari: tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe percuſſit, quod cum grave ſit, non ſolet levem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis lethaliter ſolet lædi.

Si autem vis inferatur rebus, & illatam, & inferendam licitum eſt repellere, ſed potius, id eſt, potiſſime illatam; dum tamen in continenti, id eſt, quam cito ſcit vim illatam, priuſquam divertat ad contrarium actum, ut in præallegatis decretalibus, *Olim cauſſam*, & *Significaſti*, 2. ff. de verb. obligat. *Continuus*, in princip. Et ſi forte dum ille vult expellere ſic hoſtem de poſſeſſione ſua, quam injuſte & male occupaverat, aliqui vulnerentur, vel occidantur; credo, quod teneatur ſecundum modum propoſitum ſupra in defenſione perſonæ, & per eadem jura.

Et hoc intellige de imperfectis: perfectis enim non licet repercutere, quod oſtendit Dominus dicens, Matth. 5. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram*. Item Apoſtolus ad Rom. 12. *Non voſmetipſos defendentes, cariſſimi, ſed date locum iræ*, & ſimilia: poſſunt tamen increpare injuriantem exemplo Domini dicentis Joan. 18. quum percuteretur in facie: *Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quare me cædis?* Item Apoſtolus Act. 23. percuſſus in facie dixit principi ſacerdotum: *Percutiat te Deus, paries dealbate; & tu ſedens judicas me ſecundum legem, & contra legem jubes me percuti*. Item petere poſſunt ducatum exemplo Apoſtoli Act. 2. qui quum manifeſtaſſet Tribuno inſidias ſibi parari a Judæis, fecit Tribunus ipſum a ducentis militibus armatis perduci incolumen uſque ad Cæſaream. Item fugere poſſunt perſecutionem, unde: *Si perſecuti vos fuerint in civitate iſta, fugite in aliam*. Matth. 10.

Satis liquet ex præmiſſis, qualiter & quando poteſt moveri bellum ſive contra Hæreticos, ſive contra paganos, & perſecutores Chriſtianorum: patet etiam eos, qui tempore treugæ bona ſua per mare, & terram rapiunt Sarracenis, rapinam committere, & teneri per conſequens ad reſtitutionem: poſſet etiam puniri a principe, cujus treugam frangunt, exceptis templariis, & hoſpitalariis, quos non credo juriſdictioni Principum in his vel aliis ſubjacere, quum ſint religioſæ & Eccleſiaſticæ perſonæ, & ordo ipſorum eſt ad hoc ſpecialiter deputatus.

Ad

Hoſpitalarii in Galliæ ſubjiciuntur juriſdictioni Principis, ſicut aliæ religioſæ & Eccleſiaſticæ perſonæ, maxime in delictis privilegiatis, de quibus Benedictus C. Raynaldus N. 433. & ſeqq.

Ad quæſtionem propoſitam dico, quod miles habens bellum contra alium militem, licite facit ſuum quidquid capit ab hoſte, vel vallatoribus ejus, quouſque juxta conſcientiam ſuam ſit ſibi ſatisfactum de omni damno ſibi dato & labore, & operis tam ſui, quam ſuorum hominum; vel donec ipſe hoſtis offerat jus, vel velit ſatisfacere illi: ſubditos autem illos, qui Deum pluſquam homines timentes, nolunt ſuo domino in bello illicito impendere conſilium, auxilium vel favorem; credo nullatenus ſpoliandos: pœna enim debet ſuos tenere auctores, nec eſt ulterius protrahenda, quam delictum ſit in excedente repertum. Extr. de his quæ fiunt a major. part. cap. c. *Quæſivit*, & cauſa 1. quæſt. 4. cap. 1. ſeu, *Nullius*.

Cælestin. II. Claromonenſi Epiſc.

„ QUæſivit (& infra) Super eo, quod Eccleſiam tuam quidam ex Canonicis etiam minimis, quia penſio Eccleſiæ debita non redditur, vel Clericus aliquis, aut parochianus deliquit, ſine tuo, & aliorum Canonicorum aſſenſu, interdicto ſupponunt (& infra) Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod interdictum in aliqua Eccleſia per aliquem, vel per aliquos de Canonicis tuis, ſine tuo & aliorum fratrum aſſenſu poſitum obſervare non debes, nec etiam ſuſtinere, ut ab aliis obſervetur (& infra) Sed ſi quis in his deliquerit, Eccleſiaſticæ correctioni ſubjaceat; cum peccata ſuos auctores tenere debeant, nec pœna ſit ulterius protrahenda, quam delictum fuerit in excedente repertum.

August. Epiſt. 48. ad Vincentium.

„ NUllius crimen maculat neſcientem. Quis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

POSTILLATORIS QUÆSITA.

QUid, ſi ille, qui juſtum habet bellum, fecerit incendia, vel effracturas, vel arborum, vel vinearum extirpationes in terra propria adverſarii ſui, & hominum ejus; numquid pro his tenetur in aliquo?

Reſp. De illis damnis non tenebitur, quæ bona fide intulit, aut a quibus commode abſtinere non potuit ſecundum induſtriam, & conſuetudinem bona fide pugnantium. Si autem graſſandi animo, & malitioſe ea intulit, cum alias poſſet ſibi conſulere commode; tenebitur, & compenſabuntur illa damna cum damnis ſibi datis, & hominibus ſuis uſque ad concurrentes quantitates, & de eo, quod ſuper excreverit, tenetur ſatisfacere illis, quos damnificavit. Qui autem injuſte movet bellum, tenetur de omnibus damnis, quæ ipſe vel ſui intulerunt adverſario, & hominibus ſuis: tenetur etiam hominibus propriis de damnis ab adverſario illatis, dum juſte rebellat ille adverſarius, niſi & ipſi mala fide invenerint eum: in quo caſu non habent contra ipſum actionem; cum nullus ex culpa ſua conſequi debeat actionem. Nobilis autem ille, qui pugnat juſte, non tenetur hominibus ſuis de damnis, quæ paſſi ſunt ab adverſariis, cum ipſi, & ſe, & ſua pro domino ſuo teneantur exponere; non tenetur, inquam, niſi fuerit in culpa, negligenter defendendo eos.

Quid, ſi componant duo nobiles ſuper guerra ſua, numquid poſſunt componere, vel tranſigere ſuper damnis datis hominibus ſuis, nulla facta reſtitutione hominibus eorum damnificatis?

Reſp. Si compoſitio fiat de conſenſu damnificatorum; ſtandum eſt illi: alias non credo, quod ille, qui fuit in culpa injuſte movendo bellum, per ſuam compoſitionem poſſit præjudicare hominibus ſuis, quin ipſe de proprio teneatur ſatisfacere eis de damnis ſuis; niſi in culpa pariter fuerint cum eo, ut dictum eſt. in quo caſu credo, quod etſi non jure fori contentioſi teneatur eis in aliquo pro eo, quod participaverunt ei in crimine ſcienter; in foro tamen pœnitentiali tenetur, ſi ad perſuaſionem ſuam hoc fecerunt, aliter non facturi. Qui autem habet juſtum bellum, componere non debet cum adverſario in præjudicium hominum ſuorum; ſed vel ipſe debet eis reddere damna ſibi illata, vel procurare, quod ab adverſario reddantur: hoc tamen intelliga de damnis illis, quæ paſſi ſunt in incendiis, & rapinis rerum ſuarum; de expenſis autem, quas fecerunt veniendo ad exercitum, vel morando ibidem, ſatis conſueverunt Principes componere, vel diſſimulare auctoritate propria, quod & de præfatis damnis concedi poteſt; ſi ex cauſſa probabili viderint Principes, ea potius eſſe remittenda, quam carere commodo pacis, & incurrere bellorum pericula, cum in hoc caſu principes utiliter gerant negotium ſubditorum taliter componenda, tenentur ſubditi ratum habere: ſecus ſi ab initio contradicant, ne fiat compoſitio, niſi refuſis ſibi damnis, ſi ex juſta cauſſa viderint expedire, poſſunt a bellando deſiſtere, quamvis forte non poſſunt illata damna quitare; quia ſicut auctoritas movendi bellum penes ſolos Principes eſt; ita & auctoritas deſiſtendi, vel arma deponendi.

---

§. XIII.

QUÆSTIO SEXTA.

Quid de illis, qui ſequuntur ad prædam rapiendam, vel inde comedunt, vel accipiunt partem, vel ipſos majores ad rapiendum inducunt, conſulendo, adulando, detrahendo?

QUi ſequuntur raptores ad prædam capiendam ſcienter, vel etiam ignoranter; ſed poſtquam veniunt ad factum, juvant alios cognoſcentes rapinam committi. Item qui inducunt ipſos tyrannos ad rapiendum, & hoc, conſilio, adulatione, detractione, vel ſimili; ſi iſti ſciunt, vel credunt illos propter illorum ſequelam, querelam, ſive corporale auxilium, vel conſilium, vel adulationem, vel detractionem, vel aliam ſimilem cauſſam a ſe adhibitam, dictos raptores feciſſe rapinam, quam alias non eſſent facturi; tenetur quilibet talis in ſolidum, id eſt, de toto damno. Si vero ſcit, vel probabiliter credit, quod propter ſuam ſequelam, conſilium, adulationem, vel detractionem non plus fecerunt ipſi raptores, quam alias eſſent facturi; tenentur de his, quæ tantum habuerunt, vel expenderunt; & etiam de omni damno dato, quod ipſi vel aliqui de familia ſua fecerint directe, vel occaſionaliter. Arg. ad hanc Diſt. Extra, de ſent. & re judic. cap. *Cum I. & A.* extr. de ætate & qual. ordin. c. *Tuam*, de ſent. excommunic. c. *Inter alias*, Cauſſa 11. quæſt. 3. c. *Quoniam multos*. *v. pag. 5. & 165.*

Innoc. III Abbatibus S. Mariæ in Cagl. & vallis ſtcrræ.

„ CUm I. & A. Canonici ſancti Dionyſi Remen. ex parte quorumdam Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ, noſtro Apoſtolatui reſerarint, quod Abbas eorum ſuper delapidatio-

„ ne,

Digitized by Google

,, ne, perjurio, ſimonia & quibuſdam aliis e-
,, rat multipliciter infamatus; Nos Cathalan.
,, Epiſcopo & ejus collegis dedimus in manda-
,, tis, ut ad Eccleſiam perſonaliter accederes,
,, tam in capite, quam in membris corrigerent
,, corrigenda, & ſtatuerent, quæ ſtatuenda vi-
,, derent (& infra) Judices Abbatis, & Cano-
,, nicorum juramenta recipientes, Abbatem ab
,, adminiſtratione ipſius Eccleſiæ per ſenten-
,, tiam removerunt, correctione membrorum
,, dilata, quam tunc non poterant expedire, a
,, qua ſententia, cum procurator prædictus ad
,, noſtram audientiam appellaverit, propoſuit
,, dictam ſententiam reprobandam, tum quia
,, judices lite non conteſtata, in ipſo negotio
,, proceſſerunt, tum quia juramenta conſpira-
,, torum contra ipſum recipientes (depoſitio-
,, nibus coram partibus minime publicatis, nec
,, oſtenſis eidem) ad ſententiam procedere præ-
,, ſumſerunt (& infra) Quia vero de conſpi-
,, rationis articulo nobis non potuit fieri ple-
,, na fides; mandamus, quatenus ſi vobis con-
,, ſtiterit, quod illi conſpiratores fuerint, quo-
,, rum conſtat a judicibus juramenta recepta,
,, quod Abbas probare voluit coram eis, & eo-
,, rum dicta judices ſecuti tantummodo, cum
,, per alios ea probata non eſſent, ſententiam
,, protulerunt; vos irritantes proceſſum eorum
,, in negotio juxta prædictam formam, com-
,, prehenſam in prioribus litteris, procedatis:
,, ſi vero illos conſpiratos fuiſſe, nequiverit
,, comprobare; vel licet de hoc conſtaret, ap-
,, pareat tamen eos nihil ſuper his depoſuiſſe,
,, pro quibus idem Abbas fuit amotus: vel et-
,, iam ſi aliqua ſuper his depoſuerint, ea ta-
,, men per aliorum dicta fuerant ſufficienter
,, oſtenſa; proceſſum ipſorum judicum con-
,, firmetis; quia licet adverſus Abbatem non
,, debuerint conſpiratores admitti, juramenta
,, tamen ipſorum de veritate dicenda ſuper
,, ſtatu ipſius domus recipi potuerunt, ut per
,, ipſorum dicta, ſuper aliis fides poſſit haberi,
,, quæ Abbatem minime contingebant: præſer-
,, tim cum tunc probatum non eſſet, eos con-
,, ſpiratores fuiſſe.

Innoc. III. De ſortib. decretoſ Bononica. cauſſa 12. quæſt. 2.

,, INter alia, quæ Strigonenſ. Archiepiſco-
,, pus proponi fecit, nos recolimus reſpon-
,, diſſe, quod nullus nominatim excommuni-
,, cato ſcienter communicare tenetur, niſi quæ-
,, dam perſonæ, quæ per illud Gregorii Papæ,
,, c. *Quoniam multos*, ſpecialiter excuſantur. Ve-
,, rum ex hac reſponſione orta eſt occaſio diſ-
,, putandi, aliis concedentibus, quod excom-
,, municato communicare tenentur perſonæ in
,, prædicto c. nominatæ, præſertim quæ prius
,, ad communionem eorum ex debito tenebaun-
,, tur, aliis aſſerentibus, eos communicare
,, licite poſſe, ſi velint; non tamen ad hoc
,, ex neceſſitate teneri. Ut igitur unde jus
,, prodit, interpretatio quoque procedat, am-
,, biguitatem hujuſmodi taliter duximus ab-
,, ſolvendam: quod cum quædam perſonæ in
,, præmiſſo capitulo denotatæ, illis, in quos la-
,, ta fuerit excommunicationis ſententia, ante
,, prolationem ipſius obſequio tenerentur fami-
,, liariter adhærere, nequa poſtmodum ad con-
,, trarium teneatur (cum adhuc debitum du-
,, ret) beneficio Canonis id agenra, a priore
,, non ſunt obnoxietate ſolutæ, ſed ad fami-
,, liare tenentur obſequium: & ita per conſe-
,, quens ad communionem tenentur, ſine qua
,, illud nequeunt exhibere. Illud autem non
,, ad omnes perſonas capituli credimus refe-
,, rendum, ut videlicet obnoxietati hujuſmo-
,, di ſint ſubjectæ, cum viatores, peregrini,
,, & mercatores a communione talium perſo-
,, narum, (niſi articulus neceſſitatis immi-
,, neat) debeant abſtinere; ut in fine colli-
,, gitur maniſeſte: ſed ad illas dumtaxat, quæ
,, talibus arctiori tenentur obnoxietate con-
,, ſtrictæ: quibus tamen in his, pro quibus
,, ſunt excommunicatione notatæ, ut in cri-
,, minibus communicare non debent, ſed ab
,, eis penitus abſtinere.

Facit ad primam partem diſtinctionis regu-
la generalis, quod facientes & conſentientes
par pœna conſtringit. Cauſſa 17. quæſt. 4. cap.
Omnes Eccleſiæ, Cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *Notum*, v. *Iudic.*
in fine.

Nicolaus Papa Girardo Turonenſ. Archiepiſcopo.

,, NOtum ſit tuæ fraternæ caritati, quod
,, iſte presbyter pauper, nomine Chri-
,, ſtoforus, de ſua anguſtia ad noſtram cle-
,, mentiam lacrymabiliter ſit conqueſtus, di-
,, cens falſis ſe criminibus impetitum, & ab
,, Eccleſia ſua non convictum, neque confeſ-
,, ſum, irrationabiliter fuiſſe ejectum: nam,
,, ut ipſe refert, a tua diligentia per tres vi-
,, ces inquiſitione facta, nulla in ſe, neque
,, de fornicationis crimine, neque de homi-
,, cidii conſenſione (de quibus impetebatur)
,, repetiri potuit culpa, niſi quia ſuæ pau-
,, pertatis cauſſa, quæ petebantur, aut con-
,, ſentire noluit, aut adimplere non potuit;
,, quæ ſuus tamen æmulus ultroneus egit,
,, qui injuſte illius Eccleſiam præripuit. Idcirco
,, magnopere monemus reverentiā tuam, ut et-
,, iam quæ te forte ignorante, Gieziaca cupi-
,, ditate peracta eſſe videntur, tuæ fraternitatis
,, cenſura, celeri emendatione corrigantur, ſci-
,, licet reſtituendo Eccleſiæ propriæ jam dictum
,, Sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate
,, priſtinum, quem perdidit, honorem, & nul-
,, latenus Canonica inſtituta alicujus temeri-
,, tate contemni permittas, quia facientem &
,, conſentientem par pœna conſtringit.

Et quod dixi de his, qui tenentur in ſolidum,
in prima parte diſtinctionis; intelligas dictum
multo fortius de his, qui defendunt eos in er-
rore ſuo, quia recipiunt eos in caſtris ſuis. I-
tem de illis, quorum nomine fit rapina, ſi i-
pſi primo mandaverunt, vel poſtea ratum ha-
buerunt. Cauſſa 11. q. 3. c. *Qui conſentit*, & duo-
bus, capitulis ſequentibus, ſeu *Si is qui præſ.*
& *Excellentiſſimus*, extr. de reſtitut. ſpoliat. cap.
Cum ad ſedem. In fine.

,, QUi conſentit peccantibus, & defendit a- Isidorus.
,, lium delinquentem, maledictus erit a-
,, pud Deum, & homines, & corripietur incre-
,, patione ſeveriſſima: hinc etiam quidam ſan-
,, ctiſſimus Pater ait: Si quis peccantem de-
,, fendit acrius quam ille, qui peccavit, coercea-
,, tur: hinc & alius Pater ait: Si quis alterius
,, errori conſenſerit, & illi conſilium dederit,
,, ut ſe tardius humiliet, ſciat ſe cum illo ſi-
,, mili modo culpabilem judicandum.

,, SI is, qui præeſt, ſecerit, aut cuiquam, quod Isidorus.
,, a Domino prohibitum eſt, facere juſſerit,
,, vel quod præceptum eſt, prætererit, aut præ-
,, terire mandaverit, Sancti Paulli Apoſtoli ſen- Levit. 19.
,, tentia ei ingerenda eſt, dicentis: *Etiamſi nos*
,, *aut Angelus de cælo evangelizaverit vobis, præ-* Galat. 1.
,, *terquam quod vobis evangelizavimus, anathema*
,, *ſit*. Idem: *Si quis prohibet vobis, quod a Domi-*
,, *no præceptum eſt, vel rurſus imperat fieri, quod*
,, *Dominus*

„ *Dominus prohibet, execrabilis ſit omnibus, qui*
„ *diligunt Deum.* Idem. *Is qui præeſt ſi præter*
„ *voluntatem, vel præter quod in ſanctis Scriptu-*
„ *ris evidenter præcipitur, vel dicitur aliquid, vel*
„ *imperat: tamquam falſus teſtis Dei, aut ſacri-*
„ *legus habeatur.*

Gratianus. *CUm ergo ſubditi excommunicantur ideo, quia ad malum cogi non poſſunt, tunc ſententiæ non eſt obediendum, quia juxta illud Gelaſii, nec apud Deum, nec apud Eccleſiam ejus quemquam gravat iniqua ſententia.*

Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorū Epiſc. „ EXcellentiſſimus Rex Carolus Apoſtola-
„ tum noſtrum conſuluit, quid agendum
„ ſit de his, qui communicant cum his, qui
„ cum Engeltruda ſæpe damnata communicant
„ femina: quoniam eam cum communicatori-
„ bus ſuis & fautoribus pari vinculo anathe-
„ matis conſtat eſſe aſtrictam. Quapropter nunc
„ Beatitudini tuæ injungimus, ut ſuper hoc
„ noſtra auctoritate fretus, curam de his ſu-
„ mere ſtudeas: & quia docta divinitus Sancti-
„ tas tua valde novit aliud eſſe ex neceſſitate,
„ aliud ex ignorantia, atque aliud quod ex ſtudio
„ delinquitur, iſtudque poſterius duobus prio-
„ ribus diſtrictius eſſe puniendum; idcirco ſoler-
„ ter invigilet, & cauta diſcretione ſingulorum
„ modus dijudicet: quatenus qui ex neceſſita-
„ te, aut ignorantia delinquunt, auctoritate
„ noſtra per te abſolvantur: ſi tamen ipſa eo-
„ rum ignorantia, vel neceſſitas vera, & non
„ ſimulata, vel non ex voluntate proceſſerit:
„ quia, ut bene noſti, ſunt plerique qui poſ-
„ ſunt quidem, ſed nolunt recta noſſe. Un-
Pſal. 35. „ de Pſalmiſta de hujuſmodi: *Noluit*, inquit,
„ *intelligere, ut bene ageret.* Illos autem qui ſtu-
„ dio ſuo obligantur, & contemtu interdi-
„ cta noſtra poſtponunt, non niſi digna ſatisfa-
„ ctione præveniente volumus a te prorſus ab-
„ ſolvi.

Innocen. III. „ CUm ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſent
„ Cuman. Epiſcopi, & fratrum hoſpita-
„ lis Hieroſol. procuratores (& infra) Abbati
„ de Accon. cauſſam (quæ ſuper Eccleſia & ho-
„ ſpitali de monte Citano inter eos vertebatur)
„ taliter duximus committendam, ut audiret
„ omnia tam ad poſſeſſorium, quam ad petito-
„ rium judicium pertinentia, quæ utraque pars
„ duceret proponenda, & cauſſam ipſam fine
„ debito terminaret. Coram quo procurator
„ hoſpitalis, prædicta cum poſſeſſionibus & per-
„ tinentiis ſuis, quæ tenebat Epiſcopus, ſibi
„ reſtitui poſtulavit, aſſerens illa de jure ad
„ hoſpitale Hieroſolym. ſpectare, & quod ipſa
„ diutius, poſſediſſet. Ad quæ reſpondit pro-
„ curator Epiſcopi, ſe nec ſcire, nec credere
„ ſupradicta ab hoſpitali poſſeſſa, vel ad illud
„ aliquatenus pertinere, quæ Cumanen. Epi-
„ ſcopus, utpote in ſua diœceſi conſtituta, ratio-
„ nabiliter detinebat. Cum igitur ad fundan-
„ dam intentionem ſuam pars utraque teſtes
„ produceret, dictus Abbas procuratorem Epi-
„ ſcopi condemnavit ad reſtitutionem omnium
„ prædictorum (& infra) Nuper autem utri-
„ uſque partis procuratoribus comparentibus
„ coram nobis, cauſſam ipſam examinavimus
„ diligenter: & quidem per teſtes videbatur eſ-
„ ſe probatum, quod Cumanen. Epiſcopi nun-
„ cius cruces hoſpitalariis abſtulit, inhibendo
„ ipſis, ne ad ſupradictam Eccleſiam, vel ho-
„ ſpitale redirent, & quod Epiſcopus ſupradicta
„ omnia poſſidebat. Unde procurator hoſpita-
„ lariorum petiit dictam reſtitutionis ſenten-
„ tiam confirmari (& infra) Nos priora acta
„ judicii recenſentes, quia nec per dicta teſtium,
„ vel confeſſiones partium (cum nullæ peni-
„ tus in judicio factæ fuerint) vel etiam inſtru-
„ menta (quæ nullatenus de ſpoliatione tra-
„ ctabant) nec per evidentiam facti nobis con-
„ ſtare potuerit, quod Cumanen. Epiſcopus
„ hoſpitalarios ſpoliaverit, vel mandaverit ſpo-
„ liari, vel ſpoliationem factam, ſaltem ratam
„ habuerit: Pronunciavimus in quæſtione præ-
„ dicta, interdictum unde vi, locum nullate-
„ nus habuiſſe, reſtitutionis ſententiam a præ-
„ dicto Abbate prolatam (licet pars adverſa pro-
„ poneret, quod præſumendum eſſet pro ſen-
„ tentia judicis, qui motum animi ſui potuit
„ ex cauſſis aliis informare) juſtitia exigente
„ caſſantes.

Sed quid, ſi principalis, vel etiam unus eorum, qui tenentur in ſolidum, ſatisfecit de toto damno, numquid alii liberantur?

Utique quoad ipſum damnum, vel intereſſe quia bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, ff. de regul. jur. *Bona fides*, 1.

Item numquid ille, cui ſatisfit, tenetur concedere ſatisfacienti actionem ſibi competentem contra alios?

Solutio: Credo quod poteſt, quantum eſt ad judicium animæ, cedere actionem illi, non ut ab uno in ſolidum, excepto principali, ſed pro partibus petat a ſingulis: ſed non tenetur quoad judicium contentioſum; quia qua fronte poteſt petere ceſſionem, qui ex contumacia ſua punitur? ff. de admin. tut. *Si plures*, 2. & ff. de tutel. & ration. Diſt. l. 1. §. *Nunc tractemus.*

Hoc tamen non eſt omittendum, quod licet quantum ad Deum de magna æquitate dicam, eos taliter liberari, dummodo de peccato recte conterantur, & pœniteant, poteſt tamen exigi ab eis pœna quadrupli, ut dixi ſupra eodem §. *Pœna*, & Zachæus, Luca 17. *Si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum*, & pœna unius non liberat alium. Cauſſa 12. quæſt. 2. c. *Cum devotiſſimam*, & c. *Si ſæculi*, ff. ad legem Aquil. item Mela. §. *Si plures.*

„ CUm devotiſſimam dominam ſciam de cæ- *Gregor. Ad Conſtantiam reginam Galliæ lib. 4. Epiſt. 33.*
„ leſti vita, atque remedio animæ ſuæ ſe-
„ dulo cogitare, culpam me committere vehe-
„ menter exiſtimo, ſi ea quæ pro timore Dei
„ omnipotentis ſunt ſuggerenda, ſiluero, & te
„ ſanctiſſimam de Eccleſiaſtica pace ſedulo non
„ commonuero. Nimis me Juliani fratris &
„ Coepiſcopi noſtri proclamatio nuper contriſta-
„ vit, maxime cum villæ ſuæ, id eſt, Eccleſiæ
„ a nequiſſimis prædonibus deprædatæ, atque
„ nocturnis incendiis, more furum combuſtæ,
„ & dum iidem maligni juxta noſtri prædeceſ-
„ ſoris Bonifacii decreta, pro violata emuni-
„ tate illud emendare noluerint, dum & ſæcu-
„ li leges hæc eadem ita ſe habere voluerint,
„ lege vulgari teſte in qua ſic ſcribitur: *Si quis*
„ *manu armata uſque ad quattuor homines in vicum*
„ *alterius, ad malefaciendum venerit, ille qui prior*
„ *eſt pro illicita præſumtione componat ſolidos non-*
„ *gentos: ſequaces vero ejus unuſquiſque ſolidos octo-*
„ *ginta. Si vero incendium fecerint, ibi novies tan-*
„ *tum componant: ſi vero prædam fecerint, in qua-*
„ *druplum reſtituant.*

„ SI ſæculi leges talem juſtitiam habere vo- Idem
„ luerunt, lex Divina cur inferior eſſe de-
„ bebit? cum in ipſius veritatis præſentia a Za- *Luc. 19.*
„ chæo collaudatū ſit, ut ſi aliquem defraudaret,

Digitized by Google

,, in quadruplum reſtitueret? Et quia ſummum
,, in rebus bonum eſt juſtitiam colere, & ſua
,, cuique jura ſervare, & in ſubjectos non ſi-
,, nere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod
,, æquum eſt cuſtodiri, (quod & vos di-
,, ligere, & omnino confidimus ſtudere) qua-
,, propter excellentiæ veſtræ menſe Novembris
,, præſentis anni, ſecunda indictione, Petrum
,, fratrem & Coepiſcopum noſtrum a gremio ſan-
,, ctæ Romanæ Eccleſiæ tranſmittemus, ut fra-
,, tribus ejuſdem provinciæ in unum congrega-
,, tis, immunitas violata, & præſumtio, & ſacri-
,, legium Canonica auctoritate & veſtra regia di-
,, gnitate talem terminum accipiant, ne poſthac
,, membra diaboli, filii nequam, in ſancta Eccle-
,, ſia, te etiam ibi regnante, talia præſumant.

Unde conſulerem, quod ad cautelam quilibet, poſt ſatisfactionem damni, peteret humiliter remiſſionem de pœna, maxime cum illa detur pro *v. ſupra.* injuria, ut in illo c. *Cum devotiſſimam*.

Item quid ſi plures fuerunt raptores quaſi pares, quia nullus induxit alium ad eumdum, nec erat aliquis dominus alterius, ſed quilibet per ſe ivit?

Ad hoc credo dicendum, quod ſi vadunt inſimul, quaſi ſit unus exercitus, quilibet teneatur in ſolidum: & eſt ratio, quia in tali caſu quilibet juvat alios, & facit eos fortiores: iſti enim poſſunt dici ſquammæ ſeſe præmentes, de quibus loquitur Job 41. *Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquammis ſe prementibus*. Fa- *v.pag.144* cit ad hoc extr. de homicidio, c. *Sicut dignum*, & omnes ſunt cooperatores, quare quilibet tenetur in ſolidum, ut dictum eſt ſupra de aliis; alias ſi non iverunt ſimul, ſed quilibet per ſe ſeparatim faciebat damnum, quilibet tenetur pro eo quod fecit: vel forte in utroque caſu poſſe tolerari, quod quilibet ſatisfaceret de his, quæ habuit, & induceret alios pro poſſe ad ſatisfaciendum, ſed primum dictum eſt tutius. Illi autem qui nec adjuvant; nec in aliquo conſentiunt, ſed datur eis aliquid: & accipiunt, vel comedunt inde, & induunt, vel in alios uſus ponunt, tenentur reſtituere, ſed diverſimode: nam qui dono accipiunt, præcipue tenentur ad reſtitutionem; qui vero comedunt, vel bibunt, vel in uſus neceſſarios expendunt, ut uxor, vel ceteri familiares, tenentur de omnibus, quæ ſic expendunt, niſi in caſu, cum agunt cauſſam ſpoliatorum, monendo, & inducendo pro poſſe ipſum raptorem ad reſtitutionem faciendam; tunc enim non tenentur: nam qui alterius negotium gerit utiliter, etiam ignorantis, & abſentis, licite recipit expenſas; & hoc ſive ſecuta fuerit utilitas, ſive non; unde ſatis videtur per hoc, quod fratres Prædicatores, qui eunt ad raptores, ut eos inducant ad pœnitentiam, & reſtitutionem faciendam, excuſentur, ſi comedant apud illos, maxime ſi commode non poſſunt apud alios invenire. Probantur hæc extr. de accuſ. cap. *Ex parte*. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Quoniam multos*, *v.pag.165* ff. de Negot. l. 2. & *Pomponius* 1. & *Sed an ultro*, & eſt expreſſum de ſent. excomm. c. *Cum voluntate*, §. *Prædicatores*.

Alex. III. *Vigorienſi Epiſc.*
,, EX parte tua (& infra) Prudentiæ tuæ
,, reſpondemus, quod monachi (ni-
,, ſi alia rationabilis cauſſa impediat,) eo quod de
,, obedientia & ſubjectione Abbatis eſſe noſcun-
,, tur, ab ejus accuſatione ſunt nullatenus re-
,, pellendi, licet alios accuſare non poſſint.
,, Quibus (ſi quidem cum proprium non ha-
,, beant) de rebus monaſterii expenſæ debent
,, neceſſariæ, donec cauſſa debitum finem acci-
,, piat, miniſtrari.

,, CUm voluntate ac propoſito maleficia di- Gaco. III.
,, ſtinguantur... Prædicatores quoque, qui
,, penes excommunicatos, vel alios alienarum
,, rerum detentores, in prædicationibus, & con-
,, feſſionibus quaſi gerunt cauſſam, vel curam
,, eorum, ad quos res ipſæ ſpectare noſcuntur,
,, eleemoſynas licite poſſunt ab illis recipere:
,, præſertim ſi alias non valeant in illo loco ſu-
,, ſtentationem habere.

Et hoc intelligas cum moderamine, videlicet ſi habeatur ſpes probabiliter de correctione illius: Item ſi propter eorum expenſas, ipſi raptori non ſubtrahatur facultas reſtituendi, vel in toto, vel in magna parte, arg Cauſſa 2. q. 6. *Anteriorum*, §. *Illud etiam*.

Quid ergo faciet uxor, vel familia, ſi nec habetur ſpes de correctione illius, vel videt viru vergere ad inopiam, & quaſi ſit non ſolvendo?

Ad hoc dico, quod ſi ibi ſunt aliqua de juſto, da illis ſeparatim poteſt expendere: ſi vero non ſunt aliqua ibi, niſi de rapina, nullo modo comedat, ſed aliunde ſibi victum quærat, vel ab amicis, & conſanguineis ſuis, vel laborando manibus ſuis, vel alio quocumque modo, honeſto tamen. Idem dico ſi ibi ſunt aliqua de juſto, ſed ita mixta ſunt, quod non poſſunt diſcerni, vel licet poſſint diſcerni, maritus iniquitate plenus, non permittit eam comedere, niſi de rebus raptis. Quid ergo faciat ſi nihil invenit numquid morietur, fame? Non, ſed ſubeſt ei triplex auxilium, Unum, ſi poteſt habere de dote, vel ſponſalitio. Secundum, ut denunciet talibus, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, & ſi neceſſe eſt, & probari poteſt, etiam Epiſcopo, ut ipſe compellat eum, eam paſcere de juſto. Cauſſa 2. quæſt. 1. c. *Si peccaverit*, Cauſ. 12. q. 5. c. *Hoc videtur*, extr. de jurejur. c. *Quemad-* *v.pag. 90. & 87.* *modum*. Vel tradat ei ſponſalitium, vel partem, vel committat alicui perſonæ honeſtæ, quæ de honeſto lucro provideat ei. Extra de pignor. c. *Ex litteris*, & de donat. inter vir., & uxor. c. *Per veſtras*.

,, EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod Innoc. III *Epiſc. Aquinati.*
,, cauſſam, quæ vertitur inter R. & A.
,, mulierem, tibi duximus committendam (&
,, infra) Si quidem probatum eſt, quod pro fa-
,, cinore a marito prædictæ mulieris commiſſo,
,, eo fugam petente, tam frater mariti, præ-
,, fatus videlicet R. quam ipſa mulier (licet mi-
,, nus juſte) a regio juſtitiario capti fuerint, &
,, de ipſius mandato bonorum omnium delin-
,, quentis facta diſtractio & ſoluta pecunia mer-
,, catori, qui a marito mulieris vulneratus fue-
,, rat, & rebus propriis ſpoliatus, ſed quædam
,, poſſeſſiones illius penes eumdem R. remanſe-
,, rant, quas idem de mandato curiæ retinuit,
,, ſoluta pro eis pecunia prædicto mercatori;
,, quia emtor alius propter poſſeſſionum mi-
,, nutias non extabat: pars vero mulieris æſtima-
,, tionem dotis inſtantius petebat ſibi reſtitui,
,, vel in poſſeſſiones, quæ mariti fuerant ex of-
,, ficio delegationis induci (& infra) Manda-
,, mus, quatenus ſi tibi conſtiterit ex his, quæ
,, in præſentia tua fuere propoſita & probata,
,, quod mulier dicit viro dediſſe in dotem, &
,, prædictum R. de bonis fratris aliqua poſſide-
,, re, cum mulieribus favor multus in recu-
,, perandis dotibus debeatur, & cautum ſit in

,, jure,

,, jure, quod propter maleficium viri mulier
,, remanere non debeat, cum etiam bona vi-
,, ri mulieri ſint pro dote tacite obligata, &
,, cum ſuo onere tranſierint ad quemlibet poſſi-
,, dentem. R. prædictum eidem mulieri ad reſti-
,, tutionem dotis eatenus condemnes, quatenus
,, de bonis fratris ſui præfati noſcitur poſſideri.

Innocen. III. *Archiep. & Archidiacono Genuen.*

,, PEr veſtras litteras intimaſtis, quod cum
,, magiſtrum R. ſuper quadam ſumma pe-
,, cuniæ pro H. paupere, auctoritate noſtra cura-
,, veritis convenire; quam idem H. pro dote u-
,, xoris ſuæ requirebat ab eo, dictus R. exceptio-
,, nem oppoſuit contra ipſum, quod uxorem
,, ſuam a ſe repulerat, & tacita veritate ſuper
,, hoc litteras impetraverat: quia cum ſuper ea-
,, dem dote alia vice coram veſtræ civitatis con-
,, ſulibus quæſtio mota eſſet, ipſi pronunciave-
,, runt, ut quoniam idem H. ad inopiam ver-
,, gere videbatur, dos illa non aſſignaretur ei-
,, dem, niſi cautionem idoneam de ipſa non
,, peritura præſtaret: unde vos ei, ut de ſal-
,, vanda dote caveret, & uxorem ſuam reciperet,
,, præcepiſti (& infra) Cum ergo ſatis poſſit ei
,, modicum credi dotis, cui creditum eſt corpus
,, uxoris, mandamus, quatenus dotem aſſigna-
,, ri faciatis eidem, ſub ea, quam poteſt, cau-
,, tione præſtare, vel ſaltem alicui mercatori
,, committi, ut de parte honeſti lucri dictos vir
,, onera poſſit matrimonii ſuſtentare, ne occa-
,, ſione dotis detentæ, uxor a viro dimiſſa, ſeu
,, vir, qui dimiſit uxorem, adulterii reatum
,, incurrat.

Tertium auxilium, ſi eſſet in arcto poſita, quod nec inveniret quid comederet, nec eleemoſynas, nec poſſet ulterius ſine periculo ſuſtinere neceſſitatem famis; tunc enim ſi aliud non poſſet: & de rapina, & de aliis undequaque poſſet vivere, quia neceſſitas non habet legem de *v. pag 25.* conſecr. Diſtinct. 1. c. *Sicut*, de conſecr. Diſtinct. *v. Indic.* 5. c. *Diſcipulos*. Quidquid tamen ſic expenderit, doleat in animo, & proponat firmiter quam cito poterit, quidquid inde expendit, reſtituere: in omni tamen caſu tenetur uxor viro debitum reddere, & econverſo, niſi ſubſit aliud impedimen- *v. pag. 65.* tum. Cauſſa 33. q. 5. c. *Si dicat*, & c. *Secundum*, & c. *Una ſola*.

Auguſt. *Sup. Pſal.* 149.

,, SI dicat vir, continere jam volo. Nolo au-
,, tem, uxor: non poteſt. Quod enim tu
,, vis, non vult illa. Numquid per continentiam
,, tuam debes illa facere fornicariã? Si alii nupſe-
,, rit te vivo, adultera erit. Non vult Deus ta-
,, le damnum tali lucro compenſare. Redde de-
,, bitum, & ſi non exigis, redde. Pro ſatisfactio-
,, ne perfecta Deus tibi computabit, ſi non quod
,, tibi debetur, exigis, ſed reddis, quod debe-
,, tur uxori.

Auguſt. *Ad Ecdiciam epiſt.* 199.

,, SEcundũ verba Apoſtolica etiamſi ſe vir con-
,, tinere voluiſſet, & tu noluiſſes, tibi debi-
,, tum reddere cogeretur, & illi Deus imputa-
,, ret ad continentiam, ſi non ſuæ, ſed tuæ ce-
,, deret infirmitati, ne in adulterium caderes.
,, Quiſquis igitur compatiens infirmitati uxoris
,, reddit, non exigit debitum, aut ſi propter
,, infirmitatem propriam ducit uxorem, planges
,, potius, quia ſine uxore eſſe non potuit, quam
,, gaudens, quia duxit, quiſquis vendit quod
,, novit: quia etſi maneret, beatum non face-
,, ret, quiſquis emit quod novit, quia tran-
,, ſiet, & de his non præſumit, & facit ex eo
,, quod habet miſericordiam cum non habenti-
,, bus, ſecurus expectat diem noviſſimum.

ſ. XIII.

QUÆSTIO SEPTIMA.

Quid de his qui de rapina emerunt ſcienter aliquid, vel ignoranter?

CIrca illos, qui emerunt de rapina, diſtingue, quod aut ſciebant rapinam eſſe, aut probabiliter credebant; aut credebant de juſto eſſe, vel de hoc nihil cogitabant, ſcilicet utrum eſſet rapina, vel non; utrum de juſto, vel non. in primis duobus caſibus ſubdiſtingue, quis aut emit quis mala fide, id eſt, cupiditate acquirendi ſibi, aut bona fide, id eſt voluntate reſtituendi, quaſi gerens utiliter negotium illius, cui fuerat ablata res, quam videbat perire, vel in talem caſum devenire, quod non poſſet poſtea recuperari, vel ſi poſſet, non ſine magna difficultate. In primo caſu, ſcilicet quando mala fide emit, tenetur indiſtincte ad reſtitutionem, nec liberatur vendendo, vel alias alienando rem alteri, vel etiam ſi res pereat morte, vel alio caſu, vel ſi ſibi violenter auferatur, vel furtive ſubtrahatur, vel alio ſimili modo; & eſt ratio quia furtum committit contrectando rem alienam invito domino, ff. de furto l. 1. & fur ſemper eſt in mora reſtituendi: unde nec prætium quod dedit, poterit repetere ab illo, cujus res eſt, nec expenſas, quas ibi fecit & omnem utilitatem, quam ex illa re habuit, tenetur reſtituere; ſi reſtituat etiam rem deteriorem, quam ad ipſum pervenit, non liberatur; ſed ſi antiquo tempore medio fuerit melior res, quam fuit tempore emtionis; ſive cum poſtea vendidit alteri, ejus, quod plurimi fuerit, erit æſtimatio facienda, ff. commod. Si ut certo, ſ. *Sed interdum* C. de rei vendit. *Certam*. Quod dixi de primo emtore, intelligo de ſecundo, & milleſimo, ſi per tot manus tranſiret res talis cum mala fide, ut dictum eſt de primo emtore.

Quid ſi principalis raptor reſtituit plene rei æſtimationem cum toto intereſſe; numquid ceteri qui emerunt, vel dono acceperunt, liberantur?

Satis credo, quod ſic, quantum ad reſtitutionem faciendam domino rei: tamen credo dicendum, quod de puro & ſano conſilio quidquid inde ex lucro habuerunt, ſive totum, ſi fuit ſibi res gratis data, ſive quod ſupereſt deducto prætio dato pro ea re, ſi fuit res emta, debet cum conſilio Eccleſiæ erogari in uſus pauperum: & agat pœnitentiam quilibet talis de furto. Cauſſa 14. q. 5. c. *Qui habetis aliquid de malo; facite inde bonum*, & ſ. Sequenti.

,, QUi habetis de malo, facite inde bo- Auguſt.
,, num. Qui non habetis de malo, no- *Serm.* 25.
,, lite acquirere de malo. Eſto tu bonus qui bo- *de verb. Domini.*
,, num facis de malo, & cum ceperis aliquod
,, boni facere de malo, noli remanere tu ma-
,, lus: nummi tui convertuntur in bonum, tu au-
,, tem remanes malus. *Sed hoc multipliciter intelligi-* Gratianus.
,, *tur, facit enim de malo bonum, qui reddit quod*
,, *illicite abſtulit. Nomine etiam mali cura & ſolli-*
,, *citudo mortalium exprimitur. De malo ergo bo-*
,, *num facit, qui pauperibus diſpenſat, quod cum*
,, *labore & ſollicitudine acquiſivit, juxta illud*
,, *Evangelii*: facite vobis amicos de Mammona

„ iniqnitatis. *Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi*
„ *cauſſa poſſidetur, veluti cum Mathematicus ex*
„ *arte, quum docet; vel ex futuris, quæ prænun-*
„ *tiat, nonnulla lucratur: quæ vero de malo ſic*
„ *acquiruntur, in bonum poſſunt converti. De pecca-*
„ *to etiam aliqua nonnumquam acquiruntur, quæ*
„ *pauperibus juſte erogantur.*

Item numquid ſatisfacient poterit ſibi conſulere de pretio ſoluto adverſus venditorem?

Non, niſi quando emit expreſſe, facit ſibi caveri; obſtat enim ei turpitudo ſua, C. de rei vendic. *Si mancipium*. Cauſſa 10. q. 2. c. *En enim*, v. Indic. quæſt. 2. *Qui vero res*, C. de evictlon. *Si fundum*.

Leo Imp. & Anathem-ias.
„ EA enim ... jus ... hoc præterea, ſi habeat
„ ſuperflua vaſa, cum debitrix ſit, nec a-
„ liunde ſolvere valet, ne qnid immobile alie-
„ netur vel diſtrahatur, ea (geſtis habitis co-
„ ram eo, cujus eſt loci ordinatio) integra,
„ vel aliis locis venerabilibus oblata dentur,
„ vel conflata cuilbet alii vendantur. Qui
„ autem hæc acceperit contra hanc obſervatio-
„ nem iiſdem pœnis ſubjaceat, quæ in rebus
„ immobilibus proditæ ſunt. Si autem debi-
„ tum ex mobilibus ſolvi non valet, primo
„ res immobiles ſpecialiter dentur pignori,
„ quarum fructus creditor ſibi reputet tam
„ in ſortem, quam in uſuras uſque ad quartam
„ centeſimæ. Quod ſi nolit creditor ita accipe-
„ re, tunc ordinator domus apud eum, a quo
„ ordinatur, habitis abſque diſpendio geſtis,
„ juret (majore parte ibidem ſervientium con-
„ ſentiente,) & debitum urgere, nec ex mo-
„ bilibus ſolvi poſſe. Quo ſubſecuto per 20. dies
„ rem Eccleſiæ eſſe venalem publice ſit notū,
„ ut plus offerenti detur, pretio modis omni-
„ bus pro debito dando. Aliter enim emtori
„ res non conceditnr, & hoc inſcribatur, nihil
„ eſſe factum in eadem re ad damnum Divinæ
„ domus. Emtore vero non invento, res æſti-
„ mata diſtricte detur creditori in ſolutum, ad-
„ dita in pretio decima parte univerſæ æſtima-
„ tionis, & accedente conſenſu ordinatoris &
„ majoris partis ibidem ſervientium. Sit tamen
„ ea res mediocris inter ceteras, inſpecta ipſius
„ qualitate, & quantitate, & onere. Et is cre-
„ ditor hic intelligatur, qui quod credidit, pro-
„ bat in utilitatem divinæ domus proceſſiſſe.
„ Sicut autem alienatio rerum Eccleſiæ inter-
„ dicitur, ita prohibetur, ne qua ſterilis detur ei
„ poſſeſſio, aut alioquin oneroſa volnti nomine
„ fiſcalium vel onere. Item prædium propter
„ onus fiſcale inutile alienetur geſtis (ut ſupra)
„ conficiendis, & eodem juramento præſtito, id
„ eſt, quod alia de cauſſa non alienatur, niſi
„ ut immunitas ejuſdem venerandæ domus ſer-
„ vetur. Sed & permutare Principi licet pro
„ re majori, melinri vel æquali, ſi reſpublica
„ hoc expoſcit, & pragmatica forma ſuper hoc
„ præcedente. Item ſibi invicem recte permu-
„ tant, cum utriuſque indemnitate, eorum ſci-
„ licet conſenſu interveniente, qui ſupra refe-
„ runtur. 2. Part. Perpetua quoque emphyteuſis
„ in his rebus permittitur, ſi res in eorum
„ geratur præſentia, quibus hoc adſignatur
„ lege, jurantibus his, quorum intereſt,
„ ex eo contractu nihil ad læſionem divinæ
„ domus effici, ſolito redditu ipſius rei, qui
„ fuit, cum Divino juri dedicaretur, non
„ imminuendo niſi in ſextam partem: Aut ſi
„ ob cladem diminnta fuerit, tunc pro con-
„ ſtante nunc penſione in emphyteuſim de-
„ tur. Quod ſi res pretioſa quidem eſt, pa-
„ rum tamen aut nihil præſtet penſionum, res
„ ſubtiliter æſtimanda eſt, ut ex hac juſta
„ penſio conſtituatur: ea tamen ſola dentur
„ in emphyteuſim, quæ ad hoc videntur
„ congrua œconomo, & aliis gubernatori-
„ bus. Qui rem hujuſmodi conductam, vel
„ in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem,
„ aut emphyteuticum Canonem per biennium
„ non ſolverit, hac lege repelli poteſt, ut
„ tamen ſolvat totius temporis penſionem,
„ & id in quo rem læſit, reſarciat, non re-
„ petiturus, ſi quid impendit nomine melio-
„ rationis. Si quas vero ruinas habent memora-
„ tæ divinæ domus, quas reædificare non va-
„ lent, & hæ in emphyteuſim dentur per-
„ petuam, emphyteuta uſuro materia depoſi-
„ tæ habitationis domus, ut penſio deminua-
„ tur in tertiam partem ab ea, quæ ſtanti-
„ bus adhuc ædificiis colligebatur, aut eo prius
„ reædificante, ex additis illis per æſtimatio-
„ nem penſionibus, medietas detur religioſæ
„ domui. Nam priori caſu, ab initio emphy-
„ teuſis præſtanda eſt penſio. * Qui vero res
„ jam dictas non gratuito alienationis titulo
„ citra formam legis accepit, rem quidem
„ cum omni incremento medii temporis re-
„ ſtituat: ejus autem, quod dedit, nullam
„ actionem adverſus venerabilem locum, ſed
„ adverſus eum, qui alienavit, habet. Do-
„ natarius autem & rem cum omni cauſſa,
„ & fructum reſtituat, & aliud tantumdem.
„ Creditor qnoqne reſtituta re pignorata, cre-
„ diti actionem contra ſolum pignoris dato-
„ rem, habeat; emphyteuſis acceptor, & ab
„ ea cadat, nec quod dedit repetat; immo
„ ſtatim ſolvat, quod ſoluturus eſſet unoquo-
„ que anno, ſi jure contraxiſſet. Sed melius
„ dicitur, omnino denegandas actiones eſſe
„ hnjuſmodi acceptori. *Item Cod. lib. 1. tit. de*
„ *ſacroſ. Eccleſ. &c. Imperator Leo.* Si œcono-
„ mus Eccleſiæ proſpexerit exſpedire, ut cui-
„ quam conſideranti certarum poſſeſſionum,
„ atque prædiorum (urbanorum ſcilicet, ſive
„ ruſticorum) ad jus Eccleſiaſticum pertinen-
„ tium, temporalis uſusfructus poſſeſſio pro
„ petitione ipſius præſtetur; tunc ejus tempo-
„ ris, qnod inter utroſque convenerit, ſive
„ in diem vitæ ſuæ, ab eo, qui deſiderat,
„ poſtuletur, pacta cum eo qui hoc elegerit,
„ ineat œconomus atque conſcribat, per quæ
„ & tempus intra quod hoc præſtari placuerit,
„ ſtatuatur, & manifeſtum ſit, quod quiſque
„ acceperit ad invicem.

„ HUjuſmodi beneficii gratia, præſtando qui- Palea.
„ dē Eccleſiaſtici prædii pro tempore uſum-
„ fructum, poſt ſtatutum antē tempus, & placitū
„ redditunm ipſorum proprietate ad jus & domi-
„ niū Eccleſiaſticum revertente firmiter, ita ſcili-
„ cet ut ſive cōpleto ſpatio, quod inter eos fuerit
„ conſtitutum, ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc
„ quoque convenerit) is qui Eccleſiaſticam poſ-
„ ſeſſionem, & certorum reddituum uſumfructū
„ habendi gratia, pacto interveniente ſuſcepe-
„ rit, non minus quam alterius tantæ quanti-
„ tatis, quantæ acceperat, redditus cum ipſo-
„ rum prædiorum dominio, & rebus immobi-
„ libus, eorumque colonis, & mancipiis Ec-
„ cleſiæ derelinquat. Niſi enim hac conditione
„ pacta inita fuerint, ea quoque decernimus
„ non valere. Nam hæc uſus præſtatio locum
„ habet in omni domo religioſa. Quo finito res
„ ultra-

„ utraque pleno jure perveniat in domum jam
„ dictam, nec tributis quidem gravata ſit majo-
„ ribus ea res, quæ datur ad invicem & ejuſdē
„ redditus ſit. Quibuſcumque modis hoc jus aliis
„ permittitur, īterdicitur certis perſonis res hu-
„ juſmodi accipere, ut œconomo, ejuſque co-
„ gnatis. Quod ſi neceſſitas compulerit, ut
„ pro Eccleſiæ neceſſitate, aut utilitate, aut
„ in uſuſructu, vel in directa venditione ali-
„ quid diſtrahatur, apud duos, vel tres com-
„ provinciales, aut vicinos Epiſcopos cauſſa,
„ qua neceſſe ſit vendi, primitus compro-
„ betur, ut habita diſcuſſione ſacerdotali, eo-
„ rum ſubſcriptione, quæ facta fuerit vendi-
„ tio, vel tranſactio corroboretur. Aliter facta
„ venditio, vel tranſactio non valebit (& in-
„ fra) Minus vero utiles poſſeſſiones peregri-
„ nis, vel Clericis ſalvo jure Eccleſiæ, in uſum
„ præſtari permittimus.

Si vero emit aliquis bona fide a raptore, vel ab alio rem de rapina vel furto, bona ſcilicet intentione, non ut ſibi lucraretur, ſed ut ſpoliato reſtitueret, poteſt a ſpoliato repetere illud, quod dedit pro ipſa re bona fide, ut dictum eſt, & etiam quidquid expendit poſtea ad conſervationem illius rei; niſi forte cum re illa lucrabatur aliqua, unde poſſet facere dictas expenſas, & breviter quidquid ſibi adeſt ex illa re, ut penſio, merces, fructus, vel ſimile, tenetur reſtituere; quidquid ſibi abeſt, ut pretium, & moderatas expenſas poteſt repetere, vel cum eo, quod ex ipſa re ſibi advenit, uſque ad concurrentem compenſare quantitatem. Ratio autem quare iſte poteſt repetere, eſt quia geſſit utiliter negotium abſentis ſpoliati. Require probationem ſupra §. *Qui ſequuntur*, verſ. *Illi autem, qui nec adjuvant*, &c.

Sed quid ſi ille fecit inquiri diligenter, & non potuit invenire cujus eſſet res?

Hic conſulo, quod quidquid res illa valet ultra illud, quod iſti debetur, cum auctoritate Eccleſiæ, erogetur in pias cauſſas pro anima illius cujus res fuit: & conſulo, quod hoc fiat publice, ut evitetur omnis ſuſpicio: & ſic credo, quod erit liberatus, quia etiam in hoc geſſit utiliter negotium illius, & eſt argumentum ad hoc. Cauſſa 12. q. 2. c. *Quattuor*, circa finem.

Gelasius Papa Epiſt. ad Epiſc. per Lucanium & Brutios, c. 29.

„ QUattuor autem tam de reddítu, quam de
„ oblatione fidelium, prout cujuslibet Ec-
„ cleſiæ facultas admittit, (ſicut dudum ratio-
„ nabiliter eſt decretum) convenit fieri portio-
„ nes: quarum una ſit Pontificis, altera Clericorū,
„ tertia pauperum, quarta eſt fabricis applican-
„ da; de quibus ſicut Sacerdotis intererit inte-
„ gram miniſtris Eccleſiæ memoratam deſpon-
„ dere quantitatem. Sic Clerus ultra delegatam
„ ſibi ſummam nihil inſolenter noverit expe-
„ tendum: ea vero quæ Eccleſiaſticis ædi-
„ ficiis attributa ſunt, huic operi veraci-
„ ter prærogata, locorum doceat inſtauratio
„ ſanctorum manifeſta; quia nefas eſt, ſi ſacris
„ ædibus deſtitutis, in lucrum ſuum Præ-
„ ſul impendia his deputata convertat: i-
„ pſam nihilominus adſcriptam pauperibus por-
„ tionem, quamquam divinis rationibus ſe
„ diſpenſaſſe monſtraturus eſſe videatur; tamen
„ juxta hoc quod ſcriptum eſt: *Ut videant opera*
„ *veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui*
„ *in cælis eſt*: Oportet etiam præſenti teſtifica-
„ tione prædicari, & bonæ famæ præconiis non
„ taceri.

In aliis autem caſibus, videlicet ſi ſciebant: vel credebant de juſto eſſe, quod emebant, vel forte habebant animum indifferentem, vel nihil ſuper hoc cogitabant, excuſantur; ſed diverſimode; nam qui ſciebant, vel probabiliter credebant eſſe de juſto ſimpliciter, non tenentur in aliquo: qui vero temere credebant, & ignorabant ignorantia, quæ dicitur craſſa & ſupina, vel propter fatuam ſimplicitatem, nihil ſuper hoc cogitabant, tenentur ad reſtitutionem.

Aug. cōtra Fauſtum, c. 74.

Ad hoc autem, ut ſcias plenius hanc diverſitatem diſcernere, diſtingue cum Auguſtino, in radice, id eſt, in ipſo raptore, a quo iſti emerunt; quia aut ille erat Dominus, aut ſubditus: in primo caſu tenetur, quod dixi ſupra, aad. §. *Circa principes*, in principio, & in fine. In ſecundo vero caſu diſtingue, quia cum ſubditus movet bellum pro domino ſibi mandante, aut ſcit bellum juſtum, aut injuſtum, aut dubitat: in primo caſu non tenetur ad reſtitutionem eorum, quæ accepit ab hoſtibus, niſi juxta edictum domini; nec peccat, niſi habeat corruptam intentionem, ut ſupra eodem §. *Circa Principes*. In ſecundo tenetur, quia plus debuit timere Deum, quam hominem. In tertio non tenetur; excuſatur enim propter bonum obedientiæ, licet forte peccet Dominus contra Deum, male præcipiendo. Cauſ. 23. q. 1. c. *Quid culpatur*.

v. pag. 34

Sic ergo procedes circa emtorem, quia ſi ſcit venditorem, & ex juſto bello habuiſſe, licite poteſt emere, nec tenetur ad reſtitutionem: qui vero neſciebat eſſe de juſto bello, ſed credebat probabiliter: nam omnes vicini ſui, vel major pars, vel ad minus ſapientes ita credebant, prout ſibi emtori videbatur, iſte non tenetur durante ſibi hac bona fide: ſed ſi poſtea ſciat, rem fuiſſe de rapina, debet reſtituere; & ſi judicialiter reſtituit, poterit a venditore etiā invito pretium repetere, Cauſ. 12. q. 2. c. *Vulteranæ*.

Gelasius Papa Juſtino Archidia. & Fauſto defenſori.

„ VUlteranæ Eccleſiæ actus, vel patrimo-
„ nium, quod hactenus comperimus da-
„ ſtitutum, poſt damnationem Euchariſtiæ,
„ quo fuerat depravanta diſperſum, curæ veſtræ
„ decrevimus eſſe delegandum: ut diligentia
„ (qua vos pro utilitatibus Eccleſiæ exiſtimamus
„ eſſe vigilantes) prædia culturæ reſtituaris an-
„ tiquæ, & revocetis, ſi qua ſunt vendita, aut
„ donata mancipia: poſſeſſiones etiam quas ab
„ Eumancio & Opilione Epiſcopis, vel ceteris
„ quovis jure videritis teneri; (quia contra con-
„ ſtituta Synodi ab Epiſcopis prædia alienari nul-
„ lo potuerunt commento) nihilominus revo-
„ centur. Sit emtoribus ad eum recurſus qui
„ præſumſit aliquid de Eccleſiæ rebus, illicita
„ venditione diſtrahere: ita ut penſiones annuas
„ ad Pontificem deferatis: cui privilegia ſua in-
„ tegra convenit omni ratione ſervari, ut ejus
„ diſpenſatione portiones proveniant conſuetæ:
„ ita ut portionem quartam, quæ ad eos perti-
„ net, ſua Pontifex ordinatione diſtribuat, pro-
„ ut cujuſque locum meritumque cognoſcit. Pa-
„ riter etiam ex fideliſſ oblatione faciendum eſt,
„ ut Clericis quartam eroget pro conſideratione
„ ſuæ electionis Antiſtes. Fabricarum etiam por-
„ tio Epiſcopo ſciente, & diſponente veſtra ero-
„ gatione pendatur: quatenus nihil penitus in
„ detrimentum alicujus rei patiamini generari.

Si vero ſimpliciter per pœnitentiam reſtituit, tenebitur venditor in judicio pœnitentiali ſibi ad intereſſe; ſed in judicio contentioſo non poteſt

cogi

cogi ad hoc. ff. de evic. *Si rem.* 2. Extr. de emt. & vend. c. *Si venditori*.

GREGOR. IX.
„ SI venditori, poſt inſtitutum contra ſe ju-
„ dicium, quis emiſerit, ut rem venditam
„ ſibi defenderet, nunciare, vel contumaciter
„ abſuit tempore ſententiæ promulgatæ: ſeu
„ per injuriam ſententia lata fuit, de evictio-
„ ne juxta legitimas ſanctiones agere non va-
„ lebit.

Alia pertinentia ad hunc articulum require infra eodem §. 2. Illi vero, qui emerunt de rapina, & in judicio animæ dicunt ſe feciſſe ignoranter ignorantia juris, quæ in tali caſu non excuſat, vel etiam igorantia facti craſſa, & ſupina, videlicet quia omnes vicinos, vel pro majori parte, vel etiam pauciores, ſed ſapientiores audiverant, dicentes illud bellum eſſe injuſtum, & contra Deum, vel forte quia Eccleſia prohibebat, vel excommunicabat publice auctores, & participes ipſius belli; tenentur ad reſtitutionem. Cauſ. 12. quæſt. 2. c. *Qui divinis*. Ext. de ord. ab Epiſcopo qui renunc. Epiſc. c. *Requiſivit*, in fine. Cauſ. 16. q. 1. c. *Si cupis*, verſ.

v. pag. 41. *Non multum diſtat in vitia.*

GELASIUS *Papa. Majorico, Sereno, & Joann. Epiſc.*
„ QUi divinis, & humanis legibus incivili
„ damnatione calcatis, & reverentia re-
„ ligionis abjecta, vel Eccleſiaſtica privilegia
„ calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum
„ proſilire diſpendium, nec hujusmodi ſaltem
„ commoniti convictique, nequitiam ſopire con-
„ ſentiunt, neque illata ſaceis rebus detrimen-
„ ta reſarcire; merito divini muneris partici-
„ patione ſunt privandi, ut hujuſmodi perce-
„ ptione careant, quod ſacrilegis auſibus ha-
„ buere deſpectui.

ALEX. III. *Toletano Archiep.*
„ REquiſivit a nobis tua fraternitas, utrum
„ Clerici, qui poſt renunciationem factam
„ a prædeceſſore tuo, ordines receperunt, in i-
„ pſis debeant remanere (& infra) Reſponde-
„ mus igitur diſtinguendo, utrum renunciave-
„ rit loco tantum, an loco ſimul & dignitati.
„ Nam in primo caſu, ordines (ſicut antea)
„ rogatus ab Epiſcopo aliquo poterit de ratio-
„ ne conferre: in ſecundo vero caſu diſtinguen-
„ dum putamus, utrum ſacros contulerit, an
„ minores. Si enim a tali ordine uſque ad ſub-
„ diaconatum aliquis acceperit: quia & hujuſ-
„ modi ordines a non Epiſcopis quandoque con-
„ feruntur, & in illis deſervire poterit, & ad
„ majores, ſi idoneus fuerit, promoveri. Sane
„ ſi ab eodem ſacros ordines ſcienter quis re-
„ ceperit, quia indignum ſe fecit, executio-
„ nem officii non habebit: ubi autem non ſcien-
„ ter, poterit, niſi craſſa & ſupina fuerit igno-
„ rantia, diſcretus Pontifex diſpenſare.

Sed quid ſi hujuſmodi perſonæ reſtituentes rem, vel æſtimationem, adeo pauperes remanent forte cum filiis & familia, quod non habent aliquid unde vivant?

Ad hoc dico, ſalvo meliori judicio, quod ſi poteſt ſcire perſonam, cujus fuit res, oſtendat propoſitum reſtituendi, & neceſſitatem ſuam, & poteſt petere dilationem; & ſi iſti bene contrito corde, & volenti etiam illud modicum quod habet, reſtituere; niſi aliter poſſit conſulere animæ ſuæ, ſpoliatus intuitu Dei, & eleemoſynæ remittit totum, vel partem, liberatur: alias debet facere poſſe ſuum, Cauſ. 14. q. 6. c. *Si res aliena*. Si vero non poteſt ſciri perſona, & ita eſſet erogandum in pias cauſſas; cum conſilio Eccleſiæ fiat, ut dixi in caſu conſimili ſupra de decimis, §. *Quid ſi aliquis*.

Poſtillator
QUuid de illis, qui reſignant omnia bona ſua in manu pœnitentiarii, promittentes, quod damnificatis tantum facient, quod tenebunt ſe propagatis, quia putant, quod pro modico quitabunt eos, quia credunt ſe totum amiſiſſe?

Quid etiam de illis, qui non reſignarent in manu pœnitentiarii, niſi crederent, quod pœnitentiarius reſtitueret eis pro tota, vel parte, quando neſcitur cui facienda eſt reſtitutio; numquid tales ſunt in ſtatu ſalvandorum?

Reſp. Credo quod non; oportet enim, quod bona fide, & ſine fraude faciat raptor, quidquid poteſt, aut damnificatis ſatisfaciat, ſi novit eos, aut pauperibus eroget, ſi non novit: alias non eſt abſolvendus a pœnitentiario, ſi conſtiterit ei de ejus impœnitentia, vel prava intentione; non tamen eſt neceſſe, quod fiat hujuſmodi reſignatio in manu pœnitentiarii, dum tamen paratus aliter ſit ad arbitrium ejus, vel alterius boni viri ſatisfacere.

---

§. XIV.

QUÆSTIO OCTAVA.

Quid de hæredibus raptorum?

DE hæredibus autem raptorum, licet ſecundum leges, aliter diſtinguatur; dico, jure Canonico eos teneri ad omnia debita defunctorum, in quorum locum ſuccedunt; ut autem circa hæredes materia latior habeatur.

Nota, quod quilibet hæres, ſive filius, ſive extraneus, non diſtincto utrum raptoris, vel alterius, tenetur jure Canonico ad omnia debita defuncti perſolvenda, ſive fuerint ex contractu, vel quaſi; ſive ex maleficio, vel quaſi; ſive pervenit res illa, pro qua debitum fuit contractum ad eum, ſive non; ſive lis fuerit conteſtata cum defuncto, ſive non. Cauſſa 16. q. 6. c. *Si Epiſcopum*, extr. de pignor. c. *Ex præſentium*, & de ſolution. cap. 1. ſeu, *Ad hoc*, & de uſura, c. *Tua nos*, & de raptorib. cap. *In litteris*, & de ſepult. cap. ultimo, ſeu, *Parochiano*, & de ſent. excomm. cap. *A nobis*, 2. in fine, argum. ff. de condict. furt. *Si pro fure*, §. *Condictio*.

v. Indic. GREGOR. *Joanni defenſori, lib. 11. Ep. 50.*
„ SI Epiſcopum (quod abſit) talem culpam
„ commiſiſſe conſtiterit, ut conſtet eum
„ non irrationabiliter fuiſſe depoſitum; eadem
„ ejus depoſitio confirmetur, & omnes res ſuæ
„ Eccleſiæ, quæ ablatæ fuerint, reſtituantur:
„ quia delictum perſonæ in damnum Eccleſiæ
„ non eſt convertendum. Si enim, ut dici-
„ tur, Comitiolus defunctus eſt, ab hærede
„ ejus, quæ injuſte ab illo ablata ſunt, ſine
„ excuſatione reddantur.

ALEXAND. III. *Epiſcopo Exonienſ.*
„ EX præſentium latoris inſinuatione acce-
„ pimus, quod ſacerdos Eccleſiæ de Offiro-
„ na calicem argenteum, & medietatem unius
„ Breviarii ejuſdem Eccleſiæ pro ſua neceſſitate
„ pignori obligavit; & ea, morte præventus,
„ minime recollegit. Unde quoniam indi-
„ gnum eſt, ut eidem Eccleſiæ res ſuæ (præ-
„ ſertim quæ ſacris miniſteriis deputatæ ſunt)
„ taliter debeant deperire; mandamus, quate-
„ nus ſi verum eſt, quod aſſeritur, filium ejus,
„ qui ex ſucceſſione ipſius patrimonii jus dici-
„ tur obtinere, moneas & compellas, ut ea re-
„ colligat, & reſtituat Eccleſiæ memoratæ.

Hanc opinionem tenuerunt omnes doctores

mei

mei, videlicet Laureotius, Tancred. Joann. & alii quamplurea. Alanus vero diſtinxit ſecundum leges, quod non approbo, maxima in judicio animæ.

Quid ſi non ſufficit hæreditas ad debita perſolvenda?

Videtur, quod ſi non fecit inventarium, nihilomious teneatur ad omnia; ſi vero fecit, tunc non teneatur, niſi in quantum hæreditas ſufficit, C. de jur. delib. *Scimus*. Ego credo, quod in judicio animæ non teoetur, niſi in quantum ſufficit hæredites: diſtinguo tamen inter debita, & legata, & relicta; quia debita tenetur ſolvere abſque detractione legitimæ, ſi neceſſe eſt, quantum potaſt ſufficore hæreditas: de legatis autem poteſt datrahare ſuam legitimam, ſi tot ſunt, quod illis ſolutis, non remaneret ſibi legitima: Nam in legibus pater filium gravare non potuit.

Si quæras quæ ſit legitima?

Reſpondeo, aut hæredes ſunt filii, aut extranei; ſi filii, & ſunt quattuor, vel pauciores, legitima omnium eſt tertia pars hæreditatis: ſi vero ſunt qninque, vel plures, legitima omnium erit medietas hæreditatis: ſi autem ſunt extranei, ſive pauci, ſive multi, quarta pars hæreditatis erit legitima: & in quolibet illorum caſuum illa legitima erit inter ipſos hæredes, nbi plures ſunt, æqualirer dividenda. Probantur hæc C. de jure delib. *Scimus*, *§. Si præfatam*, C. da inoffic. teſt. auth. *Noviſſima*. Extra de teſtam., c. *Raynutius*.

INNOC. III. *Epiſcop. Tuſcano.*

„ RAynutius de Clera duas habens filias, Alterocham videlicet, & Adjectam, Matrem inſuper Cleram, & uxorem nomine Adelaſiam, in extremis poſitns condidit teſtamentum, Alterochæ filiæ puberi ultra dotem, quam ei dederat, domum & quemdam hortum in eodem teſtamento relinqoens: Adjectæ vero impuberi reliquit cetera bona ſua, adjiciens, ut Alterocha, & Sobolas, quam geſtabat in utero, eidem impuberi ſuccederent, ſi abſque liberis moreretur. Mortuo itaque teſtatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidem relictis a patre, jure Longobardorum cuidam Petro nomine tradiderunt; quæ filium ex eo ſuſcipiens, tandem ſine liberis eſt defuncta: cujus bona idem Petrua maritus ejus ſuperſtes aliquanto tempore poſſedit in pace: qui cum alia muliere contrahens matrimonium, & filios ſuſcipiens ex eadem, diem clauſit ultimum. Poſtmodum inter Alterocham & filium ejus ex una parte, & filios ejuſdem Petri, & Raynerium tutorem eorum ex altera: ſuper bonis prædictis ejuſdem Adjectæ ſuſcitata materia quæſtionis, cœperunt coram G. judice Tuſcan. adiovicem litigare: coram quo Alterocha, & filius ejus bona quumdam Raynutii, tamquam ex cauſſa fideicommiſſi, vel ſubſtitutionis ſibi debita petierunt: tutore filiorum prædicti Petri ex adverſo dicente, quod obſtabat illis annalis præſcriptio, uſucapio pro dote, ac longi temporia ſilentium diuturnum. Inſuper allegabat; quod de bonis illis tam tertia Cieræ matris teſtatoris, & tertia Adelaſiæ uxoris ejuſdem, quam quarta per Trebellianom nomine ipſius Adjectæ, erant ante omnia deducendæ: Dictus vero judex, utriuſque partis allegationibus & rationibus diligenter aſpectis, ſupradictum Raynerium tutorio nomine pupillornm in reſtitutione bonorum Raynutii condemnavit, tertia Cleræ primo deducta, quam Adjectæ, ae viro ſuo donaverat, de qua in ſubſtitutione, quam fecit Raynutius, non videtur aliquatenus cogitaſſe; deducta quoque tertia Adelaſiæ, quam ipſa Petro vendiderat ſupradicto, præcipit etiam idem judex de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant ſecundum Tuſcanæ conſuetudinem Civitatis. Deduci præterea quartam per Trebellianum idem judex injonxit, cum etiam quilibet extraneus reſtitutione gravatus, eam deducere potuiſſet; ſed utraque pars ab illa ſententia provocavit (& infra) Cum autem coram G. Diacono Cardin. auditore a nobis conceſſo, fuiſſet diutiua litigatum, ipſe habito conſilio peritorum, de mandato noſtro ſententiam ſupradicti judicis, videlicet in eo quod dixit tertiam Claræ, & tertiam Adelaſiæ integraliter deducendas, pronunciavit injuſtam, & ab ea legitime provocatum, definiens, ſic illas tertias deducendas, ut legitima portio jure naturæ debita Alterochæ, illi ſalva ſit in utraque, ad cujus reſtitutionem dictum Raynerium condemnavit. In eo vero, quod quartam per Trebellianum idem judex cenſuit retinendam, ſententiam confirmavit ejuſdem, ita videlicet, quod fructus de bonis ipſius a tempore litis conteſtatæ percepti a prædicto Petro & filiis ejus poſt mortem Adjectæ computentur in ea: qui ſi ſuffecerint ad quartam, & fructus ejus, eo nomine, alia deductio nulla fiat, alioquin juxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia vero pater Adjectæ ipſam in legitima non potuit aggravare, legitimam ipſam, videlicet ejus partis, quæ ſibi debebatur ab inteſtato, deducendam cenſuit, & etiam *tertiam* retinendam, ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus ſecundum Tuſcanæ conſuetudinem civitatis, fieri conſuevit. In eo autem quod prænominatus judex condemnavit Raynerium nomine pupillorum ad reſidui reſtitutionem Alterochæ ac ejus filio faciendam, ipſius ſententiam confirmavit; Nos igitur ejuſdem Cardinalis ſententiam ratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamos.

Et de legitima filiorum nota verſus.

Quattuor, aat infra dant aatis juru trientem:
Semiſſem vero dans natis quinque, vel ultra
Arbitriam ſequitur ſubſtantia ceteru patris.

TRiplex eſt legitima: ana quæ debetur legitimis liberis, qaæ appellatur debitum bonorum ſubſidium, quæ eſt medietas, vel triens ut habetur infra. Eſt alia legitima, quæ debetar per legem Falcidiam, etiam extraneo hæredi inſtituto, & eſt qaarta pars quam deducit, & ſibi retinet inſtitatas de legatis, & quibuſdam aliis rebas, quando ſupra dodrantem eſt aliquid relictam in legatis, & debetar de jure inſtitutionis. Eſt etiam tertia legitima, qaæ ſimiliter eſt qaarta, qaæ appellatur Trebellianica, & debetur ei, qui hæres inſtitutas rogatus eſt reſtituere alii hæreditatem: quod ergo hic dicitur de detractione legitimæ, intelligendam eſt de qualibet iſtarum legitimaram; licet dixerint quidam, quod tamen non credo eſſe veram, quod filiar ſemper debet habere ſalvam ſuam legitimam, & ſine aliquo onere, & quod deducit eam etiam ex debitis arg. C. de inoff. teſtam. Omnimodo. *Poſtillator.*

Hære-

Hæreditas dividitur in duodecim uncias, quarum hæc ſunt nomina. Sexcunx, *& continet unciam & dimidiam, quaſi ſemiuncia, & uncia.* Sextans, *id eſt, ſexta pars aſſis, ideſt, duæ unciæ.* Quadrans, *quaſi quarta pars, id eſt, tres unciæ.* Triens, *ideſt, tertia pars, & ſic quattuor unciæ Et hæc quattuor nomina ſumunt interpretationem, ex eo, quod quotam partem hæreditatis deſignant. Alia vero ex eo, quod certum numeram unciarum ſignificant.* Quincunx, *non quinta pars aſſis, id eſt, totius, ſed quinque unciæ.* Semis, *id eſt, ſex unciæ, ſeu medietas totius.* Septunx, *id eſt, ſeptem unciæ.* Bes, *id eſt, octo unciæ.* Dodtanx, *id eſt, novem unciæ.* Dextans, *id eſt, decem unciæ.* Deunx, *id eſt, undecim unciæ, &* As, *id eſt, duodecim unciæ, ſeu totam.*

Nota tamen, quod licet ſecundum leges talis debeat eſſe legitima filioram, ſicut dictum eſt, ſcilicet quarta pars, vel medietas; tamen ſecundum conſuetudinem Gallicani regni, quæ ibidem præjudicat juri ſcripto, alio modo limitatur hæc legitima, & alicubi in eodem regno obtinet, quod pater, vel mater non poteſt dare extraneis ultra quintam partem hæreditatis ſuæ, quæ conſiſtit in mobilibus, nec in teſtamento, nec cauſſa mortis, nec inter vivos. Alibi non poteſt ultra tertiam; ſed tertiam dare poteſt, & legare inter vivos, & cauſſa mortis. De mobilibus etiam diverſæ ſunt conſuetudines in diverſis locis ejuſdem regni, quibus ſtandum eſt, cuilibet in ſuo loco.

Item nota, quod ſecundum leges non debetur legitima jure naturæ conſanguineis de linea transverſali; immo poteſt ferre totam hæreditatem ſuam, ſi liberos non habeat, vel patrem, aut matrem, extraneo dare, & extraneum hæredem inſtituere; nec habebit frater ejus querelam de inofficioſo teſtamento, niſi quando præſcripti ſunt hæredes infames, aut turpes perſonæ, aut male meritæ: ſed ſecundum conſuetudines Galliæ, idem adhuc obſervatur de collateralibus parentibus, qui ab inteſtato debent ſuccedere, quod obſervatur de filiis.

Ex præmiſſis potes colligere, quod ſi creditores, vel legatarii ſimul veniant ad hæredem, primo eſt creditoribus ſatisfaciendum; ſed ſi veniunt ſeparatim, liberabitur hæres ſolvendo per ordinem cuilibet venienti, ſive creditori ſive legatario; dum tamen nihil ſaciat in dolo, vel fraude. Verumtamen, ſi legatarii præveniunt creditores, & accipiunt; vel poſteriores creditores, priores, & potiores in jure præveniunt; creditores poſtmodum venientes non debent inquietare hæredem, niſi remanſerit ei de hæreditate, unde poſſit adhuc eis ſatisfacere; ſed habent tamquam potiores jus ſuum ſalvum contra legatarios, qui primo acceperant; ſimiliter & anteriores creditores contra poſteriores, qui primo acceperant.

Hòc etiam nota, quod hæres poteſt deducere ante omnia omnes expenſas, quas fecit in neceſſarias cauſſas hæreditatis, ſive in funere, ſive in teſtamenti, vel inventarii confectione, vel ſimili: & breviter, ſicut debitis totam hæreditatem exhaurientibus, a lucro debet eſſe immunis; ita & a gravamine. Probantur hæc in præallegata lege, *Scimus*, §. *Et ſi præfatam*, & §. ſequenti.

Item nota, quod licet obligatio teſtatoris tranſeat ad hæredem, non tamen periculum perjurii, vel etiam quodlibet aliud, quod ex ſua vi, vel forma non poſſet excedere ſingularem perſonam. Require ſupra, de juram. & perjur. §. *Item pone, quod univerſitas*.

Item quid, ſi plures ſunt hæredes; numquid quilibet tenetur in ſolidum creditoribus, an pro hæreditaria portione?

Reſpondeo, regulariter tenetur quilibet hæres pro parte hæreditatis, C. de hæred. action. l. 1. &. 2. Excipiuntur quinque caſus.

Primus, ſi aliquod individuum eſt in obligatione: tunc enim quilibet tenetur in ſolidum, ff. de verb. oblig. *In exſecutione*, §. *Secunda*.

Secundus, ſi res, quæ debet reſtitui, ab uno in ſolidum poſſideatur, C. de hæred. act. l. 2. ff. commod. *Sed mihi*, §. *Hæres*.

Tertius in alimentis legatis, quæ pro voluntate defuncti, vel judicis, ab uno in ſolidum, vel a pluribus pro partibus deſignatis petuntur, ff. de alimen. & cib. Leg. l. 3.

Quartus, ſi teſtator ab uno hæredum legaverit creditori hæreditario compenſandi animo: tunc enim hæres ille uſque ad quantitatem legati, onus debiti illius ſuſtinebit, ff. de leg. 2. *Cum ab uno*.

Quintus, in expenſa funeris uxoria, quæ non tantum adſtringit hæredes, pro hæreditariis portionibus, ſed etiam virum pro portione, quæ pervenit ad eum de dote ſuæ uxoris, ut puta ad eum pervenerunt centum, & in hæreditate ſunt ducenta; ipſe vir tenetur pro tertia, & hæredes pro duabus partibus, ff. de relig. & ſumt. fun. *Celſus*, & l. *Veluti*.

Qualiter autem ad vota defuncti teneatur hæres, require ſupra de votis, §. *Item circa eadem vota*. Item quid ſi hæres eſt pupillus, numquid poteſt differri ſolutio debitorum prætextu pupillaris ætatis? Dico quod non. C. de hæred. act. l. *Sub prætexta ætatis pupilli debitoris hæreditarii, creditorum exactionem differri non poſſe nimis evidens eſt; unde cum te tutorem proponas, quemadmodmum a pupillis creditoribus ſatisfiat, eniti debes.*

Pone, quod hæredes, vel exſecutores teſtamenti nolunt ſolvere ea, quæ teſtator mandavit in uſus pios expendi, nec ſatisfacere creditoribus, juxta ejuſdem teſtatoris mandatum. Quid fiet?

Dic, quod per locorum Epiſcopos, ut univerſa hujuſmodi ſecundum defuncti voluntatem procedant, licet etiam a teſtatoribus id contingeret interdici, ſunt monitione præmiſſa cogendi: talis enim interdictio, ſeu prohibitio non valet. extr. de teſtam. c. *Tua nobis*, & c. *Joannes Clericus*.

,, TUa nobis fraternitas intimavit, quod Gregor.
,, nonnulli tam religioſi, quam Clerici IX.
,, ſæculares, & Laici pecuniam, & alia bo- *Nemon.*
,, na, quæ per manus eorum ex teſtamen- *Epiſc.*
,, tis decedentium, debent in uſus pios ex-
,, pendi, non dubitant aliis uſibus applicare.
,, Cum igitur in omnibus piis voluntatibus
,, ſit per locorum Epiſcopos providendum,
,, ut ſecundum defuncti voluntatem univerſa
,, procedant: licet etiam a teſtatoribus id
,, contingeret interdici; mandamus, quatenus
,, exſecutores teſtamentorum hujuſmodi, ut
,, bona ipſa fideliter, & plenarie in uſus
,, prædictos expendant, monitione prævia
,, compellas.
,, JOannes Clericus, & P. Laicus exſecutores Idem
,, ultimæ voluntatis O. Clerici ſanctæ Cru-
,, cis, qui venerabilibus, & piis locis de bonis
,, ſuis in ultima voluntate legavit, mandans in-
,, ſuper ſatisfieri creditoribus per eoſdem; poſt
,, man-

„ mandatum ſuſceptum per diœceſanum cogi debent teſtatoris explere ultimam voluntatem.

ſ. XV.

QUÆSTIO NONA.

Quid de præſcriptionibus, & uſucapionibus.

CIrca præſcriptiones & uſucapiones nota diligenter, quid dicatur præſcriptio; quid uſucapio; quæ res poſſint præſcribi, & quæ non; quæ ſpecies præſcriptionis; quid ad eam complendam; qualiter interrumpatur; & utrum excuſet aliquem a peccato?

Quid ſit præſcriptia, quid uſucapio.

PRæſcriptio, vel uſucapio eſt acquiſitio, vel abjectio dominii utilis, vel directi per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, ff. de uſucap. lege 3. Differunt tamen præſcriptio, & uſucapio; quia præſcriptio proprie in immobilibus, uſucapio in mobilibus locum habet; res etiam incorporales, ut ſervitutes, actiones, & ſimilia acquiruntur præſcriptione, extr. de cauſ. poſſeſſ. & prop. c. *Cum Eccleſia*, [*v. Indic.*] 16. q. 3. c. *Placuit*, ſ. *Quas actiones*.

[In Concil. IX. *Africano. Gratianus.*] „ PLacuit... *Quas actiones tricennalis præſcriptio excludit, ſi loco religioſo competant 40. annis excludantur. Et in novellis: Neque decennii, vel vicennii, &c. In canonibus vero Eccleſia adverſus Eccleſiam 30. annis; monaſterium adverſus Eccleſiam nonniſi 40. annis præſcribere permittitur. Quod ſi privatus primitias, & decimas, ſive ſine titulo, ſive cum titulo poſſederit; nulla temporis præſcriptione tutus eſſe poterit. Quæ enim ab initio de jure ſortiri effectum non poſſunt, tractu temporis non convaleſcunt. Unde ſi liber homo longo tempore pro ſervo detineatur, etiamſi 40. annorum curricula exceſſerint, ſola temporis longinquitate libertatis jura minime mutilabuntur....*

Item uſucapio completur triennio; præſcriptio, non, ut infra.

Quæ poſſint præſcribi.

POſſunt autem præſcribi generaliter omnes res, omne jus, & omnis actio, extr. de præſcrip. c. *Ad aures*, C. de præſcript. 30. an. *Sicut in rem*.

[Alex. III. *Mauritan. Epiſc.*] „ AD aures noſtras pervenit duas Eccleſias litigaſſe ſuper decimis, quas una earum in alterius parochia annis 40. poſſedit (& infra) Tuæ fraternitati tenore præſentium innoteſcat, quod de jure... melior eſt conditio poſſidentis. Quia quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludit.

Excipiuntur quædam, quæ nullo modo poſſunt præſcribi, ut eſſe in criminibus nullo tempore præſcribitur; ſed potius ex temporis diuturnitate augentur, extr. de ſimonia, c. *Cum in* [*v. pag. 15. & 65.*] *Eccleſiæ*, 33. q. 5. c. *Quod Deo*.

Item non præſcribitur contra obedientiam, viſitationem, & procurationem, quæ debetur ratione viſitationis, extr. de præſcript. c. *Cum* [*v. pag. 4.*] *non liceat*, & c. *Cum ex officii*, extr. de cenſib. c. *Cum inſtantia*.

[Innoc. III. *Prioribus de Coſta & de S. Donato.*] „ CUm non liceat a capite membra recedere, non ſufficimus admirari, quod, ſicut referente Bracharenſi Archiepiſcopo nobis eſt intimatum, licet Eccleſiæ veſtræ in ipſius ſint diœceſi conſtitutæ, vos tamen obedire ſibi tamquam Epiſcopo veſtro contumaciter recuſatis (& infra) Ideoque mandamus, quatenus præfato Archiepiſcopo & Eccleſiæ Bracharenſi obedientiam, & reverentiam debitam, ſicut alii Clerici ſuæ diœceſis faciunt, impendatis, præſcriptione temporis non obſtante.

„ CUm inſtantia noſtra quotidiana (& infra) Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, quod cum omnes Eccleſiæ legatis & nunciis ſedis Apoſtolicæ procurationes impendere teneantur, ab earum præſtatione nullam habere volumus excuſatam; niſi forte per ſpeciale privilegium ſedis Apoſtolicæ (quod non credimus) ſit exemta, etiamſi longiſſimo tempore procurationis obſequium non impenderint, cum in talibus præſcriptio ſibi locum nequeat vendicare, quia nos a proviſione paſtoralis ſollicitudinis circa omnes Eccleſias numquam omnino ceſſamus. [Innocen. III. *Primicerio, & Clero Madiol.*]

Item Eccleſiæ, & cetera ſacra, vel religioſa, necnon & decimæ, primitiæ, & oblationes nullo jure poſſunt a Laicis poſſideri, vel præſcribi; quia regulariter, quod non poteſt poſſideri, non poteſt præſcribi. Cauſſa 16. q. 3. c. *Placuit*, ſ. *Poteſt*, extr. de præſcript. c. [*v. pag. 172*] *Cauſſam, quæ*, & *Si diligenti*.

„ PLacuit... *Poteſt etiam aliter intelligi præſcriptio illa longi temporis, qua Gelaſius negat ſtatum Parochiarum poſſe mutari: longum enim tempus, ſicut ex legibus habetur, decennium, vel vicennium intelligitur. Hujus ergo longi temporis præſcriptia auctoritate Gelaſii, & ſecularium legum Eccleſiis objici non poteſt.* [*Gratianus.*]

Require ſupra de decimis ſ. *Quid de militibus*, & ſ. *In ſumma*, & ſ. *Eſt autem*, & ſ. *Sunt dandæ*.

Item non poteſt præſcribi limes, & quod adhæret limiti Epiſcopatuum, vel Parochiarum, 16. q. 3. *Licet in regulis*, extr. de Paroch. c. *Super eo*.

„ LIcet in regulis contineatur antiquis, Parochias unicuique Eccleſiæ priſtina diſpoſitione deputatas, nulla poſſe ratione convelli, ne per conſuetudinem peſſimam, exempli mali temeritate creſcente, univerſalis confuſio naſceretur; tamen etiam decretis noſtris ante non multum temporis deſtinatis omnia juſſimus, quæ taliter fuerant invaſa, reſtitui. Sed quia temeritas pervadentium legem ſibi poſſe putat generari, ſi ſceleri ſuo pertinaciam retentionis adjungat; ea, quæ inter fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Conſtantinum Auſeanæ Eccleſiæ Sacerdotem, & inter nuncios directos ab Anconitano Pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus; tunc formam in ceteris cognitionibus, quæ ſit ſequenda, præſcripſimus. Nulla igitur præſumtione ſtatum Parochiarum, qui perpetuæ ætatis firmitate duravit, patimur immutari: quia neque negligentia Pontificis, neque temporalis objectio (quæ per injuriam forte generatur) neque ignavia faciente conſenſus adhibitus, nec ſubrepente ſupplicatione præceptio divellere poteſt ſemel diœceſim conſtitutam: ex qua ſemper ad regenerationem atque conſignationem plebs devota con- [Gelaſius *Maximo & Euſebio Epiſc.*]

,, venit. Territorium etiam non ſacere diœce-
,, ſim olim noſcitur ordinatum.

Urbanus. III.

,, SUper eo vero, quod apud vos intellexi-
,, mus dubitatum, an quod de finibus, & his,
,, quæ finibus cohærent, non præſcribendia, ſta-
,, tutum per Canones eſſe dignoſcitur, ſit in pa-
,, rochiarum limitibus, ſicut in provincialibus
,, admittendum; reſpondemus, quod bene vi-
,, detur in utroque ſervandum, ſi fines legitima
,, probatione, vel alias indubitata fide conſtite-
,, rit Eccleſiaſtica ordinatione ſtatutos.

Ratio eſt, ne termini Provinciarum, Epiſcopatuum, vel Parochiarum conſundantur. Sunt & aliæ multæ rationes, quas non proſequor: limes tamen prædiorum poteſt præſcribi, 16. quæſt. 4. cap. *Volumus*, extr. de præſcript. cap. *Quia*.

Gregor. *Petro Subdiacono.*

,, VOlumus te accedentem ad Panormita-
,, nam Civitatem, quæſtionem ipſam tali
,, ratione diſcutere (dominio rei apud poſſeſ-
,, ſorem ſicut hactenus poſſeſſum eſt, videli-
,, cet permanente) ut ſi monaſterium præſa-
,, tum ſancti Theodori fines, de quibus certa-
,, tio mota eſt, inconcuſſos 40. annis poſſediſ-
,, ſe repereris, nullam deinceps (etiamſi quid
,, Romanæ Eccleſiæ competere potuit) patiaris
,, ſuſtinere calumniam; ſed quietem eorum in-
,, concuſſam omnibus modis procurare. Sin ve-
,, ro actores Eccleſiæ non eos poſſediſſe 40.
,, annis inconcuſſo jure monſtraverint, ſed a-
,, liquam intra tempora hæc motam aliquan-
,, do fuiſſe quæſtionem eorumdem finium; e-
,, lectis arbitris tranquille, & legaliter ſopia-
,, tur.

Alex. III.

,, QUia indicante Abbate C. comperimus in-
,, ter eum, & Abbatem ſanctæ Luciæ,
,, gravem eſſe exortam de finibus quæſtionem;
,, agrimenſoris definitione illam proſpeximus fi-
,, niendam. Hortamur igitur, ut ad loca, de
,, quibus eſt contentio, accedentes, eam in
,, veſtra faciatis præſentia terminari, quadra-
,, ginta tantum annorum præſcriptione utrique
,, parti ſervata.

Nec liber homo poſſeſſus pro ſervo debet præſcribi, 16. q. 3. c. *Placuit*, ℣. *Quas actiones.* *v. ſupra.*

Item publicæ functiones, id eſt, tributa, vel redditiones, & poſſeſſiones agrorum non præſcribuntur a colono. Ibidem, ℣. *Porro*, C. de præſcript. 30. ann. *Male agitur*.

Gratianus.

,, PLacuit . . . *Porro publicæ functiones præſcribi*
,, *non poſſunt. Unde in 7. libro Codicis, tit.*
,, *de 30. vel 40. annorum præſcriptione Imperator*
,, *Anaſtaſius*: Jubemus eos, qui rem aliquam
,, per continuum annorum 40. curriculum ſine a-
,, liqua interpellatione legitima poſſederint, de
,, poſſeſſione quidem rei, ſeu dominio nequa-
,, quam removeri; functiones autem, ſeu civi-
,, lem Canonem, vel aliquam publicam colla-
,, tionem impoſitam eis, dependere compelli:
,, nec huic parti cujuſcumque temporis præſcri-
,, ptionem oppoſitam admitti. *Sic etiam prædia,*
,, *ſive ſint privati, ſive Eccleſiæ, poſſunt præſcri-*
,, *bi. Proventus primitiarum, & decimationum*
,, *præſcriptione tolli non poſſunt, etiamſi a Romano*
,, *Pontifice quilibet Laicus ſuper his reſcriptum im-*
,, *petraverit. Reſcripta enim, quæ contra jus ſcri-*
,, *ptum impetrata fuerint, niſi talia ſint, quæ illis,*
,, *quibus data fuerint, proſint, & nulli obſint,*
,, *nullius momenti eſſe cenſentur. Item decimæ, Deo*
,, *mandante, Sacerdotibus & Levitis ſeparatæ ſunt,*
,, *ut de ſorte Domini vivant, qui in ejus ſorte connu-*
,, *merantur: non ergo cujuſcumque privilegio Lai-*
,, *cis concedi poſſunt, ne divinis mandatis auctori-*
,, *tas humano præjudicium inferat. Unde Impera-*
,, *tor Valentinianus & Theodoſius:* Univerſas terras,
,, quæ a Colonis, vel Emphyteuticariis Domi-
,, nici juris, reipublicæ, vel templorum in qua-
,, libet provincia venditæ, vel ullo alio pacto
,, alienatæ ſunt; ab his, qui perperam atque con-
,, tra leges eas detinent, nulla longi temporis
,, præſcriptione officiente, jubemus reſtitui;
,, ita ut nec pretium quidem iniquis compara-
,, tionibus repoſcere liceat . . .

Imperator Anaſtaſius

Præſcriptionis ſpecies.

SPecies præſcriptionis, multis aliis omiſſis, ſunt duæ. Alia enim eſt longi temporis, ut decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes. Alia longiſſimi, ut triginta, vel quadraginta annorum: & hoc contra Laicos, vel privatas perſonas, 16. q. 3. cap. *Placuit*, ℣. *Poteſt*, & cap. *Quas actiones*. *v. ſupra.*

Contra Eccleſias vero omnino eſt neceſſaria præſcriptio quadraginta annorum, ſive privata perſona præſcribat contra Eccleſiam, ſive Eccleſia una contra aliam. Ibidem, & q. 4. c. *Neque decennii.*

Ex Novel. *Juſtinian. novel. 131.*

,, NEque decennii, neque vicennii, vel
,, 30. ann. præſcriptio, ſed ſola quadra-
,, ginta annorum curricula religioſis domibus
,, opponantur, non ſolum in ceteris rebus,
,, ſed etiam in legatis & hæreditatibus. *Sic-*
,, *ut ergo religioſis domibus ex lege nonniſi qua-*
,, *dragenaria eſt objicienda præſcriptio; ita & au-*
,, *ctoritate Gregorii adverſus alias Eccleſias præ-*
,, *ſcribere poſſunt eodem ſpatio temporis.*

Gratianus.

Excipitur Eccleſia Romana, contra quam non præſcribitur, niſi ſpatio centum annorum. Cauſſa 16. q. 3. c. *Nemo*, extr. de præſcript. c. *Cum vobis*.

Joan. VIII. *Ludovico Regi.*

,, NEmo de annorum numero reſultandi ſu-
,, mat fomentum, quia ſanctæ Romanæ
,, (cui Domino auctore ſervimus) Eccleſiæ
,, privilegia, quæ in firma Petri ſtabilitatis pe-
,, tra ſuſcepit, nullis temporibus anguſtantur,
,, nullis regnorum portionibus præjudicantur;
,, ſed venerandæ Romanæ leges divinitus per
,, ora piorum principum promulgatæ, rerum e-
,, jus præſcriptionem nonniſi per centum annos
,, admittunt.

Innoc. III. *Hel. & Gu. Abbatib.*

,, CUm vobis (& infra) Licet igitur tam
,, legali, quam Canonica ſit diffinitione
,, ſtatutum, ut contra Romanam Eccleſiam, quæ
,, gaudet privilegio ſpeciali, nonniſi centum an-
,, norum præſcriptio locum ſibi valeat vendica-
,, re; tempora tamen intercidentium ſchiſma-
,, tum, quæ ſecundum juris ordinem curſum
,, præſcriptionis impediunt, nolumus aliqua-
,, tenus computari, ſed diligenti conſideratio-
,, ne adhibita de ipſa computatione deduci.

Exiguntur ad præſcriptionem compellendam quattuor, ſcilicet, continuatio poſſeſſionis, bona fides, juſtus titulus, & quod res non ſit vitioſa.

Continuatio poſſeſſionis, ut toto tempore præſcriptionis ſine interruptione ſit poſſeſſa, ut in præallegato ℣. *Poteſt*, & eadem, q. 3. c. *Per ſingulas*.

Ex Chalc. *Concil. c. 17.*

,, PEr ſingulas Eccleſias, Parochias ruſticanas,
,, ſive in poſſeſſionibus, manere immobi-
,, les apud eos, qui eas tenent, Epiſcopos, decre-
,, vimus

Digitized by Google

,, vimus : & maxime ſi eas ſine violentia per
,, triginta annos guberoaverunt. Si vero iotra
,, triginta annos ſacta fuerit , aut fiat de bis
,, dubitatio ; liceat eis , qui ſe dixerint læſot
,, propter eas , movere apud Synodum Provin-
,, ciæ certamen.

Bona fides, continua ſimiliter per totum tempus præſcriptionis. Extra de præſcript. c. *Vigilanti*, Caoſſa 34. quæſt. 2. cap. *Si virgo*.

Alexand. III. *Salern. Archiep.*
,, VIgilanti ſtudio cavendum eſt , ne malæ
,, . fidei poſſeſſores ſimus io prædiis alieois,
,, quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio ju-
,, vat aliquem malæ fidei poſſeſſorem , niſi re-
,, ſipuerit , poſtquam ſe aliena noverit poſſide-
,, re , cum bonæ fidei poſſeſſor dici non poſſit.
,, Epheſious enim legislator , ſolnm proptee
,, vitandam miſerorum ſegniciem , & longi tem-
,, poria errorem , & confuſionem , primus tri-
,, cennali , vel quadragenali præſcriptione vigo-
,, rem legis impoſuit. Nobis aotem tam in re-
,, bus cognitis , quam latentibus placuit non
,, habere vigorem.

August. *in lib. de fide & operibus cap. 7.*
,, SI virgo oupſerit neſciens viro alieno , hoc
,, ſi ſamper neſciat , numquam ex hoc e-
,, eit adultera : ſi autem ſciat , jam ex hoc a-
,, dultera eſſe iocipiet , ex quo cum alieno vi-
,, ro ſciens cubaverit. Sicut in jure prædiorom,
,, tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſi-
,, me dicitur , quamdiu ſe poſſidere ignorat
,, alienum : cum vero ſcierit , nec ab aliena poſ-
,, ſeſſione receſſerit ; tunc malæ fidei poſſeſſor
,, perhibetue ; tunc juſte injuſtus poſſeſſor vo-
,, cabitur.

Si quæras, quæ dicatur bona fides?

Reſpondeo, quod recipieus credat tradeutem eſſe dominum , vel habere jus alienandi , ff. de verb. ſign. l. *Bonæ fidei*. Item non videtur ſufficere bona fides emtoris etiam continua , niſi & venditor ſit bonæ fidei; vel quod eſt verus dominus , ſciat rem ſibi competere , & alienatam eſſe. Auth. ut ſponſal. larg. ſ. *Rurſus*. Item juris ignorantia non facit aliquem bonæ fidei, ff. da uſucap. *Numquam* 2.

Titulus, ſcilicet intelligitur hic omnis actus, quo ſolet acquiri dominium. Si verus dominus tradat rem , vel ſi aliquis ab eo , qui non eſt dominos rei , accipit rem , pro ſoluto , pro emtoee , pro tranſacto , pro hærede , pro donato, pro derelicto , pro legato , pro dote , pro ſocio , pro ſuo. Et quod titulus ſit neceſſarius , probatur. Extr. de præſcript. c. *Si diligenti* , & da probat. c. *Licet*. v. pag. 182

Innoc. III
,, LIcet cauſſam ... (& infra) ... Ex præmiſſis
,, igitur evidentar apparet , quod Eccleſia
,, per teſtes numaro plures , quibus potius lux
,, veritatis aſſiſtit , qui etiam aptiora negotio, &
,, vero proximiora in ſuis teſtimoniis expreſſe-
,, runt , ſufficienter oſtendit , quod a 60. annis
,, & citra cum omui juriſdictione, honore, atqua
,, diſtrictu loca ſupradicta poſſedit : per quod
,, patet , quod ſi commune Faventin. a 50. aunis
,, citra (ſicot videntur teſtes eorum deponere)
,, aliqua ſervitia in locis perceperunt ſupradi-
,, ctis ; illa proculdubio ſine juſto titulo percipere
,, inceperuut , cum duo inſimul eamdem rem,
,, & eodem modo in ſolidum poſſidere non poſ-
,, ſint : maxime cum iidem Faventini juſtum
,, poſſeſſionis titulum non oſtendant , & ex pri-
,, vilegiis Imperatorum , & Romauorum Pon-
,, tificum Eccleſiæ Ravennaten. conceſſit , evi-
,, dentiſſima colligatnr , poſſeſſionem ipſius Ec-
,, cleſiæ in prædictis locis joſtam fuiſſe. Cum er-
,, go conſtet Faventinos ab eo tempore , quo ſe
,, poſſediſſe probare contendunt , minus juſte ,
,, ac ſioe titulo , aliqua in prædictis locis teme-
,, ritate propria occupaſſe , & œcooomus ejuſ-
,, dem Eccleſiæ petierit , a vi turbativa , ſeu
,, inquietativa ſuper præmiſſis Commune Fa-
,, ventin. prohiberi ; nos recognoſcentes in hoc
,, caſu non ſic locum eſſe interdicto , *Uti poſſi-*
,, *detis* , ut dicere debeamus : oti poſſidetis , ita
,, poſſideatis ; cum probatiooes Eccleſiæ longe
,, ſint potiores , & ideo ſit in interdicto ſupe-
,, rior ; Commune Faveutin. ſibi condemua-
,, mus , ſuper juriſdictioue , & honore , atque
,, diſtrictu , & aliis ad hoc generalitee perti-
,, nentibus in locis prædictis , quoad poſſeſſo-
,, rium judicium , quo tantummodo actum eſt,
,, perpetuum ſilentium imponentes , & prohi-
,, bentes eidem , ut oeque per ſe , neque par
,, alios ſuper his præſumaut Raven. Ecclaſiam,
,, aut habitatores prædictorum locorum aliqua-
,, tenus moleſtare.

Si autem iſte poſſidens ignorat titulum , vel dubitat, utrum ipſe , vel anteceſſores ſui habuerint , poteſt formare ſibi in conſcientia titulum , quod eredat domino placere , ex quo videt & non contradicit , qoum poſſet . Item poteſt ex alio , ſi ab anteceſſoribus ſuis incœpit præſcriptio , præſumere debet & credere , quod illi habuerunt titulom , maxime ſi fueeiut viri honeſti : ſufficit tamen habere titulum verum , vel præſumtum , & ita ſolvuntur multa coutraria . Extr. de præſcript. c. *De quarta*. v. Indit.

Res dicitur vitioſa , ſi eſt ſurtiva , vel vi poſſeſſa , quam non ſolum fur , vel raptor , ſed nec ullus alius , quamvis ab eis emerit , vel alias booa fide acceperit , præſcribere , vel uſucapere poteſt . Inſtitut. de uſucap. ſ. *Furtivæ* , & ſ. *Quod autem*.

Qualiter interrumpitur præſcriptio.

INterrumpitur duobus modis , ſcilicet civiliter , & oaturaliter. Civiliter tribus modis ; in judicio ſcilicet per libellum principi oblatum: & hoc valet tantum in annalibus actionibus , quæ per hoc perpetuaotur. C. quando libel. princip. dat. lit. cout. ſac. l. 1. & 2. Item per qnerelam judici ſactam , & ſecutam rei conventionem : hæc valet in omnibus actionibus, C. de præſcript. 30. ann. *Sicut in rem*. Item par litis conteſtationem: & hæc valet in omnibus. C. de præſcript. 30. ano. l. ult. Idem per omuia in quaſi litis conteſtatione. Pone exemplum, extr. ut lit. non conteſt. .. c. *Quoniam frequenter* , ſ. *Quod ſi ſuper*.

Innoc. III
,, QUoniam frequenter ... quod ſi ſuper re-
,, bus immobilibus quiſquam convenia-
,, tur , qui eas poſſidet nomina alieno , debet
,, ſtatim in judicio dominum nominare , certo
,, dierum ſpatio a judice ſtatuendo , eoque ad
,, ejus notitiam perducendo , ut vel ipſe ve-
,, niens , vel idoneum dirigens reſponſalem ,
,, actoris intentionem excipiat . Si vero poſt
,, tempus indultum , quod diſpoſitum eſt , no-
,, luerit adimplere ; tamquam lite , quæ inge-
,, ritur , ex eo die , quo poſſeſſor ad judicium
,, vocatus eſt , ad interrumpendam præſcriptio-
,, nem longi temporis , conteſtata , dominum
,, poſſeſſionis judex tribus edictis legitimis evo-
,, cabit : & tunc ipſo in eadem voluntate ma-
,, nente , negotinm ſummatim examinans , in
,, poſſeſſionem ipſarum rerum actorem mittere
,, non tardabit , omni allegatione abſenti ſuper
,, principali quæſtione , eeſervata &c.

Extra judicium interrumpitur civiliter quinque modis, ſcilicet per ſolutionem uſurarum, item per ſecundam cautionem factam a debitore. C. de præſcript. 30. ann. *Cum notiſſimi*.

Item per proteſtationem, quum non poteſt procedere aliqua cauſſa impeditus. Extr. de
v.pag.185 offic. jud. ord. c. *Paſtoralis*, & de appell. c. *Si juſtus*, 16. quæſt. 3. c. *Placuit*, §. *Poteſt*.

Innoc.III Epiſcop. Helienſ. ,, PAſtoralis officii (& infra) Præterea poſtulaſti, an alicui ordinario liceat ſine
,, ſpeciali mandato Apoſtolicæ Sedis (delegato, qui reum propter contumaciam mani-
,, feſtam excommunicationis vinculo innoda-
,, vit, vel petitorem, cauſſa rei ſervandæ in
,, poſſeſſionem petitorum induxit, rebus hu-
,, manis exemto) eidem volenti juri parere,
,, abſolutionis beneficium impertiri, & poſſeſ-
,, ſionem reſtituere intra annum, ſufficienti
,, recepta primitus cautione. Ad quod dicimus,
,, quod cum delagatus, quantum ad illud ſit
,, major ordinario, ſine mandato ſummi Pon-
,, tificis, excommunicatus ab hujuſmodi dele-
,, gato, non poteſt per alium (præterquam in
,, mortis articulo) abſolutionis gratiam obti-
,, nere, niſi forſan delagatus talis exſtiterit,
,, cui alius ſuccedat in onere & honora. Nec
,, per alium, quam per ſummum Pontificem
,, recuperare poterit poſſeſſionem amiſſam. Ve-
,, rumtamen ne alius poſt annum verus efficia-
,, tur poſſeſſor,.... coram publicis & honeſtis per-
,, ſonis (ut quaſi præſcriptionem interrumpat
,, annalem) offerre ac præſtare, quod juri pare-
,, bit, poterit cautionem, ut ſic poſt annum
,, recuperara poſſeſſionem per Sedem Apoſtoli-
,, cam mereatur.

Gregor. IX. ,, SI juſtus metus, quo minus appellaveris, te
,, excuſat, ad appellationis reputaris bene-
,, ficium convolaſſe: dummodo intra tempus,
,, quo licite provocatur, coram judice, a quo ap-
,, pellaſſe volueras, vel ſi habere ipſius co-
,, piam nequiviſti, in præſentia bonorum viro-
,, rum proteſtatione ſuper hoc propoſita, cauſ-
,, ſas appellationis duxeris exprimendas.

Item per denunciationem factam colono. Extr. ut lit. non conteſt. cap. *Quoniam frequen-*
v. ſupra, *ter*, C. *Ubi in rem*, *act*. l. 2.

Item per Synodalem proclamationem. Extr. de præſcript. c. *Sanctorum*.

Gregor. ,, SAnctorum Patrum ſanctiones ſtatuentes
,, confirmaverunt, & nos irrefragabiliter
,, confirmamus, ut omnes poſſeſſiones ad ſin-
,, gulas provincias noſtrorum fratrum pertinen-
,, tes, a quibus per triginta annos poſſeſſæ ſunt,
,, quiete, & ſincere abſque ſynodali proclama-
,, tione, perpetuo teneantur.

Naturaliter ſcilicet interrumpitur præſcriptio per occupationem aquæ, & per violentam dejectionem, vel etiam ſi res ſit furto ſublata, ff. de uſucap. *Naturaliter*. Item ſi habuit animum deſerendi poſſeſſionem, vel aliquo alio modo omiſit, ff. de ſervit. urb. præd. *Si ædes*.

Item nota, quod quædam tempora ſunt, in quibus nec currit præſcriptio, nec interrumpitur, ſed quieſcit, ſive dormit; & hoc in ſeptem caſibus.

Primus, tempore Prælati male alienantis. Cauſſa 16. q. 3. c. *Si Sacerdotes*.

In Concil. Toletano 9. c. 8. ,, SI Sacerdotes, vel miniſtri, dum guberna-
,, cula Eccleſiarum adminiſtrare videntur,
,, contra Patrum ſanctiſſimas ſanctiones de re-
,, bus Eccleſiæ definiſſe aliqua dignoſcuntur;
,, non ex die, quo talia ſcribendo decreverunt,
,, ſed ex quo talia moriendo definita relique-
,, runt, ſupputationis ordo ſubſtabit. Nuſ-
,, quam enim poterit ad tricennium temporis
,, pertinere vita irrite judicantis; quia ſtatus
,, contractuum non ſumſit initium ab origine
,, æquitatis.

Secundus, tempore vacationis Eccleſiæ.

Tertius, quamdiu Prælatus eſt hæreticus, Extr. de præſcript. cap. 8. ſeu, *Placuit*, & cap. *Auditis*.

,, PLacuit, ut ſi quiſquam aliquem locum Ex Conc. Africano.
,, ad Catholicam unitatem converterit,
,, ſi eum per triennium nemine repetente te-
,, nuerit, ulterius ab eo non repetatur; ſi
,, tamen per ipſum triennium fuerit Epiſco-
,, pus, qui poſſet repetere, & tacuit: ſi autem
,, non fuerit, non præjudicetur Matrici Ec-
,, cleſiæ; ſed liceat, cum locus acceperit Epi-
,, ſcopum, ex ipſo die intra triennium repe-
,, tere. Item ſi fuerit Epiſcopus ad Catholicam
,, fidem ex Donati parte converſus; non ei præ-
,, judicet prædefinitum tempus: ſed ex quo die
,, converſus eſt, habeat per triennium poteſta-
,, tem repetendi locum, qui ad ipſam Cathe-
,, dram pertinebat.

,, AUditis & intellectis meritis cauſſæ, quæ Innoc.III Helien.&c Reſen. Epiſc.
,, vertitur inter Vigorenſem Epiſcopum
,, & Abbatem de Heveſcam ſuper Eccleſiis
,, in valle de Heveſcam, quas Epiſcopus aſ-
,, ſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas
,, autem eas eſſe ab ejus juriſdictione prorſus
,, exemtas (& infra) verum tanto tempore
,, probantur per teſtes ab Abbatibus de Heveſ-
,, cam pleno jure poſſeſſæ, ut videantur in
,, eis Epiſcopale jus legitime præſcripſiſſe (&
,, infra) Quocirca mandamus, quatenus inſpe-
,, ctis privilegiis The. & Oſ. regum, quæ Ab-
,, bas ſuper præmiſſa libertate aſſerit ſe habe-
,, re; ſi per illa conſtiterit, quod vallis de He-
,, veſcam ſit ille locus, quē Cæleſtin. prædeceſſor
,, noſter libertati donavit; abſolvatis Abbatem
,, ab impetitiona Epiſcopi ſuper Eccleſiis me-
,, moratis, & adjudicantes illas Abbati pleno
,, jure ſubjectas, Epiſcopo ſuper illis ſilentium
,, imponatis. Quod ſi Abbas in hac probatio-
,, ne defecerit, audiatis probationes ſuper tem-
,, pore, quo intra quadraginta annos Sedes E-
,, piſcopalis vacavit, & ſi per tantum tempo-
,, ris vacaſſe conſtiterit, ut illo ſubducto, non
,, ſit quadragenaria completa præſcriptio, vos in
,, illis Eccleſiis jus Epiſcopale adjudicetis Epi-
,, ſcopo, & ſuper illo perpetuum ſilentium im-
,, ponatis Abbati: ſi autem exceptionem hu-
,, juſmodi Epiſcopus non probaverit; quia ta-
,, men interruptionem probavit circa proceſſio-
,, nem Pentecoſtalem in villa, & Eccleſia de
,, Mortana, & receptionem & procurationem
,, Archidiaconi, necnon ſolutionem denario-
,, rum S. Petri in valle de Heveſcam, circa
,, cognitionem cauſſarum matrimonialium, &
,, capellani ſuſpenſionem in prædicta villa de
,, Mortana, & interdictum capellarum in præ-
,, fata villa de Heveſcam, vos ſuper his jus
,, Epiſcopale adjudicetis eidem: ſi tamen circa
,, ſuſpenſionem, & interdictum hujuſmodi in-
,, tra quadraginta annos interruptio facta fuit,
,, in ceteris ei ſilentium imponentes, quæ Ab-
,, bas præſcripſiſſe probatur.

Quartus, tempore ſchiſmatis. Extr. de præ-
ſcript. cap. *Cum nobis*. v.pag.186

Quintus, tempore excommunicationis: quod intelligo, ſi non eſt negligens in abſolutione petenda. Ext. de conceſſ. præb. c. *Quia diverſitatem*.

,, Quia

Innoc. III S. Mar. in via Lata Diac. Card. Apo. Sed. Leg.

,, QUia diverſitatem corporum, diverſitas
,, ſæpe ſequitur animorum (& infra) Con-
,, querebatur inaer cetera Eboracen. Archiepi-
,, ſcopus, quod cum ad eum in Eccleſia Ebo-
,, racen. & aliis ſuis Eccleſiis collatio pertineat
,, præbendarum, tempore ſuſpenſionis ipſius,
,, & poſtmodum etiam quidam præter ejus au-
,, ctoritatem ſe intruſerunt in ipſas (& infra)
,, Mandamus, quatenus eos, qui præbendas,
,, vel dignitates Eccleſiæ Eboracen. vel alia-
,, rum, ad donationem ejus ſpectantes præter
,, auctoritatem acceperunt ipſius, ad eas reſi-
,, gnandas monitione præmiſſa per excommuni-
,, cationis ſententiam, & ſubtractionem alio-
,, rum beneficiorum, non obſtante confirma-
,, tione a Sede Apoſtolica obtenta ſub forma
,, communi, quæ confirmat beneficia, & præ-
,, bendas, ſicut juſte & pacifice poſſidentur,
,, appellatione remota compellas; niſi forte a-
,, liqui eas, vel ſpeciali mandato Apoſtolicæ Se-
,, dis, vel auctoritate Lateranenſis Concilii,
,, ab Eboracen. Capitulo ſiut adepti: ſic tamen,
,, ut tempus ſuſpeuſionis in ſex menſibus nul-
,, latenus computetur: cum illa Lateranenſis
,, Concilii conſtitutio contra negligentes tan-
,, tum fuerit promulgata; & tunc ſi voluerit,
,, non tamen valuerit Archiepiſcopus ipſe in
,, conferendis præbendis uti propria poteſtate,
,, a qua etſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus; non ta-
,, men ad ipſum capitulum ex illa culpa præ-
,, bendarum erat donatio devoluta; ſed ad il-
,, lum tempore ſuſpenſionis illius præbendarum
,, donatio pertinebat, qui præter ejus deſidiam,
,, & negligentiam poterat præbendas donare.
,, Tempus etiam, quo ad Apoſtolicam Sedem ac-
,, ceſſit, & apud illam permanſit, vel receſſit
,, ab illa, intra ſex menſes nullatenus compu-
,, tetur: ſemeſtre autem tempus, non a tem-
,, pore vocationis præbendarum, ſed notitiæ i-
,, pſius potius volumus computari.

Sextus, tempore ætatis pupillaris, C. *In quibus cauſ. non eſt neceſſ. in integ. reſt.* l. ult.

Septimus, generaliter in tempore, quo quis juſta cauſſa impeditus, non poteſt agere. Extr. de appell. c. *Ex ratione*, ff. ex quibus cauſ. major. l. *Quod quidam*, & *Non enim*, Cauſſa 16. q. 3. c. *Prima*, & c. *Porro*, extr. de elect. c. *Ne pro defectu*.

Alex. III. Plebano, & Clericis ſancti Nazarii de Albia.

,, EX ratione (& infra) Verum ſi appella-
,, tionem biennio elapſo interpoſitam a ſen-
,, tentia contra vos prolata proſecuti non
,, eſtis; dummodo proſecutionem ipſius per im-
,, potentiam vos conſtiterit omiſiſſe, nolumus,
,, quod juſtitiæ veſtræ debeat præjudicium ge-
,, nerare.

Ex Conc. Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus.

,, PRima actione Theodulphi Malacitanæ
,, Eccleſiæ Antiſtitis ad nos oblata preca-
,, tio eſt, aſſerentis antiquam ejuſdem urbis
,, Parochiam militaris quondam hoſtilitatis diſ-
,, crimine fuiſſe deciſam, & ex parte aliqua
,, ab Eccleſiis Aſtigitanæ, Eliberitanæ, atque
,, Ægabrenſis urbium eſſe retentam: pro qua re
,, placuit, ut omnis Parochia, quam antiqua
,, ditione ante militarem hoſtilitatem retinuiſſe
,, Eccleſiam ſuam quiſque comprobaret, ejus
,, privilegio reſtitueretur. Sicut enim per le-
,, gem mundialem his, quos Barbarica feri-
,, tas captiva neceſſitate tranſvexit, poſtliminio
,, revertentibus redditur antiqua poſſeſſio; non
,, aliter & Eccleſia receptura eſt Parochiam,
,, quam ante tenuerit cum rebus ſuis: ſive ab
,, aliis Eccleſiis poſſideatur, ſive in cujuslibet
,, poſſeſſionem transfuſa ſit; non enim erit
,, objicienda præſcriptio temporis, ubi neceſſi-
,, tas intereſt hoſtilitatis.

J. Papa III. Paullino Epiſc.

,, POrro ſi de annorum numero forte quis
,, cauſſatur, ſciat, quia inter Chriſtianos,
,, & eos, qui unius fidei ſunt, numerus certus
,, affixus eſt. Ceterum ubi paganorum, & in-
,, credulorum furor in cauſſa eſt; quantalibet
,, prætereant tempora, juri non præjudicant
,, Eccleſiarum, quæ corporalia neſcientes arma,
,, ſolum Deum & propugnatorem ſuum, quan-
,, do ei placuerit miſereri, patienter exſpectant.
,, Verum ſi annorum prolixitas in talibus im-
,, pediat; Deus ipſe reprehendendus eſt, qui
,, poſt quadringentos, & triginta annos filios
,, Iſrael de duriſſima ſervitute Pharaonia, &
,, fornace ferrea liberavit; ſed ipſe per ſe re-
,, demtor noſter fuit, qui humanum genus
,, poſt annorum millia de inferni clauſtris eri-
,, puit. *Tolluntur etiam præſcriptione illæ diæ-*
,, *ceſes, quas propriis Epiſcopis negligentibus,*
,, *alii ab hæreſi ad fidei integritatem revocave-*
,, *runt.*

Gratianus.

Innoc. III In Concil. Generali.

,, NE pro defectu paſtoris gregem Domini-
,, cum lupus rapax invadat, aut in facul-
,, tatibus ſuis Eccleſia viduata grave diſpen-
,, dium patiatur; volentes in hoc etiam occur-
,, rere periculis animarum, & Eccleſiarum in-
,, demnitatibus providere, ſtatuimus, ut ultra
,, tres menſes Cathedralis Eccleſia, vel regula-
,, ris Prælato non vacet. Intra quos (juſto im-
,, pedimento ceſſante) ſi electio celebrata non
,, fuerit, qui eligere debuerant, eligendi pote-
,, ſtate careant ea vice, ac ipſa eligendi pote-
,, ſtas ad eum, qui proximo præeſſe dignoſci-
,, tur, devolvatur: is vero, ad quem fuerit de-
,, voluta poteſtas, Deum præ oculis habens,
,, non differat ultra tres menſes cum conſilio
,, Capituli ſui, & aliorum virorum prudentium
,, viduatam Eccleſiam de perſona idonea ipſius
,, quidem Eccleſiæ, vel alterius, ſi digna non
,, reperiatur in illa, canonice ordinare, ſi Ca-
,, nonicam voluerit effugere ultionem.

Illud etiam notandum, quod præſcriptio non incipit currere in actione reali, vel perſonali, niſi ex quo quis agere poteſt, jure non impediente. Unde filiofamilias non currit præſcriptio in rebus adventitiis, niſi ex quo liberatus fuerit a patria poteſtate; nec mulieri currit in dote, niſi ſoluto matrimonio, vel marito vergente ad inopiam; nec creditori, niſi exſiſtente debiti conditione, vel adveniente die. C. de ann. except. l. 1. §. ult. & de jure dotium in rebus, §. *Omnis*, C. de præſcript. 30. ann. *Cum notiſſimi*, §. *Illud autem*.

Hæc quaſi compulſus tetigi de præſcriptionibus, ut darem judici pœnitentiarii aliquam notitiam, & materiam cogitandi & interrogandi a jure peritis in multis, & arduis caſibus, qui circa materiam iſtam frequenter occurrunt. Quædam etiam ſub nube tetigi, & aliqua etiam, immo multa omiſi, ne prolixitas tædium generaret.

Patet ex præmiſſis, quod in præſcriptione neceſſaria eſt continua bona fides. Numquid ergo abrogatæ ſunt omnes leges, quæ admittunt præſcriptionem 30. annorum cum mala fide? Cauſſa 16. q. 3. c. *Placuit*, §. *Præſcriptionum*.

In 9. Afric. Concilio. Gratianus.

,, PLacuit..... *Præſcriptionum aliæ ſunt intro-*
,, *ductæ odio petentis, & favore poſſidentis;*
,, *aliæ tantum odio petentis. Qui enim bona fide*
,, *& juſto titulo rem præſentis per decennium, ab-*

ſentis

Digitized by Google

„ *ſentis vero per vicennium tenuerit, perpetua exceptione tutus erit, non ſolum adverſus alios, ſed etiam adverſus creditores, quibus res ipſa obligata fuerat, etiam adverſus Dominum verum. Si vero aliquo caſu a poſſeſſione ceciderit, etiam adverſus dominum verum, utiliter rem vendicare poterit: ſi autem nullo titulo, bona tamen fide per triccennium rem alicujus poſſederit, ſimili gaudebit præſidio. Bona vero fides non ad tractum medii temporis, ſed ad initium poſſeſſionis refertur: ſufficit enim in initio cuique bona fide poſſidere cœpiſſe: etiamſi medio tempore conſcientiam rei alienæ habuerit. Hæ præſcriptiones introductæ ſunt favore poſſidentis, & odio petentis, quia lex favet his, qui bona fide & juſto titulo, vel bona fide tantum poſſident, odit autem & punit circa rem ſuam negligentes & deſides. Quod ſi mala fide rem alienam quis poſſidere cœpit, poſt 30. annos adverſus omnem petentem exceptione tutus erit. Si vero aliquo caſu a poſſeſſione ceciderit, actionem non habebit; quia hæc præſcriptio non favore malæ fidei poſſeſſoris, ſed odio tantum rem ſuam perſequi negligentis introducta eſt. Si autem res ad creditorem ſuum, vel ad dominum pervenerit, detentionis commodum habebit: ſi vero ad alium creditor, vel alius dominus adverſus eum experiri poterit; nec ſibi proderit exceptio medii temporis poſſeſſoris, quia non ab eo habuit cauſſam poſſidendi. Quod ſi violenter poſſeſſio ad eos pervenerit, malæ fidei poſſeſſor indiſtincte poſſeſſionis commodum recipiet. Hæc de præſcriptionibus decennii, vel vicennii, vel tricennii intelligenda ſunt, ſi ſine interruptione poſſeſſa probentur.*

Ad hoc poteſt reſponderi, quod ſic: nam expreſſe dicit hoc conſtitutio Innocentii. Ext. de præſcript. c. *Quoniam omne*.

Innoc. III. in Concil. Generali.

„ QUoniam omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt; ſynodali judicio definimus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam Canonica, quam civilis, cum generaliter ſit omni conſtitutioni, atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſervari. Unde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

Nec mireris, quia Eccleſia, & jura, & alia ſæcularia poteſt trahere indirecte ad forum ſuum ratione peccati, cujus judicium & correctio ſecundum animam ad ipſam pertinet. Arg. de judic. cap. *Novit*.

Caſus. Item pone, quod eſt completa præſcriptio cum bona fide continua, & juſto titulo, & aliis circumſtantiis ſupra poſitis: poſtea incipit poſſeſſor habere conſcientiam rei alienæ; numquid tenetur reſtituere rem?

Videtur, quod ſic. Primo ex præcepto Domini dicentis in lege Exod. 20. *Non concupiſces rem proximi tui*. Item omne, quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia, ut 25. q. 1. c. *Omne*.

Marcellus Papa Epiſt. 2.

„ OMne, quod irreprehenſibile eſt, Catholica defendit Eccleſia (& infra) Injuſtum judicium & definitio injuſta regio metu vel juſſu a judicibus ordinata non valet. Nec quidquam, quod contra Evangelicæ, vel Propheticæ, vel Apoſtolicæ doctrinæ conſtitutionem, ſucceſſorumve eorum, ſive ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit, & quod ab infidelibus, vel hæreticis factum fuerit, omnino caſſabitur.

Item Gelaſius: *Nihil deperire credimus Eccleſiaſticis utilitatibus, ſi quæ ſunt aliena, reddantur.* Diſt. 54. c. *Generalis*, in fine.

Item Auguſtinus: *Bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit; tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur, tunc juſte injuſtus vocabitur*, 34. q. 2. c. *Si virgo*. *Lib. de fide & operibus c. 7.* *v. pag. 187*

Item Alexander: *Nulla antiqua dierum poſſeſſio divino jure juvat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtquam noverit ſe alienum poſſidere.* Extr. de præſcript. c. *Vigilanti*. Videtur ergo, quod non poſſit agere pœnitentiam, niſi reſtituat. 14. q. 6. c. *Si res aliena*. *v. pag. 178* *v. pag. 164*

Econtra videtur, quod non tenentur reſtituere: ad hoc faciunt omnia jura, 16. quæſt. 3. per totum, & quæſt. 4. c. 2. & 3. ſeu, *Volumus*, & c. *Neque decennii*, & extr. de præſcript. fere per totum. *v. pag. 187 & 188.*

Poſſidet ergo iſte auctoritate juris; ergo non alienum, ſed ſuum poſſidet; ergo non peccat. Auguſtinus: *Hoc certe alienum non eſt, quod jure poſſidetur; hoc autem, quod jure, juſte; & hoc, quod juſte, bene.* Cauſſa 14. q. 4. cap. *Quid dicam*. *Ad Macedon Epiſt. 54.*

Item: *Qui peccat, non peccat legis auctoritate, ſed contra legis auctoritatem.* Cauſſa 23. quæſt. 4. c. *Qui peccat*. *v. pag. 32.*

Item jure humano dicitur: *Hæc villa mea eſt: tolle jura imperatorum, & quis audet dicere: Hæc villa mea eſt, meus eſt iſte ſervus, mea eſt hæc domus?* Diſt. 8. c. *Quo jure*.

Item quum Papa & Imperator, quibus commiſſum eſt a Deo regimen, & diſpoſitio mundi, ut Diſt. 10. c. *Quoniam idem*.

Nicolaus Papa I. In Epiſt. 7. ad Michaelem Imperatorem.

„ QUoniam idem mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus ſic actibus propriis & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis utriuſque diſcrevit propria, volens medicinali humilitate hominum corda ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferiora demergi, ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio a carnalibus diſtaret incurſibus; & ideo Deo militans minime ſe ſæcularibus negotiis implicaret, ac viciſſim ne ille rebus divinis præſidere videretur, qui eſſet ſæcularibus negotiis implicatus.

Statuerunt hoc ex cauſſa utili, & honeſta, & propter publicam utilitatem; quis audet contradicere? Cauſſa enim fuit triplex: prima, bona fides poſſidentis; ſecunda, odium negligentis petere rem ſuam; tertia, ne dominia rerum eſſent incerta, & confuſa, & inde poſtea poſſent ſequi multa mala, 16. q. 4. cap. *Placuit*, §. *Poteſt*, Extr. de præſcript. c. *Vigilanti*. *v. pag. 185* *v. pag. 187*

Item Gelaſius: *Sint omnia in poteſtate, ac juſſu præſulis Eccleſiæ quæcumque intra triginta annorum ſpatia ab Eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo Clericorum, & ſæcularium contra præſentem definitionem egerit, tamquam ſacrilegus judicetur, & donec ſe correxerit, & Eccleſiæ propria privilegia, ſive res reſtituerit, anathema ſit*, 16. q. 3. c. *Placuit huic*.

Solutio. In hac quæſtione diverſi diverſa ſentiunt. Theologi fere omnes dicunt, quod tenentur reſtituere: omnes fere doctores juris dicunt contrarium, quod non tenentur, & jura primo inducta, quæ videntur contradicere, intelligunt ante completam præſcriptionem. Alanus diſtinxit,

xit, utrum poſſeſſor habuerit rem ex cauſſa lucrativa, ut tunc teneatur, arg. ff. de his, quæ in fraud. cred. *Quod autem*, §. *Sed quid*. An ex cauſſa non lucrativa, ut non teneatur, arg. 14. q. 1. c. *Quod debetur*.

Auguſt. Lib. 4. contra Fauſtum, c. 25
,, QUod debetur, etſi benigne remittitur,
,, non tamen inique repetitur. Peccat au-
,, tem qui exigit ultra debitum: ideoque lex
,, modum figens, pœnam talionis inſtituit: ſed
,, eo longe es a peccato injuſti exactoris, quo
,, omnino non exigis debitum; ideoque bonus
,, Magiſter ait. *Qui te percuſſit in unam maxil-*
,, *lam, præbe ei & alteram*; præſertim ne coga-
,, mur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nul-
,, lum habet debitum.

Mihi videtur, ſalvo meliori judicio, aliter diſtinguendum, quia aut iſte poſſeſſor poſt completam præſcriptionem habet conſcientiam remordentem, aut non. In primo caſu dicam ei præciſe, quod reſtituat rem; quia qui facit contra conſcientiam, etiam erroneam, ædificat ad gehennam. Cauſſa 11. q. 3. c. *Cui eſt illata*, extra de ſimonia, c. *Per tuas* 2.

Gelaſius Epiſcop. Orientat.
,, CUi eſt illata ſententia, deponat erro-
,, rem, & vacua eſt. Sed ſi injuſta eſt,
,, tanto curare eam non debet, quanto apud
,, Deum, & ejus Eccleſiam, neminem poteſt
,, gravare iniqua ſententia; ita ergo ea ſe non
,, abſolvi deſideret, qua ſe nullatenus perſpi-
,, cit obligatum.

Innocen. III. Priori Cartuſ.
,, PEr tuas litteras intimaſti, quod cum B. in
,, quadam domo Cartuſienſ. Ordinis ſuſce-
,, piſſet habitum Monachalem, a Diœceſano
,, Epiſcopo fuit in Subdiaconum ordinatus; ſed
,, poſtmodum didicit ex relatione quorumdam,
,, quod Epiſcopus multoties commiſerat vitium
,, ſimoniæ; propter quod idem Monachus in
,, ſuſcepto formidat ordine miniſtrare, nolens
,, ab eodem Epiſcopo ad ſuperiores ordines pro-
,, moveri (& infra) Nos igitur reſpondemus,
,, ut idem in ordine ſic ſuſcepto ſecure mini-
,, ſtret; ſed contra conſcientiam ad ſuperiores or-
,, dines non aſcendat, ne forte ædificet ad ge-
,, hennam; licet ex eo, quod conſcientiam ni-
,, mis habuerit ſcrupuloſam, in difficultatem
,, hujuſmodi ſit collapſus, quam utique non
,, evadet, niſi deponat errorem.

In ſecundo caſu, ſi dicat, quod credit juſte poſſidere juris auctoritate, nec habet conſcientiam ſuper hoc remordentem, vel etiam, ſi habuit aliquo tempore poſt completam præſcriptionem, conſilio peritorum depoſuit omnem ſcrupuloſitatem conſcientiæ; tunc conſulerem ei, ut reſtitueret ſaltem propter ambiguum duplicitatis, & quia vix poterunt concurrere omnia, quæ exiguntur ad præſcriptionem. Si nollet acquieſcere, non audeo ſibi dare ſecuritatem, quod ſit in ſtatu ſalvandorum per jura pro prima parte inducta; non audeo etiam præciſe definire eum teneri, vel eſſe propter hoc in ſtatu damnatorum per jura pro ſecunda parte inducta, præſertim quum ſic videatur ſervare per univerſum orbem, quocumque ſe diffundit Eccleſia.

Poſtillator. v. pag. 32.
HOc verius credo: jure enim humano diſtinctæ ſunt poſſeſſiones rerum, & res appropriatæ, diſt 8. *cap.* Quo jure. *Unde cum jus poſſit facere, ut quod meum fuit, tuum ſit per præſcriptionem debitam, dominium rei transfertur de perſona ad perſonam. Unde qui bona fide præſcripſit aliquid, ſi completa jam præſcriptione incipiat habere conſcientiam, quod illud fuit alienum aliquando, non debet habere conſcientiam, quod modo ſit alienum, quia erronea eſſet conſcientia; quum tamen ſi deponere non poteſt, non ſupereſt aliud conſilium, niſi quod eam reſtituat illi, cujus fuit.*

Item quod conſilium dabitur ei, qui ante completam præſcriptionem percipit illum, a quo emit, non fuiſſe dominum, nec habuiſſe jus vendendi; numquid amittet & rem & pretium?

Ad hoc dicas, vel denunciet domino, ut perat ab eo rem in judicio, vel ſupponat aliquam perſonam, quæ petat nomine domini, & ita per ſententiam evincatur ab eo res, ff. de negot. geſt. *At qui natura*, §. *Cum me abſente*: prius tamen, quam ſit cauſſæ concluſum, denunciet hoc venditori, ſcilicet, quod res evincitur ab eo, ff. de evict. *Si rem*, §. ultimo, & poſtea, ſi non fuerit abſens contumaciter tempore ſententiæ promulgatæ, ſeu per injuriam ſententia lata fuerit; poterit pretium repetere a venditore: alias non poſſet, ff. de evict. *Si rem*, extr. de emt. & vend. c. *Si venditori*. *v. pag. 182*

Non obſtat, quod dicit illa lex, *Si rem*, quod debet ei petenti nomine domini objicere exceptionem procuratoriam, vel aliam ſimilem, quia bene poteſt omittere exceptionem dilatoriam judicii, qualis eſt iſta, licet non dilatoriam ſolutionis, ff. mand. *Si fidejuſſor*, & *Si mandavero*.

Item qualiter jurabit iſte de calumnia, quum ſciat ſe mala fide poſſidere?

Poteſt dici, quod ſub hac forma: *Juro quod veni ad litigandum cauſſa juris mei conſervandi*, ff. de bon. libertor. *Si quis libertum*. Et dico planius: poteſt confiteri ſimpliciter, quod res non eſt ſua, nec præjudicabit ſibi contra venditorem, quia pudori ſuo tenetur parcere, ff. mand. *Quintus*, de alien. judic. mut. cauſſa fact. *Item ſi rei*.

---

§. XVI.

QUÆSTIO DECIMA.

De falſis Judicibus, Officialibus, Advocatis, &c.

JUdices ferunt aliquando iniquam ſententiam dolo malo, aliquando per imprudentiam: in primo caſu, ſive timore, ſive cupiditate, ſive odio, ſive amore, ſive alia aliqua cauſſa iniquam tulerint ſententiam, tenentur præciſſe ad omne intereſſe illi, qui ex tali ſententia læſus eſt; niſi forte poſſent inducere illum, pro quo tulerunt ſententiam ad plenariam reſtitutionem faciendam ei, qui fuit læſus, C. de pœna judic. *Qui male judic.* l. ult. Cauſſa 11. q. 3. c. *Quatuor*, & ſecundum leges debet ſuſtinere multas alias pœnas.

,, QUatuor modis humanum judicium per- *Gratian.*
,, vertitur. Timore, dum metu poteſtatis
,, alicujus, veritatem loqui pertimeſcimus. Cu-
,, piditate, dum præmio alicujus animum cor-
,, rumpimus. Odio, dum contra quemlibet ad-
,, verſarium molimur. Amore, dum amico, vel
,, propinquo contendimus præſtare auxilium.

Quatuor iſta, timor, odium, dilectio, cenſus, *Poſtillator.*
Sæpe ſolent hominum rectos pervertere ſenſus.

De-

Debet etiam præter reſtitutionem imponi pœnitentia, tamquam pro graviſſimo crimine. Cauſsa 11. q. 3. c. *Quicumque*, & c. *Unicuique*.

HIERON. *in Amos*, *c.* 6.

,, QUicumque aut conſanguinitate, aut amicitia, & e contrario, vel hoſtili odio, vel inimicitiis in judicando ducitur; pervertit judicium Chriſti, qui eſt juſtitia, & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem.

PELAGIUS *Benigno Epiſc.*

,, UNicuique providendum eſt, ne aliquem injuſte perſequatur, judicet, vel puniat, ne Jeſum perſequatur.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum per imprudentiam, tenetur ſecundum leges læſo, inquantum bonum & æquum. Videbitur religioni judicantis, ff. de extraord. cogn. l. ult. In judicio tamen animæ credo idem, quod in primo caſu, ſcilicet, quod teneatur ad reſtitutionem: in culpa enim fuit, quum ſcivit, vel ſcire debuit ſe inſufficientem, & tamen judicare talem cauſſam præſumſit: & idem ſi erat ſufficiens quoad ſcientiam, ſi voluiſſet libros revolvere & ſtudere; ſed quia fuit negligens, & noluit ſtudere, quem debuit condemnare, abſolvit, & e converſo: & procedas hic ſecundum diſtinctionem, quam poſui ſupra de homicidio, §. *Species*, verſ. *Cave*, & c. *Cum aliquis*, & §. *Quid de Phyſicis*. Mitius tamen eſt agendum cum iſto, quam cum illo, qui dolo fecit.

Quid, ſi accepit judex pecuniam, ut ferret ſententiam?

Diſtingue: aut recepit pecuniam, ut judicaret inique, aut ut judicaret bene, aut ſimpliciter ut judicaret. In primo caſu, ſi tulit ſententiam inique tenetur ut dictum eſt ſupra in illo, qui dolo malo; ſed pecuniam male acceptam, ſive tulerit ſententiam iniquam ſive juſtam, ſive nullam, tenetur indiſtincte reſtituere, non ei, qui dedit, quum turpiter dederit, ſed ei, in cujus injuriam recepit. Cauſſa 1. q. 1. c. *Jubemus*, & arg. 17. q. 4. c. *Si quis in atrio*, ff. de calumn. c. *Generaliter*, §. *Illud*.

EX CONC. *Triburien.*

,, SI quis in atrio Eccleſiæ pugnam committit, aut homicidium facit; quidquid pro immunitate violata emendandum eſt, altario ſolvatur, cujuſcumque fuerit Eccleſia illa.

THEODOS. *& Arcad. Imperat. C. lib.* 9. *ad leg. Jul.*

,, JUbemus, & hortamur, ut ſi quis forte honoratorum Decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorum, a cujuslibet ordinis judice fuerit aliqua ratione concuſſus; ſi quis ſcit de jure venalem fuiſſe ſententiam; ſi quis pœnam vel pretio remiſſam, vel vitio cupiditatis ingeſtam: ſi quis poſtremo quacumque de cauſſa improbum judicem potuerit approbare; is vel adminiſtrante eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet; cum probaverit & victoriam reportaturus & gloriam.

In aliis duobus caſibus ſimiliter tenetur reſtituere, quia quum ex officio ſuo teneretur judicare, & bene, & gratis; turpiter accepit, & crimen concuſſionis commiſit: & idem dico, ſi acceperit pecuniam, ut judicaret, quum non deberet judicare, vel ut male judicaret, 1. q. 1. c. *Jubemus*, extr. de ſimonia, c. *Nemo*, & Auguſtin. 11. q. 3. c. *Non licet judici vendere juſtum judicium, etſi liceat advocato vendere juſtum patrocinium, & juriſconſulto rectum conſilium*.

v. ſupra, & pag. 25. *Auguſt. ad Macedon.*

Sed cui reſtituet? licet quidam aliter dixerint, dico, quod illi, qui dedit, ſi bona intentione dedit, ſcilicet, ut jus & quietem ſibi conſervaret. Cauſſa 14. q. 5. c. *Non ſane*, extr. de ſimonia, c. *Dilectus* 1. *v. pag.* 8. *&* 4.

Si dedit, ut animum judicis ſibi ſub ſpecie recti inclinaret, & ita indirecte, ac tacite intendebat ipſum corrumpere; non illi, ſed pauperibus, & illi, in cujus injuriam data fuit, juxta arbitrium Eccleſiæ reſtituenda eſt pecunia; ut in præallegato c. *Non ſane*, & dixi ſupra in eo, quod dedit, ut inique judicaret.

Item, quid, ſi nullo modo voluit ferre ſententiam judex, & propter hoc pauper aliquis, vel alius amittit jus ſuum?

Dico, quod tenetur judex, & facit litem ſuam, id eſt, debet reſtituere litis æſtimationem ei, qui propter ejus negligentiam læſus eſt. Cauſſa 23. q. 2. c. *Dominus*, & q. 5. c. *Adminiſtratores*, auth. *Ut differentes judices*, §. pen. *v. pag.* 34. *&* 131.

Item numquid Judices poſſunt aliquid recipere a partibus?

Ad hoc dico, quod ordinarii Judices non debent petere etiam expenſas, cum propter juſtitiam tenendam ſuas habeant dignitates, & reditus aſſignatos; ad iſtos enim extenditur verbum Joann. Bapt. in Luc. 3. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris*. Ibi gloſſant Ambroſius, & Auguſtinus: *Ne dum ſumtus quæritur, prædo graſſetur*. Diſt. 86. c. *In ſingulis*. Cauſſa 23. q. 1. c. *Militare*.

v. pag. 359 AMBROS. *Super Luc. c.* 3.

,, IN ſingulis quoque generibus hominum conveniens tribuit S. Joan. Baptiſta reſponſum unum omnibus, ita: Publicanis, ne ultra præſcriptum exigant: militibus, ne calumnias faciant, ne prædam requirant: docens idcirco ſtipendia conſtituta militiæ, ne dum ſumtus quæritur, prædo graſſetur....

Moderate tamen Xenia ſponte oblata poteſt recipere, ff. de off. proconſul. *Solet*, diſt. 18. c. *De eulogiis*. *v. pag.* 23.

Non tamen credo, quod a litigatoribus debeat recipere, etiam ſponte oblata, propter ſuſpicionem vitandam, niſi conſideratis circumſtantiis, quas dixi ſupra de ſimonia, §. *Porro*. Judex vero delegatus poteſt petere expenſas moderatas, & nihil ultra, extr. de vit. & honeſt. Cleric. c. *Cum ab omni*, cauſſa 12. q. 2. c. *Caritatem*.

v. pag. 4. INNOC. III *Prælatis & Clericis Lombard.*

,, CUm ab omni ſpecie mali præcipiat Apoſtolus abſtinere (& infra) Sane ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, quod cum ex delegatione noſtra cauſſis ſuſcipitis pertractandas, more ſæcularium ſuper decima litis, vel parte alia, pro diverſa terrarum conſuetudine præter expenſas victualium cum litigantibus, receptis pignoribus, pro ſalario convenitis. Nos attendentes, quod ad hoc vobis, & aliis Clericis ſint Eccleſiaſtici reditus deputati, ut ex ipſis honeſte vivere debeatis (& infra) Ideoque mandamus, quatenus ab hujuſmodi exactionibus de cetero abſtinentes, vigorem judiciarium gratis ſtudeatis litigantibus impertiri, non obſtante, quod in fraudem a quibuſdam proponitur, quod id exigatur nomine Aſſeſſorum, cum nec juſtum judicium judici vendere liceat, & venales ſententiæ ab ipſis etiam ſæcularibus legibus reprobentur.

Nemo etiam cogitur ſuis ſtipendiis militare. Satis etiam videtur mihi, quod ſi non eſt ipſe ſufficiens; poteſt aliqua petere nomine Aſſeſſorum; dum tamen nullam partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudem: & ſic intelligo finem illius decretalis, *Cum ab omni*.

De

De Officialibus.

OFficiales autem iodiſtinčte : ſi dolo indnxerunt Judicem ad male judlcandum, tenentur ſecundum diſtinčtionem, quam require ſupra eodem §. *Qui ſequuntur raptores*, circa principium. Si vero Judex per imptudentiam Aſſeſſoris male judicavit, erit excuſatus, ſi ſimplex erat, & hsbuit bonam conſcientiam, nec ſuit in culpa eligeodo talem Aſſeſſorem; quia bonus & ſufficiens communiter credebatur : in majori enim culpa fuit hic Aſſeſſor, quam judex; quia Aſſeſſor præcipue eligitur propter ſcientiam, ſed non ſic in judice: molti etiam illitterati, & ſimplices habent juriſdičtinnem, & juſte; & ideo præciſe tenebitur Aſſeſſor ei, qui læſus eſt, ff. *Quid quiſque jur.* l. 2. Si autem Officiales qoicumque ſint, habent certns reditus ſibi aſſignatos, non licet eis aliquid a litigantibus, vel etiam ab aliis ſubditis extorquere, ot ſupra dičtum eſt de Judice nrdinario : ſed ſi non habeot certum ſtipendium ſibi aſſignatum, dicit Auguſtinus, quod ioſeriores Officiales, ut ſagi, ſive miſſi, & ſimilea, ſi extorſerint, non tamen per vim, vel immoderatam imprnbitatem, modicum tamen, id eſt, obolum, vel denarium ſecundum morem terræ, reprehenduntur; non tamen tenentur ad reſtitntionem, & poterunt iode facere eleemoſynam. Verba

Auguſt. ad Maced. Ep. 54. autem Auguſtini ſuot hæc: *Sunt quædam perſonæ inferioris loci, qua ab utraque parte non inſolenter accipiunt, ſicut Officiales; ab bis extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, magiſque reprebendimus, qui talia inuſitate repetierunt,*

v. pag. 8. *quam qui ea de more ſumſerunt* : & ſubjungit poſtea: *Facilius ea, quæ boc modo acquiſierunt, tamquam ſua, pauperibus largiuntur, quam eis, a quibus accepta ſunt, tamquam aliena reſtituant,* 14. q. 5. c. *Non ſane.*

De Advocatis.

CIrca Advocatos in judicio animæ quattuor ſunt principaliter attendenda, ſcilicet perſona, cauſſa, modus advocandi, & ſalarinm.

Perſona, nt non ſit hæreticus, vel excommunicatus, vel paganus. Cauſſa 4. q. 1. c. 1.

v. pag. 34. ſeu, *Deſſinimus*, extr. de hæret. c. *Vergentis*, de pœnitent. diſt. 1. c. *Nemo vel in foro*.

In Conc. *Carthag. 7* „ DEfinimns eum rite ad accuſationem non admitti, qui, poſtquam excommunicatus ſuerit, in ipſa adhoc excommunicatione conſtitutus, ſive ſit Clericus, ſive Laicns, accuſare voluerit: omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, Hiſtriones, aut turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici etiam, ſive pagani, ſive Judæi ab accuſatione prohibentur.

Leo Imper. *& Anthemius Nicoſtrato præfecto, l. 1. de poſtul.* „ NEmn vel in ſoto magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apod quemquam jndicem accedat ad togatorum eunſortium, niſi ſacroſančtis Catholicæ religinnis fuerit imbutus myſteriis. Sin autem talium aliqnid quoquo modo, vel quadam machinatione ſačtum, vel attentatum ſuerit, officium quidem ſublimitatis tuæ, centum librarũ auri jačturam prn condemnatinne ſuſtineat.

Ubi etiam habes, quod peccat judex, & puniri debet, qui ſcienter tales admittit. Item quod non ſit Monachus & regularis, vel alia religioſa perſona; tales enim peccant advocando, niſi pro monaſterio de mandato Prælati ſui hoc faciant, 16. q. 1. c. *Monachi*, extr. de pnſtul. c. *Ex parte*.

Ex Conc. *Tarracon.* „ MOnachi a monaſterio foras egredientes, ne aliqund miniſterium Eccleſiaſticum præſumant agere, prohibemus, niſi ſorte cum Abbatis imperio. Similiter ut nullos eorum, id eſt Monachorum, ſorenſis negotii ſuſceptor, vel exſecutor exſiſtat, niſi id, quod Monaſterii expoſcit utilitas, Abbate ſibi nihilominus imperante.

Innoc. III. *Compoſtel. Archiep.* „ EX parte tua ſuit nobis propoſitum, quod quidam Canonici regulares non ſolum in Eccleſiaſticis, verum etiam in ſorenſibus cauſſis præſumunt advocati nfficium exercere; cumque nbjicitur eis, quod non debeot eſſe ſorenſis, vel Eccleſiaſtici negotii ſuſceptores, vel exſecutores, niſi ſorte id Monaſterii expoſcat utilitas, Abbate nihilominus imperante; ad ſuam prnponnnt inſolentiam excoſandam, quod capitulum illud, per quod prædičta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canonicis Regularibus loquitur maniſeſte. Unde conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod idem judicium de Canonicis Regularibus, qund & de Monachis quantom ad ſupradičta credimus obſervandum, licet de Monschis in Canone ſpecialiter ſit expreſſum.

Item quod non ſit Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, vel etiam in minoribus, dum tamen ſit beneficiatus: talibus enim prohibita eſt advocatin coram Judice ſæculari, niſi in caſu proprin, vel pro Eccleſia tua, vel pro conjunčtis, ant miſerabilibus perſonis, quæ proprias cauſſas adminiſtrare non poſſunt. Extr. de poſtul. cap. *Clerici*, & c. *Cum Sacerdotis*. *v pag. 145*

Greg. IX. „ CUm Sacerdotis ſit Officinm nulli nocere, omoibus autem velle prodeſſe; nonniſi pro ſe ipſo, vel Eccleſia ſua, vel (ſi neceſſitas immineat) pro perſonis conjnnčtis, aot miſerabilibus ſibi licitum eſt poſtulare (& infra) Clericus autem, qui contra Eccleſiam, a qua beneficinm obtinet, pro extraneis Advocatns, vel Procnrator eſſe præſumit, tamquam ingratus, poteſt, (maxime ſi Clericus ſit ejuſdem Eccleſiæ) beneficio hujuſmodi ſpoliari.

Sed numqnid coram Judice Eccleſiaſtico poterunt advocare?

Dicunt quidam, quod ſic. Arg. a contrario ſenſu ilíius decretalis, *Clerici*. Et egn ſatis admitto, niſi de conſilio velint ceſſare, exceptis Epiſcopis & etiam Sacerdotibos, quibus videtur ſimpliciter, niſi in prædičtis caſibus, interdičtum, 14. q. 5. c. *Denique*, diſt. 88. c. *Perlatum*, & expreſſius in illa decretali, *Cum Sacerdotis*.

Ambros. *in lib. 3. de Offic. c. 9.* „ DEnique ſi non poteſt ſubveniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrnm juvari, quam gravarl alterum. Ideoque in cauſſis pecuniariis ioteryenire non aſt Sacerdotis, in quibus non poteſt fieri, quin frequenter lædatur alter, qni vincitur: qnoniam interceſſoris beneficio ſe vičtum arbitratur. Sacerdotis eſt igitor nulli nocere, prodeſſe velle omnibus; poſſe antem ſolius eſt Dei.

Gregorius *Romano defenſori, lib. 8. Ep. 11.* „ PErlatum eſt ad nos reverendiſſimum fratrem noſtrum Baſilinm Epiſcopum, velut unum de Laicis in cauſſis ſæcularibus occupari, & prætoriis inutiliter deſervire: quæ res, quoniam & ipſum vilem reddit, & reverentiam Sacerdotalem annihilat, ſtatim ut experientia

„ tua hoc præceptum ſuſceperit, eum ita ad revertendum diſtricta executione compellat, quatenus ei illic te inſiſtente quinque diebus ſub qualibet excuſatione immorari non liceat: ne ſi quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiſeris, cum ipſo apud nos graviter incipias eſſe culpabilis.

Intelligo etiam in caſibus ſupra conceſſis, quod per hoc divinum officium, cui tenentur intereſſe, non impediebatur, arg. Diſt. 91. c. *Clericus*, 1.

In Conc. *Carthag.* 4.

„ CLericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo, vel agricultura abſque officii ſui dumtaxat detrimento paret. *Item*. Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate, vigiliis deeſt, ſtipendio privatus, excommunicetur.

Item quod non ſit judex, vel Aſſeſſor in cauſſa illa, in qua vult eſſe advocatus, quia duo officia in eadem cauſſa prohibitus eſt exercere. Cauſſa 4. q. 4. c. 1. & 2. ſeu, c. *Nullus umquam*, & c. *Nullus introducatur*.

Fabianus *Papa Ad Epiſc. Oriental.*

„ NUllus umquam præſumat accuſator ſimul eſſe, & judex, vel teſtis: quoniam in omni judicio quattuor perſonas ſemper neceſſe eſt eſſe, id eſt, judices electos, accuſatores idoneos, defenſores congruos, atque teſtes legitimos. Judices autem debent uti æquitate, teſtes veritate, accuſatores intentione ad amplificandam cauſſam, defenſores extenuatione ad minuendam cauſſam.

Damasus *Papa Ep. 3. c. 7.*

„ NUllus introducatur perſonaliter ad cauſſam, ſed accuſatores & accuſati æqua audiantur ratione, juxta quod geſtorum ordo exigit. Accuſatores vero & judices non iidem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe judices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, unuſquiſque in ſuo ordinabiliter ordine.

Sunt etiam aliæ perſonæ prohibitæ, quas habes 3. q. 7. c. *Infamis*, §. *Tria*.

Poſtillator.

* *Aliæ perſonæ*. Unde verſus:

Non cuicumque datur, ut poſtulet, immo vetatur:
Addictus pœnæ, ſurdus, puer, actor arenæ,
Luminibus caſſus, mulier, muliebria paſſus.

Addictus pœnæ eſt, qui capitali crimine, vel calumnia publici judicis damnatur, ut dicitur in illa, §. Tria. *Actor arenæ eſt, qui pro pecunia pugnat cum beſtia dentata efferata. Puerum intellige uſque ad 18. annum.*

Sancta Romana *Synodus. Gratianus.*

„ INfamis perſona nec procurator eſſe poteſt, nec cognitor. *Tria ſunt, quibus alicui impediuntur, ut judices non fiant. Natura, ut ſurdus & mutus, & qui perpetuo furioſus eſt, & impubes, quia judicio carent. Lege, qui ſenatu amotus eſt. Moribus, feminæ & ſervi, non quia non habeant judicium, ſed quia receptum eſt, ut civilibus non fungantur officiis. Verumtamen ſi ſervus, dum putaretur liber, ex delegatione ſententiam daret, quamvis poſtea in ſervitutem depulſus ſit, ſententia ab eo dicta rei judicatæ firmitatem tenet.*

Sed illæ prænominatæ perſonæ ſpecialius ad judicium animæ pertinent.

Cauſſa. Clericus non aſſumat cauſſam pro extraneis contra Eccleſiam, a qua obtinet beneficium, contra quam ſi Advocatus, vel Procurator eſſe præſumit, tamquam ingratus poteſt, maxime ſi Clericus ſit ejuſdem Eccleſiæ, beneficio hujuſmodi ſpoliari, extra de poſtul. cap. *Cum Sacerdotis*, §. *Clericus autem*, ne ſcilicet aſſumat cauſſam injuſtam, vel deſperatam: & ſi accepit ab initio ignoranter, & in proceſſu judicii cognoſcit cauſſam talem, debet eam relinquere, ff. de Judic. *Rem non novam*. *v. ſupra.*

Modus, ut non producat falſa inſtrumenta, nec teſtes falſos, vel corruptos, nec mentiatur, nec leges falſas, vel alias juris vel facti probationes inducat, nec dilationes non neceſſarias in gravamen partium quærat. Item quod fideliter in quantum juſtitia permittit, cauſſam ſui clientuli foveat, nihil de contingentibus omittendo, 3. q. 7. c. *Infames*, §. *Si quis autem ex Litigantibus*, & arg. extr. de teſtibus, C. *Intimavit*. C. de jud. *Properandum*, §. *Illo proculdubio*. Cauſſa 3. q. 4. c. 1. & 2. ſeu, *Alieni erroris*, & c. *Beatus prædeceſſor*, & in proœmio verſ. *In patrocinio fidelis*.

In Digest. *Tit. de poſtul.*

„ INfames..... Si quis autem ex Litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cum plurimis, & adverſario ſuo tali fraude ſubtraxiſſe paris defenſionis copiam, oſtendet procul dubio iniquam a ſe litem foveri, & auctoritatem judiciariam a ſe eluſam experietur.

Alex. III. *Exonien. Epiſcop.*

„ INtimavit R. Presbyter, quod G. Clericus Capellanum ejus, & alios quamplures de teſtibus ſuis juramento conſtrinxit, quod teſtimonium, conſilium, & auxilium contra ipſum non præberent eidem. Ideoque injungimus, ut ſi teſtimonium eorum publicatum non eſt, nec eſt abrenuntiatum teſtibus; eos, qui ſunt juramento adſtricti, & alios (ſi neceſſe fuerit) idoneos in teſtimonium recipere non poſtponas.

Ioan. Papa *Ep. 2.*

„ ALieni erroris ſocietatem ſectantem, vel a ſui propoſiti tramite recedentem, aut Apoſtolicæ ſedis juſſionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus, nec impetere recte credentes, vel Sanctorum Patrum juſſionibus obtemperantes permittimus; quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio.

Anaclet. *Papa In prima decretal.*

„ BEatus prædeceſſor noſter Clemens vir Apoſtolicus & ſpiritu Dei plenus una cum reliquis ſanctis collegis ſuis ſtatuit, dicens: Accuſandi, vel teſtificandi licentia denegetur his, qui Chriſtianæ Religionis, & nominis dignitatem, & ſuæ legis, vel ſui propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Tranſgreſſores enim ſponte legis ſuæ, ejuſque violatores, & recedentes, apoſtatæ nominantur; omnis enim apoſtata refutandus eſt ante reverſionem ſuam, nec in accuſationem recte agentium, aut teſtimonium ſuſcipiendus eſt.

Illud proœmium eſt in prima compilatione antiqua decretalium.

Item non procaciter, vel dicendo convicia, vel vociferando advocet; quia per hoc impeditur proceſſus juſtitiæ, dicente Propheta Iſai. 31. *Erit cultus juſtitiæ ſilentium*, & Salomon, Proverb. 22. contra tales: *Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium*, 5. quæſt. 4. c. *In loco*, 3. quæſt. 7. c. *Infames*, §. *Si quis adeo procax fuerit*.

In Tolet. *Concil. 11. c. 1.*

„ IN loco benedictionis conſidentes Domini Sacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam fabulis vanis & riſibus agi: & (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. *Si quis enim*, ut Apoſtolus ait, *putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio*. Cultum enim ſuum juſtitia perdit, quando ſilentia judiciorum obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: *Erit cultus juſtitiæ ſilentium*. Debet *Jac. 3.*

„ ergo

„ ergo quidquid aut conſultationibus conſiden-
„ tium agitur, aut ab accuſantium parte pro-
„ ponitur, ſic mitiſſima relatione verborum
„ proferri, ut nec contentioſis vocibus ſenſus
„ audientium perturbent; nec judicii vigorem
„ de tumultu enervent. Quicumque ergo in
„ conventu Concilii hæc, quæ præmiſſa ſunt,
„ violanda crediderit, & contra hæc interdicta,
„ aut tumultu, aut contumeliis vel riſibus con-
„ cilium perturbaverit, juxta divinæ legis edi-
„ ctum, quo præcipitur: *Ejice deriſorem, & exi-*
„ *bit cum eo jurgium:* & cum omni dedecore de con-
„ ſeſſione abſtractus, a communi cœtu ſecedat,
„ & trium dierum excommunicationis ſenten-
„ tiam ferat.

In Digest. *Tit. de poſtul.* „ INfames.... Si quis adeo procax fuerit, ut
„ non ratione, ſed probris verbis putat eſ-
„ ſe certandum, opinionis ſuæ immunitionem
„ patietur.

Salarium, ſcilicet ut moderatum petat, ſeu ab initio, quum facit pactum, ſive ex poſt facto, ſi ab initio non fuit determinatum, quantum eſſet. Attenditur autem hoc moderamen ſalarii circa quatuor. Primum, quantitas cauſſæ: ſecundum, labor advocationis: tertium, ſcientia, facundia, & honeſtas advocantis: quartum, conſuetudo regionis. Juxta iſtorum quatuor conſiderationem, majus, vel minus poteſt, & debet taxari, 3. q. 7. c. *Infames*, §. *Apud urbem*, & arg. 11. q. 3. c. *Vulterane*, & *Conceſſo*, extr. *v. pag. 181* de præbend. c. *De multa*, verſ. *Circa ſublimes, & litteratas perſonas, &c.*

Ibidem. „ INfames... Apud urbem Romanam, etiam
„ honoratis, qui hoc officium putaverint
„ eligendum, eo uſque liceat orare, quouſque
„ maluerint, videlicet, ut non ad turpe com-
„ pendium, ſtipemque deformem hæc arripia-
„ tur occaſio: nam ſi lucro, pecuniaque ca-
„ piantur, veluti degenares inter viliſſimos,
„ numerabuntur.

Illa enim gradu ceteros antecedit, quem labor prolixior, & ſtipendia longiora fecerint anteire, diſt. 61. c. *Miramur*, §. *Merito*.

Leo Episc. *Ad Epiſc. Africanos, Ep. 85.* „ MIramur... Merito Patrum ſanctorum
„ venerabiles ſanctiones, cum de ele-
„ ctione ſacerdotum loquerentur, eos demum
„ ſacris adminiſtrationibus idoneos cenſuerunt,
„ quorum omnis ætas a puerilibus exordiis
„ uſque ad perfectiores annos per diſciplinæ
„ ſtipendia Eccleſiaſticæ cucurriſſet, ut uni-
„ cuique teſtimonium prior vita præberet, nec
„ poſſet de ejus provectione dubitari, cui pro
„ laboribus multis, pro moribus caſtis, pro
„ actionibus ſtrenuis celſiuris loci præmium
„ deberetur.

Et facit optime ad hoc, ff. de var. & extraord. cogn. l. 1. §. *In honorariis*.

Caveat etiam ante omnia advocatus, ne petat emolumentum, vel ſalarium cum gravi damno litigatoris, 3. q. 7. cap. *Infames*, §. *Arceantur*.

In Digest. *Tit. de poſtul.* „ INfames.... Arceantur etiam a profeſſione
„ advocatorum (ſicut in 2. lib. Codicis tit.
„ de poſtulando invenitur) qui ſub nomine
„ honorariorum ex ipſis negotiis, quæ tuenda
„ ſuſceperint, emolumentum ſibi certæ partis
„ cum gravi damno litigatoris, & deprædatio-
„ ne poſcentes inveniuntur.

Item ex quo cauſſa eſt incœpta, nullum faciat pactum cum litigatore, quem in propriam recepit fidem; quia poſſet eſſe occaſio magni periculi, 3. q. 7. c. *Infames*, §. *Præterea non licet*.

„ INfames.... Præterea non licet advocato Ibidem.
„ ullum contractum inire, ullam pactionem
„ conferre cum eo litigatore, quem in pro-
„ priam recepit fidem, nec ex induſtria jurgium
„ protrahere.

Hoc etiam intrapida teneas, quod adhibitis circumſtantiis ſupradictis, licite poteſt, & ſine peccato petere ſalarium. Unde Auguſtinus: *Non* *Ad Maced. Ep. 53.* *licet judici vendere juſtum judicium, etſi liceat advocato, juſtum patrocinium, & juriſconſulto rectum conſilium*. Cauſſa 11. q. 3. cap. *Non licet: dignus* *v. ſupra.* *eſt enim operarius mercede ſua*. Luc. 10 *Nec tenetur aliquis ſuis ſtipendiis militare*, 1. Cor. 9. Quod autem dicit Auguſtinus, quod juriſconſulto licet vendere rectum conſilium; intellige, quando laborat ibi volvendo libros, & ſtudendo, reſpiciendo acta, & diſputando forte cum aliis peritis: alias ubi ſine labore poſſet reſpondere: Credo quod nihil deberet recipare, immo quod gratis accepit a Deo, gratis debet dare pro eo, juxta illud Matth. 10. *Gratis accepiſtis, gratis date*.

Item pro miſerabilibus perſonis, quæ propter defectum advocati, quem non poſſunt conducare, amittunt cauſſas, & gravantur injuſte; intelligo, quod teneantur advocare, & de ſua ſcientia eleemoſynam dare. Cauſſa 11. q. 3. c. *Pauper*.

„ PAuper, dum non habet quid offerat in ju- Isidorus *Lib. 3. de ſummo bono.*
„ dicio, non ſolum audiri contemnitur,
„ ſed etiam contra veritatem opprimitur. Ci-
„ to violatur auro juſtitia, nullamque reus per-
„ timeſcit culpam, quam redimere nummis
„ exiſtimat.

Ad inſtar Medici, qui tenetur gratis de medicina ſua curam & conſilium impendere pauperi infirmo. Symmachus Papa: *Non eſt grandis differentia, an lethum inferas, vel admittas: mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit*, diſt. 83. in princ.

Tenetur autem advocatus ad reſtitutionem omnium, quæ illi, contra quos præſtabat patrocinium, propter ipſius pertinaciam, injuſto amiſerunt: & tenetur etiam illis, quibus præſtitit patrocinium, ſi propter ſuam infidelitatem, vel negligentiam, vel imprudentiam amiſerunt cauſſam. Tenetur etiam, ſi extorſit ſalarium, unde non debuit extorquere; vel ſi ultra quam debuit habere, extorſit; alias ſi abſque fraude & dolo ipſius aliqua eſſent ſponte oblata a ſuo clientulo, ſi accipiat, non dico eum teneri ad reſtitutionem: & idem dico de juriſconſulto, 14. q. 5. c. *Non ſane*, in fine, & q. 6. *Si res aliena*, & potes inducere ad hoc per ſimile quod habes ſupra eodem §. *Judices*. *v. pag. 264*

„ NOn ſane, &c. Qui vero contra jus ſocie- August. *Ad Maced. v. pag. 10.*
„ tatis humanæ, furtis, rapinis, calu-
„ mniis, oppreſſionibus, invaſionibus aliqua abſ-
„ tulerit, reddenda potius quam donanda cen-
„ ſemus, Zachæi publicani Evangelico exemplo.

De Teſtibus.

TEſtis debet eſſe communis perſona, ſicut & judex, & pro utraque parte dicere debet puram, & meram veritatem, quam ſcit de facto, ſuper quo inducitur, non adjecta aliqua falſitate. Cauſſa 3. quæſt. 6. cap. *Hortamur*, 4. quæſt. 4. cap. *Nullus umquam*, 14. quæſt. 5. *v. ſupra.* cap. *Non ſane*.

„ HOrtamur, ut ſub timore Domini conſue- Pelagius *Papa Decorato Patricio.*
„ tam conſcientiæ veſtræ ſinceritatem, in

„ hoc quoque negotio conſervantes, omnem perſonis, quæ veritatem cauſſæ iſtios ſcire poſſuur, ſaciatis amputari ſormidinem, & veſtris præſentari conſpectibus, tactis ſacroſanctis Evangeliis, præbito etiam legaliter Sacramento, quæ in veritate rerum noveruur, proſeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, ut pateſactis omnibus, quæ ſecundum leges & juſtitiam cenſenda ſunt, cognoſcatis, & competentem legibus, & veritati terminum detis.

Item nihil debet recipere pro teſtimonio ſerendo: uam ſicut ſententia non debet eſſe venalis, ira nec teſtimonium. Auguſtinus: Cum judicia & teſtimonia, quæ nec juſta nec vera ſunt vendenda, iniqua & ſalſa venduntur, multo ſcelerarius utiqua pecuuia ſumitur, quia ſcelerare etiam, quamvis a volentibus datur, 14. q. 5. *Non ſane*. Expenſas tamen poteſt recipere ab eo, qui eum producit. Cauſſa 4. q. 3. c. *Si teſtes*, §. *Venturis*.

v. ſupra.

Lib. 10. ff. tit. de teſtibus.

„ SI teſtea omnes, &c. Venturis autem ad judicium per accuſatorem, aut ab his, per quos ſueraut poſtulati, ſumtus competentes miniſtrentur, etamſi in pecuniaria cauſſa ab alterutra parte reſtes ſiut producendi.

Item ubi videt proximum rem ſuam amittere propter deſectum probationis, quaſi neceſſitate cogente; debet tunc ſerre teſtimonium veritati; alias peccat. Auguſtinus: *Quiſquis metu cujuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe provocat, quia magis timet hominem, quam Deum*: & poſt pauca: *Uterque reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui dicit mendacium, & quia ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat*, 11. quæſt. 3. c. *Quiſquis*. Immo in tali caſu etiam privilegiatæ perſonæ, ut Sacerdotes, cogendi ſunt teſtimonium veritati perhibere, 14. q. 2. c. *Quamquam*.

Auguſt. *Ad Caſulanum.*

In Synod. *Romæ habita ab Eugenio Papa II. c. 13.*

„ QUamquam Sacerdotum teſtimonium credibilius habeatur; tamen ipſi in ſæcularibus negotiis pro teſtimonio aut conficiendis inſtrumentis non rogentur: quia eos talibus rebus intereſſe non convenit. Si autem eventu aliquo cauſſæ interſuerint, & aliquid viderint, vel audierint, ubi nullæ idoneæ ſæcularium inveniantur perſonæ, ne veritas occultetur, & malus ut bonus æſtimetur, in providentia proprii Epiſcopi ſit, ut aut coram ſe, & competentibus judicibus, aut aliter honorifice veritatem attollant.

Et hoc intelligas, ſi talis ſit cauſſa, in qua liceat ei ſerre teſtimonium: non enim liceret in cauſſa ſanguinis, ut ſupra de homicidio, §. *Pœna homicidii*. Præter iſtum caſum, ſunt alii ſex caſus, in quibus debet etiam Sacerdos, vel Clericus jurare, nedum Laicus, videlicet, pro recta fide, pro obedientia, pro pace, pro indemnitate Eccleſiæ, & quum abſolvitur ab excommunicatione, & quum inſamatus debet ſe purgare. Probantur hæc extr. de elect. cap. *Significaſti*, ultra medium, 28. diſtin. cap. *De Syracuſanæ*, extr. de offic. jud. ord. cap. *Ad reprimendam*. Cauſſa 2. quæſt. 4. cap. *Præsbyter* 1. & 2.

v. pag. 6. & 7.

Paschalis *Panormit. Archiep.*

Matth. 5.

„ SIgnificaſti, &c... Ajunt, omna jusjurandum in Evangelio a Domino eſſe prohibitum, nec ab Apoſtolis poſt Dominum, nec in conciliis inveniri poſſe ſtatutum. Quid eſt ergo, quod Dominus ſubſequenter air: *Quod amplius eſt, a malo eſt*? Hoc enim amplius ut exigamus, malum nos illo permittente compellit. Nonne malum eſt ab Eccleſiæ unitate, & a ſedis Apoſtolicæ obedientia reſilire, & contra canonum ſtatuta prorumpere? Quod multi etiam poſt Sacramentum præſtitum præſumſerunt (& inſra) Hoc nimirum malo, ac neceſſitate compellimur juramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate requirere.

Innoc. III. *Rothomagen. Archiep. & ejus ſuffragan.*

„ AD reprimendam malitiam perverſorum pœnæ certæ ſunt in canonibus conſtitutæ, quas ſicut latas a vobis interdum in ſubditos vultis inviolabiliter obſervari, ita latas ab aliis debetis inviolabiliter obſervara. Ideoque mandamus, quatenus ſententias, quas Lexovien. Epiſcopus duxerit in ſubditos ſuos canonice promulgandas; & vos ipſi ſervetis, & a veſtris ſubditis faciatis inviolabiliter obſervari. Tu vero, frater Archiepiſcope (cum excommunicationis ſententia per appellationis non ſuſpendatur objectum) ſi quis excommunicatus ab Epiſcopo, de injuſta tibi ſuerit excommunicatione conqueſtus, ad ipſum (ei quaſi Coepiſcopo deferans) abſolvendum ſecundum Eccleſiæ ſormam remittas: qui ſi noluerit ipſum abſolvere, tu (recepta cautione juratoria) abſolutionis munus ei poteris exhibere; ita tamen, quod niſi legitime tibi conſtiterit eum contra juſtitiam excommunicatum ſuiſſe, ex debito ſibi juramenti præcipias, ut ſuper eo, de quo ſuerit excommunicatione innotatus, eidem Epiſcopo ſatisſaciat competenter. Quod ſi facere contemſerit, eum in excommunicationis ſententiam, appellationa remota, reducere non omittas.

Gregor. *Papa Ad Boniſ. Epiſt. 9.*

„ PResbyter, vel quilibet Sacerdos, ſi a populo accuſatus ſuerit, & certi teſtes inventi non ſuerint, qui criminii illato veritatem approbent, jusjurandum in medio erit, & illum teſtem proſerat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

Ex Conc. *Hilerdenſ.*

„ PResbyter, ſi a plebe ſibi commiſſa, mala opinione inſamatus ſuerit, & Epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit, ſuſpendatur uſque ad dignam ſatisſactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur: digna vero ſatisſactio eſt (ſicut a majoribus conſtitutum eſſe docetur) quando ſive ſecundum Canones, ſive ad arbitrium Epiſcopi ſeptem ſibi collegas adjungit, & jurat in ſacroſancto Evangelio coram poſito, quod crimen ſibi illatum non perpetravit; & hac ſatisſactione purgatus ſecure deinceps ſuum exſequatur officium.

Alii ſex) *Unde verſus*,

Pax, & fama, fides, reverentia, cautio damni,
Defectus veri cogunt ſibi magna fateri.

Tenetur autem teſtis ad reſtitutionem omnium, quæ per ſuum ſalſum teſtimonium proximus ejus amiſit, ut in ſæpe prææallegatis capitulis, *Non ſane*, & *Si res aliena*, & cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *Notum*, & arg. cauſſa 3. quæſt. 9. cap. *Nihilominus*.

v. pag. 176

Leo Papa.

„ NIhilominus quoque puniendi ſunt teſtes, qui ad calumniam aliquid teſtificantur, nec eorum voces, tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diverſitas ſimul interſuiſſe prohibuit.

Si vero accepit teſtis pecuniam pro teſtimonio ſerendo, turpiter accepit, & credo eum teneri ad reſtitutionem. Si quæras cui debeat fieri reſtitutio, diſtingue, ut diſtinxi in judice ſupra, eodem titulo, §. *Judices*, & §. *Quid ſi accepit*.

De

Digitized by Google

De Accuſatoribus.

ACcuſatores dieuntur large, non ſolum, qui accuſant alium de crimine ad pœnam Canonicam, vel legalem, ſed etiam qui denunciant crimen alterius ad pœnitentiam agendam. Item detractores, & ſimiles.

Primi & ſecundi, id eſt accuſatores, & denunciatores debent procedere ex caritate, ſcilicet nt accuſati corrigantur, & ceteri terreantur, & ſive plectendo, ſive ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, nt vita hominum corrigatur. Cauſſa 23. q. 5. c. *Prodeſt*.

AUGUST. *Macedonio, Ep. 54*

„ PRodeſt & ſeveritas veſtra, cujns miniſterio quies adjuvatur & noſtra: prodeſt & interceſſio noſtra, cujus miniſterio ſeveritas temperatur & veſtra. Nun vobis diſpliceat, quod rogamini a bonis, qnia nec nobis diſplicet quod timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam Apoſtolus Paullns non tantū de judicio futuro, vernm etiam de præſentibus veſtris ſæcularibus poteſtatibus terruit, aſſerens & ipſas ad diſpenſationem divinæ providentiæ pertinere: *Omnis*, inquit, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, &c. Hæc verba Apoſtoli utilitatem veſtræ ſeveritatis oſtendunt. Proinde ſicut dilectionem juſſi ſunt terrentibus debere, qui timent ita dilectionem juſſi ſunt timentibus debere, qui terrent. Nihil cupiditate nocendi fiat, ſed omnia conſulendi caritate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter: ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio condemnetur; quia & plectendo & ignoſcendo, hoc ſolnm bene agitur, nt vita hominum corrigatur. Quod ſi tanta eſt perverſitas & impietas, ut ei corrigendæ, nec diſciplina, nec venia poſſit prodeſſe; a bonis tamen intentione, atque conſcientia, quam Deus cernit, ſive lenitate, ſive ſeveritate, non niſi officium dilectionis impleatur.

Rom. 13.

Et tales, qui ſic procedunt, non debent ſe judicare malevolos, ſed benevulos, & amicos. Cauſſa 5. q. 5. c. *Non vos judicetis*, & duobus c. ſequentibus, ſeu c. *Non omnis*, & cap. *Non oſculatur*.

AUGUST. *In regula.*

„ NOn vos judicetis eſſe malevolos, quando crimen alterius indicatis: magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis: ſi enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari, nonne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? Quanto ergo potius debes maniſeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?

AUGUST. *Ad Vincētium Donatiſtam, & Rogatī. Ep. 48.*

„ NOn omnis, qui parcit, amicus eſt, nec omnis, qui verberat, inimicus eſt: *Meliora enim ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici*: melius eſt enim cum ſeveritate diligere, quam cum lenitate decipere. Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligebat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat; & qui fræneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus, ambos amat. Quis nos amplius amare poteſt, quam Deus? & tamen nos non ſolum docere ſuaviter, verum etiam ſalubriter terrere non ceſſat. Fomentis lenibus, quibus Deus omnes conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimū medicamentum tribulationis adjunges. Exercet fame Patriarchas etiam pios & religioſos: populum contumacem pœnis gravioribus agitat: non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertio rogatus, ut virtutem in infirmitate perficiat, (& infra) Noveris aliquando furem avertendis pecoribus pabulum ſpargere, & paſtorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia revocare.

EX SERM. *Ambroſii.*

„ NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed aliquando caſtigat; ergo quando caſtigatur, qui diligitur; tunc circa eum pietas exercetur: habet enim & amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt, cum amariſſime inferuntur: dulcior eſt enim religioſa caſtigatio, quam blanda remiſſio. Unde ait Propheta: *Dulciora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici*.

Prov. 27.

Item utrique caveant ſibi, ne publicent crimen, niſi probationes paratas habeant: alias enim non eſſent correctores, ſed proditores, 2. q. 1. c. *Si peccaverit*, & 5. q. 1. cap. 2. ſeu, *Quidam maligni*.

v. pag. 91.

GREGOR. *Lib. 3. Ep. 39.*

„ QUidam maligni ſpiritus conſilio repletus contra Caſtorium Notarium ac Reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico civitatis loco conteſtationem poſuit in ejus crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentē. Et quia quiſquis veraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere non debet formidare, oportet, ut publice exeat, & quæcumque in conteſtatione ſua loqui præſumſit, oſtendat. Quod ſi non exierit, neque publice confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumſit, vel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſpiritu definimus, ut ſancti ejus corporis & ſanguinis participatione privatus ſit. Si vero quia latet, & quoniam neſcitur; teneri ad diſciplinam non valet, ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus corpus & ſanguinē Domini percipere præſumſerit, anathematis ultione percuſſus ſit, & ut fallax ac peſtifer, a ſanctæ Eccleſiæ corpore ſit diviſus.

Secretorum enim ſolus Deus eſt judex, & cognitor, diſt. 32. c. *Erubeſcant*.

URBANUS II. *Grandenſi Patriarchæ Dominico.*

„ ERubeſcant impii, & aperte intelligant judicio ſancti Spiritus eos, qui modo in ſacris tribus ordinibus, ſcilicet Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu ſunt poſiti, niſi mulieres non abjecerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. De maniſeſtis quidem loquimur; ſecretorum autem & cognitor Deus & judex eſt.

Et præter pœnitentiam eſt gravis pœna inſtituta contra tales, diſt. 46. cap. *Accuſatores fratrum*.

IN CONC. *Carthag. 4. c. 55.*

„ ACcuſatores fratrum Epiſcopus excommunicet, qui non probanda fratribus objicinnt; & ſi emendaverint vitium, recipiat eus ad communionem, non ad Clerum.

Poſſunt tamen dicere, ſi eſt occultum, talibus perſonis in ſecreto, quæ poſſint prodeſſe, & non obeſſe, & etiam ſi poſſint probare, debent admonitionem caritativam præmittere, juxta illud: *Si peccaverit in te frater tuus, &c.* Require de duplici denunciatione ſupra de juramento, *ſ. Quid ſi audit*.

Item

Item ſi aliquis accuſatot accepit pecuniam ob accuſandum, vel non accuſaodum, crimen concuſſionis commiſir, & tenetur ad reſtitutionem faciendam ei, qui dedit, ſi non turpiter dedit; alias ei, io cujus injuriam data fuit .1. q. 1. cap. *Jubemus*, & require per ſimile ſupra eodem, §. *Judices*, & §. *Quid*, *ſi accepit Judex pecuniam*. *v. ſupra.*

Tertii autem, ideſt detractores & infamatores, dicuntur, qui vitam, & bonos mores proximorum, & Prælatorum nituotur corrumpere, vel minoere; quod faciunt interdum cooſingendo, vel publicando erimen aliquod cootra alium, vel etiam occultum alterius erimen prodendo & manifeſtando: fit etiam hoc quandoque verbis, ſive planis, ſive artificioſis, ſive cantilenis; quandoqoe nutibus, & ſigois; quandoque etiam ſcriptis, quæ appellantur libelli famoſi, ot qoum aliqnis ſeribit ehartam in injuriam & infamiam alterius, & projicit eam oceulte in Eccleſia, vel platea, vel domo, ut ea inventa, & lecta, alius infametur: iſti omnes peccant mortaliter, & contra hos loquitur Apoſtolus ad Rom. 1 dicens: *Suſurrones & detractores Deo odibiles*. Iſaias 5. *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, &c.* Cauſſa 11. q. 3. cap. *Væ qui dicitis*, & *Si quis dixerit*, & *Si quis hominem*.

Iſaias 5. „ VÆ, qui dieitis bonum malum, & malom
„ bonum, ponentes tenebras lucem &
„ lucem tenebras (& paullo ſuperius) Pro-
„ pterea eaptivus ductus eſt populus meus,
„ quia non habuit ſcientiam, & nobiles ejus
„ interieroot fame, & multitudo ejus ſiti exa-
„ roit. Propterea dilatavit ioſernus animam
„ ſoam, & aperuit os ſuum abſque ullo ter-
„ mino, & deſcenderunt fortes ejos, & po-
„ pulus ejus, & ſublimes, glorioſique ejus
„ ad eum: & incurvabitur homo, & humilia-
„ bitur vir, & oculi ſublimium deprimen-
„ tur, & exaltabitur Dominus exercituum
„ in judicio, & ſanctus Deus ſaoctificabitur
„ in juſtitia.

Hieron. Super. Ep. Paul. ad Philemon. „ SI quis dixerit joſtum injuſtum, & injuſtum
„ juſtum, abominabilis eſt uterque apud
„ Deum. Similiter qui ſanctum dicit non ſan-
„ ctum, & rurſus, non ſanctum aſſerit ſanctum,
„ abominabilis eſt apud Deum.

Idem „ SI quis hominem, qui ſanctus non eſt, ſan-
„ ctom eſſe erediderit, & Dei eum jun-
Ibidem. „ xerit ſocietati, Chriſtum violat, cujus cor-
„ poris omnes membra ſumus (& infra) Omnes
Rom. 12. „ eredentes ſecundum Apoſtolum, Chriſti cor-
Iſaias 5. „ pus efficiuntur, qui in Chriſti corpore errat,
„ & labitur, aſſerens membrum ejus, vel eſſe
„ ſaoctum, cum non ſit, vel oon ſanctum eſſe,
„ cum ſit; vide, quali erimine obnoxius fiat.
„ Iſaias enim dicit de his: *Væ qui dicunt dulce*
„ *amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras*
„ *lucem, & lucem tenebras.* Dulce puto eſſe ſan-
„ ctimoniam; amarum, quod ſanctimoniæ con-
„ trarium eſt.

Item deteriores ſuot iſti raptoribus, qoia illi rapiunt corporalem ſubſtantiam, quæ extra nos eſt: iſti famam, & quantum in eis eſt, animam, quæ iosra nos eſt. Cauſſa 6. q. 1. c. *Deteriores*, & c. *Summa iniquitas*, diſt. 37. c. *Leguntur*, verſ. *Mimorum turpia ſcripta cantare*, ff. de injur. Item apud Labeonem, §. *Generaliter*. *v. Indic.*

Anaclet. Papa, Epiſt. 3. „ DEteriores ſuot, qui doctorum vitam mo-
„ reſque corrumpunt, quam qui ſubſtan-
„ tias aliorum, prædiaque diripiunt: ipſi enim
„ ea, quæ extra nos ſunt, licet noſtra ſint, auſe-
„ runt; noſtri autem detractores, & morum
„ corruptores noſtrorum, ſive qui adverſus nos
„ armantur, proprie nos ipſos diripiunt: & id-
„ eo juſte infames ſunr, & merito ab Eccleſia
„ extores fiunt. Pro meritis ergo plebis ſæpe
„ paſtores depravantor Eccleſiæ, ut proclivius
„ corruant, qui ſequuntor.

„ SUmma ioiquitas eſt fratres detrahere & Alexand. Papa.
„ accuſare, unde ſcriptum eſt: *Omnis, qui* 1. Joan. 3.
„ *detrahit fratri ſuo, homicida eſt; & omnis homi-*
„ *cida non habet partem in regno Dei*.

Item contra confectores talium libellorum, necnon & contra illos, qui inveniunt tales libellos, & non ſtatim comburunt, ſed doloſe manifeſtant; pœnæ graviſſimæ ſunt ioſtitutæ, tam ſecundum leges, quam ſecundum Canones, quas require plene Cauſſa 5. q. 1. c. *Qui in alterius*, & c. *Quidam maligni*, & c. *Si quis famoſam*.

„ QUi in alterius famam publice ſcripturam, Hadrian. Papa, c. 40.
„ aut verba contumelioſa confinxerit,
„ & repertus ſcripta non probaverit, flagelle-
„ tur, & qui eam prius invenerit, rumpat, ſi
„ non vult auctoris facti cauſſam incurrere.

„ SI qui inventi fuerint libellos famoſos in In Concil. Eliberit.
„ Eccleſia ponere, anathematizentur. *Item* Gratianus.
„ *C. lib. 9. tit. de famoſis libellis Imperator Va-*
„ *lentinianus & Valens: Si quis famoſum libel-*
„ *lum, ſive domi, ſive in publico, ſive in quocum-*
„ *que loco ignarus reperit; aut corrumpat, priuſquam*
„ *alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum. Si*
„ *vero non ſtatim eas chartulas, vel corruperit, vel*
„ *igne combuſſerit, ſed vim earam manifeſtaverit,*
„ *ſciat ſe quaſi auctorem hujuſmodi delicti capitu-*
„ *li ſeatentia ſubjugandum....*

In pœnitentia autem dico, quod tenetur ad reſtitutionem joxta diſtinctionem, quam require ſupra eodem §. *Qui ſequuntur*. Tenentur etiam ad reſtitutiooem famæ, ſi forte alius eſt propter hoe infamatus: quod fiet hoc modo; ubi publice dixit verbum, vel cantilenam per ſe, vel per alium, vel etiam ubi projecit libellum famoſom, necoon & io aliis locis, ubi intelligat illum, contra quem hæc acta ſunt, infamatum occaſione ſui dicti, vel facti, vel ſigni; publiee ſimiliter recognoſcat errorem ſuum, & culpam, & pro poſſe removeat; vel ſaltem alleviet ſic infamiam: tenetur etiam componere ſecum de injuria, & humiliter nihilominus veniam poſtulare. Probantur hæc 14. q. 5. c. *Si res aliena*, & 5. q. 1. *Quidam maligni*, & Evangeliom: *Si offers munus tuum ante altare, &c.*

Niſi timeat damnum propter potentiam adverſarii vel crudelitatem.

---

§. XVII.

QUÆSTIO UNDECIMA.

Quid de principibus condentibus leges iniquas, & de ſubditis obſervantibus eas?

QUi coodunt leges iniquas, vel ſtatuta contra legem Dei, & contra libertatem Eccleſiaſticam, ot ſolent facere plerique principes & communitates circa oſuras ſolvendas, vel non repetendas coram judice Eccleſiaſtico, & multa alia æquipollentia; ipſo jure noo valent leges ſuæ, quia nulla lex poteſt valere contra Deum, diſt. 8. c. *Quæ contra*. Cauſſa 32. q 7. c. *Flagitia*.

extr.

extr. de conſtit. c. *Quæ in Eccleſiarum*.

Auguſt. *Lib. 3. cõfeſſ. c. 8.*

„ QUæ contra mores hominum ſunt flagitia,
„ pro morum diverſitate ſunt vitanda,
„ ut pactum inter ſe gentis, aut civitatis con-
„ ſuetudine, vel lege firmatum, nulla civis,
„ aut peregrini libidine violetur. Turpis eſt
„ enim omnis pars, univerſo ſuo non congruens.
„ Cum autem Deus aliquid contra morem,
„ vel pactum quorumdam jubet fieri; etſi ibi
„ numquam factum eſt, faciendum eſt, & ſi
„ omiſſum eſt, reſtaurandum eſt: & ſi inſtitutum
„ non erat, inſtituendum eſt. Si enim regi
„ licet in Civitate, cui regnat, jubere aliquid,
„ quod neque ante ipſum quiſquam, nec ipſe
„ umquam juſſerat, & non eſt contra ſocietatem
„ civitatis ejus, obtemperatur ei, immo con-
„ tra ſocietatem fit, ſi ei non obtemperetur
„ (generale quippe pactum eſt ſocietatis hu-
„ manæ obtemperare regibus ſuis) quanto
„ magis Deo regnatori univerſæ creaturæ ſuæ,
„ ad ea, quæ juſſerit, ſine dubitatione ſervien-
„ dum eſt? Sicut enim in poteſtatibus ſocie-
„ tatis humanæ, major poteſtas minori ad o-
„ bediendum præponitur; ita Deus omnibus.

Auguſt. *Confeſſ. lib. 3. c. 8.*

„ FLagitia, quæ ſunt contra naturam, ubi-
„ que, & ſemper deteſtanda, atque puniẽ-
„ da ſunt, qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ
„ ſi omnes gentes facerent, eodem criminis
„ reatu divina lege tenerentur: quæ non ſic
„ fecit homines, ut ſe illo uterentur modo.
„ Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo
„ nobis eſſe debet, cum eadem natura, cujus
„ ipſe auctor eſt, libidinis perverſitate pol-
„ luitur.

Innoc. III *Tridentin. Epiſc.*

„ QUæ in Eccleſiarum (& infra) Sane per-
„ venit ad audientiam noſtram, quod ci-
„ ves Terviſini conſtituerunt, ut ſi quis ſe ad
„ inopiam vergare probabiliter allegaverit, alie-
„ nandi feudum, quod ab Eccleſia, vel aliis
„ tenet, liberam habeat facultatem (& infra)
„ Volentes igitur Eccleſiarum indemnitati con-
„ ſulere, conſtitutionem hujuſmodi, & vendi-
„ tiones feudorum Eccleſiaſticorum factas ſine
„ legitimo Eccleſiaſticarum perſonarum aſſen-
„ ſu, vires decernimus non habere.

Minor enim non habet imperium in majorem, diſt. 21. c. *Inferior*.

Nicolaus Papa. *Ad Michaelem Imperatorem.*

„ INferior ſedes ſuperiorẽ abſolvere non pot-
„ eſt; ſola ergo potior inferiorem conve-
„ nienter abſolvit. Hinc liquido providetur, quia
„ quem non poteſt abſolvere, nec poteſt judi-
„ cio inferior potiorem ligare (& infra) Un-
„ de Propheta ait: *Numquid gloriabitur ſecuris*
„ *contra eum, qui ſecat in ea? aut exſultabitur ſer-*
„ *ra contra eum, qui trahit eam?* His itaque ex
„ divina ſcriptura probabilium Patrum doctrina
„ commemoratis, ſole clarius exhibuimus, non
„ poſſe quemquam, qui minoris auctoritatis
„ eſt, eum, qui majoris poteſtatis eſt, judiciis
„ ſuis addicere, aut propriis definitionibus ſub-
„ jugare.

Facientes igitur & conſentientes peccant mortaliter, & hæredes eorum, niſi deſtruant errores, nulla conſuetudine obſtante, extr. de ſimonia, c. *Cum in Eccleſiæ corpore*, & c. *Non ſatis:* immo videtur, quod niſi admoniti tales leges, vel ſtatuta eraſerint, ipſo jure ſint excommunicati. Require infra de excommun. §. *Utraque excommunicatio*, verſ. *Item adde*. v. pag. 13. & 13.

Item ſi aliqui damnificati ſunt occaſione talis legis, vel ſtatuti, tenentur conditores, & eorum hæredes, ad reſtitutionem, ſicut dictum eſt de pedagiis, & quæſtis, ſupra eodem §. *Circa pedagia*, & §. *De quæſtis*, & ſicut Judex de iniqua ſententia, ut dixi ſupra eodem §. *Judices*.

Tenentur etiam in ſolidum, qui induxerunt principem ad condendum leges tales. Item omnes obſervatores peccaverunt mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem eorum, quæ talium legum occaſione lucrati ſunt. Require per ſimile ſupra eodem §. *Qui ſequuntur*. Item contra iſtos invehitur Dominus per Iſaiam 10. *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, injuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent cauſſæ humilium populi mei, ut eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent; quid facietis in die viſitationis & calamitatis de longe venientis? ad cujus fugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam veſtram, ne incurvemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis?*

COntra libertatem) *Eccleſiæ indultam a principibus, & jure Canonico approbatam. Nec creda pœnas, quæ ſequuntur, extendendas ad illos, qui contra particulares conſuetudines aliquarum Eccleſiarum aliquid attentare conantur, ſicut eſt conſuetudo illa aliquarum Eccleſiarum, ſecundum quam volunt cognoſcere perſonæ Eccleſiaſticæ de omnibus contractibus fidei, vel juramenti interpoſitione vallatis, & ſimilia.* Poſtillator

Notet lector, poſtillatorem hic Gallice loqui, ſeu ſecundum jus Gallicum, quod libertatem quidem Eccleſiaſticam admittit, ſervat, atque tuetur, quum a Principe eſt indulta, & a jure Canonico approbatur; non vero quum libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, vel regni, & antiquis Canonibus adverſatur. Editor.

---

§. XVIII.

QUÆSTIO DUODECIMA.

Quis modus, vel forma ſervabitur circa reſtitutionem faciendam in judicio animæ?

FOrma reſtitutionis erit hæc. Semper eſt facienda regulariter ſpoliatis, vel eorum hæredibus, ſi poſſunt inveniri. Cauſſa 3. q. 1. c. *Redintegranda ſunt omnia ſpoliatis*, & fere per totam quæſtionem, & extr. de reſt. ſpol. fere per totum, ſeu, c. *Olim cauſſam*, & c. *Cum ad ſedem*, & c. *Gravis*, & c. *In litteris*, & c. *Ex tranſmiſſa*. v. pag. 173 & 177. & 8.

Joan. *Zachariæ Archiep.*

„ REdintegranda ſunt omnia exſpoliatis, vel
„ ejectis Epiſcopis præſentialiter ordina-
„ tione Pontificum, & in eo loco, unde abſceſſe-
„ rant, funditus revocanda, quacumque condi-
„ tione temporis, aut captivitate, aut dolo, aut
„ violentia majorum, aut per quaſcomque inju-
„ ſtas cauſſas res Eccleſiæ, vel proprias, aut ſub-
„ ſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur.

Alexand. III. *Brixienſi Epiſcop.*

„ IN litteris tuis (& infra) Super illa quæ-
„ ſtione, videlicet, cum quis dicit ſe de poſſeſ-
„ ſione violenter ejectum, & adverſarius dicit
„ eum non fuiſſe Canonice inſtitutum; reſpon-
„ demus prius, de violenta ejectione, quam de
„ Canonica inſtitutione, agi debere; quia prædo
„ etiam eſt ſecundum rigorem juris reſtituen-
„ dus.

Idem.

„ EX tranſmiſſa nobis (& infra) Manda-
„ mus, quatenus ſi vobis conſtiterit, quod
„ præ-

„ præfata muliar prædicto militi legitime de-
„ ſponſata fuiſſet, & ab eo cognita, ipſam ei
„ reſtitui faciatis: recepta tamen ſufficienti cau-
„ tione, quod illi non debeat aliquod malum in-
„ ferre: ſi autem capitali odio ita mulierem
„ vir perſequitur, quod merito de ipſo diffidat,
„ alicui probæ & honeſtæ mulieri uſque ad
„ cauſſæ decisionem, cuſtodienda ſtudioſius
„ committatur in loco, ubi vir, vel parentes
„ ejus, mulieri nullam poſſint violentiam
„ inferre.

Fallit tamen hoc, quum is, qui dedit pecuniã, commiſit turpitudinem in dando: tunc enim non fiet reſtitutio ei, ut dixi ſupra eod. §. *Quid ſi accepit*, & in aliis pleriſque locis. Si autem non inveniuntur ſpoliati, vel etiam ignorantur; tunc cum conſilio & auctoritate ſuæ Eccleſiæ, ſive pœnitentialis, diſtribuatur in pias cauſſas, & maxime in alimoniam pauperum, vel redemtionem captivorum; & hoc in villa: vel ſi villa neſcitur, ſaltem in illa diœceſi, ubi rapina facta eſt, de conſilio Epiſcopi illius diœceſis, vel capellani villæ, ſi diſcretus eſt, arg. diſt. 87. c. *Divinæ*, & diſt. 88. c. *Epiſcopus gu-*
v. pag. 181 & 158. & 159. *bernationem*. Cauſſa 12. q. 2. c. *Conceſſo*, & cap. *Quatuor*. Cauſſa 6. q. 3. c. *Placuit*, & optime, extra eodem, ſeu, de raptoribus, c. 1. ſeu, *De illis autem*.

GELASIUS *Honorio Episc.*
„ DIvinæ retributionis memor ad Pontifica-
„ lem conſcientiam non ambigas pertine-
„ re, egentium commodis piam ſollicitudinem
„ non negare.

Ex Conc. *Carthag.* 4.
„ EPiſcopus gubernationem viduarum, &
„ pupillorum, ac peregrinorum non per
„ ſeipſum, ſed per Archipresbyterum, aut Ar-
„ chidiaconum agat.

Si vero non eſt ſolvendo, diſtingue, aut ſimpliciter non poteſt ſolvere, aut poteſt, ſed non abſque magno periculo ſuo, aut familiæ ſuæ: in primo caſu poteſt recte agere pœnitentiam, licet non reſtituat; dum tamen doleat, & proponat reſtituere quam cito poterit, 14. q. 5. c.
v. pag. 8. *Si res aliena*, C. de ceſſ. bon. l. 1.

Nonnulla Poſtillatoris quæſita.

QUid, ſi poteſt, & vult partem ſolvere, cum totam non poſſit, & pluribus teneatur; numquid poteſt gratificare uni ſolvenda in ſolidum, aut tenetur ſingulis ſolvere pro rata? & ſi tenetur ex contractu, ex maleficio; numquid prius ſolvendum eſt in hanc cauſſam, quam in illam?

Item numquid anterioribus creditoribus prius eſt ſolvendum, quam poſterioribus, & habentibus pignora, vel hypothecas prius, quam habentibus tantum perſonales actiones; vel inter hypothecarios creditores, quis eorum præferendus eſt?

Reſp. *Si creditor vigilaverit exigendo debitum in judicio, vel extra judicium, poteſt ei debitor ſolvere in ſolidum, antequam bona debitoris auctoritate judicis incipiant poſſideri; quia poſtea jura paria facta ſunt omnium creditorum, qui non habent pignora, vel hypothecas, vel non ſunt privilegiatæ perſonæ. Item ſi utroque creditore inſtante debitor uni voluerit gratificare, debet illud omnibus communicari, vel eadem portio ſingulis quæri. Item ſi unus creditorum denunciaverit alteri, ne accipiat a debitore, in fraude videtur verſari ille, ſi accipiat: ubi autem non vigilaverit creditor exigendo debitum, nec videtur, quod credebeat creditori gratificare; jure tamen poli, etſi non jure fori excuſaretur, ut credo, debitor, ſi pietate motus gratificaret plurimum indigenti creditori: nec credo quod aliquod majus periculum habeant iſti, quibus tenetur ex maleficio, vel quaſi, quam illi, quibus tenetur ex contractu, vel quaſi, ceteris paribus. Inter creditores autem potiores ſunt illi, qui acceperunt pignora, his, qui habent perſonales actiones tantum: potiores, inquam, ut ſolvatur eis quantum valet pignus. Inter hypothecarios autem creditores, qui prior eſt tempore, potior eſt in jure, niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus, qui ſolent notari in titulo C.* Qui potiores in pignore. *Inter eos autem, qui habent actiones perſonales tantum, æſtimantur privilegiati non ex tempore, ſed ex cauſſa, videlicet, quia fiſcus, vel mulier in dote præferendi ſunt ceteris privilegium non habentibus. Item ex cauſſa, quia actio tutelæ, & actio depoſiti, & ſimiles privilegiatæ ſunt, ut prius ſolvatur, quod debetur ex eis, quam quod debetur ex aliis actionibus non privilegiatis. Ubi autem ſunt paria privilegia, aut perſonarum, aut actionum, æqualiter concurrent in ſatisfactione facienda, niſi de aliquo illorum probetur, quod ſit alteri præferendus ſecundum legem. Quod autem diximus, notari ſolet plenius in titulo de bonis auctor. jud. poſſid. Sed hæc cauſſa brevitatis ſufficiant.*

In ſecundo autem caſu ſtudeat pœnitentialis rectificare voluntatem ejus hoc modo, dicens: ſi aliud remedium non poterit haberi, quod eligatis de his duobus, vel ut reſtituatis bona, quæ habetis, & ſic liberemini a peccato, & Diaboli ſervitute: efficiamini etiam filii Dei per adoptionem, & participes regni cæleſtis per ſpem; vel ut retineatis bona, & ſic remaneatis in peccato, & diaboli ſervitute, ac morientes deſcendatis in profundum inferni: ſi reſpondeant primum, tunc dicatur eis, ut petant dilationem a ſpoliatis, vel aſſignent eis certam partem de reditibus ſuis amicabiliter, de qua ſibi ſatisfaciant ſucceſſive, & de hoc faciant eis bonam cautionem. Si vero omnes denegent ſibi dilationem, & poſtulent, quod ipſi cedant bonis; tunc credo, quod tenentur abſque dilatione ſatisfacere, vel cedere, quia fur & raptor ſunt ſemper in mora; & ideo ſemper augent peccatum, ff. de condit. ſur. *In re furtive*, & arg. ext. de ſimon. c. *Cum in Eccleſia*. *v. pag. 15*

Si autem diſcrepent inter ſe ſpoliati; quibus tenentur? quia alii volunt dare dilationem, alii non, ſed petunt ceſſionem: tunc majori parti ſtandum eſt; & intellige majorem partem, ubi eſt majus, & fortius debitum: ſi vero par ſit debitum hinc inde, ſtandum eſt majori numero creditorum: ſi omnia ſunt paria, eligenda eſt clementior ſententia, id eſt, qui dant dilationem.

Hanc diſtinctionem facit lex in pluribus creditoribus, C. qui bon. ced. poſſ. l. ultima. Hoc autem intelligo niſi petentes ceſſionem, vel ſibi ſtatim ſatisfieri, non poſſent induci ad dandam dilationem: tunc enim ſatisfaciendum eſt eis pro parte ſubſtantiæ, quæ eos contingit, præſertim ſi egeant, ita quod non poſſint concedere abſque periculo ſuo, & familiæ, ne interveniente mora inveniri non valeat quid redimatur. Diſt. 5. c. *Baptizari*.

„ BAptizari autem, vel enixam mulierem,
„ vel hoc, quod genuerit, ſi periculo mor-
„ tis negetur, vel ipſa eadem hora, qua gignit,
„ vel eadem etiam, qua natum eſt, vel quod gi-
„ gnitur, nullo modo prohibetur. Quia ſicut
„ ſancti myſterii gratia viventibus, atque di-
„ ſcernentibus cum magna diſcretione providen-
„ da eſt, ...ne dũ adhuc tempus ad præbendã re-
demtio-

„ demtionis myſterium quæritur, intervenien-
„ te paullulum mora, inveniri non valeat, qui
„ redimatur.

Semper enim debet vitari mora, ubi timetur periculum. Diſt. 28. c. *De Siracuſanæ*, de conſecr. diſt. 4. c. *Ne, quod abſit*.

v. pag. 7.

Gregor. Fauſtino defenſori.

„ NE, quod abſit, longa dilatio retro poſſit
„ animos Judæorum revocare, cum fra-
„ tre noſtro Epiſcopo loci illius loquere, ut
„ pœnitentia ac abſtinentia 40. dierum indicta,
„ aut die Dominica, aut ſi celeberrima feſtivi-
„ tas ſurtaſſis uccurrerit, eos omnipotentis Dei
„ miſericordia protegente baptizea.

Ubi autem non poſſunt ſciri perſonæ ſpoliatorum, debent ſimpliciter abſque pacto & conditione totum, quod habent, reſignare in manu Epiſcopi, vel pœnitentialis diſcreti: & tunc ipſe ſi viderit eos pauperes & egentes, det illis partem, vel etiam totum, ſi viderit tantam neceſſitatem, ne alias ipſi cum uxore, & filiis fame pereant; & ſi quid reſiduum fuerit, pauperibus aliis diſtribuat, & iſti faciant quidquid boni poterunt orando, & aliis modis pro his, quorum fuerunt res: & ſi poſtea poterunt aliqua lucrari, juxta poſſibilitatem erogent in uſus pauperum pro animabus illorum. Argumento ad hoc 12. q. 2. c. *Gloria Epiſcopi*, & c. *Aurum habet Eccleſia*, & require ſupra de decimis, *§. Quid, ſi aliquis*.

v. pag. 163

v. Indic.

Item ſi bene ſint contriti, & ſine dolo, & fraude ſimpliciter proceſſerint, ut dictum eſt; credo, quod ſi ſpoliati miſericorditer, & gratis remiſerint ſibi totum, vel partem, poterit tamquam eleemoſynam recipere: & ſic erit in ſtatu ſalvandorum. Si vero nolit ſatisfacere juxta formam prædictam, non audeo ſibi promittere ſecuritatem; immo timeo ſibi oppoſitum.

In ſumma nota, quod ſecundum quod major, vel minor fuerit violentia, vel fraus, vel dolus, major, vel minor debet eſſe diſtrictio judicantis.

Item ubi major contritio, ibi major venia: & quia fere totus mundus involutus eſt in rapinis, ſic pro poſſe tuo curre per medium, ne nimia ſeveritas, vel remiſſio petire faciat, quos diſcreta poterit æquitas revocare. Item ſemper injurians, vel ſpoliator, vel complices eorum debent humiliter poſtulare veniam ab his, quos offenderunt, ne illi remaneant in rancore, ſeu mala voluntate. Item quæ dicta ſunt de raptoribus, cum circumſtantiis ſuis intelligas de incendiariis, prædonibus, & pyratis.

TITULUS VI.

De Furtis.

SUpra dictum eſt de rapinis; ſed quoniam Dominus in lege ſub eadem prohibitione rapinam, & furtum prohibuit, ut cauſſa 14. q. 5. c. *Pœnale*.

August. In lib. q. Exod. q. 71

„ PŒnale eſt occulte auferre: multo majo-
„ ris pœnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre
„ ergo nolenti ſive occulte, ſive palam, habet
„ præceptum ſuum. Furti enim nomine bene
„ intelligitur omnis illicita uſurpatio rei alie-
„ næ: non enim rapinam permiſit, qui furtum
„ prohibuit: ſed utique furti nomine in lege
„ veteris teſtamenti, & rapinam intelligi vo-
„ luit: a parte enim totum ſignificavit, quid-
„ quid illicite rerum proximi auſertur.

Ideo conſequenter de furtis agendum, inquirentes, quid ſit furtum; unde dicatur; de qua re fiat; quæ furti ſpecies; & quæ ejus pœna.

---

§. I.

Quid ſit furtum, unde dicatur, de qua re fiat, ejuſque ſpecies?

FUrtum eſt contrectatio rei alienæ, mobilis, corporalis, fraudulofa, invito domino, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve, ff. eodem, ſeu de furto, l. 1.

Contrectatio, ponitur in definitione, quia ſine ea non eſt proprie furtum, licet interveniat voluntas, verbum, vel ſcriptura; alias ſi concupiſcat rem alienam illicite, ac ſine contrectatione, eſt tranſgreſſor alterius præcepti: *Non concupiſces, &c. Rei alienæ*; ideo apponitur, quia non committitur furtum in re pleniſſime propria. *Pleniſſime* dico, quia ſi alius haberet in re illa jus, puta creditor, cui res eſt pignori obligata, vel commodatarius, vel ſocius, vel ſimilis alia perſona, dominus furtive ſurripiens alicui tali perſonæ, committeret furtum, ff. eodem, *Qui re*, §. 1. & l. *Si is, qui rem*, in princ. & l. *Si ſocius*. *Mobilis, corporalis*, quia in rebus immobilibus, vel incorporalibus non committitur furtum, quia talia non poſſunt contrectari propter ſui immenſitatem, vel incorporeitatem. *Fraudulofa*, quia ſi aliquis credebat rem eſſe ſuam, & credebat ſibi licere rem ſuam ſurripere, non committit furtum, licet alias teneatur. Inſtit. vi. bon. rapt. *§. Quia tamen*, & §. ſequenti. Idem eſt ſi credebat ſe facere domino volente; non facit furtum, quia non facit dolum invito domino; quia ſi credit dominum permiſſurum, & ſubeſt juſta cauſſa credendi, non tenetur; ſi vero non ſubeſt cauſſa, quare debeat credere hoc, tenetur, ff. eodem, *Si is, qui rem*. Si autem putat facere invito domino, & tamen dominus vult, furtum facit, quantū ad intentionem, & mortaliter peccat; ſed non tenetur ad reſtitutionem, nec dominus poteſt petere, obſtante ſibi ſua voluntate, ff. eodem, *Inter omnes*, §. penult. *Lucri faciendi gratia*, quia ſi quis alienam ancillam meretricem rapuerit, vel celaverit, non cauſſa lucri faciendi, ſed libidinis exercendæ, non committit furtum, licet alias peccet graviter, ff. eodem: *Verum ipſius rei, vel uſus ejus, poſſeſſioniſve*, quia non ſolum committit furtum, qui rei dominium vult lucrifacere ſic furtive, ſed etiam, qui uſum, vel poſſeſſionem rei. Diſt. 50. c. *Qui ſaccum*, ff. eodem, *Qui jumenta ſibi commodata*.

„ QUi ſaccum habentem pecuniā ſurripuerit, *Digest. Tit. de Furto.*
„ furti actione etiam ſacci nomine tenetur,
„ quamvis non ſit ei animus ſacci ſurripiendi.

Dicitur autem furtum, ut ait Labeo, a *furvo*, id eſt, nigro, vel obſcuro, eo quod clam & obſcure fiat, ff. eodem, l. 1.

In quibus rebus committatur furtum, patet in definitione, ubi dicitur, *Mobile, corporale*.

Sunt autem duæ ſpecies furtorum, quia aliud eſt manifeſtum, id eſt, cum quo fur deprehenditur, priuſquam veniat ad locum deſtinatum.

Aliud non maniſeſtum, id eſt, cum quo fur non deprehenditur, ff. eodem, l. 2. & 3. Item furtorum quædam remanent in nomine generali; quædam cadunt in nomen ſpeciale, veluti ſacerilegium, quod dicitur furtum rei ſacræ; peculatus, quod dicitur furtum de re publica. Cauſſa 23. q. 4. c. *Quid ergo*.

August. ſup. Joan. tract. 50. ad c. 12.

,, QUid ergo voluit Dominus noſter Jeſus
,, Chriſtus, fratres cariſſimi, admonere
,, Eccleſiam ſuam, quando unum perditum in-
,, ter duodecim habere voluit, niſi ut malos
,, toleremus, nec Corpus Chriſti dividamus?
,, Ecce inter ſanctos eſt Judas: ecce fur eſt Ju-
,, das, & ne contemnas, fur eſt, & ſacrile-
,, gus, & non qualiſcumque fur, ſed loculorum
,, Dominicorum & Sacrorum. Si crimina di-
,, ſcernuntur in foro qualiſcumque furti, &
,, peculatus (peculatus enim furtum dicitur de
,, re publica, & non ſic judicatur furtum rei
,, privatæ quomodo publicæ) quanto vehemen-
,, tius eſt judicandus ſacrilegus fur, qui au-
,, ſus fuerit, non undecumque tollere (hoc
,, eſt ſacerilegium committere) ſed de Eccleſia?
,, qui aliquid de Eccleſia furatur, Judæ prodi-
,, tori comparatur.

Sic & abigeatus, quod dicitur furtum gregis, & ſic plagium, quod dicitur furtum hominis, quum quis liberum hominem ſcienter vendit, donat, vel accipit, vel permutat, ff. ad. l. Flav. de plag. l. 5. & 4. Iteio ſi ancillam, vel ſervum alienum ſollicitaverit, & exportaverit, C. eodem, l. 5.

§. II.

Quæ furti pœna?

PŒna furti variatur, ſecundum quod varie agitur de ipſo: nam quandoque agitur criminaliter, ideſt, ad pœnam corporis inſligendam; quandoque civiliter, ideſt, ad pœnam pecuniariam. In primo caſu non eſt fur ſuſpendendus, aut demembrandus, aut exoculandus; ſed alias arbitriu judicis puniendus, videlicet, ut fuſtigetur, vel exulet, vel alio modo, prout judici videatur: & hoc in ſimplici fure: ſi enim plus ſit quam fur, id eſt, quia armis aggreditur in domibus, vel ſæpibus, vel in itinere, vel in mari, ut pyratæ; tunc acrius proceditur contra eum, ff. de pœn. Capitalium, §. *Graſſatores*, & §. *Famoſus*, extr. de homicid. c. *Si perfodiens*.

August. ſup. Exod. c. 22.

,, S*I perfodiens inventus fuerit fur, & percuſſus*
,, *mortuus fuerit, non eſt illi homicidium impu-*
,, *tandum: ſi autem oriatur ſol ſuper eum, reus e-*
,, *rit*; intelligitur ergo non pertinere ad eum
,, homicidium, ſi fur nocturnus occidatur: ſi
,, autem diurnus fuerit, ad homicidium perti-
,, nere: hoc eſt enim quod ait: *Si oriatur ſuper*
,, *eum ſol*, *&c.* quia poterat diſcernere, quod
,, ad furandum, non ad occidendum veniſſet;
,, & ideo non debet occidi: hoc etiam in an-
,, tiquis legibus ſæcularibus (quibus iſta eſt an-
,, tiquior) invenitur; impune ſcilicet occidi no-
,, cturnum furem quoquo modo: diurnum au-
,, tem, ſi ſe telo defenderit: jam enim plus
,, eſt, quam fur.

Quum vero agitur civiliter, pœna furti maniſeſti eſt in quadruplum, non maniſeſti duplum: & hæc pœna competit, & peti poteſt, etiam poſt annum. Inſt. de perp. & temp. act. §. 1. Item ſi egit aliquis criminaliter, poterit interim agere civiliter, & econverſo, C. quando civil. act. præjud. crim. l. 1. & ff. de furt. l. ultima.

§. III.

Qualiter autem ſit procedendum in foro pœnitentiali circa reſtitutionem faciendam ab ipſo fure, vel a cooperantibus, & conſentientibus, & qui teneantur in ſolidum, & qui in partem, & cui etiam ſit reſtitutio facienda?

EI debet reſtitui, cui res ſubrepta eſt, dummodo ſua interſit ex cauſſa honeſta rem non eſſe ſubreptam, ut puta, quia habebat in re jus pignoris, vel uſum, vel ſimile, ff. eodem, *Is cujus*. Si enim & ipſe eſſet fur, non ſibi, ſed domino eſſet reſtituenda, vel illi, cui prius fur ſurripuerat, ſi ſua intereſſet, ut dictum eſt, ex cauſſa honeſta rem non ſurripi; caute tamen, ita quod non ſciatur, ut fiat reſtitutio per medium pœnitentialem, vel aliam religioſam perſonam ſuppreſſo nomine furis. De his omnibus, & de modo reſtituendi require per ſimile ſupra de rapin. §. *Qui ſequuntur*, & §. *Circa illos*, & §. *De hæredibus*, & §. *De forma*.

Ex prædictis liquet, quod qui accepit equum, vel aliam rem commodatam uſque ad certum locum, & ipſe ultra locum illum procedat cum illa re, committit furtum, niſi in caſu ſupra eodem, §. 1. verſ. *Invito Domino*. Sed quid, ſi aliquis rem ſibi ad utendum conceſſam, alii accommodaverit; numquid committit furtum? Utique, quia non erat ei conceſſa ad uſum iſtum; item quia videtur facere gratia ſui lucri: ſpecies enim lucri eſt ex alieno largiri, & beneficio debitorem ſibi acquirere: ſimiliter & credo, committi furtum, ſi pignore ſibi obligato utatur, ff. eodem, *Si pignore creditor utatur, furti tenetur*, *&c.* Et breviter ubicumque invenias cuntrectationem alienæ rei factam contra voluntatem domini, intellige furtum commiſſum, & circa hoc inhæreas verbis definitionis.

Item quid, ſi res furtiva pereat caſu fortuito; numquid tenebitur ad reſtitutionem poſtea fur?

Utique, quia fuit in mora reſtituendi. Item non liberatur fur rem deteriorem reddendo. Item tenetur reſtituere rem cum omnibus fructibus; & ſi melioravit eam, paſcendo forte equum, vel porcum furtivum, vel ſimile, non poteſt petere, vel retinere expenſas. Item quum redditur æſtimatio rei, non tantum eſt conſiderandum tempus, in quo res fuit ſubrepta, & tempus, in quo periit, ſed etiam totum tempus medium; & fiet æſtimatio ſecundum illud tempus, in quo plurimi valoris fuit res: & hæc eadem intelligo in re rapta. Probantur hæc extr. de reſt. ſpol. c. *Gravis*, ubi dicitur: *Quod debet reddi res cum fructibus perceptis, & quos percepiſſent ſpoliati, ſi ipſi poſſediſſent*. Sunt etiam hæc expreſſa, ff. de cond. furt. *In re furtiva*. *v. pag. 8.*

Generalius loquitur alia lex, quod tenetur talis ad omnia damna, & lucra percepta & percipienda, ff. de rei vend. *Si navis*, §. *Generaliter*. Eſt tamen caſus, in quo non tenetur fur de caſu fortuito, ſi obtulit rem domino loco & tempore congruo, & dominus noluit accipere: jam

enim

enim purgavit moram, ut in illa l. *In re furtiva*. Et require per ſimile ſupra de decimis, §. *Item quid, ſi aliquis furtive*. Item quum furtum eſt commiſſum in uſu rei tantum, & non in ipſa re; tenetur etiam poſt reſtitutionem rei ad æſtimationem illius uſus: aliter enim non eſſet purgatum furtum, 14. quæſt. 6. cap. *Si res aliena*.

v. ſupra.

---

§. IV.

Quid, ſi aliquis emit rem furtivam ignoranter, & bona fide, & in foro publico, & publice; numquid poteſt ſaltem pretium, quod numeravit, petere a domino, quum deprehendit rem eſſe furtivam, vel numquid poterit retinere rem, donec pretium ſit ei ſolutum?

RESpondeo non. C. eodem, *Incivilem*. Nec poteſt ſe defendere occaſione ſtatuti ſuper hoc editi in pleriſque locis, quum tale ſtatutum ſit contra dominum. Require ſupra de rapin. §. *Qui condunt leges iniquas*. Circa tamen iſtum bonæ fidei poſſeſſorem dico, quod poterit repetere pretium a venditore. Cauſſa 12. quæſt. 2. c. *Vulteranæ*, & procedat ſicut dixi ſupra, de rapin. & §. *Item quod conſilium*, verſ. *Item qualiter*. Item circa eum dico, quod poteſt retinere expenſas, quas exſiſtens bonæ fidei ratione fecit circa rem conſervandam, vel meliorandam, & non tenetur de fructibus perceptis durante bona fide. Extr. de reſtit. in integ. cap. *Requiſivit*: de rebus Eccleſ. alien. vel non, c. *Ad noſtram*, ff. de acquir. rer. dom. *Bonæ fidei emtor*.

ALEX. III. *Alphanenſi Epiſc.*

„ REquiſivit tua fraternitas, quid agendum
„ ſit de poſſeſſionibus Laicis ſub modico
„ cenſu conceſſis. Noveris itaque, quod ſi Ec-
„ cleſia læſa eſt, & manifeſte apparet detri-
„ mentum ipſius (cum Epiſcopo ejuſdem Eccle-
„ ſiæ conditionem facere deteriorem non liceat,
„ & Eccleſia jure minoris debeat ſemper illæſa
„ ſervari) quæ in damnum ejus data conſtiterit,
„ ad ipſius convenit jus & proprietatem redire.
„ Providendum eſt tamen, ne ſi forte coloni
„ poſſeſſiones illas expenſis, ac labore ſuo red-
„ diderint meliores, ſumtibus, quos bona fide
„ fecerunt, debeant defraudari.

INNOCEN. III. *Epiſc. Maurienſi, & præpoſito Ulcan.*

„ AD noſtram noveris audientiam perveniſ-
„ ſe, quod cum Tuſien. Monaſterium de-
„ preſſum eſſet onere maximo debitorum, Ab-
„ bas, & conventus ejuſdem villam quamdam
„ neceſſitate coacti B. Laico conceſſerunt in feu-
„ dum, tali conditione appoſita, quod idem 80.
„ libras perſolveret, pro quibus eadem exſtite-
„ rat obligata; quod non diſtulit effectui man-
„ cipare (& infra) Unde humiliter ſupplicarunt,
„ ut feudum prædictum faceremus ad utilita-
„ tem monaſterii revocari: præſertim cum idem
„ Laicus primo anno de ipſius proventibus ul-
„ tra ſummam perceperit prætaxatam, & per
„ multos poſtmodum annos ſumſerit ejus fru-
„ ctus (& infra) Quocirca mandamus, quatenus
„ ſi prædictum monaſterium propter hoc inve-
„ neritis enorme diſpendium incurriſſe, dictum
„ Laicum, ut (pecunia, quam pro exoneratione
„ feudi, ſeu etiam pro utilitate ipſius monaſte-
„ rii expendiſſe noſcitur, ab eiſdem Abbate, &
„ conventu recepta, eum ſibi fructus percepti
„ ſufficere debeant pro labore) præfatum feu-
„ dum eidem monaſterio dimittat liberum, &
„ quietum, appellatione poſtpoſita compellaris.

Item ſi durante bona fide ipſius periit res, non tenetur. Idem credo, ſi alienavit durante ſimiliter bona fide: in utroque caſu propter bonam fidem; in primo etiam quia non erat in mora; in ſecundo, quia non deſiit dolo poſſidere, & quia pretium ex re furtiva redactum, non eſt furtivum, ff. eodem, *Qui vos*, §. ult. Extr. de alien. jud. mut. cauſſa fact. c. 1. & 2. ſeu, *Ex quorumdam*, & c. *Ex parte*. Argumen. a contrario ſenſu.

ALEX. III.

„ EX quorumdam relatione audivimus, quod
„ cum aliqui viri Eccleſiaſtici de provincia
„ veſtra, pro juſtitia ſua, literas a nobis com-
„ miſſionis impetrant, adverſarii (ut manda-
„ tum noſtrum eludant) antequam literæ ad
„ judicem perveniant, vel etiam poſtea priuſ-
„ quam citentur ab eis, in vocem appellatio-
„ nis prorumpunt (& infra) Nos igitur contra
„ prædictam calliditatem & verſutiam provide-
„ re volentes; mandamus, quatenus ſi adverſa-
„ rii eorum pro evacuando noſtro mandato ta-
„ liter appellaverint, aut de poſſeſſione, de qua
„ controverſia vertitur, commutationem fece-
„ rint, vel ſe malitioſe duxerint abſentandos,
„ eos, qui in poſſeſſione ſe ingeſſerint, appel-
„ latione ceſſante, cogatis ſub veſtro examine
„ juris æquitati parere.

GREGOR. *Abbati ſancti Nicolai, & decano furnen. Morin. Diœceſis.*

„ EX parte Scabinorum Hipreis fuit pro-
„ poſitum, quod inter Laicos ejuſdem lo-
„ ci quæſtionibus emergentibus dirimendis per
„ judicium ſæculare, quidam Clerici ſibi dono,
„ vel pretio ab aliquibus Laicorum ipſorum ce-
„ di faciunt actiones, ut adverſarios ad Eccle-
„ ſiaſticum forum trahant, & prædam ex hu-
„ juſmodi commercio aſſequantur (& infra)
„ Cum igitur ceſſiones & emtiones litium le-
„ gitimæ prohibeant ſanctiones, ita quod jactu-
„ ra cauſſæ afficiant illos, qui ſibi potentiorum
„ patrocinium taliter advocare præſumunt, &
„ ex eo ſint etiam odioſæ, quod ex fonte cu-
„ piditatis videntur procedere; mandamus,
„ quatenus Clericos memoratos a præſumtione
„ hujuſmodi per cenſuras Eccleſiaſticas com-
„ peſcatis.

In ſumma ergo nota, quod malæ fidei poſſeſſor re perdita, vel in alium translata, tenetur ad verum pretium cum circumſtantiis ſupradictis in §. proximo, ſcilicet: *Item quid, ſi res furtiva pereat*. Bonæ fidei vero poſſeſſor tenetur reſtituere rem, ſi habet; ſin autem, de lucro tenetur tantum, in quantum locupletior factus eſt, ff. de petit. hæred. *Si poſſeſſor*, §. *Reſtituere*, & l. *Si & rem*, & l. *Utrum*.

---

§. V.

Quid, ſi aliquis furatur, vel rapit rem ab uſurario, ut inde faciat eleemoſynam? Item quid de pecunia, vel alia re inventa in via, vel platea, vel alio loco publico; numquid eſt in iſtis reſtitutio neceſſaria, aut numquid in his committitur furtum?

SOlutio. Ad primum dico furtum, ſive rapinam committi: non enim facienda ſunt

mala,

mala, ut veniant quæcumque bona, 30. q. 1. c. *Noſſe*, 32. q. 4. c. *Sic non ſunt*.

Nicolaus Solonitana Epiſc.

„ NOſſe deſideras, utrum mulier, quæ viri
„ filium ex alia femina genitum de ſacro
„ fonte levaverit, poſtmodum poſſit cum eo-
„ dem viro copulari, quus ideo conjungi poſſe
„ decernimus, quia ſecundum Canones ſacros,
„ niſi amborum conſenſu nullius religionis ob-
„ tentu debet conjux dimittere conjugem; per-
„ tinet autem ad ingens uxoris exitium, quæ
„ habens odio virum, vel infirmitatem ejus non
„ conſiderans, quaſi cauſſa pietatis operatur im-
„ pietatem: maxime cum Apoſtolus præcipiat:
1. Cor. 7. „ *Nolite*, inquiens, *fraudare invicem niſi ex con-*
„ *ſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum*
„ *revertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas pro-*
„ *pter incontinentiam veſtram*. Ergo ſi non ex con-
„ ſenſu utriuſque conjugis hoc factum eſſe proba-
„ tur, non fraudentur invicem, ſed revertantur
„ inidipſum: præſertim cum dicat Apoſtolus:
„ *Uxor ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir:*
„ *& vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed*
„ *mulier*.

August. *Ad Claudium contra Julian. c. 8.*

„ SIc non ſunt facienda adulteria etiam vo-
„ luntate generandi generandos, quem-
„ admodum nec furta facienda ſunt, etiam
„ voluntate paſcendi pauperes ſanctos: quod
„ tamen faciendum eſt, non perpetrando fur-
„ ta, ſed bene utendo mammona iniquitatis.

August. ibidem.

Item de talibus ait Auguſtinus: *Cogitatio diaboli calliditate ſuggeritur: nam ſi tatum tribuunt, quod abſtulerat, addit potius peccatum, quam minuat; quia aufert ſibi copiam reſtituendi*. Idem enim ſi aliquis agit inique, ac perperam invaſis ita quis utatur, ut eorum fructibus largas eleemoſynas faciat, & ideo rapinam juſtificat; videtur, quod iſte non facit furtum, quia non facit animo lucrandi: ſed non eſt ita, quia ſpes lucri eſt ex alieno largiri. Require ſupra, eod. *§. Ex prædictis*.

Ad aliud dico, quod pecuniam, vel aliam rem inventam debet reddere, ſi poteſt invenire illum, qui amiſerit, & facit hoc publice dici per præconem, vel per Eccleſias, in loco, ubi rem invenit: ſi vero non invenit, cum conſilio & auctoritate ſui pœnitentialis retineat, ſi pauper & egenus eſt, & oret pro illo, cujus fuit; alias eroget pauperibus: & ſecundum hoc intelligo illud Auguſtini: *Si quid inveniſti, quod non reddidiſti, rapuiſti: quantum potuiſti, feciſti, quia non plus inveniſti. Qui alienum negat, ſi poſſet, tolleret: Deus cor interrogat, non manum.*

In lib. 50. homil. 9. Cauſſa 14. q. 5. c. Si quid.

Item Hieronymus, cauſſa 14. q. 5. c. *Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod invenerunt, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? diſcant ergo hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inventa non reddat.*

In lib. Lev.

---

§. VI.

Quid, ſi aliquis furatur cibum, vel potum, vel veſtimentum propter neceſſitatem famis, vel ſitis, vel frigoris; numquid committit furtum?

AD hoc dicas, quod ſi patitur magnam neceſſitatem famis, vel ſitis, vel frigoris, ita quod niſi furetur, credit ſe non poſſe evadere mortem, non committit furtum, nec peccat; dum tamen propter hanc neceſſitatem faciat.

Apollonius: *Diſcipulos, dum per ſegetes transeunda evellerent ſpicas, & ederent, ipſius Chriſti vox innocentes vocat, quod coacti fame, hoc fecerunt*. Item propter neceſſitatem famis comedit David panem propoſitionis, 1. Reg. 21. & eſt ratio multiplex: una, quia in neceſſitate omnia debent eſſe communia, diſt. 47. c. *Sicut hi*. Ubi Ambroſius inter alia dicit: *Proprium nemo dicat, quod commune eſt*.

De cōſecr. diſt. 5. c. Diſcipulos. *Marc. 2.*

„ SIcut hi, qui per inſaniam mente tranſlati
„ ſunt, non jam res ipſas, ſed fantaſias paſ-
„ ſionis ſuæ vident; ita mens avari ſemel vincu-
„ lis cupiditatis adſtricta, ſemper aurum, ſemper
„ argentum videt, ſemper redditus computat,
„ gratius intuetur aurum, quam ſolem, ipſa
„ ejus oratio, & ſupplicatio ad Deum, aurum
„ quærit (*& poſt pauca*) Interdum etiam uſu-
„ ræ arte nequiſſima ex ipſo auro aurum naſci-
„ tur: ſed quid agis? nec ſatietas umquam, nec
„ finis aderit cupiditati (& infra) Sed ait ali-
„ quis: Quid injuſtum eſt, ſi cum aliena non
„ invadam, propria diligentius ſervo? O im-
„ pudens dictum! Quid propria dicis? Quæ? Ex
„ quibus reconditis in hunc mundum detuliſti?
„ Quando ingreſſus es in hanc lucem; quando
„ de matris ventre exiſti; quibus facultatibus,
„ quæſo, quibuſque ſubſidiis ſtipatus ingreſſus es?
„ (*& poſt pauca*) Proprium nemo dicat, quod
„ eſt commune, quod pluſquam ſufficeret ſum-
„ tum, etiam violenter obtentum eſt (& infra)
„ Numquid iniquus eſt Deus, ut nobis non æ-
„ qualiter diſtribuat vitæ ſubſidia? Ut tu quidem
„ eſſes affluens, & abundans, aliis vero deeſſet,
„ & egerent? An idcirco magis, quia tibi voluit
„ benignitatis ſuæ experimenta conferre, &
„ alium per virtutem patientiæ coronare? Tu
„ vero ſuſceptis Dei muneribus, etſi in ſinum
„ tuum redactis, nihil te reputas agere iniquum,
„ ſi tam multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineas?
„ Quis enim tam injuſtus, tam avidus, tam
„ avarus, quam qui multorum alimenta, non
„ ſuum uſum, ſed abundantiam, & delicias
„ fecit? Neque enim minus criminis eſt habenti
„ tollere, quam, cum poſſis, & abundes, indi-
„ gentibus denegare. Eſurientium panis eſt, quē
„ tu detines; nudorum indumentum eſt, quod
„ tu recludis; & miſerorum redemtio eſt, &
„ abſolutio, pecunia, quam tu in terram defo-
„ dis: tantorum te ergo invadere ſcias bona,
„ quantis poſſis præſtare, quod velis.

Ambros. *ſuper hæc. Luc. 12.* Fructus uberes ager attulit.

Item quia ipſe dominus rei ex præcepto tenetur paſcere eſurientem, diſt. 86. c. *Paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo homines ſervare poteris, ſi non paveris, occidiſti.*

Idem in lib. de offic.

Unde talis fur licite & debuit, & potuit credere dominum permiſſurum, & ita non commiſit furtum. Require ſupra, eodem *§. 1.* verſ. *Invito Domino*. Item quia neceſſitas non habet legem, de conſecr. diſt. 1. c. *Sicut*. Si autem non patitur ita magnam neceſſitatem, peccat: attenuatur tamen peccatum propter neceſſitatem, & in tali caſu intelligitur decretalis, extr. de furt. c. *Si quis propter neceſſitatem famis, aut nuditatis fuerit cibaria furatus, vel veſtem, vel pecus; pœniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit, non cogatur jejunare*. Dicerem tamen ei ſemper, quia tutius eſt, quod reſtitueret, ſi poſſet, 14. q. 6. c. *Si res aliena*. Item aliquantulam pœnitentiam imponerem illi ad cautelam. Require per ſimile ſupra de homic. *§. Corporale*, verſ. *Neceſſitate.*

v. pag. 25.

§. VII.

ſ. VII.

Item quid, ſi aliquis furatur Chriſtianos captivos a paganis detentos, ut eos reſtituat libertati? Item quid de ipſis Chriſtianis captivis, qui furantur aliqua ipſis Sarracenis, a quibus tenentur captivi, vel etiam aliis Sarracenis?

AD primum credo, quod numquam tenentur ad reſtitutionem hominis, & maxime illius, quem injurioſe circumciderant ipſi Pagani in contemtum fidei chriſtianæ. Dixit
Joſue 8. enim Dominus ad Jeſum Nave, ut conſtitueret ſibi retrorſum inſidias, id eſt, inſidiantes bellatores, ad inſidiandum hoſtibus, ut ait
In lib. quæſt. q. 10. Auguſt. *Cum quis movet bellum juſtum, utrum aperte pugnet, an ex inſidiis, nihil ad juſtitiam intereſt.* Item Gregorius: *Contra hoſtes fidei, non ſolum*
VelocιMagiſtro militib.lib.12. Ep. 21. v. pag. 34. & 131. *aperte, ſed a dorſo eſt etiam laborandum*, 23. q. 2. c. *Dominus*, & q. 8. *Ut pridem.*

Item quid intendit iſte, niſi chriſtianam animam liberare a periculo idololatrico, ac Sarraceno peccandi occaſionem ſubtrahere? Ergo utrique operantur latenter ſalutem animæ; ergo neuter habet, unde conqueratur, quia utriuſque cauſſam fecit meliorem; videtur tamen obviare Auguſtinus dicens: *Fides etiam hoſti*
v. pag. 69. *ſervanda eſt*, 23. q. 1. c. *Noli*.

Sed dicitur eſſe verum illud, quando fides eſt promiſſa iſti tempore treuguæ, in quo caſu, ſi Sarracenus quaſi juſte tenebat, cum pro damno ſibi illato, & quia rumpebat ei fidem promiſſam, & in hoc fuit captus, & tempore treuguæ iſte alius furatus eſt illum; tenetur ipſi Sarraceno reſtituere, non hominem, propter periculum animæ, ſed damnum datum illi a ſe, vel pro intereſſe æſtimatam probabiliter moderatam redemtionem; & hoc intelligo, ſi non compulerunt illum captivum ad circumciſionem, vel idololatriam, vel aliquod mortale peccatum: tunc enim crederem ipſum furantem penitus liberatum. Arg. diſt. 54. cap. *Nulla*. Item credo ipſum furantem nullo mo-
v. pag. 25. do peccaſſe quantum ad hominem, ſi rectam habuit intentionem, immo potius meruiſſe, dummodo aliter ſatisfaciat, ut dictum eſt.

Ad aliud, quod quæſitum eſt, diſtinguo: aut ſuberat neceſſitas, aut non: in primo caſu indiſtincte non tenetur, quia tenebatur eum paſcere Sarracenus: in ſecundo tenetur, ſi juſte, & ex culpa ſua detinebatur; aliter non, ut diſtinctum eſt ſupra in eodem ſ.

Quid de uxore, quæ furatur viro ſuo pecuniam, vel alia, ut inde faciat eleemoſynam? Require infra de negotiatione. Item nota, quod ita committitur furtum in re parva, ſicut in re magna; ideo furtum non ſolum in majoribus, ſed etiam in minoribus judicatur: non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur.

POSTILLATORIS QUÆSITA.

QUid de illa, quæ fecit furtum ante matrimonium, vel etiam poſt per ſe, vel cum viro? Quid, ſi vir ſolus furatus eſt aliquid, & uxor participavit conſentiendo, vel comedendo voluntaria, vel invita; numquid licebit uxori de rebus communibus ſibi, & viro ſatisfacere eo invito damnificato.

Reſp. Ubi de conſuetudine regionis, & uxor, & vir communicant ſibi credita, & debita ex contractu, vel ex maleficio; ſi res furtiva, quam mulier ſubripuit ante matrimonium, vel poſt matrimonium ſola, & cum viro, vel quam vir ſolus ſubripuit ante matrimonium, vel poſt, exſtat adhuc in eorum poteſtate; credo, quod uxor poteſt illam reſtituere vero domino, etiam contradicente marito: ſi autem conſumta eſt, vel ſi vir ſolus furatus eſt, & mulier participavit conſentiendo, & comedendo ſpontanea, vel invita; poteſt uxor, ſi vir non contradicit, negotium viri gerendo, ſe & ipſum liberando, æſtimationem rei conſumtæ reſtituere vero domino latenter de communibus bonis, ſi aliter non poteſt; nec erit furtum, quia non eſt fraudulenta contrectatio, nec animo lucrifaciendi: probibente autem viro, non credo, quod debeat facere hujuſmodi reſtitutionem; cum ipſa non habeat rerum adminiſtrationem, ſed maritus. Si tamen in hoc caſu faceret reſtitutionem de bonis communibus bona fide latenter; non credo, quod eſſet ei pœnitentia injungenda, quaſi pro mortali, aut quod peccaret mortaliter. Hieron. 14. *qu.* 6. *cap. ult. ſeu, cap.* Fur. HIERON.

„ FUr autem non ſolum in majoribus ſed Ia Epiſt.
„ etiam in minoribus judicatur. Non enim ad Titum, ad c. 2.
„ id quod furto ablatum eſt, ſed mens furan-
„ tis attenditur. Quomodo in fornicatione,
„ non idcirco diverſa ſit fornicatio, ſi mulier
„ ſit pulchra, aut deformis, ancilla, aut in-
„ genua, paupercula, aut opulenta; ſed qua-
„ liſcumque illa fuerit, una eſt fornicatio; ita
„ & in furto, quantumcumque quis abſtulerit,
„ furti crimen incurrit.

TITULUS VII.

De Uſuris & Pignoribus.

DIctum eſt ſupra de rapinis: ſed quia uſura parum, vel nihil diſtat a rapina; de ea conſequenter eſt agendum. Videamus igitur quid ſit uſura; unde dicatur; quæ ſpecies; in quibus caſibus uſuræ permittuntur, vel prohibeantur; quomodo uſurarius, & hæres ejus ad reddendas uſuras compellatur; ultimo de quibuſdam dubitabilibus.

ſ. I.

Quid ſit uſura, & unde dicatur.

USura eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Non enim puto uſuram committi, ſi gratis oblatum recipiatur. Arg. Cauſſa 14. quæſt. 3. cap. *Uſura*, & diſt. 18. cap. *De Eulogiis*. v. pag. 23.

„ USura eſt, ubi amplius requiritur, quam Ex Conc.
„ quod datur, verbi gratia, ſi ſolidos de- Agathenſ.
„ cem dederis, & amplius quæſieris, vel ſi de-
„ deris frumenti modium unum, & ſuper ali-
„ quid exegeris.

Et require per ſimile ſupra de ſimon. ſ. *Porro*. Nulla enim oblatio ſuſcipienti culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſerit. Gregorius, Cauſſa 1. q. 2. c. *Sicut.*

„ Sic-

Digitized by Google

Gregorius In Regeſt. lib. 4. Epiſt. 44.

„ SIcut Epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere; ita miniſter, vel Notarius ooo debet in ordinatiune ejus vocem ſuam, vel calamum venumdare (& paullo poſt) Is autem, qui ordinatus ſuerit, ſi non ex placitu, oeque exactus, neque petitus, poſt acceptas cartas, & pallium, offerre aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo cauſſa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus: quia ejus oblatio, nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit.

Dicitur uſura quaſi, *Uſu æra*, vel quaſi, *Uſu æris*, id eſt, pecuniæ procedens; licet autem nomine pecuniæ, quidquid habent humines, contineatur, Cauſſa 1. quæſt. 3. cap. *Totum*; non dicitur tamen committi uſura, niſi in his rebus tantum, circa quas conſiſtit mutuum, ſcilicet quæ conſiſtunt in numero, pondere, vel menſura. *Numero*, ut quælibet moneta, qoæ proprie dicitur pecunia numerata: *pondere*, ut ære, argento, auro, & ceteris, quæ appenduntur: *menſura*, veluti frumento, vino & oleo, & ſimilibus. Inſtit. quibus modis ee contrah. obligat. circa prine. Et quod in his omnibus committitur uſura, probatur 14. quæſt. 3. cap. *Uſura*, & quæſt. 4. cap. *Nullus*.

v. pag. 24.

v. ſupra.

Ex Conc. *Carthagin. 3. c. 15.*

„ NUllus Clericorum amplius accipiat, quam cuiquam accommodaverit, ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eamdem, quantum dederit, accipiat: & quidquid aliud, tantum, quantum dederit, accipiat.

---

§. II.

Quæ uſuræ ſpecies?

Matth. 16.

SPecies uſuræ ſunt duæ, alia ſpiritualis, de qua Dominus in Evangelio: *Nonne oportebat pecuniam dare nummulariis, & ego veniens cum uſuris exegiſſem illam?* De hac habetur Diſt 46. cap. *Sicut non ſua*.

Leo Papa.

„ SIcut non ſuo, ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet: indecens eſt enim crimen ſuum commodis alienis impendere; fœnus autem hoc ſolum aſpicere, & exercere debemus; ut quod hic miſericorditer tribuimus, a Domino, qui multipliciter, & in perpetuum manſura tribuit, recipere valeamus.

Alia vero corporalis, & iniqua, de qua hic agitur. Item iſta uſura iniqua ſubdividitur, quia alia eſt ſortis, alia uſurarum. Hæc ultima appellatur improbum fœnus, & eam exercens fit infamis ipſo jure, etiam ſecundum leges; 3. quæſt. 7. cap. *Infames*, §. *Porro*, verſ. *Aliquando ipſa genere*.

In Digeſtis tit. de poſtul.

„ INſames ..... Porro infamia multipliciter irrogatur ...... aliquando ipſo genere facti, ut exercentes improbum fœnus, & illicite exigentes uſuras uſurarum.

Item uſura alia appellatur centeſima, id eſt, quæ æquiparatur ſorti per annum, ut ſi qui dedit decem, in fine anni eum ſorte recipiat alia decem; alia *Seſcupla*, a *ſes*, quod eſt totum, & *plica*, quod eſt pars, vel medietas, quæ etiam alio modo dicitur, *hemiolia*, ab *hemi*, quod eſt medium, & *olion*, quod eſt totum. De his habes Diſt. 47. cap. *Quoniam*.

Ex Conc. *Nicæno c. 17. & 18.*

Pſal. 14.

„ QUoniam multi ſub regula conſtituti avaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique divinæ ſcripturæ dicentis: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram*, mutuum dantes centeſimas uſuras exigunt. Juſte cenſuit magna, & ſancta Synodus, ut ſi quis inventus ſuerit poſt hanc definitionem uſuras accipiens, aut aliquam adinventionem faciens, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolia, id eſt, ſeſcupla exigens, vel aliquod tale prorſus excogitans turpis lucri gratia; dejiciatur a Clero, & alienus exſiſtat a regula.

---

§. II.

In quibus caſibus uſuræ permittantur, vel prohibeantur?

LIcet autem uſura corporalis ſit prohibita, ſunt tamen caſus, in quibus eſt permiſſa. Primo ubi poſſeſſio Eeeleſiæ eſt aſſignata Clerito in beneficium, & Laicus tenet eam injuſte, & violenter; poteſt Clericus fructus illius beneficii percipere ultra ſortem. Extr. de uſur. c. 1. ſeu, *Plures*.

Alex. III. *In Concil. Turonen.*

„ PLures Clericorum (& infra) Generalis Concilii decrevit auctoritas, ut nullus conſtitutus in Clero, vel hoc, vel aliud genus uſuræ exercere præſumat. Et ſi quis alicujus poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie, vel conditione in pignus acceperit; ſi ſortem ſuam (deductis expenſis) de fructibus jam perceperit, abſolute poſſeſſionem reſtituat debitori: ſi autem aliquid minus haber, eo receepto, poſſeſſio libere ad dominum revertatur. Quod ſi poſt hujuſmodi conſtitutum in Clero, quiſquam exſtiterit, qui deteſtandis uſurarum lucris inſiſtat, Eccleſiaſtici officii periculum patiatur: niſi forte Eccleſiæ beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu Laici videatur.

Sed hoc non fit lucri cauſſa, ſed ut res eo modo de manu Laici redimatur, ut in eadem decretal. Require de hoc ſupr. de decim. §. *Quid, ſi miles*.

Secundo, ubi uſuræ petuntur quaſi intereſſe, verbi gratia, ſi fidejuſſor ſolvit uſuras creditori, poteſt repetere a debitore, pro quo fidejuſſerat, quia non ſunt uſuræ quantum ad ipſum fidejuſſorem, ſed potius intereſſe, id eſt, non lucrum eſt, ſed vitatio damni. Nota hic aliud exemplum. Extr. de uſur. cap. *Salubriter ſane generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſunt ſibi a ſocero pro numerata dote mulieris pignori obligatæ, computandos in ſortem, non credimus compellendum; cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonii ſupportanda*.

Innoc. III *Epiſcopo Bonanen*

Hoc autem intelligas, quum maritus ſuſtinet onera matrimonii; alias non, ut arguitur in fine præcedentis decret. & probatur ff. de doli mali except. pater. Item ratione moræ, ut ſi debeas mihi centum ad certum terminum, noluiſti perſolvere in termino; & ideo oportuit me recipere pecuniam ſub uſuris propter negotia mea tractanda, tu teneris mihi reſtituere illas uſuras, ſi ſolvi; vel ſi non ſolvi, liberare me ab ipſa obligatione. Probantur hæc extr. de fidejuſ. c. *Pervenit*, & c. *Conſtitutus*.

Innoc. III *Archiepiſ. Cantuar.*

„ COnſtitutus in præſentia noſtra Magiſter S. ſua nobis aſſertione monſtravit, quod

„ pro

Digitized by Google

,, pro Cancellario tuo, tempore Lateran. Concilii in quadam ſumma pecuniæ interceſſit, quam quia uſque modo debitor non perſolvit, ſe aſſerit plutimas a creditoribus Bononien. moleſtias pertuliſſe, & debitum augmentatum. Ideoque mandamus, quatenus ſi legitime tibi de hujuſmodi aſſertione conſtiterit, præſatum debitorem, ut eum a prædicta interceſſione ſine dilatione prorſus abſolvat, Eccleſiaſtica cenſura compellas. Præſentium quoque auctoritate injungimus, ut ſi debitum, vel acceſſiones ille negaverit, conſuetudine, quæ eſt legi contraria, non obſtante, juramentum calumniæ ſubire cogatur. Præterea quia difficile foret interceſſori, ſuos teſtes in Angliam ducere, judicibus Bononienſibus (ſatisdatione idonea a Cancellatio ipſo accepta, quod ad teſtes audiendos vadat, vel mittat intra terminum competentem) litteris tuis ſignifices, ut eos vice tua recipiant, & examinent diligenter, & depoſitiones eorum tranſmittentes incluſas, ſignificent quanta fides poſſit inſtrumentis, vel teſtibus adhiberi.

Lucius III. *Elien. Epiſc. & Archiepiſc. Norvicēſi.* ,, PErvenit ad nos ex conqueſtione R. Clerici, quod cum ipſe pro C. & F Clericis, mercatoribus Bononienſibus fidejuſſerit, illis præſcriptam pecuniam non ſolventibus, coactus eſt ſatisſacere de eadem. Ne igitur diſpendium patiatur, unde videtur præmium meruiſſe; Bononienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, ut ſuper debitis illis inſtrumenta, quæ ſunt apud creditores, inſpiciat, & eorum tranſcripta ſuo ſigillo ſignata, vobis mittere non poſtponat. Mandamus itaque diſcretioni veſtræ, quatenus ſi ex confeſſione prædictorum Claricorum, vel alias legitime vobis rem ita ſe habere conſtiterit, moneatis eoſdem, ut memorato R. pecuniam, quam pro eis ſolvit, reſtituant, ipſumque ſervent indemnem; alioquin de reditibus eorum præſcripta debita faciatis exſolvi, & damna etiam, quæ propter hoc pertulit, reſarciri: aut prædictos reditus ſibi aſſignet·s tamdiu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa damna reſarcita ſuerint, & debita ſine diminutione ſoluta. Præſatos vero Clericos, ſi religionem fidei, & juramenti ſui eos violaſſe conſtiterit, ab officio & beneficio ſuſpendatis.

Item ratione dubii: *Si quis dat decem ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur, quæ licet tunc plus valeant, utrum plus, vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur; non debet ex hoc uſurarius reputari.*

Ratione dubii hujuſmodi etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eiſdem; ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus. Extra eodem c. *Naviganti*.

Greg. IX. *Fratri R.* ,, NAviganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quod ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid ultra ſortem, uſurarius eſt cenſendus: ille quoque, qui dat decem ſolidos, ut alio tempore totidem ſibi grani, &c. (ut ſupra)

Satis tamen conſulte agerent homines, ſi a tali contractu ceſſarent, quum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari. Extra eodem c. *In civitate*.

Alex. III. *Genuenſi Archiepiſ.* ,, IN civitate tua dicis ſæpe contingere, quod quidam piper, ſeu Cinamomum, ſeu alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent, & promittunt ſe illis, a quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto tempore ſoluturos: licet autem contractus hujuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine uſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit merces illas plus, minuſve ſolutionis tempore valituras: & ideo cives tui ſaluti ſuæ bene conſulerent, ſi a tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

Si tamen venderet ad terminum longe majori pretio, quam modo valeat, uſura eſſet. Extra eodem, c. *Conſuluit*. *v. pag. 2.*

Urbanus III. ,, COnſuluit.... *Et an negotiator pœna conſimili* (id eſt, quaſi uſurarii) *debeat condemnari, qui merces ſuas longe majori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei incontinenti pretium perſolvatur. Verum, &c.*

His caſibus adde & alium, quod Epiſcopus gageriam de feudo Eccleſiæ ſuæ poteſt retinere, fructibus non computatis in ſortem; dum tamen interim feudatarius immunis ſit a ſervitio, quo pro feudo Eccleſiæ tenebatur, ut extra, de feud. cap. 1. ſeu, *Inſinuatione*.

Innoc. III *Marica. Epiſc.* ,, INſinuatione præſentium declaramus, quod gageria, quam de feudo Eccleſiæ tuæ ab M. dignoſceris recepiſſe, a te poteſt libere detineri, fructibus non computatis in ſortem: ita videlicet, ut quamdiu fructus illos perceperis in ſortem minime computandos, idem M. a ſervitio, in quo tibi, & Eccleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis.

Sed numquid eſt hoc ſpeciale in Eccleſiaſtico feudo, an extendendum eſt ad feuda principum ſæcularium, ut & ipſi in ſuis feudis poſſint talia facere?

Reſpondeo: Credo, quod ſpeciale privilegium eſt Eccleſiæ, nec eſt ad feuda laicalia extendendum. Item gratis oblatum & acceptum non inducit uſuram, dum tamen non ſit intentio corrupta. Require ſupra eodem, §. 1. & infra eodem, §. *Proximo*.

Poſtillator. INtentio corrupta] *Ex parte creditoris, ſi forte non crediidiſſet pecuniam, niſi propter ſpem lucri; in quo caſu tenetur totum reſtituere, quacumque intentione dederit ei debitor, ſive ex dilectione exorta forte propter mutuum ſibi datum, aut propter aliud; aut propter mutuum recipiendum, aut retinendum uſque ad prolixiorem terminum: ubi tamen debitor ex ſola dilectione dat creditori, non poteſt repetere, nec per retentionem ſibi conſulere, ſi forte habeat alias de bonis creditoris aliquid.*

Quid ſi non ſit corrupta intentio creditoris, ubi debitor propter creditum acceptum, vel ulterius retinendum dat ei aliquid; numquid creditor tenetur ei reſtituere illud?

Reſp. Credo, quod non tenetur bona fide de conſumtis, nec etiam de exſtantibus, quamdiu probabiliter credit, quod ex ſola dilectione gratis ei ſervierit: ſi autem credit, vel probabiliter dubitat, quod propter mutuum receptum, vel ulterius retinendum ei ſervierit, reſtituere tenetur. Quando autem creditor non dat gratis mutuum, debitor, ſi habeat aliquid aliud de bonis creditoris, & ſibi conſulat per retentionem de uſura, quam dedit,

dedit, non credo ipſum compellendum in foro pœnitentiali ad reſtituendum.

---

§. III.

An voluntas, intentio, & ſpes ad uſuras inducant?

SEd numquid voluntas, vel intentio, vel ſpes inducunt uſuram, ubi nullum pactum fuit appoſitum in contractum mutui?

Ad hoc quidam volentes favere uſuris, dicunt quod numquam committitur uſura, niſi ex pacto ſolvantur. Alii dicunt, quibus aſſentio, quod ſola ſpes, ſive intentio facit hominem uſurarium: unde qui ſub tali ſpe mutuavit pecuniam, quidquid poſtea, etiam gratis, id eſt, ſine ſua exactione oblatum ultra ſortem acceperit, uſura eſt, ſive illud ſit pecunia numerata, ſeu frumentum, ſeu vinum, ſeu oleum, ſeu carnes, ſive fructus, ut poma & ſimilla, ſive ſpecies, & breviter quidquid excogitari poſſit, & dici lucrum, ſive illud conſiſtat in dando, ſive in facieno. Fundatur autem hæc opinio in lege, ubi dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad uſuram, & frugum ſuperabunduntiam non exigee*, Levit. 25. *Item neque uſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum.* Item Ezechiel 18. *Qui ad uſuram non commodaverit, & amplius non acceperit, vita vivet.* Item in eodem cap. *Qui uſuram & ſuperabunduntiam non acceperit, vita vivet, & non morietur, &c.* Item in Evangelio Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde ſperantes.* Gloſſa 1. *Non in hominem ſpem mercedis figentes, qui ſive reddat, quod commodatis, reddet tamen & Deus, quo jubente feciſtis, ſive non reddat, hæreditas veſtra in æternum erit.*

Hoc etiam probavit Auguſtinus, Hieronymus, & Ambroſius. Cauſſa 14. quæſt. 3. cap. 1. 2. & 3. ſeu, cap. *Fœneraveris*, & c. *Putant*, & c. *Plerique*.

Auguſt. ſup. Pſal. 36.

,, SI fœneraveris homini, id eſt, ſi mutuam
,, dederis pecuniam tuam, a quo aliquid
,, pluſquam dediſti, exſpectes; non pecuniam
,, ſolam, ſed aliquid pluſquam dediſti: ſive il-
,, lud triticum ſit, ſive vinum, ſive oleum, ſi-
,, ve quodlibet aliud, ſi pluſquam dediſti, ex-
,, ſpectes accipere, fœnerator es, & in hoc im-
,, probandus, non laudandus.

Hieron. ſup. Ezechiel. lib. 6. ad c. 18.

,, PUtant quidam uſuras tantum eſſe in pe-
,, cunia. Quod prævidens Divina Scriptura
,, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus
,, non recipias, quam dediſti. *Item*: Alii pro
,, pecunia fœnerata ſolent munuſcula diverſi
,, generis accipere, & non intelligunt ſcriptu-
,, ram uſuram appellare, & ſuperabundantiam
,, quidquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint,
,, plus receperint.

Ambroſ. De Tobia c. 14. Levit. 25.

,, PLerique refugientes præcepta legis, cum
,, dederint pecuniam negotiatoribus, non
,, in pecunia uſuras exigunt, ſed de merci-
,, bus eorum, tamquam uſurarum emolumen-
,, ta percipiunt. Ideo audiant, quid lex di-
,, cat: *Neque*, inquit, *uſuram eſcarum accipies*,
,, *neque omnium rerum. Item*: Eſca uſura eſt, &
,, veſtis uſura eſt, & quodcumque accedit ſor-
,, ti, uſura eſt: quod velis, ei nomen imponas,
,, uſura eſt. *Item:* Si quis inſtaurandum con-
,, vivium putat, ad negotiatorem mittit, ut
,, abſinthiaci cupellam deferat ſibi gratis, ad
,, cauponem dirigit, ut picenum vinum, aut
,, tyriacum requirat: ad lanium, ut illam ſi-
,, bi procuret: ad alium, ut ſibi poma ador-
,, net.

Et eſt expreſſum in decretali, Extr. de uſuris, cap. *Conſuluit*. *v. ſupra. & pag. 2.*

Ex his patet, quod omnes illi, qui mutuant ſub cauſſamento, tenentur. Item & illi, qui veniente termino ſolutionis, nolunt dare verbum dilationis debitori, qui eſt juramento aſtrictus ſolvere, niſi data ei pecunia, aut aliquo æquipollenti, licet expreſſe non exigant, tenentur, ut in præallegata decretali, *Conſuluit*.

Contra prædicta objicitur: Nonne, ſi creditor mutuat alieni gratis pecuniam, debitor tenetur ei ad antidota. Extr. de teſtam. c. *Cum in officiis*, ff. de petit. hæred. *Sed & ſi*, *§. Conſuluit*.

Ex Conc. Lateran. c. 27.

,, CUm in officiis caritatis primo loco illis
,, teneamur obnoxii, a quibus beneficium
,, nos cognoſcimus recepiſſe; econtra quidam
,, Clerici cum ab Eccleſiis ſuis multa beneficia
,, perceperint, bona per eas acquiſita, in alios
,, transferre præſumunt. Hoc igitur, quia an-
,, tiquis Canonibus conſtat inhibitum, nos in-
,, demnitati Eccleſiarum providere volentes,
,, ſive inteſtati deceſſerint, ſive aliis conferre
,, voluerint, penes Eccleſias eadem bona præ-
,, cipimus remanere.

Quare ergo hanc naturalem obligationem non poteſt creditor deducere in pactum expreſſum, vel ſaltem ſeparare effectum ipſius obligationis naturalis, quum etiam talia pacta interveniant in ſpiritualibus, ad quæ aliquis tenetur? Require ſupra, de ſimon. §. *Item nota, quod ſicut*.

Ad hoc dico, ſalvo meliori judicio, cum Alano & Tancredo, quod creditor nullo modo debet pactum apponere, nec principaliter ſpem, vel intentionem in tali retributione habere; ſed propter Deum, & ex caritate principaliter debet mutuare proximo indigenti: & tunc forte ſi ſecundario ſperet, quod ille debitor ſibi remutuet, vel aliquid ſimile, ſi opus fuerit, forte non eſt reprobandum. Arg. diſt. 61. cap. *Quid proderit*.

Cæleſtin. Omnibus Orthodoxis. Licitum eſt, ſervire in Eccleſia ſpe ſtipendii, non tamē principaliter. Gloſſa.

,, QUid proderit per ſingula ſtipendia Cleri-
,, cos militaſſe, & omnem egiſſe in Do-
,, minicis caſtris ætatem, ſi hi, qui præfuturi
,, ſunt, ex Laicis requirantur? qui vacantes
,, ſæculo, & omnem Eccleſiaſticum ordinem
,, neſcientes ſaltu præpropero in alienum am-
,, biunt honorem immoderata cupiditate tran-
,, ſcendere, & in aliud vitæ genus (calcata re-
,, verentia Eccleſiaſticæ diſciplinæ) tranſire?
,, Talibus itaque, fratres cariſſimi, qui juris no-
,, ſtri, id eſt, Canonum gubernacula cuſtodi-
,, mus, neceſſe eſt, ut obviemus. His itaque
,, fraternitatem veſtram decretis commonemus,
,, ne quis Laicum ad Clericatus ordinem ad-
,, mittat, & ſinat fieri, unde & illum decipiat,
,, & ſibi cauſſas generet, quibus reus conſtitu-
,, torum decretalium fiat.

---

§. IV.

An ratione pœnæ, in contractu mutui appoſitæ, poſſit aliquid exigi?

ITem quid, ſi pœna eſt appoſita in contractu mutui; numquid ſaltem pœna illa poterit

peti

peti abſque periculo uſuræ?

Ad hoc dico, quod ſi pœna eſt judicialis, id eſt, a judice propoſita, & ſtatuta propter puniendam contumaciam debitoris, qui quum poſſit, contemnit in termino ſtatuto ſolvere pecuniam creditori, non eſt uſura, arg. diſt. 23. a. *Quamquam*, in fin. ff. de reg. juris, *Qui auctore*. Si vero pœna ſit conventionalis, id eſt, de communi conſenſu partium in ipſo contractu appoſita, ut ſaltem metu pœnæ debitum certa die ſolvatur, uſura non committitur; dum tamen ſit intentio recta, ut ſupra dictum eſt, diſt. 23. c. *Quamquam*, & extr. de arbitr. c. *Dilecti*.

v. pag. 6.

v. pag. 6.

Innoc. III *Cancellario, & Magiſtro Loth. Canonico Pariſienſ.*

„ DIlecti filii Abbas, & conventus de Scarduna Ciſtercienſis ordinis ſua nobis querela monſtrarunt, quod cum inter eos ex una parte, & Hoſpitalarios ex altera ſuper uſuario cujuſdam nemoris quæſtio verteretur, in A. Reginam Francorum, fuit compromiſſum utrinque, quæ cauſſæ meritis intellectis, arbitrium duxit per definitivam ſententiam promulgandum (& infra) Quamvis autem ſecundum regulam juris civilis feminæ a publicis officiis ſint remotæ: & alibi dicatur, quod licet ſummæ opinionis exſiſtant, ſi arbitrium in ſe ſuſceperint, vel ſi patronæ inter libertos ſuos interpoſuerint audientiam, ab omni ſunt judiciali examine ſeparandæ, ut ex earum prolatione nulla pœna adverſus earum contemtores, nullaque pacti exceptio habeatur; quia tamen juxta conſuetudinem approbatam, quæ pro lege ſervatur, in partibus Gallicanis, feminæ præcellentes in ſubditos ſuos ordinariam juriſdictionem habere noſcuntur; mandamus, quatenus Hoſpitalarios, ut arbitrium ipſum, præſertim cum Epiſcoporum fuerit præſentia, & conſilio roboratum, ſicut provide latum eſt, & ab utraque parte ſponte receptum, obſervent, per pœnam in compromiſſo ſtatutam, appellatione poſtpoſita, compellatis.

Utrum autem liceat, tales exigere quantum ad intereſſe tantum, aut etiam ultra; require infra de pœnis, §. *Pœnarum*, & ſupra eod. §. *Licet autem*. Si autem ille, qui talem pœnam appoſuit, conſuevit eſſe uſurarius; præſumitur, quod in fraudem uſurarum adjecerit pœnam, ff. de emt. & ven. *Patat*, §. 1. & arg. ff. de uſuris, *Qui ſemiſſes*. Eſt etiam præſumtio, quod ſit uſura, ſi per ſingulos menſes, vel annos dicatur committi, arg. C. eod. Auth. *Ad hæc*, & idem in ſimilibus, quæ ab uſurariis ſolent ſpecialiter exerceri: talia enim inducunt ſemper præſumtionem prima facie, quod ſit uſura: in judicio tamen animæ ſtarem confeſſioni ſuæ, ſed propter præſumtiones contrarias diligentius examinarem conſcientiam ſuam.

Item quid, ſi vendidi tali conditione adjecta, ut quandocumque ſolvatur pretium a me, vel hærede meo, rehabeam prædium ego, vel hæres meus, quandocumque a ſeptennio uſque ad novennium, vel ſimile; numquid eſt uſurarius contractus?

Ad huc dico, quod non eſt mutuum, & emtor facit fructus ſuos ſine periculo uſuræ, licet venditor juxta venditionis formam poſtea recuperet prædium; & hoc intelligas, niſi in fraudem uſurarum ſit facta, talis venditio, quod præſumitur ex his conjecturis, ſcilicet ex eo, quod modicum eſt pretium reſpectu valoris rei. Item ex eo, quod aliquid perſolvitur ultra ſummam receptam: puta fuit vendita pro centum, & eſt in pacto, quod quum reſcinditur venditio, reddatur centum viginti. Item ex eo, quod emtor conſuevit exercere uſuras. Probantur hæc, extr. de emt. & vend. c. *Ad noſtram*, & de pignor. c. *Illa vos*.

Innoc. III *Epiſcop. Paltien.*

„ AD noſtram noveris audientiam perveniſſe, quod cum R. Laicus lator præſentium ab M. mutuum recipere voluiſſet, creditor, ne per Canonem contra uſurarios editum, poſſet in poſterum conveniri, domos, & olivas recepit ab eodem, titulo emtionis, cum revera contractus uſurarius ageretur: quod patet ex eo, quod creditor debitori promiſit, quod quandocumque a ſeptennio uſque ad novennium daret 60. uncias tarenorum, quæ vix dimidiam juſti pretii contingebant, domos ejus reſtitueret & olivas. Quia igitur fraus, & dolus cuiquam patrocinari non debent; mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, inſtrumento venditionis confecto, in fraudem Canonis promulgati contra uſurarios non obſtante, prædictum M. ad reſtituendas domos, & olivas ei, ad quem debent hæreditario jure devolvi (cum debitor ſit viam univerſæ carnis ingreſſus) per pœnam in Lateranenſi Concilio contra uſurarios promulgatam, appellatione remota, compellas.

Innoc. III. *G. Subdiac. noſtro, & P. Canonico Piſano.*

„ ILlo vos credimus ſcientiæ dono vigere (& infra) Sane per veſtras litteras intimaſtis nobis, quod cauſſam, quæ vertitur inter H. & B. filios G. de Coſa ex una parte, & G. filiam T. & hæredes ipſius ex altera, ſuper quibuſdam terris præfatis perſonis, pro viginti tribus libris pignori obligatis, vobis duximus committendam (& infra) Ex parte prædictæ G. & hæredum ejus fuit propoſitum terras, quas iidem H. & B. repetebant, ab eis non eſſe pignori obligatas, ſed pure venditas, ſicut in inſtrumento confecto exinde continebatur. Præfatus vero H. pro ſe ac fratre ſuo firmiter aſſerebat, terras non eſſe pure venditas, ſed pignori obligatas, cum venditioni prædictæ talis fuerit adjecta conditio, ut ſi a tempore contractus uſque ad duos proximos annos præfato T. emtio diſpliceret, G. pater H. ab inde uſque ad annum viginti ſex libras, (perceptis fructibus computatis in ipſis) dare deberet. Verum quia ambigitis, utrum pura ſit, & abſoluta venditio, an præfatus contractus pignus debeat judicari; reſpondemus, quod qualiſcumque fuerit intentio contrahentium, & ex forma contractus venditio non appareat conditionalis, ſed pura, quamvis per conditionem poſſit reſolvi; ex duobus tamen, quæ in pacto fuerunt expreſſa, videlicet quod fructus percepti deberent in ſolvenda pecunia numerari, & quod ultra ſummam receptam 40. ſolidi deberent perſolvi; contra ipſum emtorem præſumitur vehementer, præſertim cum uſuras conſueverit exercere.

Poſtillator.

QUid de illis, qui in agro ſeminata emunt fructus inde percipiendos illo anno; numquid eſt ibi aliquando uſura?

Reſp. *Non eſt uſura ex forma contractus; poteſt tamen fieri in fraudem uſurarum, ut ſi tantus eſt ergo, & talis, quod veriſimile ſit, quo fructus*

D d inde

indo colligendi valeant in autumno plus, quam emtor dedit. Verbi gratia, dedit 10. *veriſimile eſt quod valebunt* 15. *vel* 20. *maxime ſi talis eſt perſona, qua contractus hujuſmodi conſuevit exercere; & reſtitutio eſt ei in foro pœnitentiali indicenda: ſi autem probabiliter dubitatur, atrum fructus illi plus, vel minus debeant valere, quam quod emtor dedit, non eſt uſura. Eodem modo credo judicandum de creditore, qui poſſeſſionem alienam recipit, pro certa pecuniæ quantitate; ita tamen quod uſus ad certos annos, puta quadriennium, vel quinquennium faciat fructus ſuos: licet enim iſte contractus non ſit uſurarius ex forma, poteſt tamen fieri in fraudem uſurarum, & recurrendum eſt in foro cauſſarum ad præſumtiones ſupra poſitas: in foro autem pœnitentiali ſtabitur ejus confeſſioni, ſicut dicit Magiſter ſupra, eodem §.* Idem quid, ſi pœna, *in fine; & multum præſumendum eſt contra talem creditorem; & indicenda eſt ei reſtitutio in pœnitentia, ſi fructus illius terræ veriſimiliter credebantur, plus valere longe, quam ille dederit, ſi juſtus emtor inveniretur.*

---

§. V.

De mutuis naviganti, & eunti ad nundinas conceſſis?

ITem aliquis mutuat naviganti, & eunti ad nundinas certam pecuniæ quantitatem, recepturus aliquid ultra ſortem pro eo, quod ſuſcipit in ſe periculum, id eſt, ſi pecuniam, vel merces inde emtas portaverit ſalvas; aliter non teneatur ſibi etiam de ſorte.

Item aliquis mutuat Barchen. mille ſolidos, ut Ceptæ reddantur ſibi centum aurei, & ſcit, vel credit dictos aureos ibi plus valere, recipit tamen in ſe periculum, ut & primus; numquid in his, & ſimilibus committitur uſura?

BARCINON. *Locus eſt, ſicut Cepta.*

Ad hoc dicunt quidam quod non: quum enim mutuum dicatur, quia de meo fiat tuum, & ita omne periculum rei mutuatæ ad te transferatur; non videtur incongruum, ſi in caſu propoſito in compenſatione periculi in me ſuſcepti aliquid racipiam, arg. diſt. 88. cap. *Ejiciens*.

J. CHRYSOST. *ſuper Matth.* 21. *vel auctor operis imperf. Homil.* 38. *Pſalm.* 70.

,, Ejiciens Dominus vendentes, & ementes
,, de templo ſignificavit, quia mercator vix,
,, aut numquam poteſt Deo placere; & ideo
,, nullus Chriſtianus debet eſſe mercator, aut ſi
,, voluerit eſſe, projiciatur de Eccleſia, dicente
,, Propheta: *Quia non cognovi negotiationes, in-*
,, *troibo in potentias Domini*. Quemadmodum
,, enim qui ambulat inter duos inimicos, am-
,, bobus placere, & ſe commodare, ſine ma-
,, liloquio eſſe non poteſt (neceſſe eſt enim, ut
,, iſti male loquatur de illo, & illi male de iſto)
,, ſic mercator ſine mendacio & perjurio eſſe
,, non poteſt: ſed eſt nec ſtabilis ſubſtantia eo-
,, rum, neque ad bonum proficit, quod de malo
,, congregatur. Quemadmodum enim ſi triticum
,, aut aliud tale cernas in cribro, dum huc &
,, illuc jactatur, omnia grana paullatim deor-
,, ſum cadunt, & tandem in cribro nihil rema-
,, net, niſi ſtercus; ſic de ſubſtantia negotiato-
,, rum noviſſime nihil remanet, niſi ſolum pec-
,, catum; ſed omnes homines videntur eſſe mer-
,, catores. Oſtendam ergo quis non eſt nego-
,, tiator, ut qui talis non fuerit, eum intelli-
,, gas eſſe negotiatorem. Quicumque rem
,, comparat, non ut ipſam rem integram, &
,, immutatam vendat, ſed ut materia ſibi ſit in-
,, de aliquid operandi; ille non eſt negotiator:
,, qui vero rem comparat, ut integram, & im-
,, mutatam vendendo lucretur, ille eſt merca-
,, tor, qui de templo Dei ejicitur. Unde ſuper
,, omnes mercatores maledictus plus eſt uſura-
,, rius: ipſe namque rem datam a Deo vendit,
,, non comparatam ut mercator; & poſt fœnus
,, rem ſuam repetit, tollens aliena cum ſuis.
,, Mercator autem nō repetit rem venditam. Ad
,, hoc dicit aliquis, qui agrum locat, ut agrariam
,, accipiat, aut domum, ut penſionem recipiat,
,, non ne eſt ſimilis ei, qui pecuniam dat ad uſu-
,, ram? abſit primum quidem, quoniam pecunia
,, non eſt diſpoſita ad aliquem uſum, niſi ad
,, emendum. Secundo, quoniam agrum ha-
,, bens arando accipit ex eo fructum; ha-
,, bens domum, uſum manſionis capit ex ea;
,, & ideo qui locat domum, vel agrum ſu-
,, um, uſum dare videtur, & pecuniam ac-
,, cipere, & quodammodo videtur quaſi com-
,, mutare cum lucro lucrum: ex pecunia re-
,, poſita nullum uſum capis. Tertio ager, vel
,, domus veteraſcit utendo; pecunia autem cum
,, fuerit mutuata nec minuitur, nec veteraſcit
,, (*Et menſas nummulariorum ſubvertit*) pecu-
,, nia ſpiritualiter intelliguntur homines, quia
,, ſicut nummus habet Charagma Cæſaris, ita
,, homo Charagma Dei: & ſicut nummus, qui
,, non habet Charagma Cæſaris, reprobus eſt;
,, ita homo, qui non oſtendit in ſe imaginem Dei,
,, reprobus æſtimatur; unde Iſaias ait ad Hie-
,, ruſalem: *Pecunia tua reproba eſt, Caupones* *Matth.* 21.
,, *tui miſcent vinum cum aqua*. Ideo ergo men-
,, ſas numulariorum evertit, ſignificans, quia in
,, templo Dei non debent eſſe nummi, niſi
,, ſpirituales, id eſt, qui Dei imaginem, non
,, diaboli portant, aut certe menſas mummula-
,, riorum, id eſt ſacerdotum dicit Scripturas; no-
,, vo enim teſtamento ſuccedente priori, everſæ
,, ſunt ſcripturæ iſtorum.

Ubi dicitur, quod ideo pro uſu rei locatæ aliquid poteſt accipi, quia rei locatæ periculum pertinet ad locantem; ſecus eſt in re mutuata.

Alii vero notaverunt contrarium, & verius, ſcilicet, quod ſit uſura, arg. ejuſdem, c. *Ejiciens*: ibi enim Gregorius aſſignando differentiam inter mutuum & locatum ponit tria: primum, quod in mutuo transfertur periculum in accipientem; ſecus in locato. Secundum, quod pecunia non deterioratur per uſum; ſecus in domo, vel equo, vel alia re locata. Tertium, quia uſus pecuniæ nullum fructum, vel utilitatem parit utenti; ſecus in uſu agri, vel domus, vel equi, vel alterius rei locatæ. Licet ergo in caſu propoſito ceſſet prima ratio differentiæ, non tamen ceſſant duæ ultimæ; & ideo tutior eſt hæc ultima opinio, maxime, quia tales ſemper faciunt tale mutuum propter ſpem lucri pecuniarii, quod non licet, ut ſupra eodem, §. *Sed numquid*. Præterea videtur fieri in fraudem uſurarum, expreſſa eſt hodie decretalis, extr. eod. c. *Naviganti*.

Lib. 7. *Ep.* 38.

v. ſupra.

Poſſet tamen hic excogitari caſus, in quo non eſſet uſura ultra ſortem accipere; puta dum ego voluiſſem emere, vel eſſem paratus emere certas merces de pecunia, & tu propter nimiam inſtantiam feciſti ceſſare a tali emtione; ideo, ut ibi mutuarem, & ego dico, volo, quod ibi red-

das

das mihi tantum, quantum eſſem ibi habiturus de iſtis mercibus, ſi illuc deſerrem eas; recipio tamen in me periculum, ut ſupra dictum eſt; & hoc ideo, quia iſtud reciperet tamquam mercedem, quod licet, ut ſupra eodem titulo, §. *Licet autem*.

Item quid de illis, qui emunt, vel dono, occaſione forte alicujus ſervitii præcedentis, accipiunt molarium, ſeu uſumfructum caſtri alicujus, vel villæ; quem contractum indifferenter exercent, præcipue cum Eccleſiis & Monaſteriis?

Ad hoc credo, quod ſi aliquis advocatus gratis ſervivit Monaſterio vel Eccleſiæ de advocatione, & de conſilio ſuo; vel etiam dives gratis, & pura intentione, de pecunia licite poſſunt recipere hujuſmodi uſumfructum, vel aliud donum gratis datum, 12. q. 2. c. *Quicumque*, & *Eccleſiaſticis*, & *Caritatem*.

v. pag. 163 & 4. Idem dico, ſi nullo adhuc impenſo ſervitio receperunt donum a Monaſterio, dum tamen ſemper ſit recta intentio, & ſtudeant fideliter reſpondere in ſervitio competenti; ne alias bona pauperum conſumere videantur. Idem dico de illis, qui emunt, niſi ſit facta talis venditio in fraudem uſurarum, quod præſumitur ex circumſtantiis poſitis, ſupra eodem, §. *Item quid, ſi vendidi*: vel etiam colligetur præſumptio ex ætate, & ſanitate, ex quibus poteſt haberi præſumtio, utrum multum, vel parum debeat vivere. Tamen de his circumſtantiis in judicio animæ ſerva, quod dixi ſupra eodem, §. *Item quid, ſi pœna*, in fin. Caute tamen, & diſcrete, ne decipiaris pro poſſe.

Si tamen in tali venditione Monaſterium eſſet enormiter, vel manifeſte deceptum; licet fuerit pura venditio, & recta intentio, nec fuerit dolus adhibitus, & ideo excuſetur ab uſura; tamen debet removere deceptionem, vel ſupplendo juſtum pretium, vel reſtituendo rem, pretio, quod numeravit, ſibi reddito, extr. de emt. & vend. c. *Cum dilecti*.

ALEXAND. III. *Atrebat. Epiſc.*

,, CUm dilecti filii Beluacen. Canonici con-
,, tra Abbatem & Fratres Cariloci propo-
,, nerent querimoniam, quod ſilvam, quæ Ni-
,, gravalis dicitur, a quibuſdam eorum igno-
,, rante capitulo pro 10. libr. 40. marchas tunc
,, valentem, comparaſſent; cauſſam ipſam Mo-
,, rinen. Epiſcopo, & Decano Remen. com-
,, miſimus terminandam, adjicientes, quod
,, ſi uterque cauſſæ cognitioni intereſſe ne-
,, quiret, alter in eodem negotio procedere
,, non differret (& infra) Tandem Decanus
,, in illius cauſſæ cognitionem proceſſit, &
,, cum ei per teſtes conſtitiſſet, quod prædi-
,, cti Fratres ſilvam minus dimidia juſti pre-
,, tii comparaſſent, pronunciavit venditionem
,, non tenere, & ſilvam Beluacen. Eccleſiæ
,, adjudicans, Canonicos in poſſeſſionem indu-
,, xit (& infra) Quia vero in arbitrio emtoria
,, eſt, ſi velit, ſupplere juſtum pretium, aut
,, venditione reſcindere, cum res minus dimi-
,, dia juſti pretii comparatur; ſententiam ip-
,, ſam tamquam juri contrariam irritantes, poſ-
,, ſeſſionem Monachis judicavimus eſſe redden-
,, dam, ſalva quæſtione Canonicis ſuper dece-
,, ptione pretii, vel conſenſu capituli in ven-
,, ditione non habito, & alia cauſſa rationabili,
,, quam Canonici contra Monachos duxerint
,, proponendam.

Fiet autem æſtimatio deceptionis, non ſecundum tempus præſens, in quo forte res multum meliorata eſt, præſertim ſi per induſtriam emtoris; ſed ſecundum tempus, in quo venditio facta fuit, extr. de emt. & vend. c. *Cum cauſſa*.

INNOC. III *Epiſc. & Archid. Urbinat.*

,, CUm cauſſa, quæ inter œconomum Mo-
,, naſterii ſancti Martini de Monte ex una
,, parte, ac Cives Viterbienſes ſuper caſamen-
,, tis ex altera vertebatur, fuiſſet aliquan-
,, diu ventilata; cum conſtitiſſet nobis Monaſte-
,, rium in venditione ultra dimidiam juſti pre-
,, tii fuiſſe deceptum, ſententiando decrevimus
,, ut præfati cives, aut recepto pretio poſſeſſio-
,, nes reſtituerent memoratas, aut ſupplerent
,, quantum conſtaret legitimæ venditionis tem-
,, pore, juſto pretio defuiſſe.

Item non tenetur fructus, quos percepit medio tempore, computare in pretio: excuſatur enim propter bonam fidem & juſtum titulum, & laborem, & ſimilia, extr. de reb. Eccl. alien. vel non, c. *Ad noſtram*, 12. q. 2. c. *Vulteranæ*, extr. de reſtit. in integr. c. *Requiſivit*.

De quibuſdam autem, qui tempore meſſis, vel vindemiæ emunt annonam, vel vinum vilius, ut poſtea vendant carius; dico, quod peccant, & turpe lucrum eſt: ſecus ſi aliquis propter neceſſitatem emat, & poſtea non indiget, ſicut credebat; hic poteſt licite vendere, prout communiter venditur in foro, licet vendatur carius, quam emerit. Cauſſa 14. q. 4. cap. *Quicumque*, & cap. *Canonum*.

JULIUS *Papa*.

,, QUicumque tempore meſſis, vel vindemiæ
,, non neceſſitate, ſed propter cupidita-
,, tem comparant annonam, vel vinum, ver-
,, bi gratia, de duobus denariis comparat mo-
,, dium unum, & ſervat uſque dum vendatur
,, denariis quattuor, aut ſex, aut amplius; hoc
,, turpe lucrum dicimus.

EX CONC. *Tarracon. c. 2.*

,, CAnonum ſtatutis firmatum eſt, ut qui-
,, cumque in Clero eſſe voluerit, emendi
,, vilius, vel vendendi carius ſtudio non utatur,
,, quod ſi exercere voluerit, cohibeatur a Clero.

In hoc tamen Clerici gravius peccant, quam Laici; neutros tamen dico teneri hic ad reſtitutionem faciendam certæ perſonæ, ſed debent erogare tale lucrum in uſus pauperum.

Poteſt etiam emere, ſi timetur cariſtia in terra, & videt victualia extrahi de terra, dummodo carius non vendat, ſed ne gens fame pereat exemplo Joſeph; & crederem talem mereri multum: illos e contra credo tamquam nefandas belluas deteſtandos, qui ea intentione emunt aureos, vel alias monetas, vel res venales, & præcipue victualia, ut de talibus cariſtiam inducant. Contra tales require ſupra de raptor. §. *De meretricibus*, circa medium.

Item qui annonam veterem mutuant, ut recuperent novam; uſuram committunt, quia meliorem rem recuperare volunt. Supra eodem titulo, §. *Sed numquid*.

---

§. VI.

An leges, quæ permittunt uſuras exigi, teneant?

QUid de legibus, quæ permittunt uſuras exigi; numquid tenent?

Dico breviter, quod non; immo ſunt omnes abro-

abrogatæ: quod probo auctoritate, ratione, & civili jure.

Auctoritate Pſalmi: *Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, &c.* Require de hoc ſupra eod. *§. Sed numquid*.

Ratione duplici: una, quia prohibitæ ſunt jure naturali, ut in auctoritatibus præmiſſis; ſed contra tale jus, nulla lex, nulla diſpenſatio

v. pag. 199 poteſt admitti, diſt. 8. c. *Qui contra mores*. Cauſſa 32. quæſt. 7. c. *Flagitia*, diſt. 6. c. *Non eſt peccatum*, *§. His itaque*, diſt. 13. §. 1. inſt. de jure natur. gent. & civ. *§. Sed naturalia*.

Isidorus In ſent. lib. 2. Gratianus. ,, NOn eſt peccatum, &c. *His itaque reſpondetur. In lege, & in Evangelio naturale jus continetur, non tamen quæcumque in lege & in Evangelio inveniuntur, naturali juri cohærere probantur; ſunt enim in lege quædam moralia præcepta, ut,* Non occides, *&c. quædam myſtica, utpote Sacrificiorum præcepta, ut de agno, & alia his ſimilia. Moralia mandata ad naturale jus pertinent, atque ideo nullam mutabilitatem recepiſſe monſtrantur. Myſtica vero quantum ad ſuperficiem a naturali jure probantur aliena; quantum ad moralem intelligentiam inveniuntur ſibi annexa: ac per hoc etſi ſecundum ſuperficiem videantur eſſe mutata; tamen ſecundum moralem intelligentiam mutabilitatem neſcire probantur. Naturale ergo jus ab exordio creaturæ rationalis incipiens, ut ſupra dictum eſt, manet immobile.*

Gratianus. ,, I*Tem adverſus naturale jus nulla diſpenſatio admittitur, niſi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum neceſſe ſit eligi.*

Secunda ratio eſt, quia par in parem non ha-

v. pag. 199 bet imperium, extr. de elect. c. *Innotuit*. Multo minus minor in majorem, diſt. 21. c. *Inferior ſedes*. Ergo imperator terræ non potuit condere legem contra imperatorem cæli.

Jure civili. Nam dicit imperator, quod ſacræ leges non dedignantur imitari ſacros Canones, ſpecialiter in matrimoniis, & uſuris, auth. *Ut Clerici apud proprios Epiſcopos conven.* col. 6. & cauſſa 2. q. 3. c. *Euphemiam*, *§. Hinc colligitur*. extr. de novi oper. nunc. c. *Intelleximus*. Sed ſecundum Canones non poſſunt exigi; ergo nec ſecundum leges.

B. Greg. Gratianus. ,, EUphemium, &c. *Hinc colligitur Clericorum infamiam per Romanum Pontificem aboleri poſſe, contra illud Gelaſii*: Quamvis animas per pœnitentiam ſalvare poſſimus, infamiam tamen abolere non poſſumus: *contra illud Stephani, cum cauſſas enumeraſſet, ex quibus infamia irrogatur*: Hos omnes, *inquit*, ſub nota perpetuæ infamiæ ad pœnitentiam ſuſcipimus, *vel non fiant infames lege Canonum omnes, quos leges ſæculi infames pronuntiant, cum Paulus Diaconus, qui non impetrata abolitione ab accuſatione deſtiterat, hac auctoritate dignitatem officii ſui recuperavit, quem Senatusconſultum Turpilianum infamem pronunciavit, quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit, cum matrimonia hodie regantur jure poli, non jure fori: & jure poli mortuo viro, mulier ſoluta eſt a lege viri, & nubat cui vult; ſed idem Stephanus e contra ſcribit dicens*: Infames dicimus quoſcumque leges ſæculi infames pronunciant. *Sed illud Gelaſii & Stephani*, quamquam animas, &c. ... ſub nota perpetuæ infamiæ, &c. *de illis intelligitur, quibus per judicem civilem infamia irrogatur: quoniam ſicut examinatio, & caſtigatio, ita & in integrum reſtitutio non niſi ad civilem judicem ſpectat. De ea vero, quæ intra tempus luctus nubit, non eſt contrarium ei, quod Stephanus ait*: Infames dicimus, &c. *Cum enim leges ſæculi præcipue in matrimoniis ſacros Canones ſequi non dedignentur, non videntur pronunciare infamem eam, quæ Apoſtolica, & Canonica auctoritate non illicite nubit*.

,, INtelleximus ex litteris tuis, quod cum cauſſa, quæ vertitur inter Priorem ſancti Cypriani, & Clericos de Rodigio ſuper capella, quæ in præjudicium baptiſmatis Eccleſiæ de Coſta ab eiſdem Clericis eſt conſtructa, fraternitati tuæ delegata fuiſſet (& infra) Quia vero ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari; ita & ſacrorum ſtatuta Canonum, principum conſtitutionibus adjuvantur; Fraternitati tuæ mandamus, quatenus diligenter conſiderans, quod poſt denunciationem novi operis, ſive jure, ſive injuria aliquid conſtruatur, legalibus debet conſtitutionibus demoliri: & quia nulla Eccleſia in præjudicium eſt alterius conſtruenda, negotium ipſum ſecundum legum, & Canonum ſtatuta non differas terminare. *Lucius III. Paduano Epiſc.*

Item dicit Imperator, ſe amplecti quattuor Concilia univerſalia adeo, ut per ea ſuis legibus derogetur, auth. de Eccleſ. titul. circa princ. col. 9. Sed in Nicæno Concilio, quod eſt unum de illis quattuor, reprobantur uſuræ, diſt. 47. cap. *Quoniam*; ergo & ſecundum leges.

Nec obſtat cauſſa 14. q. 4. cap. *Quid dicam*, *v. pag. 206* verſ. *Sed non eſt quo judice repetantur*, ſcilicet, uſuræ, quia ibi reſpicit factum, & non jus.

,, QUid dicam de uſuris, quas etiam ipſæ leges & judices reddi jubent? an crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atque hujuſmodi male utique poſſidentur, & vellem, ut reſtituerentur, ſed non eſt quo judice repetantur: jam vero ſi prudenter intueamur quod ſcriptum eſt, fidelis hominis totus mundus divitiæ ſunt: infideli autem nec obolus. Nonne omnes qui ſibi videntur gaudere conquiſitis, eiſque uti neſciunt, aliena poſſidere convincimus? Hoc enim certe alienum non eſt, quod jure poſſidetur: hoc autem jure poſſidetur, quod juſte: & hoc juſte, quod bene: omne igitur quod male poſſidetur, alienum eſt: male autem poſſidet, qui male utitur. *August. Ad Maced. Epiſt. 54.*

Illæ tamen leges, quæ permittunt uſuras exigi ratione intereſſe, vel ratione moræ, bonæ ſunt & approbandæ, ſi ſane intelligantur, ut dixi ſupra eod. *§. Licet autem*.

---

§. VII.

A quo compellantur uſurarii reſtituere?

COmpelluntur uſurarii reſtituere uſuras a jure, & a Judice. *A jure*, quia ſi ſunt publici uſurarii, ipſo jure ſunt excommunicati quantum ad tria, ſcilicet, quod non debent recipi ad communionem altaris, nec debent recipi eorum oblationes, nec debent recipi ad Chriſtianam ſepulturam, ſi in hoc peccato deceſſerint, extr. eod. c. *Quia in omnibus*.

,,Quia

Alex. III. *In Concil. Lateran.* „ QUia in omnibus fere locia ita crimen uſurarum invaluit, ut multi (aliis negotiis prætermiſſis) quaſi licite uſitras exerceent, & qualiter utriuſque teſtamenti pagina condemnetur, nequaquam attendant; ideoque conſtituimus, quod uſurarii manifeſti uec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam: ſed nec oblationes eorum quiſquam accipiat. Qui eutum acceperit, vel Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ; & quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium Epiſcopi ſui ſatisſaciat, ab officii ſui maneat exſecutione ſuſpenſus.

A Judice, quia poteſt uſurarium quemlibec cogere ad reſtituendas uſuras, ſi neceſſe eſſet, etiam per majorem excommunicationem, omni appellationo remota, extr. eod. c. *Quoniam non ſolum*.

Alex. III. *Cantuar. Archiep. & eius ſuffraganeis.* „ QUoniam non ſolum viris Eccleſiaſticis, ſed etiam quibuslibet aliis periculoſū eſt uſurarum lucris intendere, auctoritate præſentium duximus injungendum, ut eos, qui de poſſeſſionibus, vel arboribus, quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem (deductis expenſis, receperunt, ad ea pignora reſtituenda ſine uſurarum exactione, Eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

Item compellitur tertio modo; quia ſi uſurarius repetat ab alio uſuras, repellitur per exceptionem, donec ipſe reſtituerit uſuras, quas ab aliis male accepit, vel ſaltem ſecerit poſſe ſuum, extr. eod. cap. *Quia fruſtra*.

Innoc. III „ QUia fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem; ſtatuimus, ut ſi quis uſurarius a nobis litteres impetraverit ſuper reſtituendis uſuris, vel fructibus computandis in ſortem, niſi prius ipſe reſtituerit uſuras, quas ab aliia noſcitur recepiſſe, auctoritate litterarum ipſarum nullatenus audiatur.

Et iſtis eiſdem modis compelluntur hæredes uſurariorum, ſive ſint filii, ſive extranei, extr. de uſuris, cap. *Tua nos*, & c. *Michael*.

v. pag. 75. Innocen. III. *Epiſc. Bononien.* „ MIchael Laicus ſuam nobis querimoniam deſtinavit, quod M. & quidam alii Bononien. cives multa extorſerunt ab eo, & a patre ſuo, cujus hæres exſtitit, nomine uſurarum (& infra) Attentius proviſurus, ne auctoritate nuſtra in negotio procedas eodem, niſi dictus conquerens reſtituerit, vel adhuc reſtituat, ſi quas aliquando ipſe, vel pater ejus extorſit uſuras.

In ſoro autem pœnitentiali indubitanter tenentur, tam uſurarii, quam hæredes ed ſolidam reſtitutionem omnium uſurarum, quas illicite acceperunt, vel ſaltem faciane poſſe ſuum, & doleant de peccaro: & quia non poſſunt plene reſtituere, & proponant in enimo reſtituere, ſi pervenerint ad pinguiorem ſortunam, & ſemper pro poſſe nitantur. Ad hoc poſſunt etiam tales contriti, & ſatisfacere non valentes, poſtulare dilationem, vel cauſſa eleemoſynæ remiſſionem ſibi fieri ab eo, cui tenentur reſtituere; & ſic erunt in ſtatu ſalvandorum, eliter non. Cauſſa 14. q. 6. c. *Si res aliena*. Qualiter autem, & in quantum teneantur hæredes, tam in hoc, quam in aliis caſibus, notavi plene ſupra, *De rapinis*, *§. De hæredibus*, & ibi reſpondetur. *v. pag. 8.*

De forma ſimiliter reſtituendi, ſive ſit ſolvendo, ſive non, uſurarius, vel hæres ejus, require per ſimile de rapinis, *§. Forma*. Si Clericus eſt uſurarius, vel hæres uſurarii, & non vult ſatisfacere, ab officio ſuſpendetur: & ſi emendare ſe noluerit, deponetur, extra eod. c. *Præterea*, diſt. 47. cap. *Epiſcopus*, & c. *Si quis Clericorum*.

„ PRæterea parochiania tuia uſuraa recipere interdicas, qui ſi parere contemſerint, ſi Clerici ſint, eos ab officio, beneficioque ſuſpendas; ſi Laici, uſque ed dignam ſatisſactionem ipſos vinculo excommunicationis adſtringas. Alex. III.

„ EPiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, uſuras a debitoribus exigens, aut deſinat, aut certe deponatur. In Canon. *Apoſtol. c. 44.*

„ SI quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit degradari, & abſtinere. Ex Conc. *Eliberit.*

Et exinde ſi ſuerit incorrigibilis ad mandatum Epiſcopi, ſi aliter non poteſt, coercebitur per potentiam Laicalem, extr. de jud. cap. *Cum non ab homine*, diſt. 17. cap. *Nec liceit*. *v. pag. 45.*

„ CUm non ab homine (& infra) A nobis fuit ex parte tua quæſitum, utrum liceat Regi, vel alicui ſæculari perſonæ judicare Clericoa, cujuſcumque ordinis, ſive in ſurro, ſive in homicidio, vel perjurio, ſeu quibuſcumque fuerint criminibus deprehenſi. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi Clericua in quocumque ordine conſtitutus, in ſurto, vel homicidio, vel perjurio, vel alio crimine fuerit deprehenſus legitime, atque convictus, ab Eccleſiaſtico judice deponendus eſt: qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde contumacia creſcente, anathematis mucrone feriri: poſtmodū vero ſi in profundum malorum veniens contemſerit, cum Eccleſie non habeat ultra quid faciat, ne poſſit eſſe ultra perditio plurimorum, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. Cæleſt. III.

In ſoro pœnitentiali procedetur ut ſupra dictum eſt; ite tamen, quod non de rebua Eccleſiæ, quæ ſunt pauperibus deputatæ, ſed de ſuis hoc faciat fideliter juxta poſſe, niſi quatenus de pecunia illa, vel qualibet elia ſua expenderit in utilitatem Eccleſiæ. Require per ſimile ſupra de rapt. *§. Si ergo habent*. *Caſes.*

Pone, quod uſurarius emit equum, vel prædiū de pecunia uſuraria, & donat rem illam alteri, poſtea efficitur non ſolvendo; quæritur, utrum ille, qui ſolvit uſuras, poſſit cum effectu petere rem emtam de uſuris ab ipſo poſſeſſore, & utrum ille in pœnitentiali foro teneatur reſtituere.

Videtur quod non, quia pretium ex re ſurtiva redactum, non eſt ſurtivum, ff. de ſurtis. *Qui vas*, *§.* ult. a ſimili, res emta de pecunia uſuraria non eſt vitio uſuræ ſubjecta. Item quia ſecundum regulam vitia perſonalia non tranſeunt ad ſucceſſores, extr. de fil. Presbyt. c. *Ex tranſmiſſa*.

„ EX tranſmiſſa conqueſtione G. Clerici percepimus, quod ad Abbatis de Caſtris præſentationem in quodam beneficio Eccleſiæ de N. eum in præſenti recipere diſtuliſti, eo quod pater ejus in præfata Eccleſia miniſtravit: quo defuncto media intercellit perſona, cui prædictum beneficium eſt collatum. Ideoque mandamus, quatenus, ſi eſt ita, prænomina- Alex. III. *Archiep. Cantuar.*

„ tum

,, tum G. ad præſatum beneficium admittere
,, non poſtponas, non ideo minus obſervato
,, Apoſtolici reſcripti decreto, quod ſucceſſio-
,, nem in Eccleſia Dei hæreditariam deteſtatur.

Ego tamen credo contra cum Alano, quod iſte poteſt petere, & ille tenetur reſtituere: expreſſe enim dicit hoc Decretalis, extr. eod. c. *Cum tu*.

Innoc. III R. de Monte Fortino.
,, CUm tu manifeſtos uſurarios juxta decre-
,, tum noſtrum, quod nuper in Concilio
,, promulgatum eſt, communione altaris & Ec-
,, cleſiaſtica præceperis ſepultura privandos, do-
,, nec reddant, quod tam prave receperant; qui-
,, dam eorum, ad excuſandas excuſationes in
,, peccatis, impudenter affirmant, illas dumta-
,, xat uſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt in-
,, terdictum noſtrum receptæ (& infra) Super
,, his fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod
,, ſive ante, ſive poſt interdictum noſtrũ uſu-
,, ras extorſerint, cogendi ſunt per pœnam,
,, quam ſtatuimus in concilio, eas his, a quibus
,, extorſerunt, vel eorum hæredibus reſtituere,
,, vel his non ſuperſtitibus, pauperibus erogare:
,, dummodo in facultatibus habeant, unde ipſis
,, poſſint eas reſtituere: cum juxta verbum B.
,, Auguſtini, non remittitur peccatum, niſi
,, reſtituatur ablatum. Illi autem, qui non
,, habent in facultatibus, unde uſuras valeant
,, reſtituere, non debent ulla pœna mulctari,
,, cum eos nota paupertatis evidenter excuſet.
,, Poſſeſſiones vero, quæ de uſuris comparatæ
,, ſunt, debent vendi, & ipſarum pretia his,
,, a quibus uſuræ ſunt extortæ, reſtitui, ut ſic
,, non ſolum a pœna, ſed etiam a peccato poſ-
,, ſint (quod per uſurarum extorſionem incur-
,, rerant) liberari.

Succedit enim hæc res loco pretii, ſicut e contra pretium ſuccedit loco rei, ff. de pet. hæred. l. *Si rem & pretium*.

---

§. VIII.

De Pignoribus.

Quæſtio. CIrca pignora ſæpe oritur quæſtio talis. Creditor accipit pecuniam, vult omnes fructus perceptos bona fide deductis expenſis computare in ſortem; ſed ſi quid reſiduum fuerit de ſorte, poſtulat debitorem compelli ad ſolutionem. Quæritur utrum ad hoc ſit cogendus debitor, vel qualiter ſit conſulendum creditori.

Ad hoc credo plura conſilia eſſe parata: poteſt enim per actionem perſonalem petere coram judice, C. de pignor. *Quamvis perſonali*, & l. *Diſtractis*. Item poteſt alii pignus ſibi obligatum impignorare, C. ſi pign. pign. datum ſit, l. 1. & 2. Item poteſt vendere pignus etiam invito, & contradicente debitore, niſi debitum offerat, C. debitor. vendit. pign. imped. non poſſe, l. 1. & 2. Circa venditorem tamen adhibenda eſt diſtinctio; quia aut cuncta pacta fuerunt inter creditorem & debitorem firmata ſuper venditione pignoris in certo tempore, vel loco, vel certæ perſonæ, vel ſimili facienda; aut nullo modo facienda; aut nihil ſuper hoc convenit inter eos. In primo caſu debet creditor prius notificare debitori, & poſtea poterit vendere ſecundum formam conventam, & non alias. In ſecundo caſu, videlicet quum pactum fuerit appoſitum, ne venderet; etiam tunc poteſt vendere, ſed debet prius ter denonciare debitori, ut ſolvat: & ſi ceſſaverit, poſtea poterit vendere: alias, ſi ante trinam denonciationem venderet, furti teneretur. In tertio vero caſu, ſcilicet quum nihil convenit, ſufficit una denunciatio, & poſtea elapſo biennio poterit fieri venditio. Probatur hæc, ff. de pignor. actio. l. *Si convenit de diſtrahendo*, C. de jur. dom. imp. l. ult. Poteſt etiam cogi per Eccleſiam ſupra dictis modis, ſi eſt de foro ſuo, vel quicumque ſit, in modum denonciationis ratione peccati, extra, de jud. cap. *Novit*, vel in modum reconventionis. Cauſſa 3. quæſt. 8. cap. *Accuſatores*, §. *Cujus in agendo*, extr. de mut. petit. cap. 1. & 2. ſeu, c. *Ex Litteris*, & cap. *Prudentiam*.

Zephyrin. *Papa.*
,, ACcuſatores Epiſcoporum omnino careant
,, ſuſpicione......Cujus in agendo quis ob-
,, ſervat arbitrium, eum habere etiam contra
,, ſe judicem in eodem negotio non dedigne-
,, tur; quia & leges ſæculi idipſum fieri præ-
,, cipiunt....

Alex. III. *Epiſc. Abbat. de Spongia.*
,, EX litteris (& infra) Quoniam rationis
,, ordo exigit, ut plebanus & Clerici Ma-
,, turen. Abbati & Fratribus Maturen. Monaſte-
,, rii, de iis, quæ adverſus eos proponunt, de-
,, beant in veſtra præſentia reſpondere: cum ſibi
,, ex ipſis coram vobis a ſede Apoſtolica dele-
,, gatis juſtitiam poſtulant exhiberi; manda-
,, mus, quatenus actione plebani, & Clericorum
,, propoſita, & reſponſione facta, monitione
,, præmiſſa compellatis euſdem memoratis Ab-
,, bati & fratribus incontinenti coram vobis
,, ſuper ſuis quæſtionibus reſpondere, ut vicifſ-
,, ſim poſtmodum rationes partium audientes,
,, concordia, vel judicio utriuſque negotium
,, terminetis.

Cælestin. *Rothom. Decano.*
,, PRudentiam (& infra) Sane conſuluiſti
,, nos, utrum cum cauſſa appellatione remo-
,, ta committitur, & reus coram eodem judice
,, actorem reconvenerit, & actor ſuper recon-
,, ventione appellationis obſtaculum interpo-
,, nit, an ſit hujuſmodi appellationi deferen-
,, dum? Nos vero ita ſentimus, quod cum
,, actoris & rei eadem ſit conditio, & uno,
,, eodemque jure circa appellationis remedium
,, debeat uterque cenſeri: ſicut deſiderat a-
,, ctor, ut ſibi juxta mandatoris reſcriptum
,, juſtitia fiat, appellatione remota, eodem
,, modo reconvenienti debet in ſua juſtitia
,, reſpondere.

Et ſi forte poſt inceptam cauſſam vellet debitor deſiſtere, videtur, quod ad petitionem creditoris poſſet eum cogere Judex Eccleſiaſticus, ut reſponderet ei coram eo, & ſatisfaceret, argum. extr. de ord. cap. *Cum dilectus*. Sæpe enim judex poteſt, & debet judicare indirecte, & occaſione alterius quæſtionis motæ coram eo de re, de qua alias non poſſet, extr. de donat. inter vir. & uxorem, cap. *De prudentia*, C. de Jud. l. 3.

Clemens III.
,, DE prudentia veſtra miramur, quod cum
,, vobis cauſſam matrimonii, quæ verteba-
,, tur inter H. & M. commiſiſſemus terminan-
,, dam, & vos conſanguinitatem inter eos inve-
,, nientes, ſententiam divortii tuliſſetis, de do-
,, te, quam a viro mulier repetebat, quidquam
,, ſtatuere diſtuliſtis: quia igitur vos, qui de ma-
,, trimonio principaliter cognoviſtis, & de dote
,, (quæ eſt cauſſa incidens) acceſſorie cognoſce-
,, re valuiſtis, & ſententialiter diffinire. Manda-
,, mus, quatenus prædictum H. monitione præ-
,, miſſa cogatis, ut prædictæ M. totam dotem,
,, (ſicut Canonicũ fuerit) reſtituere nõ moretur.

Item

Item nota, quod creditor poteſt exigere, vel compenſare non ſolum expenſas, quas fecit colligendo fructus; ſed etiam quas fecit bona fide circa rem pignoratam. Item ſi caſu fortuito, vel ſine culpa ſua res periit, vel deteriorata eſt, non tenetur creditor; ſed ſi dolo, vel culpa ſua, tenetur. C. de pign. act. l. 2. 3. 4. & 5. Item ſi vendito pignore bona fide creditor minus accepit, quam erat in ſorte, poteſt agere ad reſiduum: ſi vero plus, tenetur reſtituere debitori. C. de jure dom. emt. l. ult. Item nota, quod ſicut poteſt agere debitor contra creditorem, vel e contra; ita & hæres debitoris contra creditorem, vel contra hæredem ejus, vel e converſo; & ſi forte creditor, vel hæres ejus, rem ſibi obligatam alteri impignoraverit, vel alio quocumque modo in alium tranſtulerit; tenetur poſſeſſor in ſortem computare, non ſolum fructus, quos ipſe percepit; ſed etiam omnes, quos anteriores perceperant a tempore primi contractus, extr. de pign. cap. *Cum contra*.

Innoc. III R. de Monte Fortino.

„ CUm contra G. civem Anagninum ſuper „ quibuſdam poſſeſſionibus, quas quondam pater tuus L. de Saul pro certa quantitate pecuniæ obligaverat, & ipſius creditoris hæredes prædicto G. pignoraverant, moviſſes in noſtra præſentia quæſtionam; legitime probaviſti, quod ex earum proventibus tantum fuerat tam ab eodem G. quã ab aliis, qui eas tenuerant, a tempore, quo fuerant obligatæ, perceptum, quod fructus ſorti poterant adæquari. Nos igitur attendentes, quod in talibus perceptio fructuum in ſolutione ſortis accedat: cum ſecundum Canonicas ſanctiones fructus reſtitui, & in ſortem debeant computari: conſiderantes etiam, quod poſſeſſiones ipſæ jam extenuaſſent penitus totum onus, & debitum annullaſſent; ipſas tibi reſtituendas eſſe decrevimus, & te per nuncium noſtrum in poſſeſſionem induci fecimus „ corporalem.

Ipſa enim fructuum perceptio ipſo facto attenuat ſortem, ut in præallegata decretali.

Patet ex præmiſſis, quod debitor non tenetur ſolvere uſuras, & ſi ſolverit, poteſt repetere. Sed, quid ſi juraverit ſe ſoluturum; numquid tenetur ſolvere?

Dic quod poteſt, ſi vult, debitor denunciare Eccleſiæ, ut compellat ipſum uſurarium per cenſuram Eccleſiaſticam ad relaxandum ipſum juramentum: ſi per hanc viam non vult procedere, debet perſolvere, ut ſatisfaciat Deo de juramento, & poſtea poterit repetere, extr. de

v. pag. 87.

jurejur. cap. *Ex adminiſtrationis*, & cap. *Debitores*.

Quid, ſi juravit, quod ſolveret uſuras, & non repeteret.

Dico, quod non repetet directe propter vim juramenti, ſed indirecte bene repetet, ſcilicet denunciando Eccleſiæ crimen illius, ut compellatur ad pœnitentiam, quam non poteſt agere, niſi reſtituat: ſi vero juravit etiam, quod non denunciaret; non tenet in hac parte juramentum, quum ſit illicitum, ut puta contra ſalutem proximi, & per conſequens contra præceptum de proximo diligendo: unde non obſtante juramento poteſt procedere in modum denunciationis: & ita occurritur fraudibus uſurariorum,

v. pag. 27.

extr. eod. c. *Tuas*, & de jurejur. c. *Quemadmodum*.

Innocen. III. Mutinenſi Epiſc.

„ TUas dudum recepimus quæſtiones, quod „ quidam uſurarii eos, quibus dant pecuniam ad uſuram, præſtare faciunt juramentum, quod uſuras non repetant, & ſuper his, quas ſolverint, nullam moveant quæſtionem. Nos igitur reſpondemus, ut uſurarios ipſos monitione præmiſſa, per cenſuras Eccleſiaſticas appellatione remota compellas ante uſurarum ſolutionem ab earum exactione deſiſtere, vel reſtituere ipſas poſtquam fuerint perſolutæ, ne de dolo & fraude contingat eos „ commodum reportare.

---

§. IX.

De communitatibus, quæ pecuniam ad uſuram dant.

QUid de communitatibus quarumdam civitatum, quæ dant pecuniam ad uſuram, maxime in Lombardia; numquid cives omnes ſunt uſurarii propter hoc, & per conſequens in ſtatu damnandorum?

Reſpondeo ſic: Omnes, quorum auctoritate fit, vel conſenſu, & idem ſi collegium aliquod accepit pignus in caſu non conceſſo, extr. de uſuris, c. *Conqueſtus*, & arg. 24. q. 3. c. *Si habes*, & ff. *Quod metus cauſſa metum*, §. *Animadvertendum*.

v. pag. 89.

Alex. III. Abbati & Fratribus S. Laur.

„ COnqueſtus eſt nobis C. Clericus (& infra) Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus ejus ſortem recepiſtis, prædictam terram Clerico memorato reddatis, niſi terra ipſa de feudo ſit monaſterii „ veſtri.

POSTILLATORIS QUÆSITA.

NUmquid ſinguli de collegio tenentur in ſolidum reſtituere, quod collegium habuit de uſura?

Reſp. *Licet uſurarii ſint, ut dicit Magiſter, illi, quorum auctoritate, & conſenſu talia fiunt; non credo tamen, quod teneantur ad reſtitutionem, niſi quantum ad eos pervenerit de uſura, vel quantum relevati ſunt de expenſis, quas feciſſent de ſuo in ſuſtinendis oneribus communitatis; niſi forte præſtiterint auctoritatem compellendo, aut præcipiendo communitati taliter fœnerari, quæ alias nõ eſſet hoc factura: in quo caſu credo eos tantum teneri in ſolidum.*

Quid de illo, qui conſuluit alicui, quod fœneretur? Item quid de illo, qui dat amico ſuo, vel conſanguineo pecuniam, vel commodat gratis, ut ex ea fœneretur?.... Item quid de illo, qui dat uſurario mutuam pecuniam ad uſurarum lucri participationem? Numquid in his caſibus omnibus tenentur in ſolidum, qui hoc faciunt, an tantum de eo, quod pervenit ad eos de uſura?

Reſp. *Secundum quoſdam, tales, qui inducunt alios ad fœnerandum alias non fœneraturos, tenentur in ſolidum; ſi autem alias erant fœneraturi, non tenentur, niſi in quantum ad eos pervenerit. Ego credo ſine præjudicio, quod in neutro caſu teneantur, niſi in quantum ad eos pervenerit, ii, qui taliter inducunt alios ad fœnerandum; & melior eſt conditio talium in hoc caſu, quam in rapina, vel furto, ubi qui præſtant auctoritatem, tenentur ad reſtitutionem, etiam cum nihil ad eos pervenerit de maleficio: & hoc ideo quia rapina, vel furtum contra voluntatem domini fit, qui patitur damnum;*

ſed

ſed uſura de voluntate domini pervenit ad creditorem: nec invenia jura dare actionem debitori contra hujuſmodi inductores ad repetendum uſuras ab ipſis, quas ipſi debitores ſolverunt taliter inducti per alium; cum ad indecentes nibil pervenerit de uſura, ſicut dant jura actionem contra illos, quorum ope, vel conſilia, vel miniſteria furta fiunt, & rapinæ, licet nibil ad eos pervenerit.

Itam oumqoid Judæus poteſt exigera uſuras a Chriſtianis, & nomquid Chriſtiani a Judæis, vel paganis, vel ceteris hoſtibus fidei Chriſtianæ?

Ad primum reſpondeo, quod peccat Judæus mortaliter; & ad relaxandas uſuras Chriſtianis poteſt compelli ab Eccleſia indirecte, ſcilicet per ſubtractionem communionisChriſtianorum, extr. eod. c. *Poſt miſerabilem*.

Innocen. III. *Norbon. Epiſc.*
„ POſt miſerabilem (& inſra) Judæos ad
„ remittendas Chriſtiaois uſuras per princi-
„ pes & poteſtates compelli præcipimus ſæcu-
„ lares; & donec eis remiſerint, ab univerſis
„ Chriſti fidelibus, tam in mercimoniis, quam
„ in aliis per excommuoicationis ſententiam,
„ eis jubemus communionem omnimodam dene-
„ gari.

Vel ſaltem compelleodi ſunt a principibus Chriſtianis, & ab Eccleſia prædicto mudo, ut non exigaot immoderatas uſoras, extr. eod. c. *Quaota*.

Innoc. III. *In Conc. Gener.*
„ QUanto amplius Chriſtiana religio ab ex-
„ actinne compeſcitur uſurarum, tanto
„ gravius ſuper his Judæorum perfidia ioſole-
„ ſcit, ita quod brevi tempore Chriſtiaoorum
„ exhauriunt facultates. Voleotes igitur in hac
v. pag. 30. „ parte proſpicere...

Ad aliud expreſſe videtur ſeotire Ambroſios. Cauſſa 14. q. 4. c. *Ab illo*. Quod licite a talibus hoſtibus poſſuot uſuras exigere Chriſtiani, cujus verba hæc ſunt:

Ambros. *Lib. de Tobia, c. 15.*
„ AB illo exige uſuram, cui merito noce-
„ re deſideras; cui jure inſeruntur arma,
„ huic legitime auferuntur uſuræ; quem bello
„ vincere noo potes, ab hoc uſuram exige;
„ quem non ſit crimen occidere, ſine ferro di-
„ micat, qui uſuras flagitat; ergo ubi jus belli,
„ ibi jus uſuræ.

Super hujuſmodi auctoritate diverſæ ſunt opinioues, & variæ: dicunt enim quidam, qood loquitur ſecundum antiqua tempora, quando permiſſum erat Judæis in lege accipere uſuras ab alienigenis. Deuter. 23. in fine: *Non fæneraberis fratri tuo, ſed alieno:* & hanc permiſſioem proſequitur Ambroſius exponendo. Alii intelligunt de Judæo, & exponunt: *Ab illo*, ſcilicet, Judæo, *Uſuram*, id eſt, penſionem magnam, & hoc per aliud decretum, Cauſſa 23. q. 6. c *Jam vero*.

Gregor. *Jonnorio Epiſc. Carolit. lib. 3. Ep. 26.*
„ JAm vero ſi ruſticus tantæ perfidiæ, & ob-
„ ſtinatioois ſuerit inventus, ot ad Domi-
„ num Deum minime venire conſentiat, tan-
„ to penſionis onere gravaodus eſt, ut ipſa ex-
„ actionis ſuæ pœna compellatur ad rectitu-
„ dinem feſtinare.

Alii intelligunt de paganis & hoſtibus reipublicæ, ſicut littera plane ſonat: talibus enim & aperte, & per inſidias, & omnibus modis poſſumus tamqoam iodignis auferre, quæ male detinent; ſecus de Judæis, quia illi ſervi noſtri ſuot, & parati nobis ſervire. Cauſſa 23. quæſt. 8. cap. *Diſpar*, quæſt. 7. cap. 1. & 2. ſeu, *Quicumque*, & c. *Si de rebus*, & quæſt. 2. c. *Dominus*. *v. pag. 29. 32. & 34.*

Alii dicunt, quorum opinio communior eſt, quod a nullo homine Chriſtiano, Judæo, Pagano, vel alio licet exigere uſuram per ea, quæ dicta ſunt ſupra eodem §. *Sed numquid*, & expoount litteram negative ſic: *Ab illo exige uſuras, a tu, quicumque ſis, cui merito nocere deſideras:* ſed nulli merito debes deſiderare nocere; ergo a nollo debes uſuras exigere: & ſic exponunt totam litteram.

Sed pone, quod Chriſtianus accepit uſuras a Judæo; cui reſtituet?

Videtur, quod Judæo, per ea, quæ ſupra dicta ſunt in §. *Compelluntur*; ita tamen, ſi ipſe reſtituat omnes uſuras, quas accepit, quod niſi velit facere, ſatis conſulo Chriſtiano, quod cum auctoritate Eccleſiæ reſtituat nomine Judæi illis Chriſtianis, a quibus ipſe Judæus exegerat uſuras, & notificet hoc Judæo, ut ſciat ſe liberatum ab illis Chriſtianis per iſtius ſolutionem: nec poterit ab ipſo repeti, quum utiliter geſſerit negotium illius Judæi: & ideo, velit, nolit, tenatur habere ratum. Require ſupra de rapt. §. *Qui ſequuntur*, verſ. *Illi autem, qui nec adjuvant*.

Numquid idē in Chriſtiano? Satis credo, quod ſic; veruntamen io utroque caſu liberatur iſte Chriſtianus reſtituendo illi uſuras, a quo accepit, ſive ille ſit Judæus, ſive Chriſtianus: ſalubrius tamen eſt primo dictum, ſcilicet, ut ſolvat illis, qoibus iſte tenetur, vel deponat pecuniam in æde ſacra, vel in aliquo loco toto: ſimiliter cum auctoritate Eccleſiæ, ut quum ille ſatisfecerit, recipiat eam.

Sed quid, ſi ſcitur perſona, cui eſt reſtitutio facienda, ſed tamen eſt abſens in remotis partibus, vel neſcitur io quo loco ſit? *Caſus.*

Ad hoc dico, quum neſcitur ubi ſit, detur pauperibus cum auctoritate Eccleſiæ: ſi autem ſcitur, mittatur ei, ſi aliquo modo poteſt fideliter, & ſecure: ſi non poteſt, detur pauperibus, ut ſupra cum auctoritate Eccleſiæ, arg. extr. eod. c. *Cum tu*. *v. ſupra.*

Item quæro, utrum uſurarius teoeatur reſtituere non ſolum pecuoiam uſurariam, ſed etiam quidquid cum ipſa lucratus eſt, & fructus perceptos ex re emta de pecunia fænebri?

Ad hoc dicunt quidam, quod teoetur omnia reſtituere; quæ enim ex radice procedunt corrupta, corrupta ſunt. Cauſſa 14. q. 5. c. *Neque*, 19. q. 3. c. *Si Sacerdotes*, in fine. *v. pag. 188*

„ NEque anim ſi agris iniqua ac perperam *August. De bono conjugali, c. 14.*
„ iovaſis, ita quiſque utatur, ut ex eo-
„ rum fructibus largas eleemoſynas faciat: ideo
„ rapinam juſtificat. Neque ſi alius ruri paterno,
„ vel juſte qoæſito avarus incumbat, ideo cul-
„ panda eſt juris civilis regula, qua poſſeſſor
„ legitimus factus eſt; nec tyrannicæ factionis
„ perverſitas laudabilis erit, ſi regia clementia
„ tyrannus ſubditos tractet, oec vituperabilis or-
„ do regiæ poteſtatis, ſi rex crudelitate tyran-
„ oica ſæviet: aliud eſt namque injuſta pote-
„ ſtate juſte velle uti, & aliud eſt juſta pote-
„ ſtate injuſte velle uti.

Difficile enim eſt, ut ait Leo, ut bono peragantur exito, quæ malo ſunt inchoata principio. Cauſſa 1. q. 1. *Principatus*.

„ PRincipatus, quem aut ſeditio, aut ambi- Leo Episc. *Ad Mauros Epiſc. Ep. 85.*
„ tus occupavit, etiamſi moribus, aut acti-
„ bus ooo offendit, ipſius tamen ioitii ſui eſt
per-

„ pernicioſus exemplo, & difficile eſt, ut bo-
„ no peragatur exitu, quæ malo ſunt inchoata
„ principio.

De bona mortis c. 12. Item Ambroſius: *Si quis uſuram accipit, rapinam facit, vita non vivit*, Cauſſa 14. q. 4. c. *Si quis uſuram*.

Et Hieronymus: *Uſuras quærere, vel rapere, aut fraudare, nihil intereſt, ſed in rapina & furta teneri videtur ad iſta*. *v. pag. 8.* Extr. de reſtitut. ſpol. c. *Gravis*; ergo & in uſure. Require de hoc ſupra, de furtis, §. *Item quod ſi res furtiva*, & §. ſequenti.

Verum, quoniam qui nimis emungit, elicit ſenguinem, dicamus cum eliis, quod teneatur reſtituere uſurarius quidquid ultra ſortem accipit e debitore occeſione ſortis, pacto præcedente, vei intentione corrupta. Supre eodem, §. 1. & §. *Sed numquid*; expenſas temen poteſt deducere, & ſorte operas ſuas moderatas, ut in his etiam agatur cum eomitius, quam cum fure, vel reptore. Conſulo eutem, ut ſatisfacto de uſuris, petatur ad eautelam venia e debitore, quia ſorte propter præmiſſa eſſet ei eliquid ultre reſtituendum.

In ſumma nota, quod uxor uſurarii, & ſamilia debent procedere, ſicut uxor & familia raptoris. Require ſupra de rapt. §. *Qui ſequuntur*, verſ. *Illi autem, qui nec adjuvant*. Item nota, quod ſicut prohibetur aliquis recipere uſurss *v.pag.206* nomine ſuo, its & alieno. Diſt. 46. c. *Sicut non ſuo*. Et ſi accipit alieno nomine, ſive ſit tutor, ſive ſit curstor, vel quicumque alius, tenetur ad reſtitutionem, ſi ille, cujus nomine accepit, vel non eſt ſolvendo, vel non vult reſtituere; nam facientes & conſentientes par pœ- *v.pag.176* na conſtringit. Cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *Notum*, in fine.

TITULUS VIII.

De negotiis ſæcularibus, & utrum de illicite acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna, & de Aleatoribus.

POſt trectatum præcedentem, & principaliter de uſuris, conſeqnenter de negotiis ſæcularibus breviter, quaſi ſub quodam epilogo, id eſt, brevi locutione ſubjiciamus; ubi nota quæ negotia licita ſint Clericis, & quæ Laicis.

---

§. I.

Quæ negotia licita, & quæ illicita?

CIrca hoc nota, quod negotie elia ſunt inhoneſta ſui nstura, elia non. Inhoneſta ſui natura ſunt omnia, quæ ſine peccato exerceri non poſſunt, ut contractus uſurarum, ſimoniæ, & ſimilia Iſta omnibus ſunt prohibite indiſtincte tam Clericis, quam Laicis cujuſcumque ſexus ſint, vel conditionis, vel ætatis, dummodo ſint doſi capaces, 14. q. 4. c. *Nec* *v. pag. 7. 62. & 80.* *hoc quoque*, 1. quæſt. 1. cep. *Reperiuntur*, in fine, diſt. 88. c. *Fornicari*, extr. de delict. puer. c. *Pueris*, de jurejur. c. *Etſi Chriſtus*, verſ. *Quædam enim prohibentur*.

„ NEc hoc quoqua prætereundum eſſe du- *Leo Papa Epiſ. 1. c. 3.*
„ ximus, quoſdam lucri turpis cupidita-
„ te captos, uſurariam exercere pecuniam, &
„ fœnore velle diteſcere: quod nos, ut non
„ dicamus in eos, qui ſunt in Clericali of-
„ ficio conſtituti, ſed etiam in Lsicos eadere,
„ qui Chriſtianos ſe diei cupiunt, condolemus.
„ Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint
„ confutati, decernimus, ut omnis peccandi
„ opportunitas adimatur.

„ FOrnicari hominibus ſemper non licet, *Auguſt. In lib. q. vet. & novi Teſtamenti.*
„ negotiari vero aliquando licet, eliquan-
„ do non licet: antequam enim Eccleſiaſti-
„ cus quis ſit, licet ei negotieri; ſacto jam,
„ non licet.

Alia plurs ſunt, quæ non ſunt inhoneſta ſui natura, ſed ex cauſſis, vel ex tempore, vel ex perſona, vei ex loco, ut emtio, venditio, locatio, conductio, & ſimiles contractus: ſimiliter & quaſi contractus, ut tutela, cura, negotiorum geſtorum judicium, & ſimilia: & breviter in hoc includitur exercitium omnium artium mechaniearum, ut ertis textoriæ, ſutoriæ, & ſimilium, quæ neceſſeriæ ſunt uſui humano.

Poſtillator. *COntractus eſt ultro citroque obligatio ex voluntate, & pacta partium ſurgens, ut emtio, venditio, locatio. Quaſi contractus eſt obligatio, qua quis obligatur alii ex aliquo officio, vel facto licito, & honeſto, licet non interveniat expreſſa voluntas utrinſque partis, ut tutela, cura, negotiorum geſtorum judicium: quamvis enim pupillus habens tutorem, aut minor 25. annorum, vel furioſus habens curatorem, vel ille, cujus ignorantis gerit quis negotium, expreſſe non conſentiant; nihilominus tutor, & curator, & negotiorum geſtor, ex ſua adminiſtratione obligantur perſonæ hujuſmodi, quaſi contraxiſſent cum eis.*

Ex cauſſa ſunt hæe inhoneſta, quando fiunt cum intentione corrupta, videlicet propter cupiditatem, vel alium malum finem; & ſecundum hoc prohibita ſunt omnibus indifferenter in Decelogo, Exod. 20. *Non concupiſces rem proximi tui*, & diſt. 47. cap. *Omnes hujus*, & *Sicut ii*.

„ OMnes hujus ſæculi dilectores in terrenis *Gregor. In lib. 19. moralium.*
„ rebus fortes ſunt, in cæleſtibus debiles:
„ nam pro temporali gloria uſque ad mortem
„ deſudare appetunt, & pro ſpe perpetua ne
„ parum quidem in labore ſubſiſtunt, pro terre-
„ nis lucris quaslibet injurias tolerant, & pro
„ cæleſti mercede, vel tenuiſſimi verbi ferre
„ contumelias recuſant: terreno judici toto et-
„ iam die aſſiſtere fortes ſunt; in orstione ve-
„ ro coram Domino, vel unius horæ momen-
„ to laſſantur: ſæpe nuditatem, dejectionem,
„ famem pro acquirendis divitiis, atque hono-
„ ribus tolerant, & earum rerum ſe abſtinen-
„ tia cruciant, ed quas edipiſcendas feſtinant;
„ ſuperoa autem laborioſe quærere tanto ma-
„ gis diſſimulant, quanto ea retribui tardius
„ putant. Hi itaqua quaſi aliarum arborum
„ more deorſum vaſti ſunt, ſurſum anguſti;
„ quia fortes in inferiora ſubſiſtunt, ſed ad
„ ſuperiore deficiunt. At contre ex qualita- *Pſal. 118.*
„ te palmarum deſignatur proficiens vita ju-
„ ſtorum, qui nequaquam ſunt in terrenis de-
„ ſideriis fortes, & in cæleſtibus debiles; ſed
„ longius atque diſtantius ſtudioſos Deo ſe
„ exhibent, quam ſæculo fuiſſe meminerunt.
„ Nam eum quibuſdam per prædicatorem no-

Rom. 6.

„ ſtrum dicitur: *Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationē.* Eorum procul dubio infirmitati condeſcenditor, ac ſi eis apertius diceretur, ſi nequaquam amplius poteſtis, ſaltem tales eſtote in fructu bonorum operum, quales fuiſtis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat ſancta libertas aeris, quos in carne validos habuit uſus terrenæ voluptatis.

Aeris, id eſt Cæleſtis converſationis. Gloſſa.

Ex cauſſa ſunt hæc honeſta, quando fiunt cum recta intentione, videlicet, ut poſſit hoſpitalitatem tenere, ac cetera miſericordiæ opera exercere, diſt. 86. c. *Non ſatis.* Cauſſa 11. quæſt. 1. cap. *Sicut enim*, de conſecrat. diſt. 1. cap. *Sicut*, Cauſſa 23. quæſt. 8. cap. *Si nulla.*

v. pag. 25. & 94.

Ambroſ. In lib. 1. de officiis c. 30.

„ NOn ſatis eſt bene velle, niſi ſtudeas etiam benefacere, neque ſatis eſt iterum benefacere, niſi id ex bono fonte procedat, hoc eſt, ex bona voluntate proficiſcatur (& infra) Perfecta liberalitas, fide, cauſſa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domeſticos fidei: grandis culpa eſt, ſi ſciente te, fidelis egeat. Si ſcias eum ſine ſumtu eſſe, & fame laborare, ærumnam perpeti, qui præſertim egere erubeſcat; ſi in cauſſam ceciderit, aut captivitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adjuves: ſi ſit in carcere poſitus, & pœnis & ſuppliciis propter debitum aliquod, juſtus aliquis excrucietur: nam etſi omnibus debetur miſericordia, tamen juſto amplius: ſi tempore afflictionis ſuæ a te nihil impetret; ſi tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri; non eſt leve peccatum.

Ex Epist. Clementis ad Jacobum fratrem Domini.

„ SIcut enim impietatis tibi crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſollicitudines ſæculares ſuſcipere; ita & unicuique Laicorum peccatum eſt, niſi invicem ſibi etiam in his, quæ ad communis uſum vitæ pertinent, operam fideliter dederint. Te vero ſecurum facere ex his, quibus non debes inſtare, omnes communiter laborent, quod ſi forte a ſemetipſis hoc Laici non intelligunt; per Diaconos edocendi ſunt, ut tibi ſolius Eccleſiæ ſollicitudines relinquant.

Ex tempore ſunt hæc inhoneſta, ſi fiant in tempore feſtivo, & feriato; quia tunc non eſt vacandum, niſi orationibus & divinis officiis, & aliis operibus ſpiritualibus, & ab omni ſervili opere eſt ceſſandum. Require ſupra de feriis, §. *In diebus.*

Item ex tempore poſſunt dici inhoneſta, præſertim judicia, ſi exerceantur in tenebris, quia qui male agit, odit lucem. Extr. de offic. delegat. c. *Conſuluit*, ff. de orig. jur. l. 2. §. *Et quia Magiſtratus.*

Innoc. III. Archiepiſcopo Toletano.

„ COnſuluit nos tua fraternitas, utrum cum ad recipiendos teſtes, depoſitiones publicandas eorum, vel ſententiam proferendam, peremtorie citatas partes, & earum altera ſe abſentat contumaciter die data, an circa ultimam partem ſaltem diei tibi ſit in negotio procedendum, vel in diem exſpectandum potius ſubſequentem, & ſi exſpectaveris, utrum contumax iterum ſit citandus, cum non fuerit die partibus aſſignata proceſſum. Nos autem credimus diſtinguendum, utrum juriſdictio duret poſt terminum peremtorium, an exſpiret in illo; ſi durat, in diem alteram, æquitate ſuadente poteris, exſpectare: nec erit pars contumax peremtorio elapſo citanda, niſi gratiam fecerit ei benignitas judicantis. Si autem exſpiret: niſi partes eum id noverint, ſe tibi præſentaverint ea hora, qua congrue poſſis procedere ad exſequendum id, propter quod eis legitime terminum peremtorium aſſignaſti; ex tunc exſequi poteris quod intendis, ne fruſtra judicialis inſtantia evaneſcat. Ne vero judicium Eccleſiaſticum exerceatur in tenebris, quia juxta teſtimonium veritatis: *Qui male agit, odit lucem*; licet enim ſecundum conſuetudinem, & conſtitutiones legitimas more Romano, dies a medietate noctis incipiat, in medio noctis deſinat ſubſequentis (Unde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde ſanxit habendum legalis auctoritas, ac ſi qualibet parte lucis agatur) Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſis ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. Porro diſcretus judex in aſſignatione peremtorii non debet juriſdictionem ſuam (niſi neceſſitas exigat) adeo coarctare.

Joann. 3.

Ex perſona ſunt hæc inhoneſta, quia Clerici ſunt, vel perſonæ religioſæ, qui exercent: talibus enim regulariter ſunt prohibita talia negotia. Apoſtolus: *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Pſalmiſta: *Quoniam non cognovi negotiationes, introivi in potentias Domini*, alias, *Litteraturam.* Item Hieronym. *Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, & ex ignobili glorioſum quaſi quamdam peſtem fuge*, & extr. ne Clerici, vel Monach. ſæcul. negot. ſe immiſc. per totum, & maxime c. 1. ſeu *Multa ſunt*, & c. *Sententiam*, & c. *Super ſpecula*, & c. *Sacerdotibus.*

Ad Nepotian. de vita Cleric.

v. pag. 141. 145. &

v. Indic.

Ex Conc. Maguntino.

„ MUlta ſunt negotia ſæcularia, de quibus pauca perſtringimus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia. Quidquid plus juſto appetit homo, turpe lucrum eſt. Munera injuſta accipere, vel etiam dare. Pro aliquo ſæculari quæſtu, pretio aliquem conducere. Contentiones, vel lites, vel rixas amare. In placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum, vel viduarum. Conductores ſæcularium rerum aut procuratores eſſe. Turpis verbi, vel facti eſſe joculatorem, vel jocum ſæcularem diligere. Aleas amare. Ornamentum inconveniens propoſito ſuo quærere. In deliciis vivere velle. Gulam & ebrietatem ſequi. Pondera injuſta, vel menſuras habere. Negotium injuſtum exercere. Nec tamen juſtum negotium eſt contradicendum propter diverſas neceſſitates; quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiatos fuiſſe, & in regula B. Benedicti præcipitur provideri, per quorum manus negotia Monaſterii procurentur. Canes & aves ſequi ad venandum, & omnibus quibuslibet cauſſis ſuperfluis intereſſe. Ecce talia, & his ſimilia miniſtris altaris Domini, necnon & Monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apoſtolus: *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus.*

Act. 20.

2. ad Tim. 2.

De hoc require ſupra de Apoſt. §. 2. Laicis vero ſunt iſta conceſſa, Diſtin. 86. cap. *Pervenit.*

In Chalc. Concil.

„ PErvenit ad ſanctam Synodum, quia de his, qui in Clero connumerantur, quidam pro-

„ pter

,, pter turpis lucri gratiam, alienarum poſſeſ-
,, ſionum conductiones, & cauſſas ſæculares ſu-
,, ſcipiunt, & a ſacris quidem officiis ſe per deſi-
,, diam ſeparant; ad domos autem ſæcularium
,, concurrunt, & ſubſtantiarum eorum guberna-
,, tiones avaritiæ cauſſa ſuſcipiunt. Decrevit
,, igitur ſancta univerſalis & magna Synodus,
,, neminem horum deinceps, hoc eſt Epiſco-
,, pum, ſive Clericum, aut Monachum, con-
,, ducere poſſeſſiones, aut miſcere ſæcularibus
,, procurationibus poſſe, niſi forte qui legibus
,, ad minorum ætatum tutelas, ſive curationes
,, inexcuſabiles attrahuntur, aut cui ipſius Civi-
,, tatis Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum com-
,, miſerit gubernacula, & orphanorum, atque
,, viduarum, quæ indefenſæ ſunt, & earum
,, perſonarum, quæ maxime Eccleſiaſtico indi-
,, gent adminiculo, propter Dei timorem. Si
,, quis vero tranſgreſſus fuerit hæc præcepta,
,, Eccleſiaſticæ correctioni ſubjaceat.

Diſt. 88. c. Fornicari. Auguſt. *Fornicari hominibus ſemper non licet; negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet: antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari; facta jam, non licet.*

QUATTUOR CASUS,

In quibus Clerici ſæcularia negotia tractare poſſunt.

PRIMUS CASUS.

QUia ſi habent adminiſtrationes, poſſunt ventilare cauſſas, & judicare inter ſubditos, præſertim inter Clericos. Cauſſa 11. q. 1. *v. pag. 155* cap. 5. & 2. ſeu, *Nemo unquam*, & c. *Nullus judicium*, & c. *Experientiæ*. Cauſſa 25. quæſt. 4. c. 1. 2. & 3. ſeu, *Nullus Epiſcoporum*, c. *Pla-* *v. pag. 151* *cita ſæcularia*, & c. *Nullus Epiſcopus*, extr. de foro compet. per totum.

Pelagius Benegeſto defenſori.
,, EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate man-
,, damus, ut in cauſſis, in quibus quælibet
,, Eccleſiaſtici officii perſona loco petituris exſi-
,, ſtit, quemquam laicum pulſatura, apud ſuæ
,, provinciæ judicem ſuas proponere actiones
,, non deſerat. In his vero negotiis, in quibus
,, Eccleſiaſtici officii perſona pulſatur, totius
,, ſub moto pulſationis obſtaculo, ad Epiſcopi,
,, vel presbyterorum in loco, ubi quæſtio ver-
,, titur, conſtitutorum occurrat indifferenter
,, examen.

Et inter ruſticos ſuos poſſunt judicare, diſt. 89. cap. *Indicatum*, extr. de ſor. compet. cap. *Quod Clericis*, & arg. extr. de appell. cap. *Si duobus*, in fine.

Gregor. Januario Caralitan. Epiſc. lib. 7. Ep. 66.
,, INdicatum eſt nobis, quod laicis quibuſ-
,, dam curam veſtri patrimonii commiſeri-
,, tis, qui poſtmodum in ruſticorum veſtrorum
,, deprædationibus, atque fatigationibus fuerint
,, deprehenſi, & reddere res, quas indecenter
,, retinent habitas, quaſi ſuæ ditionis, quippe
,, veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponant,
,, vobiſque deſpiciant actuum ſuorum reddere
,, rationem. Quod ſi ita eſt, diſtricte a vo-
,, bis diſcuti convenit, atque inter eos, Eccle-
,, ſiæque veſtræ ruſticos cauſſam examinare ſub-
,, tilius, & quidquid fraudis in eis inventum
,, fuerit, cum pœna legibus ſtatuta reddere com-
,, pellantur. De cetero vero cavendum eſt a
,, fraternitate veſtra, ne ſæcularibus viris, at-
,, que non ſub regula noſtra degentibus, cujus-
,, libet res Eccleſiæ committantur; ſed proba-
,, tis de officio veſtro Clericis, in quibus, ſi quid
,, reperiri poterit pravitatis, ut in ſubditis e-
,, mendare, quod illicite geſtum fuerit, valea-
,, tis, quo videlicet apud vos habitus ſui offi-
,, cium magis convenienter adminiſtrent, quam
,, accuſent.

,, QUod Clericis (& infra) Mandamus, qua- *Cæleſt. III.*
,, tenus ſi quas cauſſas pecuniarias Cleri-
,, ci Pariſiis commorantes habuerint contra ali-
,, quos, vel aliqui contra eos, ipſas jure Ca-
,, nonico decidatis.

,, SI duobus .... Denique quod quæris, ſi a *Alexand. III.*
,, civili judice ante judicium, vel poſt ad
,, noſtram audientiam fuerit appellatum, an
,, hujuſmodi appellatio teneat; tenet quidem
,, in his, qui ſunt noſtræ temporali juriſdictio-
,, ni ſubjecti: in aliis vero, etſi de conſuetudine
,, Eccleſiæ teneat, ſecundum juris rigorem cre-
,, dimus non tenere.

Quidam tamen non admittunt hoc, quod inter laicos poſſit cognoſcere judex Eccleſiaſticus.

SECUNDUS CASUS.

SEcundus caſus eſt, quum Judex ſæcularis negligit facere juſtitiam de ſubditis ſuis; tunc etiam poteſt Eccleſiaſticus compellere illum per ſententiam excõmunicationis ad tenendam juſtitiam, vel ſupplere defectum ejus. Cauſſa 23. *v. pag. 155* q. 5. c. *Adminiſtratores*, extr. de ſor. compet. c. *Licet*, 1. & c. *Ex tenore*.

,, LIcet ex ſuſcepto (& infra) Mandamus, *Innoc. III Vercellen. Epiſc.*
,, quatenus ſi quando a laicis Vercellen.
,, litteras ſuper rebus præcipue, quæ forum ſæ-
,, culare contingunt, a ſede Apoſtolica conti-
,, gerit impetrari, ſublato appellationis obſta-
,, culo, decernas auctoritate noſtra irritas &
,, inanes, dummodo conſulens, & commune de
,, ſe conquerentibus in judicio ſæculari exhibeat
,, juſtitiæ complementum. Liceat tamen ipſis,
,, qui ſub eiſdem conſulibus taliter duxerint
,, contendendum, ſi ſe in aliquo ſenſerint præ-
,, gravari, ad tuam (ſicut hactenus ſervatum eſt)
,, vel ad noſtram, ſi maluerint, audientiam ap-
,, pellare: hoc præſertim tempore, quo vacan-
,, te Imperio, ad judicem ſæcularem recurrere
,, nequeunt, qui a ſuperioribus in ſua juſtitia
,, opprimuntur: ſi vero conſulens juſtitiæ tam-
,, quam merito ſuſpecti, fuerint recuſati, co-
,, ram arbitris communiter electis de cauſſa ſuſ-
,, picionis agatur, quæ, ſi probata fuerit eſſe
,, juſta, ad te, vel ad nos pro juſtitia recurra-
,, tur; ſicut ſuperius eſt expreſſum.

,, EX tenore Litterarum nobilis viri G. Co- *Innoc. III. Archidiacono, & Theſaur. Turonenſ.*
,, mitis Britanniæ, eſt noſtris auribus inti-
,, matum, quod cum cauſſam, quæ inter mulie-
,, rem nobilem F. & I. de Meduano, ſuper hæ-
,, reditate ſua noſcitur agitari, vobis, & bonæ
,, memoriæ G. Magiſtro Scholarum B. Martini
,, commiſimus terminandã: ipſe comes eidem
,, mulieri (cum tam ipſa, quam prædictus I. eſ-
,, ſent de foro ipſius) mandavit, ut cauſſam de-
,, ferrent ad ipſum, promittens eidem, quod fa-
,, ceret ei juſtitiæ plenitudinem exhiberi (& in-
,, fra) Nos igitur attendentes, quod ſic ſumus
,, viduis in juſtitia debitores, quod aliis injuſti-
,, tiam facere non debemus; mandamus, quate-

Digitized by Google

„ nus niſi ſit talis cauſſa, quæ ad Eccleſiaſticum judicem pertinere noſcatur, ei ſuperſedere enretis, dummodo per judicem ſæcularem ſuam juſtitiam poſſit obtinere, alioquin, non obſtante ipſius contradictione, cauſſam ipſam ratione prævie terminetis.

Hoc tamen non intelligas de cauſſis ſanguinis, quia illæ ſunt Crucis penitus interdictæ. Require ſupra de homicid. § *Pœna homicidii*.

TERTIUS CASUS.

Tertius caſus eſt, quia Clerici, Monachi & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſuſcipere tutelam miſerabilium perſonarum, diſt. 86. c. *Pervenit*, diſt. 88. c. 1. ſeu, *Decrevit*, & c. *Epiſcopus gubernationem*, diſt. 87. per totum, præſertim c. *Licet*, c. *Defenſionis*, & c. *Quiſquis*, & c. *Divinæ*.

v. ſupra, & pag. 200. MELCHIA. *Papa*,

„ Decrevit ſancta Synodus nullum deinceps Clericum, aut poſſeſſiones conducere, aut negotiis ſæcularibus ſe immiſcere, niſi propter curam aut pupillorum, aut orphanorum, aut viduarum, aut ſi forte Epiſcopus civitatis Eccleſiaſticarum rerum ſollicitudinem habere præcipiat, ubi liquido patet, quod alia ſunt negotia ſæcularia, & alia Eccleſiaſtica. Nonne Moyſes in ſæculo *Exod. 33.* erat, cum crebro intraret tabernaculum, & exiret, qui intus contemplatione rapiebatur, foris infirmantium negotiis urgebatur (& infra) Sic & Jacob aſcendentes, & de- *Geneſ. 28.* ſcendentes angelos vidit; quia videlicet rectores Eccleſiarum non ſolum contemplando aſcendunt, ſed deorſum quoque ad membra illius miſerendo deſcendunt, & Domini Sacerdotes horum facta immitantur, & ſe cuſtodiunt, & ſubditorum onere portant.

GELASIUS *Papa Gerontio, & Petro Epiſc.*

„ Licet omnibus de nobis ſperantibus non debeamus, in quantum poſſumus, nos denegare; plus tamen viduarum, & orphanorum cauſſas, & impenſius ducimus exſequendas, quas tueri e nobis, vel ab omnibus divina manifeſtat aſſertio.

IDEM *Anaſtaſio Epiſc.*

„ Defenſionis propriæ deſolatis auxilio, & qui ſuis actibus adeſſe pro ætatis infirmitate non poſſunt, exoratum Pontificem decet ſubvenire; quia pupillis, & viduis tuitionem etiam divinitas juſſit impendi, & ideo Maximo & Januario Clericalis officii (qui ſe ſolatio parentum, vel propinquorum aſſerunt deſtitutos) auxilium ex noſtre delegatione præſtabis, ut adverſus improbitates adverſariorũ ſuorum protecti, tuæ exſecutionis annisu, noxia commenta non ſentiant.

IDEM *Leontio, & Petro Epiſc.*

„ Quiſquis in negotiis ſuis noſtri nominis interceſſione ſperat ſibi remedia poſſe conferri; prona nos convenit animoſitate præſtare.

Et in hoc eſt privilegium Clericorum, quod poſſunt alteri ſuccedere ab inteſtato, cujus tutelam vel curam ſuſcipere non tenentur, diſt. 86. c. *Pervenit*. In Laicis autem ſecus eſt, inſtit. de legi. patro. tut. in fin. Sed Epiſcopi, vel Monachi videtur, quod non poſſunt, etiamſi velint, ſuſcipere legitimam tutelam, auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. *Deo amabiles*: vel dic, quod illi aut derogatur per Canonem illum, *Pervenit*, ſuperius allegatum, hoc adjecto, quod Monachi poſſunt de licentia Abbatis hujuſmodi tutelas ſuſcipere; alias non. Cauſſa 16. q. 1. c. *Monachi*, 12. q. 1. c. *Non dicatis*.

v. pag. 193 AUGUST. *in ſerm. 3. de comm. vita Cleric.*

„ Non dicatis vos aliquid habere proprium, ſed ſint vobis omnia communia (& infra) Quicumque autem intantum progreſſus fuerit malum, ut occulte litteras ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat; ſi hoc ultro confitetur, parcatur illi, & oretur pro eo; ſi autem deprehenditur, atque convincitur, ſecundum arbitrium Presbyteri, vel Præpoſiti gravius emendetur (& infra) Cum hujus noſtræ congregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed voluntatibus propriis, in ipſa ordinis ſuſceptione renuncieverint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperiis in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint; certum eſt eos nihil habere, poſſidere, dare, vel accipere ſine ſuperioris licentia debere. Quod ſi propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum, cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandaverit: de quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit.

Tutelam tamen teſtamentariam, vel dativam nullo modo poſſunt recipere, & ita poſſunt intelligi jura contraria, diſt. 88. c. ult. ſeu, *Neque apud*. Cauſſa 16. q. 1. c. *Generaliter*, & 21. q. 3. c. *Cyprianus*.

CYPRIAN. *Ad Clerũ & plebem Furnitanorum, lib. 1. Ep. 9.*

„ Neque apud altare Dei merentur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & miniſtros volunt avocare; & ideo Victor cum contra formam nuper in Concilio a Sacerdotibus datam, Geminium Fauſtinum Presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt, quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, neque aliqua deprecatio nomine ejus frequentetur in Eccleſia, ut Sacerdotum decretum religioſe, & neceſſarie factum obſervetur a nobis.

LEO AUG. *lib. 1. C. de Epiſc. & Cler.*

„ Generaliter ſancimus, omnes viros reverendiſſimos Epiſcopos, necnon Presbyteros, ſeu Diaconos, & Subdiaconos, & præcipue Monachos, licet non ſint Clerici, immunitatem ipſo jure omnes habere tutelæ ſive teſtamentariæ, ſive legitimæ, ſive dativæ; & non ſolum tutelæ eſſe eos expertes, ſed etiam curæ non ſolum pupillorum, & adultorum, ſed etiam furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarum perſonarum, quibus tutores, vel curatores, a veteribus legibus dantur; eos tamen Clericos & Monachos hujuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas Eccleſias, vel monaſteria permanent, non divagantes, neque circa myſteria divina deſides, cum propter hoc ipſum beneficium eis indulgemus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis inhæreant miniſteriis; & hoc non ſolum in veteri Roma, vel in hac regia civitate, ſed in omni terra ubicumque Chriſtianorum excolitur nomen, obtinere ſancimus.

CYPRIAN. *Ad presbyter. & plebem furnitanorum, lib. 1. Ep. 9.*

„ Cyprianus Presbyteris, & Diaconis & plebi Furnenſi conſiſtentibus ſalutem. Jam pridem in Concilio Epiſcoporum eſt ſtatutum, ne quis de Clericis, & Dei miniſtris tutorem, & curatorem teſtamento ſuo conſtituat, quandoquidem ſinguli divino Sacerdotio honorati, vel in Clericorum miniſterio conſtituti, non niſi altari & ſacrificiis deſervire, & precibus, atque orationibus vacare debeant: ſcriptum

„ eſt

Digitized by Google

„ eſt enim: *Nemo militans Deo implicat ſe ne-*
„ *gotiis ſæcularibus, ut poſſit placere ei, qui ſe pro-*
„ *bavit* (& infra) Quod Epiſcopi, & ante-
„ ceſſores noſtri religioſe conſiderantes, & ſalu-
„ briter providentes cenſuerunt; ne quis fra-
„ ter excedens ad tutelam, vel curam, Clari-
„ cum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non
„ offerretur pro eo: nec ſacrificium pro dor-
„ mitione ejus celebraretur: neque enim apud
„ altare Dei meretur nominari in Sacerdotum
„ prece, qui ab altari Sacerdotes, & miniſtros
„ voluit avocare.

Quod autem dixi de Monachis, intelligo &
de Canonicis Regularibus, & aliis perſonis Re-
v.pag.193 ligioſis, per decretalem, extr. de poſtul. cap.
Ex parte.

Poſtillator T*Rriplex eſt tutela: teſtamentaria, quando*
pater dat in teſtamento tutorem filio ſuo: i-
tem legitima, quæ defertur a lege, ſecundum
quam cum nullus datus eſt tutor in teſtamento filio,
qui primo loco debet ei ſuccedere ab inteſtato, tene-
tur ſuſcipere tutelam bujuſmodi: item dativa, quæ
datur a judice, quando nullo tutore dato in te-
ſtamento, & nullis exſiſtentibus conſanguineis, vel
idoneis ad tutelam, judex ex officio ſuo dat tu-
torem.

QUARTUS CASUS.

QUartus caſus eſt, ſi Clericus indigeat:
tunc enim poteſt recipere poſſeſſiones ex-
colendas ad firmam, ſive conducere, argum.
v. ſupra. diſt. 86. cap. *Pervenit*, verſ. *Avaritiæ cauſſa*,
diſtinct. 91. §. *Qui autem*, verſ. *Agricultura*.

Gratianus. „ QUi autem turpi lucro, vel inhoneſto
„ negotio victum ſibi quærere prohiben-
„ tur, de oblationibus Eccleſiæ ſtipendia con-
„ ſequantur: quod ſi Eccleſia ei ſufficere non
„ potuarit, proprio artificiolo, vel agricultu-
„ ra (exemplo Apoſtoli, qui de labore ma-
„ nuum vivebat) ſibi neceſſaria inveniat: ita
„ tamen ut occaſione ſui operis Eccleſiæ vigi-
„ liis non deſit; quod abſque inæqualitate ſui
„ corporis nulli impune conceditur.

Poteſt etiam talis Clericus artificio ſuo ho-
neſto acquirere ſibi victum, dum tamen oc-
caſione talis artificii non deſit divinis officiis,
v.pag.199 diſt. 2t. per totum, de conſec. diſt. 5. c. *Num-*
quam, extr. ne Cleric. vel Monach. negot.... cap.
v.pag.128 1. ſeu, *Multa ſunt*.

Hieron. Ad Ruſticum Monachum de forma vivendi. „ NUmquam de manu tua, vel oculis tuis
„ liber Pſalterii recedat: dicatur ad ver-
„ bum oratio ſine intermiſſione; vigilet ſen-
„ ſus, nec vagis cogitationibus patens corpus,
„ pariterque animus tendat ad Dominum;
„ iram vince patientia; ama ſcientiam ſcri-
„ pturarum, & carnis vitia non amabis; nec
„ vacet mens tua variis perturbationibus, quæ
„ ſi pectori inſederint, dominabuntur tui, &
„ te deducent ad delictum maximum; facito
„ aliquid operis, ut ſemper diabolus inveniat
„ te occupatum. Si Apoſtoli habentes pote-
„ ſtatem de Evangelio vivere, laborabant ma-
„ nibus ſuis, ne quemquam gravarent, & a-
„ liis tribuebant refrigeria, quorum pro ſpi-
„ ritalibus debebant metere carnalia; cur tu
„ in uſus tuos ceſſura non præparas? vel
„ fiſcellam texe junco, vel caniſtrum lentis
„ plecte viminibus: ſarriatur humus: areolæ
„ æquo limite dividantur, in quibus cum o-
„ lerum jacta fuerint ſemina, vel plantæ
„ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ,
„ ut pulcherrimorum verſuum ſpectator aſſi-
„ ſtas:

Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam
Elicit: illa cadens, raucum per levia mur-
mur
Saxa ciet, ſcatebriſque arentia temperat arva.

„ Inſerantur infructuoſæ arbores, vel gemmis,
„ vel ſurculis, ut parvo poſt tempore labo-
„ ris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricare
„ alvearia, ad quas te mittunt Salomonis prover-
„ bia. Monaſteriorum ordinem, ac regiam diſci-
„ plinam in parvis diſce corporibus: texantur &
„ lina capiendis piſcibus. Scribantur & libri, ut
„ & manus operetur cibum, & animus ſaturatur
„ lectione. *In deſideriis* autem *eſt omnis otioſus*.
„ Ægyptiorum Monaſteria hunc morem tenent,
„ ut nullum abſque operis labore ſuſcipiant,
„ non tam propter victus neceſſitatem, quam
„ propter animæ ſalutem, ne vagetur perniciosis
„ cogitationibus mens, & ad inſtar fornicantis
„ Jeruſalē omni tranſeunti divaricet pedes ſuos, *Ezechiel. 16.*
„ (*& in ſequentibus*) Quid? ergo peribunt o-
„ mnes, qui in urbibus habitant? Ecce illi fruun-
„ tur ſuis rebus, miniſtrant Eccleſiis, adeunt
„ balnea, unguenta non ſpernunt, & in o-
„ mnium flore verſantur. Ad quod & an-
„ te reſpondi, & nunc breviter reſpondeo,
„ me in præſenti opuſculo, non de Clericis
„ diſputare, ſed Monachum inſtituere.

Item quod dictum eſt ſupra in titulo proximo,
quod non licet Clerico emere vilius, ut vendat
carius; ita intelligatur, ſi ejus intentio eſt, ut
vendat carius in eadem forma, ſed ut vendat
carius mutata forma, bene poteſt; puta emit
tabulas, ut faceret ſcrinium; vel cartas, ut
ſcriberet libros; vel linum, ut faceret retia, &
ſimilia, diſt. 88. c. *Ejiciens*, de conſecr. diſt. 5. v.pag.210
c. *Numquam*, extr. ne Cler. vel Monac. c. 1. ſeu, v. ſupra.
Multa ſunt. v. pag. 53

Poteſt etiam emere pullum, & illum educa-
tum, & opera ſua melioratum, carius vendere,
arg. diſt. 9t. c. *Clericus*: & eſt ratio, quia talis
quæſtus ex artificio intelligitur provenire.

Hoc etiam diligenter nota, quod officium Ta-
bellionatus eſt Clericis in ſacris Ordinibus con-
ſtitutis penitus interdictum, & ad illud dimitten-
dum, ſi habeant, ſunt per ſubtractionem benefi-
cii, appellatione poſtpoſita, compellendi, extr.
ne Cleric. vel Monac. c. *Sicut*.

„ SIcut te accepimus referente (& infra) *Innoc. III. Eſculan. Epiſc.*
„ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus Cle-
„ ricis in Sacris ordinibus conſtitutis Tabellio-
„ natus officium, per beneficiorum ſubtractio-
„ nem, appellatione poſtpoſita, interdicas.

Et idem credo, ſi ſunt in minoribus ordini-
bus, & habent ſufficientia beneficia, arg. extr.
de poſtul. c. *Clerici*. v.pag.145

Ex loco dicuntur inhoneſta, quia in lupanari,
vel alio loco vili, vel inhoneſto talia tractantur,
& maxime ſi judicia in talibus locis tractentur.
Item quia locus eſt ſolitarius, vel aliter ſuſpe-
ctus, in talibus etiam latibulis ſolent committi
adulteria, & doceri hæreticæ pravitates, & ſi-
milia. Probantur hæc ff. de arbit. *Si cum dies*, §.
Si arbiter, diſt. 8t. c. *In omnibus*. Cauſſa 27. q. 1.
c. *Si quis ſacro*, 35. q. 6. c. *Ab iſto*, t.

„ IN omnibus obſervare convenit, ut certus *Ex VII. Synodo.*
„ quis, & certo tempore, & certo loco, &
„ certis perſonis, vel apparere Clericus, vel lo-
„ qui debeat mulieribus, ut excludatur omnis
„ nefanda ſuſpicio; certe ſolum ad ſolam acce-
„ dere, nulla religionis ratio permittit: melius

„ enim

,, enim duos eſſe ſimul, quem unum: ſimili-
,, ter enim, & fidelius, & tutius res geri-
,, tur. *Væ enim uni quia ſi ceciderit, non eſt*
,, *qui erigat eum.*

Eccleſ. 4.

Ex Conc. *Aurelianenſ, c. 3.*

,, SI quis ſacro velemine conſecratam in con-
,, jugium duxerit, & poſt dicatum Deo
,, propoſitum inceſta fœdere, ſacrilegaque miſ-
,, cuerit, ut in conſtitutis Gelaſii Papæ, c. 20.
,, legitur, protinus eſt æquum eos a ſacra com-
,, munione detrudi, & niſi per publicam, pro-
,, batamque pœnitentiam omnino non reci-
,, pi. Si tamen pœnituerint, tranſeuntibus
,, de ſæculo viaticum non negetur. In Cal-
,, cedonenſi Concilio c. 16. hoc perpetrantes
,, excommunicentur; confitentibus autem au-
,, ctoritate Epiſcopi miſericordia largiatur. I-
,, tem in Epiſtola Syricii Papæ, c. 6. vela-
,, tæ, & Deo conſecratæ, ſi abjecto propoſito
,, ſanctitatis clanculo ſacrilega ſe contagione
,, miſcuerint, & illicitis complexibus publice
,, & libere filios procreaverint; has impudicas,
,, deteſtabileſque perſonas a monaſteriorum
,, cœtu, Eccleſiarumque conventibus elimi-
,, nandas eſſe judicatum eſt, quatenus retruſæ
,, ergaſtulis tantum facinus continua lamenta-
,, tione defleant. Unde & verbo Domini, &
,, Canonica auctoritate in hac ſancta Synodo
,, præcipimus, ut omnino ſeparentur, & jura-
,, mento colligentur, ut ulterius non ſub uno
,, cohabitent tecto.

Innoc. II. *Othon. Lucenſi Epiſ. Juramentum ſeparationis.*

,, AB iſto die in antea, quod tu per nullum in-
,, genium te ſociabis huic tuæ cõſanguineæ
,, N. cum qua contra legem, & rectam Chriſtia-
,, nitatem adulterium, & inceſtum perpetraſti,
,, nec in conjugio, nec in adulterio illam tibi
,, ſociabis, nec cum illa ad unam menſam man-
,, ducabis, & bibes, aut ſub uno tecto manebis:
,, niſi forte in Eccleſia, aut in alio loco pu-
,, blico, ubi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe, ut
,, ibi coram teſtibus idoneis pro certa neceſ-
,, ſitate pariter colloquamini, nec aliam con-
,, jugem accipies, niſi forte poſt peractam pœ-
,, nitentiam, tibi licentia data fuerit ab Epi-
,, ſcopo tuo, aut ejus miſſo. Sic te Deus adju-
,, vet, &c.

Arg. contra quod ait Ambroſius: Lupanaria non infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam. Cauſſa 32. q. 5. cap. *Tolerabilius.*

Ambros. *lib. 1. de virginibus.*

,, TOlerabilius eſt mentem virginem habere,
,, quam carnem. Utrumque bonum, ſi li-
,, ceat: ſi non liceat, ſaltem non homini caſtæ, ſed
,, Deo ſimus (& infra) Virgo enim proſtitui
,, poteſt, adulterari non poteſt: ubicumque virgo
,, Dei eſt, templum Dei eſt: nec lupanaria
,, infamant caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci
,, abolet infamiam.

Sed illud, & ſimilia intelligas de infamia juris; ſecus eſt de infamia, ſive ſuſpicione facti, quæ etiam apud homines generant ſcandalum, & occaſionem ruinæ; & ideo vitanda, ut ſupra.

Item quædam negotia dicuntur inhoneſta ex loco propter ipſius loci excellentiam, puta quia in Eccleſia talia fiunt, quæ teſte veritate non debet eſſe domus negotiationis, ſed orationis; unde & ipſe Dominus ejecit inde vendentes & ementes: quod habes diligenter expoſitum ab Origene, Cauſſa 16. q. 7. c. *Et hoc diximus.* Require de hoc ſupra de immun. Eccleſiæ, §. *Ipſa Eccleſia.*

Origenes *Homil. 15. in Matth. c. 21.*

,, ET hoc diximus ſecundum ſimplicem in-
,, tellectum: juxta moralem autem talia
,, dicemus, & primo quidem de templo, de quo
,, per Prophetam dixit Deus: *Domus mea domus*
,, *orationis vocabitur.* Ergo ſecundum corpora-
,, lem circumciſionem carnis, & ſecundum cor-
,, porales legis feſtivitates, & ſacrificia, & alia
,, corporalia conſequenter, & templum Dei
,, æſtimabatur, quod ex lapidibus inſenſatis erat
,, conſtructum. Primum quidem a Salomone,
,, deinde reparatum ab Eſdra; poſtea vero poſt
,, Chriſti adventum a Romanis deſtructum: &
,, illa domus æſtimabatur domus orationis, qua
,, deſtructa neceſſe eſt, ut Judæi quaſi jam non
,, habentes domum orationis, jam non habeant
,, privilegium ſpeculationis Dei, nec poſſint
,, ſecundum legem Deo ſervire. Hoc ergo ſecto
,, omnia Chriſtus ejecit in miniſterio ſpiritua-
,, lium actuum ſuorum, & tunc viſibiliter fecit
,, quod ſemper inviſibiliter agit, ejiciens ven-
,, dentes & ementes de templo, ac menſas nu-
,, mulariorum evertens, & Cathedras venden-
,, tium columbas diſſipavit ad correctionem po-
,, puli, ut non pro mundanis feſtivitates in no-
,, mine Dei celebrent, nec emtionibus, & ven-
,, ditionibus vacent in loco non competenti, in
,, quo non debent emere & vendere, ſed oratio-
,, nibus tantum vacare, qui congregantur quaſi
,, in domo orationis. Nunc autem arbitror tem-
,, plum Dei ex lapidibus vivis conſtructum eſſe
,, Eccleſiam Chriſti: ſunt autem multi in ea,
,, non ſicut condecet ſpiritaliter viventes, ſed
,, ſecundum carnem militantes, qui & domum
,, orationis de lapidibus vivis conſtructam, fa-
,, ciunt eſſe ſpeluncam Latronum actibus ſuis,
,, non Eccleſia Dei dignis, ſed ſpelunca Latro-
,, num. Qui enim conſiderat in multis Eccleſiis
,, talium Chriſtianorum peccata, qui arbitrantur
,, quæſtum eſſe pietatem, & cum deberent de
,, Evangelio vivere, ſecundum quod vivere de-
,, cet ſervos Dei, hoc non faciunt, ſed di-
,, vitias, & multas poſſeſſiones acquirunt; non-
,, ne dicet ſpeluncam Latronum factam eſſe
,, ſub illis Eccleſiam, ut recte dicat Chriſtus ad
,, eos propter diſſipationem Eccleſiæ ſuæ: *Quæ*
,, *utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in cor-*
,, *ruptionem?*

,, Item ipſe per Oſeam tali modo: *Væ mihi,*
,, *quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſ-*
,, *ſe, & ſicut qui racemum in vindemia, cum non*
,, *ſint botri ad manducandum, & primogenita. Væ*
,, *animæ meæ, quia periit timoratus a terra, & qui*
,, *corrigat in hominibus non eſt.* Et cum intellexe-
,, ris Jeſum dicentem talia, & lugentem pec-
,, cata noſtra, aſpice ſimul & illud, quod in E-
,, vangelio ſcribitur: *Cum vidiſſet Jeruſalem, ſtetit,*
,, *& flevit ſuper eam, & dixit, quia ſi cognoviſ-*
,, *ſes & tu &c.* Et ſi rationabiliter flevit ſuper Je-
,, ruſalem, & rationabilius flebit ſuper Eccleſiam
,, ædificatam quidem, ut eſſet domus orationis,
,, factam autem propter turpia lucra, & luxus
,, quorumdam (quod utinam non eſſet) ſpe-
,, luncam Latronum (& infra) Et arbitror con-
,, venire verbum Dei de venditoribus columba-
,, rum eis, qui tradunt Eccleſias avaris, & tyran-
,, nicis, & indiſciplinatis, & irreligioſis Epi-
,, ſcopis, aut Presbyteris; propter quod & Ca-
,, thedras tantummodo appellavit Evangeliſta
,, everſas eſſe ab Jeſu, & utinam audirent hæc
,, cum dicentis admonitione Scripturæ Qui glo-
,, riantur de Cathedris Moyſi, in quibus ſedent,
,, & vendunt omnes Eccleſias columbarum, &
,, tradunt eas talibus præpoſitis, ad quos recte
,, dicatur a Domino per Hieremiam Prophetam.

,, *Prin-*

Digitized by Google

Hieron. „ *Principes populi mei non me cognoverunt. Filii enim ſunt inſipientes, & non intelligentes. Sapientes ſunt, ut faciant mala, bene autem facere neſciunt.*

---

§. II.

De pœna ſecularibus negotiis ſe immiſcentium.

PŒna illorum, qui contra formam prædictam ſæcularibus negotiis ſe immiſcent, eſt depoſitio, ſi fuerint Clerici, & incorrigibiles. Extr. ne Cleriei, vel Monach. c. *Sed nec*.

Alex. III. *In Concilio Lateranenſi*. „ SEd nec procuratores villarum, aut juriſdictiones, etiam ſæculares ſub aliquibus principibus, & ſæcularibus viris, ut juſtitiarius eorum fiat, Clericorum quiſquam exercere præſumat. Si quis autem adverſus hæc venire tentaverit (quia contra doctrinam Apoſtoli dicentis: *Nemo militans Deo, implicet ſe ſæcularibus negotiis*, ſæculariter agit) ab Eccleſiaſtico fiat miniſterin alienus, pro eo quod (officio Clericali neglecto) fluctibus ſæculi, nt poteſtatibus placeat, ſe immergit. Diſtrictius autem decernimus puniendum, ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attentare.

Item ſi foerint admoniti ab Epiſcopo, & non ceſſaverint, priventur privilegio Clericali; & ſic poteſt intelligi extr. ne Clerici, vel Monach. c. 2. ſeu, *Sacerdotibus*. Ita tamen, quod religioſi in talibus diſtrictius, quam Clerici puniantur. v. pag. 114

In foro autem pœnitentiali debet eis injungi, nt quidquid contra formam prædictam lucrati ſunt, ſtudeant expeodere in uſus pauperum. Cauſſa 14. q. 5. c. *Qui habetis*. De his poteſt invenire ſupra de Apoſt. §. *Pœna*. v. pag. 179

Sed quid faciet jodex pœnitentialis de mercatoribus, pelliparis, & ſimilibus, qui de longa, non dico conſuetudine, ſed corruptela, nec emere ſciunt, nec vendere abſque mendaciis & juramentis, nec non interdum perjuriis, & breviter mentiũtur ſimplicibus rem vilem, vel corruptam pretioſam eſſe, & in hunc modum exercent pro magna parte qnidquid doli, & fraudis excogitari poteſt.

Ad hoc dico, qnod quoties ſcienter, & cauſſa decipiendi proximnm pejerant, vel mentiuntur, peccant mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, in quantum deceperunt proximum, illi eidem decepto faciendam, ſi ſcinnt, vel poſſunt, vel hæredi ejus, vel ſi neſciunt perſonam, vel ſi non poſſunt, procedant ut dixi ſupra de uſuris, §. *Sed pono*, in fine, & ſupra, de raptorib. §. *Forma reſtituendi*.

Si autem ignoranter dicunt falſum, credentes dicere verum, vel etiam ſcienter, ſed intendnnt, & ſciunt per mendacium illnd ſibi prodeſſe, nt ſic ſe ſervent indemnes, & proximo non obeſſe, quia non decipinnt eum in re, unam pro alia vendendo, nec in valore rei, quia non vendunt ei ultra debitum valorem; tale mendacinm poteſt diei ſorte veniale. Require ſupra de mendacio, §. *Mentiri*, & §. *Ut plane liqueat*, & §. *Reſtat videre*.

Si vero jurant, vel pejerant, dicas eos peccare mortaliter, vel venialiter ſecundum diſtinctionem poſitam ſupra de jurament. & perjur. §. *Species juramenti*, & §. ſequenti.

Item debent iſti tales etiam præter reſtitutionem induci ad largas eleemoſynas faciendas pro animabus illornm, de quorum jure, licet ignoranter, aliqua habuerunt: quædam enim ſunr, quæ vix poſſunt fieri ſine aliquo peccato: & gratia exempli poſſunt notari quinque talia, videlicet, Cura rei familiaris, Militia, Mercatio, Procuratio, Adminiſtratio.

Leo Papa: Difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium, non intervenire peccatum, de pœnit. diſt. 5. c. *Qualitas*.

„ QUalitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit, quia eſt & honeſtus quæſtus & turpis: verumtamen pœnitenti utilius eſt etiam diſpendia pati, quam periculo negotiationis obſtringi; quia difficile eſt inter ementis, vendentiſque commercium, non intervenire peccatum. Leo Papa *Epiſt. 90. ad Ruſticum Epiſc.*

Et de his tractat bene Gregorius, de pœnitent. diſt. 5. c. *Falſas*, & c. *Negotium*, diſt. 25. c. *Qualis*, diſt. 88. c. *Ejiciens*. v. pag. 210

„ FAlſas pœnitentias dicimos, quæ non ſecondum auctoritatem ſanctorum Patrum, pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicũque miles, & negotiator, vel alicui officio deditus, quod ſioc peccato exerceri non poſſit; ſi culpa graviori irretitus ad pœnitentiam venerit: vel qui bona alterius injuſte detinet, vel qui odium in corde gerit; recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam pervenire valeat, niſi negotium relinquat, vel officium deſerat, & odium ex corde dimittat, & bona quidem, quæ injuſte abſtulit, reſtituat, arma deponat, ulteriuſque non ſerat, niſi concilio religioſorum Epiſcoporum pro defendenda juſtitia: ne tamen deſperet interim, quidquid boni poterit facere, hortamur, ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam. Gregor. VII. *in Synodo Romana celeb. ann. 1078. c. 6.*

„ NEgotium, quod ante converſionem ſine peccato exſtitit, hoc etiam poſt converſionem repetere culpa non fuit (& infra) Sunt enim pleraque negotia, quæ ſine peccatis exhiberi, aot vix, aot nullatenus poſſunt: quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, ut poſt converſionem animus non recurrat. Gregor. *In homil.* 24.

„ QUalis hinc qniſque egreditur, talis in judicio apparebit, vel repræſentabitur; ſed tamen de quibuſdam culpis eſſe ante judicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quod veritas dicit: *Quia ſi quis in Spiritum ſanctum blaſphemiam dixerit, neque in hoc ſæculo remittitur ei, neque in futuro*. In qua ſententia datur intelligi quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam in futuro poſſe relaxari: quod enim de uno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur; ſed tamen ut prædixi, hoc do parvis minimiſque peccatis fieri poſſe eredendum eſt; ſicut eſt aſſiduos & otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum coræ rei familiaris, quæ vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt, aut in noo gravibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam poſt mortem gravant, ſi adhuc in hac vita poſitis minime fuerint relaxata. Gregor. *Dialog. l. 4. c. 39.*

I:a

Ita debet pœnitentialis dirigere caute, & diligenter intentiones talium, ut recto fine laborent, & exerceant ſua officia.

Poſtillator. L*Icet autem negotiatio ſine peccata vix eſſe poſſit, tamen mercatores moderatum lucrum recipere poſſunt de mercibus ſuis ad ſuſtentationem ſuam, & ſuorum: quia cum laborent pro omnibus, & quaſi commune gerant negotium, portando & reportanda merces ad nundinas, nec tenentur ſuis ſtipendiis militare; poſſunt de eiſdem mercibus moderatum lucrum accipere, quod ad arbitrium boni viri limitandum eſt, quia non eſt determinatum quantum in ſingulis ſolidis, aut libris, aut unciis accipere liceat de lucro.*

---

§. III.

Quid de illis, qui faciunt, vel vendunt gladios, quadrellas, ſagittas, & baliſtas, & ſimilia, quibus homines occiduntur? Item quid de illis, qui emunt, vel vendunt toxicum, vel venenum? Item quid de his, qui faciunt, vel vendunt ſotulares pictos, & aurifrigium, quæ deferuntur non ad neceſſitatem, vel uſum, ſed ad vanum gloriam, & abuſum?

RESpondeo: In his, & ſimilibus ſemper eſt intentio requirenda; quia corrupta intentio, puta ſi propter hoc facerent, vel venderent, ut homines haberent talia ad abuſum; talia, inquam, intentio eſt mortale peccatum, & graviſſimum, & omnia peccata, quæ poſtea occaſione rerum illarum ab illis perpetrantur, ſibi imputantur, & rei ſunt apud Deum omnium animarum, quæ propter hoc perierunt. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Præcipue*, 27. quæſt.
v. pag. 66. 2. c. *Si tu*.

Nicolaus. ad Lotharium Regem.
,, PRæcipue Gualdradæ pellicis tuæ, & jam du-
,, dum a te repudiatæ communionem decli-
,, na: excommunicata eſt enim, & uſque ad
,, præſentiam noſtram ab omni contubernio
,, Chriſtianorum ſequeſtrata. Quamobrem ca-
,, vendum eſt, ne cum ea pari mucrone per-
,, cellaris ſententiæ, ac pro unius muliérculæ
,, paſſione vinctus, & obligatus ad perenne tra-
,, haris exitium: deterius quippe in populis præ-
,, lati delinquunt, ac per hoc ipſi crudelius,
,, quam ceteri puniuntur, ut ait B. Gregorius.
,, Scire enim prælati debent, quod ſi perver-
,, ſa unquam perpetrant, tot mortibus digni
,, ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exem-
,, pla tranſmittunt; onde neceſſe eſt, ut tan-
,, to ſe cautius a culpa cuſtodiant, quanto per
,, prava, quæ faciunt, non ſoli moriuntur (&
,, infra) Ceterum præcave, ne quando nobis,
,, ſecundum Domini præceptum, duos, aut
,, tres teſtes adhibeamus, immo vero ne hoc
,, ſanctæ Eccleſiæ dicamus, & (quod non opta-
,, mus) de cetero ſias cunctis, ſicut ethnicus &
,, publicanus.

Item iſti cooperatores ſunt omnium ſcelerum prædictorum; & iden debent pœnam pro omnibus ſuſtinere. Cauſſa 2. quæſt. 1. c. *Notam*, in
v. pag. 176 fine.

Si vero dicant ſe habuiſſe bonam intentionem, quia credebant alium emere propter aliquem licitum uſum, vel habentes animum indifferentem nihil ſuper hoc cogitabant, vel ignorabant quod eſſet illicitum talia facere, vel vendere. In omnibus iſtis diſtinguo; quia aut illæ res tales ſunt, quæ ad humanum uſum poſſunt eſſe utiles, ſicut arma in bello juſto, cultellus ad incidendum panem, vel aurifrigia ad ornamenta Eccleſiaſtica, vel etiam quædam venena, quæ a Medicis apponuntur in quibuſdam confectionibus ad ſanandum ægrotos, aut tales res, quæ ad nullum uſum ſunt utiles, niſi ad peccandum, ſicut quædam venena mortifera, & ad nullum bonum uſum utilia, & futuræ ſuperfluæ, ac ſumtuoſæ Camiſiarum, quas præcipue faciunt Hiſpani, dantes pro ſutura unius Camiſiæ plus in triplum, vel quadruplum, quam valeat tota Camiſia, & ſimilia: in primo caſu non dico ipſum peccare, dummodo non habeat intentionem corruptam, ut dictum eſt, niſi forte ex qualitate perſonæ, vel temporis cognoſceret, vel probabiliter dictaret ſibi conſcientia, quod ille non quærit rem, niſi ad malum perpetrandum: tunc enim non deberet illi vendere contra talem conſcientiam. Cauſſa 23. quæſt. 5. c. *De occidendis*, 5. quæſt. 5. c. *Non omnis*. *v. pag. 178 & 179.*

In ſecundo vero caſu peccat faciendo, tenendo, vendendo, vel alias alienando res tales, arg. de libello famoſo, quem non debet aliquis oſtendere, ſed deſtruere; aliter peccat graviter, 5. q. 1. per totum. Et eſt optima lex ad hoc ff. de contrahen. emp. *Quod ſæpe*, §. *Veneni* *v. pag. 197 & 198.*
mali, ubi ponitur diſtinctio ſupradicta de veneno, & additur regula talis, quod flagitioſæ rei, id eſt, quæ nullo modo per adjectionem alterius materiæ poteſt eſſe utilis uſui humano, nec emtio, nec mandatum, nec ſocietas valere poteſt, & breviter omnia mala, quæ inde ſequuntur, poſſunt iſti imputari; & de talibus poteſt intelligi illud generale: *Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur*, extr. de injur. & dam. c. *Si culpa*.

,, SI culpa tua datum eſt damnum, vel in- *Greg. IX.*
,, juria irrogata, ſeu aliis irrogantibus o-
,, pem forte tuliſti, aut hæc imperitia tua, ſi-
,, ve negligentia evenerunt; jure ſuper his ſa-
,, tisfacere te oportet, nec ignorantia te excu-
,, ſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo injuriam
,, veriſimiliter poſſe contingere, vel jacturam.
,, Quod ſi animalia tua nocuiſſe proponas, ni-
,, hilominus ad ſatisfactionem teneris, niſi ea
,, dando paſſis damnum velis liberare teipſum;
,, quod tamen ad liberationem non proficit,
,, ſi fera animalia, vel quæ conſueverunt no-
,, cere, fuiſſent, & quam debueras, non cu-
,, raſti diligentiam adhibere. Sane, licet qui
,, occaſionem damni dat, damnum videatur
,, dediſſe; ſecus eſt tamen in illo dicendum, qui
,, ut non accideret, de contingentibus nil omiſit.

Q*Uid de factoribus taxillorum, vel alearum, & de facientibus ſerta florum, & maxime in diebus feſtis; numquid omnes tales ſunt in ſtatu ſalvandorum, cum talia non videantur utilia ad aliquem bonum uſum; ſed tantum incentiva malorum ad peccandum?* *Poſtillator.*

Reſp. Cum Hugotius notaverit, diſtinct. 35. c. Epiſcopus, *quod ludere ad taxillos, mortale ſit peccatum; etiam Laicis licet hoc durum videatur, ſi indiſtincte intelligatur, non videtur eſſe ſecurum de talibus artificiis vivere, quorum uſus, ut frequentius eſt ad malum, licet aliquando ludatur ad aleam ad recreationem, & ad remedium triſtitiæ, & noxiarum cogitationum. In talibus ergo ad intentionem recurrendum eſt, ut ex hac radice judicetur*

cetur de fructu, & de artificio, & uſu. Illos autem, qui faciunt ſerta de floribus diebus Dominicis, & feſtivis, non credo eſſe excuſabiles; quia præter periculum, quod poteſt de facili contingere ex abuſu hujuſmodi ſertorum, quæ ſunt incitamenta luxuriæ, & laſciviæ ſigna, licet ad confortationem naturæ talia quandoque valeant, violatur obſervantia ſacræ diei.

---

§. IV.

An de illicite acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna.

AD hoc dicunt quidam generaliter, quod non; nec de uſura, nec de rapina, vel furto, nec de ſimonia, nec de hiſtrionatu, nec de meretricio, nec de alea, vel alio ſimili. Fundant
Proverb. 3. c. 23. Eccleſ. 24. iſti opinionem ſuam ſuper illa auctoritate: *Honora Dominum de tuis juſtis laboribus*. Item in Deuter. *Non accipies mercedem proſtibuli*. Item Salomon: *Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris*. Item Gregorius: *Non eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus acquiritur*. Et habes multa de hoc cauſſa 1. q. 1. c. *Non eſt putanda*, & 14. q. 5. c. *Forte*, & c. *Eleemoſyna*.

Gregor. Syagrio Epiſc. lib. 7. ep. 110. „ NOn eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperi-
„ bus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus
„ accipitur; quia qui hac intentione male accipit,
„ ut quaſi bene diſpenſet, gravatur potius,
„ quam juvatur (*Et paullo poſt*) Unde etiam il-
„ lud certum eſt, quia etſi monaſteria, aut xe-
„ nodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ
„ pro ſacris ordinibus datur, conſtruantur, mer-
„ cedi non proficit (*Et paullo poſt*) Ne ergo ſub
„ obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtu-
„ deamus accipere, aperte Sacra Scriptura nos
„ prohibet, dicens: *Hoſtiæ impiorum abominabiles,*
„ *quæ offeruntur ex ſcelere*. Quidquid enim in
„ Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipo-
„ tentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat.
„ Hinc rurſus ſcriptum eſt: *Honora Dominum*
„ *de tuis juſtis laboribus*. Qui ergo male tollit,
„ ut quaſi bene præbeat, conſtat ſine dubio, quia
„ Dominum non honorat. Hinc quoque per Sa-
„ lomonem dicitur: *Qui offert ſacrificium de ſub-*
„ *ſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium*
„ *ſuum in conſpectu patris*.

August. In Homil. 7. „ FOrte aliquis hoc ſecum cogitat, & dicit:
„ Multi ſunt Chriſtiani divites, avari, cu-
„ pidi: non habebo peccatum, ſi ſuum illis abſ-
„ tulero, & pauperibus dedero. Unde enim illi
„ nihil boni agunt, mercedem habere potero,
„ ſi ego eleemoſynas dedero. Etiã in hac re par-
„ cat unuſquiſque animæ ſuæ, quia hujuſmodi
„ cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur. Nã
„ etiam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtu-
„ lerit, addit potius peccatum, quam minuat.

Gregor. „ ELeemoſyna redemtoris noſtri oculis illa
„ placet, quæ non ex illicitis rebus, & in-
„ iquitate congeritur; ſed quæ de rebus con-
„ ceſſis, & bene acquiſitis impenditur.

Alii, quibus aſſentio, ponunt diſtinctionem trimembrem, videlicet, quod in illicite acquiſitis aliquando non transfertur dominium in accipientem, ut in rapina & furto; & aliquando transfertur dominium in accipientem; ſed illi, qui dedit, competit repetitio, ut uſura, & ſimo-
v. pag. 87. nia, extr. de jurejur. c. *Debitores*, & de ſimon. c. *Veniens*. Et require ſupra in titulis ſpecialibus, v. pag. 8.
ſcilicet de ſimonia, & uſura: & idem videtur in pecunia acquiſita in ludo aleæ, ſcilicet, quod competat repetitio. ff. de Aleat. l. ult. in fin. & dicit Græca conſtitutio, quod uſque ad quinquaginta annos poteſt repeti; quod qualiter intelligam, tangam forte in fine hujus tituli.

QUid ſi non illi, a quo datum eſt, competit repetitio, qui turpiter dedit, ſed fiſco; numquid poteſt de his fieri eleemoſyna ab illo, qui recepit, an debet reſtituere fiſco?

Reſp. *In talibus ubi transfertur dominium in* Poſtillator
accipientem, ſi agatur in forma judicii, facienda eſt fiſco reſtitutio, vel alii, ſi alii competit: unde quando aliquis dat alii pecuniam propter movendam calumniam; tunc competit repetitio illi tertio, in cujus præjudicium data eſt; in foro autem pœnitentiali, credo quod talia turpiter acquiſita poſſunt dari pauperibus: talia enim, quæ extorquentur a turpiter accipientibus, per fiſcum, vel per alias privatas perſonas in pœnam taliter accipientium, non debentur illis, nec illi, qui acceperunt, tenentur ſolvere, niſi cum agitur contra eos in forma judicii. Unde qui furtum fecit, aut aliquid rapuit, non compellitur in foro pœnitentiali ſolvere duplum, vel quadruplum, quod ſtatutum eſt pro pœna, ſed tantum ſimplum. Si autem caſus eſſet, in quo non transferretur dominium in accipientem, ſed ipſo jure acquireretur dominium fiſco, vel alii; illi facienda eſſet reſtitutio, etiam in foro pœnitentiali: & idem, quando expreſſum eſt, quod in foro pœnitentiali facienda eſt reſtitutio certæ perſonæ, vel Eccleſiæ, ſicut cautum eſt de pecunia ſimoniace acquiſita, quod reſtituenda eſt Eccleſiæ, ut extr. de ſimonia, c. De hoc autem: *licet illa decretalis intelligi poſſet de pecunia, quæ erat de bonis Eccleſiæ, & ſimoniace fuit recepta.*

Aliquando vero transfertur dominium, & non competit repetitio, ut de pecunia acquiſita de meretricio, vel hiſtrionatu, vel ex improbitate officialis, qui interdum extorquet a ſubditis aliqua. ff. de cond. ob turp. cauſſam, l. *Idem etſi*, §. *Quoties*, & cauſſa 14. q. 5. c. *Non ſane*, & requi- v. pag. 10. & 22. & 195.
re ſupra de raptorib. §. *Officiales*.

In primo membro, ſcilicet quum non transfertur dominium, & in ſecundo, ſcilicet quum transfertur dominium, ſed competit repetitio, non poteſt fieri eleemoſyna; ſed præciſe debet reſtitui juxta formam poſitam ſupra in titulis ſpecialibus. In tertio autem membro ſcilicet quum transfertur dominium, & non competit repetitio; licite poteſt, & debet fieri eleemoſyna. Et hanc diſtinctionem probat Ambroſius, 14. q. 5. cap. *Non ſane*, in fine.

„ NOn ſane, &c. Sunt aliæ perſonæ inferio- August. Ad Maced. Epiſt. 84.
„ ris loci, quæ ab utraque parte non in-
„ ſolenter accipiunt, ſicut officialis, & qui a-
„ movetur, & cui admovetur officium. Ab his
„ extorta per immoderatam improbitatem,
„ repeti ſolent, data per tolerabilem conſue-
„ tudinem non ſolent: magiſque reprehendimus,
„ qui talia inuſitata repetierunt, quam qui ea
„ de more ſumſerunt: quoniam multæ neceſſa-
„ riæ perſonæ rebus humanis vel invitantur
„ hujuſmodi commodis, vel tenentur. Iſti,
„ ſi viam vitæ mutaverint, aut excellentioris
„ conſcenderint ſanctitatis gradum, facilius
„ ea, quæ hoc modo acquiſierunt, tamquam
„ ſua pauperibus largiuntur, quam eis, a qui-
„ bus accepta ſunt, tamquam aliena reſtituant.
„ Qui vero contra jus ſocietatis humanæ furtis,

„ rapinis, calumniis, oppreſſionibus, invaſio-
„ nibus abſtulerit; reddenda potius, quam do-
„ nanda cenſemus, Zachæi publicani Evangeli-
„ co exemplo.

---

§. V.

An Monachus, vel alia religioſa perſona, poſſit facere eleemoſynam?

SEd quæritur circa hoc, utrum Monachus, vel alia religioſa perſona poſſit facere eleemoſynam?

Videtur quod non, quia nihil habet, nec etiam voluntatem. Diſt. 54. c. *Abbati*, & cauſ-
v.pag.511 ſa 12. q. 2. c. *Non dicatis*.

Ex Synod. Octava. „ ABbati, vel Monacho Monaſterii ſervum
„ non licebit facere liberum, qui enim
„ nihil proprium habet: libertatem rei alienæ
„ dare non poteſt. Nam & ſicut ſæculi leges
„ ſanxerunt, non poteſt poſſeſſio alienari, niſi
„ a proprio domino.

Nec Papa poſſet facere, quod Monachus haberet proprium, extr. de ſtatu Monach. cap.
v.pag.65. *Cum ad Monaſterium*.

Diſtingue tamen, quod aut habet adminiſtrationem, aut non; in primo caſu debet & poteſt facere, immo quidquid ſupereſt neceſſitatibus, in cauſſis piis eſt erogandum; Domino, & Magi-
v.pag.32. ſtro dicente omnibus, Luc. 11. *Quod ſupereſt, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.* Cauſ-
ſa 12. q. 1. c. *Quia tua*, in fine, diſt. 86. cap.
v.pag.505 *Non ſatis*, ultra medium.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum non habet adminiſtrationem, credo, ſalvo meliori judicio, quod non poteſt, niſi de mandato Prælati ſui: Monachus enim non poteſt tractare etiam utilitates Monaſterii ſui, niſi de præcepto Abbatis, Cauſ.
v.pag.152 16. q. 1. *Monachi*.

Sed quid, ſi videat Monachus aliquem indigere ad mortem? In hoc caſu ſi non habet præſentem Prælatum, a quo petat licentiam, credo, quod debeat dare; nam in tali caſu omnis homo tenetur ex præcepto paſcere pauperem, diſt.
v.pag.152 & 332. 86. c. *Non ſatis*, & c. *In ſingulis*, verſ. *Ideo commune præceptum*, & in C. *Paſce fame morientem*.

Item quia in tali caſu ſunt omnia commu-
v.pag.204 nia, diſt. 47. c. *Sicut hi*.

Item quid, ſi petat licentiam ab Abbate, & Abbas expreſſe prohibeat? Videtur quod non poſſit dare, quia etiam a bono debet ceſſare propter bo-
v.pag.94. num obedientiæ. Cauſſa 11. q. 3. c. *Quid ergo*.

Tamen credo contrarium, quia in tali præcepto, quod directe eſt contra Deum, non eſt
v.pag.199 obediendum homini, ſed Deo, diſt. 8. c. *Quæ*
v.pag.176 *contra*. Cauſſa 11. q. 3. c. *Qui reſiſtit*, & c. *Si is, qui præeſt*.

August. Serm. 6. de verb. Dom. Rom. 13. „ QUi reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſi-
„ ſtit. Sed quid, ſi illud jubeat, quod
„ non debeas facere? hic ſane contemne pote-
„ ſtatem, timendo poteſtatem: ipſos humanarum
„ legum gradus adverte; ſi aliquid juſſerit Cu-
„ rator, nonne faciendum eſt? tamen ſi contra
„ Proconſul jubeat, non utique contemnis pote-
„ ſtatem, ſed eligis majori ſervire? Nec hinc de-
„ bet minor iraſci, ſi major prælata eſt. Rurſus
„ ſi ipſe Proconſul aliquid jubeat, & aliud ju-
„ beat Imperator; numquid dubitatur, illo con-
„ temto, illi eſſe ſerviendum? Ergo, ſi aliud
„ Imperator, & aliud Deus, quid judicatis? Sol-
„ ve tributum: eſto mihi in obſequium: recte;
„ ſed non, in idolio. In idolio prohibet. Quis *Ephes. 6.*
„ prohibet? Major poteſtas. Da veniam, o
„ Imperator tu Carcerem, ille gehennam mi-
„ natur. Hic jam tibi aſſumenda eſt fides tua
„ tamquam ſcutum, in quo poſſis omnia igni-
„ ta jacula inimici extinguere.

Ab illo autem bono, quod non eſſet contra præceptum Domini, vel quod eſſet indifferens, debet abſtinere propter bonum obedientiæ. Unde Gregorius: *Sciendum eſt, numquam propter obedientiam malum fieri: aliquando autem debet per obedientiam bonum, quod agitur, intermitti.* Cauſſa *v.pag.97. & 95.*
11 q. 3. c. *Quid ergo*: & ita loquitur, de tempor. ord. c. *Ad aures*.

Item quid, ſi Monachus de præcepto Abbatis vadit Romam, vel eſt in ſcholis; numquid ibi poteſt dare eleemoſynam, non habita diſtinctione, an egeat pauper ad mortem, vel non?

Credo quod ſic; nam eo ipſo, quod Prælatus dedit ei licentiam ſtandi in ſcholis, vel eundi Romam, intelligitur ei conceſſiſſe licentiam faciendi ea, quæ honeſti Scholares, & Romipetæ, ſive itinerantes ſolent facere, arg. extr. de off. de leg. c. *Præterea*, ff. de juriſd. omn. jud. l. 2. ff. de jud. *Si longius*.

„ PRæterea ſuper hoc, quod nos conſulere *Alex. III. Archiep. Senonenſ.*
„ voluiſti, utrum liceat judici delegato non
„ ordinario cogere contumacem, ut veniat,
„ aut damnare, ſi non venerit; hoc tibi aucto-
„ ritate præſentium innoteſcat, quod poſt-
„ quam ei cauſſa, licet ſimpliciter delegatur,
„ ſatis poteſt noſtra auctoritate partes com-
„ pellere, & etiam contumaces ſeveritate
„ Eccleſiaſtica coercere, etiamſi litteræ com-
„ miſſionis id non contineant, aut partes
„ mandatum noſtrum non habeant, ut acce-
„ dant. Quia ex eo quod, cauſſa ſibi commit-
„ titur, ſuper omnibus, quæ ad cauſſam ipſam
„ ſpectare noſcuntur, plenariam recipit po-
„ teſtatem.

Ita quod moderate faciat, arg. ff. ad Maced. *Sed Julianus*, §. *Proinde*, verſ. *Quod dicitur*. Item quia debet ſe conformare illis, inter quos vivit. Diſt. 12. c. *Illa*, diſt. 41. c. 1. & 4. ſeu, c. *Quiſquis*, & c. *Quod dicit*.

„ ILla autem, quæ non ſcripta, ſed tradita cu- *August. Ad Januarium. Epiſt. 108 c. 1.*
„ ſtodimus, quæ quidem toto terrarum orbe
„ obſervantur; dantur intelligi, vel ab ipſis Apo-
„ ſtolis, vel plenariis Conciliis (quorum eſt in
„ Eccleſia ſaluberrima auctoritas) commendata,
„ atque ſtatuta retineri, ſicut quod Domini Paſ-
„ ſio & Reſurrect. Aſcenſ. ad Cælum, & Adv. de
„ cælo Spiritus ſancti anniverſaria ſolemnitate ce-
„ lebrantur: Et ſi quid aliud tale occurrerit, quod
„ ſervatur ab univerſa quacumque ſe diffundit
„ Eccleſia; alia vero, quæ per loca terrarum, re-
„ gioneſque variantur, ſicut eſt, quod alii jeju-
„ nant Sabbato, alii vero non: alii quotidie com-
„ municant corpori, & Sanguini Domini; alii
„ certis diebus accipiunt.... & ſi quid aliud
„ hujuſmodi animadverti poteſt, totũ hoc genus
„ rerum liberas habet obſervationes. Nec diſci-
„ plina ulla eſt in his melior gravi, prudentique
„ Chriſtiano, quã ut eo modo agat, quo agere vi-
„ derit Eccleſiã ad quamcumque forte devenerit.
„ Quod enim neque contra fidem Catholicam,
„ neque contra bonos mores injungitur, in-
„ differenter eſt habendum, & pro eorum,
„ inter quos vivitur, ſocietate ſervandum eſt.
„ Mater mea Mediolanum me ſecuta invenit
„ Ec-

„ Eccleſiam Sabbato non jejnuantem, cœperat fluctuare quid ageret; tunc ego conſului de hac re beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium Epiſcopnm, & ille ait: Cnm Romam venio, Sabbato jejuno; cum Mediolani ſum, non jejuno: ſic etiam & tu ad qnamcumque forte Eccleſiam veneris, ejus morem ſerva, ſi coiquam non vis eſſe ſcaudalo, nec qnemquam tibi. Hoc cum matri renunciaſſem, libenter amplexa eſt.

August. de Doctrina Chriſtiana, lib. 3. c. 12.

„ QUiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius utitur, quam ſeſe habent mores eorum, cum quibus vivit; aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis vero ſic eis utitur, ut metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat; aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt: in omnibus enim talibus non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt (& infra) Quid igitur locis, & temporibus, & perſonis conveniant, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, ut ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum olus ardeſcat, & ſanius quiſque maluerit more Domini piſce veſci, quam lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut hordeo more jumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus hujuſcemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus utimur, ſed ex cauſſa utendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum eſt, quod facimus.

Idem in lib. quæſt. Evangel. Luc. 7.

„ QUod dicit Dominus in Evangelio: *Juſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis*, oſtēdit filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo, neque in manducando eſſe juſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportune ſumendi, vel non ſumendi ea, quorum non uſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt. Non enim intereſt omnino, quid alimentorum ſumas, ut ſuccuras neceſſitati corporis, dummodo congruas, in generibus alimentorum, his, cum quibus tibi vivendum eſt. Neque quantum ſumas intereſt multum; cum videamus aliorum ſtomachum citius ſaturari cibis, & eos tamen illi ipſi parvo, quo ſatiantur, ardenter, intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem pluſculo quidem ſaturari, ſed tolerabilius inopiam perpeti, & vel ante ora poſitas epulas, ſi id in tempore aut opus ſit, aut neceſſe ſit, cum tranquillitate aſpicere, neque tangere. Magis ergo intereſt, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum atque perſonæ ſuæ, & pro ſuæ valetudinis neceſſitate quis capiat; ſed quanta facilitate, atque ſerenitate animi careat; cum his vel oportet, vel etiā neceſſe eſt carere, ut illud in animo Chriſtiani compleatur, quod Apoſtolus dicit: *Scio & minus habere; ſcia & abundare: ubique, & in omnibus imbutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum in eo, qui me confortat.*

Philip. 4.

§. VI.

An uxor poſſit dare eleemoſynam ſine mandato, vel licentia viri?

ITem quid de uxore; numquid poteſt facere eleemoſynam ſine mandato, vel licentia viri?

Videtur quod non, quia expreſſe dicit Canon, quod cum ſcandalo viri non debet facere. Cauſſa 33. q. 5. c. *Quod Deo*. Item quia nec votum aliquod continentiæ, vel etiam abſtinentiæ poteſt emittere ſine conſenſu viri; & ſi emiſerit etiam votum, cum conſenſu viri, abſtinentiæ & continentiæ; viro poſtea jubente contrarium, & ipſa debet contra votum venire. Cauſſa 33. q. 5. c. *Una*, & *Manifeſtum*, & *Noluit*. Et hoc ideo, quia uxor eſt pene famula viri, & vir eſt dominus & caput ejus, 33. q. 5. c. *Hæc imago*, & c. *Satis*, & c. *Cum caput*, & c. *Mulierem*.

v. pag. 65.
v. pag. 65. & 64.
v. pag. 66.

August. lib. 5. quæſt. ſup. Deuter. q. 33.

„ SAtis hinc apparet, quemadmodum viris fœminas ſubditas, & pene famulas lex eſſe voluerit uxores, dum conſtituit, ut diceret adverſus uxorem vir teſtimonium, unde lapidaretur illa, ſi hoc verum eſſe demonſtraretur; ipſe tamen non viciſſim lapidaretur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit: ſed tantummodo caſtigatur, & damnificatur, eique perpetuo jubetur adhærere, qua carere voluerat. In aliis autem cauſſis, eum, qui teſtimonio falſo cuiquam nocuerit, quod ſi probaretur jus ſit occidi, eadem plecti jubetur pœna, qua fuerit, ſi verum eſſet, iſte plectendus.

Hieron. Sup. Epiſt. ad Titum in c. 2.

„ CUm caput mulieris ſit vir, caput autem viri Chriſtus; quæcumque uxor non ſubjicitur viro, hoc eſt capiti ſuo, ejuſdem criminis rea eſt, cujus eſt vir, ſi non ſubjiciatur Chriſto capiti ſuo. Verbum autem Domini blaſphematur, vel dū contemnitur Dei prima ſententia, & pro nihilo ducitur, vel cum Chriſti infamatur Evangelium, dum contra legem fidemque naturæ ea, quæ Chriſtiana eſt, & ex lege Dei ſubjecta viro, imperare deſiderat; cum etiam gentiles fœminæ viris ſuis ſerviant cōmuni lege naturæ.

August. In lib. quæſt. vet. Teſtam. q.

„ MUlierem conſtat ſubjectam dominio viri eſſe, & nullam auctoritatem habere: nec docere enim poteſt, nec teſtis eſſe, fidem dare, nec judicare; quanto magis non poteſt imperare?

Ad hoc dico, quod ſi uxor habet res paraphernales, id eſt, proprias præter dotem, ſic dictas a *Para*, quod eſt, *Juxta*, & *Pherna*, quod eſt, *Dos*, quaſi juxta dotem, poteſt de illis etiam invito viro facere eleemoſynam, C. de pactis convent. *Hac lege*.

Poſtillator.

H*Oc intelligas tenendum in illis regionibus, in quibus hujuſmodi parapheruàlia de conſuetudine locum habent: in quibuſdam enim locis locum non habent; ſed eo ipſo, quod vir ducit uxorem, omnia, quæ habet uxor, accipit in dotem, licet forte omnia mobilia, quæ habent, inſpecta veritate fiat communia, quidquid ſit de fictione juris: vir tamen habet omnium adminiſtrationem ſolus, niſi in quantum de conſuetudine, aut expreſſa, vel tacita voluntate viri conceditur uxori: unde illa ſi tempore contracti matrimonii, vel poſtmodum clam, & mala fide aliquid retinet de bonis, quæ antea habuerat, vel poſtmodum lucrata*

eſt cum viro, peccat, niſi de expreſſa viri voluntate hoc faciat, qui quantum ad hoc poteſt ſibi præjudicare, & juri conſuetudinario renunciare.

De rebus autem viri, ut de pane, vino, & aliis, quæ bono & approbato more ſolent ad diſpenſationem uxorum pertinere, poteſt, & debet facere eleemoſynas; moderate tamen ſecundum facultates viri, & majorem, & minorem multitudinem, vel neceſſitatem pauperum, & debent ſemper ſibi conformare conſcientiam, quod non diſpliceat marito in corde; licet forte aliquando prohibuerit ore: ſolent enim mariti facere prohibitionem uxoribus abſolute, ut ſic temperent eas, non a toto, ſed ab exceſſu, quem ſuſpicantur. Poteſt etiam formare ſibi conſcientiam ex qualitate, & miſeria pauperis, cogitans, quod ſi maritus illum videret, omnibus modis placeret ei, quod ſibi faceret eleemoſynam: ſi autem omnino, & præciſe dictat ipſi uxori conſcientia, quod viro diſplicet, & ſcandalizatur inde, deponat conſcientiam illam, ſi poteſt; ſin autem, non debet, & doleat, quia non poteſt dare: & ſic intelligo, quod dicitur 33. q. 5. c. *Quod Deo*.

August. ad Ecdiciã Ep. 199.

,, QUod Deo pari conſenſu ambo vovera-
,, tis, perſeveranter uſque in finem red-
,, dere ambo debuiſtis; a quo propoſito ſi la-
,, pſus eſt ille, tu ſaltem inſtantiſſime perſe-
,, vera: quod te non exhortarer, niſi quia ti-
,, bi ad hoc ipſe conſenſerat. Nam ſi num-
,, quam tenuiſſes ejus aſſenſum, numerus te
,, nullus defendiſſet annorum (& poſt pauca)
,, Non quia pariter temperabatis a commix-
,, tione carnis; ideo tuus maritus eſſe deſtite-
,, rat; immo vero tanto ſanctius inter vos con-
,, juges manebatis, quanto ſanctiora concor-
,, diter placita ſervabatis. Nihil ergo de tua
,, veſte, nihil de tuo auro, vel argento, sel
,, quacumque pecunia, aut rebus ullis terrenis
,, tuis ſine arbitrio ejus facere debuiſti (&
,, infra) Eſt quidam pro modulo perſonæ
,, habitus matronalis a siduali veſte diſtinctus,
,, qui poteſt fidelibua conjugatis ſalva religio-
,, nia obſervantia convenire. Hunc te maritus
,, ſi deponere noluit, ne te velut viduam illo
,, vivente jactares; puto, quia non fuerat in
,, hac re uſque ad diſſenſionis ſcandalum per-
,, ducendus magis inobedientiæ malo, quam
,, illius abſtinentiæ bono. Quid eſt enī abſurdius,
,, quam mulierem de humili veſte viro ſuper-
,, bire, cui te potius expediret obtemperare
,, candidis moribus, quam in nigellis veſtibus
,, repugnare? Quia, & ſi indumentum mona-
,, chæ delectabat, etiam hoc gratius poſſet ma-
,, rito obſervato, exoratoque ſumini, quam
,, illo inconſulto contemtoque præſumi. Quod
,, ſi omnino non fineret, quid tuo propoſito
,, deperiret? Abſit, ut hinc diſpliceret Deo,
,, quod conjuge tuo nondum defuncto, non in-
,, duereris ſicut Anna, ſed ſicut Suſanna.

Postillator

NUmquid uxor eleemoſynas poteſt latenter dare, licet credat, quod diſpliceret viro, ſi ſciret?

Reſp. *Si moderatas dederit eleemoſynas pro ſe, & marito ſuo, utiliter gerendo commune negotium; non peccat, quamvis credat, quod viro diſpliceret, ſi ſciret: & ſufficit in hoc caſu, quod non veniat contra prohibitionem mariti, & quod eum non ſcandalizaret ex hujuſmodi erogationibus.*

Quid de uxore, quæ habet legitimos filios de alio viro; numquid poteſt eis providere de bonis communibus ſibi, & viro ſecundo, cum & ipſe de eiſdem bonis communibus provideat filiis, quos habet de alia uxore?

Reſp. *Si illi filii habent actionem contra matrem pro alimentis ſibi præſtandis, vel quia tenetur eos alere, quia impuberes ſunt, vel quia ipſa, & maritus ſuus habent bona eorum, vel ex alia juſta cauſſa; tenetur maritus eos alere, quia mater cum ſuis oneribus tranſit ad maritum ſecundum conſuetudinem Gallicanam: ſed quia maritus habet adminiſtrationem bonorum, & non uxor; non debet illa contra prohibitionem mariti eos alere, niſi in extrema & maxima neceſſitate; poteſt tamen procurare, quod compellatur per judicem maritus alere eos. Si autem filii nullam habeant actionem circa matrem; nec tenetur maritus, nec debet illa contra prohibitionem ejus aliquid eis dare: formare tamen poteſt ſibi in dubio largam conſcientiam.*

Quid de muliere, quæ habens virum prodigum celat aliquid de communibus rebus contra prohibitionem mariti; numquid peccat?

Reſp. *Si bona fide hoc faciat, ut de illis rebus ſibi, & marito, loco & tempore provideatur, qui eas male conſumeret; ſi eas haberet, non credo, quod peccet, nec tenetur obedire viro præcipienti, quod omnia ei tradat, cum tradendo ei eum ad peccatum adjuvaret, dando quaſi gladium in manu furioſi.*

Hoc autem ultimum dico, niſi videret pauperem indigere ad mortem: tunc enim deberet dare intrepide; alias peccaret. Require ſupra eodem titulo, §. *Sed quid, ſi videat*, & §. ſequenti; & quod dixi de rebus viri, intelligas etiam de rebus dotalibus: nam illarum dominium penes virum eſt, C. de rei vend. *Doce ancillam*, C. de jur. dotium, *In rebus*.

Caveant tamen mendacium, ne quum dederint, mentiantur ſe non dediſſe propter metum virorum, ne forte æterna remuneratio, quam meruerant pro eleemoſyna, commutetur in temporalem propter mendacium, ſicut legitur de Obſtetricibus Ægyptiis, Exod. 1.

Item quid de filiofamilias, numquid & ipſe facere eleemoſynam poteſt?

Videtur quod ſic, quia etiam vivo patre videtur quodammodo dominus rerum paternarum, inſtit. de hæred. qualit. & diff. §. *Sed ſui*.

Sed illud intelligitur de juris fictione, quia ſcilicet ſperatur futurus dominus, & quia alitur ex bonis illis.

Dicas ergo, quod poteſt de peculio caſtrenſi, vel quaſi: nam quantum ad illud paterfamilias cenſetur, ff. ad Maced. l. 1. §. ult. & l. 2. & C. de inoffic. teſt. l. ult.

CAſtrenſe peculium eſt, quod filiofamilias a parentibus, vel cognatis in militia degenti datum eſt, & ipſe in militia acquiſivit, quod niſi militaret, acquiſiturus non erat. Quaſi Caſtrenſe autem eſt, quod filiusfamilias ex advocatione percipit de publico, vel judex percipit ſalarii cauſſa, vel quod advenit Presbyteris, vel Clericis omnibus de Clericatu ſuo; & in hujuſmodi peculio pater nihil juris habet.

De peculio profectitio, vel adventitio poteſt, ita demum, ſi credat patrem hoc permiſſurum, & aliis modis, ut dixi ſupra de uxore: & hoc ideo quia profectitium, & quidquid ex eo acquiritur, patris eſt; adventitium vero patris quoad uſumfructum, inſtit. *Per quas perſonas nob. acquiri*, in principio, & ff. de uſufructu, l. *Uſufructu legato*, & quattuor legibus ſequentibus. Postillator

Cre-

Digitized by Google

Poſtillator *CRedo, quod uxor pinguius jus habet in rebus communibus ſibi, & viro in partibus Gallicanis, quam filiusfamilias in hujuſmodi peculio: & ideo teneas, quod notatum eſt ſupra de uxore, ſcilicet quod ſufficit, quod maritus non prohibeat, & quod eum non ſcandalizet, dummodo diſcrete, & moderate eroget.*

Poſtillator (Profectitium bonum eſt, quod ex rebus patris, vel earum occaſione provenit, ut fructus rei: & in hujuſmodi peculio nihil juris habet filius, quia pater plenam habet proprietatem.

Adventitium bonum eſt, quod ex quacumque alia cauſſa filio advenit ſive a matre, aut linea materna, vel extranea liberalitate, vel ex laboribus; non tamen ex Caſtrenſi peculio: & in hujuſmodi peculio ſolum uſumfructum habet pater)

Si tamen eſſet in ſcholis de licentia patris, vel in peregrinatione, vel itinere; tunc poſſet etiam de peculio adventitio & profectitio, arg. ff. de jud. *Si longius*, ff. ad Macedon. *Sed Julianus*, §. *Proinde*, verſ. *Quod dicitur*, ut etiam dixi ſupra eod. §. *Item quid, ſi Monachus*.

§. VII.

De ludo Aleæ.

DE ludo Aleæ, de quo ſupra tetigi, teneas quod illi, qui ludunt ad aleas, vel taxillos, vel qui ludo interſunt, vel ſunt participes vel inſpectores ludi, peccant, & maxime ſi ſunt Clerici, ff. de Aleator. per totum: auth. de ſanctiſſ. Epiſcopis, §. *Interdicimus*, extr. de vit. & honeſt. Cleric. c. *Clerici*.

Innoc. III in Concil. Generali.
„ CLerici officia, vel commercia ſæcularia
„ non exerceant, maxime inhoneſta. Mimis,
„ joculatoribus, & hiſtrionibus non intendant,
„ & tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſſa
„ neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas &
„ taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis
„ interſint. Coronam & Tonſuram habeant
„ congruentem, & ſe in Officiis Eccleſiaſticis,
„ & aliis bonis ſtudiis exerceant diligenter.
„ Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia
„ brevitate, vel longitudine non notanda. Pan-
„ nis rubeis, aut viridibus, necnon manicis,
„ aut ſotularibus conſuticiis, frænis, ſellis, pe-
„ ctoralibus calcaribus deauratis, aut aliam ſu-
„ perfluitatem gerentibus, non utantur. Cap-
„ pas manicatas ad divinum officium intra Ec-
„ cleſiam non gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in
„ Sacerdotio, & perſonatibus conſtituti: niſi
„ juſta cauſſa timoris exegerit habitum tranſ-
„ formari. Fibulas omnino non ferant, neque
„ corrigias auri, vel argenti ornatum haben-
„ tes: ſed nec annulos, niſi quibus competit
„ ex officio dignitatis. Pontifices autem in pu-
„ blico, & in Eccleſia, ſuperindumentis lineis
„ omnes utantur, niſi monachi fuerint, quos
„ oportet ferre habitum monachalem. Pal-
„ liis diffibulatis non utantur in publico, ſed
„ vel poſt collum, vel ante pectus, hinc inde
„ connexis.

Poſtillator (Ludus aleæ eſt, qui viribus fortunæ nititur, & omnis talis eſt prohibitus ſecundum leges, ne fiat in pecunia; præterquam, ſi quis certet haſtâ, vel pilo jaciendo, vel currendo, ſaliendo, pugnando: fit enim cauſſa virtutis, id eſt, fortitudinis corporis, ut in auth. *Ut omnes obediant judicib.* in princ. Pro eo etiam, quod ponitur in convivio veſcendi cauſſa, permittitur ludere familiæ, ut ſic poſſint ludere aliqui inter ſe cauſſa comeſtionis faciendæ.)

§. VIII.

De peccato ludentium ludo Alearum.

QUam magnum peccatum ſit, patet inter alia ex novem, quæ in talibus ludis attenduntur.

Primum eſt, deſiderium lucrandi: ecce cupiditas, quæ eſt radix omnium malorum.

Secundum eſt, voluntas ſpoliandi proximum: ecce rapina.

Tertium eſt uſura maxima, ſcilicet undecim pro duodecim, non ſolum in anno, vel menſe, ſed in eadem die. Extr. de exceſſ. prælat. c. *Inter dilectos*.

„ INter dilectos filios B. & P. Canonicos Pi- *Innocen. III. Archiep. & Maioris Monaſterii, & S. Juliani Abbatibus Turonenſ.*
„ ctaven. ſuper ſuccentoria Pictaven. Eccleſiæ
„ quæſtione ſuborta, utroque aſſerente ſuccen-
„ toriam ipſam ſe per Pictaven. Cantorem (ad
„ quem ejus donatio pertinebat) Canonice aſſe-
„ cutum (& infra) Nos igitur atteſtationibus
„ utriuſque partis inſpectis, invenimus eſſe pro-
„ batum, eumdem P. publicum aleatorem eſſe,
„ & uſurarium manifeſtum, utpote qui undecim
„ denarios pro duodecim mutuaverat in ludo,
„ unde licet ad palliandum tantæ præſumtio-
„ nis exceſſum propoſuerit, quod hoc fecerat
„ juxta conſuetudinem Gallicorum Clericorum,
„ qua fere univerſi Clerici mutuant ſic frequen-
„ ter, & ludunt; nos tamen, qui ex officii noſtri
„ debito peſtes hujuſmodi extirpare proponi-
„ mus, atque ludos voluptuoſos (occaſione quo-
„ rum ſub quadam curialitatis imagine, ad diſ-
„ ſolutionis materiam devenitur) penitus im-
„ probamus, excuſationem prædictam, quæ per
„ pravam conſuetudinem (quæ corruptela di-
„ cenda eſt) palliatur, frivolam reputantes,
„ cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per
„ quos ad excuſandas excuſationes in peccatis,
„ delinquendi auctoritas uſurpatur; quod circa
„ eumdem P. de ſuccentoria factum eſſe digno-
„ ſcitur, propter indignitatem, & vilitatem
„ ipſius duximus irritandum: cum perſonis vi-
„ libus, & indignis portæ dignitatis patere non
„ debeant juxta legitimas ſanctiones.
„ Præterea contra Præfatum B. fuit mani-
„ feſte per teſtes probatum, quod de con-
„ ſcientia judicum ultima clauſula inſerta non
„ fuerat in litteris eorumdem, ſicut in ipſorum
„ depoſitionibus exprimitur evidenter (& infra)
„ Unde pars altera proponebat, quod cum præ-
„ dictus B. ſcienter uſus fuerit litteris ſic falſi-
„ ficatis, debebat tamquam falſarius omnino re-
„ pelli. Verum nos attendentes, quod etſi con-
„ ſtaret, quod dicta clauſula litteris illis fuiſſet
„ appoſita præter conſcientiam judicum prædi-
„ ctorum; quia tamen fides nobis facta non fuit,
„ quod dictus B. illam clauſulam appoſuerit, vel
„ procuraverit, ut ab alio poneretur: vel etiam
„ quod ſcienter uſus fuerit litteris ſic falſifica-
„ tis, ab hujuſmodi falſitatis objectu eumdem
„ duximus abſolvẽdum, maxime cum poſtquam
„ ſibi hoc objectum fuit, prætermiſerit uti eis.
„ (& infra) Cum igitur per depoſitiones duo-
„ rum

,, rum teſtium nobis conſtiterit, quod conceſſio
,, P. facta præceſſerit, quamquam propter indi-
,, gnitatem ejoſdem meruerit reprobari, con-
,, ceſſionem poſtmodum B. factam irritam de-
,, cernimus, & inanem. Quia vero Cantor
,, adeo inconſtaoter ſe habuit io hoc facto, ut
,, prima donatione non reprobata, ſecundam
,, facere attentaverit; & dignum ſit, ut in eo
,, quis ejus puolatur, in quo viſos eſt deliquiſſe:
,, in hoc duximus varietatis ĩconſtantiã punien-
,, dam, ot concedendi ſuccentoriam ipſam hac
,, vice nullam habeat facultatem, præſentium
,, vobis auctoritate mandantes, concedimos,
,, quatenus eamdem, auctoritate noſtra ſuffulti,
,, perſonæ idoneæ aſſignetis.

Quartom eſt, multiplicata meodacia, & verba otioſa, & vana.

Quintum eſt blaſphemia: ecce hæreſis.

Sextum corruptio multiplex proximorum, qui ad ludum inſpicieodum de conſuetudine prava conveniuot.

Septimum eſt ſcaodalom booorum.

Octavum eſt contemtus prohibitionis ſanctæ Matris Eccleſiæ.

Nooum eſt omiſſio temporis, & bonorum, quæ in illo tempore tenentur facere.

---

§. IX.

De pœna ludeutium alearum ludo.

D. diſtinct. 35. c. Epiſcopus. Item de pœna contra tales legitur io Canonibus Apoſtolorum ſic: *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, aut ebrietati deſerviens, aut deſinat, aut certe damnetur. Subdiaconus autem, lector, aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut a communione privetur; ſimiliter & laicus.*

Item nota quattuor verba poſita in prædicto Canone, ſcilicet, *deſerviens*, *deſinat*, *damnetur*, *communione privetur*: ex primo collige, qund ſi non docit in conſuetudinem, non ſuſtinebit pœnam prædictam. Ex ſecundo, ſcilicet, *deſinat*, colligitur, quod etiam ſi duxerit io conſuetudinem, debet admoneri; & ſi admonitus vult ceſſare, evitabit pœnam prædictam; debet tamen in utroqne caſu agere pœoitentiam de peccato. Ex duobus ultimis colligitur, quod tale peccatum ſit mortale, & grave, quum tales pœnæ noo ſint impooendæ pro levi crimine. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Nemo*, & cap. *Nullus*.

In Conc. *Melden.* c. 56.
,, NEmo Epiſcoporum quemlibet ſioe certa,
,, & manifeſta peccati cauſſa commnnione
,, privet Eccleſiaſtica. Sub aoathemate autem
,, ſine conſcientia Archiepiſcopi, ant Coepiſco-
,, porum nuilnm præſumat pnnere, niſi unde
,, Canonica docet auctoritas; qnia anathema
,, æternæ eſt mortis damnatio, & nonniſi pro
,, mortali debet imponi crimine, & illi, qui
,, aliter noo potuerit corrigi.

Ex Conc. *Arvernenſi.*
,, NUllns Sacerdotum quemquam rectæ fi-
,, dei hominem pro parvis & levibus cauſ-
,, ſis a communione ſuſpendat; præter eas cul-
,, pas, prn quibus antiqui Patres arceri ab Ec-
,, cleſia juſſerunt committentes.

Sed numquid poteſt recipi, quod in alea perditur?

Dicunt quidam, quod oon, ſed pauperibns erogaoda talis pecnoia, arg. Cauſſa 14. q. 5. c. *Non ſane*. *v. ſupra.*

Quſi enim turpitudo ex parte utriuſque vertitur, melior eſt conditio poſſideotis.

MElior eſt conditio poſſidentis.) *Ratio hæc ſecundum Alanum forte locum habet, in conditione ob turpem cauſſam, cum dedi tibi, ut quid turpe faceres; ſed ſi dedi contrahendo, ubi lex contractum prohibet, contrarium eſt, ut C. de agric. & cen. l.* Quemadmodum, *lib.* 11. Poſtillator

Alii dicunt, & fere omnes doctores, quod poteſt recipi, & probant, ut dixi ſupra eod. *§. Item quæritur.*

Mihi videtur, ſalvo meliori judicio, diſtinguendum, utrum aliquis voluntarius, & ex cupiditate luſit; & tunc ſi amiſit, non poteſt repetere; ſi lucratus eſt, tenetur reſtituere ſaltem in judicio animæ: an invitus, & attractus, vel parum, vel per nimiam alterius importunitatem; & ſi tunc amiſit, poteſt repetere; ſi lucratus eſt, non tenetur reſtitnere, ſed poteſt, & debet pauperibus erogare.

MIhi videtur diſtioguendum) *Non videtur multum approbanda hæc diſtinctio propter conſtitutionem græcam, quæ habetur C. de relig. & ſumtib. fun. l.* Alearum ludus: *ubi lex dat repetitionem uſque ad quinquaginta annos eorum, qua amittuntur in alea.* Poſtillator

Idem credo de illo, qui infirmus, vel debilis, cauſſa recreationis, modicum luſit, dummodo alium ad ludum oon compulerit, ut ſupra.

CAuſſa recreationis) *Argumentum, quod ludus aleæ non eſt generaliter prohibitus, & quod poteſt ludi bono fine; & ideo taxilli, & aleæ, & ſcacaria poſſunt fieri bono fine.* Poſtillator

Et ſecundum hoc poſſunt concordari opiniones, & jura. Eſt arg. ad hoc diſt. 14. quæſt. 5. cap. *Non ſane*, extra de ſimonia, cap. *Dilectus*, 1. ff. ſi quadruples paup. fec. dic. l. 1. §. *Cum arietes*, C. ad l. Jul. de vi. pub. vel priv. *Quoniam multa*.

,, DIlectus filios R. Præpoſitus nobis expo- Cæleſt.
,, ſuit, quod cum Eboracen. Archidia- *Lincolnienſ.*
,, conus, cum multis gravaminibus afficere non *Epiſc.*
,, ceſſaret, promiſit ei certam quantitatem pe-
,, cuoiæ ſe daturum, ut ab ipſius deſiſteret læ-
,, ſione: verum dictus Archidiaconus poſt rece-
,, ptionem pecuniæ, ſuper dignitatibus, & bene-
,, ficiis ejus, ab ejus moleſtia non quievit. Ideo-
,, que diſcretioni veſtræ maodamus, quatenus,
,, ſi res ita ſe habet, Archidiaconum reſtituere
,, quod accepit (ſi enm contra promiſſiooem
,, ſuam veniſſe conſtiterit) compellatis.

Nec obſtat, ſi dicat luſor: licet ex cupiditate luſerim, non tamen feci injnriam proximo, quia ipſe idem fecit, & voluntarius acceſſit.

Reſpondeo, invitus tamen, & dolens amiſit. Item quum iſte ludus ſit turpis & reprobatus, ut puta, qnia eſt cootra Deum, & omnia jura; nullus poteſt per talem ludum aliquid acquirere, nec titulum, nec bonam fidem habere: injuſtus enim titnlus pro oon titulo eſt habendus, ff. de pet. hæred. *Nec ullam*. Et malæ fidei poſſeſſor dicitnr, qui cootra legnm ioterdicta mercatur, C. de Agricol. & cenſ. *Quemadmodum*, lib. 11.

Item ſunt qnædam perſonæ, qnibus indiſtiocte tenetur quis reſtituere, quidqnid ab eis lucratus eſt io alea, ut furioſi, prndigi, minores vigioti quinque aoois, & maxime pupilli.

Item mente capti, ſurdi, muti, cæci, & qui morbo perpetuo laborant, quia tales rebus ſuis ſupereſſe oon poſſunt; propter quod dandi ſunt

eis

eis etiam tutores, vel curatores. Iſtit. de cura. *§. Furioſi*, & *§. Sed etiam mente captis*.

Item videtur dicendum de ſervis, de Monachis, de ceteris Clauſtralibus, & filiisfamilias, qui non habent peculium Caſtrenſe, vel quaſi; & de uxore, quæ non habet res *Paraphernales*, & etiam de adminiſtratore rerum Eccleſiaſticarum, quæ pauperum ſunt, & ſimilibus: nam quũ talis pecuniæ adminiſtratio multipliciter ratione perſonarum, & facti ſit culpabilis, & vitioſa, reſtituenda eſt, non dico illi, qui amiſit eam, ſed tutori, curatori, domino, Monaſterio, patri, marito, & Eccleſiæ.

NONNULLA CIRCA LUDOS

Documenta,

Ex probatis auctoribus depromta.

LUdus eſt quidam conventionalis contractus, quem ineunt ſecum ludentes, ut cui ſorte, vel induſtria alea, vel teſſera contigerit, teneatur alteri ut victus ſuo victori. In eo tria conſideranda occurrunt, & hic brevi calamo declaranda. Primum eſt finis, ſeu motivum ludi legitimum. Secundum varietas. Tertium ludorum vitioſitas, ſeu exceſſus, vel defectus in ludo.

D.Thomas 2.2.q.168 a.2.3.&4. QUantum ad primum. Certum eſt, hominem in hac vita mortali indigere corporali quiete ad corporis refocillationem, & virtute tantum finita gaudentem, non poſſe continue laborare; & ideo ſicut corpus fatigatur operando, vel ſe movendo; ita anima fatigatur intelligendo, non quidem per ſe, quum potius intelligendo delectetur, ſed per accidens, quia in operationibus animæ ſimul etiam laborat corpus, in quantum ſcilicet anima intellectiva utitur viribus per organa corporea operantibus. Sicut autem fatigatio corporalis ſolvitur per corporis quietem; ita oportet, quod fatigatio mentis ſolvatur per mentis quietem: quies autem animæ eſt delectatio; & ideo oportet in remedium contra fatigationem animalem, vel mentalem, adhibere aliquam delectationem, intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rationis, quod fit per ludos. Nam delectatio, quæ quæritur, & habetur in ludis, ad quamdam recreationem, & quietem animæ ordinari debet, tamquam ad finem, & motivum legitimum ludi: & ſecundum hoc ſi ordinate, & moderate delectatio fiat, ſemperque ad recreationem animæ cum legitimis circumſtantiis ordinetur, licet ludis, & jocis uti: ideoque D. Th. ſequens in hoc Philoſophum, conſtituit in eis aliquam virtutem, quam *Eutrapeliam* vocat, & dicitur aliquis *Eutrapelus*, a bona converſatione, quia ſcilicet bene convertit aliqua dicta, vel facta in ſolatium; & in quantum per hanc virtutem, refrænatur ab immoderantia ludorum, & ſub modeſtia continetur.

Ad hujus confirmationem affertur exemplum in collationibus Patrum relatum, in quibus legitur, quod B. Joan. Evangeliſta, quum quidam ſcandalizarentur, quod eum cum diſcipulis ſuis ludentem invenerant, dicitur mandaſſe uni eorum, qui arcum gerebat, ut ſagittam traheret. Quod quum pluries feciſſet, quæſivit utrum continue hoc facere poſſet; qui reſpondit, quod ſi hoc continue faceret, arcus frangeretur. Unde B. Joannes ſubintulit, quod ſimiliter animus hominis frangeretur, ſi numquam a ſua intentione relaxaretur.

Hinc Auguſtinus dicit in ſecundo muſicæ: *Volo tandem tibi parcas: nam ſapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam*: & ideo poſſumus interdum ludis & jocis uti, ſed moderate ea ordinando ad legitimam recreationem, & quietem animæ, &, ut loquitur Tull. in primo libro de offic. *Ludo & joco uti quidem licet, ſed ſicut ſomno & quiete tunc cum gravibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus*.

Circa ſecundum, ſcilicet ludorum varietatem; quidam honeſti, & laudabiles ſunt; quidam econtrario culpabiles, & inhoneſti reputantur: & hoc ex quattuor cauſſis provenire dicitur; ex mentis ſcilicet laſcivia, vel inhoneſtate; ex mentis, & conſcientiæ puritate; ex cauſſa exercitii liciti; & ex recreationis animi motivo. Qui ex laſcivia proveniunt, peccata ſunt: unde Chryſoſtom. ſup. Matth. homil. 6. *Ubi eſt ludus, vel ſaltatio, ibi eſt diabolus*. Et ſubdit: *Non dat Deus ludere, ſed diabolus*. Ludi, qui ex mentis jucunditate, vel humilitate proveniunt, laudabiles, & meritorii ſunt. Hoc modo luſit, & ſaltavit David coram arca, dicens 2. Reg. 6. *Ludam ante Dominum*, ſcilicet in ſignum jucunditatis ſpiritualis. Ubi Gregor. in lib. 27. Moral. c. 26. ſic ait: *Ego David plus ſtupeo ſaltantem, quam pugnantem*: & ſubdit rationem, dicens: *Pugnando enim hoſtem ſubdidit, ſaltando coram Domino ſemetipſum vicit*. Qui cauſſa exercitii fiunt, indiferentes ſunt ad meritum, vel demeritum: determinantur autem ad unum, vel alterum ab intentione ludentis. Qui tandem recreationis cauſſa fiunt, & ad mentis ſolatium, culpabiles dici non debent, dummodo tria præcipue attendantur, & caveantur in ludis, ſcilicet delectatio honeſta, animæ convenientia, & circumſtantia debita.

Delectatio honeſta, ſcilicet quod prædicta delectatio, quæ in ludis quæritur, in operationibus, vel verbis turpibus, vel nocivis non quæratur; unde Tull. in 1. lib. de offic. dicit, *quod unum genus jocandi eſt illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum*.

Animæ convenientia attendenda eſt, ne ſcilicet totaliter animæ gravitas reſolvatur. Unde Ambroſ. in lib. 1. de offic. cap. 20. dicit: *Caveamus, ne dum relaxare animum volumus, ſolvamus omnem harmoniam, quaſi concentum quemdam bonorum operum*. Et Tullius dicit in 1. lib. de offic. *Sicut pueris non omnem licentiam damus, ſed eam, quæ ab honeſtis actionibus non ſit aliena; ſic in ipſo joco aliquod probi ingenii lumen eluceat*.

Debita circumſtantia debet attendi, ſicut & in omnibus humanis actibus, ut ſcilicet ludus congruat perſonæ, tempori, & loco, & ſecundum alias circumſtantias debite ordinetur, ſicque: *Sit tempore & homine dignus*, ut Tullius dicit ibidem.

Quando autem Joann. Chryſoſt. dicit: *Non dat Deus ludere, ſed diabolus*, intelligendus eſt de illis, qui inordinate ludis utuntur, & præcipue eorum, qui finem in delectatione ludi conſtituunt, ſicut de quibuſdam dicitur Sap. 15. *Æſtimaverunt eſſe ludum vitam noſtram*. Contra quos dicit Tull. in 1. lib. de offic. *Non ita generati a natura ſumus, ut ad ludum & jocum*

facti

facti eſſe videamur, ſed ad ſeveritatem potius, & ad quædam ſtudia graviora, atque majora.

Tertium in ludis conſiderandum eſt, ut in eis peccata, ſive in exceſſu, ſive in defectu vitentur.

Peccatur enim in exceſſu, quando ludus regulam rationis excedit, quod dupliciter contingit. Primo, ex ipſa ſpecie actionum, quæ aſſumuntur in ludum; ut quum aliquis utitur cauſſa ludi, turpibus verbis, vel factis, vel hujuſmodi, quæ vergunt in proximi nocumentum, & quæ de ſe ſunt peccata mortalia: nam ſi eſſent venialia tantum, exceſſus quoque eſſet veniale peccatum. 2. Poteſt exceſſus in ludo, propter inordinatum affectum ad ludum, eſſe peccatum mortale, quum delectationem ejus præponit dilectioni Dei, ita quod contra præceptum Dei, vel Eccleſiæ talibus uti non refugiat; ſed veniale eſt tantum peccatum, quum quis non tantum afficitur ad ludum, quod propter hoc velit aliquid contra Deum committere.

Cajet. ſup. hunc locū.

In defectu ludi poteſt eſſe peccatum, ſed leve: eſt enim contra rationem, ut aliquis ſe aliis oneroſum exhibeat, dum nihil delectabile exhibet, & etiam aliorum delectationem legitimam impedit; & ideo tales vitioſi ſunt, & dicuntur duri, & agreſtes, ut loquitur D. Thom. poſt Philoſophum in 4. Ethic.

Attamen defectum ludi minus eſſe vitioſum, quam ſuper exceſſum nullus eſt, qui in dubium revocet; quia delectatio, & quies non propter ſe quæruntur in humana vita, ſed propter operationem, ad quam parum de delectatione ſufficit, quaſi pro condimento, ſicut parum de ſale ſufficit in cibo.

Cajet. ſup. hunc locū.

Denique non eſt prætermittendum, quod aliud eſt loqui de ludo, ut ludus eſt, & aliud de ludo ſecundum illius abuſum. Nam ludus, quatenus ludus eſt, ex fine, qui eſt delectatio animalis, quæ in quiete rationabilis motus conſiſtit, penſandum eſt, ita quod tanto eſt melior ludus, quanto fini convenientior regula rationis ſervanda, necnon perſonæ, loci, & temporis convenientia. Quia ludus quanto magis fortunæ commiſſus, tanto, ceteris paribus, accommodatior eſt quieti rationis, & quanto magis induſtrioſus, tanto minus quieti rationis, ſenſuumque convenit. Ideo abſolute loquendo ludus ſcacorum peſſimus eſt, in ordine ad proprium finem ludi, quamvis optimus ſit ad fugandum otium, vel ſomnum, propter induſtriæ diligentiam magnam in eo requiſitam. Et per oppoſitum ludus alearum, hoc eſt fortuitus, maxime convenit fini: ſed quoniam abuſus ludi ad avaritiam, fræno eget, & legum eſt hos motus compeſcere; ideo ludos fortuitos leges prohibent, quoniam ipſis homines magis abutuntur ad avaritiam. Quocirca ſi non avaritiæ cauſſa, ſed veræ recreationis cauſſa ludatur ad aleam, & ſine ſcandalo, legis ratio ceſſat communiter, & propterea Laici, qui ſic ludunt, ubi civili lege permittuntur, & Canonica numquam ſervari viſa eſt, excuſantur: Clerici autem ultra hoc, ſcandali rationem habere tenentur, quod ex eorum ludo naſci poteſt. Et ideo ubi tempore peſtis, aut ægritudinis ratione, Clerici ſoliti ſunt ſine ſcandalo, recreationis, & non lucri, ſeu avaritiæ, vel ambitionis cauſſa ad chartas, vel tabellas cum aleis ludere, nullum ex hoc crimen incurrerent; quoniam extra caſum, & rationem prohibentis legis ſumus, & in iis, quæ ſolum ſunt mala, quia prohibita propter abuſum, conſuetudo excuſat. Hæc Cajetanus loco citato.

Latrunculorum ludus a Cajetano non approbatur.

FINIS SECUNDI LIBRI.

SUM-

S U M M Æ SANCTI RAYMUNDI DE PENNAFORT

TEXTU SACRORUM CANONUM, QUOS LAUDAT, AUCTÆ, ET LOCUPLETATÆ

LIBER TERTIUS.

Tituli, de quibus tractat ſanctus Auctor in hoc tertio libro, ſunt iſti: Primus, de qualitate ordinandorum. 2. Quod ordinandi ſint ſine crimine. 3. De Bigamis. 4. De ſobrietate ordinandorum. 5. De prudentia eorum. 6. De pudicitia eorum. 7. De ornatu eorumdem. 8. De hoſpitalitate eorum. 9. De doctrina eorum. 10. De Clerico percuſſore. 11. De litigioſis non ordinandis. 12. De cupidis non ordinandis. 13. Quod ordinandus debet eſſe domui ſuæ bene præpoſitus. 14. De Neophitis non ordinandis. 15. De ſolemniter pœnitentibus. 16. De curialibus. 17. De ſervis non ordinandis. 18. De corpore vitiatis. 19. De filiis presbyterorum, & cæteris non legitime natis. 20. De differentibus baptizari uſque ad mortem. 21. De peregrinis, & ignotis. 22. De ætate ordinandorum, & temporibus ordinationum. 23. De impedimento ſexus. 24. De ſacramentis iterandis, vel non, & conſecratione Eccleſiarum. 25. De infamibus. 26. De electione, poſtulatione, confirmatione, renunciatione, & uſu pallii. 27. De differentiis officiorum. 28. De tranſitu Clericorum. 29. De lapſis, & diſpenſationibus. 30. De ſcandalo, & perplexitate, & notorio. 31. De Inquiſitionibus, & purgationibus. 32. De pœnis. 33. De ſententiis, præceptis definitionis, & excommunicationis. 34. De pœnitentiis, & remiſſionibus.

TITULUS PRIMUS.

De qualitate ordinandorum.

Expeditis per Dei gratiam duabus particulis, reſtat, ut de tertia proſequamur, oſtendentes in primis, quales debeant eſſe prælati, quibus tam in pœnitentiis injungendis, quam in doctrina, & aliis commiſſum eſt judicium, & regimen animarum; hoc autem oſtendit Apoſtolus 1. ad Timoth. 3. ita dicens: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hoſpitalem, doctorem, non violentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſuæ domui bene præpoſitum &c.*

Hanc eamdem regulam tradit in Epiſtola ad Titum, licet varientur ibi aliqua verba, ubi ait: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe &c.* & hæc continentur, in his verſibus:

Primo præcipitur, quod ſit ſine crimine præſul,
Monogamus, ſobrius, prudens, ornatus, & hoſpes,
Caſta docens, non percuſſor, non litigioſus,
Non cupidus, bene diſpoſitus, non Neophitusve.
Talis Apoſtolica, quod præſit, regula juſſit.

Licet autem Apoſtolus videatur regulam in Epiſcopo poſuiſſe; tamen, ut ait Auguſtinus, & etiam Ambroſius inducens ad probandum auctoritatem Niceni Concilii, extendenda eſt ad alios ordinandos, Diſt. 81. cap. *Apoſtolus*, Diſt. 34. cap. *Cognoſcamus*.

„ Apoſtolus Paulus, quando elegit ordinan- Auguſt. Super Joann. c. 8.
„ dos, vel presbyteros, vel Diaconos, &

 „ qui-

Digitized by Google

,, quicumque ordinandus eſt ad præpoſituram
,, Eccleſiæ, non ait: Si quis ſine peccato eſt
,, (hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobare-
,, tur, & nullus ordinaretur) ſed ait; *Si quis*
,, *ſine crimine eſt*; ſicuti eſt homicidium', adul-
,, terium, aliqua immunditia fornicationis, fur-
,, tum, fraus, ſacrileginm, & cetera hujuſmo-
,, di. Crimen autem eſt grave peccatum accu-
Gratianus. ,, ſatione, & damnatione digniſſimum. *Quoli-*
,, *bet autem horum implicatus, ordinari non debet*;
,, *vel ſi jam ordinatus ante tempus, vel poſt tempus*
,, *ſuæ ordinationis aliquod eorum admiſiſſe convin-*
,, *citur, ſuſcepti gradus officio privabitur.*

August. AdVercellenſem. Epiſc. 82. ,, COgnoſcamus non ſolum hoc de Epiſco-
,, po, & Presbytero Apoſtolum ſtatuiſſe,
,, ſed etiam patres in Concilii Nicæni tractatu
,, addidiſſe, Clericum quemquam non debere
Gratianus. ,, eſſe, qoi ſecunda conjugia ſit ſortitus. *Si-*
,, *militer etiam viduarum mariti vel ancillarum*,
,, *vel meretricum, Clerici fieri non poſſunt.*

Nota etiam, quod de ſingulis capitulis ſupradictis Apoſtolicæ regulæ multa eſſent dicenda: verumtamen volens prolixitatem vitare, de ſingulis per ordinem dicam aliqua, ut ſaltem ſimplices habeant ſuper his aliquam notitiam, & materiam cogitandi.

TITULUS II.

Quod ordinandus ſit ſine crimine.

PRimum Capitulum Apoſtolicæ regulæ eſt, ut ordioandus ſit ſine crimioe, hoc non eſt intelligeodum de quolibet crimine: ſi enim hoc diceret, nullus poſſet ordinari; quia nemo ſine crimine vivit. Unde Hieroovmus exponens hunc locum, ait: Oportet ordinandum in Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, & ſine crimine, id eſt, non obnoxium reprehenſioni: nam res pene contra naturam eſt, ut ſine peccato aliquis ſit; ſed talis eligatur, cujos comparatione, ceteri grex dicantur. Multa invenies de hnc Diſt. 25. cap. *Unum orarium*, § *Nunc autem*. Et require infra, de lapſis, & diſpenſatione.

In Tolet. Concil. c. 5 ,, UNum orarium oportet Levitam geſtare
,, in ſiniſtro humero, propter quod orat,
,, id eſt, prædicat: dexteram autem partem o-
,, portet habere liberam, ut expeditius ad mi-
,, niſterium ſacerdotale diſcurrat. *Nunc autem*
Gratianus. ,, *per ſingulos gradus ordine recurrentes, qui ex qui-*
,, *bus ordinibus, in quem gradum conſcendere poſſint*,
,, *qui poſt lapſum valeant reparari, vel qui non*,
,, *quibus culpis a proprio gradu mereantur dejici*,
,, *quo accuſante, quibus teſtificantibus poſſint con-*
,, *vinci, cujus ſententia ſint abſolvendi, vel da-*
,, *mnandi, breviter conſideremus. Ac primum a Pon-*
,, *tificali gradu incipientes, qualem oporteat eum*
,, *eſſe, qui in Epiſcopum eſt ordinandus, diligenter*
,, *inveſtigemus, Apoſtoli regulam ſecuti, quum in hu-*
,, *juſmodi re Timotheo, & Tito ſcribit dicens: Opor-*
1. ad Timoth. 3. ,, *tet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe (id eſt, non*
,, *obnoxium reprehenſioni. Hoc ad Timotheum: ad*
Ad Titum 1. ,, *Titum autem: Oportet Epiſcopum ſine crimine eſ-*
,, *ſe: quod (ut Hieronymus ſcribit ad Occeanum)*
,, *idem eſt. Nomine autem criminis quodlibet pecca-*
,, *tum intelligitur: unde in eadem Epiſtola Hiero-*
,, *nymus dicit: Res contra naturam pene eſt, ut ſi-*
,, *ne peccato aliquis ſit; ſed talis eligatur, cujus*
,, *comparatione ceteri grex dicantur. In Epiſtola ve-*
,, *ro ad Titum, crimen vocatur criminale pecca-*
,, *tum, vel criminalis infamia; unde ibi legitur*;
,, *Crimen eſt querela, id eſt, peccatum accuſatione*
,, *& damnatione dignum. Quod autem ſine crimine*
,, *jubetur eſſe, qui in Epiſcopum eligitur, non ante*
,, *Baptiſma, ſed poſt Baptiſmum intelligendum eſt,*
,, *ut a tempore videlicet Baptiſmatis, nullius cri-*
,, *minis conſcientia mentem ejus remordeat; unde*
,, *Hieronymus in eadem Epiſtola ad Titum: Cri-*
,, *minis appellatio alias late patet, complectens o-*
,, *mne peccatum, quod ex deliberatione procedit.*
,, *Unde Beda ſuper Epiſtolam Jacobi: Peccata*,
,, *quæ ex ignorantia &c.*

TITULUS III.

De Bigamis.

SEquitur in regula Apoſtolica; *unius uxoris virum*, ſive Monogamum: quod eſt intelligendum negative, id eſt, non plurium, Diſt. 82. cap. *Propoſuiſti*, verſ. *Sed fortaſſe*.

,, PRopoſuiſti, quid de his obſervari debeat, *Innoc. Exuperio Toloſano Epiſ. Epiſt. 3. c. 1.*
,, quos in Diaconii miniſterio, aut in offi-
,, cio Presbyterii poſitos, incontinentes eſſe aut
,, fuiſſe generati filii prodiderunt. De his et-
,, iam manifeſta eſt divinarum legum diſcipli-
,, na, & beatæ recordationis viri Syricii Epiſco-
,, pi monita evidentia commearont, ut incon-
,, tinentes in officiis talibus poſiti, omni hono-
,, re Eccleſiaſtico privarentur, nec admittantur
,, ad tale miniſterium, quod ſola continentia
,, oportet impleri: eſt enim vetus admodum
,, ſacræ legis auctoritas, jam inde ab initio cu-
,, ſtodita, quod io templo, anno vicis ſuæ ha-
,, bitare præcepti ſunt ſacerdotes, ut ſervientes
,, ſacris oblationibus, puros, & ab omni labe
,, purgatos ſibi vendicent divina myſteria. Ne-
,, que eos ad ſacra officia fas ſit admitti, qui
,, exercent etiam cum uxore carnale conſortium;
,, quia ſcriptum eſt: *Sancti eſtote, quoniam ego* *Levit. 20.*
,, *ſanctus ſum, Dominus Deus veſter*. Quibus u-
,, tique propter ſobolis ſucceſſionem uxoris u-
,, ſus fuerat relaxatus; quia ex aliena Tribu, &
,, præterquam ex ſemine Aaron, ad ſacerdotium
,, nullus fuerat præceptus accedere. Quo magis
,, ipſi ſacerdotes, vel Levitæ pudicitiam ex die
,, ordinationis ſuæ ſervare debent, quibus vel ſa-
,, cerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione
,, eſt, nec præterit dies, qua vel a ſacrificiis
,, divinis, vel Baptiſmatis officio vacent? Nam
,, ſi Paullus ad Corinth. ſcribit dicens: *Abſti-* *1. Cor. 7.*
,, *nete vos ad tempus, ut expedit, vacetis orationi*:
,, & hoc utique laicis præcepit; multo magis
,, igitur ſacerdotes, quibus & ſacrificandi, &
,, orandi juge officium eſt, ſemper debebunt
,, ab hujuſmodi conſortio abſtinere: quia ſi
,, contaminatus fuerit carnali concupiſcentia;
,, quo pudore vel ſacrificare uſurpabit, aut qua
,, conſcientia quove merito exaudiri ſe credit,
,, cum dictum ſit: *Omnia munda mundis, coin-* *Ad Tit. 1.*
,, *quinatis autem, & infidelibus nihil eſt mun-*
,, *dum*? ſed coinquinata eſt eorum mens, &
,, conſcientia. Sed fortaſſe hoc ſibi licere credit,
,, quia ſcriptum eſt, *unius uxoris virum*; non dixit
,, hoc, ut permaneret in concupiſcentia gene-

,, randi,

„ randi, ſed propter incontinentiam futuram.
„ Neque enim integros corpore non admiſit,
„ qui ait: *Vellem autem omnes ſic eſſe, ſicut & ego*:
„ quod apertius declaravit dicens; *Qui autem*
„ *ſunt in carne, Domino placere non poſſunt. Vos*
„ *autem jam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu.* Et
„ (*habentem filios*) non generantem dixit,
„ ſed ea plane diſpar, & diverſa ſententia eſt.
„ Nam ſi ad aliquos forma illa Eccleſiaſticæ
„ vitæ pariter, & diſciplinæ, quæ ab Epiſco-
„ po Syricio ad omnes provincias commeavit,
„ non probatur perveniſſe; his ignorantibus
„ venia non negabitur; ita ut de cetero peni-
„ tus incipiant abſtinere: & ita gradus ſuos, in
„ quibus fuerint inventi, retineant, ut eis non
„ liceat ad potiora conſcendere, quibus in be-
„ neficio eſſe debet, quod hunc ipſum locum,
„ quem retinent, non amittunt. Si qui autem
„ ſciſſe formam vivendi miſſam a Syricio dete-
„ guntur: neque ſtatim cupiditatem libidinis
„ abjeciſſe, illi ſunt modis omnibus ſubmoven-
„ di: quia poſt admonitionem cognitam præpo-
„ nendam arbitrati ſunt voluptatem.

Sicut exponitur illud: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum*, id eſt, non paucorum. Extr. de teſtib. c. *Licet* 1.

ALEXAND. III. *Firman. Epiſc.*
„ **L**Icet univerſis (& infra) Quia non eſt li-
„ citum alicui Chriſtiano, & multo mi-
„ nus crucis Chriſti inimico, ut cauſſæ ſuæ u-
„ nius tantum quaſi legitimo teſtimonio finem
„ imponat; mandamus, quatenus ſi inter vos,
„ & quoſcumque Judæos emerſerit quæſtio, in
„ qualibet cauſſa Chriſtiani, & maxime Cleri-
„ ci, non minus quam duorum, vel trium vi-
„ rorum, qui ſunt probatæ vitæ, & fidelis
„ converſationis, teſtimonium admittatis, jux-
„ ta illud Dominicum: *In ore duorum, vel trium*
„ *teſtium ſtat omne verbum*. Quia licet quædam
„ ſint cauſſæ, quæ plures, quam duos exi-
„ gant teſtes; nulla eſt tamen cauſſa, quæ
„ unius teſtimonio, quamvis legitimo, ter-
„ minetur.

Niſi ſic exponeres, ſequeretur, quod virgines, & qui nullam habuiſſent uxorem, non poſſent promoveri; quod eſſet abſurdum.

Poſtillator *Quare non eſt defectus ſacramenti in eo, qui nullam habuit uxorem, cum non poſſit ſignificare conjunctionem Chriſti ad Eccleſiam, vel humanæ naturæ ad divinam?*

Reſp. Defectus ſacramenti appellatur hic impoſſibilitas ſignificandi illas ſacras conjunctiones: qua impoſſibilitas non eſt in eo, qui nullam habuit uxorem; quia etſi non habuit, habere tamen poteſt, & potuit: ſed qui bigamus eſt ſemel, non poteſt non fuiſſe bigamus.

---

§. I.

Cauſſæ, quæ bigamum impediunt promovendum.

SUnt autem tres cauſſæ, quare non debet bigamus promoveri. Una propter irregularitatem, ſeu defectum ſacramenti; quia non eſt ibi ſacramentum unitatis, quum non ſit unus unius, ex quo carnem ſuam diviſit in duas, Diſt. 26. c. *Acutius*. Extr. eod. c. *Debitum*.

AUGUST. *In Epiſt. ad Titum.*
„ **A**Cutius intelligunt, qui nec eum, qui
„ cathecumenus, vel paganus habuerit
„ alteram, ordinandum cenſuerunt; quia
„ de ſacramento agitur, non de peccato: nam
„ in Baptiſmo peccata omnia dimittuntur: & qui
„ dixit: *Si nupſerit virgo, non peccat*, ſatis declara-
„ vit nuptias non eſſe peccatum. Propter ſanctita-
„ tem autem ſacramenti, ſicut femina ſi cathe-
„ cumena vitiata eſt, non poteſt poſt Baptiſmũ
„ inter Dei virgines conſecrari; ita non abſurde
„ viſum eſt, bigamum non peccaſſe, ſed normam
„ ſacramenti amiſiſſe, non ad vitæ meritum,
„ ſed ad ordinationis Eccleſiaſticæ ſignaculum
„ neceſſariam. Et ſicut plures antiquorum Pa-
„ trum uxores ſignificaverunt futuras ex omni-
„ bus gentibus Eccleſias, uni viro ſubditas, id
„ eſt, Chriſtu; ita noſter antiſtes, id eſt, Epi-
„ ſcopus unius uxoris vir ſignificat ex omnibus
„ gentibus uni viro Chriſto unitatem ſubditam.
„ Itaque ſicut duobus dominis ſervire, ſic ab
„ uno Deo apoſtatare, atque in alterius ſu-
„ perſtitionem ire, non licet.

„ **D**Ebitum paſtoralis officii (& infra) Fra- INNOC. III *Metrop. Epiſc.*
„ ternitati tuæ ita duximus reſponden-
„ dum, quod cum duo ſint in conjugio, vide-
„ licet conſenſus animorum, & commixtio
„ corporum, quorum alterum ſignificat cari-
„ tatem, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum,
„ & juſtam animam, ad quod pertinet illud,
„ quod dicit Apoſtulus: *Qui adhæret Deo, unus* 1. *Cor.* 7.
„ *ſpiritus eſt cum eo*: reliquum vero deſignat con-
„ formitatem, quæ conſiſtit in carne inter
„ Chriſtum, & Eccleſiam, ad quod pertinet il-
„ lud, quod Evangeliſta teſtatur: *Verbum ca-* *Joann.* 1.
„ *ro factum eſt, & habitavit in nobis*: profecto
„ conjugium illud, quod non eſt commixtione
„ corporum conſummatum, non pertinet ad
„ illud conjugium deſignandum, quod inter
„ Chriſtum, & Eccleſiam per incarnationis my-
„ ſterium eſt contractum; juxta quod Paullus
„ exponens illud, quod dixerat Protoplaſtus:
„ *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne* *Geneſ.* 2.
„ *mea, & propter hoc relinquet homo patrem, &* *Epheſ.* 5.
„ *matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo*
„ *in carne una*; ſtatim ſubjungit: *Hoc autem di-*
„ *co magnum ſacramentum in Chriſto, & Eccle-*
„ *ſia*. Cum ergo propter ſacramenti defectum
„ inhibitum ſit, ne bigamus, aut maritus vi-
„ duæ præſumat ad ſacros ordines promoveri;
„ quia nec illa eſt unica unici, nec iſte unus
„ unius; profectu ubi deficit inter hujuſmodi
„ conjuges commixtio corporum, non deeſt
„ hujuſmodi ſignaculum ſacramenti. Unde is,
„ qui mulierem ab alio viro ductam, ſed mini-
„ me cognitam duxit uxorem; quia nec illa,
„ nec ipſe carnem ſuam diviſit in plures, pro-
„ pter hoc impediri non debet, quin poſſit ad
„ ſacerdotium promoveri.

Alia cauſſa propter prærogativam ordinum, id eſt, dignitatum, Diſt. 26. c. *Unu*, & c. ultimo, ſeu, *Qui ſine crimine*. *v. pag.* 241

AMBROS. *In Epiſtola ad Vercell.*
„ **Q**Ui ſine crimine eſt unius uxoris vir, te-
„ netur ad legem ſacerdotii ſuſcipiendi;
„ qui autem iteraverit conjugium, culpam qui-
„ dem non habet coinquinati, ſed prærogativa
„ exuitur ſacerdotis.

Tertia propter ſignum incontinentiæ, Diſt. 82. c. *Propoſuiſti*, verſ. *Sed fortaſſe*. Item Ambroſius: *Quomodo erit hortator viduitatis, qui ipſa conjugia frequentaverit?* Ut autem plenius intelligas de prima, ſcilicet defectu ſacramenti, *v. ſupra.* *Lib. de offic. c. ult.*

Nota, quod in matrimonio attenditur duplex ſacramentum propter duplicem conjunctionem, quæ in eo eſt, ſaltem in Matrimonio per carnalem copulam cõſummato. Prima eſt conjunctio

animorum, ſecunda corporum. Prima ſignificat conjunctionem animæ fidelis ad Deum: hæc diſſolvitur per ſequens peccatum, ſicut & illa ante carnalem copulam per religionia ingreſſum.
v. pag. 156 Extr. de converſ. conjug. c. *Verum*.

Secunda, ſcilicet conjunctio corporum, ſignificat conjunctionem Chtiſti, & Eccleſiæ: hoc fuit matrimonium initiatum in Prophetia, & Patriarchis, ratum in tempore gratiæ, ſcilicet, in Nativitate, quando ipſe lapis angularis cœpit ædificare Eccleſiam: unum de Judæis, alterum de Gentibus parietem exigens, conſummatum fuit in cruce, vel ratum fuit in cruce, conſummabitur autem in Patria. Auguſtinus ſupra illum locum Pſalmi: *Numquid qui dormit,*
Sup. Pſ. 40 *non adjiciet ut reſurgat?* ait: *Nota, quod dicit, dormit, quia ſicut de latere dormientis Adæ, qui erat forma futuri ſæculi, aſſumta eſt coſta, de qua formata eſt Eva; ita dormivit Chriſtus ſomno mortis, ut de latere dormientis, de quo profluxerunt ſanguis, & aqua, quæ ſunt noſtræ redemtionis ſacramenta, formetur ſibi ſponſa Eccleſia.* Ad idem, extr. de bapt. & ejus eff. c. *Majo-*
v. Indic. *res*, & de Celebr. Miſſ. c. *In quadam*, & cap. *Cum Marthæ*, §. *Quæſiviſti*.

Item in hac eadem ſecunda conjunctione ſignificatur unio divinitatis, & humanitatis facta in utero virginali. Diſt. 26. cap. *Acutius*, de conſecr. diſt. 2. c. *In Chriſto pater*, extr. de Bi-
v. ſupra. gamia, c. *Debitum*.

Hilarius de Trinit. c. 8.
,, IN Chriſto pater, & Chriſtus in nobis unum
,, in his eſſe non faciunt. Si vere igitur car-
,, nem corporis noſtri Chriſtus aſſumſit, & vere
,, homo ille, qui ex Maria natus fuit, Chri-
,, ſtus eſt, noſque vere ſub Myſterio carnem
,, corporis ejus ſumimus, & per hoc unum
,, erimus, quia pater in eo eſt, & ille in no-
,, bis; quomodo voluntatis unitas aſſeritur,
,, cum naturalis per ſacramentum proprietas
,, perfectæ ſacramentum ſit unitatis? Non eſt
,, humano, aut ſæculi ſenſu in Dei rebus lo-
,, quendum, neque per violentam, atque im-
,, pudentem prædicationem dictorum cæleſtium
,, ſanitati alienæ, atque impiæ intelligentiæ
,, perverſitas eſt extorquenda. Quæ ſcripta
,, ſunt, legamus, & quæ legerimus, intelli-
,, gamus; & tunc perfectæ fidei officio fun-
,, gemur. De naturali enim in nobis Chriſti
,, veritate, quæ dicimus, niſi ab eo diſcimus,
,, ſtulte, atque impie dicimus. Ipſe enim ait:
,, *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere*
,, *eſt potus. Qui edit carnem meam, & bibit ſan-*
,, *guinem meum, in me manet, & ego in eo.* De
,, veritate carnis & ſanguinis non eſt relictus
,, ambigendi locus. Nunc enim, & ipſius Do-
,, mini profeſſione, & fide noſtra vere caro
,, eſt, & vere ſanguis eſt; & hæc accepta, at-
,, que hauſta id efficiunt, ut & nos in Chriſto,
,, & Chriſtus in nobis ſit. Anne hoc veritas
,, non eſt? Contingat plane his verum non eſ-
,, ſe, qui Chriſtum Jeſum verum eſſe Deum
,, negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem,
,, & ſumus in eo, dum ſecundum hoc, quod nos
,, ſumus, in Deo eſt: Quod autem in eo per ſacra-
,, mentum communicatæ carnis, & ſanguinis ſu-
,, mus, ipſe teſtatur dicens: *Et hic mundus jam*
,, *me non videt: vos autem me videbitis, quoniam ego*
,, *in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*
,, Si voluntatis tantum unitatem intelligi vellet,
,, cur gradum quemdam, atque ordinem conſum-
,, mandæ unitatis expoſuit? niſi ut cum ille in
,, patre per naturam divinitatis eſſet, nos contra
,, in eo per corporalem ejus nativitatem, & ille
,, rurſus in nobis per ſacramentorum ineſſe
,, myſterium crederetur: ac ſic perfecta per me-
,, diatorem unitas doceretur, cum nobis in ſe
,, manentibus ipſe maneret in patre, & in patre
,, manens, ipſe maneret in nobis, & ita ad unita-
,, tem patris proficeremus cum eo, qui naturali-
,, ter ſecundum nativitatem ineſt, nos quo-
,, que in eo naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis
,, naturaliter permanente. Quod autem in no-
,, bis naturalis hæc unitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt:
,, *Qui edit carnem meam, & bibit meum ſangui-*
,, *nem, in me manet, & ego in eo.* Non enim
,, quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, ejus tan-
,, tum in ſe aſſumtam habens carnem, qui ſuam
,, ſumſerit. Perfectæ autem hujus unitatis ſa-
,, cramentum ſuperius jam docuerat, dicens:
,, *Sicut me miſit vivens pater, & ego vivo per pa-*
,, *trem: & qui manducaverit meam carnem, & ipſe*
,, *vivet per me.* Vivit ergo per patrem: & quo-
,, modo per patrem vivit, eodem modo nos per
,, carnem ejus vivemus. Omnis enim compa-
,, ratio ad intelligentiæ formam præſumitur, ut
,, id, de quo agitur, ſecundum propoſitum exem-
,, plum aſſequamur. Hæc ergo vitæ noſtræ cauſ-
,, ſa eſt, quod in nobis carnalibus manentem
,, per carnem Chriſtū habemus, victuris nobis per
,, eum ea conditione, qua vivit ille per patrem. Si
,, ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eū
,, vivimus, id eſt, naturam ſuæ carnis adepti;
,, quomodo non naturaliter ſecundum ſpiritum
,, in ſe patrem habeat, cum vivat ipſe per pa-
,, trem? (Item infra) Hæc autem idcirco com-
,, memorata a nobis ſunt: quia voluntatis tan-
,, tum inter patrem, & filium unitatem hæ-
,, retici mentientes, unitatis noſtræ ad Deum
,, utebantur exemplo, tamquam nobis ad fi-
,, lium, & per filium ad patrem obſequio tan-
,, tum, ac voluntate religionis unitis, nulla
,, per ſacramentum carnis, & ſanguinis natu-
,, ralis communionis proprietas indulgeretur:
,, cum & per honorem nobis datum Dei filii,
,, & permanentem in nobis carnaliter filium, &
,, in eo nobis corporaliter, & inſeparabiliter uni-
,, tis myſteriū veræ ac naturalis unitatis ſit præ-
,, dicandum (Item) Corpus Chriſti, quod
,, ſumitur de altari, figura eſt, dum panis,
,, & vinum extra videtur: veritas autem dum
,, Corpus, & Sanguis Chriſti in veritate inte-
,, rius creditur.

Cum ergo tam conjunctio Chriſti, & Eccleſiæ, quam unio Deitatis, & humanitatis unica ſit, & irreiterabilis, merito ſignificatur in primi uniti matrimonii conjunctione carnali: ſed quum quia tranſit ad ſecundam uxorem, recedit ab unitate, tendens ad pluralitatem; & ideo non poterit de cetero ſignificare dictam unicam, & irreiterabilem conjunctionem: ubi enim ſignificatum eſt unicum, & ſignificans unicum debet eſſe. Hanc rationem ponit Auguſtinus, licet obſcure, diſt. 26. c. *Acutius* in fine, & ita contra- v. ſupra.
hitur irregularitas bigamiæ.

Quæritur, quū conſecratio Epiſcopi ſit major, & dignior, quam conſecratio virginum, quare poteſt conſecrari in Epiſcopum, qui non ſolum uxorem habuit, ſed etiam poſt uxorem, concubinam? ut diſt. 33. c. *Habuiſſe*, 34. c. *Fraternitatis*.

,, HAbuiſſe te concubinam manifeſta veritate Gregor.
,, comperimus, & te illius criminis parti- Tarentino
,, cipationem habere, de qua etiam contraria Epiſc. lib.
,, eſt quibuſdam innata ſuſpicio: ſed quia in 2. Epiſt.
44.
,, rebus

Digitized by Google

„ rebus ambiguis abſolutum non debet eſſe judicium; hoc tuæ conſcientiæ committendum eligemus: qua de re ſi in ſacro ordine conſtitutus ejus te eſſe recolis permixtione maculatum, ſacerdotii honore depoſito, ad miniſtrandum nullo modo præſumas accedere, ſciturus in animæ tuæ periculo te miniſtrare, & Deo noſtro te ſine dubio reddere rationem, ſi hujuſmodi ſceleris conſcius in eo, quo es ordine, celans veritatem, permanere volueris.

Pelagius Papa, Florentino Episc.

„ FRaternitatis tuæ relatione ſuſcepta, ejus latorem ſecundas quidem nuptias expertum non fuiſſe didicimus; caſtitatem tamen eum priori non ſervaſſe conjugio deſignaſti: & quamvis multa ſint, quæ in hujuſmodi caſibus obſervari canoniea jubeat ſublimitatis auctoritas; tamen quia defectus noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed corpora ipſa hominum defecerunt, diſtrictionis illius non patitur in omnibus manere cenſurã, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ ſuſpicionem auferre dignoſcitur, ut ad Diaconatus ordinem poſſit provehi,... conceſſiſſe nos noveris. Micenam vero ancillam ejus, de qua ſe poſt uxoris tranſitum filios habere confeſſus eſt, jubemus ut tua diſpoſitione, cuiquam Monaſterio continentiam profeſſura tradatur.

v. supra,

Et ſi qua fuerit corrupta, vel ante Baptiſmum, vel poſt, ſponte, vel vi, cum peccato, vel ſine peccato; non poteſt inter ſacras virgines conſecrari, ut Diſt. 26. c. *Acatias*.

Reſpondeo ad hoc, quod ſacra virgo ſignificat Eccleſiam triumphantem, quæ ſine macula, & ruga eſt; ſed Epiſcopus Eccleſiam militantem, in qua ſunt boni, & mali. Diſt. 26. c. *Acatias*, verſ. *Unius uxoris*.

POSTILLATORIS QUÆSITA,

ET ANNOTATIONES.

SI qua fuerit corrupta, ſponte vel vi.) *Id eſt, coactione etiam abſoluta, non poteſt conſecrari, nec etiam habebit aureolam ſecundum Hugot. ſicut notavit, 32. quæſt. 5. cap.* Propoſito, *& c.* Ille autem, *5. quæſt. 1. c.* Si quis non iratus. *Sed Altiſiodorus, & Cancellarius Pariſienſis dixerunt, quod aureolam habebit, ſi mente non fuerit corrupta; nec refert ſecundum Hugot. utrum in hujuſmodi corruptione ſit facta ſeminum commixtio, necne; quia ſive fuerit adulta, ſive impubes, adeo quod non poſſit ſentire pruritum, nec ſemen emittere, non eſt virgo, nec inter virgines conſecranda, & dicitur corrupta. Dicit tamen Hugot. quod aliquorum eſt opinio, quod ſemina non ſit corrupta, nec deſinit eſſe virgo, niſi fiat ſeminum commixtio.*

Quid de illa, quæ vadit ad corruptorem hac intentione, ut corrumpatur, nec tamen ſequitur corruptio?

Quid etiam de conjugata, quæ conſenſit in carnalem copulam, & tamen non fuit cognita a viro, numquid fraudabitur aureola?

Reſp. In primo caſu ſecundum Hugot. ſi de corruptione mentis pœniteat, non fraudabitur aureola; & ſecundum Cancellarium Pariſienſem virginitas per pœnitentiam reparatur in illa, quæ ſola mente corrupta eſt.

In ſecundo caſu dic., quod ſi hujuſmodi conjugata ante mortem pœniteat de hujuſmodi conſenſu; non fraudabitur aureola: aliter illam non habebit, ſi deceſſerit ſcilicet cum propoſito utendi copula carnali, ſi convaleſcat.

Quid de illa, quæ ex fervore libidinis provocavit in ſe ſeminis emiſſionem, & digito, vel alio modo contra naturam rumpeat ſigillum virginitatis ſuæ, vel etiam ſupponendo ſe pecori; numquid poteſt inter virgines conſecrari?

Reſp. Hugot. notavit, 32. q. 5. c. Illa, *quod illa, quæ corrupta ſit ferro, vel palo, poteſt inter virgines conſecrari, & habebit aureolam: dicit etiam ibi, quod niſi per membrum naturale ad hoc deputatum fiat corruptio carnis, non amittitur virginitas; unde ſi ſimpliciter intelligendum eſt quod dicit, dicendum eſt, quod in prædictis caſibus non amittitur virginitas quantum ad legem conſecrationis; quia talis adhuc poteſt quodammodo dici virgo, id eſt, viram agens, id eſt, repellens, ex quo non eſt corrupta a viro: ſed quia hoc quibuſdam eſt abſurdum, videretur pari ratione, quod maſculi, & feminæ Sodomitæ poſſent virgines reputari.*

Dicunt alii, quod in prædictis caſibus, de quibus quæſitum eſt, non ſunt hujuſmodi mulieres inter virgines conſecrandæ, nec reparantur ad virginitatem, nec ad aureolam per pœnitentiam, ex quo libidine in ſe ruperunt ſigillum virginitatis, aut provocarunt in ſe ſeminis emiſſionem; quia cum dicat Auguſtinus, quod virginitas eſt in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio; videtur quod per genitivum illum, incorruptionis, *privatur corruptio, tam illa, quæ ſit per virginitatis ſigilli rupturam in muliere, quam illa, quæ ſit ex procurata, & voluntaria emiſſione ſeminis, tam in viro, quam in muliere. Voluntaria, & procurata dico, quia ſi quis, vel aliqua in ſomnis patitur pollutionem, aut dum ludit cum viro, aut turpitudinem aliquam cogitat, aut dum baſiatur, aut tangitur a viro, vel cum vehementi tentatione carnis ſeſe comprimit, & conſtringit, & ſic polluitur, non tamen data ad hoc opera, vel ex propoſito hoc fiat; nihilominus per pœnitentiam poterit reparari ad virginitatem, & ad aureolam, & inter virgines conſecrari, quamvis poſt hujuſmodi non voluntariam pollutionem, placuerit ei fuiſſe taliter pollutam.*

Prima tamen opinio benignior eſt, & fragilitati noſtri temporis magis commoda, & ſimiliter ſententiæ Hugot. conſona; & ideo forte potius tenenda. Quod tamen dicit Hugot. quod non amittitur virginitas, niſi fiat corruptio per membrum ad hoc deputatum naturaliter, intelligi poteſt de mulieribus corruptis per coactionem abſolutam, non de illis, quæ ad hoc ex libidine dant operam: de illa autem, quæ virgo eſt carne, ſed tamen habet propoſitum copulæ carnis; credo quod manente illo propoſito, non debet inter virgines conſecrari, ſed mutato propoſito poteſt per pœnitentiam & ad aureolam, & ad idoneitatem conſecrationis reparari.

Epiſcupus ſignificat Eccleſiam militantem] *Hæc fuit opinio Hugot. qui notavit diſt. 26. cap.* Acutius, *quod non eſt inconveniens dicere, quod Epiſcopus eſt ſacramentum, ſicut res corporales ſunt ſacramenta, ut oleum benedictum, & aqua Baptiſmatis, & quia ſignificat Eccleſiam militantem, in qua ſunt boni, & mali, & virgines, & corrupta; & propter hoc diviſio carnis in plures, vel pollutio fornicaria non facit defectum Sacramenti ex parte Epiſcopi, ſive Clerici ordinati, cum ſignificent Eccleſiam, quæ in aliqua ſui parte ſæpe adulterata*

rata eſt recedendo a Chriſto, & exorbitando a fide; uxor vero ſecundum eumdem Hugon. ſignificat Chriſtum, qui ſemper virgo fuit, & numquam Eccleſiam dimiſit.

Alii vertunt litteram illam Apoſtoli, Unius uxoris Epiſcopus &c. *& exponunt, id eſt, unica uxor Epiſcopi, dicentes, quod vir ſignificat Chriſtum, qui primo copulavit ſibi Synagogam, & poſtea Eccleſiam; & ideo non nocet, quantum ad operandum Sacramenti defectum, ſi vir diviſerit carnem ſuam in duas: uxor vero ſignificat Eccleſiam, quæ ſemper virgo fuit, & permanſit ſaltem mente: unde Apoſtolus 2. ad Corint.* 10. Deſpondi enim vos uni viro &c. *& ideo exigitur, quod uxor non diviſerit carnem ſuam in plures, alioquin in ejus marito deerit ſignificatio Sacramenti unitatis. Sed quomodo Chriſtus reliquit Synagogam, & copulavit ſibi Eccleſiam, cum unica ſit Eccleſia, quam ei copulavit Chriſtus, a primo Abel juſto ſcilicet, nec ſibi copulavit Synagogam, niſi quantum ad fideles veteris teſtamenti? Propter hoc poteſt dici, & forte melius, quod tam in veteri, quam in novo teſtamento multis ſe copulavit, & copulat, non ad gratiam eis dandam in præſenti, vel gloriam in futuro, ſed ad danda temporalia, propter quæ ſervierunt ei, & quibus ſunt contenti multi, quæ copula non eſt matrimonialis; ideo fornicatio ex parte viri, etiamſi cum pluribus fuerit fornicatus, non operatur Sacramenti defectum in viro.*

Alii dicunt, & exponunt illam litteram Apoſtoli, Unius uxoris Epiſcopus &c. *id eſt, matrimonialis conjunctio illorum ſignifiat ex omnibus gentibus unitatem, &c.*

---

§. II.

An bigamus poſſit diſpenſari, ut promoveatur?

ITem numquid bigamus diſpenſative ſaltem poterit promoveri?

Dico quod ſic, uſque ad ſubdiaconatum, exigente neceſſitate, Diſt. 34. e. *Lector*.

Martinus Papa.
,, LEctor, ſi viduam alterius uxorem acce-
,, perit, in Lectoratu permaneat, aut, ſi for-
,, te neceſſitas fuerit, ſubdiaconus fiat; nihil
,, autem ſupra: ſimiliter ſi bigamus fuerit.

Sed quis poterit diſpenſare?

Dicunt quidam, quod Epiſcopus: & hoc per illud verbum, *nihil autem ſupra*, poſitum in prædicto c. *Lector*: non enim poſſet illud intelligi de Papa, quia Martinus, cujus eſt Cap. non poterat imponere legem ſuis ſucceſſoribus, quum non habeat imperium par in parem. Extra, de elect. cap *Innotuit*.

Innoc. III. Cantuarienſi Archiep.
,, INnotuit... (& infra) Quamvis autem Ca-
,, non Lateranenſis concilii ab Alexandro
,, prædeceſſore noſtro editus, non legitime ge-
,, nitos adeo perſequatur, quod electionem ta-
,, lium innuit nullam eſſe; nobis tamen per
,, eum adempta non fuit diſpenſandi facultas,
,, cum ea non fuerit prohibentis intentio, qui
,, ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte
,, præjudicium generare; pari poſt eum (immo
,, eadem) poteſtate functuris, cum non habeat
,, imperium par in parem.

Unde Lucius Papa diſpenſavit cum Panormitano Archiepiſcopo, qui fuerat bigamus.

Si objicias, quod non liceat Epiſcopo contra Apoſtolum diſpenſare;

Reſpondeo, quod non obſtat. Nam Apoſtolus dicit: *Oportet ordinandum ſine crimine eſſe*. Et tamen Epiſcopi diſpenſant in adulterio, & minoribus ordinibus. Extra, de jud. c. *Et ſi Clerici*, §. fin. *v. Indic.* Præterea Apoſtolus non prohibet diſpenſationem, ſed de jure communi oſtendit tales non eſſe promovendos.

Alii dicunt, & forte verius, quod hodie non licet Epiſcopis cum bigamo diſpenſare, quia jus expreſſum eſt, quod prohibet eis diſpenſationem. Extra, de Bigamis, c. *Nuper*. Ad id facit, extra eodem, c. *Super eo*, & diſt. 50. c. *Si quis viduam*.

Lucius Spalen. Archiep.
,, SUper eo, quod tua fraternitas de biga-
,, mis requiſivit, reſpondemus, quod or-
,, dinatores eorum poteſtate, & officio ordi-
,, nandi, & ordinati, ſi ad ſacros ordines fue-
,, rint promoti, eis ideo ſunt privandi, quia
,, in bigamis contra Apoſtolum diſpenſare nun
,, licet, ut debeant ad ſacros ordines promove-
,, ri; vel in eis, ſi promoti fuerint, remanere.
,, In ordinatore autem poteſt diſpenſatio ad-
,, hiberi, ut ordinandi poteſtate, & officio
,, non privetur.

Secundum hoc non tenet illud c. *Lector*, niſi forte quoad minores ordines, in quibus credo, quod poteſt Epiſcopus propter neceſſitatem diſpenſare. Arg. diſt. 34. e. *Si ſubdiaconus*, & in eodem e. *Lector*, & diſt. 50. e. *Placuit*, in principio.

Martinus Papa Gratian.
,, SI ſubdiaconus ſecundam uxorem duxerit,
,, inter Lectores, vel Oſtiarios habeatur, ita
,, ut Epiſtolam non legat: *Neceſſitate tamen exi-*
,, *gente bigamus uſque ad ſubdiaconatum poteſt pro-*
,, *moveri*.

Ex Conc. Toletan. 1. c. 2.
,, PLacuit, ut pœnitentes ad clerum non
,, admittantur, niſi tantum ſi neceſſitas,
,, aut uſus exegerit, & tunc deputentur inter
,, Oſtiarios, vel inter Lectores; ita ut Epiſtolam
,, non legant.

Si tamen Clericus in ſacris ordinibus conſtitutus, qui nullam habuit ante ſusceptionem ordinis ſacramenti uxorem, contraheret de facto matrimonium, & poſtea tranſiret ad religionem, in qua converſaretur honeſte; poſſet Epiſcopus ſuus cum eo etiam, ut ad majores promoveretur ordines, diſpenſare, ſi non obſtaret aliud extra, qui clerici, vel vo. matrim. contrah. poſſ. c. 1. & 2. ſeu, *De Diacono*, & *Ex litterarum*.

Alex. III. Remenſi Archiep.
,, DE diacono, qui in ſabbato ſancto alium
,, diaconum vulneravit, & uxorem accepit,
,, hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quod ſi con-
,, trito, & humillato corde ad Eccleſiam redire
,, voluerit, dimiſſa illa, quam accepit in uxorem,
,, & abſolutione obtenta, injuncta ſibi pœni-
,, tentia de utroque exceſſu, poſt eam peractam
,, diſpenſative poteris ei diaconatus officium red-
,, dere, &, ſi perfectæ vitæ, & converſationis
,, fuerit, eum in Presbyterum ordinare. Subdia-
,, conum autem, ſive hominem interfecerit, ſive
,, non, matrimonium non poſſe contrahere, ſa-
,, crorum canonum cenſura demonſtrat.

Idem Cenoman. Epiſ.
,, EX litterarum tenore accepimus, quod lator
,, præſentium in ſubdiaconatus officio con-
,, ſtitutus, quamdam ſibi in conjugem copulavit,
,, quam eumdem abjurare feciſti. Super quo pru-
,, dentiam tuam in Domino commendamus,
,, mandantes, quatenus ſi ad Monaſticum ordi-
,, nem tranſire voluerit, & ſibi poſt laudabilem
,, converſationem ipſius viſum fuerit, eum ad

,, majores

,, majores ordines promoveri concedas: quod
,, ſi ad Religionem ſe transferre noluerit, eum
,, neque in ſubdiaconatu miniſtrare, neque ad
,, ulteriores permittas ordines promoveri; in
,, minoribus taman ordinibus poterit miniſtrare.

Item quid, ſi aliquis defloravit aliquam, & poſtea duxit illam in uxorem, numquid poterit promoveri?

Dicunt quidam quod ſic; quia non diviſit carnem ſuam in duas, nec illa in duos, & ita eſt unica unici, & econverſo; quod videtur ſufficere. Extra, da Bigamis, c. *Debitum*, Diſt. 26. cap. *Acutius*, & arg. extra, qui fil. ſint legit. cap. *Tanta*. *v. ſupra.*

Idam *Exonien. Epiſc.*
,, TAnta eſt vis matrimonii, ut qui antea
,, ſunt geniti, poſt contractum matrimo-
,, nium legitimi habeantur. Si autem vir vi-
,, vente uxore ſua aliam cognoverit, & ex ea
,, prolem ſuſceperit; licet poſt mortem uxoria
,, eamdem duxerit, nihilominus ſpurius erit fi-
,, lius, & ab hæreditate repellendus, præſer-
,, tim ſi in mortem uxoris prioris alteruter eo-
,, rum aliquid fuerit machinatus.

Alii dicunt contra, quia virgo debet eſſe tampora, quo contrahitur matrimonium, ad hoc, ut ipſe non fiat irregularis. Arg. Diſt. 32. cap. *Nemo*. Et expreſſum videtur, Cauſſa 30. quæſt. 5. cap. *Qualis*, verſ. *Virge caſta, & deſponſata in virginitate &c.*

Urbanus II. *Io Melphien. Synodo.*
,, NEmo ad ſacrum ordinem permittatur ac-
,, cedere, niſi aur virgo, aut probatæ ſit
,, caſtitatis, & qui uſque ad ſubdiaconatum u-
,, nicam, & virginem uxorem habuerit.

Leo Papa.
,, QUalis debeat uxor eſſe, quæ habenda eſt
,, ſecnndum legem virgo, caſta, & deſpon-
,, ſata in virginitate, & dotata legitime, & a
,, parentibua tradita, a ſponſo, & a paranymphis
,, accipienda, & ita ſecundum legem, & E-
,, vangelium publicis nnptiia in conjugium li-
,, quide ſnmenda, & omnibus diebus vitæ ſuæ
,, (niſi ex conſenſu & cauſſa vacandi Deo)
,, numquam propter hominem ſeparande: & ſi
,, fornicata fuarit, dimittenda; ſed illa viven-
,, ta, altera nou ducenda: *quia adulteri regnum*
,, *Dei non poſſidebunt*, & pœnitentia illius per
,, ſcripturam recipienda.

Primi tamen exponunt ibi, *virgo*, id eſt, non ab alio cognita, & ipſorum opinio celebrior eſt.

Item quid, ſi credit aliquis contrahero cum virgine, & invenit eam corruptam?

Reſpondeo, non debet promoveri, quum ſit maritus corruptæ. Diſtinct. 51. cap. *Qui in aliquo*.

In Conc. *Toletan. 4. cap. 18.*
,, QUi in aliquo crimine detecti ſunt, qui in-
,, famiæ nota aſperſi ſuns, qui ſcelera ali-
,, qua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe
,, confeſſi ſunt, qui in hæreſim lapſi ſunt, vel
,, qui in hæreſi baptizati ſunt, qui ſemetipſos
,, abſciderunt, aut qui naturali defectu mem-
,, brosnm, aus deciſione quid minus habere no-
,, ſcuntur, qui ſecundæ uxoris conjunctionem
,, ſortiti ſunt, aut numeroſa conjugia frequen-
,, taverunt, qui viduam, vel a marito relictam
,, duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt,
,, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt,
,, qui ſervili conditioni obnoxii ſuns, qui igno-
,, ti ſunt, qui neophiti, vel laici ſunt, qui ſæ-
,, culari militiæ dediti ſunt, qui curiæ nexibua
,, obligati ſunt, qui inſcii litterarum ſunt, qui
,, nondum ad 30. annos pervenerunt, qui per
,, gradus Eccleſiaſticos non aſcenderunt, qui
,, ambitu honorem quærunt, qui honorem mu-
,, neribus obtinere moliuntur, qui a deceſſori-
,, bus in ſacerdotium eliguntur, &c.

Nam in tali caſu non excuſat error, nec violentie, 32. quæſt. 5. cap. *Illæ autem*.

Leo Papa.
,, ILlæ autem ſamulæ Dei, quæ integritatem
,, pudoris oppreſſiona barbarica perdiderunt,
,, laudabiliores arunt in humilitate, ac vere-
,, cundia ſua, ſi ſe incontaminatis non audeant
,, comparara virginibus. Quamvis enim omne
,, peccatum ex voluntate naſcatur, & potuerit
,, corruptione carnis mena invita non pollui;
,, minus tamen hoc illis oberit, ſi quod potue-
,, runt animo non amittera, ſe doleant vel cor-
,, pore perdidiſſe. *Cum erge hæc, quæ violentiam* *Gratian.*
,, *paſſa eſt, pudicitiam amiſiſſe probari non poteſt,*
,, *nullomodo convincitur fornicationis, vel adulterii*
,, *crimen incurriſſe: ut enim ait Auguſtinus in lib.*
,, *de bono conjugali cap.* 4. Adulterium commit-
,, titur, cum vel propriæ libidinis inſtinctu, vel
,, alienæ conſenſu cum altero, vel altera con-
,, tra pactum conjugala concumbitur, atque ita
,, frangitur fides, quæ in rebus etiam corpo-
,, reis, & abjectis magnum animi bonum eſt;
,, & ideo ei ſalutem quoque corporalem, qua
,, etiam vita iſta continetur, certum eſt debe-
,, re poſtponi.

Lex enim promotionis factum requirit, non voluntatem. Cauſſa 15. quæſt. 1. cap. ultimo, ſeu, *Si quis non iratus*. *v. pag. 154*

Itam quid, ſi aliquis habuit unam uxorem, quam non cognovit, & illa mortua duxit aliam virginem, & cognoſcit, vel econverſo primam cognovit, ſecundam non; numquid repelletur?

Dic quod non; quia non diviſit carnem ſuam in duas, & ita non deficit in eo ſacramentum. Extra, de Bigamis, c. *Debitum*. Idem dicas & per eamdem rationem, ſi aliquis ducat in uxorem mulierem ab alio deſponſatam, & traductam, non tamen cognitam; quia primus morte præventus eſt. Diſt. 34. c. ult. ſeu *Valentino*. *v. ſupra.*

Pelagius *Papa*
,, VAlantino Clerico, cui mulier cum alio
,, ante velata, non tamen illi nupta. ſed
,, virgo permanens, poſt mortem ejus, cum
,, quo velata fuerat ſponſa, conjugali eſt copu-
,, la ſociata; quia iterum velamen accepit, nul-
,, lum in promovendo generatur obſtaculum:
,, quia nihil eſt (quantum ad hunc articulum
,, pertinet) quod ei de canonicis obviet inſti-
,, tutis.

Item pone, quod aliquis contraxit cum virgine, & cognovit eam; illa poſtea cognoſcitur ab alio, deinde maritus ignorans hoc, cognoſcit illam; numquid efficitur irregularis?

Utique, nec poterit promoveri, Diſt. 34. c. *Si cujus uxorem*, & c. ſequenti, ſeu *Si laici*.

In Conc. *Neoceſar. cap. 8.*
,, SI cujus uxorem adulterium commiſiſſe, cum
,, eſſet laicus, evidenter fuerit probatum; hic
,, ad miniſterium Eccleſiaſticum admitti non
,, poteſt. Quod ſi in Clericatu jam eo conſtituto
,, adulteravit, dato repudio dimittere eam debet:
,, ſi vero retinere ejus conſortium velit, non po-
,, eſt ſuſcepto miniſterio perfrui.

Ex Conc. *Martini Papæ.*
,, SI laici uxor in adulterio fuerit deprehenſa,
,, hic talis ad miniſterium Eccleſiaſticum
,, nullo modo educatur. Si autem poſt ordi-
,, nationem alicujus Clerici uxor adulterata fue-
,, rit, dimittat eam; ſi autem cum ipſa voluc-
,, ric permanere, a miniſterio exſiſtat alienus.

Item quid, ſi maritus accuſat eam da adulterio, & pendente accuſatione, illa petit debi-

,, tum,

tum, ipſe reddit, quia tenetur ad hoc, quum non debeat eam ſpoliare poſſeſſione ſui corporis uſque ad ſententiam. Cauſſa 11. quæſt. 1. c. *Quia res*, Cauſſa 8. quæſt. 4. c. *Nonne*.

Gelasius Papa Quingeſio Epiſc.

„ QUia res in litigio poſita in nullam tranſ-
„ ferri poteſt omnino perſonam, donec
„ legitimæ cognitionis eventu, cui potius de-
„ beatur, judiciaria diſceptatione poſſit agnoſci;
„ ex eadem re quiſpiam non ſinatur exigere
„ penſiones: ſed in eodem ſtatu, re eadem poſi-
„ ta, in quo videtur (ſicut dictum eſt) ante
„ conſtituta, quiſquis ſibi putat quippiam poſ-
„ ſe competere, juridico pulſet examine, præ-
„ judiciis omnibus inde ſubmotis.

Symmac. Papa.

„ NOnne directa ſunt verba decreti, ſi quis
„ Clericorum ab Epiſcopo ſuo ante ſen-
„ tentiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſe-
„ rit, manifeſtam eum manere cenſuram? (&
„ infra) Lex enim Eccleſiaſtlca Pontificem ab
„ aliis accuſatum, priuſquam ſub luce objecta
„ conſtiterint, exigit non derelinqui.

Et forte etiam præcipitur ſibi ab Eccleſia, nnmquid & iſti paratur præjudicium, ut non poſſit poſtea promoveri?

Reſpondeo ſic. Nam, ut dixi ſupra, irregularitas ſæpe contrahitur ſolo facto, abſque peccato, & abſque voluntate: quidam tamen voluerunt dicere contrarium, quaſi iſte non agat, ſed potius patiatur.

In ſumma nota, quod bigamia multipliciter contrahitur. Proprie, quum quis diverſis temporibus ſucceſſive habet duas, vel plures uxores legitimas. Cauſſa 31. quæſt. 1. cap. *Aperiant*.

Hieron. ad Pammachium.

„ APeriant, quæſo, aures obtrectatores mei,
„ & videant me ſecundas nuptias, & ter-
„ tias in Domino conceſſiſſe. Qui ſecundas,
„ & tertias nuptias non damnavi, primum
„ potui damnare Matrimonium (idem) Non
„ damno bigamos, immo nec trigamos, &, ſi
„ dlci poteſt, octogamos (idem) Ego nunc vo-
„ ce proclamo libera, non damnavi in Eccle-
„ ſia bigamiam, immo nec trigamiam; & ita
„ licere quinto, & ſexto, & ultra, quomodo,
„ & ſecundo marito nubere.

Large vero, & improprie dicitur bigamus, qui eodem tempore habuit duas uxores, licet cum altera non poſſit eſſe matrimonium, niſi de facto. Diſt. 34. cap. *Chriſtiano*, Cauſſa 31. quæſt. 1. cap. *Quomodo*, Extra, de divort. cap. *Gaudemus*.

v. pag. 158

Isidorus ad concubina. id eſt mulierem non ſolemniter ductam, *Gloſſa*.

„ CHriſtano non dicam plurimas, ſed nec
„ duas ſimul habere licitum eſt, niſi unam
„ tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris
„ (ſi conjux deeſt) concubinam.

Hieron. Contra Jovinianū.

„ QUomodo virginibus ob fornicationis pe-
„ riculum concedit nuptias, & excuſabile
„ facit, quod per ſe non appetitur; ita ob eamdem
„ fornicationē vitandam concedit viduis ſecunda
„ matrimonia contrahere. Melius eſt enim, li-
„ cet alterum, & tertium, unum virum noſſe,
„ quam plurimos, id eſt, tolerabilius eſt uni ho-
„ mini proſtitutam eſſe, quam multis: ſiquidem
„ & illa in Evangelio Joannis Samaritana ſex-
„ tum maritum habere ſe dicens, arguitur a
„ Domino, quod non ſit vir ejus. Ubi enim
„ numerus maritorum eſt, ibi vir, qui proprie
„ unus eſt, eſſe deſiit. Una coſta a principio
„ in unam uxorem verſa eſt, & *erunt*, inquit, *Geneſ. 2.*
„ *duo in carne una*: non dixit tres, neque quat-
„ tuor; alioquin jam non duo, ſed plures. Primus
„ Lamech ſanguinarius atque homicida unam
„ carnem in duas diviſit uxores. Fratricidium,
„ & bigamiam eadem cataclyſmi pœna delevit,
„ de altero ſepties, de altero ſeptuagies ſepties
„ vindicatum eſt. Quantum diſtat in numero,
„ tantum & in crimine. Quam ſancta ſit bi-
„ gamia, hinc oſtenditur, quod bigamus in
„ Clerum eligi non poteſt. Et ideo Apoſtolus
„ ad Timotheum: *Vidua*, inquit, *eligatur non* *Ironice.*
„ *minor ſexaginta annorum, qui fuerit unius viri* *1. Tim. 5.*
„ *uxor*. Hinc commune præceptum de his vi-
„ duis, quæ Eccleſiæ paſcuntur eleemoſynis; &
„ idcirco ætas præſcribitur, ut illæ tantum ac-
„ cipiant pauperum cibos, quæ jam laborare
„ non poſſint. Simulque conſidera, quod quæ
„ duos habuit viros, etiamſi anus eſt, & de-
„ crepita, & egens; Eccleſiæ ſtipes non mere-
„ tur accipere. Si autem panis illi tollitur elee-
„ moſynæ; quanto magis ille panis, qui de cæ- *1. Cor. 11.*
„ lo deſcendit, quem qui indigne comederit,
„ reus erit violati Corporis, & Sanguinis Domi-
„ ni. Quamquam hæc teſtimonia, quæ ſupra
„ poſui, in quibus viduis conceditur, ut ſi ve-
„ lint, denuo nubant, quidam interpretantur,
„ ſuper his viduis, quas, amiſſis maritis, ſic in-
„ venerit fides Chriſti.

Item qui habuit unam de jure, & illa mortua, aliam habuit de facto, bigamus reputatur, non propter ſacramenti defectum, quum in veritate bigamus non exſiſtat, ſed propter intentionis affectum, cum opere ſubſecuto. Extra, de Bigamis, cap. *Nuper*. *v. pag. 18.*

Item qui contrahit cum corrupta, id eſt, ab alio cognita, ſive vidua, ſive alia; ſicut bigamus repellitur, Diſt. 32. cap. *Seriatim*, Diſt. 34. cap. *Curandum*, & cap. *Præcipimus*. *v. pag. 52.*

Hilar. Papa.

„ CUrandum ergo in primis eſt, ne ad ſacros
„ ordines (ſicut geſtis prioribus ante præ-
„ ſcriptum eſt) quiſpiam, qui in uxorem non
„ virginem duxit, aſpiret.

Gregor. Squilac. Epiſc.

„ PRæcipimus, ne umquam illicitas ordina-
„ tiones facias, nec bigamum, aut qui vir-
„ ginem non eſt ſortitus uxorem, aut ignoran-
„ tem litteras, vel in qualibet parte corporis
„ vitiatum, vel pœnitentiæ, vel curiæ, aut cui-
„ libet conditioni obnoxium, ad ſacros ordines
„ permittas accedere: ſed ſi quos hujuſmodi re-
„ peteris, non audeas promovere.

Item nota, quod bigamus dicitur, & irregularis eſt quicumque habuit duas uxores, ſive habuit utramque ante baptiſmum, ſive poſt baptiſmum, ſive unam ante, aliam poſt. Diſt. 34. c. *Si quis viduam*, & Diſt. 26. cap. *Acutius*, & cap. *Deinde*, & cap. *Una tantum*, & cap. *Quis ſine*; excepto primo capitulo, in quo Hugotio aſſerit, quod nulla irregularitas ſurgens ex matrimonio uno, vel pluribus ante Baptiſmum contractis, poteſt obeſſe Baptizato; ſed illud non tenet, ut evidenter probant in contrarium Auguſtinus, Innocentius, & Ambroſius in ſequentibus capitulis ejuſdem diſtinctionis 26. & ita ſentiunt omnes doctores ſine exceptione.

v. pag. 140 & pag. 141

Innocent. Victricio Rothomag. Epiſc.

„ SI quis viduam (licet laicus) duxerit uxo-
„ rem, ſeu ante baptiſmum, ſeu poſt ba-
„ ptiſmum, non admittatur ad Clerum; quia
„ eodem vitio videtur exeluſus. In baptiſmate
„ enim crimina dimittuntur, non acceptæ uxo-
„ ris conſortium relaxatur (& infra) Quod ſi
„ non putatur uxor eſſe computanda, quæ ante
„ baptiſmum ducta eſt; ergo nec filii, qui ante
„ baptiſmum geniti ſunt, pro filiis habeantur.

Item adjunge alium caſum, quia, ſi aliquis poſt votum caſtitatis emiſſum profeſſione cōtempta prævaricaretur contrahendo matrimonium

de

Digitized by Google

de ſacto, quia de jure non poteſt; iſte inter bigamos judicatur, & irregularis efficitur. Cauſſa 27. quæſt. 1. c. *Quotquot*.

Ex Synod. Anchiranae c. 8.

„ QUotquor virginitatem pollicitam prævaricatæ ſunt, profeſſione contemta inter bigamos, id eſt, qui ad ſecundas nuptias tranſierunt, haberi debebunt.

TITULUS IX.

De ſobrietate ordinandorum.

SEquitur *Sobrium*, & poſtea *non vinolentum*: debet enim Clericus vitare intemperantiam potus, & cibi: *Intemperantiam potus*, quia, ut ait Salomon Proverb. 22. *Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit ſapiens*. Hieronymus: *Venter mero æſtuans cita deſpumat in libidinem: ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & fervor*. Proverb. 23. *Ne intuearis vinum, quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet*. Item quia ex vino proceſſit ebrietas, ex ebrietate ſervitus pariter, & inceſtus, Diſt. 35. c. *Sexto*.

Diſt. 35. c. Luxurioſa. Lib. 2. contra Jovinian.

Ambros. In ſerm. de Jejun.

„ SExto die beſtiæ ſunt creatæ, & cum beſtiis orta eſt edendi poteſtas, & uſus eſcarum. Ubi cibus cœpit, ibi finis ſactus eſt mundi: ibi cœpit ſua incrementa neſcire, ubi cœperunt divina opera cires eum feriari. Quo indicio declaratum eſt, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos deſiit augeri (& inſra) Er ut ſciamus non eſſe novum jejunium, primam illic legem conſtituit de jejunio (& inſra) Eo uſque nemo prævaricari noverat, ut adhuc orta non eſſet, quæ prima eſt prævaricatio: indictum jejunium, abſtinentia lex a Domino Deo: prævaricatio legis a diabolo; culpa per cibum, latebra poſt cibum: cognitio infirmitatis in cibo, firmitatis virtus in jejunio. Serpens ſuadet gulæ, Dominus jejunare decernit: itaque gula de paradiſo regnantem expulit; abſtinentia ad paradiſum revocavit errantem (& inſra) In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantavit: dedit naturam; ſed ignoravit potentiam. Itaque vinum nec ſuo pepercit auctori; ſed illius ebrietas nobis ſuadet ſobrietatem. Semel enim inebriatus eſt Noe: ubi enim malum ebrietatis agnovit, jumentum ſuum ad remedium temperavit, non effudit ad vitium; manebat autem, antequam vinum inveniretur, omnibus inconcuſſa libertas: nemo ſciebar a conſorte naturæ ſuæ obſequia ſervitutis exigere. Non eſſet hodie ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet. Obrepſerat quidem jam fraternæ prælationis invidia; manebat tamen adhuc paternæ pietatis reverentia. Læſa pietas eſt, dum ridetur ebrietas. Non illis itaque ſolis nocent vina, quos tentant; ſed etiam illis amplius, quorum oculis tumulenta ebrioſorum membra nudantur (& inſra) Legimus etiam, quod patrem Loth inebriaverint filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum conſugerant, & habitabant in ſpelunca. Fuit itaque ebrietas origo inceſti peſſimæ regenerationis partus deterior. Ar non Abraham vina in ſuo convivio miniſtrabat; ſed immolabat vitulum, butyrum & lac etiam angelis hoſpitibus exhibebat. Cæli Dominum, mundi agnoſcebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat; ſed recte illic deerat materia peccati, ubi erat remiſſio peccatorum. Denique annunciavit Dominum Joannes non manducans panem, nec bibens vinum: qui enim Chriſtum annunciat, ab omni vitiorum incentivo præſtare ſe debet alienum.

Prohibentur ergo Clerici a ſuperfluitate vini, non quia malum ſit, immo bonum, & creatura Dei; ſed quia frequenter ex eo ſequitur ebrietas. Extr. de jurejur. c. *Etſi Chriſtus*. Ebrietas autem eſt ſomes, ac nutrix omnium vitiorum. Diſt. 35. c. *Ante omnia Clericis vetetur ebrietas, quæ eſt omnium vitiorum fomes, ac nutrix*.

v. pag. 80.

Ex Concilio Agathenſi.

Nota tamen, quod ebrietas dicitur tribus modis. Primo dicitur pœna, & oblivio mentis: iſta non eſt peccatum. Cauſſa 15. q. 1. c. *Sane*.

Ambros. In lib. de Patriarchis c. 6. Lib. 1. de Civit. Dei c. 25.

„ SAne diſcimus vitandam ebrietatem, per quam crimina cavere non poſſumus; nam quæ ſobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus (*& paullo poſt*) Neſciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: jacent ſepulti. Ideoque ſiquis per vinum deliquerint, apud ſapientes judices venia quidem facta donantur, ſed levitatis damnantur auctores.

Secundo modo dicitur ebrietas actio, ſive frequens actus bibendi; & hoc, ut ait Auguſtinus, eſt veniale peccatum, niſi ſit aſſidua; quia tunc eſt mortale, maxime ſi novit vires vini, & non vult apponere aquam.

Tertio dicitur quædam diſpoſitio mentis, & ſtudium ad inebriandum de facili: & hoc ſempar eſt peccatum mortale. Diſtinct. 35. cap. *Ante omnia*.

v. pag. 243

§. I.

Ebrioſorum pœna.

PŒna ejus, qui ebrietati deſervit, eſt, ut ſi admonitus non deſinat, ſi Epiſcopus, Preſbyter, vel Diaconus deponatur: ſi ſubdiaconus, vel inferior, vel etiam laicus, communione privetur, vel verberetur, Diſt. 35. c. *Epiſcopus*, & c. *Ante omnia*. Extr. de vit. & hon. Cleric c. *A crapula*, in fin.

v. infra.

In Canon. Apoſtolorum 42. & 43.

„ EPiſcopus, aut Prebyter, aut diaconus aleæ, atque ebrietati deſerviens, aut deſinat, aut certe damnetur. Subdiaconus autem, aut Lector, ant cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione privetur; ſimiliter & Laicus.

Ex Conc. Agathenſi.

„ ANte omnia Clericis vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum ſomes, ac nutrix eſt. Itaque eum, quem ebrium fuiſſe conſtiterit (ut ordo patitur) aut triginta dierum ſpatio a communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio.

Et ita eſt hic caſus, in quo peccatum mortale non inducit depoſitionem, niſi admonitus non deſiſtat.

§. II.

De vitanda intemperantia cibi.

INtemperantiam cibi ſimiliter tenetur vitare propter ſeptem, vel octo cauſſas, quæ colliguntur in ſequentibus. Nam ſicut ebrietas, ita & voracitas prohibita eſt ab Apoſtolo, Rom. 3. ubi ait: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus.* Item, quia ventris ingluvies ad luxuriam provocat, & omne opus bonum diſſolvit. Hieronymus: *Venter & genitalia ſibimet vicina ſunt, ut ex vicinitate membrorum intelligatur confœderatio vitiorum*; unde & Nabuzardam princeps cocorum deſtruxit muros Hieruſalem. Item quinque modis peccat homo per gulam. Unde verſus:

Adverſus Jovinian. 4. Reg. 25.

Eſt certum, quod quinque modis gula damnat edacem.
Dum nimium comedit, & edendi prævenit horam,
Quærit delicias, parat eſcas delicioſe,
Vel ſumit cupide, quod non eſt delicioſum.

De conſecr. diſt. 5. c. *Quinque modis.*

Gregor. in expoſitione Job. l. 30. c. 27.

„ QUinque modis nos vitium gulæ tentat: aliquando namque indigentiæ tempora prævenit: aliquando vero tempora non prævenit, ſed cibos lautiores quærit: aliquādo quælibet ſumenda ſint, præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitati ciborum, & tempori congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram moderatæ refectionis excedit: nonnumquam vero & abjectius eſt, quod deſiderat; & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderii deterius peccat.

Lib. 2. adverſus Jovinian.

Item, quia *ſuperfluitas cibi*, ut ait Hieronymus, *generat morbos varios, & mortiferos; moderata vero refectio fugat ægritudines, procurat ſoſpitatem, vel hilaritatem*. De conſ. Diſt. 5. c. *Nihil*, 2. & c. *Ne tales*, & c. *Legimus*.

Joann. Chryſoſt. Homil. 29.

„ NIhil enim ſic jucundum, ſicut cibus bene digeſtus, aut decoctus. Nihil ſic ſalutē, nihil ſic ſenſuum acumen operatur. Nihil ſic ægritudinem fugat ſicut moderata refectio: ſufficientia quippe cum nutrimento & ſoſpitatem ſimul procreat, & voluptatem: abundantia vero morbum facit, & moleſtias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem, & multo pejora; fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum de hac vita pœnali: exceſſus vero ciborum conſumit, & computreſcere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna; & tunc eum morte crudeli conſumit.

Hieron. Adverſus Jovinian.

„ NE tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comeſtos magno partos, & perditos labore doleamus; olerum, pomorum, ac leguminum, & facilior apparatus eſt, & arte, impendiiſque coquorum non indiget, & ſine cura ſuſtentat humanum corpus: moderateque ſumtus (quia nec avide devoratur, quod irritamenta gulæ non habet) leviori digeſtione cōcoquitur: Nemo enim uno, aut duobus cibis, hiſque vilibus uſque ad inflationem ventris oneratur, quæ diverſitate carnium, & ſaporis delectatione percipitur. Cum variis nidoribus fumant patinæ, ad uſum ſui pro expleta eſurie, quaſi captivos trahunt. Unde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ vomitu remediantur, & quod turpiter ingeſſerunt, turpius egerunt. Hipocrates in aphoriſmis docet, craſſa, & obeſa corpora, quæ creſcendi menſuram compleverint, niſi cito ablatione ſanguinis minuantur, in Paralyſim, & peſſima morborum genera erumpere; & idcirco neceſſariam eſſe demtionem, ut rurſus habeant, in quæ poſſint creſcere: non enim manere in uno ſtatu corporum naturam, ſed aut ſemper creſcere, aut decreſcere, nec poſſe vivere animal, niſi creſcendi capax ſit. Unde Galenus vir doctiſſimus interpres Hipocratis, athletas, quorum vita & ars ſagina eſt, dicit (in exhortatione medicinæ) nec vivere poſſe diu, nec ſanos eſſe, animaſque eorum ita nimio ſanguine, & adipibus quaſi luto involutas, nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus & eructu, & ventris ingluvie cogitare.

Idem

„ LEgimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos convaluiſſe. Caruerant enim ſollicitudine diſpenſandæ domus, & puellarum largitate, quæ & corpus frangunt, & animam. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui conſumti relinquunt pœnitentiam.

Puellarū, alias epularum.

Item, *quia pinguis venter*, ut ait Hieronymus, *craſſum ſenſum generat, cum e contra ſacerdotalis ſenſus vigil debeat eſſe, & tenuis*.

Lib. Adv. Jovinian.

§. III.

Quæ obſervanda in convivio Sacerdotali.

IN ſumma nota, quod in convivio Sacerdotali, vel Clericali ſunt iſta ſex regulariter obſervanda, videlicet ut vita abſentium non mordeatur; ut præſentes non irrideantur; ut inanes fabulæ ſæcularium negotiorum ibi non recitentur; ut verba ſacræ lectionis ibi legantur, & audiantur; ut non ſumatur cibus, niſi ad naturæ ſuſtentationem; ut in principio, & fine ſemper hymnum, id eſt, laudes, & gratias Deo referant. Diſt. 44. cap. *Convivia*, & cap. *Pro reverentia*, & cap. *Non liceat*, de conſecr. diſt. 1. c. *Solent*.

Gregor. Natali Epiſc. lib. 2. Ep. 37.

„ COnvivia communia, quæ ex intentione impendendæ caritatis fiunt, recte veſtra fraternitas in ſuis Epiſtolis laudat. Sed tamen ſciendum eſt, quia tunc ex caritate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abſentium vita mordetur, nullus ex irriſione reprehenditur, nec in eis inanes ſæcularium negotiorum fabulæ, ſed verba ſacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quam neceſſe ſit, ſervitur corpori; ſed ſola ejus infirmitas reficitur, ut ad uſus exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque ſi vos in veſtris conviviis agitis, abſtinentium, fateor, magiſtri eſtis.

Ex Conc. Tolet. 3. c. 7.

„ PRo reverentia Dei, & Sacerdotum, id univerſa conſtituit Synodus, ut (quia ſolent crebro menſis otioſæ fabulæ īterponi) in omni ſacerdotali convivio lectio divinarum ſcripturarum immiſceatur. Per hoc enim & animæ

,, mæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non
,, neceſſariæ prohibentur.

Ex Conc. *Martini Papæ, c. 61.*
,, NOn liceat Sacerdotes, vel Clericos, ſed
,, nec religioſos laicos convivia facere
,, de conſertis: nec oportet Clericos, vel lai-
,, cos religioſos ante ſacram horam diei tertiam
,, inire convivis, nec aliquando Clericos, niſi
,, hymno dicto comedere panem: & poſt cibos
,, gratias auctori Deo referre. *Si ergo laicis co-* (*Gratian.*)
,, *meſſationes damnabiles ſunt, multa magis ſacer-*
,, *dotibus imputantur ad gehennam.* Venter *enim*
,, pinguis (ut *Hieronymus ait*) craſſum ſeo-
,, ſum generat: *cum ſacerdotalis ſenſus e contra*
,, *vigil eſſe debeat, & tenuis; atque ideo edacita-*
,, *tis vitio obnoxii, in ſacerdotes augi non debent.*
,, Hi *enim* (*ut ait Gregorius in moralibus*) qui ad-
,, huc vitiorum bello ſubjacent, nequaquam
,, per prædicationis uſum præeſſe magiſterio ce-
,, terorum debent.

Ex Conc. *Cabilon.*
,, SOlent plures, qui ſe jejunare putant in
,, quadrageſima, mox ut ſignum audie-
,, rint, ad horam nonam comedere, qui nul-
,, latenus jejunare credendi ſunt, ſi ante man-
,, ducaverint, quam veſpertinum celebretur
,, Officium. Concurrendum eſt enim ad Miſ-
,, ſas, & auditis Miſſarum ſolemnibus, &
,, veſpertinis officiis, & largitis eleemoſynis,
,, ad cibum accedendum eſt. Si vero aliquis
,, neceſſitate conſtrictus fuerit, ut ad Miſſam
,, venire non valeat, æſtimata veſpertina ho-
,, ra, completa oratione ſua jejunium ſolvat.

Præter iſta, ſunt etiam cavenda alia quinque numerata in verſibus ſupra, proximo §. ubi etiam nota, quod non reprehenditur quantitas cibi, quum aliquis multum ſumit, vel ratione complexionis, vel ætatis, vel laboris, vel religionis; dum tamen non ſtudio, vel aviditate, vel ardore ſumat, diſt. 41. c. *Quod dicit*. (*v. Indic.*)

Item non reprehenditur pretioſitas moderata ciborum, præſertim in divite, qui talibus uti ſolet; dum tamen ſumendi qualitas non ſit arguenda, & conformet ſe quilibet iis, inter quos vivit, niſi cauſſa evidens & honeſta ſibi obſtet; forte quia prædicator, vel Monachus eſt, & non audet carnes comedere propter votum, vel quia alii comedunt illicite, & inhoneſte, diſt. 41. c. 1. 2. & 3. ſeu c. *Quiſquis rebus*, & c. *Deliciæ*, & c. *Non cogantur*. (*v. Indic.*)

August. *Sup. Epiſt. Joannis.*
,, DElicìæ quælibet, ſi abſque deſiderio per-
,, cipiantur, non officiunt, & viles cibi
,, appetenter accepti impediunt profectum abſ-
,, tinentiæ: David enim aquam male concupi-
,, tam effudit, & Helias carnes comedit.

August. *in lib. de verb. Domini.*
,, NOn cogantur divites pauperum cibis
,, veſci; utantur conſuetudine infirmita-
,, tis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe ſuſ-
,, tentari. Si conſuetudinem mutant, ægro-
,, tant: utantur ſuperfluis: dent inopibus ne-
,, ceſſaria: utantur pretioſis, dent pauperibus
,, vilia.

Item non debent Clerici miniſtrare in taberna, nec comedere ibi, nec bibere, niſi forte cauſſa neceſſitatis, ſcilicet in peregrinatione. Diſt. 44. c. *Non oportet*, 1. & c. *Nulli Clerico*.

ExConc. *Laodicenſi, c. 24.*
,, NOn oportet Clericos ſervientes a Presby-
,, teris uſque ad diaconos, & deinceps
,, ordinis Eccleſiaſtici omnes, uſque ad mini-
,, ſtros, aut Lectores, aut Exorciſtas, aut O-
,, ſtiarios, aut Pſalmiſtas, aut etiam eos, qui
,, in propoſito continentiæ ſunt, tabernas, niſi
,, cauſſa neceſſitatis, intrare.

Ex Sexta *Synodo, c. 9.*
,, NUlli Clerico licet tabernam, aut rega-
,, ſterium habere: ſi enim hujuſmodi ta-
,, bernam ingredi prohibetur, quanto magis a-
,, liis miniſtrare in ea? Si quis vero tale quid
,, fecerit, aut ceſſet, aut deponatur.

Addunt etiam quidam, quod Clerici non debent habere tabernas, quod ſatis approbo, propter vilis, & turpis, quæ ibi exercentur.

Item non debent Clerici, vel etiam laici celebrare ex ſymbolis, vel conſertis convivia. Diſt. 44. c. *Non oportet*, 2. & c. *Non liceat*. (*v. ſupra.*)

Ex Conc. *Laod. c. 53*
,, NOn oportet miniſtros altaris, vel quoſ-
,, libet Clericos, aut etiam laicos Chri-
,, ſtianos ex ſymbolis (quæ vulgus comeſſalia
,, appellat) convivia celebrare.

Niſi forte cauſſa procurandi pauperes, diſt. 42. c. *Si quis deſpicit*. Item non debent etiam agapes, id eſt, convivia pauperum fieri in Eccleſia, niſi cauſſa neceſſitatis; quia tunc etiam alia convivia honeſta fieri ibi poſſent, diſt. 42. c. *Oratorium*. Item non debent ſe invitare ad potus æquales, ut extra, de vit. & hon. Cleric. c. *A crapula*. (*v. pag. 16* ; *v. pag. 119*)

Innoc. III *In Concil. Generali.*
,, A Crapula & ebrietate omnes Clerici dili-
,, genter abſtineant, unde vinum ſibi tem-
,, perent, & ſe vino. Nec ad bibendum quiſ-
,, piam incitetur, cum ebrietas & mentis in-
,, ducat exilium, & libidinis provocet incen-
,, tivum. Unde illum abuſum penitus decerni-
,, mus abolendum, quo in quibuſdam partibus
,, ad potus æquales ſuo modo ſe obligant pota-
,, tores, & ille judicio talium plus laudatur,
,, qui plures inebriat, & calices fœcundiores ex-
,, haurit. Si quis autem ſuper his ſe culpabilem
,, exhibuerit, niſi a ſuperiore commonitus ſa-
,, tisfecerit, ab officio, vel beneficio ſuſpendatur.

Nec preces in amore aliquorum ſanctorum, vel animarum bibere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, nec publicis conviviis, quibus interſunt joculatores, intereſſe. De conſecr. diſt. 5. c. *Nullas* & c. *Non oportet*, 2. (*v. ſupra.*)

TITULUS V.

De Prudentia Ordinandorum.

OPortet & ordinandum eſſe prudentem: debet enim habere triplicem peritiam, videlicet ſacræ ſcripturæ. Diſt. 36. per totam, ſeu c. *Illitteratos*, & c. *Qui Eccleſiaſticis*, & c. *Si quis vult*.

In Epist. *Gelaſii Papæ.*
,, ILlitteratos, aut aliqua parte corporis vitia-
,, tos, vel imminutos nullus præſumat ad
,, Clericatus ordinem promovere; quia litteris
,, carens, ſacris non poteſt eſſe aptus officiis,
,, & vitioſum nihil Domino prorſus offerri
,, legalia præcepta ſanxerunt. Similiter qui
,, ſeipſos abſcindunt.

Zozimus *Papa ad Heſich. Epiſc. Salon.*
,, QUi Eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem
,, non eſt imbutus, & temporum approba-
,, tione, divinis ſtipendiis non eſt eruditus, ne-
,, quaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium
,, aſpirare præſumat, & non ſolum in eo ambitio
,, inefficax habeatur: verum etiã ordinatores ejus
,, careant eo ordine, quẽ ſine ordine contra præ-
,, cepta patrum crediderunt præſumendum. *Ecce* (*Gratian.*)
,, *quod Sacrarum litterarum oportet Epiſcopum ha-*
,, *bere peritiam. Unde in veteri Teſtamenta inter cetera*
,, *ornamenta Pontifex rationale ferebat* in pectore, (*Exod. 6.*)

in quo ſcribebatur, maniſeſtatio, & veritas; *quia in pectore Pontificis manifeſta debet eſſe cognitio* *Exod. 25.* *veritatis. Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, jugiter annulis erant inſerti, ut cum arca eſſet portanda, nulla eſſet, vel fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circumfertur, ſacris litteris ſemper debent inſiſtere, ne tunc quærant diſcere, cum ex officio alios debeant docere. Hinc etiam David prius ex gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ* *3. Reg. 3.* *percepit, & poſtea adminiſtrationem regni aſſe-* *2. Par. 1.* *cutus eſt. Salomon quoque non divitias, non longa tempora hujus vitæ, ſed ſapientiam a Domino expetiit, & impetravit. Hinc etiam Dominus prius poſuit verba in ore Prophetæ, & poſtea conſtituit eum ſuper gentes, & regna, dicens ad* *Hierem. 1.* *Hieremiam.* Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce cõſtitui te hodie ſuper gentes, & regna. *Hinc* *Malach. 2.* *etiam Malachias ait:* Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent de ore *Luc. 2.* ejus, quia angelus Domini exercituũ eſt. *Hinc etiam idem Salvator noſter prius in medio doctorum ſedit, audiens illos, & interrogans, & poſtea prædicare cœpit: quia pri quiſque diſcere,* *Ecclef. 3.* *& poſtea prædicandi officium aſurpare debet. Hinc etiam Salomon prius ait:* Tempus tacendi, *& poſtea* tempus loquendi, *quia veritas prius tacenda diſcitur, & poſtea loquenda prædicatur.* *Apoc. 22.* *Hinc idem Dominus ait:* Qui audit, dicat, veni. *Hinc etiam prius Apoſtolus docuit, deinde ad prædicandum eos miſit, dicens:* Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut co- *Matth. 10.* lumbæ. *Sic etiam poſt reſurrectionem prius illis* *Luc. 24.* *ſenſum aperuit, & ſcripturas explanavit, & poſtea dixit eis:* Euntes in mundum univerſum, *Mar. ult.* &c. *Unde cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panem accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit, & per eos demum turbis appoſuit, quia ſacramenta legis, &* *Matth. 14.* *Prophetarum prius differendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus diſpenſavit. Hinc etiam Pe-* *1. Petr. 3.* *trus cum rectoribus Eccleſiæ ſcriberet, ait:* Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt. *Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timotheum, ait:* Attende lectioni, exhortationi, & doctrinis. *Ex quibus omnibus liqui-* *2. Tim. 4.* *da colligitur, quod non ſufficit prælatis bona converſatio, & morum honeſtas, niſi addatur ſcien-* *Exod. 38.* *tia doctrinæ. Unde ſacerdotes ingreſſuri templum tabernaculi prius lavabantur in labro æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum. Hinc etiam* *Cant. 5.* *in Canticis Canticorum, oculi, per quos prælati Eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident juxta fluenta pleniſſima.*

Hieron. In Levit. SI quis vult pontifex eſſe, non tam vocabulo, quam merito, imitetur Moyſem, imitetur & Aaron. Quid enim dicitur de eis? quod non deſcendunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quid autem eis opus erat? ut aut a Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret; hæc duo ſunt pontificis opera, ut aut a Deo diſcat legendo ſcripturas divinas, & ſæpius meditando, aut populum doceat; ſed illa doceat, quæ a Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet. Eſt & aliud opus, quod facit Moyſes; ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus ejus: ſi relaxaverit, & demiſerit manus, populus ejus vincitur, & fugatur. Oret ergo & ſacerdos Eccleſiæ indeſinenter, ut vincat populus, qui ſub ipſo eſt, hoſtes inviſibiles Amalechitas, qui ſunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie vivere in Chriſto.

Item ſæcularium litterarum peritiam habere debet ordinandus. Diſt. 37. c. *Legimus*, 1. §. *Sed contra*, & c. *Turbat*, §. *Cum ergo*.

Rabanus De Prælatis Eccleſ. LEgimus de beato Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab angelo eſt correctus, eo quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet. *Hinc etiam filius ille prodigus in Evangelio reprehenditur, qui de ſiliquis, quas porci manducabant, ventrem ſuum replere cupiebat.* *Gratian.* *Luc. 15.* *Hinc etiam Origenes, cyniphes,* *Exod. 21.* *& ranas, quibus Ægyptii ſunt percuſſi, vanam dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quod non eſt ab Eccleſiaſticis ſæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quod Moyſes, & Daniel omni ſcientia Ægyptiorum, &* *Daniel. 1.* *Chaldæorum eruditi fuerint: legitur etiam, quod* *Exod. 3.* *præcepit Dominus filiis Iſrael, ut ſpoliarent Ægyptios auro, & argento, moraliter inſtruens, ut ſive aurum ſapientiæ, ſive argentum eloquentiæ apud Poetas inveniremus, in uſum ſalutiferæ eruditionis vertamus. In Levitico etiam primitias* *Levit. 2.* *mellis, id eſt, dulcedinem humanæ eloquentiæ Domino jubemur offerre. Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes philoſophiæ volunt intelligi. Denique (ut in expoſitione Pſalterii Caſſiodorus teſtatur)* Omnis ſplendor Rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus Poeticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis a Divinis ſcripturis ſumſit exordium. *Hinc etiam Ambroſius ait ſuper Epiſtolam Coloſſenſium:* Omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, vel terrenæ creaturæ in eo eſt, qui eſt caput earum, & auctor, ut qui hunc novit, nihil ultra quærat, quia hic eſt perfecta virtus, & ſapientia: quidquid alibi quæritur, hic perfecte invenitur. In Daniele, & Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe auctorem totius eloquentiæ, & ſapientiæ: quod infideles non putant, quia non legunt in Evangeliis, & Prophetis Aſtrologiam, & Geometriam, & alia hujuſmodi, quæ ideo deſpecta ſunt a noſtris, quia nihil valent ad ſalutem, ſed mittunt in errorem; & dum his ſtudent, curã animæ non habent. Qui vero Chriſtum novit, theſaurum ſapientiæ, & ſcientiæ invenit; quia id novit, quod utile eſt.

Beda in lib. 3. Reg. c. 9. TUrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos a legendis ſæcularibus libris, omnimodo æſtimat prohibendos: in quibus, ſi qua inventa ſunt utilia, quaſi ſua ſumere licet. Alioquin Moyſes, & Daniel ſapientia, & litteris Ægyptiorum, Chaldæorumque non paterentur erudiri, quorum tamen ſuperſtitiones ſimul, & delicias horrebant: nec etiam ipſe magiſter gentium aliquot verſus Poetarum ſuis vel ſcriptis, vel dictis indidiſſet.

Gratian. CUr ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? ſed ſæculares litteras quidam legunt ad voluptatem, Poetarũ figmentis & verborum ornatu delectati. Quidã vero ad eruditionem eas addiſcunt, ut errores Gentiliũ legendo deteſtentur, & utilia quæ in eis ĩveniunt, ad uſũ ſacræ erudionis devote vertant. Tales laudabiliter ſæculares litte-

,, ras

ras addiſcnnt. Unde Beatus Gregnrius quemdam reprehendit, qnia eas didieerat, ſed quia contra Epiſeopale officium pro lectiono Evangelica Grammaticam populo exponebat.

Item ſæcularinm negociorum notitiam pariter habere debet ordinandus. Diſt. 39. per totam, ſeu cap. *Petrus*, & non eſt ibi niſi unicum cap.

Gregor. Nobilibus civibus Neapoli. PEtrus Diaconus, quem a vobis electum aſſeritis, omnino (ut dicitur) ſimplex eſt, & noſtis, qnia hoc tempore talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca ntilitate, & cautela ſciat eſſe ſollicitus.

Sacram autem Scripturam, & Eccleſiaſticam diſciplinam ſcire debet, ad ſubditorum animas *v. pag. 243* reformandas. Diſt. 36. c. 2. ſeu *Qui Eccleſiaſticis*, & *ſ. Ecce*, & c. *Si quis vult*.

Et propter hoc ſtatntum eſt, ut in Eccleſiis Metropolitanis teneantur doctores Theologiæ; & quod Clerici exeuntes Provinciam ad audiendam Theologiam percipiant integra ſtipendia; immo, & ſi non ſufficiunt eis ſua, & illi honeſti ſunt, & bene addiſcunt, debet Ecclaſia ſibi ne- *v. pag. 22* ceſſaria miniſtrare. Extr. de Magiſt. c. *Quia nonnullis*, & c. *Super ſpecula*.

Honorius III. SUper ſpecula Domini (& infra) Volumns, & mandamus, ut ſtatntum in Concilin generali de magiſtris Theologis per ſingulas Metrnpnlca ſtatuendis, inviolabiliter obſervetur, ſtatuentes, ut, quia ſuper hnc propter raritatem magiſtrorum ſe pnſſent forſitan aliqui excuſare, ab Eccleſiarum Prælatis, & Capitulis ad Thenlogicæ profeſſionis ſtudium aliqui docibiles deſtinentur: qui cum docti fuerint, in Dei Eccleſia velut ſplendor fulgeant firmamenti: ex quibus pnſtmodum copia poſſit haberi doctorum, qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri, ad juſtitiam valeant plurimos erudire: quibus ſi proprii proventns Eccleſiaſtici non ſufficiunt, prædicti neceſſaria ſubminiſtrent. Docentes vero in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint, & ſtudentes in ipſa, integre per annos quinque percipiant de licentia Sedis Apoſtolicæ proventus præbendarum, & beneficiorum ſuornm: non obſtante aliqua alia conſuetudine, vel ſtatuto, cum denario frandari non debcant in vinea Domini operantes.

Sæculares ſcientias debent ſcire ad eruditionem, ut poſſint diſcernera verum a falſo, & per eas habere aditum ad ſcientias pieratis; non autem ad voluptatem, vel delectationem. Diſt. *v. ſupra.* 37. c. *Turbat*, *ſ. Cum ergo*: & ſecundum hoc ſolvitur contrarietas mnltornm capitulorum ejuſdem diſtinct. ideo etiã ſtatutum eſt, nt teneantnr magiſtri liberalium artium. Require ſupra de magiſtris. Hoc tamen non intelligas de omnibus liberalibus artibns, ſed de trivialibus tantum, ſcilicet Grammatica, Dialectica, & Rethorica, quia illæ ſpecialiter ducunt, & erudiunt homines ad ſcientias pietatis: ſecus in quadruvialibus, ſcilicet Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtronomia, quia illæ, licet in ſe contineant veritatem, non tamen ducunt ad pietatem, ut ait Hieronymus, diſt. 37. c. *Si quis artem*.

Hieron. Ad c. 2. Epiſt. ad Titum. SI quis artẽ grammaticam noverit, vel Dialecticam, ut rationem recte loquendi habeat, & inter falſa & vera dijudicet, non improbamus. Geometria quoque, & Arithmetica, & Muſica habent in ſua ſcientia vetitatem: ſed non eſt ſcientia illa, ſcientia pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignnrare. Grammaticorum autem dnctrina etiam poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores nſus aſſumta.

Item auctnres gentilinm, & hnjuſmndi libelli poſſunt legi proptar eamdem cauſſam, qna triviales ſcientiæ: etſi quid boni inveniatur in eis, illud tamquam proprium ſumat lactor, & ad bonos uſus convertat, non quia illi dixerunt ita, ſed quia illud in ſe bonnm eſt. Diſt. 37. c. *Turbat*, & c. *Qui de menſa*, & cap. *Si quid veri*, & cap. *Relatum*, in fine. *v. ſupra.*

QUi de menſa regis & de vino nolunt comedere, ne polluantur; utique ſi ſapientiam, & dnctrinam Babylonicam ſcirent eſſe peccatum, nnmquam acquieſcerent diſcere, quod non licebat. Diſcunt autẽ, non ut ſequantnr, ſed ut judicent, atqne convincant. Quomodo ſi quiſpiam adverſos Mathematicos velit ſcribere, imperitus Matheſeos, riſui pateat: & adverſus Philoſophos diſputans, ſi ignoret dogmata Philoſophorum. Diſcunt ergo ea mente doctrinam Chaldaicam, qua & Moyſes omnem ſapientiam Ægyptiorum didicarat (*Item*) Si quando cogimur litterarum ſæcularium recordari, & aliqua ex his diſcere, quæ olim omiſimus; non noſtræ eſt voluntatis, ſed, nt ita dicam, graviſſimæ neceſſitatis, nt probemns ea, quæ a ſanctis Prophetis ante ſæcula multa prædicta ſunt, tam Græcorum, quam Latinorum, & aliorum gentilium litteris contineri. *Hieron. In 1. c. Daniel.*

SI quid veri de Deo Sybilla, vel Orphens, aliive gentilium vates, aut Philnſophi prædixiſſe perhibentur, valet quidem aliquid ad vincendam Paganorum vanitatem, non tamen ad iſtorum auctoritatem complectendam. Quantum enim diſtat da Chriſti adventu inter prædicationem Angelorum, & confeſſionem dæmonum, tantum inter auctoritatem Prophetarum, & curioſitatem ſacrilegorum. *August. In libro contra Manich. Fauſtum.*

REłatum nnbis eſt, quod qnidam in veſtris partibus commorantes adverſantur ſacris doctrinis, &, prnut eis videtur, non ſecundum traditionem Patrum, ſed juxta ſuum ſenſum docere videntnr. Multas enim quidam, ut audivimns, veſtrarum partium ingenioſi hnmines ex his, quæ legunt, veriſimilitndines capiunt; & ideo diligenter obſervandum eſt, ut lex Dei cum legitur, non ſecundnm propriam ingenii virtutem, vel intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in ſcripturis divinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unnſquiſque ſponte præſumſerit; ſed fieri non oportet. Non enim ſenſum, quem extrinſacus alienum adulteretis, & extraneum debetis quærere, aut quoquo modo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare, ſad ex ipſis ſcripturis, ſenſum capere veritatis; & ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui aam a majoribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſervavit, ut & ipſe poſſit ea, quæ recte ſuſceperit, competenter aſſerern. Cum enim ex divinis ſcriptnris integram quis, & firmam regulam veritatis ſuſceperit; abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex erudi- *Clemens Papa Epiſt. 5. ad ſuos diſcipulos.*

tione

,, tione communi; ac liberalibus eſt ſtudiis,
,, quæ ſorte etiam in pueritia attigit, ad aſſer-
,, tionem veri dogmatis conſerat; ita tamen,
,, ut ubi vera didicerit, falſa & ſimulata decli-
,, net.

Hoc enim fecit Paullus, quum in Epiſtula ad Titum c. 1. inſeruit illud Epimenidis: *Cretenſes malæ beſtiæ, ventres pigri*. Item in Epiſtola 1. ad Corinth. c. 15. illud Terentii: *Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia prava*. Hieronymus etiam uſus eſt verſibus Virgilii: de conſecr. diſt. 5. c. *Numquam*, & auctoritate Galeni, & Hipocratis: de conſecr. diſt. 5. c. *Ne tales*. Item Auguſtinus verſibus Lucani: cauſſa 26. q. 5. c. *Nec mirum* circa princ. Leges autem, & phyſicas poſſunt audire; dum tamen non cauſſa cupiditatis, vel voluptatis. Arg diſt. 37. c. 1. ſeu *Epiſcopus*, & cap. *Legimus* 1. & 2. c. *Ideo*.

Menandri non Terentii. — *v. pag. 221 & 242.* — *v. ſupra.*

In Conc. Carthag. 4. c. 16.

,, EPiſcopus Gentilium libros non legat,
,, hæreticorum autem perlegat pro neceſ-
,, ſitate, aut tempore.

Ambros. ſup. Luc.

,, LEgimus aliqua, ne negligantur, legimus,
,, ne ignoremus, legimus, non ut tenea-
,, mus, ſed ut repudiemus.

Isidorus in lib. Sent.

,, IDeo prohibetur Chriſtianis legere figmen-
,, ta Poetarum, quia per oblectamenta fa-
,, bularum nimium mentem excitant ad incen-
,, tiva libidinum. Non enim ſolum thura of-
,, ferendo, dæmonibus immolatur, ſed etiam
,, eorum dicta libentius capiendo.

Gratian.

,, UT *itaque ex præmiſſis auctoritatibus appa-*
,, *ret, imperitia ſacerdotibus ſemper eſſe de-*
,, *bet adverſa: quoniam cum per ignorantiam cæca-*
,, *ti, aliis ducatum præſtare cœperint, ambo in fo-*
,, *veam cadunt. Unde dicitur in Pſalmo* 68.
,, Obſcurentur oculi eorum, ne videant; &
,, dorſum eorum ſemper incurva. *Cum enim*
,, *obſcurantur illi, qui præeunt, ad ferenda onera*
,, *peccatorum, facile ſequentes inclinantur. Elabo-*
,, *randum eſt itaque ſacerdotibus, ut ignorantiam*
,, *a ſe quaſi quamdam peſtem abjiciant. Licet e-*
,, *nim ſervus neſciens voluntatem domini ſui, &*
,, *non faciens, dicatur vapulare paucis, non ta-*
,, *men hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait*
,, *enim Apoſtolus*: Qui ignorat, ignorabitur;
,, *quod de eo intelligendum eſt, qui noluit intelli-*
,, *gere, ut bene ageret.*

Luc. 12. — *1. Cor. 14.*

Et hoc, niſi ſint Monachi, vel regulares, vel ſacerdotes, vel habentes perſonatus, vel plebanatus, qui nullo modo poſſunt audire; & ſi audierint, ipſo jure ſunt excommunicati. Require infra de ſent. excomm. *ſ. Utraque excommunicatio*.

Debet etiam ordinandus habere peritiam ſæcularium negotiorum; quia non ſolum ſpiritualia, ſed etiam temporalia debet ſubditis, & neceſſitatem patientibus adminiſtrare. Diſt. 39. per totum, ſeu c. *Petrus*. Extra, de renunc. c. *Niſi*, diſt. 86. c. *Fratrem*.

v. pag. 243 — *v. infra.*

Gregor. Secundino ſervo Dei.

,, FRatrem noſtrum Marinianum Epiſcopum
,, verbis, quibus vales, excita, quia eum
,, obdormiviſſe ſuſpicor: dic ergo illi, ut eum
,, loco mutet & mentem. Non ſibi credat ſolam
,, lectionem, & orationem ſufficere, ut re-
,, motus ſtudeat ſedere, & de manu minime
,, fructificare; ſed largam manum habeat, ne-
,, ceſſitatem patientibus ſuccurrat, alienam ino-
,, piam, ſuam credat; quia ſi hæc non habet,
,, vacuum nomen Epiſcopi tenet. *In ipſa autem*
,, *liberalitate modus adhibendus eſt rerum, & per-*
,, *ſonarum. Rerum, ut non omnia uni, ſed ſingu-*
,, *lis quædam præſtentur, ut pluribus prodeſſe poſ-*
,, *ſimus, juxta illud Prophetæ*: Diſperſit, dedit
,, pauperibus. *Perſonarum, ut primum juſtis, de-*
,, *inde peccatoribus; quibus tamen dare prohibe-*
,, *mur, non quia homines ſunt, ſed quia pecca-*
,, *tores.*

Sed numquid laicus, qui omnino ignoraret litteras, reciperet characterem?

Dicunt quidam, quod non: quia ſubſtantia ſummi ſacerdotii ſunt eloquia divinitus tradita. Diſt. 38. c. *Omnes*, & arg. diſt. 40. c. *Sicut*, verſ. *Clericatus*, & *Sacerdotium*.

Ex Sept. Synod. c. 2. Pſal. 118.

,, OMnes pſallentes repromittimus Deo: *In*
,, *tuis juſtificationibus meditabor, non obli-*
,, *viſcar ſermones tuos*. Quod omnes quidem
,, Chriſtianos obſervare ſaluberrimum eſt; ſed
,, præcipue hos, qui Eccleſiaſticam conſecuti
,, ſunt dignitatem. Unde diffinimus, omnem,
,, qui ad Epiſcopatus eſt provehendus gradum,
,, modis omnibus Pſalterium noſſe, ut ex hoc
,, etiam omnis Clerus, qui ſub eo fuerit, ita
,, moneatur, & imbuatur, Inquiratur autem
,, diligenter a Metropolitano, ſi in promtu
,, habeat legere ſcrutabiliter, & non tranſitorie
,, tam ſacros canones, & ſanctum Evangelium,
,, quam divini Apoſtoli librum, & omnem di-
,, vinam ſcripturam, atque ſecundum man-
,, data Dei converſari, & docere ſibi populum
,, commiſſum: ſubſtantia enim ſummi ſacerdo-
,, tii ſunt eloquia divinitus tradita, id eſt,
,, vera divinarum ſcripturarum diſciplina,
,, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius.
,, Quod ſi diſceptaverit, & ita libenter facere,
,, & docere minime ſpoponderit, nullatenus
,, conſecretur. Ait enim Prophetiſſæ Deus:
,, *Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſa-*
,, *cerdotio fungaris mihi.*

Oſeæ 4.

Isidorus

,, SIcut viri, & mulieris digna conjunctio
,, unum facit matrimonium, & ſicut duo-
,, rum copulatio unum perficit corpus; ita Cle-
,, ricatus, & ſacerdotium unum faciunt Pres-
,, byterum, & electio, & conſecratio unum fa-
,, ciunt Epiſcopum: quæ omnia unum faciunt
,, corpus, quod citius corrumpitur, & ad ter-
,, ram trahitur, niſi legaliter conſervetur, niſi
,, juſte vivendo laudetur.

Alii dicunt, quod credo verius, quod bene reciperet characterem; quia ex quo baptizatus eſt, ſuſceptibilis eſt cujuslibet ſacramenti; quum baptiſmus ſit janua omnium ſacramentorum. Diſtinct. 32. cap. *Præter*, *ſ. Verum*, circa finem, & facit ad hoc 1. q. 1. cap. *Ventum*. Et quod dicitur in illo cap. *Omnes*, referendum eſt ad exſecutionem ordinis, quod ſine litteris non poteſt fieri.

v. pag. 134 & Indic.

In ſumma nota; quod ſufficit, ut habeat ſcientiam competentem, etſi non eminentem. Extra, de elect. c. *Cum nobis olim*.

Innocen. III. Archiep. & Capitulo Capuaeo.

,, CUm nobis olim (& infra) His igitur, &
,, aliis allegatis, quamquam contra perſo-
,, nam illius, quem elegiſtis, nihil dictum fue-
,, rit, vel objectum; quia tamen juxta verbum
,, Apoſtoli dicentis *Nemini cito manum impo-*
,, *nas*, debemus attendere diligenter ad ea,
,, quæ circa perſonam inquirenda fuerant; du-
,, ximus ex officio noſtro, ſicut decuit, proce-
,, dendum (& infra) Illius quoque litteratu-
,, ra, licet non eminens, tamen conveniens
,, electus exſiſtit, ut pro defectu ſcientiæ (ſic-
,, ut plenius intelleximus ex his, qui eum
,, melius cognoverunt) ab electione non debe-
,, ret excludi. De legitima tamen ætate...

Item

Digitized by Google

Item propter ſimplicitatem repellitur quis ab obtinendo, ſed non dejicitur ab obtento; immo datur ei coadjntor. Diſt. 39. c. *Petrus*, Cauſſa 7. quæſt. 1. c. *Quia frater*, de electiōn. cap. *Cum in cunctis*.

v. pag. 245

Pelagius Papa Clero Narnicenſi.

,, QUia frater, & Coepiſcopus noſter Joannes Eccleſiaſticæ utilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicitate laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quod ſe in gerenda patrimonii cura gubernandi, vel in diſciplina Eccleſiaſtica conſervanda minime fatetur idoneum; conſtituti Presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam, ut ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponente ſollicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis juſſione præcipimus, ut ſervata primo in loco Epiſcopo memorato reverentia, quam vos convenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad divini cultus obſequium pertinet, vel quæ Eccleſiaſticæ utilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam conſtituto competentem, ut in nullo diſpoſitionibus ejus ſpiritu contumaci reſultantes: immo competenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro Eccleſiaſtica utilitate gerenda ille Conſtitutus monuerit, adimplentes, ut his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ Eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad ea pertinentibus repetendis ſunt neceſſaria, compleantur.

Alex. III. In Concilio Lateranenſi.

,, CUm in cunctis ſacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, gravitas morum, & litterarum ſcientia inquirenda; multo fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum poſitus, in ſcipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Dei oporteat converſari. Eapropter, ne quod de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur a poſteris in exemplum, præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam trigeſimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam vita, & ſcientia commendabilis demonſtretur.

Item propter illitteraturam poteſt Epiſcopus petere licentiam reſignandi. Extra de renunciatione, c. *Niſi*.

v. infra De renun.

TITULUS VI.

De pudicitia ordinandorum.

PUdicus debet etiam eſſe ſacerdos, ut moribus, & verbis pudorem indeſinenter oſtendat; unde in Cant. c. 1. *Genæ ſponſæ*, id eſt, prædicatores, turturi comparantur, unde in lege veteri dictum eſt: *Verecundos, & verentes facite filios Iſrael*. Item Ambroſius: *Verecundia ingenuos prodit natales*.

Lib. 2. De offic. c. 30.

TITULUS VII.

De ornatu ordinandorum.

SEquitur in regula Apoſtolica *Ornatum*: debet enim ordinandus eſſe ornatus duplici ornamento, ſcilicet interiori, & exteriori. Interius ornamentum conſiſtit in virtutibus, quibus debent eſſe ornati Clerici, & præcipue ſacerdotes, atque prælati, ne alii male ſedentes in cathedra, faciant injuriam cathedræ. Diſtinct. 40. c. *Multi*.

Joan. Chryſoſt.

,, MUlti Sacerdotes, & pauci Sacerdotes, multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo, fratres, quomodo ſedetis ſuper cathedram; quia non cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram; non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Non omnis Sacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt Sacerdos: qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit cathedræ: qui male ſederit, injuriam facit cathedræ. Ideoque malus Sacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In judicio enim tuo ſedens, ſi quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium judex es; ſi autem bene docueris, & male vixeris, tui ſolius condemnator eris. Nam bene vivendo, & bene docendo, populum inſtruis quomodo vivere debeat: bene autem docendo, & male vivendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare (Idem) Quicumque deſideraverit primatum in terra, inveniet confuſionem in cælo: nec inter ſervos Chriſti computabitur, qui de primatu tractaverit, nec unuſquiſque eorum feſtinet, quomodo aliis major appareat, ſed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui major fuerit in honore, ille eſt juſtior, ſed qui fuerit juſtior, ille eſt major: converſatio ergo melior eſt deſideranda, non dignior gradus.

Exterius ornamentum conſiſtit in quattuor, in inceſſu, habitu, cibo, & potu.

In inceſſu, ut non currant, ſed raro, moderato & æquali greſſu incedant, ut maturitate, & æqualitate itineris, maturitatem, & æqualitatem indicent mentis. Auguſtinus: Incompoſitio corporis inæqualitatem indicat mentis. Diſt. 41. cap. *Clericus*.

Lib. quæſt. ſup. Geneſ. c. 22.

Ex Conc. Carthag. c. 15. Gratian.

,, CLericus profeſſionem ſuam & habitu, & inceſſu probet; & ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat *Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus vivimus, obſervare monemur; ſic & de indumentis intelligendum eſt: ut enim alibi dicitur:* Quisquis contemtis his, cum quibus vivit, lautiora ſibi, vel auſteriora præ ceteris indumenta vel alimenta quærit; aut intemperans ſui, aut ſuperſtitioſus eſt. *In inceſſu autem debet eſſe ſacerdos ornatus, ut gravitate itineris, mentis maturitatem oſtendat.* Incompoſitio enim corporis (ut Auguſtinus ait) inæqualitatem indicat mentis. *Unde hiſtoriographus ille, cum ejus mutabilitatem deſcriberet, cujus conſcientia excitata curis, mentem vaſtabat, inter cetera hoc etiam notabile judi-*

Sup. cap. Quiſquis.

Lib. quæſt. ſup. Geneſ. c. 22.

Salluſt.

,, *cavit*

„ *cavit dicens*: Inceſſus ejus modo citus, mo-
„ do tardus.

In habitu, ut non deferant veſtes inciſas, id eſt, lingulatas ad modum jaculatorum, nec varii coloris, nec rubeas, nec virides. Item non nimis longas non nimis breves. Item nec de ſerico, vel lana nimia pretioſa, nec etiam de nimis vili. Quoniam, ut ait Hieronymus: *Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ deliciæ laudem pariant*, Diſt. 41. §. 1. Item in habitu poteſt comprehendi etiam tonſura, quæ comam, & barbam debet deponere. Extr. de vita & honeſt. Cleric. c. *Si quis*, & c. *Clericus*, Cauſſa 12. q. 1. c. *Duo*.

Ad Euſtochium de Cuſtod. Virg.

Gregor. IX.

„ SI quis ex Clericis comam relaxaverit, a-
„ nathema ſit.

Ex Conc. Carthag.

„ CLericus neque comam nutriat, neque bar-
„ bam.

Hieron. Ad quemdam ſuum Levitam de duobus generibus hominum.

„ DUo ſunt genera Chriſtianorum: eſt au-
„ tem unum genus, quod mancipatum
„ divino officio, & deditum contemplationi,
„ & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium
„ ceſſare convenit: ut ſunt Clerici, & Deo de-
„ voti, videlicet, Converſi: χλήρος enim græce
„ latine *ſors*. Inde hujuſmodi homines vocan-
„ tur Clerici, id eſt, ſorte electi. Omnes e-
„ nim Deus in ſuos elegit. Hi namque ſunt
„ reges, id eſt, ſe & alios in virtutibus regen-
„ tes, & ita in Deo regnum habent; & hoc
„ deſignat corona in capite. Hanc coronam
„ habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ in
„ ſignum regni, quod in Chriſto exſpectatur.
„ Raſio vero capitis eſt temporalium omnium
„ depoſitio: illi enim victu, & veſtitu conten-
„ ti, nullam inter ſe proprietatem habentes,
„ debent habere omnia communia. Aliud vero
„ genus eſt Chriſtianorum, ut ſunt Laici: λαὸς
„ enim græce, eſt *populus* latine. His licet
„ temporalia poſſidere, ſed nonniſi ad uſum:
„ nihil enim miſerius eſt, quam propter num-
„ mum Deum contemnere. His conceſſum
„ eſt uxorem ducere, terram colere, inter vi-
„ tum, & virum judicare, cauſſas agere, obla-
„ tiones ſuper altari apponere, decimas red-
„ dere: & ita ſalvari poterunt, ſi vitia tamen
„ benefaciendo evitaverint.

Et breviter oculos, & linguam, & omnia membra debet ſub fræno caſtitatis, & continentiæ coercere. Cauſſa 6. q. 1. c. *Ex merito*, 32. q. 5. c. *Nec ſolo*.

Anterus Papa Epiſt. unica.

„ EX merito plebis nonnumquam Epiſcopi
„ depravantur, quatenus proclivius cadant,
„ qui ſequuntur. Capite langueſcente, cetera
„ corporis membra inficiuntur. Deteriores ſunt,
„ qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt,
„ quam hi, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque
„ diripiunt. Caveat itaque unuſquiſque, ne aut
„ linguam, aut aures habeat prurientes, id
„ eſt, ne aut ipſe aliis detrahat, aut alios de-
„ trahentes audiat. *Sedens* (inquit Propheta)
„ *adverſus fratrem tuum loquebaris* detrahendo,
„ *& adverſus filium matris tuæ ponebas ſcanda-*
„ *lum, &c.* Parcant ſinguli detractioni linguæ,
„ cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciant, quia
„ cuncti, qui de aliis loquuntur, ſua ſententia
„ judicabuntur. Nemo invito auditori libenter
„ refert. Officii ſingulorum ſit, dilectiſſimi,
„ non ſolum oculos caſtos ſervare, ſed & lin-
„ guam: nec quid in cujuſquam domo agatur,
„ alia domus umquam per eos noverit: ha-
„ beant omnes ſimplicitatem columbæ: nec
„ cuiquam machinentur dolos, & ſerpentis a-
„ ſtutiam, ne aliorum ſupplantentur inſidiis.

August. De communi vita Cleric. & Epiſt. 109. ad Monachas.

„ NEc ſolo tactu, ſed affectu & aſpectu quo-
„ que appetitur, & appetit concupiſcen-
„ tia feminarum: nec dicatis vos animos ha-
„ bere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos,
„ quia impudicus oculus, impudici cordis eſt
„ nuncius: & cum ſe ſibi invicem, etiam tacen-
„ te lingua, conſpectu mutuo corda nunciant
„ impudica, & ſecundum concupiſcentiam car-
„ nis alterutro delectantur ardore; etiam in-
„ tactis ab immunda violatione corporibus, fu-
„ git caſtitas ipſa de moribus.

Si autem vis ſcire plene qualem habitum teneantur deferre Clerici, lege de vit. Cleric. c. *Clerici*. Item require de hoc ſupra de Apoſtatis, §. *Pœna*, & §. *Quid ſi aliquis*, & in aliis §§. ſequentibus. *In cibo*, *& potu*, de his duobus require ſupra de ſobrietate ordinandorum, per totum. v. pag. 229

In ſumma nota, quod ex cauſſa peregrinationis, vel ſimili honeſta licet Clerico habitum transformare, & aſſumere habitum laicalem, vel pœnitentialem, vel ſimilem. Cauſſa 21. q. 4. c. *Epiſcopi*. Extr. de vit. & honeſt. Cleric. c. *Clerici*.

Zacharias Papa In Synodo Romana c. 5.

„ EPiſcopi, Presbyteri & Diaconi ſæculari-
„ bus indumentis non utantur, niſi (ut
„ condecet) tunica ſacerdotali: ſed neque dum
„ ambulaverint in civitate, aut in via, aut in
„ plateis, ſine operimento præſumant ambula-
„ re, præterquam ſi in itinere longo tempore
„ ambulaverint: quia ſicut mulier orans in Ec-
„ cleſia non velato capite deturpat caput ſuum
„ juxta Apoſtolicam vocem; ita ſacerdos ſine
„ operimento deturpat ſacerdotium ſuum: quod
„ ſi temere præſumſerit contra ſtatuta agere;
„ communione privetur, donec quæ ſtatuta ſunt,
„ adimplere maturet.

Item in habitu debent Clerici ſe conformare illis, inter quos vivunt, in quantum poſſunt, ſervando tamen in omnibus honeſtatem. Arg. diſt. 4. cap. *Erit*, & Diſt. 30. cap. *Si quis virorum*.

Isidorus Lib. 20.

„ ERit autem lex honeſta, juſta, poſſibilis
„ ſecundum naturam, ſecundum conſue-
„ tudinem patriæ, loco temporique conveniens,
„ neceſſaria, & utilis, manifeſta quoque, ne a-
„ liquid per obſcuritatem in captionem conti-
„ neat, nullo privato commodo, ſeu pro com-
„ muni civium utilitate conſcripta.

Ex Gang. Concilio c. 12.

„ SI quis virorum putaverit ſancto propoſito,
„ id eſt, continentiæ convenire, ut pallio
„ utatur, tamquam ex eo juſtitiam habiturus,
„ & reprehendat, vel judicet alios, qui cum
„ reverentia birris utuntur, & alia veſte com-
„ muni, quæ in uſu eſt; anathema ſit.

TITULUS VIII.

De Hoſpitalitate Ordinandorum.

DEbet etiam ordinandus eſſe hoſpitalis, quia, ut ait Hieronymus: Domus Clericorum omnibus debent eſſe communes. Cauſſa 16. q. 1. c. *Quoniam quidquid*.

Hieron. Damaſo Papæ.

„ QUoniam quidquid habent Clerici, pau-
„ perum eſt, & domus illorum omnibus
„ debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrino-

„ tum

Digitized by Google

,, rum & hoſpitum invigilare debent, maxi-
,, me curandum eſt illis, ut de decimis & ob-
,, lationibus, Cœnobiis, & Xenodochiis, qua-
,, lem voluerint & potuerint, ſuſtentationem
,, impendant. Liberum eſt enim Monachis, &
,, ſpiritualibus viris Deum timentibus & co-
,, lentibus, decimas & oblationes, cunctaque
,, remedia concedere, & de jure ſuo in domi-
,, nium illorum, & uſum transferre, nec tam
,, in pauperibus paupertatem, quam religio-
,, nem attendere. Quod autem beatitudo tua
,, quæſivit, utrum uſus decimarum & oblatio-
,, num ſæcularibus provenire poſſit; novit ve-
,, ſtra ſanctitas omnino non licere, proteſtan-
,, tibus hoc divinis auctoritatibus paternorum
,, canonum. Quamobrem, ſi aliquando fuerint
,, ab his male detenta, quæ divini juris eſſe
,, noſcuntur, & in uſum tranſierint Monacho-
,, rum & ſervorum Dei; Epiſcopo tamen lo-
,, ci illius præbente conſenſum, conſtabunt eis
,, omnia perpetua firmitate & ſtabilitate ſub-
,, nixa. Clericos autem illos convenit Eccleſiæ
,, ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & pro-
,, pinquorum nulla ſuffragantur. Qui autem
,, bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt,
,, ſi quod pauperum eſt, accipiunt; ſacrilegium
,, profecto committunt, & per abuſionem ta-
,, lium judicium ſibi manducant & bibunt.

Item quia hoſpitalitatis hortator eſſe non poterit, qui domum propriam hoſpitibus clauſit. Diſt. 42. §. s. ſeu, *Hoſpitalem.*

Gratianus. ,, **H***Oſpitalem vero Sacerdotem eſſe oportet, ne*
,, *ſit in numero eorum, quibus in judicio di-*
,, *cetur:* Hoſpes eram, & non ſuſcepiſtis me. *Qui*
Matth.25. ,, *enim Apoſtolum ſecutus, alios ad Hoſpitalita-*
,, *tem debes invitare, quomodo hoſpitalitatis exhor-*
,, *tator poteris eſſe, qui domum propriam hoſpitibus*
,, *claudis? ſi enim ſacerdos primum a ſeipſo, &*
,, *a domeſtica ſua Eccleſia debet exigere, quod*
,, *poſtea populis imperet: ſi primum, imitando*
,, *Chriſtum, ipſe debet facere, quæ poſtea popu-*
,, *lum doceat; neceſſe eſt, ut pauperes hoſpitio*
,, *recipiat, quoad hoſpitalitatem facilius ſuo e-*
,, *xemplo ſubditos attrahat. Ordinandus itaque ſa-*
,, *cerdos ad memoriam revocet, quomodo Abra-*
,, *ham, & Loth, per hoſpitalitatis opera, Deo*
,, *placere, & Angelos hoſpitio meruerant recipere:*
,, *quomodo Angeli Sodomis hoſpitalitatis domum*
,, *ingreſſi, Loth cum familia ſua liberaverant: quo-*
,, *modo clauſas domos cum hoſpitibus ignis ingreſ-*
,, *ſus perdiderit: quomodo etiam ſecundum Hiero-*
,, *nymum aliena rapere convincitur, qui ultra ne-*
,, *ceſſaria ſibi retinere probatur; ac ſi per omnia*
,, *opera pietatis ſe inſtruat, ut etiam præſentis vi-*
,, *tæ ſubſidia, & æternæ claritatis præmia a*
,, *Deo percipiat: utramque enim pietati promitti-*
1. Tim. 4. ,, *tur. Unde Apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait:*
,, Exerce te ipſum ad pietatem: nam corpora-
,, lis quidem exercitatio ad modicum utilis eſt,
,, pietas autem eſt utilis ad omnia, habens pro-
,, miſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ:
,, *Ab hac quiſquis alienus fuerit, in ſacerdotem or-*
1. Tim. 5. ,, *dinari non poterit; ſi enim vidua ab Eccleſia re-*
,, *cipi prohibetur, quæ pauperes non recepit ho-*
,, *ſpitio, quæ pedes ſanctorum non lavit, quæ omne*
,, *opus bonum non eſt exſecuta; multo magis ſunt*
,, *prohibendi a ſacerdotio, qui ab opere pietatis pro-*
,, *bantur alieni.*

Item quia pietas hoſpitalitatis remuneratur temporaliter, & æternaliter. Apoſtolus: *Exerce te ipſum ad pietatem, &c.* Item quia Abraham, *v. ſupra.* & Loth hoſpitales erant, Angelos recipere meruerunt.

Sed circa hanc hoſpitalitatem modus, & diſcretio adhibenda eſt: eorum namque, qui petunt eleemoſynam, alii petunt quaſi ex debito, ut prædicatores, & prælati; alii ſimpliciter pro corporis ſuſtentatione: in primo caſu ſubdiſtingue; quia aut ſunt noti, aut non: ſi ſunt noti, & conſtat eos eſſe miſſos, vel inſtitutos ad prædicandum, vel ad prælaturam; recipiendi ſunt: ſi vero ſunt incogniti, vel dubitatur, an tale officium ſit eis conceſſum; primo debent examinari, an ita ſit, quia circa majora periculum vertitur: non enim das tantum temporalia, ſed accipis ab eis ſpiritualia, in quibus vertitur magnum periculum. Diſt. 13. c. *Quieſcamus.* *v. infra*

In ſecundo caſu, ſcilicet quum petunt pro ſuſtentatione corporis, ſimiliter ſubdiſtingue; quia aut potes omnibus abundare, aut non; in primo caſu debes indiſtincte dare omnibus indigentibus: invitant nos ad hoc exempla Loth, & Abrahæ, qui quoniam omnes indifferenter recipiebant, inter alios etiam Angelos recipere meruerunt: ſi enim voluiſſent aliquos repellere, forſan inter illos, & angelos repuliſſent. In hoc caſu ait Joannes Chryſoſtomus: *Quieſcamus ab hac abſurda, & diabolica, & peremtoria curioſitate, ſcilicet diſcernendi inter pauperem, & pauperem: non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem ſibi tributurus eſt Deus, ſed ex voluntate, & honorificentia maſſa, ex miſericordia, & bonitate.* Diſt. 42. c. *Quieſcamus*, in princ. & in fine. *In Epiſt. ad Hebr. homil. 11. ad c. 6* *v. pag. 165*

Item Gregorius VI s. cauſſa 11. q. 4. c. *Quoniam*, in fine, ubi habes, quod etiam excommunicato danda eſt eleemoſyna: & hoc intellige tam de excommunicato, quam de quolibet manifeſte peccante, niſi ſecuritate cibi negligeret juſtitiam. Nam in tali caſu dicit Auguſtinus: *Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangatur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat.* Cauſſa 5. quæſt. 5. c. *Non omnis.* *Regiſt. lib. in Concil. Romæ habito.* *v. pag. 165* *Ad Vincentium Epiſt. 48.* *v. pag. 197*

Quod autem dixi de iſtis, etiam cum exceptione intelligas, videlicet, niſi eſuriant ad mortem: tunc enim quantumcumque negligerent juſtitiam, deberent paſci. Diſt. 86. cap. *Paſce.*

In ſecundo caſu, ſcilicet quum non potes omnibus ſufficere, dicit Ambroſius: Novem eſſe conſideranda, ſcilicet fidem, cauſſam, locum, tempus, modum, neceſſitudinem, ſive ſanguinis propinquitatem, ætatem, debilitatem, & conditionem, ſeu nobilitatem.

Fidem. Quia fidelis eſt præferendus infideli.

Cauſſam. Quia illi, qui tenentur captivi ab hoſtibus, ſunt aliis præferendi.

Locum. Ut ſi juſtus propter debitum excrucietur in carcere, & in pœnis, atque ſuppliciis: nam ſi omnibus debetur miſericordia, juſto amplius.

Tempus. Quia ſi tempore afflictionis ſuæ nihil a te impetret, ſed tempore periculi, quo rapitur injuſte ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri; non eſt leve peccatum.

Modum. Ut non totum uni, nec ſimul effundantur opes, ſed diſcrete diſpenſentur, niſi forte aliquis ex toto velit relinquere ſæculum.

Neceſſitudinem. Ut propinqui ſanguinis extraneis

neis præſerantur, ita tamen quod cauſſam præſtat natura, non gratia, id eſt, non ditentur propter carnalem amorem, ſed paſcantur propter naturæ ſuſtentationem.

Ætatem. Quia ſenes ſunt juvenibus præferendi.

Debilitatem. Qnia claudi, cæci, valetudinarii, & ſimiles, debent præferri ſanis.

Nobilitatem, id eſt, verecundiam, quæ ingenuos prodit natales: quod præſertim attenditur in his, qui ex divitiis ſine vitio ſuo ceciderunt in egeſtatem. Hæc exponuntur plene

v. pag. 218 Diſt. 86. c. *Non ſatis*.

CASUS

Unicus.

Pone, quod pater tuus infidelis, & extraneus fidelis egeant, nec potes ſubvenire utrique, ſed alteri tantum; quem præferes?

Videtur, quod extraneum, quia fidelis infideli debet præponi. Econtra videtur, quod patrem, quia conſanguineus, extraneo eſt præferendus.

Ad hoc nota, quod opinio celebris eſt, patrem præponendum extraneo in exhibitione nutrimenti, extraneum vero patri in dilectione. Arg. diſt. 30. c. 1. ſeu, *Si qui filii*.

Ex Conc. *Gangrenſ.* „ Si qui filii parentes, maxime fideles, deſeruerint, occaſione Dei cultus, hoc juſtum eſſe judicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipſum in eis venerentur, quod fideles ſunt; anathema ſint.

Fundatur autem hæc opinio ſuper illo præcepto Domini: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram*. Et hoc, ſi æqualiter indigent ad mortem: ſi enim extraneus indigeret ad mortem, & pater non; eſſet

v. pag. 137 extraneus præferendus. Diſt. 86 c. *Paſce*.

Huic tamen opinioni videtur obviare quoddam verbum Ambroſii in Cant. c. 2. ſuper locum illum: *Ordina in me caritatem*: ait enim: *Multorum caritas inordinata eſt, quia in primo ponunt tertium, vel quartum. Primo Deus diligendus eſt, ſecundo parentes, deinde filii, poſtea domeſtici, qui, ſi boni ſunt, malis filiis præponendi ſunt*.

Sed hæc auctoritas intelligitur de affectu, non de nutrimenti exhibitione: magis enim debemus diligere extraneos bonos, quam propinquos malos; licet iſtis magis teneamur ſubvenire.

Quidam tamen dicunt ſimpliciter, bonum extraneum præferendum conſanguineo malo per finem prædictæ auctoritatis Ambroſii, &

Lib. 1. de Offic. c. 2. Eccleſ. 12. per illam: *Eleemoſyna in manu tua, donec invenias juſtum, cui des*.

Sed hoc legitur de peccatore, qui vult dare eleemoſynam alicui, ut oret pro eo, & obtineat ſibi gratiam; & aliis multis modis poteſt exponi.

Fit etiam alia diviſio circa eleemoſynam. Alia enim eſt interior, ſive ſpiritualis; alia exterior, ſive corporalis.

Prima conſiſtit in tribus, ſcilicet, ut dimittas ei, a quo læſus es. Item, ut caritative moneas, & corrigas delinquentem. Item, ut in his, quæ pertinent ad ſalutem, inſtruas ignorantem.

Secunda vero conſiſtit in ſeptem operibus miſericordiæ, de quibus Dominus diſceptabit in judicio, Matth. 25. *Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare &c.*

Item nota, quod prima eſt longe melior, & pretioſior, & dignior, quam ſecunda; quod patet ex tribus. Unum, quia ſuſtentat, & ſpiritualiter nutrit animam, quæ longe pretioſior eſt, quam corpus. Secundum, quia hoc numquam deficit; ſive enim homo ſit pauper, ſive dives, ſemper poteſt facere hanc eleemoſynam. Corporalem vero non poteſt, niſi habeat res corporales. Tertium, quia iſta ſpiritualis eleemoſyna valet ad ſalutem ſine corporali, quum ſcilicet non eſt indigens, qui recipiat corporalem, vel quum iſte non habeat corporalem, quam conferat indigenti: ſecus de corporali, quæ numquam valet ad ſalutem ſine ſpirituali. Apoſtolus: *Si diſtribuero omnes facultates in cibos* *1. Cor. 13.*
pauperum &c. Item Gregorius: *Qui dat paupe-* *In Moral. l. 20. par. 4. r. 6.*
ri, non ut refrigeret viſcera indigentis, ſed ut careant tædio interpellantis; & rem perdit, & meritum. Item Auguſtinus diſt. 45. c. *Duæ ſunt eleemoſynæ*.

„ Duæ ſunt eleemoſynæ, una cordis, aliter *Auguſt. lib. 50. homil. 6.*
„ pecuniæ. Eleemoſyna cordis eſt dimittere ei, a quo læſus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes. Indulgere peccanti quantum volueris, redundat tibi. Eleemoſyna cordis multo major eſt, quam eleemoſyna corporis. Caritatis eleemoſyna ſine ſubſtantia terrena ſufficit ſibi: illa vero, quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde tribuitur, omnino non ſufficit.

Item nota, quod tria ſunt conſideranda in eleemoſyna, ſcilicet, juſtum, ordo, & intentio. *Juſtum*, ut & de juſto fiat, non de illicite acquiſito; quod qualiter ſit intelligendum, require ſupra de negot. ſæcul. §. *Item quæritur*, & in aliis ſequentibus §§. uſque in finem. *Ordo*, ut primo ſibi, poſtea proximo. Unde in Evangeliis Matth. 7. & Luc. 6. *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies feſtucam in oculo fratris tui*. Et Salom. Eccl. 30. *Miſerere animæ tuæ placens Deo*. *Intentio recta*, ut fiat propter Deum, non ad vanam gloriam, *ne*, ſicut ait Gregorius: *Unde cælum mereri poterat, inde minimum tranſitorii ſermonis quærat*.

TITULUS IX.

De Doctrina ordinandorum, & de correctione eorum.

Sequitur in regula, *Doctorem*: debet enim ordinandus eſſe Doctor, cujus doctrina debet conſiſtere in duobus, videlicet, in diſciplina correctionis, & in ſermone prædicationis. In diſciplina, ut corrigat, non ex odio, ſed ex caritate, & cum diſcreta voluntate. Diſt. 86. c. 1. 2. & 3. ſeu, *Inferiorum*, & c. *Odia*, *v. pag. 90.*
& c. *Culpam*.

„ Inferiorum culpæ ordinum ad nullos magis *Leo Epiſc. Aquilejenſ. Epiſc.*
„ referendæ ſunt, quam ad deſides, negligenteſque rectores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum auſteriorem diſſimulant adhibere medicinam.

Odio

Leo Epiſc. Ruſtico Narbon. Epiſc.

ODio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod ſeverius caſtigare neceſſe eſt, non ſævientis plectatur animo, ſed medentis.

Nam, ut ait Auguſtinus, *ſeu plectendo, ſeu ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur*. Cauſſa 23. q. 5. c. *Prodeſt*.

August. Macedon. Epiſt. 14.

PRodeſt & ſeveritas veſtra, cujus miniſterio quies adjuvatur & noſtra; prodeſt & interceſſio noſtra, cujus miniſterio ſeveritas temperatur & veſtra: non vobis diſpliceat, quod rogamini a bonis; quia nec nobis diſplicet, quod timemini a malis: nam hominum iniquitatem, etiam Apoſtolus Paullus non tantum de judicio futuro, verum etiam de præſentibus veſtris ſæcularibus poteſtatibus terruit, aſſerens & ipſas ad diſpenſationem divinæ providantiæ pertinere. *Omnis*, inquit, *anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit &c.* Hæc verba Apoſtoli utilitatem veſtræ ſeveritatis oſtendunt: proinde ſicut dilectionem juſſi ſunt terrentibus debere, qui timent, ita dilectionem juſſi ſunt timentibus debere, qui terrent; nihil cupiditata nocendi fiat; ſed omnia conſulendi caritate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter: ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoria religio contemnatur: quia, & plectendo, & ignoſcendo, hoc ſolum bana agitur, ut vita hominum corrigatur. Quod ſi tanta eſt perverſitas, & impietas, ut corrigendis reis nec diſciplinæ, nec veniæ remedia ſuffragentur, ab omni tamen intentione, atque conſcientia, quam Deus cernit, ſive ſeveritate, ſive lanitate, non niſi officium dilectionis impleatur.

Rom. 13.

Si autem prælatus negligat corrigere ſubditos, graviter peceat, & graviter eſt puniendus de culpa ejus. Gregorius: *Epiſcopus, qui crimina non corrigit, canis impudicus magis dicendus eſt, quam Epiſcopus*.

Item Anaclectus: *Nihil illo paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur..... perdit enim labiorum memoriam, mens terrenis obligata carceribus*.

Item Innocentius: *Error, cui non reſiſtitur, approbatur*, &c. diſt. 83. c. *Nemo*, & c. *Error*, & c. *Nihil*.

Gregor. 1. p. Paſtor. c. 2.

NEmo quippe nocet in Eccleſia amplius, quam qui perverſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præſumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Epiſcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quam Epiſcopus.

Innocen.

ERror, cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas, cum minime defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis deturbara perverſos, nihil eſt aliud quam ſovere. Neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare.

Anaclet. Papa Epiſc. Omnibus.

NIhil illo paſtore miſerius, qui luporum laudibus gloriatur, quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari elegerit; erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus igitur paſtor placere lupis, & gregibus ovium poteſt: perdit enim memoriam labiorum mens terrenis obligata carceribus: ſicut artium in ſuo quoque opere invenitur mater inſtantia; ita noverca eruditionis eſt negligantia.

Pœna talium eſt depoſitio. Diſt. 81. c. *Dictum*, in princ. & cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Teugaldum*.

Ex Conc. Maguntin.

DIctum eſt nobis presbyteros propter ſuam negligentiam canonice degradatos, & ſæculariter gradu amiſſo vivere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere: unde ſtatuimus, ut gradu amiſſo agendæ pœnitentiæ gratia in Monaſterium, aut in canoniam regularem mittantur.

Nicolaus Papa.

TEugaldum Treverenſem, & Primatem Belgicæ Provinciæ, & Guntarium Agrippinæ Coloniæ Archiepiſcopos, nunc coram nobis, & ſancta Synodo ſub geſtorum inſinuatione, qualiter cauſſam Lotharii regis & duarum mulierum ejus Theibergæ ſcilicet, & Gualdradæ recognoverint, & judicaverint, ſcriptum ſuper hoc manibus propriis roboratum offerentes: nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis teſtibus affirmantes, & ſententiam, quam a ſede Apoſtolica in Engeltrudam uxorem Boſonis, ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis Archiepiſcopus Thado, & ceteri Coepiſcopi noſtri petiverant emittendam, & nos Divino ſucceuſi zelo, ſub anathematis atteſtatione canonice protuleramus; publice ſe viva voce violaſſe confitentes: in quibus omnibus invenimus eos Apoſtolicas, atque Canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe, ab omni judicamus ſacerdotii officio munere penitus alienos; & ideo ſancti Spiritus judicio, & Beati Petri per nos auctoritate Epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes: prædictis autem depoſitis licentiam concedimus Eccleſiam ingrediendi, & communicandi ſicut laici, & loquendi ſuas utilitates, non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſollicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad Epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi, ſicut nos cum ſancta Synodo decreviſſe jam conſtat.

Magnitudo etiam tam culpæ, quam pœnæ patenter oſtenditur exemplo Heli ſacerdotis, 1. Reg. 4. Debet inſuper cavere Prælatus, ne excedat modum in corrigendo; ſi tamen contingat eum, modum excedere, dum corrigit ex caritate, non cogitur a ſubditis veniam poſtulare, niſi velit ex humilitate, *ne dum nimia ſervatur humilitas, regendi frangatur auctoritas*. Diſt. 86. cap. *Quando*.

August. De vita Cleric.

QUando neceſſitas diſciplinæ minoribus coercendis dicere vos dura verba compellit, ſi etiam ipſi modum vos exceſſiſſe ſentitis, non a vobis exigitur, ut vos a ſubditis veniam poſtuletis, ne apud eos, quos oportet eſſe ſubjectos, dum nimia ſervatur humilitas, regendi frangatur auctoritas; ſed tamen petenda eſt venia ab omnium Domino, qui novit etiam eos, quos plus juſto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis.

Sæpe enim ex converſatione pari naſcitur contemtus dignitatis, ff. de offic. præſi. l. *Obſervandum*: debet anim prælatus agere ſuo ingenio dignitatē, ne contemtibilis habeatur, ff. de offic. Proconſul. *Nec quicquam*, §. *Circa*. Si autem ex odio exceſſerit modum, tenetur veniam poſtulare, quia tenatur injuriarum. Evangelium: *Si offers munus tuum ante altere &c.* & ff. ad l. Aquiliam, *Quemadmodum*, §. *Magiſtratus*; paratur

tamen in hoc caſu facilius Prælatis, quam privatis, quia in cura rei familiaris vix poteſt evitari peccatum. Diſt. 25. c. *Qualis*.

Gregor. Dial. lib. 4. c. 39.

„ QUalis hinc quiſque egreditur, talis in judicio apparebit, vel repræſentabitur: ſed „ tamen de quibuſdam levibus culpis eſſe ante „ judicii purgationis ignis credendus eſt, pro eo „ quod veritas dicit: *Quia ſi quis in Spiritum* „ *ſanctum blaſphemias dixerit, neque in hoc ſæculo, neque in futuro remittetur ei*. In qua ſententia datur intelligi quaſdā culpas in hoc ſæculo, „ quaſdam vero in futuro poſſe relaxari: quod „ enim de uno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur; ſed tamen, ut prædixi, hoc de parvis minimiſque peccatis fieri poſſe credendum „ eſt, ſicut eſt aſſiduus, & otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatū curæ rei familiaris, „ quæ vix ſine culpa, vel ab ipſis agitur, qui „ culpam qualiter declinare debeant, ſciunt: „ aut in non gravibus rebus error ignorantiæ, „ quæ cuncta etiam poſt mortem gravant, ſi „ adhuc in hac vita poſitis minime fuerint relaxata.

Conſiſtit etiam hæc doctrina, ut dixi, in ſermone prædicationis: circa quod tria ſunt conſideranda. Primum, interius caritas ardens. Secundum, exterius vita lucens. Tertium, ipſe actus prædicationis.

De primo Apoſtolus 1. Corint. 13. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam; factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinnıens*.

Gregor. 2. part. Paſtor. c. 2. v. pag. 247

De ſecundo Gregorius: *Cujus vita deſpicitur, reſtat, ut ejus prædicatio contemnatur*: talis etiam, ſi bene prædicet aliis, Deum inſtruit, quomodo ipſum debeat condemnare. Diſt. 40. c. *Multi*. Hic comparatur a Hieronymo cineri, per quem lixivium doctrinæ tranſiens lavat, & non lavatur. Diſt. 83. c. ult. ſeu *Nihil illo*. Ab Auguſtino lapideo canali, per quem aqua doctrinæ tranſit ad areolas, id eſt, corda ſubditorum, in quibus aliquando facit fructum. Cauſſa 1. q. 1. c. *Si juſtus*. *v. ſupra.*

August. Contra hæret. tract. 5. in Joan.

„ SI juſtus fuerit miniſter, computo eum cum „ Paullo, qui gloriam ſuam non quærit dicens: *Ego plantavi, Apollo rigavit; Deus autem incrementum dedit*. Qui vero ſuperbus fuerit miniſter, cum Diabolo computabitur; ſed „ non contaminabitur donum Chriſti, quis per „ illum purus fluvius tranſit, & venit ad fertilem terram. Scio, quia lapis ex aqua fructum „ ferre non poteſt, & ſi per lapideos canales „ tranſit aqua ad areolas, in canali lapideo „ nihil generatur, ſed tamen hortus plurimum „ fructum affert. Spiritualis enim virtus ſacramenti, ut lux pura ab illuminandis excipitur, ſed per immundos tranſiens non coinquinatur.

Et a Nicolao Papa faci ardenti comparatur, quæ ſe ipſam conſumens, aliis lucem miniſtrat. Cauſſa 15. q. ult. c. ult. ſeu *Sciſcitantibus*.

Nicolaus Ad conſulta Bulgarorū, c. 71.

„ SCiſcitantibus vobis, ſi a ſacerdote, qui „ ſive fuerit comprehenſus in adulterio, „ ſive de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis „ communionem recipere, necne; reſpondemus: „ Non poteſt aliquis quantumcumque pollutus ſit, ſacramenta divina polluere, quæ „ purgatoria cunctarum contagionum exſiſtunt: „ nec poteſt ſolis radius per cloacas, & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis „ attrahere. Proindeque, qualiſcumque Sacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinare non poteſt. Idcirco ab eo, quouſque judicio Epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt; quoniam mali bona adminiſtrando, ſe „ tantummodo lædunt: & cerea fax accenſa ſibi „ quidem detrimentum præſtat, aliis vero lumen in tenebris adminiſtrat; & unde aliis „ commodum exhibet, inde ſibi diſpendium „ præſtat....

Item de iſtorum culpa, & pœna in Canonica Petri 2. *Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur*. Gregorius: *Scire debent Prælati, quia ſi perverſa umquam perpetrent, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos per diverſa exempla tranſmittunt*. Et optime invehitur contra iſtos Hieronymus, diſt. 35. c. *Eccleſiæ principes*.

Hieron. ſ Michæam c. 5.

„ ECcleſiæ principes, qui deliciis affluunt, & „ inter epulas atque laſcivias pudicitiam „ ſervare ſe credunt; Propheticus ſermo deſcribit, quod ejiciendi ſunt de ſpatioſis domibus, lautiſque conviviis, & multo labore epulis conquiſitis, & ejiciendi propter malas cogitationes ſuas, & opera ſua. Et ſi vis ſcire quo ejiciendi ſunt, Evangelium lege, in tenebras ſcilicet exteriores, ubi erit fletus, & „ ſtridor dentium. An non confuſio, & ignominia eſt Jeſum crucifixum pauperem, & eſurientem fartis prædicare corporibus, & jejuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in Apoſtolorum loco „ ſumus, nō ſolum ſermonem eorum imitemur, „ ſed etiam converſationem, & abſtinentiam.

---

§. I.

Quæ ſunt attendenda circa prædicationis actum.

CIrca tertium autem, ſcilicet circa actum prædicationis, quattuor ſunt attendenda, ſcilicet tempus, locus, qualitas audientium, modus, & qualitas dicendorum.

Tempus, ut non ſemper loquatur, ſed temporibus opportunis: ſi enim ſemper plueret, terra numquam germinaret; unde contra tales in Levit. 5. *Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus erit*. Item Gregorius ſuper illum locum Apoſtoli ad Timoth. 1. c. 4. *Prædica verbum, inſta opportune, & importune*, ait: *Dicturus importune, præmiſit opportune; quia apud auditorum mentes ipſa ſua vilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas opportunitatem neſcit*, diſt. 43. c. *Sit rector*, in fine.

Locus attendendus eſt, quia debet fieri prædicatio in Eccleſia, vel in alio publico loco, & honeſto; non autem in privatis locis, vel domibus, ne naſcatur ex hoc ſuſpicio hæreſis. Diſt. 30. cap. *Si quis extra*.

Ex Conc. Gaagrenſ.

„ SI quis extra Eccleſiam privatim populos „ congregans contemnat Eccleſiaſticas ſanctiones, & Eccleſiam ipſam apud ſe ſine conſilio Epiſcopi cum presbytero agat; anathema ſit.

Unde Moyſi præcipitur in Exodo 28. ut ſacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur, ac ſi dicat, quum ingreditur tabernacula, poterit ambiri tintinnabulum, id eſt, poterit prædicare. Item Salomon, Proverb. 5. *In plateis*

tuis

tuis aquas tuas divide. Item Evangelium Matth. 10. *Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta*. Non tamen nego, quin aliqua bona verba poſſint ab aliquo dici in aliis locis, in modum ſimplicis exhortationis, licet non in modum prædicationis. Extr. de hæret. c. *Cum ex injuncta*, circa principium.

Innoc. III *Univerſis Chriſti fidelibus tam in urbe Metenſ. quam in ejus Diœceſi conſtitutis.*

„ CUm ex injuncto nobis Apoſtolatus officio, ſumus ſecundum Apoſtolum ſapientibus, & inſipientibus debitores; pro univerſorum ſalute nos oportet eſſe ſollicitos, ut & malos retrahamus a vitiis, & bonos in virtutibus foveamus. Tunc autem opus eſt diſcretione majori, cum vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrant, & Angelus ſathanæ ſe in angelum lucis ſimulat, & transformat. Sane ſignificavit nobis venerabilis frater noſter Epiſcopus Metenſis per litteras ſuas, quod tam in urbe Metenſi, quam in Diœceſi, laicorum, & mulierum multitudo non modica, tracta quodammodo deſiderio ſcripturarum, Evangelia, Epiſtolas Paulli, Pſalterium, moralia Job, & plures alios libros ſibi fecit in Gallico ſermone converti; tranſlationi hujuſmodi adeo libenter, utinam autem & tam prudenter intendens, ut ſecretis conventionibus talia inter ſe laici, & mulieres eructare præſumant, & ſibi invicem prædicare, qui etiam eorum aſpernantur conſortium, qui ſe talibus non immiſcent, & a ſe reputant alienos, qui aures, & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium ſacerdotum ſuper his corripere voluiſſent, ipſi eis in faciem reſtiterunt, conantes rationes inducere de ſcripturis, quod non ab his debent penitus inhiberi. Quidam etiam ex eis ſimplicitatem ſacerdotum ſuorum faſtidiunt, & cum ipſis per eos verbum ſalutis proponitur, ſe melius habere in libris ſuis, & prudentius ſe poſſe id eloqui, ſubmurmurant in occulto. Licet autem deſiderium intelligendi ſcripturas Divinas, & ſecundum eas ſtudium adhortandi, reprehendendum non ſit, ſed potius commendandum; in eo tamen apparent quidam laici merito arguendi, quod occulta conventicula celebrant, officium prædicationis Chriſti ſibi uſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem eludunt, & eorum conſortium aſpernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, ut Apoſtolos ſuos in mundum univerſum prædicaturos Evangelium omni creaturæ miſſurus, eis præceperit aperte, dicens: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, ſuper tecta prædicate*. Per hoc manifeſte denuncians, quod Evangelica prædicatio, non in occultis conventiculis, ſicut hæretici faciunt, ſed in Eccleſiis juxta morem Catholicum eſt publice proponenda. Nam juxta teſtimonium veritatis, omnis, qui male agit, odit lucem, & ad lucem non venit, ne ejus opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus, quia in Deo ſunt facta. Propter quod cum pontifex interrogaſſet Jeſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina ejus, reſpondit: *Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docebam in ſynagoga, & in templo*, quo omnes Judæi conveniunt, *& in occulto locutus ſum nihil*. Porro, ſi quis objiciat, quod ſecundum præceptum Dominicum non ſit ſanctum dandum canibus, neque margaritæ mittendæ ante porcos; cum & ipſe Chriſtus non omnibus quidem, ſed ſolis Apoſtolis dixerit: *Vobis datum eſt noſcere myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis*, intelligat canes, & porcos, non eos, qui gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant; ſed illos, qui ſanctum dilacerant, & margaritas contemnunt, quales ſunt qui Evangelica verba, & Eccleſiaſtica Sacramenta, non ut Catholici venerantur, ſed abominantur potius, ut hæretici oblatrantes ſemper, & blaſphemantes, quos Paullus Apoſtolus poſt primam, & ſecundam admonitionem docet eſſe vitandos. Arcana vero fidei ſacramenta non ſunt paſſim omnibus exponenda, cum non paſſim ab omnibus poſſint intelligi, ſed eis tantum, qui ea fideliter poſſint concipere intellectu: *Propter quod ſimplicioribus*, inquit Apoſtolus, *quaſi parvulis in Chriſto, lac potum dedi vobis, non eſcam*. Majorum enim eſt ſolidus cibus, ſicut aliis ipſe dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil judicavi me ſcire, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum*. Tanta eſt enim Divinæ Scripturæ profunditas, ut non ſolum ſimplices, & illiterati, ſed etiam prudentes, & docti, non plene ſufficiant ad illius intelligentiam indagandam; propter quod dicit Scriptura, quia multi defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Unde recte fuit olim in lege Divina ſtatutum, ut beſtia, quæ montem tetigerit, lapidetur, ne videlicet ſimplex aliquis, & indoctus præſumat ad ſubtilitatem ſacræ Scripturæ pertingere. Scriptum eſt enim: *Altiora te ne quæſieris*, propter quod dicit Apoſtolus: *Non plus ſapere* 1. Cor. 12.
quam oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem. Sicut enim multa ſunt membra corporis, omnia vero non eumdem actum habent; ita multi ſunt ordines in Eccleſia, ſed non omnes idem habent officium: quia ſecundum Apoſtolum: *Alios Dominus dedit Apoſtolos, alios Prophe-* Ephef. 3.
tas, alios autem doctores &c. Cum igitur doctorum ordo ſit quaſi præcipuus in Eccleſia, non debet ſibi quiſquam indifferenter prædicationis officium uſurpare. Nam ſecundum Apoſtolum: *Quomodo prædicabunt, niſi mit-* Rom. 10.
tantur? & veritas ipſa præcepit Apoſtolis: *Rogate dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam*. Quod ſi forte quis argute re- Matth. 9.
ſpondeat, quia tales inviſibiliter mittuntur a Deo, etſi non inviſibiliter mittantur ab homine, cum viſibilis miſſio multo ſit dignior, quam viſibilis, & Divina longe ſit melior, quam humana; poteſt rationabiliter reſponderi, quod cum interior illa miſſio ſit occulta, non ſufficit cuiquam nude tantum aſſerere, quod ipſe ſit miſſus a Deo, cum hoc quilibet hæreticus aſſeveret; ſed oportet, quod adſtruat illam inviſibilem miſſionem per operationem miraculi, vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale. Unde cum Domi- Exod. 7.
nus vellet mittere Moyſem in Ægyptum ad filios Iſrael, ut crederent ei, quod mitteretur ab ipſo, dedit ei ſignum, ut converteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Joannes quoque Baptiſta ſpeciale ſuæ Joan. 5.
miſſionis teſtimonium protulit de Scriptura, dicens: *Ego vox clamantis in deſerto, dirigite*

„ viam

Marginal notes (left column): Joan. 3. — Marc. ult. — Matth. 10.

Iſai. 40. ,, *viam Domino*, ſicut ait Iſaias' Propheta. Non
Matth. 3. ,, eſt ergo eredendum ei, qui dicit ſe miſſum
,, a Deo, eum ſit miſſus ab homine, niſi de ſe
,, ſpeciale proferat teſtimonium de ſcripturia,
,, & ejuſdem miraculum operetur. Nam de his,
,, qui miſſi leguntur a Deo, Evangeliſta te-
,, ſtatur, quod *ipſi profecti prædicaverunt ubique,*
,, *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſe-*
,, *quentibus ſignis*. Licet autem ſcientia ſit val-
,, de neceſſaria ſacerdotibus ad doctrinam, qui
Malach. 2. ,, juxta verbum Propheticum, *labia Sacerdotis*
,, *cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore*
,, *ejus*; non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus
,, etiam a ſcholaſticia detrahendum, cum in
,, eis ſacerdotale officium debeat honorari;
,, propter quod Dominus in lege præcepit:
Exod. 22. ,, *Diis non detrahes*, ſacerdotes intelligens, qui
Joan. 10. ,, propter excellentiam ordinis, & officii di-
,, gnitatem, deorum nomine nuncupantur.
,, Juxta quod alibi dicit de ſervo nolente a-
,, pud dominum remanere, ut dominus offe-
,, rat eum diis: cum enim juxta verbum
,, Apoſtoli, *ſervus ſuo domino ſtet, aut cadat*,
,, profecto ſacerdos ab Epiſcopo, cujus corre-
,, ctioni eſt ſubjectus, debet in manſuetudinis
,, ſpiritu caſtigari, non autem a populo, cujus
,, eſt correctioni præpoſitus in ſpiritu ſuperbiæ
,, reprehendi, cum juxta verbum Domini-
,, cum, pater & mater non debent maledici,
,, ſed potius honorari: quod de ſpirituali Pa-
,, tre multo fortius debet intelligi, quam car-
,, nali. Nec quiſquam ſuæ præſumtionis au-
,, daciam illo defendat exemplo, quo aſina le-
,, gitur reprehendiſſe Prohetam, vel quod Do-
Num. 22. ,, minus ait: *Quis ex vobis arguet me de pecca-*
Joan. 8. ,, *to?* cum aliud ſit fratrem in ſe peccantem occul-
,, te corripere (quod quiſque tenetur efficere
,, ſecundum regulam Evangelicam, in quo caſu
,, ſane poteſt intelligi, quod Balaã fuit correptus
,, ab aſina) & aliud eſt patrem ſuum delin-
,, quentem reprehendere maniſeſte; quod uti-
,, que nulli licet, ſecundum Evangelicam ve-
,, ritatem: nam, qui etiam dicit fratri ſuo,
,, ſatue, reus erit gehennæ ignis. Rurſus a-
,, liud eſt, quod prælatus ſponte de ſua con-
,, fiſus innocentia, ſubditorum ſe accuſationi
,, ſupponit (in quo caſu præmiſſum Domini
,, verbum debet intelligi) & aliud eſt, quod
,, ſubditus non tam animo reprehendendi,
,, quam detrahendi exſurgit temerarius in Præ-
,, latum, cum ei potius incumbat neceſſitas
,, obſequendi. Quod ſi forte neceſſitas poſtu-
,, laret, ut ſacerdos tamquam inutilis, & indi-
,, gnus a cura gregis debeat removeri; agen-
,, dum eſt ordinate apud Epiſcopum, ad cujus
,, officium, tam inſtitutio, quam deſtitutio
,, ſacerdotum noſcitur pertinere.

---

§. II.

Qualitas audientium, & dicendorum.

ITem qualitas audientium, modus etiam, & qualitas dicendorum conſidaranda ſunt: ſapientibus enim & dignis poteſt alta & profunda prædicare; ſimplicibus vero, & non capa-
C. 19. Diſt. 43. c. ſit rector. §. Providendum. cibus pauca, plana, & utilia. Apoſtolus: *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Idem: *Lac dedi vobis potum, non eſcam*. Gregorius in Paſtoral. *Providendum eſt intentione ſollicita rectoribus, ut ab eis non ſolum prava nullo modo, ſed nec recta quidem nimis, & inordinate proferantur; quia ſæpe doctorum virtus perditur, apud corda audientium, ſi loquacitas incauta opportunitate levigatur:* dum a loquente ornatur, & politur, ab auditoribus levis & inanis judicatur. Hoc etiam docuit Dominus Matth. 5. quum in plano turbis, & in monte loquebatur Apoſtolis.

,, SIt rector diſcretus in ſilentio, utilis in *Gregor. p. 2. ſui paſtoral. c. 4.*
,, verbo, ne aut tacenda proferat, aut
,, proferenda reticeſcat: nam ſicut incauta
,, locutio in errorem pertrahit, ita indiſcre-
,, tum ſilentium hos, qui erudiri poterant, in
,, errore derelinquit: ſæpe namque Rectores
,, improvidi humanam amittere gratiam for-
,, midantes, loqui libere recte pertimeſcunt,
,, & juxta veritatis vocem nequaquam jam gre-
,, gis cuſtodiæ, paſtorum ſtudio, ſed Mer-
,, cenariorum vice deſerviunt: quia veniente
,, lupo fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcon-
,, dunt. Hinc namque eos per Prophetam
,, Dominus increpat, dicens: *Canes muti, non* *Iſaiæ 56.*
,, *valentes latrare*. Hinc rurſus queritur dicens: *Ezech. 13.*
,, *Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis*
,, *vos murum pro domo Iſrael, ut ſtaretis in præ-*
,, *lio in die Domini*. Ex adverſo quippe a-
,, ſcendere, eſt pro defenſione gregis voce li-
,, bera hujus mundi poteſtatibus contraire. Et
,, in die Domini in prælio ſtare, eſt pravis
,, decertantibus ex juſtitiæ amore reſiſtere.
,, Paſtorem enim recta timuiſſe dicere, quid
,, eſt aliud, quam tacendo terga præbuiſſe?
,, qui nimirum, ſi pro grege ſe objicit, mu-
,, rum pro domo Iſrael hoſtibus opponit. Hine
,, rurſus delinquenti populo dicitur: *Prophe-* *Thren. 2.*
,, *tæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec ape-*
,, *riebant tibi iniquitatem tuam, ut te ad pœni-*
,, *tentiam provocarent*. Prophetæ quippe in ſa-
,, cro eloquio nonnumquam doctores vocantur,
,, qui dum fugitiva eſſe præſentia indicant,
,, quæ ſunt ventura maniſeſtant, quos Divi-
,, nus ſermo falſa videre redarguit: quia dum
,, culpas corripere metuunt, incaſſum delin-
,, quentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur:
,, qui iniquitatem peccantium nequaquam ape-
,, riunt, quia ab increpationis voce conticeſ-
,, cunt. Clavis quippe apertionis eſt ſermo cor-
,, rectionis: quia increpatio culpam detegit,
,, quam ſæpe neſcit ipſe etiam, qui perpetravit.
,, Hinc Paullus ait: *Ut potens ſit in doctrina ſana* *Ad Tit. 1.*
,, *exhortari, & eos qui contradicunt, redarguere*.
,, Hinc per Malachiam dicitur: *Labia ſacerdotis* *Malach. 2.*
,, *cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore*
,, *ejus: quia Angelus Domini exercituum eſt*.
,, Hinc per Iſaiam Dominus admonet dicens:
,, *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam.* *Iſaiæ 58.*
,, Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis
,, ad ſacerdotium accedit, ut ante adventum
,, judicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſci-
,, licet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, ſi
,, prædicationis eſt neſcius, quam clamoris vo-
,, cem daturus eſt præco mutus? Hinc eſt enim
,, quod ſuper paſtores primos in linguarum ſpe-
,, cies Spiritus Sanctus incedit; quia nimirum,
,, quos repleverit, de ſe protinus loquentes facit.
,, Hinc Moyſi præcipitur, ut tabernaculum ſa-
,, cerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur; ut
,, videlicet prædicationis voces habeat, ne
,, superni inſpectoris judicium ex ſilentio offen-
,, dat: ſcriptum quippe eſt: *Auditur ſonitus,* *Exod. 28.*

,, *quan-*

„ *quando ingreditur, vel egreditur ſanctuarium in conſpecłu Domini, & non moriatur*: ſacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur; quia iram contra ſe occulti judicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Apte autē tintinnabula veſtimentis illius deſcribuntur inſerta. Veſtimenta etenim ſacerdotis quid aliud quam recta opera debemus accipere? Propheta teſtante, qui ait:

Pſal. 131.

Sacerdotes tui induantur juſtitia. Veſtimentis itaque illius tintinnabula inhærent, ut vitæ viam cum linguæ ſonitu ipſa quoque bona opera ſacerdotis clament. Sed cum Rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur, attendat, ne ſi ordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortaſſe ſapiens videri deſiderat, unitatis compagem inſipienter abſcindat. Hinc namque veritas dicit:

Marc. 9.

Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. Per ſal quippe, verbi ſapientia deſignatur. Qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne ejus eloquio audientium unitas confundatur. Hinc Paullus ait: *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobritatem*. Hinc in ſacerdotis veſte juxta divinam vocem tintinnabulis mala punica conjunguntur. Quid enim per mala punica, niſi fidei unitas deſignatur? nam ſicut in malo punico uno exterius cortice, multa interius grana muniuntur; ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populos unitas fidei contegit, quos intus diverſitas meritorum tenet. Ne igitur Rector incautus ad loquendum proruat; hoc, quod jam præmiſimus, per ſemetipſum veritas diſcipulis clamat: *Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos*; ac ſi figurate per habitum ſacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis jungite, ut per omne, quod dicitis, unitatem fidei cauta obſervatione teneatis. Providendum quoque eſt ſollicita intentione Rectoribus, ut ab eis non ſolum prava nullo modo, ſed nec recta quidem nimie, & inordinate proferantur; quia ſæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate levigatur, & auctorem ſuum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ ſervire auditoribus ad uſum profectus ignorat: unde bene per Moyſem dicitur:

Levit. 19.

Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt. In mente quippe audientium ſemen ſecuturæ cogitationis eſt, qualitas auditæ locutionis: quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Unde & ab hujus mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiverbius eſt vocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſeritur, quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat: quod ſi ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda potuiſſet: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad uſum generis, ſed ad immunditiā ſemen effundit. Unde Paullus quoque eum diſcipulum de inſtantia Prædicationis admoneret, dixit:

2. Tit. 4.

Teſtificor coram Deo, & Chriſto Jeſu, qui judicaturus eſt vivos, & mortuos, per adventum ipſius, & regnum ejus: prædica verbum, inſta opportune, & importune. Dicturus *importune* præmiſit *opportune*; quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua utilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas opportunitatem neſcit.

Patet ex his, quod non debet prædicator in ſua prædicatione Grammaticam, aut fabulas Jovis, aut ſimilia exponere populo. Hoc etiam tamquam grave, nefandum, & irreligioſum prohibuit expreſſe Gregorius, Diſt. 86. cap. *Cum multa*.

CAlest. Deſiderio Epiſc. l. 9. Epiſt. 48.

„ CUm multa nobis bona de veſtris fuiſſent ſtudiis nuntiata, ita cordi noſtro nata eſt lætitia, ut negare ea, quæ ſibi fraternitas veſtra concedenda popoſcit, minime valeremus. Sed poſt hoc pervenit ad nos (quod ſine verecundia memorare non poſſumus) fraternitatem tuam Grammaticam quibuſdam exponere. Quam rem ita moleſte ſuſcepimus, ac ſumus vehementius aſpernati, ut ea, quæ prius dicta fuerint, in gemitum & triſtitiam verteremus: quia in uno ſe ore cum Jovis laudibus Chriſti laudes non capiunt. Et quam grave, nefandumque ſit Epiſcopis, canere, quod nec Laico religioſo conveniat, ipſe conſidera.

Item hæreticis ſecretiora fidei non ſunt pandenda, niſi forte ſigna apparerent expreſſa, quod vellent corrigi; & tunc cum magna cautela. Diſt. 43 c. *In mandatis*. Require de hoc ſupra, de hæret. §. ult. verſ. *Item habetur*. v. pag. 43.

Si contra formam iſtam aliquis prædicat, videtur facere vel propter loquacitatem incautam, vel propter adulationem, ut ſcilicet eis placeat, quibus ſecreta revelat, vel propter oſtentationem, ſive jactationem, ut plus ſcire videatur. Diſt. 43. c. *Diſpenſatio*, §. *Pariter*.

Nicolaus Papa D. Paullus Infelix homo &c.

„ DIſpenſatio eſt nobis cæleſtis ſeminis injuncta (*Væ ſi non ſparſerimus: væ ſi tacuerimus*) Quod cum electionis vas formidet, & clamet; quanto magis cuilibet exiguo metuendum eſt? Proinde, ſicut non leve diſcrimen incumbit Pontificibus, ſiluiſſe pro divinitatis cultu, & Eccleſiæ correctione, quod congruit; ita his (quod abſit) non mediocre periculum eſt, qui cum debeant parere, deſpiciunt.

Gratian.

„ *Pariter quoque obſervare debet Sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus ſecreta myſteria, ſua prædicatione reſerare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit. Unde in expoſitione*, Beati immaculati, &c. *dicitur*: Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis: quod fit vel loquacitate incauta, dum ſine judicio volat irrevocabile verbum; vel adulatione, ut ei placeat, cui ſecreta revelat; vel jactatione ſcientiæ, ut plura ſcire videatur. *In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat eſſe diſcretio in prædicatione Sacerdotis: qua ſi forte caruerit, tamquam torto naſo, Sacerdotalis officii judicatur indignus*.

Gloſſ. ordin.

Si vero ſecundum hanc formam docuerit, & ſubditi noluerint emendari, mundæ erunt coram Domino manus ejus a ſanguine ſubditorum. Apoſtolus: *Mundus ſum a ſanguine omnium: non enim ſubterfugi, quominus annunciarem omne conſilium Dei vobis*. Et Auguſtinus, Diſt. 47. c. *Quamtumlibet*.

Act. Apoſt. c. 20.

August. Clero, & populo Hipponenſi Epiſt. 137.

„ QUamtumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum, & inter homines vivo; nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior ſit, quam arca Noe: ubi tamen inter octo homines unus reprobus inventus eſt: aut melior ſit, quam domus Abrahæ, ubi dictum eſt:

Geneſ. 9.

Ejice ancillam, & filium

„ lium

Geneſ. 21. „ *lium ejus:* aut melior ſit, quam domus I-
„ ſaac, cui de duobus geminis dictum eſt in
Maluch. 1. „ Malachia: *Jacob dilexi, Eſau autem odio ha-*
„ *bui* (& infra) Simpliciter autem fateor ca-
„ ritati veſtræ coram Domino Deo noſtro,
„ qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo
„ Deo ſervire cœpi, quomodo difficile ſum ex-
„ pertus meliores, quam qui in monaſteriis
„ profecerunt; ita non ſum expertus pejores,
„ quam qui in monaſteriis ceciderunt; ita ut
„ hinc arbitrer in Apocalypſi ſcriptum: *Juſtus*
„ *juſtificetur adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſ-*
„ *cat adhuc.*

In ſumma nota, quod prælatus, etiam Epiſcopus, debet addiſcere, & exemplum boni ſumere, non ſolum a majori, vel pari, ſed etiam a parvulo, & minimo erudito. Unde Clemens: *Nullus Epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis a parvulis, vel minimis eruditis, ſi quid forte eſt utilitatis, aut ſalutis, inquirere negligat: qui enim rebelliter vivit, & diſcere, atque agere bona recuſat, magis diaboli, quam Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & potius infidelis, quam fidelis monſtratur.* (Diſt. 38. c. Nullus Epiſc.)

Item Auguſtinus: *Ego ſenex a juvene, & Epiſcopus tot annorum a Collega, nec dum anniculo paratus ſum edoceri.* (Ad Aurelium Epiſc. Epiſt. 73.)

Item nota, quod non debet ceſſare a correctione, vel prædicatione propter ſubſannationem vel perſecutionem. Diſt. 43. c. *Scimus.*

Anaclet. Epiſt. 1. Omnibus Epiſc.
„ Scimus autem multos ob id infeſtare do-
„ ctores ſuos, ut eos perdant, & placita
„ propriæ voluntatis adimpleant. Non propter-
„ ea tamen doctores (in quantum vires ſup-
„ petunt) a recta æmulatione, & bona in-
„ tentione recedere debent, ſcientes, quia
„ *beati qui perſecutionem patiuntur propter juſti-*
„ *tiam.*

Et hoc intelligas, ubi aliqui boni ſunt inter malos, vel ſi omnes ſunt mali, ſi eſt ſpes de correctione: aliter ſi omnes ſint obſtinati, & nulla ſpes de correctione, immo pejores efficerentur prædicatione, debet tacere, & dicere cum Hieronymo: *Solus ſedebam, quia amaritudine repletus eram;* (Ad Oceanum Epiſc. 83.) vel poteſt ſe transferre ad alium locum, ubi poſſit facere aliquem fructum; unde Dominus in Evangelio: *Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Et Pſalm. *Ecce elongavi fugiens &c.* Item Paullus Damaſci perſecutionem paſſus, videns ibi ex ſua præſentia, vel nullum, vel modicum fructum adeſſe, latenter deponi per murum voluit, ut alibi fructum meliorem faceret; (2. Cor. 11.) & plura potes de hoc invenire cauſſa 7. quæſt. 1. cap. *Adverſitas*, §. *Hac etiam tunc obſervandum*, & §. *Cum autem*, & cap. *Ibi*, & Diſt. 43. c. *Sit rector.* (v. ſupra.)

Gregor.
„ Adverſitas, quæ bonis votis objicitur, pro-
„ batio virtutis eſt, non judicium repro-
„ bationis. Quis enim neſciat, quam proſpe-
„ rum fuit, quod beatus Paullus Apoſtolus
„ prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen
„ veniens naufragium pertulit? Sed tamen na-
„ vis cordis in maris fluctibus integra ſtetit.

Gratian. „ *Hoc etiam tunc ſervandum intelligitur, quan-*
„ *do inter ſubditos aliqui inveniuntur, quibus Præ-*
„ *latorum vita proficiat: quando nec ſpecialiter*
„ *Prælatus quæritur, nec per alios tuta poteſt eſſe*
Joann. 10. „ *Eccleſiæ ſalus, ne ſi deſerere incipiat, quibus*
„ *prodeſſe poteſt, dicatur de eo:* Mercenarius au-
„ tem, & qui non eſt paſtor, cujus non ſunt
„ oves propriæ, videt lupum venientem, &
„ deſerit oves, & fugit. *Cum vero ſpecialiter* Matth. 2.
„ *quæritur, fugiat exempla Chriſti, qui a facie*
„ *Herodis fugit in Ægyptum: fugiat exemplo Paul-* Act. 9.
„ *li, qui a fratribus per murum ſubmiſſus eſt in*
„ *ſporta.*

„ *Unde Auguſtinus ait:* Fugiat miniſter Chri-
„ ſti, ſicut ipſe Chriſtus in Ægyptum fugit:
„ fugiat & qui ſpecialiter quæritur, dum per
„ alios firma eſt Eccleſia ſalus. *Hinc etiam ait* Matth. 10.
„ *Dominus Diſcipulis:* Si vos perſecuti fuerint
„ in una civitate, fugite in aliam. *Hinc etiam* Joann. 8.
„ *idem abſcondit ſe, & exivit de templo, quan-*
„ *do Judæi lapides tulerunt ut jacerent in eum.*

„ *Hinc etiam Auguſtinus ait de eodem in Pſal-*
„ *mo* 54. (Ecce elongavi fugiens) Illud tan-
„ git, quod Chriſtus vitabat perſequentes, ut
„ occaſionem iræ demeret, & manebat in de-
„ ſertis orans, in quo docebat nos in ſecreto
„ conſcientiæ orare, & quieſcere, cum a ma-
„ lis premimur.

„ *Cum vero non Prælatorum tantum, ſed totius*
„ *Eccleſiæ ſalus quæritur, fides impugnatur; ne-*
„ *ceſſe eſt, ut ex adverſo aſcendant, & in die bel-*
„ *li ſeipſos ut murum opponant pro domo Domini,*
„ *& animas ſuas ponant pro ovibus ſuis, ut exem-*
„ *plo ſuæ paſſionis accendant, quos ſermone doctri-*
„ *næ diutius confirmare non valent. Et hoc qui-*
„ *bus de manifeſtis perſecutionibus.*

„ *Eſt & aliud genus perſecutionis, in quo Apo-*
„ *ſtolus laborabat, dicens:* Quis infirmatur, &
„ ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & e-
„ go non uror? &c.

„ *Hinc Auguſtinus in Pſalmo* 101. Oſſa, id
„ eſt, fortes, quorum frixorium ſunt, qui ſcan-
„ dalizantur: tantum enim frigitur bonus,
„ quantum amat.

„ *Hinc idem in Pſalmo* 30. Iraſcitur juſtus pro
„ peccatis palearum, non tamen odit, in quo
„ extingueretur oculus: venter pro interiori-
„ bus, quæ turbantur, quando nec corripi poſ-
„ ſunt impii, quibus non clamat; quia *defecit*
„ *in dolore vita mea*, videns non proficere, quod
„ prædicat.

„ *Hinc idem ait in Pſalmo* 69. *utrumque hoc*
„ *genus perſecutionis diſtingueas:* Vox tribula-
„ torum Chriſto, id eſt, Martyrum inter paſ-
„ ſiones periclitantium, ſed de capite præſu-
„ mentium. Cum illis vox omnis juſti, cui ex
„ caritate abundans iniquitas etiam Chriſtia-
„ norum eſt paſſio: ut Loth corporalem per-
„ ſecutionem a nullo in Sodomis ſuſtinuit, ſed
„ a malis factis eorum, cum quibus habitabat.
„ Eſt ergo perſecutio juſti, vel a leone in im-
„ petu, vel a dracone in Inſidiis; unde omnes
„ clamant (Deus in adjutorium meum inten-
„ de.)

„ *Cum autem vitiis ſubditorum Prælatus affli-*
„ *gitur, aliquando omnium eſt una & inſatiabilis*
„ *obſtinatio, aliquando mali inveniuntur bonis ad-*
„ *mixti. Quando boni ſimul cum malis habitant, non*
„ *ſunt deſerendi boni propter malos: ne perverſe ma-*
„ *los evitando vincamus, quos fugimus, ad gehen-*
„ *nam, ſed potius mali tolerentur propter bonos.*

„ *Unde Gregorius:* Abel eſſe renuit, quem
„ Cain malitia non exercet: *Ferrum quippe no-*
„ *ſtræ mentis ad acumen non poteſt pervenire veri-*
„ *tatis, niſi hoc alterius raſerit lima pravi-*
„ *tatis.*

„ *Hinc etiam Auguſtinus:* Tu bonus tolera In lib. de verbis Domini.
„ malum, &c. *Infra, de tolerandis malis, in prima*
„ *cauſſa hæreticorum idem ait:* Majus malum in
„ ſepa-

Cauſa 23. q. 4. c. Tu bonus.

„ ſeparatione bonorum committimus, quam in conjunctione malorum ſugimus (& inſra) Tali non imputat Deus ſua peccata, quia non ſecit: non aliena, quia non approbavit: non negligentiam, quia non tacuit: non ſuperbiam, quia in unitate permanſit.

„ *Hinc idem in Pſalmo* 54. (Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?) non ait, ſicut corvo: columba vero a moleſtiis quærit avolare, ſed dilectionem non amittit, ſemperque gemit. Sic bonus vult ſeparare ſe corpora, non amore ab his, quibus non poteſt prodeſſe, ſed ſi aliquando ligatur, non viſco cupiditatis ſed cura, & officio, ut deſerere non poſſit, niſi ſolvatur. Quod ſi non ſolvitur; tunc dicat (Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, ſed manere in carne neceſſe eſt propter vos) & ſic eſt meritum ex deſiderio.

„ (Ecce elongavi fugiens) non loco, ne rumpatur caritas bonorum, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admiſcet, ut Judam Apoſtolis, *quem quamvis ſciret ſurem eſſe, tamen ad prædicandum miſit, & ei Eucharistiam dedit, docens in Eccleſia tollerari malos, nec obeſſe bonis malorum conſortia. Quamdiu vero omnium ſubditorum eſt obſtinata malitia, nec prodeſt eis Prælatorum præſentia: tunc etiam corpore licet ab tis recedere, ne & illorum nequitia ſemper in deterius proficiat, & iſti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu poſſent invenire. Sic beatus Benedictus deſeruiſſe legitur, quos in necem ſuam unanimiter viderat conſpiraſſe.*

„ *Hinc etiam Beatus Gregorius Petro Diacono interrogante, an liceat Prælato gregem ſemel ſuſceptum deſerere, in ſecunda libro dialogorum reſpondit dicens.*

Gregorius

„ IBi adunati æquanimiter portandi ſunt mali ubi inveniuntur aliqui, qui adjuventur, boni. Nam ubi omnimodo froctus de bonis deeſt, fit aliquaodo de malis labor ſupervacuus: maxima ſi e vicino cauſſæ ſuppetant, quæ fructum Deo valeant ferre meliorem (& paullo poſt) ſæpe agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundum non eſt; quia cum laborem ſuum ſine fructu eſſe conſiderant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius prædicator, qui diſſolvi cupit, & cum Chriſto eſſe, cui Chriſtus eſt vivere, & mori lucrum, qui certamina paſſionum non ſolum ipſe appetiit, ſed ad toleranda hæc & alios accendit, Damaſci perſecutionem paſſus, ut poſſet evadere murum, funem, ſportamque quæſivit, ſeque latenter deponi voluit. Numquid Paullum mortem timuiſſe dicemus, quam ſeipſe pro amore Jeſu teſtatur appetere? ſed cum in eodem loco minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret, ad gravem laborem ſe alibi cum fructu ſervavit: fortis etenim præliator Dei teneri intra clauſtra noluit, certaminis campum quæſivit. *Philip.* 1.

TITULUS X.

De Clerico percuſſore.

SEquitur, *non percuſſorem*. Super hoc nota, quod duplex eſt percuſſio, ſpiritualis, & corporalis. Spiritualis eſt illa, quæ fit malo, & inutili ſermone, quum ſcilicet indiſcretus prælatus ſermone inutili corda percutit infirmorum. Hæc ſemper prohibetur, quia ſemper mala. Diſt. 45. cap. ult. ſeu, *Sane percuſſor*.

Anaclet. Papa Epiſt. 2. ad Epiſc. Italiæ.

„ SAne percuſſor ille doctor dicitur, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oporcet eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ut potens ſit conſolari in doctrina ſana, & contradicentes redarguere, & recte viventes, atque etiam rectam fidem tenentes conſolidare.

De hac require ſupra de doctrina ordinandi circa finem, verſ. *Item qualitas audientium*, & ſupra de raptor. *§. Accuſatores*, verſ. *Tertiò autem*.

Corporalis vero percuſſio eſt, quæ fit corporaliter manu, ſcilicet flagello, vel ſimili, verberando: hoc fit aliquando ex malitia, vel odio, vel ut verberans magis timeatur: aliquando ax caritate, & cauſſa correctionis. In primo caſu prohibetur tamquam peccatum mortale, & grave, & inducit depoſitionem. Diſt. 45. c. 1. ſeu, *Quid autem*, & c. *Epiſcopum*.

Gregor. Joanni Epiſc. Conſtantinop.

„ QUid autem de Epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant, bene fraternitas veſtra novit. Paſtores enim facti ſumus, non percuſſores. Egregius Prædicator dicit: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina*. Nova vero atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

Ex Can. Apoſtolorum c. 28.

„ EPiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agentes, & per hujuſmodi volentem timeri; dejici ab officio ſuo præcipimus; quia numquam nos docuit hoc Dominus; ſed econtrario ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

In ſecundo caſu omnibus habentibus poteſtatem licita eſt in ſuos ſubditos. Diſt. 35. c. *Ante*, diſt. 45. c. *Cum beatus*. v. pag. 141

Ex Conc. Bracharenſ 3. c. 6.

„ CUm beatus Paullus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat, extra hanc doctrinam novimus quoſdam ex fratribus tantis cædibus inhonoratos ſubditos efferveſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ; & ideo qui gradus jam Eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, Presbyteri, Abbates, & Levitæ, qui exceptis gravioribus, & mortalibus culpis, nullis debent ſubjacere verberibus; non eſt dignum, ut paſſim unuſquiſque prælatus honorabiliora membra ſua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubjiciat, & dolori, ne dum incaute ſubdita membra percutit, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reverentiam ſubtrahat, juxta illud, quod quidam ſapiens dixit: *Leviter caſtigatus reverentiam exhibet caſtiganti; aſperitatis autem nimiæ increpatio nec increpationem recipit, nec ſalutem*.

„ Et ideo, ſi quis aliter quam dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos licentia perceptæ poteſtatis elatus, malitia animi tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationis pariter, & exilii ſententiam ſuſtinebit.

Gratian. Prov. 23.

„ *Salomon vero contra admonet dicens*: Percute filium tuum virga, & liberabis animam ejus a

„ morte. *Hinc etiam beatus Gregorius ſcribit in*
„ *Dialogo, beatum Benedictum quemdam Mona-*
„ *chum virga percutiendo ſanaſſe, quem crebra*
„ *admonitione curare non poterat. Hinc etiam Do-*
„ *minus flagello facta de funiculis male verſantes*
„ *in templo flagellavit, & de orationis domo eje-*
„ *cit. Hinc etiam Apoſtolus fornicatorem illum ſa-*
„ *thanæ corporaliter vexandum tradidit, & ma-*
„ *gum illum corporali cæcitate damnavit. Hinc*
„ *etiam in Canonibus pueri, qui ante rationales*
„ *annos irrationabiliter verſantur, verberibus ca-*
„ *ſtigari jubentur: virgines quoque, ſi, religionis ve-*
„ *ſte depoſita, aliis ſe copulaverint, ergaſtulis re-*
„ *trudi præcipiuntur.*

Fallit hoc in Epiſcopo, cui neminem ſuis manibus verberare licet. Diſt. 86. cap. *Non liceat.*

Ex Conc. Agathenſ.

„ NOn liceat Epiſcopo manibus ſuis ali-
„ quem cædere: hoc enim alienum a ſa-
„ cerdotio eſſe debet.

Poteſt tamen peccantes ſubjicere verberibus per alium. Cauſſa 5. q. 5. c. *Illi, qui.*

Euſtatius Epiſc. ad Epiſc. Galliæ.

„ ILli, qui aut in fide catholica, aut in ini-
„ micitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem E-
„ piſcoporum non admittantur; quia veritatem
„ profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire
„ ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi,
„ qui aliorum crimina ſponte confitentur. Et
„ ideo replicanda eſt ſollicite veritas, quam
„ ſponte prolatam in illis vox habere non pot-
„ eſt. Hanc diverſis cruciatibus e latebris ſuis
„ religioſus tortor exigere debet, ut dum pœ-
„ nis corpora ſubjiciuntur, quia geſta ſunt, fi-
„ deliter & veraciter exquirantur.

Non tamen per laicum, ſed per clericum, ſi ipſe verberandus eſt clericus: ſi enim per laicum verberaret clericum; ambo, ſcilicet Epiſcopus, & laicus, inciderent in Canonem, latæ ſententiæ. Extra, de ſent. excomm. c. *Univerſitatis.*

Clemens III.

„ UNiverſitatis veſtræ conſultationem acce-
„ pimus, qua nos requiſiſtis, utrum lai-
„ cus incidat in excommunicationis edictum,
„ qui ad juſſionem Abbatis, in cujus ſervitio
„ commoratur, in Clericum, Monachum, aut
„ Converſum, temerarias manus præſumit in-
„ jicere, maxime ubi cauſſa non ſubeſt, pro-
„ pter quam debeat verberari. Nobis autem vi-
„ detur, quod niſi cauſſa regularis diſciplinæ
„ hoc faciat Abbas in propria perſona, vel (ſi
„ neceſſitas urgeat) per Clericum, vel Mona-
„ chum fieri jubeat: tam qui tales verberari
„ præcipit, quam illi, qui verberant (etiamſi
„ cauſſa ſubeſſet) excommunicationis ſenten-
„ tiam, donec ad Apoſtolicam ſedem veniant,
„ nequaquam evadunt.

Et hoc nonniſi Clericus penitus eſſet incorrigibilis: tunc enim poſſet etiam per laicum. Extra, de ſent. excomm. c. *Ut famæ*, diſt. 17. c. *Nec licuit.*

v. Indic.

Innoc. III London. Epiſc.

„ UT famæ tuæ (& infra) Sane conſuluiſti
„ nos, utrum Clerici graviter excedentes,
„ qui tute non poſſunt Monaſteriis ad agen-
„ dum pœnitentiam deputari, quoniam cum
„ non pœniteant de commiſſis, opportunitate
„ fugiendi captata, carcerem fugerent clauſtri,
„ & prioribus ſe ſceleribus ſceleſtius immi-
„ ſcerent, a te, vel aliis prælatis ſuis arcte poſ-
„ ſint cuſtodiæ mancipari (& infra) Reſpon-
„ demus, quod cum Prælati exceſſus corrigere
„ debeant ſubditorum, & publicæ utilitatis in-
„ terſit, ne crimina maneant impunita, & per
„ impunitatis audaciam fiant, qui nequam fue-
„ rant, nequiores; non ſolum poſſunt, ſed de-
„ bent etiam Clericus, poſtquam fuerint de cri-
„ mine Canonice condemnati, ſub arcta cuſto-
„ dia detinere: qui cum ſint incorrigibiles, nec
„ in Monaſteriis valeant cuſtodiri, ad ſimilia
„ vel pejora facile laberentur. Laici vero citra
„ excommunicationis ſententiam capere Cleri-
„ cos, & ad judicium trahere poſſunt, ſi opor-
„ teat, etiam violenter; dum tamen id de man-
„ dato faciant Prælatorum, quorum illi ſunt
„ juriſdictioni ſubjecti, & quorum eſt corrigere
„ criminoſos: cum hoc non ipſi, ſed illi, quo-
„ rum auctoritate id faciunt, facere videantur:
„ dum tamen non amplius eorum violentia ſe
„ extendat, quam defenſio, vel rebellio exigit
„ clericorum.

Caveat tamen laicus, ne amplius ſua violentia ſe extendat, quam defenſio, vel rebellio exigit Clericorum, ut in illa decretal. *Ut famæ,* in fine: quod qualiter ſit intelligendum, require ſupra de rapt. *§. Circa principes*, verſ. *Auctoritas.*

Item circa ſubditos, & crimina, eſt talis diſtinctio adhibenda. Nam pueri, & in minoribus ordinibus conſtituti licite verberantur etiam pro minoribus culpis: majores vero, & poſiti in majoribus ordinibus, non debent verberari, niſi pro majoribus criminibus. Diſt. 45. c. *Cum beatus, §. Salomon.* Diſt. 86. c. *Quando.* Diſt. 45. c. *Cum beatus.* *v. ſupra.*

Sunt tamen quidam caſus, in quibus licite percutitur Clericus a quocumque Clerico, vel laico. Require infra de ſent. excomm. §. *Utraque excommunicatio.*

Hæc diſtinctio locum habet in Clericis ſæcularibus tantum: regulares enim ſecundum regulas ſuas ſubjiciuntur verberibus, etiam pro levibus culpis. Arg. extra, de appel. cap. *Reprehenſibilis*, in fine: extra, de accuſat. cap. *Qualiter.*

In Conc. Lateranſ.

„ REprehenſibilis (& infra) Præcipue vero
„ hoc in religioſis volumus obſervari, ne
„ Monachi, ſive quicumque alii religioſi, cum
„ pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra
„ regularem Prælati ſui, & Capituli diſcipli-
„ nam appellare præſumant; ſed humiliter ac
„ devote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua fuerit
„ eiſdem injunctum.

In Conc. Generali.

„ QUaliter, & quando debeat prælatus proce-
„ dere ad inquirendum, & puniendum ſub-
„ ditorum exceſſus; ex auctoritatibus veteris, &
„ novi teſtamenti colligitur evidenter, ex quibus
„ poſtea proceſſerunt Canonicæ ſanctiones, ſic-
„ ut olim aperte diſtinximus, & nunc ſacri
„ approbatione Concilii confirmamus. Legitur
„ enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffa-
„ matus erat apud dominum ſuum, quaſi diſ-
„ ſipaſſet bona ipſius, audivit ab illo: *Quid* *Luc. 16.*
„ *hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ:*
„ *jam enim non poteris amplius villicare.* Et in
„ Geneſi Dominus ait: *Deſcendam, & videbo,*
„ *utrum clamorem, qui venit ad me, opere com-*
„ *pleverint*... Hunc tamen ordinem circa regu- *Cætera vide infra.*
„ lares perſonas non credimus uſquequaque
„ ſervandum, quæ (cum cauſſa requirit) faci-
„ lius, & liberius a ſuis poſſint adminiſtratio-
„ nibus amoveri.

Hoc tamen vigilanter caveant Prælati regulares, quod nonniſi ex caritate, & cauſſa regularis diſciplinæ verberent ſubditos fratres, vel converſos; & hoc per ſeipſos, vel alios regulares, vel Clericos: nam ſi per laicum, niſi in

caſu

Digitized by Google

caſu ſupra notato, vel etiam per Clericum, vel regularem, ſi non ex caritate, vel correctionis cauſſa, & mandans, & verberans inciderent in Canonem latæ ſententiæ: & iſte eſt caſus illius decretalis, *Univerſitatis*. [*v. ſupra.*]

[*Caſus.*] Quid ſi Clericus, vel regularis verberavit aliquem, & poſtea volens ei ſatisfacere de offenſa, in compenſationem injuriæ ſponte ſe ipſi injuriam paſſo ſubjicit verberandum; numquid verberans eſt excommunicatus?

Videtur quod non, quia volenti non fit injuria. Cauſſa 33. q. 5. c. *Noluit*. [*v. pag. 64*]

Sed dic, quod ille, qui ita ſe ſubjicit verberandum, debet excommunicari, & ipſe verberans eſt excommunicatus ipſo jure: talis enim injectio, etſi non violenta, injurioſa tamen eſt, & temeraria; quum ille Canon non tam in favorem Clerici ordinati, quam in favorem ordinis Clericalis fuerit promulgatus. Extra, de ſent. excomm. c. *Contingit*, 1. & ita ſentiunt fere omnes doctores.

[Innoc. III *Brachar. Epiſc.*]
,, COntingit interdum, quod Clerici, ſi
,, quem offendant, & ſatisfacere velint of-
,, fenſo, ſecundum morem patriæ, quem inter
,, ſe laici obſervant, corpora ſua ſponte ſuppo-
,, nunt 30. ſeu pluribus, aut paucioribus per-
,, cuſſionibus fuſtium (& infra) Nos autem
,, fraternitati tuæ ſuper hoc reſpondemus,
,, quod hujuſmodi manus injectio, etſi non vio-
,, lenta, tamen injurioſa videtur: cum ille Ca-
,, non non tam in favorem Clerici ordinati,
,, quam in favorem ordinis Clericalis fuerit pro-
,, mulgatus; ideo & volumus, & mandamus,
,, ut id de cetero prohibeas attentari. Si quis
,, autem Clericus poſt prohibitionem hujuſ-
,, modi ſponta ſe ſubjecerit, excommunicetur,
,, proviſo, ut Clericus injuriam paſſo, ſine in-
,, juria Clericali ſatisfaciat competenter, qua-
,, tenus inter eos pax valeat rationabiliter re-
,, formari.

In ſumma nota, quod prælatus non debet eſſe remiſſus circa juſtitiam, & correctionem. Nam, ut ait Ambroſius, dum uni parcit indigno brevi lacrymula, & etiam uberioribus fletibus ad prolapſionis contagium provocat univerſos; facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. Cauſſa 23. quæſt. 4. cap. *Eſt injuſta miſericordia*, & cap. ſequenti, ſeu, *Ne amiſſo*.

[Ambros. *in lib. 1. de offic. Deut. 19. 1. Reg. 15.*]
,, ESt injuſta miſericordia. Denique in lege
,, ſcriptum eſt de quodam: *Non miſereberis*
,, *illius*: & in libro Regum legitur, quod Saul
,, contraxit offenſam, quia miſeratus eſt Agag
,, hoſtium regem, quem prohibuerat divina
,, ſententia ſervari. Itaque ſi quis latronem fi-
,, liis deprecantibus motus, & lacrymis con-
,, jugis ejus inflexus abſolvendum putet, cui
,, adhuc latrocinandi aſpiret affectus; nonne
,, innocentes tradit exitio, qui liberat multo-
,, rum exitia cogitantem? Certe ſi gladium re-
,, primit, vincula diſſolvit, cur laxat exilio? cur
,, latrocinandi, qua poteſt, clementiori via non
,, eripit facultatem, qui voluntatem extorque-
,, re non potuit? Deinde inter duos, hoc eſt,
,, accuſatorem, & reum, pari periculo de capi-
,, te decernentes, alterum, ſi non probaſſet,
,, alterum, ſi eſſet ab accuſatore convictus,
,, non id, quod juſtitiæ eſt, judex exſequatur,
,, ſed dum miſeretur rei, damnet proban-
,, tem, aut dum accuſatori favet, qui pro-
,, bari non poſſit, addicat innoxium: non pot-
,, eſt igitur hæc dici juſta miſericordia in ipſa
,, Eccleſia, ubi maxime miſereri decet, teneri
,, quam maxime debet forma juſtitiæ, ne quis
,, a conſortio communionis abſtentus, bre-
,, vi lacrymula, atque ad tempus parata, vel
,, etiam uberioribus fletibus communionem,
,, quam plurimis debet poſtulare temporibus,
,, a facilitate ſacerdotis extorqueat. Nonne et-
,, iam cum uni indulget indigno, plurimos
,, facit ad prolapſionis contagium provocari?
,, facilitas enim veniæ incentivum tribuit de-
,, linquendi.

,, NE amiſſo judicio ſis pauperi in mala cauſſa [August. *Ialib. Pſ.*]
,, miſericors, cujus, ſi parcis ſaccello,
,, percutis cor, & tanto nequiorem reddis,
,, quanto juſtum ſibi ſavere videt.

Item non debet eſſe ſeverus, ſive crudelis. Diſt. 45. c. *Licet*, 1. & 2.

,, LIcet plerumque accidant in ſacerdotibus, [Gregor. *Univerſis Epiſc. per Gallîā, & Germaniā conſtitutis.*]
,, quæ ſunt reprehendenda; plus tamen erga
,, corrigendos agat benevolentia, quam ſeve-
,, ritas, plus cohortatio, quam comminatio,
,, plus caritas, quam poteſtas, cum nemo no-
,, ſtrum ſine reprehenſione, aut ſine peccato
,, vivat.

,, LIcet nonnumquam accidant, quæ in ſa- [Leo *Papa ad Epiſc. Theſſalon.*]
,, cerdotalibus ſunt reprehēdenda perſonis;
,, plus tamen erga corrigendos agat benevolen-
,, tia, quam ſeveritas, plus exhortatio, quam
,, comminatio, plus caritas, quam poteſtas.
,, Sed hi, qui, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ
,, Jeſu Chriſti, facile ab hac lege diſcernuntur,
,, & dum dominari magis, quam conſulere
,, ſubditis quærunt, placet honor, inflat ſu-
,, perbia, & quod proviſum eſt ad concor-
,, diam, tendit ad noxam.

Et Salomon Proverb. 30. *Qui nimis emungit, elicit ſanguinem*. Idem: *Noli eſſe nimis juſtus*, &c. Sed ex remiſſione, & ex ſeveritate debet conflare quoddam medium temperamentum, quod recte dici poteſt juſtitia. Gregorius: *Diſciplina, vel miſericordia multum deſtituitur, ſi una ſine altera teneatur*. Idem: *Omnis, qui injuſte judicat, ſtateram in manu geſtans, in utroque penſo juſtitiam, & miſericordiam portat*. Idem: *Vera juſtitia compaſſionem habet, falſa vero dedignationem, quamvis & juſti ſoleant peccatoribus indignari*. [*Joan. Epiſc. Panormit. lib. 11. Epiſt. 49.*]

Item non debet eſſe facilis ad ſumendam vindictam, ſed cauſſa cognita, & conſultis Eccleſiæ ſenioribus, & aliis ſapientibus debet procedere. Diſt. 86. c. *Si quid vero*, & c. *Tanta*.

,, SI quid vero ad aures tuas de quocumque [Gregor. *Joan. Epiſc. Corinthiorū.*]
,, Clerico pervenerit, quod te juſte poſſit
,, offendere, facile non credas, nec ad vindi-
,, ctam te res accedat incognita; ſed præſen-
,, tibus Eccleſiæ tuæ ſenioribus diligenter eſt
,, veritas perſcrutanda: & tunc ſi qualitas rei
,, popoſcerit, Canonica diſtrictio culpam feriat
,, delinquentis.

,, TAnta nequitia ad aures meas de ſenectute [Gregor. *Januario Epiſc.*]
,, tua pervenit, ut eam niſi adhuc humani-
,, tus penſaremus, fixa jam maledictione ferire-
,, mus. Dictum quippe eſt mihi, quod Dominico
,, die priuſquam Miſſarum ſolemnia celebrares,
,, ad exarandam meſſem latoris præſentium per-
,, rexiſti, & poſt exarationem ejus Miſſarum
,, ſolemnia celebraſti: poſt Miſſarum ſolemnia
,, etiam terminos poſſeſſionis illius eradicare
,, minime timuiſti; quod factum quæ debeat
,, pœna inſequi, omnes, qui audiunt, ſciunt:
,, dubii autem de tanta hac perverſitate fue-
,, ramus; ſed filius noſter Ciriacus Abbas a no-
,, bis requiſitus, dum eſſet Caralis, ita ſe co-

,, gnoviſſe perhibuit: & quia adhuc canis tuis
,, parcimus, hortemur, ut aliquando reſipiſcas,
,, miſer ſenex, atque a tanta levitate morum,
,, & operum perverſitate compeſcas. Quanto
,, morti vicinior efficeris, tanto ſollicitior, at-
,, que timidior fieri debes, & quidem pœnæ ſen-
,, tentia in te ſuerat jaculanda: ſed quia ſimpli-
,, citatem tuam cum ſenectute cognovimus, in-
,, terim tacemus. Eos vero, quorum conſilio hæc
,, egiſti, in duobus menſibus excommunicatos
,, eſſe decernimus; ita tamen ut ſi quid in eis intra
,, duorum menſium ſpatium humanitus adve-
,, nerit, benedictione viatici non priventur: de-
,, inceps autem ab eorum conſiliis cautus exſiſte:
,, te quoque ſollicite cuſtodi, ne ſi eis in malo
,, diſcipulus fueris, quibus in bono magiſter eſ-
,, ſe debuiſti, nec ſimplicitati tuæ, nec ulte-
,, rius ſenectuti parcamus.

Item ſi contingat ipſum in altero excedere, melius eſt ſibi de nimia miſericordia, quam de nimia ſeveritate reddere rationem. Diſt. 50. cap.
v. pag. 157 *Ponderet*, in fin. cauſſa 26. q. ult. c. *Alligant*.

Calixtus Papa. ,, POnderet unuſquiſque ſermones ſuos, &c.
,, ſententiam, quæ miſericordiam vetat,
,, non ſolum tenere, ſed etiam audire fugite,
,, quia potior eſt miſericordia omnibus holocau-
,, ſtomatibus, & ſacrificiis.

Et Philoſophus: *Leviter caſtigatus reverentiam exhibet caſtiganti, aſperitatis autem nimia increpatio, nec correctionem recipit, nec ſalutem.* Et Seneca: *Generoſus animus hominis facilius ducitur, quam trahitur, ubi tamen non prodeſt lenitas, ſuccedere debet aſperitas.* Quod oſtendit Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. dicens: *Argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Et hoc niſi ſcandalum timeatur, Require infra de ſcandal. §. 2. 3. & 4.

TITULUS XI.

De litigioſis non ordinandis.

SEquitur in regula, *Non litigioſum*. Prohibetur autem litigioſus ordinari tribus de cauſſis.

Diſt. 86. c. 1. ſeu, *hoc habet. Ad Oceã. Epiſc.* Prima eſt vitium, quod conſiſtit in doctrina prædicationis, quia quum ſit ſuperbus, & arrogans, neſcit humiliter docere. Unde Hieronymus: Nihil eſt impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & parati ad lites, in ſubjectos tumide intonant. Talibus dicit Dominus per Ezechielem 34. *Vos cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, &c.*

Secunda cauſſa eſt vitium, quod attenditur circa converſationem, quia litigioſus ſolet eſſe adulator, proditor, detractor, maledicus, invidus, joculator, ſcurrilis, & ad injuriam ulciſcendam facilis. Diſt. 46. c. *Hoc habet*, §. *Ecce*,
v. pag. 100 & 197. & capitulis ſequentibus, ſeu, *Sunt nonnulli. Clericus qui. Accuſatores. Clericus maledicus. Clericum ſcurrilem. Clericus invidens. Seditionarios.*

Gregor. In Moral. lib. 33. p. 5. c. 12. ,, HOc habes proprium doctrina arrogan-
,, tium, ut humiliter neſciant inferre
,, quod docent, & recta, quæ ſapiunt, etiam re-
,, cte miniſtrare non poſſint. In verbis enim
,, eorum proditur, quod cum docent, quaſi in
,, quodam ſibi videntur ſublimitatis culmine re-
,, ſidere, eoſque, quos docent, ut longe infra
,, ſe poſitos, velut in imo reſpiciunt, quibus
,, non conſulendo loqui, ſed vix dominando
,, dignantur: recte autem his per Prophetam
,, Dominus dicit: *Vos autem cum auſteritate*
,, *imperabatis eis, & cum potentia*: cum auſte-
,, ritate enim, & potentia imperant, qui ſub-
,, ditos ſuos non cum tranquillitate ratiocinan-
,, do corrigere, ſed aſpere inflectere dominan-
,, do feſtinant. At contra: vera doctrina tanto
,, vehementius hoc elationis vitium fugit per
,, cognitionem, quanto ardentius verborum
,, ſuorum jaculis ipſum magiſtrum elationis in-
,, ſequitur. Cavet enim, ne eum magis elatis
,, moribus prædicet, quem in cordibus audien-
,, tium ſacris ſermonibus inſectatur.

,, [Ecce quare litigioſi prohibentur in Epi- Gratian.
,, ſcopos ordinari. Eſt & alia cauſſa hujus prohibi-
,, tionis: litigioſi namque vel adulationibus a-
,, nimos principum ſibi conciliant, vel fratri-
,, bus ſuis detrahendo infamiæ notam ingerunt,
,, vel inter fratres diſcordiam ſeminando, ſe-
,, ditionem numquam facere ceſſant: quæ o-
,, mnia in Prælatis damnabilia eſſe proban-
,, tur.]

,, CLericus maledicus maxime in ſacerdoti- In Conc. Carthag. 4.
,, bus, cogatur ad poſtulandam veniam: ſi
,, noluerit, degradetur, nec umquam abſque ſa-
,, tisfactione ad officium revocetur.

,, CLericum ſcurrilem, & verbis turpibus jo- Ibidem.
,, culatorẽ ab officio retrahendum cenſemus.

,, CLericus invidens fratrum profectibus, do- Ibidem.
,, nec in vitio eſt, non promoveatur.

,, SEditionarios ſtatuimus numquam ordi- Ibidem.
,, nandus Clericos, ſicut nec uſurarios, nec
,, injuriarum ſuarum ultores.

Tertia cauſſa eſt, quia quum ipſe ſit litigioſus, & per conſequens provocet alios ad diſcordiam, non poſſet diſcordantes ad concordiam attrahere: quod tamen tenetur ex officio facere. Diſt. 90. §. 1. & per totam diſtinctionem.

,, LItigioſus quoque prohibetur ordinari, quia Gratian.
,, qui ſua poteſtate diſcordantes ad concor-
,, diam debet attrahere, qui oblationes diſſi-
,, dentium prohibentur recipere, nequaquam
,, litigandi facilitate alios ad diſſidium debet
,, provocare.

Unde c. *Diſcordantes*, & *Oblationes*, & *Neque* v. Indic. *ad Cain*, & *Alienus*. *Si quis Monachus*, & *Diſſidentes*. *Studendum*, & *Placuit*. *Si quis contriſtatus*. *Præcipimus*, & *Perlatum*.

,, DIſcordantes Clericos Epiſcopus vel ra- In Conc. Carthag. 4.
,, tione, vel poteſtate ad concordiam tra-
,, hat: inobedientes Synodus per audientiam
,, damnet.

,, NEque ad Cain, neque ad munera ejus reſ- Cyprian.
,, pexit Deus: neque enim habere Deum
,, placatum poterat, qui cum fratre pacem,
,, per Zeli diſcordiam non habebat. Quam ſi-
,, bi igitur pacem promittunt inimici fratrum?
,, quæ ſacrificia ſe celebrare credunt æmuli ſa-
,, cerdotum? an ſecum eſſe Chriſtum cum colle-
,, cti fuerint opinentur hi, qui extra Eccleſiam
,, Chriſti colliguntur? tales etiam ſi occiſi in
,, confeſſione nominis Chriſti fuerint, macula
,, iſta nec ſanguine abluitur: Inexpiabilis enim,
,, & gravis culpa diſcordiæ neque paſſione pur-
,, gatur.

,, ALienus ſit a fratrum unitate, qui mur- Ex VIII. Synodo. 1. Cor. 10
,, murat, & opus ejus abjiciatur qui mur-
,, murans exſtiterit, ne pœnam murmurantium
,, incurrat, de qua Apoſtolus ſcribit: [Neque
,, enim murmuraveritis ſicut quidam murmurave-

,, vernnt, & perierunt sb exterminatore) Juxta menſuram itaque operis peccator, quod in hac ſententia Apoſtoli plenius declsratur, ſacerdotis judicio pœniteat.

Ex Ead. ,, SI quis Monachus contentiones, vel rixas amaverit, vel manifeſtum convitium fratri intulerit, juxta arbitrium Rectoris, modumque peccati dinturna expietnr pœnitentia.

Ex Conc. *Carthag.* 4 ,, DIſſidentes Epiſcopos, ſi non timor Dei, Synodus reconciliet.

Ex Eod. ,, STudendum eſt Epiſcopis, nt diſſidentes fratres, ſive Clericos, ſive Laicos, ad pacem magis, quam ad judicium coerceant.

Ex Conc. *Agathenſ.* ,, PLacnit etiam, ut, ſicut plerumque fit, quicumque odio, aut longinqus inter ſe lite diſſenſerint, & sd pacem revocari diuturna obſtinatione nequiverint, a ſacerdotibus Civitatis primitus arguantur: qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſims excommunicatione pellantur.

Fabianus *Papa.* ,, SI quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo, ſatisfaciente eo, qui contriſtsvit, accerrimis mseretur Inediis, nſque dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.

Innoc. II. ,, PRæcipimus enim, ut Epiſcopi ad ſolum Deum, & ſalntem populi habentes reſpectum, omni tepiditate ſepuſita, ad pacem firmiter tenendam, mutunm ſibi conſilium, & auxilium impendant; neque hoc alicujus amore, vel odio prætermittant: quis ſi quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

Victor *Papa.* ,, PErlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, aliquos veſtrum nocere fratribus velle, & nt cadant, decertsre: ſimiliter in ſacramentis diſcrepare, & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos, a qnibus diſſenſionibus vos avertere, & in his omnibus concordsre, & opem ferre viciſſim mandamns: Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab Apoſtolicæ ſedis, & totius Eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis.

TITULUS XII.

De Cupidis non ordinandis.

NOn *Cupidum*. Prohibetur enim cupidus ordinari, & eligi. Diſt. 47. §. 1. ſeu, *Quod autem*, diſt. 42. §. 1. ſeu, *Hoſpitalem*, diſt. 85. c. *Archidiaconum*.

v. pag. 249 Gratian. ,, *QUod autem in fine hujus Capituli uſurarii ordinari probibentur, inde eſt, quod uſuram exercentes, cupiditati deſervire probantur. Cupidi autem ab Apoſtolo ordinari probibentur, quia tales facile a juſto deviarent.*

Gregor. *Joanni Epiſ.. lib.* 12. *Ep.* 6. ,, ARchidiaconum Florentinum EccleſiæAnconitanæ, qui ad Epiſcopatum fuersť electus, ſcripturæ quidem ſacræ ſcientiam habere, ſed ita ætatis ſenio jam confectum accepimus, ut ad regiminis officium non poſſit aſſurgere; adjicientes etiam illum ita tenscem exſiſtere, ut in domo ejus, amicus numquam ad caritatem introest...

Ratio autem hujus prohibitionis eſt duplex. Prima, quia eupiditas eſt radix omnium malorum, & avaritia, idolorum ſervitus, ſicut ait Apoſtolus, & extra, de conſt. c. *Nam concupiſcentiam*, & diſt. 47. c. *Virum*, & c. *Bonorum*. *Ad Tim.* 6.

August. *Super Ep. ad Rom.* 7. ,, N*Am concupiſcentiam neſciebam*, &c. Hoc enim elegit Apoſtoins generale, unde omnia mala oriuntur: bons eſt ergo lex, quæ dnm hoc prohibet, omnia mala prohibet,

Leo *Epiſc. Anatolio Epiſc. Conſtant.* ,, VIrum Catholicum, & præcipue ſacerdotem Domini, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violsri, dicente Sacra Scriptnrs: *Poſt concupiſcentias tuas non eas*. Mens etism potentiæ avida, nec sbſtinere novit a vetitis, nec congaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum.

Gregor. *lib.* 7. *Ep.* 110. ,, BOnorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem a nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamns.

Secunda ratio, quis mens ejns excæcata cupiditate non videt, quid expediat, ſed ſemper videt aurum, reditus computat, gratius intuetur aurum, qusm ſolem. Diſt. 47. c. *Sicut hi, qui*. Cauſſa 3. q. 5. c. *Accuſatores, vel teſtes ſuſpecti*. v. pag. 164

Calixtus *Papa Ep.* 2. *ad Epiſc. Galliæ.* ,, ACcuſatores, vel teſtes ſuſpecti non recipiantur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etism conſanguinei accuſatoris adverſus extraneos teſtimonium dicant; quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet: amor carnslis, & timor, stque avaritia plerumque ſenſus hebetant humanos, & pervertunt opiniones, ut quæſtum pietatem putent, & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ.

Sed quia propter cupiditatem Clerici, Monachi, & regulares ſæpe efficiuntur negotiatores; videndum eſt, utrum Clericis, vel aliis Eccleſiaſticis perſonis liceat negotiationes exercere. Circa hoc diſtingue, ut ſupra de negotiis ſæcularibus.

TITULUS XIII.

Quod ordinandus domui ſuæ ſit bene præpoſitus.

SEquitur, *Domui ſuæ bene præpoſitus*. Id eſt, familiæ ſuæ, quando regit eam honeſte, a vitiis ad virtutes exemplo, & verbo trahendo. Diſt. 47. cap. *Sicut hi, qui*, §. *Neceſſe*.

Gratian. ,, N*Eceſſe eſt etiam, ut ille, qui ordinandus eſt,* ſuæ domui ſit bene præpoſitus, *id eſt, ſi in laicali habitu uxorem habuit, vel filios, a vitiis ad virtutum ſtudia, & verbo, & exemplo provocet, ut quod poſtea precepturus eſt populis, prius exigat a domeſticis. Unde Apoſtolus Ephesiis ſcribit, ut uxores ſuas, ſicut corpora ſua diligant, & filios ſuos non ad iracundiam provocent, ſed enutriant illos in omni diſciplina; & correctione Domini. Unde cum Paulus ad Timotheum ſcribens dixiſſet,* ſuæ domui bene præpoſitum, *ſtatim ſubjunxit*: Habentem filios ſibi ſubditos in omni caſtitate, & non in accuſatione luxuriæ. *Non enim talium cohabitator frontem habet alios redarguendi*... *Ephes.* 1. *Timoth.* 3.

Ratio hujuſmodi dicti eſt duplex; una, quia non habet frontem reprehendendi alios, qui ſuos corrigere negligit, ut in præallegato §. *Neceſſe*. Alia, quia præſumitur vehementer contra eum de crimine negligentiæ, quod adeo ma-

magnum eſt, quod etiam depoſitionem inducat. Diſt. 81. c. *Dictum*, ubi tamen ſine culpa ſua familia mala eſſet, quia correxiſſet eam, quantum ad ſe ſufficienter; non imputaretur ei, nec repelleratur propter hoc a promotione, vel ab aliis legitimis actibus. Diſt. 47. cap. *Sicut ii, qui*, §. *Non enim*, & cap. *Quantumlibet*.

v. pag. 251
v. pag. 255

Gratian.

,, SIcut ii qui.,.*Unde Hieronymus*: Nnn enim
,, juſtus polluitur ex vitiis filiorum; ſed
,, libertas ab Apoſtolo Eccleſiæ principi reſer-
,, vatur, ut talis fiat, qui non timeat propter
,, vitia liberorum extraneos reprehendere;
,, *quod tunc fiet, ſi non erit, quod ſibi imputetur.*
,, *Cum enim greſſus hominis a Domino dirigantur,*
,, *nec ſint in homine ejus viæ; corripere quidem*
,, *poteſt, corrigere autem non valet: pulſare poteſt,*
,, *non aperire: manus comprimere, non animum*
,, *mutare.*

Præſumitur tamen prima facie contra eum, quod per eum ſteterit, donec probet contrarium. Diſt. 18. c. *Pervenit*.

Ex Conc. Chalced. 3. c. 19.

,, PErvenit ad noſtras aures, quod in Pro-
,, vinciis conſtituta Epiſcoporum Concilia
,, minime celebrentur. Hoc ex eo probatur,
,, quod multæ, quæ correctione npus ha-
,, bent, Eccleſiaſticæ res negligantur. Sta-
,, tuit hæc ergo ſancta Synodus, ſecundum
,, regulas Patrum bis in annn in unum cnn-
,, venire per ſingulas provincias Epiſcopos,
,, ubi ſingula, quæ emerſerint, corrigantur:
,, qui vero noluerint convenire Epiſcopi con-
,, ſtituti in ſuis civitatibus, & hoc maxime
,, cum ſui corporis ſanitate conſiſtente, etiam
,, ab omnibus aliis urgentibus neceſſitatibus,
,, & inexcuſabilibus negotiis ſint liberi, lice-
,, re eos fraternæ caritatis commonitionibus
,, corripi.

Poſtquam autem fuerit promotus ad Epiſcopatum, debet eſſe bene præpoſitus domui ſuæ, id eſt Eccleſiæ ſuæ, quia non debet plura beneficia Eccleſiaſtica, & maxime, quæ habent curam animarum, uni quantumlibet exercitatæ perſonæ uno tempore committere, ſed ſingula ſingulis. Diſt. 39. c. *Singula*. Cauſſa 7. q. 1. *In apibus*.

Gregor. Omnibus Episc.

,, SIngula Eccleſiaſtici juris officia ſingulis
,, quibuſque perſonis ſingulatim committi
,, jubemus: ſicut enim in uno corpore multa mē-
,, bra habemus, omnia autem mēbra, non eum-
,, dem actum habent; ita in Eccleſiæ corpore
,, ſecundum veridicam Paulli ſententiam, uno
,, eodemque ſpiritu alii conferendum eſt hoc
,, officium, alii committendum eſt illud: neque
,, uni quantumlibet exercitatæ perſonæ, uno
,, tempore duarum rerum nfficia committenda
,, ſunt: quia ſi totum corpus eſt oculus, nbi
,, auditus? Sicut enim varietas membrorum
,, per diverſa officia, & robur corporis ſervat,
,, & pulchritudinem repræſentat; ita varietas
,, perſonarum per diverſa nihilominus diſtri-
,, buta nfficia, & fortitudinem, & venuſtatem
,, ſanctæ Eccleſiæ Dei manifeſtat: & ſicut in-
,, decorum eſt, ut in corpore humano, alterum
,, membrū alterius fungatur officio; ita nimirum
,, noxium ſimulque turpiſſimum eſt, ſi ſingu-
,, la rerum miniſteria perſonis totidem non
,, fuerint diſtributa.

Hieron. ad Ruſticum Monachum, Epiſt. 4.

,, IN apibus princeps unus eſt, & grues unam
,, ſequuntur ordine litterarum, Imperator u-
,, nus, judex unius provinciæ. Roma ut condita
,, eſt, duos fratres ſimul reges habere non potuit,
,, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ utero E-
,, ſau, & Jacob bella geſſerunt: ſinguli Eccle-
,, ſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbiteri, ſinguli
,, Archidiaconi, & omnis ordo Eccleſiaſticus
,, ſuis rectoribus nititur.

Nota ergo, quod ſi Epiſcopus confert uni perſonæ duas dignitates, vel perſonatus, etiamſi curam non habeant animarum, vel Eccleſias Parochiales duas, vel plures, peccant ambo, & conferens, & recipiens, ut extra, de præbend. c. *De multa*.

Innoc. III. In Concil. Generali.

,, DE multa providentia fuit in Latera-
,, nenſi Concilio prohibitum, ut nullus
,, diverſas dignitates Eccleſiaſticas, vel plu-
,, res Eccleſias parochiales reciperet contra
,, Canonum inſtituta: alioquin recipiens ſic
,, acceptum amitteret, & largiendi poteſta-
,, te conferens privaretur. Quia vero propter
,, præſumtiones, & quorumdam cupiditates,
,, nullus hactenus, aut rarus de prædicto ſta-
,, tuto fructus provenit; Nos evidentius, &
,, expreſſius occurrere cupientes præſenti de-
,, creto ſtatuimus, ut quicumque receperit
,, aliquod beneficium, curam habens anima-
,, rum annexam, ſi prius tale beneficium
,, habebat, eo ſit ipſo jure privatus: & ſi for-
,, te illud retinere contenderit, etiam alio
,, ſpolietur. Is quoque, ad quem prioris ſpe-
,, ctat donatio, illud poſt receptionem al-
,, terius libere conferat, cui merito viderit
,, conferendum: & ſi ultra ſex menſes confer-
,, re diſtulerit, non ſolum ad alios ſecun-
,, dum Lateranenſis Concilii ſtatutum, ejus
,, collatio devolvatur; verum etiam tantum
,, de ſuis cogatur proventibus in utilitatem
,, Eccleſiæ, cujus eſt illud beneficium, aſſigna-
,, re, quantum a tempore vacationis ipſius con-
,, ſtiterit eſſe perceptum. Hoc idem & in
,, perſonatibus eſſe decernimus obſervandum:
,, addentes, ut in eadem Eccleſia nullus plu-
,, res dignitates, aut perſonatus habere præ-
,, ſumat, etiamſi curam non habeant anima-
,, rum. Circa ſublimes tamen, & litteratas
,, perſonas, quæ majoribus beneficiis ſunt ho-
,, norandæ, cum ratio poſtulaverit, per ſedem
,, Apoſtolicam poterit diſpenſari.

Unde ſi poſt Concilium generale recipit aliquis duo beneficia curam animarum habentia, vel unum, non dimiſſo altero, quod ante dictum Concilium obtinebat, & hoc vitio non purgato eligitur; debet electio tamquam de perſona ineligibili facta, caſſari. Extra, de elect. c. *Dudum Eccleſiæ*.

Honorius III. Silvan. Episc. & Joanni de Monte mirabili Archid. & ſuccesſori Pariſienſ.

,, DUdum Eccleſia Rothomagenſis Paſtoris
,, ſolatio deſtituta, contra electionem,
,, quæ in eadem Eccleſia fuerat celebrata,
,, Archidiaconus, & quidam alii ejuſdem
,, Eccleſiæ Canonici ad ſedem Apoſtolicam
,, acceſſerunt. Dicto vero Archidiacono pro ſe,
,, ac parte ſua, & G. Archid. procuratore
,, illorum, qui electionem celebraverant, in
,, noſtra præſentia conſtitutis, inter alia, quæ
,, contra electum objecta fuerant, Archidia-
,, conus propoſuit memoratus, quod idem ele-
,, ctus poſt generale Concilium Archidiacona-
,, tum Ambianenſem adeptus, ipſum cum
,, pluribus parochialibus Eccleſiis, quas ante
,, idem Concilium obtinuerat, retinere præ-
,, ſumſit, eoque dimiſſo retinuit Eccleſias me-
,, moratas. Unde cum in eodem Concilio ſit
,, ſtatutum, ut quicumque receperit aliquod be-
,, neficium curam animarum habens annexam,
,, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit ipſo
,, jure

,, jure privatus, & ſi ſorte illud retinere con-
,, tenderit, etiam alio ſpolietur: prædictus ele-
,, ctus contra hujuſmodi veniens ſtatuta, tranſ-
,, greſſionis notam, nec non cupiditatis vi-
,, tium (quod in aliis reprobare debuerat) ex
,, pluralitate beneficiorum incurrit: & retinen-
,, do beneficia, quæ non ſpectabant ad ipſum
,, (cum poſt receptionem alterius priora bene-
,, ficia vacaverint ipſo jure) rem contrectavit
,, per conſequans alienam, & ſic ſurtum com-
,, miſit quodammodo, vel rapinam. In ſuæ
,, quoque ſalutis, & multarum animarum diſ-
,, pendium prædictas parochiales Eccleſias re-
,, tinebat, cum earum cura, qua jam privatus
,, fuerat ipſo jure, ad eum nullatenus perti-
,, neret; & ſic per ipſum eædem animæ da-
,, mnabiliter ſunt deceptæ. Verum procurator
,, eorum, qui elegerant ipſum, etſi pluralitatem
,, beneficiorum hujuſmodi coram nobis profi-
,, teretur in jure, per conceſſionem tamen Ro-
,, thomagenſis Archiepiſcopi nobis exhibitam,
,, eumdem electum niſus eſt multipliciter excu-
,, ſare. Nos igitur dictam excuſationem, ut-
,, pote frivolam nullatenus admittentes, vobis
,, dedimus in mandatis, ut ſi conſtaret, quod
,, idem poſt receptum Archidiaconatum prædi-
,, ctum curam animarum habentem, præfa-
,, tas parochiales Eccleſias electionis tempo-
,, re retineret, nec oſtenderet ſecum per Se-
,, dem Apoſtolicam ſuper hoc diſpenſatum, e-
,, lectionem illius auctoritate Apoſtolica caſſa-
,, retis.

Circa ſublimes tamen, & litteratas perſonas, quæ majoribus ſunt beneficiis honorandæ, quum ratio poſtulaverit, poterit per Sedem Apoſtolicam diſpenſari, ut in præallegata conſtitutione, *De multa*, per quod licet quidam aliter dixerint, intelligo in talibus poteſtatem diſpenſandi Epiſcopis eſſe ſublatam.

Poſtillator (Sed numquid Epiſcopus poteſt diſpenſare, quod habeat aliquis plures præbendas, aut plura beneficia ſine cura animarum, & ſine perſonatu?

℟. Credo, quod ſic; non tamen de jure ſcripto poteſt hoc, ſed de conſuetudine ſola, quam Papa ſcit, & non reprobat; & ideo præſumitur eam approbare. Unde credo derogatum eſſe hodie per contrariam conſuetudinem illi c. *Sanctorum*, Diſt. 70. ubi prohibetur, quod nullus ſit Canonicus præbendarius, niſi unius Eccleſiæ, in qua conſcriptus eſt, id eſt, intitulatus, licet ex diſpenſatione Epiſcopi unus diverſis poſſit præeſſe Eccleſiis; in hujuſmodi tamen diſpenſationibus, ſive fuerit per Papam, ſive per Epiſcopum, conſideranda eſt cauſſa diſpenſationis, quæ, ſi non ſit juſta, & rationabilis, non eſt diſpenſatio, ut dixit Bernardus, & non excuſat illum, cum quo taliter diſpenſatur quoad Deum, ſed tantum quoad Eccleſiam militantem.

Sed quum habenti Præbendam in una Cathedrali Eccleſia datur ab alio Epiſcopo Præbenda in alia Cathedrali Eccleſia; cujus Epiſcopi neceſſaria eſt diſpenſatio, primi, vel ſecundi?

℟. Poteſt dici, quod utriuſque neceſſaria eſt diſpenſatio, & ſecundus eo ipſo videtur diſpenſare in Præbenda, quam confert, quod eam ſcienter confert aliam habenti. Primus autem eo ipſo videtur diſpenſare, quod ſciens alium recepiſſe ſecundam Præbendam, permittit eum retinere primam, qua poſſet eum de jure privare, ſi non vellet cum eo diſſimulando taliter diſpenſare. Verius tamen credo, quod Epiſcopi ſecundi neceſſaria tantum ſit diſpenſatio: & quum ille, cui confertur ſecunda Præbenda diſpenſative, non peccet eam recipiendo; non poteſt Epiſcopus, qui primam contulit, privare illa propter hoc.)

---

§. UNICUS.

In quibus caſibus poteſt una perſona duas, vel plures Eccleſias habere?

SUnt tamen quinque caſus, in quibus de jure communi poteſt una perſona duas, vel plures Eccleſias habere.

Primus, quando Eccleſiæ tenues ſunt, ita quod neutra per ſe ſufficeret ad ſuſtentandam perſonam. Cauſſa 10. quæſt. 3. cap. *Unio*. *v.pag.270*

Secundus, ſi una pendet ex altera. Extr. de ætate, & qualit. c. *Eam te*.

,, EAm te decet (& infra) Arctius inhibe- *Alex.III.*
,, mus, ne perſonas, quæ in Eccleſiis tui
,, Epiſcopatus ad curam animarum fuerint or-
,, dinandæ, in ipſis inſtituas, nec aliqua occa-
,, ſione, vel etiam litterarum noſtrarum ob-
,, tentu inſtitui patiaris, quæ ſcientia, moribus,
,, & ætate, Concilii non congruant inſtitutis:
,, ſed etiam habentes plures Eccleſias, quæ ex
,, una non pendeant, tibi liceat appellatione
,, poſtpoſita cogere ad unam ipſarum, quam
,, maluerint, dimittendam, niſi ita fuerint te-
,, nues in ſubſtantia, quod proprios ſacerdotes
,, non poſſint convenienter alere.

Tertius caſus propter raritatem Clericorum. Cauſſa 21. quæſt. 1. c. *Clericus*, in fine.

,, CLericus ab inſtanti tempore non connu- *Synodus VII.*
,, meretur in duabus Eccleſiis. Negotiatio- *cap. 15.*
,, nis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium,
,, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine prorſus alie-
,, num. Audivimus enim ex ipſa Dominica vo-
,, ce, quod nemo poteſt duobus dominis ſervi-
,, re, aut enim unum odio habebit, & alte-
,, rum diliget; aut unum ſuſtinebit, & alte-
,, rum contemnet. Unuſquiſque enim ſecun-
,, dum Apoſtolicam vocem, in quo vocatus eſt,
,, in hoc debet manere; & in una collocari Ec-
,, cleſia: quæ enim per turpe lucrum in Ec-
,, cleſiaſticis rebus efficiuntur, aliena conſiſtunt
,, a Deo: ad vitæ vero hujus neceſſitatem ſtu-
,, dia ſunt diverſa; ex his ergo, qui voluerit,
,, acquirat corporis opportuna: Ait enim Apo-
,, ſtolus; *Ad ea, quæ mihi opus erant, & his*
,, *qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ*. Et
,, hæc quidem in hac ſervanda a Deo urbe. Cete-
,, rum in villis, quæ foris ſunt, propter ino-
,, piam hominum indulgeatur.

Et hoc habet locum extra civitates, ubi non invenirent ita facile artificiola ſua, & propter multas alias circumſtãtias quæ poſſent excogitari.

Quartus caſus, ſi Eccleſia eſt annexa præbendæ, vel dignitati, in quo caſu quum ipſe teneatur in majori Eccleſia perſonaliter deſervire, in ipſa Eccleſia parochiali idoneum, & perpetuum habeat vicarium canonice inſtitutum, qui congruentem habeat de ipſius Eccleſiæ proventibus portionem. Extr. de præbend. cap. *Exſtirpandæ*.

,, EXſtirpandæ conſuetudinis vitium in qui- *Innoc. III*
,, buſdam partibus inolevit, quod ſcilicet *In Concilio*
,, parochialium Eccleſiarum patroni, & aliæ quæ- *Generali.*

,, dam

„ dam perſonæ, proventus ipſarum ſibi penitus vindicantes, Presbyteris earum ſervitiis deputatis relinquunt adeo exiguam portionē, quod ex ea nequeant congrue ſuſtentari; nam (ut pro certo didicimus) in quibuſdam regionibus parochiales Presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quartam quartæ, id eſt, ſextam decimam decimarum. Unde fit, ut in his regionibus pene nullus inveniatur ſacerdos parochialis, qui ullam, vel modicam habeat peritiam litterarum. Cum igitur os bovis ligari non debeat triturantis, ſed qui altario ſervit, de altari vivere debeat; ſtatuimus, ut (conſuetudine qualibet Epiſcopi, vel patroni, ſeu cujuslibet alterius non obſtante) portio Presbyteris ipſis ſufficiens aſſignetur.

Ubi etiam notabiliter interdicitur, ne quis in fraudem de proventibus Eccleſiæ, quæ debet habere curam proprii ſacerdotis, penſionem alii quaſi pro beneficio conferre præſumat.

Quintus caſus, ſi habet unam Eccleſiam intitulatam, & aliam commendatam. Cauſſa 21. q. 1. c. *Qui plures*.

Leo III. „ QUi plures Eccleſias retinet, unam quidem titulatam, aliam vero ſub commendatione retinere debet.

Hoc intelligo, ſi ſubeſt juſta cauſſa, quare debeat fieri commendatio, ut quia non invenitur Prælatus idoneus, vel alia ſimilis: alias enim poſſent Epiſcopi multas fraudes committere; commendarent enim plures Eccleſias ſuis nepotibus, quos ſcirent ſe non poſſe intitulare.

Item non debet Laicos in Eccleſia conſtituere Œconomos, vel Vicedominos, ſed Clericos probatos ejuſdem Eccleſiæ. Diſt. 89. c. *Volumus*, & c. *Quia*, & c. *Indicatum*.

v. pag. 219

Gregor. *Anthemio Subdiacono*. „ VOlumus, ut frater noſter Paſchaſius, & Vicedominum ſibi, & majorem ordinet domus, quatenus poſſit, vel hoſpitibus ſupervenientibus, vel cauſſis, quæ eveniunt, idoneus, & paratus exſiſtere: ſi vero negligentem eum proſpicis, vel ea, quæ dicimus, implere differentem; omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi conſilio ipſi eligant, quorum perſonæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

Ex Conc. *Chalcedon. c. 26.* „ QUia in quibuſdam Eccleſiis, ſicut ad nos pervenit, ſine Œconomo Epiſcopi res Eccleſiaſticas tractant; placuit omnes Eccleſias habentes Epiſcopos, etiam Œconomum habere de proprio Clero, qui gubernent res Eccleſiæ cum arbitrio ſui Epiſcopi, ut non ſine teſtimonio ſit gubernatio ipſarum rerum Eccleſiaſticarum: & ex hoc eveniat res ejuſdem Eccleſiæ diſpergi, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc non obſervaverit, divinis ſubjaceat regulis.

Item non debet diſpenſationem rerum Eccleſiæ committere, propinquis ſanguine, vel favore humano, & inhoneſto ſibi conjunctis; quod ſi fecerit, peccat, & debet excommunicationi annuæ ſubjacere. Diſt. 89. c. *Decenter*, cauſſa 12. q. 1. c. *Epiſcopus Eccleſiaſticarum*, & q. 2. c. *Quiſquis*.

In Tolet. *Concilio IX.* „ DEcenter omnibus placet in præſenti tale reſcindere factum, & non eſſe de cetero faciendum: quicumque igitur Pontificum deinceps aut ſanguine propinquis, aut favore perſonis quibuſcumque ſibi conjunctis talia lucra commendare tentaverit, ad ſuum nefandæ præſumtionis excidium, & quod juſſum fuerit, devocetur in irritum, & qui ordinaverit, annuæ excommunicationi ſubjaceat: quæ vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.

Ex Conc. *Antiochen. c. 25.* „ EPiſcopus Eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reverentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe, quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo recipiuntur, neceſſariis uſibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occaſione fraudentur, juxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: *Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus*. Quod ſi contentus his minime fuerit, convertat autem res Eccleſiæ in ſuos domeſticos uſus, & ejus commoda, vel agrorum fructus non cum Presbyterorum, Diaconorumque conſcientia pertractet; ſed horum poteſtatem domeſticis, aut propinquis, aut fratribus, filiiſque ſuis committat, ut per hujuſmodi perſonas occultæ res lædantur Eccleſiæ, Synodo provinciæ pœnas iſte perſolvat. Si autem & aliter accuſetur Epiſcopus, aut Presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quod ea, quæ pertinent ad Eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Eccleſiaſtica facultate ſibimet uſurpent; ita ut ex hoc pauperes affligantur: criminationibus vero, & blaſphemiis tam ſermo prædicationis, quam ii, qui diſpenſant, taliter exponantur, & hos oporteat corrigi, ſancta Synodo, id quod condecet, approbante. 1. *Tim. 6.*

Ex Hist. *Euſebii Epiſc. Cæſarienſis c. 32. vel ex 7. Synodo c. 12.* „ QUiſquis Epiſcopus, vel Abbas inventus fuerit de ſalariis Epiſcopi, vel Monaſterii transferre quidquam in Principum manus, vel etiam alii perſonæ conferre voluerit, irritum ſit, quod datum eſſe conſtiterit, ſecundum Canonem ſanctorum Apoſtolorum, qui dicit: *Omnium Eccleſiaſticarum rerum Epiſcopus habeat ſollicitudinem, & diſpenſet eas tamquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare quidquam ex illis, vel cognatis propriis dare, quæ Dei ſunt. Quod ſi pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, ſed non ſub horum occaſione, quæ ſunt Eccleſiæ, defraudentur:* quod ſi excuſationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum, vel locum exſiſtere, nec ſic principibus, qui per loca illa ſunt, tribuatur ager, vel locus; ſed clericis, vel agricultoribus. Quod ſi calliditate uſus fuerit princeps, & vel a colono, vel a Clerico agrum emerit; ſit irrita venditio, & reſtituatur Epiſcopio, vel Monaſterio: Epiſcopus, vel Abbas hoc faciens abjiciatur, tamquam qui diſpergit, quæ non collegit.

Quidam intelligunt hoc de malis propinquis: nam ſi boni ſunt, videntur etiam aliis præferendi, ut ſupra de hoſp. ordin. Illud tamen dicitur de ſuſtentatione naturæ.

TITULUS XIV.

De Neophytis non ordinandis.

SEquitur, *non Neophytum*. Unde videndum qui dicantur Neophyti, & quare prohibeantur ordinari, vel promoveri. Neophyti dicuntur novelli in fide a νέος, quod eſt, *novem*, & φυτόν, quod eſt germen, quaſi nuper inſiti in fide. Diſt. 48. c. *Quoniam*.

„ Quo-

In Conc. Nicæno, c. 2. „ QUoniam multa ſunt ſive per neceſſitatem, ſive ex quacumque cauſſa contra regulam geſta, ita ut homines ex vita Gentili nuper adhuc catbechizati, vel inſtructi, ſtatim ad ſpirituale baptiſma veniſſent, & continuo, cum baptizati ſunt, etiam ad Epiſcopatum, vel presbyterium provecti ſunt: recte igitur viſum eſt de cetero nihil tale debere fieri: nam & tempore opus eſt, ut ſit catbecumenus, & poſt baptiſmum multa probatione indiget. Evidens namque eſt Apoſtolicum præceptum, dicens: *Non Neophytum, ne forte elatus in judicium incidat, & in laqueum diaboli*. Si vero præcedente tempore, aliquod peccatum mortale admiſerit, & convictus duobus, vel tribus teſtibus fuerit; ceſſet a Clero, qui hujuſmodi eſt: ſi quis vero præter hæc fecerit, tamquam contra ſtatuta ſancti Concilii gerens, etiam ipſe præcipitabitur de ſtatu ſui cleri. *Gratian.* *Neophyti vero hodie appellantur, propoſitum ſacræ religionis noviter aſſumentes*.

Item Neophyti dicuntur novelli in religione. Diſt. 48. c. *Sicut*.

B. Greg. Siagrio Epiſc. lib. 7. Ep. 110. „ SIcut Neophytus tunc dicebatur, qui initio ſanctæ fidei erat eruditione plantatus; ſic modo Neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos ſacros ordines irrepſerit. Ordinate ergo ad ordines aſcendendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi a novitatis ſuæ humore ſiccentur, ne ſi ante pondera, quam ſolidentur, accipiunt, cunctam ſimul ad terram deponant fabricam.

Cauſſa prohibitionis eſt duplex: una, ne incidant in ſuperbiam, putantes, quod fides Chriſtiana, ſive religio multum eis indigeat. Diſt. 48. §. *Prohibentur*, & c. *Quoniam*.

v. ſupra. Gratian. „ PRohibentur etiam Neophyti in Epiſcopos ordinari, ut qui heri erat Cathecumenus, hodie non fiat Epiſcopus: qui heri erat in Theatro, hodie non ſedeat in Eccleſia: qui veſpere erat in circo, hodie non miniſtret altario: qui dudum fuerat fautor biſtrionum, hodie non ſit conſecrator virginum. Cauſſa autem hujus prohibitionis eſt ſecundum Apoſtolum, ne elatus in ſuperbiam, tamquam religio Chriſtiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus namque ſacerdos neſcit habere humilitatem, obſervare & modos perſonarum, vel ſeſe contemnere: non jejunavit, non flevit, non ſe correxit, non pauperibus erogavit. In arrogantiam (quæ eſt ruina diaboli) incidunt, qui in puncto horæ necdum diſcipuli fiunt magiſtri: & ſicut Innocentius ait: *Miſerum eſt, cum fieri magiſtrum, qui necdum didicit eſſe diſcipulus*.

Alia cauſſa eſt, quia non ſunt experti ſtatum Eccleſiæ, vel religionis; & ideo neſcirent eſſe graves, & ſe contemperare pro diverſitate perſonarum ſibi ſubjectarum. Diſt. 48. cap. *v. ſupra.* *Sicut*.

Sed numquid cauſſis iſtis ceſſantibus poſſet Neophytus promoveri?

Videtur quod ſic: nam prohibitiones Eccleſiaſticæ proprias habent cauſſas, quibus ceſſantibus, ceſſant & ipſæ. Diſt. 61. c. *Statuimus*, §. *His omnibus*, & cap. *Neophytus*, & conſtitutio Innocentii, c. *Cum ceſſante*, de Appell.

Leo Papa. „ STatuimus, ne in aliquo Apoſtolica, & canonica decreta violentur, & ne his regenda Domini Eccleſia eredatur, qui legitimarum inſtitutionum neſcii, & totius humilitatis ignari non ab infimis ſumere incrementum, ſed a ſummis volunt habere principium; cum valde iniquum ſit, abſurdumque, ut imperiti magiſtris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis.

Gratian. „ HIs omnibus auctoritatibus laici prohibentur in Epiſcopatum eligi. Econtra beatus Nicolaus ex laico electus eſt in Epiſcopum. Beatus Severus ex lanificio aſſumtus eſt in Archiepiſcopum. Beatus Ambroſius, cum nondum eſſet baptizatus, in Archiepiſcopum eſt electus. Sed ſciendum eſt, quod Eccleſiaſticæ prohibitiones proprias habent cauſſas, quibus ceſſantibus, ceſtant & ipſæ. Ut enim laicus in Epiſcopum non eligeretur, hæc cauſſa fuit, quia vita laicalis Eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non erudita, neſcit exempla religionis de ſe præſtare aliis, quæ in ſe ipſa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito ſuæ perfectionis clericalem vitam tranſcendit, exemplo B Nicolai, & Severi, & Ambroſii, ejus electio potaſt rata haberi.

Ambros. In Epiſt. ad Vercell. 83. „ NEophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in ſuperbiam: ſed ſi non deeſt humilitas competens ſacerdotio, ubi cauſſa non adhæret, vitium non imputatur; itaque ordinationem meam occidentales Epiſcopi judicio, orientales etiam exemplo probarunt.

Innoc. III In Concil. Generali. „ CUm ceſſante cauſſa, ceſſet effectus; ſtatuimus, ne ſive judex ordinarius, ſive delegatus, aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quo exſecutioni mandato, alter litigantium gravaretur, & ſano uſus conſilio ab hujuſmodi interlocutionis, vel comminationis effectu deſtiterit, libere in cauſſæ cognitione procedat, non obſtante ſi a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum; dummodo non ſit ex alia cauſſa legitima ſuſpectus, ne proceſſus negotii, frivolis occaſionibus retardetur.

Econtra videtur, quod licet cauſſæ ceſſent, non ceſſabit prohibitio. Cauſſa 19. q. 2. c. *Duæ*, & 32. q. 1. c. *Dixit*.

v. pag. 29. Infertur unus caſus ex alio. Ad hoc dico, quod etiam Clericus quantumcumque ſit humilis, & inſtructus in regula Monachali, vel alia non poteſt eligi in Abbatem, vel Rectorem Eccleſiæ regularis, niſi profeſſus, & expertus aſperitatem regulæ: non enim ſufficit ſcire, ſi neceſſe eſt exſperiri, & probare, & probari. Extr. de elect. c. *Cum Cauſſam*, & c. *Officii*, Cauſſa 19. q. 3. *Monaſteriis*.

Innoc. III. Priori S. Frigidiani G. & G. Canonic. Lucanenſ. „ CUm cauſſam, quæ inter Bonum Presbyterum, & Brunum Canonicum ſancti Petri Lucanenſis vertitur ſuper eo, quod dictus Presbyter Bonus a majori parte Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ (prædicto B. & quodam alio contradicentibus) in Priorem (ſicut dicitur) eſt electus, olim vobis duximus committendam (& infra) Quamvis autem multi Priores continue, unus poſt alium in ipſa Eccleſia per multa & longa tempora fuerint non profeſſi; quia tamen præfatus Presbyter B. non eſt profeſſus obſervantiam regularẽ, dubitatis, & merito, nobis procedere inconſultis. Quia

,, igitur non debemus attendere ſolummodo quid factum ſit, ſed potius quid ſit faciendum; conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod cum ſecundum legem divinam non ſit in bove arandum, & aſino, nec quiſquam debeat veſtem inducere de lana, linoque contextam, irritetis electionem prædictam, & compellatis præfatum Presbyterum, alioſque Clericos non profeſſos, ut vel B. Auguſtini regulam in eadem Eccleſia conſtitutam, profiteantur, & ſervent, aut ipſam Eccleſiam omnino dimittant.

III. Innoc. Magiſtro C. Presbytero Card. ſedis Apoſtolicæ legata.

,, OFficii tui (& infra) Sane nobia tuis litteris intimaſti, quod cum Monaſterium quoddam poſitum in medio nationia perverſæ, Paſtore careret, Monachi de electione Abbatis tractantes, cum non poſſent ſui ordinis idoneam invenire perſonam; in quemdam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defenſari: & patrem adierunt ipſius, humiliter poſtulantes, quod filium ſuum induceret, ut habitum ſuſciperet Monachalem, nullam patri de ipſius promotione fiduciam tribuentes: & pater ad hoc induxit filium providum, & diſcretum, & 35. annorum ætatis, qui effectus Monachus, fuit in Abbatem electus, cujus electio exſtitit per Rectorem Meſſanenſem Apoſtolicæ ſedia legatum, qui omnibus prædictis interſuit, confirmata. Cum autem idem ſit paratus purgare ſe, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus; poſtulas edoceri, utrum dictus legatus electionem confirmare, vel diſpenſare potuit, vel quod factum eſt, ſtare poſſit, & utrum electione caſſata, iterum valeat eligi in Abbatem. Nos autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod cum ex his, quæ incontinenti ſubſecuta ſunt, oſtendatur, quod talis taliter non poſſit eligi in Abbatem, maxime pro eo, quod antequam eſſet diſcipulus, voluit eſſe magiſter; electionem illam irritam eſſe decrevimus, & inanem. Verum poſtquam fuerit in regula competenter inſtructus (ſi urgens neceſſitas, & evidens utilitas ipſius Monaſterii poſtulaverit) purgatione recepta, poterit in Abbatem aſſumi, ne Monaſterium opprimatur incurſibus malignorum.

Gregor. Fortunata Epiſc. Neapolit.

,, MOnaſteriis omnibus fraternitas veſtra diſtrictius interdicat, ut eos, quos ad converſionem ſuſceperint, priuſquam biennium in converſione compleant, nullomodo audeant tonſurare; ſed hoc ſpatio vita, moreſque eorum ſollicite comprobentur, ne quis eorum aut non ſit contentus, eo quod voluit; aut ratum non habeat, quod elegit. Nam, dum grave ſit, inexpertos hominum obſequiis ſociari; quia poſſit dicere, quam ſit gravius ad Dei ſervitium improbatos applicati? Milea vero ſi cõverti voluerit, priuſquam nobis renuncietur, nullus eum ſine noſtro conſenſu qualicumque præſumat ratione ſuſcipere.

Immo ſi aliqui non profeſſi ordinem regularem, ſint jam in Abbates aſſumti, debent, ſublato appellationis obſtaculo, removeri. Extr. de elect. c. *Cum in magiſtrum aſſumi non debent, qui formam diſcipuli non aſſumſit, nec ſit præficiendus, qui ſubeſſe non novit; nos intellecta per te, quod in quibuſdam regularibus domibus jure tibi diœceſano ſubjectis, ſunt quidam in Abbates non profeſſi ordinem regularem aſſumti; mandamus, quatenus cum tales Abbates eſſe non debeant, qui per profeſſionem, Monachi, & regulares Canonici non fuerint, ad amotionem eorum, quos tales inveneris (ſublato appellationis impedimento) procedas.*

Gregor. IX.

Monachus tamen poteſt elegi in Epiſcopum. Diſt. 61. c. *Bene*.

Gregor. Paſſiva Epiſc. lib. 10. Ep. 13.

,, BEne novit fraternitas veſtra, quam longo ſit tempore Aprucium paſtorali ſollicitudine deſtitutam. Ubi diu quæſivimus quis ordinari debuiſſet, & nequaquam potuimus invenire: ſed quia opportunus mihi in moribus ſuis, in Pſalmodiæ ſtudio, in amore orationis valde laudatur, & religioſam vitam omnimodo dicitur agere; hunc volumus, ut fraternitas veſtra ad ſe faciat venire, & de anima ſua admoneat, quatenus in bonis ſtudiis creſcat: & ſi nulla ei crimina, quæ per legis ſacræ regulam morte mulctanda ſunt, obviant; tunc hortandus eſt, ut vel Monachus, vel a vobis Subdiaconus fiat, & poſt aliquantum temporis, ſi Deo placuerit, ipſe ad paſtoralem curam debeat promoveri.

Et laicus, dum tamen litteratus, ſimiliter in Epiſcopum poſtulari poteſt. Diſt. 61. c. *Oſius*.

Ex Conc. Sardicenſi, c. 13.

,, OSius Epiſcopus dixit: Et hoc neceſſarium arbitror, ut diligentiſſime tractetur, ſi forte aut dives laicus, aut ſcholaſticus de foro, aut de adminiſtratione Epiſcopus fuerit poſtulatus, ut non prius ordinetur, niſi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut Presbyteri fuerit perfunctus: & ita per ſingulos gradus, ſi dignus fuerit, aſcendat ad culmen Epiſcopatus. *Sed aliud eſt poſtulari, aliud eligi: poſtulatur nexibus curiæ aſtrictus ab Imperatore, Clericus alterius Civitatis a ſuo Epiſcopo, ſed non eligitur, niſi in ſacris ordinibus conſtitutus: fit enim electio cum ſolemnitate decreti, omnium ſubſcriptionibus roborati: poſtulatio vero ſimplici petitione.*

Gratianus.

Item Neophytus poteſt, ut quidam dicunt, recipere minores ordines, ſed non ſacros. Diſt. 48. cap. *Quoniam*, & cap. *Sicut*. Alii contra, quod nec etiam minores recipere poteſt, donec ſit probatus. Arg. 19. quæſt. 3. cap. *Monaſteriis*. Et hoc credo verius his, quæ dicta ſunt.

v. ſupra.

v. ſupra.

Nec obſtat, quod legitur de B. Nicolao, Severo, & Ambroſio, quod Neophyti fuerunt electi. Diſt. 61. cap. *Statuimus*, §. *His omnibus*, & cap. *Neophytus*. Illud enim factum eſt inſpiratione divina: de Nicolao enim fuit revelatum cuidam Epiſcopo, ut legitur in *Legenda*: Severo inſedit columba ſuper caput: Ambroſio aſſurrexit terra pro Cathedra; & ideo non ſunt trahenda hæc ad conſequentiam: alias exemplo Ambroſii poſſet aliquis eligi etiam ante baptiſmum, quod eſſet abſurdum dicere.

v. ſupra.

TITU-

TITULUS XV.

De ſolemniter pœnitentibus non ordinandis.

EXpeditis 13. Capitulis Apoſtolicæ regulæ, reſtat inquirere de novem aliis impedimentis, quæ ſimiliter requiruntur in ordinando, vel eligendo, videlicet, quod non ſit ſolemniter pœnitens, non Curialis, non ſarvus, non corpore vitiatus, non de Presbytero, vel alio illegitime natus, non adultus in ægritudine baptizatus, non peregrinus, vel ignotus, non minoris ætatis, non femina: de ſingulis per ordinem videndum.

Poſtillator.

Multa enim ſunt conſideranda circa ordinandos, & quædam ex illis notantur per hos verſus:

Corporis integritas, vitia, ſeu ſexus, & ætas,
Littera, libertas, baptiſmus, vita, voluntas,
Forma, fides, titulus, intentio, fama, poteſtas;
Tempus: in ordinibus faciendis iſta requiras.

Solemniter pœnitens non poteſt promoveri. Diſt. 50. c. *Ex pœnitentibus*, diſt. 36. c. *Illiteratos*. v. pag. 243

IN CONC. *Carthag. c. 68.*

„ EX pœnitentibus quamvis ſit bonus, tamen Clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Epiſcopi factum fuerit, a Clero deponatur; quia ſe ordinationis tempora non prodidit fuiſſe pœnitentem: ſi autem ſciens Epiſcopus ordinaverit talem; etiam ipſe ab Epiſcopatu ſuo ordinandi dumtaxat poteſtate privetur. Simili ſententiæ ſubjacebit Epiſcopus, ſi ſciens ordinaverit Clericum, qui viduam, aut repudiatam uxorem habuit, aut ſecundam.

Ratio autem hujus prohibitionis eſt quadruplex. Prima ordinis excellentia; quia non ſunt digni ſuſcipere vaſa, id eſt, ordines ſacramentorum, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum. Diſt. 50. c. *Illud*.

SYRICIUS *Papa Hymerio Epiſt. 1. c. 14.*

„ ILlud quoque nobis par fuit providere, ut ſicut pœnitentiam agere nulli umquam conceditur Clericorum, ita poſt pœnitudinem, ac reconciliationem umquam laico liceat honorem Clericatus adipiſci: quoniam quamvis ſint omnium peccatorum contagione mundati; nulla tamen gerendorum ſacramentorum debent inſtrumenta ſuſcipere, qui dudum fuerunt vaſa vitiorum.

Licet enim peccatum ſit deletum per pœnitentiam; remanet tamen aliqua cicatrix, ſive irregularitas, quæ ipſum impedit. Cauſſa 1. q. 1. c. *Veatam*.

INNOCENT. *Rufo, & aliis Epiſc. Epiſt. 22. c. 3.*

„ VEnum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem; cum nos dicimus ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput, ubi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, qua poſſie recipere ſanitatem, quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta ſine cicatrice eſſe non poterit: atque ubi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe decernimus. Nam ſi (ut legitur) quod tetigerit immundus, immundum erit; quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſuevit accipere? ſed e contra aſſeritur, eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere: acquieſcimus, & verum eſt certe; quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationem utique, quam habuit per pravam manus impoſitionem, dedit: & qui particeps facta eſt damnationis, quomodo honorem debeat accipere, invenire non poſſum. Sed dicitur, vera, & juſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod a vitioſo fuerat injectum. Ergo, ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei: quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri: nullus pœnitentiæ locus ſit, quia poteſt id præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſuevit. Sed noſtræ lex Eccleſiæ eſt venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem, laicam tantummodo tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatus ordinem, vel exiguum honorem ſurrogare.

Secunda cauſſa eſt timor labendi, ex priſtina conſuetudine ſurgens. Diſt. 61. c. *In ſacerdotibus*, in fine verſ. *Proferens memorandi criminis labem, non habet ſacerdotii lucidam dignitatem.*

Hormiſda Papa Omnib. Epiſc.

Tertia cauſſa eſt ſcandalum populi: quum enim talis pœnitentia non imponatur, niſi pro crimine publico, vel vulgatiſſimo, quod totam commoverit urbem; cauſſa 26. q. 6. c. ult. ſeu, *Presbyter 2.*

EX CONC. *Carthag. 3. c. 31.*

„ PResbyter inconſulto Epiſcopo non reconciliet pœnitentem, niſi abſente Epiſcopo ultima neceſſitas cogat; cujuſcumque autem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam commoverit Eccleſiam, ante abſidam, manus ei imponatur.

Non poſſet talis ſine magno ſcandalo miniſtrare. Diſt. 50. c. *De his vero*.

RABANUS *Archiep. ad Heribald. lib. pœn. c. 1.*

„ DE his vero viſum eſt nobis ſcribendum eſſe, qui ſacros ordines habentes, ante, vel poſt ordinationem contaminatos ſe eſſe in capitalibus criminibus confitentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc diſtantia eſſe debet, ut hi, qui deprehenſi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris hujuſmodi criminibus, ſecundum canonum ſacrorum inſtituta, a proprio gradu decidant; quia ſcandalum eſt populo Dei tales perſonas ſupra ſe poſitas habere, quas ultra modum vitioſas eſſe conſtat....

Quarta cauſſa, quia non haberet frontem redarguendi alios, quum ipſe ſibi tacitus reſponderet ſe commiſiſſe illa eadem, quæ corriperet, vel majora. Diſt. 25. c. *Primum*, diſt. 42. §. 1. ſeu, *Hoſpitalem*. v. pag. 249

HIERON. *In Epiſtola ad Titum c. 1.*

„ PRimum itaque ſine crimine jubetur eſſe Epiſcopus, quod alio verbo ad Timotheum, irreprehenſibilem nominatum puto: non quod eo tantum tempore, quo ordinandus eſt, ſit ſine ullo crimine, & præteritas maculas nova converſatione diluerit; ſed quod ex eo tempore, quo in Chriſtum renatus eſt, nulla peccati conſcientia mordeatur. Quomodo enim poteſt Præſes Eccleſiæ auferre malum de medio ejus, qui in delicto ſimili corruerit? aut qua libertate peccantem corripere poteſt, cum

„ tacitus ipſe ſibi reſpondeat, eadem ſe admiſiſſe, quæ corripit?

Diſpenſatut autem cum ſolemniter pœnitente in minoribus ordinibus, ptnpter neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ. Diſt. 50. c. *Placuit*. Poteſt autem Epiſcopus hanc diſpenſationem facere, ex quo non eſt ei ſpecialiter prohibita. Extr. de ſent. excomm. c. *Nuper*, & require infra, de diſpenſ. §. *Poſt dictas*.

v. pag. 138

v. pag. 12.

Non obſtat Diſt. 50. *Ex pœnitentibus*, ubi dicitur, qund Epiſcopus ſcienter otdinans talem, debet privari poteſtate otdinandi; quia illud intelligitur, quum nrdinet abſque diſpenſatinne, vel quum indiſcrete diſpenſet cum ſimoniaco. Diſt. 51. c. *Qui in aliquo*.

v. pag. 139

TITULUS XVI.

De Curialibus, & obligatis ad ratiocinia, an ſint ordinandi, vel non?

CIrca Curiales videndum, qui dicentur Curieles; qui Curiales poſſint tepelli a promotione, & qui non; quæ, & qunt ſint cauſſæ prnhibitionis; poſtea viſuri de ſecunda parte rubricæ, ſcilicet de obligetis ad ratiocinie.

§. I.

Qui dicantur Curiales, & qui a promotione repellantur.

DIcuntur Curiales large omnes, qui quacumque ratinne, cunditione nbligati ſunt cutiæ alicujus publicæ poteſtatis, ſive ſint milites, ſeu advocati, ſeu judices, ſive nfficiales, ſive hiſtriones, & brevitet quicumque habent nfficium hnneſtum, vel inhoneſtum. Diſt. 51. c. 1. ſeu, *Aliquantos*. Quandnqua ſtricte dicuntut Curiales, qui procurant honeſta curiæ officia, ut Decuriones, Judices, & ſimiles. Quandoque ſtrictius dicuntut Curiales, qui ſunt officiales in cauſſe ſanguinis, & dicuntnr iſti Cutiales a *Cruore*; alii dicuntur Curieles a *Curia*.

v. pag. 140

Prohibentur omnes indiſtincte ordinari, niſi primo ſint abſnluti a curia. Diſt. 51. cap. 1. 2. & 3. ſeu cap. *Aliquantos*, c. *Deſignata*, & c. *Præterea*.

v. pag. 140

INNOCENT. *Felici Epiſc. Nuceriano.*

„ DEſignata ſunt geneta Laicorum, de quibus ad Clericatum pervenire non poſſunt, id eſt, ſi quis fidelis militaverit, ſi quis fidelis cauſſas egerit, hnc eſt, poſtulaverit, ſi quis fidelis adminiſtraverit. De Curialibus autem manifeſta eſt ratio: quoniam etſi inveniantur hnjuſmodi viri, qui debeaut Clerici fieri; tamen qnoniem ſæpius a curie repetuntur, cavendum eſt ab his propter tribulationem, quæ ſæpe de his Eccleſiæ provenit.

INNOCENT. *Victricio Rothomag. Epiſ. Epiſt. 2. c. 11.*

„ PRæterea frequenter quidam ex fratribus noſtris Curiales, vel quibuslibet functionibus publicis occupatos, Clericos facere contendunt, quibus poſtea majot eſt triſtitia, cum jam de tevocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia naſcetur de aſcito. Conſtat enim eos in ipſis muneribus, id eſt, miniſteriis, & officiis etiem voluptates exhibere, quas a diabolo inventas eſſe non dubium eſt; & ludorum, & mimorum apparatibus, aut præeſſe, aut fortitan intereſſe. Sit certe in exemplum ſollicitudo, & triſtitia fratrum, quam ſæpe pertulimus Imperatore præſente, cum pro his ſæpius rogaremus, quam ipſe nobiſcum poſitus cognoviſti: quibus non ſolum infeliotes Clerici ex Curialibus; verum etiam in ſacerdotio conſtituti ingens moleſtia, ut redderentur, inſtabat.

Poſtquam vero abſoluti ſunt a curia, admittuntur, ſed cum diſtinctione, quia aut exercuerunt ſæva, turpia, vel inhoneſta; aut honeſta. In primo caſu, ſcilicet ſi exercuerunt ſæva, ut officiales, vel milites, qui dum poteſtatibus obedirent, ſanguinem humanum ſuderunt: vel turpia, vel inhoneſta, ut hiſtriones; non poſſunt promoveri. Diſt. 51. c. 1. & 3. ſeu, *Aliquantos*, & c. *Præterea*, diſt. 46. c. *Clericum ſcurrilem*, de conſec. diſt. 2. c. *Pro dilectione*.

v. ſupra. v. Indic.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum honeſta officia exercuerunt, ut Judices, Advocati, Tabelliones; ſubdiſtingue: quia aut exercuerunt ſuum officium in cauſſa civili, ſive pecuniaria, aut in cauſſa ſanguinis. In primo caſu admittuntur. Diſt. 61. cap. *Oſius*. In ſecundo repelluntur. Require ſupra, de homicid. §. *Pœna homicidii*.

v. pag. 266

Sunt autem multæ cauſſæ, quare tales prohibentur ordinari, inter quas tres ſunt efficaciores. Prima, quia quidam eorum ſunt viles perſonæ, & frequenter contrahunt irregularitatem ex officio ſuo. Secunda, quia multum moleſtatur Eccleſia, & incommode patitur propter tales, quando repetuntur. Tertia ratio eſt, quia præſumitur contra eos, quod non tranſeant ad Clericatum voto religionis, ſed ut fugiant ratiocinia dominorum ſuorum. Diſt. 51. c. 1. 2. & 3. ſeu c. *Aliquantos*, & c. *Deſignata*, & c. *Præterea*, & diſt. 53. c. *Legem*.

v. ſupra.

GREGOR. *Lib. 7. regiſt. omnib. Epiſc. de lege Mauricii Auguſti.*

„ LEgem, quam piiſſimus Imperator dedit, ne fortaſſe hi, qui militiæ, vel rationibus ſunt publicis obligati, dum cauſſarum ſuarum periculum fugiunt, ad Eccleſiaſticum habitum veniant, vel in Monaſteriis convertantur; veſtræ ſtudui fraternitati tranſmittere, hoc maxime exhortans, quod hi, qui ſæculi actionibus implicati ſunt, in Clero Eccleſiæ præpropere ſuſcipiendi non ſunt: quia dum in Eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quam prius vixerant, vivunt; nequaquam ſtudent ſæculum fugere, ſed mutare. Quod ſi etiam tales quoque Monaſterium petunt, ſuſcipiendi nullo modo ſunt, niſi prius a ratiociniis publicis fuerint abſoluti.

§. II.

De obligatis ad ratiocinia.

SEquitur, ut videamus de ſecunda parte rubricæ, ſcilicet de obligatis ad ratiocinia, puta, tutoribus, & curatoribus, & procuratoribus.

Circa iſtos diſtingue, quia aut perſeverant adhuc in officio, aut non. In primo caſu ſubdiſtingue, quia aut perſeverant in officio perſonæ ſæcularis, non miſerabilis; & tunc non

poſſunt

poſſunt promoveri. Cauſſa 21. q. 3. e. 1. & 2.
v.pag.218 & 114. ſeu, c. *Pervenit*, & c. *Credo*, extra, ne Clerici, vel Monachi, e. 1. & 2. ſeu, *Multa*, & c. *Sacerdotibus*.

Ex Conc. *Carthag.* 1.
,, PErvenit in ſanctam Synodnm, qnia de eis,
,, qui in Clero connumerantur, quidam
,, propter turpis lucri gratiam alienarum poſſeſ-
,, ſionum conductiones, & ſæculares cauſſas ſu-
,, ſcipiunt, & ſeipſos quidem a miniſteriis ſan-
,, ctis per deſidiam ſeparant; ad domos autem
,, ſæcularium concurrunt, & ſubſtantiarum eo-
,, rum gubernationes avaritiæ cauſſa ſuſcipiunt.
,, Decrevit igitur ſancta Synodus, neminem
,, deinceps eorum, hoc eſt, non Epiſcopum,
,, ſive Clericum, ant Monachum conducere
,, poſſeſſiones, aut miſceri ſæcularibus procu-
,, rationibus, niſi forte, qui legibus ad mi-
,, norum ætatum tutelas ſive procurationes in-
,, axcuſabiles attrahantur, aut cui ipſius Ci-
,, vitatis Epiſcopus Eccleſiaſticarnm rerum com-
,, miſerint gubernacula, vel orphanorum, aut
,, viduarum, quæ indeſenſæ ſunt, aut ea-
,, rum perſonarum, quæ maxime Eccleſia-
,, ſtico indigent adminiculo propter timorem
,, Dei. Si quis vero tranſgreſſus fuerit hæc ſta-
,, tura, correctioni Eccleſiaſticæ ſubjaceat.

Ex Conc. *Carthag.* 1.
,, CRedo placere ſuggeſtionem ſanctitati ve-
,, ſtræ, & diſplicere vobis, ut qui ſer-
,, viunt Deo, & annexi ſunt Clero, accedant
,, ad actiones, ſeu ad adminiſtrationes, vel
,, procurationes domorum ſæcularium. Gratus
,, Epiſcopus dixit: Apoſtolorum ſtatuta ſunt,
,, quæ dicont: *Nemo militans Domino, implicet*
,, *ſe negotiis ſæcularibus*. Proinde ant Clerici ſint
,, ſine actionibus domorum, aut actorea ſine
,, officio Clericorum; univerſi dixerunt: Hoc
,, obſervamus.

Aut perſeverant in officio perſonæ Eccleſiaſticæ, vel etiam ſæcularis, ſed miſerabilis; & tunc poſſunt promoveri, ſi aliud non impediat.
v.pag.219 & 193. Diſt. 86. e. *Pervenit*, diſt. 89. c. *Indicatum*, cauſ. 16. q. 1. c. *Monachi*.

In ſecuodo caſu, quum non perſeverant in officio, remanent tamen adhuc obligati ex adminiſtratione. Subdiſtingne, quia aut ſunt obligati reipublicæ, aut privatæ perſonæ; ſi reipublicæ, non debent promoveri anta reddita
v. ſupra. ratiocinia. Diſt. 51. c. *Præterea*, C. de Epiſcopis, & Cler. e. *Officiales*. Obligati enim reipublicæ ex adminiſtratione arcentur ab hominibus: ſecus ſi alias ſint debitorea ex cauſſa mutui, vel ſimili, ff. de mu. & hono. *Reſcripto*, *§. Debitores*, C. de Epiſcopis, & Cleri. *Quiſquis emenſis*. Si antem remanent obligati privatæ perſonæ; aut in ipſa promotiona movetur ſibi quæſtio, vel eſt mota, aut non. In primo caſu iterum ſubdiſtingue, qnia aut movetur quæſtio de perfidia, aut dolo, aut culpa tantum: ſi de dolo, aut perfidia, oon debent promoveri ante deciſam litem. Diſt. 81. e. *Tantis*, diſt. 23. c. *Illud*, extra, de oblig. ad ratioc. e. unico, ſeu, *Magnus*.

Cæleſti. *Papa Ad Epiſc. Galliæ.*
,, TAntis Daniel gravatus teſtimoniis, tanta
,, facinorum accuſatione pulſatus, ſacra-
,, rom, nt dicitur, virginum pollutus inceſtu
,, Epiſcopus aſſeritur ordinatns; & ut in noſtris
,, libellis ſcrinii continetur, quorum ad vos
,, qooqne exemplaria direximus; in Pontificii
,, dignitatem, hoc tempore quoad cauſſam di-
,, cendam, miſſis a nobis litteris, vocabatur,
,, obrepſit (ſacro nomini abſit injuria) facilius
,, eſt enim, ut hanc dignitatem tali dando, i-
,, pſe amiſerit ordinator, quam eam obtineat
,, ordinatua; cui convicto ſociabitur, qui cum
,, ſibi credidit, largiendo Pontificium, ſocian-
,, dum; qualis enim ſit ipſe, quiſquis tales or-
,, dinaverit, oſtendit.

,, ILlud ſtatuendum eſt, nt quando ad eligen- Ex Conc. *Carthag.* 4. c. 40.
,, dum Epiſcopum convenerimus, ſi qua
,, contradictio fuerit ſuborta (quia ſæpe talia
,, ſunt facta apud nos) non præſumant ad pur-
,, gandum eum, qui ordinandus eſt, tres
,, rantum, ſed poſtulentur ad numerum ſupra-
,, dictorum, 2. vel 3. & in eadem plebe, cui
,, ordinandus eſt, diſcutiantur primo perſonæ
,, contradicentium; poſtremo etiam illa, quæ
,, objiciuntur, pertractentur, & cum purgatus
,, fuerit ſub aſpectu publico, ita demum ordi-
,, netur; ſi hoc eum veſtræ ſanctitatis animo
,, concordat, corroboretur veſtræ dignitatis re-
,, ſponſione. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt:
,, Satis placet.

,, MAgnus Epiſcopus Auguſtinns dixit: Quid Ex Conc. *Carthag.* 1. c. 8.
,, dilectioni veſtræ videtur, procuratores,
,, actores, exſecutores, ſeu curatores pupillo-
,, rum, ſi debeant ordinari? Gratus Epiſcopus
,, dixit: Si poſt depoſita onera, & reddita ra-
,, tiocinia, actus vitæ ipſorum fuerint compro-
,, bati in omnibus, debent cum laude Dei (ſi
,, poſtulati fuerint) honore munerari: ſi enim
,, ante libertatem negotiorum, vel officiorum
,, fuerint ordinati, Eccleſia infamatur. Uni-
,, verſi dixerunt: Recte ſtatuit ſanctitas veſtra,
,, ideoque illa eſt noſtra ſententia.

Debet tamen taxari tempus, infra quod quæſtio decidatur. Arg. exrra, qui filii ſint legit. e. *Lator*, C. de ingen. man. *Diffamari*. Si vero moveatur ſibi quæſtio, vel prius ſit mota de culpa tantum; poteſt promoveri, non obſtante debitoris reclamatione, qnum lis poſſit poſtea procedere ut prius, & etiam ſub eodem judice, ff. de judic. *Ubi*, & de juriſdict. omn. Jud. *Cum quædam*. Si autem non moveatur aliqua quæſtio, nec mota eſt; poteſt promoveri non obſtante obligatione, niſi manifeſtum eſſet ipſum de dolo teneri: tunc enim poſſet, & deberet Epiſcopus ipſum ex officio ſuo repellere, ſicut quemlibet criminoſum, vel infamem, Cauſſa 2. q. 7. c. *Alieni*, cauſſa 6. q. 1. c. *Infames*, ff. de poſtul. *Quos prohibet*. *v. pag. 92. & 48.*

---

§. III.

Juramento obligatus in quibuſdam an religionem poſſit intrare?

POne aliquem juramento mihi obligatum in centum libris ad certum terminum ſolvendis, vel ad ſcribendum librum, vel ad ſerviendum in propria perſona ad tempus, vel aliud ſimile; numquid poteſt intrare religionem?

Ad hoc dicas, quod poteſt intrare religionem, non obſtante tali obligatione, vel juramento, dummodo non ex levitate, vel voluntate ſubtrahendi debitum hoc faciat, ſed ex caritatis fervore, Spiritus Sancti interna inſpiratione. Nec facit iſte injuriam creditori: excuſatur enim auctoritate Spiritus Sancti, cui nemo poteſt reſiſtere. Cauſſa 19. q. 2. c. *Duæ*, extra, de regul. & tranſ, *v. pag. 29.*

v. pag. 60. & tranſ. ad relig. c. *Licet*. Monaſterium autem tenetur ſatisfacere de his, quæ ipſe contulit Monaſterio. Cauſſa 19. quæſt. 3. cap. *Si qua mulier*, C. de Epiſcopis, & Cler. *Deo nobis*, §. 1.

In Auth. Conſtit. 9.
,, SI qua muliar, aut vir Monaſticam vitam
,, elegerit, & intraverit Monaſterium liberis
,, non exſtantibus; Monaſterio, quod ingredi-
,, tur, res ejus competere jubemus: ſed ſi per-
,, ſona liberos habens, antequam de rebus ſuis
,, inter eos diſponat, Monaſterium intret, li-
,, ceat ei poſtea inter eos dividera, legitima
,, penſione nulli diminuta triente, vel ſemiſ-
,, ſe, & quod eis non dederit, Monaſterio
,, competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter
,, filios dividera voluerit, ſua perſona filiis ſuis
,, connumerata, partem ſibi retineat, quæ Mo-
,, naſterio competere debet. Sed ſi poſt ingreſ-
,, ſum moriatur, antequam inter eos dividat,
,, filii legitimam portionem percipiant, reliqua
,, ſubſtantia Monaſterio competente. Conſt. 6.
,, in colla. Nunc autem cum Monachus factus
,, eſt, hoc ipſo res ſuas obtuliſſe videtur, ſi
,, prius teſtatus non ſit; & exinde, judicio ejus
,, ceſſante, lege diſponitur, ut ſi liberos habe-
,, ret, in quos aut nihil, aut minus legitima
,, portione, quoquo donandi titulo contulerit;
,, eatenus ſubſtantiæ Monaſterio deſtinatæ de-
,, trahatur, ne quid contingat circa liberos
,, iniquum.

Si vero nihil contulit Monaſterio, quia nihil habebat, inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit. Cauſſa 14. quæſt. 6. cap. *Si res*, ff. de dolo, *Nam is*. *v. pag. 264* Si tamen poſt ingreſſum occaſione ejus Monaſterium acquireret aliqua, puta per ſucceſſionem hæreditariam, vel alio modo; teneretur Monaſterium in quantum illud eſſet. Arg. cauſſa 19. quæſt. ult. cap. *Si qua mulier*. *v. ſupra.* Poterit etiam exſiſtens in Monaſterio ſcribere librum, vel aliud honeſtum opus facere ad liberandum ſe, dummodo non negligat propter hoc divinum obſequium. *v. pag. 51.* Diſt. 91. cap. *Clericus*: & deducantur expenſæ, ne ſit oneroſus Monaſterio. Cauſſa 16. q. 6. c. *De lapſis*. *v. pag. 9.*

Credo etiam, quod poteſt fieri Clericus, quia non poteſt cedere bonis; remanet tamen obligatus poſtea, ſicut & ante: & poteſt ſcribere, & alia honeſta facere, dum tamen non negligat officium Eccleſiæ, ut ſupra dictum eſt de Monacho, non obſtante Diſt. 53. c. *Legem*, & diſt. 54. c. *Quicumque*. *v. pag. 268 & in Titulum ſeq.* Quia illa intelliguntur de perpetuo obligatis, puta de ſervis, curialibus, & ſimilibus.

Per ea, quæ dicta ſunt, patet ſolutio alterius quæſtionis, ſcilicet, utrum conſul, vel poteſtas, qui tenetur ſacramento regere civitatem per annum, poſſet intrare religionem. Dico enim, quod poteſt, licet quidam contrarium ſentiant.

TITULUS XVII.

De ſervis non ordinandis, & de manumiſſionibus eorumdem.

POſtquam vidimus de temporaliter obligatis, ſubjiciamus de obligatis perpetuo, videlicet de ſervis non ordinandis. Videndum eſt ergo qualiter ſervi poſſint ordinari; quid juris ſit, ſi fuerint ordinati, non præmiſſa manumiſſione; qualiter ſervi Judæorum ab eorum dominio valeant liberari: deinde viſuri de ſecunda parte rubricæ, ſcilicet de manumiſſione.

---

§. I.

Qualiter ſervi poſſunt ordinari.

NUllus ſervus ſive privati, ſive Eccleſiæ, debet ordinari, niſi prius manumittatur. Diſt. 54 cap. 1. 2. & 3. ſeu, *Nullus*, *Nulli*, & c. *v. pag. 269* *Magnus*.

,, NUllus Epiſcoporum ſervum alterius ad *Leo Epiſc. omnib. Ep.*
,, Clericatus officium promovere præſu-
,, mat, niſi forte eorum petitio, aut voluntas ac-
,, ceſſerit, qui aliquid ſibi in eo vendicant po-
,, teſtatis: debet enim eſſe immunis ab aliis,
,, qui Divinæ militiæ eſt aggregandus, ut a ca-
,, ſtris Dominicis, quibus aſcribitur nomen e-
,, jus, nullius neceſſitatis vinculis abſtrahatur.
,, NUlli de ſervili conditione ad ſacros or- Ex Conc. *Triburienſi.*
,, dines promoveantur, niſi prius a pro-
,, priis dominis legitimam libertatem conſe-
,, quantur: cujus libertatis charta ante ordina-
,, tionem in ambone publice legatur: & ſi nul-
,, lus contradixerit, rite conſecrabuntur. Por-
,, ro ſervus non canonice conſecratus, poſtquam
,, de gradu ceciderit, ejus conditionis ſit, cu-
,, jus fuerat ante gradum.

Ratio hujus prohibitionis eſt duplex, ſcilicet ſervilis vilitas, & Clericalis dignitas. Diſt. 54. c. *Admittuntur*. Extr. de ſervis non ordin. *v. pag. 61.* c. *De ſervorum*.

,, ADmittuntur paſſim ad ſacrum ordinem, Leo Papa *Omnibus Epiſc.*
,, quibus nulla natalium, nulla morum
,, dignitas ſuffragatur: & qui a dominis ſuis
,, conſequi libertatem minime potuerunt, ad
,, faſtigium ſacerdotii (tamquam ſervilis vilitas
,, hunc honorem jure capiat) provehuntur (&
,, infra) Ab his itaque, fratres cariſſimi, omnes
,, veſtræ Provinciæ abſtineant ſacerdotes, & non
,, tantum ab his, ſed etiam ab aliis originariis,
,, vel qui alicui conditioni obligati ſunt, vo-
,, lumus temperari, niſi forte eorum petitio,
,, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in
,, eos vendicant poteſtatis.

Circa manumiſſores diſtingue: aut ſunt liberti Eccleſiæ, aut privati. In primo caſu poſſunt ordinari etiam retento jure Patronatus quoad hoc, ut non injurientur Eccleſiæ, nec accuſent illam, nec teſtificentur contra illam, alias revocentur in ſervitutem. Diſt. 54. cap. *Qui ex famulis*, Cauſſa 12. q. 2. c. *Octava*, extra, de ſer. non ordinan. c. *De famulis*.

,, QUi ex famulis Eccleſiæ ſervituti devo- Ex Conc. *Toletano c. 11.*
,, cantur in Clerum ab Epiſcopis ſuis, ne-
,, ceſſe eſt, ut libertatis percipiant donum: &
,, ſi honeſtæ vitæ claruerint meritis; tunc
,, demum majoribus fungantur officiis. Quos
,, vero flagitii ſordidaverit incorrigibilis no-
,, xa, perpetua ſervitus conditionis redigat in
,, catenam. *Qui autem ordinandi a dominis ſuis* Gratian.
,, *libertatem conſequuntur, ab eorum Patrocinio pe-*
,, *nitus debent eſſe alieni, ut in nullo eorum obſe-*
,, *quiis inveniantur obnoxii.*
,, OCtava diſcuſſio agitata eſt de quodam E- Ex Conc. *Hiſpalenſi 2. c. 8.*
,, liſæo ex familia Agabrenſis Eccleſiæ,
,, qui ab Epiſcopo ſuo traditus libertati, de li-
,, bertate

„ bertate confeſtim ad contumaciæ morbum
„ tranſiliit; ſicque per ſuperbiam non ſolum
„ ejuſdem Epiſcopi malis, vel inſidioſis artibus
„ ſalutem lædere voluit, ſed etiam patronam
„ Eccleſiam libertatis immemor prædamoavit;
„ adverſus quem ingrati actio, canonum, &
„ legum aoctoritate juſte dirigitur, ſcilicet,
„ ut immeritæ libertatis damno mulctatus,
„ ad ſervitutis nexum coactus revocetur. Ta-
„ lium enim ſtatus, qui contra Epiſcopum
„ ſuom, vel patronam Eccleſiam nituntur,
„ decidi potius, quam conſervari coovenit, ut
„ quorum libertas perniciuſa eſt, ſit ſalutiſe-
„ ra ſervitus: & qui ſuperbire voluerint, ade-
„ pta libertate, proditi, diſcant obedire ſub-
„ jecti.

Ex Conc. *Toletano.*

„ DE famulis Eccleſiæ conſtituere Presby-
„ teros, & Diaconos per parochias liceat,
„ ita tameo, ut antea manumiſſi ſtatum re-
„ cipiant libertatis. Quidquid autem talibus
„ exſtiterit debitom, aut quolibet modo col-
„ latum; eis in perſonas extraneas tranſmit-
„ tere non licebit; ſed omnia ad jus Eccle-
„ ſiæ, a qua maoumiſſi ſunt, poſt eorum
„ obitum, debeant pertinere. Quibus (ſicut
„ & ceteris Eccleſiæ libertis) accuſandi, vel
„ teſtificandi adverſus Eccleſiam aditus præ-
„ cludatur, ad quod ſi aſpiraverint, non ſo-
„ lum libertatis beneficio careant, ſed et-
„ iam honoris gradu, quem noo dignitate
„ naturæ, ſed neceſſitate temporis promerue-
„ runt.

Immo etiam tenentur ad hoc, quod non injurieotur Eccleſiæ, quaſi pleno jure, vel ſimpliciter ſine manumiſſi. Cauſſa 12. quæſt. 2. cap. *Epiſcopus, qui mancipium*, & cap. *Liberti*.

In Conc. *Toletano* 4. c. 67.

„ EPiſcopus, qui mancipium juris Eccleſiæ
„ non retento Eccleſiaſtico Patrocinio ma-
„ numitti deſiderat; duo meriti ejuſdem, &
„ peculii coram Concilio Eccleſiæ, cui præ-
„ minet, per commutationem ſubſcribentibus
„ ſacerdotibus offerat, ut rata, & juſta inve-
„ niatur diffinitio commutantis: tunc enim
„ liberam manumiſſionem ſine Patrocinio Ec-
„ cleſiæ concedere poterit; quia eum, quem
„ libertati tradere diſpoſuerit, jam juri pro-
„ prio acquiſivit. Hujuſmodi autem liberto ad-
„ verſus Eccleſiam, cujus juris exſtitit, accu-
„ ſandi, vel teſtificaodi denegetur liceotia;
„ quod ſi præſumſerit, placet, ut ſtante com-
„ mutatione in ſervitutem propriæ Eccleſiæ re-
„ vocetur, cui nocere conatur.

Ex Eod. c. 70.

„ LIberti Eccleſiæ, qui ab ejus Patrocinio
„ diſcedentes quibuslibet perſonis ad-
„ hæſerunt, ſi admoniti redire contemſerint,
„ maoumiſſio eorum irrita ſit: quia per ino-
„ bedientiæ contemtum ingrati actione teoen-
„ tur.

Dicunt etiam quidam, quod alias honeſtas operas præſtare teoentur, licet non ſint impoſitæ nominatim. Cauſſa 12. q. 2. cap. *Diaconi*.

Ex Conc. *Agathenſ.* c. 49.

„ DIaconi...Libertos tamen, quos ſacerdotes
„ vel Diaconos de Eccleſia Chriſti ſibi
„ commiſſa facere volunt, actus Eccleſiæ pro-
„ ſeqoi jubemus: quod ſi facere contemſerint,
„ placuit eos ad proprium reverti ſervitium.

Non tamen tenentur ſervire perpetuo in Eccleſia in officio Clericali, niſi expreſſe dictum ſit in ipſa manumiſſione, & ordinatiooe. Extr. eod. c. *Eo libentius*.

Innocen. III. *Varien. Epiſc.*

„ EO libentius (& inſra) Adjeciſti aliam
„ quæſtionem, an illorum filii, qui Eccleſiæ
„ ſervili conditione tenentur, traditi a parenti-
„ bus militiæ Clericali, cum ſuorum conniven-
„ tia dominorum, ut in eadem Eccleſia debeant
„ deſervire, aſſequentes propterea libertatem,
„ poſt tempus ea relicta poſſint ad aliam ſe
„ transſerre? In quo credimus diſtinguendum,
„ utrum eo tenore fuerint manumiſſi, & obligati
„ ordini Clericali, quod maoumittenti Eccleſiæ,
„ dum vixerint, deberent impeodere ſamula-
„ tum in obſequiis divinorum, & tunc traoſ-
„ ferendi ſe ad aliam eſt eis licentia denegan-
„ da, vel manumiſſi extiterint abſolute; ſic-
„ que libertatem habeant ad aliam tranſeundi.

Et poſito, qood hoc fuerit expreſſum, non tamen revocabitur in ſervitutem, quum vult in illa Eccleſia ſervire in divinis officiis, niſi quando admonitus perdurat in contumacia. Exr. eod. c. *Nullus*.

Ex Conc. *Apud Alichi.*

„ NUllus (& inſra) Si quis de ſervis ſuis
„ quemquam donaverit libertati, & ipſum
„ in Presbyterum fecerit ordioari: ille autem
„ poſtea in ſuperbiam elatus, domino ſuo Cano-
„ nicas horas pſallere noluerit; accuſatus apud
„ Epiſcopum, qui ordinaverit eum, degradetur.

In ſecuodo caſu, ſcilicet quum eſt libertus privati, noo debet promoveri, niſi primo fuerit conſecutus a domino pleniſſimam libertatem, ita quod nec teneatur præſtate patrono operas fabriles, quæ conſiſtunt in facieodo, nec obſequiales, quæ conſiſtunt in non faciendo. Diſt. 54. c. 5. & 2. c. *Nullus*, & c. *Nulli*, & c. *Quicumque*, & c. ult. ſeu, *Probibendum*.

v. ſupra. In Conc. *Toletano* 4. c. 72.

„ QUicumque libertatem a dominis ſuis ita
„ percipiunt, ut ſibi in eis nullum obſe-
„ quium Patroous retentet; iſti, ſi ſine crimi-
„ ne ſunt, ad Clericatus ordinem liberi ſuſci-
„ piantur, quia directa manumiſſione abſoluti
„ noſcuotur. Qui, vero retento obſequio, ma-
„ numiſſi ſunt, pro eo, quod adhuc Patroni ſer-
„ vitute tenentur obnoxii, nullatenus ſunt ad
„ Clericatus ordinem promovendi, ne quando
„ voluerint eorum domini, fiant ex Clericis ſervi.

In Conc. *Eliberit.* c. 80.

„ PRohibendum eſt, ut liberti, quorum Pa-
„ troni in ſæculo fuerint, ad Clerom non
„ provehaotur.

Sed numquid poteſt Patronos in liberto (quem petit ordinari) retinere ſaltem operas ſpirituales, puta ut in ſua capella miniſtret ei divina, vel ſimiles?

Ad hoc dicit Alanus, quod ſic, de conſenſu Epiſcopi; alias oon: & ſic intelligitur, diſt. 54. c. *Frequens*, in fine. Exr. eod. cap. *Nullus*, & hoc dicit præcipue propter illud diſtinct. 54. *Quicumque*. *v. ſupra.*

Gelasius *Hercul. &c. Steph. Epiſc.*

„ FReqnens (& luſra) Antiochom vero
„ (*erat quidam ſervus in ſacerdotem ordina-*
„ *tus ſine conſenſu Domini*) quia propter ſacerdo-
„ tium reconciliari non poteſt, ſi io ſua Eccle-
„ ſia in hoc, in quo eſt, honore collocare
„ deſiderat domina, non ſicut redditum ſibi
„ habeat, ſed pro myſteriorum celebratione
„ ſuſceptum.

Ita etiam dicit Joannes, & mihi videtur probabile; videtur tamen ſentire Tancredus, quod poteſt ſimpliciter tales operas retinere, non diſtincto, quod ſentiat Epiſcopus, vel non. Arg. extr. end. c. *Eo libentius*, ſed illa loquitur de ſervis Eccleſiæ. *v. ſupra.*

Si ſervus fuerit ordinatus, non adepta libertate, diſtingue: aut eſt ordinatus ſciente domino, aut

igno-

ignorante. In primo caſu ſubdiſtingue, quia aut contradicente, aut non. Si ſciente, & contradicente, revocatur ad petitionem domini in ſervitutem, in quocumque gradu fuerit ordinatus. Diſt. 54. c. *Quia aut leges*.

Gelasius Ruffino & April. Episc.

„ QUia aut leges Principum, aut Patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, niſi qui impunitum ſibi tantum exiſtimet tranſire commiſſum? Actores ſiquidem filiæ noſtræ illuſtris, & magnificæ feminæ Maximæ, petitorii nobis inſinuatione conqueſti ſunt, Silveſtrum atque Candidum originarios ſuos contra conſtitutiones, quæ ſupra dictæ ſunt, & contradictione præeunte non legitima, a Lucerino Pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres cariſſimi, tantæ prævaricationis exceſſus noveritis ſagacius inquirendos, & ſi conſtiterit querelam veritate fulciri, continuo contradictione præeunte, qui non legitime fuere creati, a ſacris officiis repellantur.

Quidam tamen excipiunt unum caſum, ſcilicet quum eſt ordinatus in ſacerdotem. Arg. diſt. 54. c. *Frequens*, & c. *Ex antiquis*.

v. ſupra. Gelasius Martino & Justo Episc.

„ EX antiquis regulis, & novella Synodali explanatione comprehenſum eſt perſonas obnoxias ſervituti cingulo Cæleſtis militiæ non præcingi; ſed neſcio utrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita ut ex hac cauſſa nullus pene Epiſcoporum videatur extorris: ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumſtrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur conſtitutum. Actores ſiquidem illuſtris viri filii noſtri Amandi graviter conqueruntur, homines ſuo juri debitos, alios jam in Clericos, alios jam in Diaconos ordinatos, cum non ſolum poſt modernum Concilium (quod tantorum collectione Pontificum ſub omnium ſaluberrimæ proviſionis aſſenſu conſtat eſſe perfectum) hujuſcemodi perſonæ ſuſcipi non deberent: verum etiamſi qui forte in divinæ cultu militiæ ante fuerint, ignorantia faciente, ſuſcepti; eliminati prorſus, & exuti religioſo privilegio ad dominorum ſuorum poſſeſſiones juſta debuerint admonitione compelli. Et ideo, fratres cariſſimi, eos, quos ſupradicti viri actores in Clericatus officio monſtraverint detineri, diſcuſſos, & obnoxios approbatos, cuſtodito legum tramite, ſine intermiſſione reſtituite: ita ut ſi quis jam ex his Presbyter reperitur, in eodem gradu peculii ſui amiſſione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium præſtet, aut, ſi non habuerit, ipſe reddatur: reliqua vero officia ſciant neminem poſſe ab hac obnoxietate, ſi convincitur, vendicari, quatenus hoc ordine cuſtodito nec dominorum jura, nec privilegia ulla ratione turbentur.

Si autem ſciente, & non contradicente, eo ipſo ingenuus fit. Diſt. 54. c. *Si ſervus ſciente*.

Leo Omnibus Episc.

„ SI ſervus ſciente, & non contradicente domino ſuo, in Clero fuerit ordinatus; ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit.

Si vero ignorante domino, ordinatus fuerit, ſimiliter ſubdiſtingue: quia aut ordinatore, vel præſentatore ſciente ordinandi conditionem, aut non. In primo caſu ordinatus remanebit in ordine; ſed ordinator, vel præſentator debet condemnari domino in duplum. Diſt. 54. c. *Si ſervus abſente*.

Ex Conc. Aurelian. 5. c. 10.

„ SI ſervus, abſente domino, aut neſciente, Epiſcopo tamen ſciente, quod ſervus ſit, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus fuerit; ipſo in Clericatus officio permanente, Epiſcopus eum domino ſuo cum duplici ſatisfactione recompenſet. Si vero Epiſcopus eum ſervum neſcierit, qui teſtimonium perhibent, aut eum ſupplicaverint ordinari, ſimili redhibitioni teneantur obnoxii.

Et hoc, ſi alter tantum ſcivit: ſi vero ambo ſciverunt, dabit unum præſentator, & alium ordinator; ſed ſi neuter habet, unde ſolvet, poterit dominus poſtulare illum ſibi reſtitui. Arg. diſt. 54. c. *Ex antiquis*. *v. ſupra.* In ſecundo caſu, ſcilicet ordinatore, vel præſentatore ignorante conditionem ejus; ſi eſt ordinatus in ſacerdotem, remanebit in ordine propter prærogativam illius ordinis, peculio tamen, ſi quod habeat, domino reſtituto. Si in Diaconum, dabit pro ſe vicarium unum, id eſt, alium ſervum domino, & ipſe remanebit in ordine; alias revocabitur in ſervitutem: ſi vero in Subdiaconum, vel infra, indiſtincte revocatur in ſervitutem. Diſt. 54. c. *Ex antiquis*, & cap. *Frequens*. *v. ſupra.* Tamen hodie ordo ſubdiaconalis cum diaconali gradu, privilegio gaudet eodem. Extra, eod. c. *Miramur*.

Innocent. III.

„ MIramur non modicum, cum certum ſit in conſtitutionibus antiquorum, quando ſervi, in gradus Eccleſiaſticos ordinati, debeant in ſervitutem, vel non debeant revocari (& infra) De ſubdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum ſtatutis expreſſe, videtur nobis, quod & is cum diaconali gradu privilegio gaudet eodem. Nam licet ſacer ordo non reputaretur in Eccleſia primitiva; tamen in Conſtitutione Gregorii, atque Urbani ſecundum moderna tempora ſacer gradus eſſe minime dubitatur.

Et nota, quod dominus in caſibus, quibus habet jus revocandi ſervum ordinatum, poterit infra annum tantum revocare, & non ultra. Diſt. 54. *Si ſervus ſciente*.

v. ſupra. Ex Leon. Papa.

„ SI ſervus ſciente (ut ſupra) Sed ſi ignorante domino, licet ei intra ſpatium unius anni & ſervilem fortunam probare, & ſervum ſuum accipere. Verum etiamſi legitimo probato experimento Monachus efficiatur, evadit jugum ſervitutis. Debent enim per triennium antequam Monachi efficiantur in Monaſterio permanere &c. *v. ſupra.*

Et computatur ille annus ſecundum Alanum, cui aſſentio, a tempore ſcientiæ domini. Arg. cauſſa 17. q. 2. c. *Si quis incognitus*, *v. pag. 1.* in fine. Hugotio vero dicit, quod a tempore ordinationis.

Sed quare ſervus alienus conſecratus reſtituitur domino, & non alia res aliena conſecrata, ut cauſſa 14. q. ultima, c. *Comperimus*.

Gregor. Faustino defensori.

„ COmperimus nullam extitiſſe cauſſam, pro qua res Judæorum potuiſſent rationabiliter occupari, atque eas eſſe inconſulte, ac temere conſecratas. Idcirco experientiæ tuæ præcipimus, ut quia quod ſemel conſecratum eſt, eis non valet ultra reſtitui, ſtudii tui ſit, ut ipſe Epiſcopus debeat pretium dare.

Reſpondeo, quod in rebus inanimatis non perpenditur dolus, ſed in homine ſic. Item quia in rebus inanimatis conſecratio eſt in ſuperficie; & ideo non debet a manu profana tractari; ſed

in

in homine eſt anima, quæ tangi non poteſt. Cauſſa 32. q. 7. c. *Licite*.

De ſervis, qui ingrediuntur Monaſterium, require ſupra de votis, ʃ. *Poteſt autem votum*, verſ. *Item ſervus ſine domini voluntate*. Item de ſervis Judæorum, & Paganorum, require ſupra de Judæis, & Sarracen. ʃ. *Reſtat videre*.

ʃ. II.

De manumiſſione.

NUnc videndum eſt de ſecunda parte rubricæ, ſcilicet de manumiſſione, quid ſit, unde habuit originem, quis poſſit manumittere, & qualiter.

Manumiſſio eſt datio libertatis: nam quamdiu quis in ſervitute eſt, manui, & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus eſt liberatus a manu, & poteſtate domini. Inſtitut. de libertin. in princip.

Habuit autem originem manumiſſio ſecundum quoſdam a jure gentium, a quo etiam dicunt ſervitutem habuiſſe originem: & quum antea uno communi nomine omnes appellarentur, iſto jure tria genera hominum eſſe cœperunt, ſcilicet liberi, & his contrarium ſervi, & tertium genus liberti, ſcilicet qui deſierunt eſſe ſervi. Diſt. 1. c. *Jus naturale*, & c. *Jus gentium*, cauſſa 12. q. 2. c. *Cum redemtor*.

v. pag. 141

Alii dicunt, quod ſumſit initium ſervitus ab ebrietate Noe; & ita videtur, quod a jure naturali. Diſt. 35. c. *Sexto die*, verſ. *Non eſt hodie ſervitus, ſi ebrietas non fuiſſet*. Sed non eſt in hoc magna vis.

Manumittere poteſt qui habet adminiſtrationem ſuarum rerum. Minor autem viginti annorum non poteſt inter vivos dare libertatem, C. qui manumitt. non poſſunt, *Si minor*. In ultima vero voluntate, ex quo teſtari non poteſt in 14. anno, poteſt manumittere. Cauſſa 2. q. 6. ʃ. *Diffinitiva*, verſ. *Item ſi ſententia contra jus*, C. qui manumit. non poſſunt, Authen. *Sed hodie*.

In Auth. Gratian.

,, EI qui.... *Diffinitiva quoque ſententia... Si*
,, *ſententia contra jus ſcriptum feratur, vel-*
,, *uti dum defunctus, & minor 14. annis fuiſſe,*
,, *& teſtamentum jure feciſſe dicitur, nullas vires*
,, *obtinet, nec contra eam eſt neceſſarium auxilium*
,, *provocationis*.

Item Epiſcopus poteſt manumittere ſervos Eccleſiæ benemeritos. Cauſſa 12. q. 2. c. *Si quos de ſervis*.

In Agat. Concilio c. 7.

,, SI quos de ſervis Eccleſiæ benemeritos ſi-
,, bi Epiſcopus libertate donaverit; collatam
,, libertatem a ſucceſſoribus placuit cuſtodiri
,, cum hoc, quod manumiſſor eis in libertatem
,, contulerit. Quod tamen jubemus 20. ſolido-
,, rum numerum, & modum in terrula, & vi-
,, neola, vel hoſpitiolo tenere. Quod amplius
,, datum fuerit, poſt manumiſſoris mortem
,, Eccleſiæ revocetur.

Poteſt etiam Epiſcopus alios, non tamen benemeritos manumittere, dum tamen det Eccleſia in compenſationem pro uno duos ejuſdem meriti, & peculii. 12. quæſt. 2. cap. *Epiſcopus, qui mancipium*. Item cauſſa miſerationis 12. quæſt. 2. cap. *Cum redemtor*. Vel intellige illud de benemeritis.

v. pag. 171 & 30.

Item Abbas poteſt manumittere ſervum Monaſterii, ſed non pleno jure, quia nihil habet, quod det in compenſationem. Diſt. 54. c. *Abbati*, & ʃ. *Hac auctoritate*.

v. pag. 226

Ex VIII. Synod. Gratian.

,, ABbati &c. *Hac autem auctoritate probibea-*
,, *tur ſervi adipiſci libertatem recedendi ab*
,, *obſequio Monaſterii, ſed non prohibentur nanciſci*
,, *libertatem promovendi ad ſacros ordines: poteſt*
,, *enim in ſacris ordinibus conſtitutus, Monaſte-*
,, *rii obſequiis perpetuo deſervire, ac ſi ſervus*
,, *Monaſterii, & libertatem adipiſci, & ſacris*
,, *officiis aſſociari valet. Unde in alio capitulo*
,, *præfatæ Conſtitutionis hæc cauſſa redditur*. In-
,, juſtum enim eſt, ut Monachis rurale opus
,, facientibus ſervi eorum otio torpeant, ac de-
,, liciis affluant.

Hoc tamen intelligas cum conſenſu Epiſcopi, & Monachorum, niſi ſit conſuetudo contraria. Cauſſa 12. quæſt. 2. cap. *Abbatibus*, extra, de his quæ fiunt a præl. ſine conſ. capit. cap. *Ea noſcitur*.

v. Iadir.

Cælesti. III.

,, EA noſcitur (& infra) Cum in Provincia
,, tua ſæpe contingat, quod ad Eccleſias,
,, in quibus collegia jus præſentandi habere no-
,, ſcuntur, eorum Abbates aut per ſe, aut per
,, litteras, perſonas idoneas Epiſcopis diœ-
,, ceſanis præſentant, & eis præſentatis, &
,, receptis aliquando ante, aliquando poſt,
,, Monachi contradicunt; reſpondemus, quod
,, in præſentationibus Prælatorum intelligi de-
,, bet, quod fiant de collegiorum ſuorum aſ-
,, ſenſu, ſine quo non obtinent firmitatem.
,, Unde ſi conſtiterit Conventus, vel majoris,
,, & ſanioris partis non adfuiſſe conſenſum, in-
,, ſtitutiones hujuſmodi convenit evacuari, niſi
,, ex antiqua, & approbata conſuetudine, vel
,, conceſſa libertate, aliqui eorum probave-
,, rint commiſſi ſibi collegii non debere in
,, Eccleſiarum, ſeu beneficiorum collationibus
,, requiri conſenſum.

ʃ. III.

Quot modis fit manumiſſio.

MAnumiſſio fit multis modis: aliquando in Eccleſia ſub aſpectu Epiſcopi, & plebis, & debet de hac manumiſſione fieri ſcriptura ad cautelam futuri temporis, ne ſcilicet poſſit impediri libertas, C. de his, qui in Eccleſia manum. l. 1. Item fit coram Judice, & hæc dicitur manumiſſio vindicta. Et ſi fit manumiſſio ad hoc, ut manumiſſus ordinetur, debet fieri potius coram judice Eccleſiaſtico, quam coram ſæculari. Arg. ext. de ſervis non ordinandis, c. 1. ſeu, *Inſtruendi*.

Vindicta appellatur virga prætoris, qua manumiſſi tangebãtur.

Ex Conc. Toletano.

,, INſtruendi (& infra) Forte dicet aliquis:
,, Clericus fieri non permittitur, niſi ante
,, Clericatũ, Ingenuitatis dignitate potiatur. Re-
,, vera verum dicit: & ideo, quod infirmari,
,, vel vituperari poteſt, præcaveri debet.

Item poteſt fieri in ſecreto, ut dicat dominus: Eſto liber, vel inter amicos, vel per Epiſtolam, vel teſtamentum, vel per aliam quamlibet ultimam voluntatem. Item poteſt fieri ſemper, id eſt, tam diebus feriatis, quam non feriatis, tam de die, quam de nocte, & a procedente per viam: & hoc totum legitur Inſtit. de libertin. ʃ. *Multis autem modis manumiſſio procedit*. Et ideo eſt, quia manumiſſio pertinet ad voluntariam juriſdictionem. Contentioſa enim juriſdictio non poteſt expediri a Judice procedente, nec diebus feriatis, nec de nocte. Cauſſa 3. q. 3. c. *Induciæ*, ʃ. *Spatium*, ver. *A Judice procedente*.

Damaſus Papa.

,, INduciæ... *Spatium.... a Judice procedente*
,, (in via) *dilationem poſtulari non convenit*,
,, *etiamſi utraque parte præſente tribuatur*, *cum*
,, *non aliat*, *niſi cauſſa cognita indulgeri queat*,
,, *& cognitio cauſſæ non interpellatione plenaria*,
,, *ſed conſideraute magis Judice legitime colligatur*,
,, *ut ſi forte dilationis petitio improbata fuerit*,
,, *ſuſcepta quæſtio per ſententiam Judicis dirima-*
,, *tur*.

Et reqnire ſupra de neg. ſæcular. ∫. 1. verſ. *Ex tempore*.

Olim quidam ſervi dicebantur deditii, quidam latini.

In ſumma nota, quod hodie ſublata eſt differentia *Dedititiorum*, qui toto tempore vitæ ſuæ erant ſervi, & poſt mortem liberi, & etiam *Latinorum*, qui econtrario in vita ſua erant liberi, & poſt mortem ſervi; & omnes liberti conſequuntur in manumiſſiune omnem libertatem, inſtit. de libert. ∫. *Libertorum*, & ∫. ultimo, C. de lat. liber. tol. l. 1.

Item liberti Eccleſiæ propter hoc manumiſſi, ut ordinentur, non poſſunt aliquid de acquiſitis quocumque modo ad alios tranſmittere, ſed poſt eorum obitum, omnia ad Eccleſiam pertinebunt. Extra, eodem, c. *De famulis*.

v.pag.275

Verius tamen credo cum Tancred. illam decretalem intelligendam, quando hoc dictum fuerat in manumiſſione; alias poſſet condere teſtamentum de his, quæ intuitu perſonæ ſuæ acquireret. Arg. ext. eodem cap. *Eo libentius*, cauſſa 12. quæſt. 3. c. 1. & 2. ſeu, *Placuit*, & cap. *Quicumque*.

v.pag.273 & 161.

Item ſervus communis plurium poteſt manumitti ab uno, aliis invitis, ſed debet manumiſſor alios conſervare indemnes. C. de com. ſer. man. l. 1.

Item libertus quilibet revocatur in ſervitutem propter omnes cauſſis ingratitudinis, propter quas revocatur domino. Auth. ut liberti de cetero, coll. 6. §. *Illud*.

Item in liberto Eccleſiæ nota tria ſpecialia. Primum quia revocatur in ſervitutem propter operas non præſtitas. 12. quæſt 2. cap. *Diaconi*. Secus in liberto privati, C. de liber. cauſſa, *Solo*.

Ex Conc. Agathen.

,, DIaconi, vel Presbyteri in parochia con-
,, ſtituti de rebus Eccleſiæ ſibi creditis
,, nihil andeant commutare, vendere, vel do-
,, nare, quia res Eccleſiæ ſacratæ Deo eſſe no-
,, ſcuntur. Similiter & ſacerdotes nihil de re-
,, bus Eccleſiæ ſibi commiſſæ (ut ſuperius com-
,, prehenſum eſt) alienare præſumant: quod ſi
,, fecerint, convicti in concilio, & ab honore de-
,, poſiti, de ſuo proprio aliud tantum reſtituant,
,, quantum viſi ſunt præſumſiſſe. Libertos
,, etiam, quos ſacerdotes, vel Diacunos de Eccle-
,, ſia Chriſti ſibi commiſſa facere voluerint, a-
,, ctus Eccleſiæ proſequi jubemus. Quod ſi fa-
,, cere contemſerint, placuit eos ad proprium
,, reverti ſervitium.

Secundum, quia filii libertorum Eccleſiæ, etiam nati poſt manumiſſionem ſunt obnoxii Eccleſiæ. Cauſſa 12. q. 2. cap. *De libertis*, & cap. *Liberti* 2. Secus in aliis, C. de libert. & eo cap. *Liber*, l. 1. & 2.

Ex Conc. Toletan. 3. c. 6.

,, DE libertis autem hoc præcipit ſancta Syn-
,, odus, ut ſi qui Presbyteri, vel Diaconi
,, ab Epiſcopis facti ſunt ſecundum modum, quo
,, Canones antiqui dant licentiam, ſint liberi,
,, & tamen a patrocinio Eccleſiæ tam ipſi, quam
,, ab eis progeniti non recedant; ab aliis quo-
,, que libertati traditi, & Eccleſiis commenda-
,, ti patrocinio Epiſcopi colligantur: & ne cui-
,, quam donentur, hoc a Principe Epiſcopus
,, poſtulet.

Ex Conc. Toletan. 4. c. 69.

,, LIberti Eccleſiæ (quia numquam eorum
,, moritur patrona) a patrocinio Eccleſiæ
,, numquam diſcedant, nec poſteritas quidem
,, eorum, ſicut priores Canones decreverunt,
,, ac ne forte libertas eorum in futura prole
,, non pateat, ipſaque poſteritas naturali inge-
,, nuitate obnitens ſeſe ab Eccleſiæ patrocinio
,, non ſubtrahat; neceſſe eſt, ut tam iidem
,, liberti, quam ab eis geniti profeſſionem Epi-
,, ſcopo ſuo faciant, per quam ex familia Eccle-
,, ſiæ libertos effectos ſe eſſe fateantur, ejuſque
,, patrocinium non relinquant; ſed juxta vir-
,, tutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam
,, præbeant.

Tertium, quia liberti tenentur ſervire Eccleſiæ, etiamſi nulla opera fuerit eis impoſita, 12. q. 2. c. *Diaconi*, in fin. & c. *Liberti*.

v. *ſupra*.

Item ſicut dictum eſt de ſervis, vel libertis privatorum non ordinandis, niſi pleniſſime fuerint abſoluti ab aliis, qui aliquid ſibi in eis vendicant poteſtatis; ita etiam intelligas de adſcriptitiis, originariis, & aliis, qui aliqua obnoxietate ſunt aſtricti. Diſt. 54. cap. *Si quis*, & cap. *Generalis*, & cap. *Admittantur*.

v.pag.270

Ex Conc. Martini Papæ.

,, SI quis obligatus fuerit tributo ſervili, vel
,, aliqua conditione, vel patrocinio cujuſli-
,, bet domus; non eſt ordinandus Clericus, niſi
,, probatæ vitæ fuerit, & patroni conſenſus ac-
,, ceſſerit.

Gelaſius Epiſc. Lucaniæ &c. Ep. 1. c. 10.

,, GEneralis querelæ etiam vitanda præſum-
,, tio eſt, qua propemodum cauſſantur uni-
,, verſi paſſim ſervos, & originarios domino-
,, rum jura, poſſeſſionumque fugientes ſub
,, religioſæ converſationis obtentu, vel ad Mo-
,, naſteria ſeſe conferre, vel ad Eccleſiaſti-
,, cum famulatum, conniventibus quippe præ-
,, ſulibus indifferenter admitti, quæ modis
,, omnibus eſt amovenda pernicies, ne per
,, Chriſtiani nominis inſtitutum, aut aliena jura
,, pervadi, aut publica videatur diſciplina ſub-
,, verti: præcipue cum nec ipſam miniſterii Cle-
,, ricalis hac obligatione fuſcari dignitatem con-
,, veniat, cogaturque pro ſtatu militantium ſibi
,, conditioneque jurgari, aut videri (quod ab-
,, ſit) obnoxia; quibus ſollicita competenter
,, interdictione prohibitis, quiſquis Epiſco-
,, pus, vel Presbyter, & Diaconus, vel eorum,
,, qui Monaſteriis præeſſe noſcuntor; hujuſ-
,, modi perſonas apud ſe tenentes non reſti-
,, tuendas patronis, aut deinceps, vel Eccleſia-
,, ſticæ ſervituti, vel religioſis congregationi-
,, bus putaverint applicandas, niſi voluntate
,, forſitan dominorum ſuorum ſubſcriptionis
,, teſtimunio primitus abſolutas, vel legitima
,, tranſactione conceſſas, periculum ſe proprii
,, honoris non ambigant, communioniſque ſub-
,, ituros, ſi ſuper hac re cujuſquam verax nos
,, querela pulſaverit...

Hoc autem intelligas, niſi ſint de libera matre nati: quia tunc, quum matris conditionem ſequi debeant, impediri non debent. Extra, eod. c. *Dilectus filius G*.

Gregor. IX. Archiep. Neapol.

,, DIlectus filius G. Diaconus propoſuit, quod
,, J. miles ea occaſione, quod patrem ipſius
,, hominem ſervum eſſe proponit (licet mater
,, ſua, cujus debet imitari conditionem, libera
,, eſſe noſcantur) ne promoveatur in Presbyterũ,
,, impedire præſumit. Quocirca mandamus, qua-
,, tenus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, eumdem
,, mili-

,, militem ab hujuſmodi impedimento ceſſare
,, compeſcas.

Dicuntur autem adſcriptitii, qui per triginta annos fuerunt in manſo, ſeu poſſeſſione; vel qui per propriam ſcripturam, & profeſſionem ſunt adſcripti ſolo colendo, C. de agricol. & cenſ. lib. 11. *Cum ſatis*, *§. Cum autem*, & l. *Cum ſimus*.

Originarii dicuntur, qui ex adſcriptitiis nati ſunt in ipſo ſolo, & licet iſti liberi ſint, non multum videntur diſtare a ſervis, C. de agricol.
v. pag. 272 & cenſ. *Ne diutius*. Nec tenet finis illius legis. Diſt. 54. c. *Si ſervus ſciente*. Ubi dicitur, quod invitis dominis poſſunt tales promoveri.

Item Epiſcopalis dignitas, & etiam ſacerdotalis liberat a fortuna ſervili, vel aſcriptitia. Diſt.
v. ſupra. 54. c. *Si ſervus ſciente*, & ſecundum Canones etiam a curiali fortuna, ſeu a vinculo: quod probatur ex eo, quod liberat a ſervili, quæ
v. pag. 271 & 272. fortior eſt. Diſt. 54. c. *Frequens*, & c. *Ex antiquis*. Unde quantum ad hoc non tenet lex illa, *Si ſervus ſciente*. Verumtamen Curialis non debet promoveri, niſi ſecundum diſtinctionem, quam require ſupra de Curialibus, *§. Prohibentur*.

TITULUS XVIII.

De corpore vitiatis.

SEquitur, ut de corpore vitiatis tractatum ſubjiciamus, inquirentes, qui dicantur corpore vitiati; quare repelluntur a promotione; qui admittantur ad promotionem, qui non.

Require de his ſupra de homicid. *§. Quid de his, qui amputant*, ubi plane notavi.

Nota tamen, quod præter vitia ibi numerata, ſunt alia vitia corporis, quæ in veteri Teſtamento repellebant ordinandos, puta ſi aliquis habeat grandem, vel parvum, vel tortum naſum, ſi gibbum, vel lippitudinem, ſi jugem ſcabiem, vel impetiginem habeat in corpore, vel ſi ſit ponderoſus; ſed iſta hodie non repellunt ad litteram, niſi inducant enormem deformitatem: tunc enim repellunt. Cauſſa 7. q. 1. c. *Qualiter*, in fin. verſ. *Quæ in textu Heptateuchi*.

B. Greg. Ariminenſi Epiſc.
,, QUaliter ordinati a nobis ſacerdotis, cor-
,, poris, qua noſtis, impediente moleſtia,
,, Ariminenſis Eccleſia Paſtorali hactenus ſit re-
,, gimine deſtituta, dudum fraternitas veſtra
,, cognovit. Quem, dum habitatorum loci illius
,, precibus permoti ſæpius hortaremur, ut ſi de
,, eadem capitis, qua detinebatur, moleſtia me-
,, lioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam, auxiliante
,, Domino, reverteretur Eccleſiam; datis indu-
,, ciis in hoc quadriennio exſpectatus eſt. Quem,
,, dum monitu Cleri, civiumque illinc venien-
,, tium, noſque precibus urgentium inſtantius
,, hortaremur, ut ſi valeret, cum eis, auxiliante
,, Domino, remearet, data in ſcriptis ſupplica-
,, tione nos petiit, ut, quia ad ejuſdem Eccleſiæ
,, regimen, vel ſuſceptum officium pro eadem,
,, qua detinetur, moleſtia aſſurgere nullatenus
,, poſſet; Eccleſiæ ipſi ordinare Epiſcopum
,, deberemus. Unde quia cunctarum Eccleſia-
,, rum injuncta nos ſollicitudinis cura cōſtingit,
,, ne diutius gregi fidelium deſit cuſtodia paſto-
,, ralis; illorum precibus, hujuſque ex ſui im-
,, poſſibilitate renuntiatione compulſi, viſum eſt
,, nobis eidem Ariminenſi Eccleſiæ debere Epi-
,, ſcopum ordinari: & datis ex more præceptis,
,, Clerum, plebemque ejuſdem Eccleſiæ non de-
,, ſtitimus admonere, quatenus ad eligēdum ſibi
,, Antiſtitem concordi proviſione concurrant.
,, Hortamur ergo, ut fraternitas veſtra eum, quē
,, uno conſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi a
,, nobis popoſciſſe noſcuntur, ad ſe faciat evo-
,, cari; quem cauta ex omnibus examinatione
,, diſcutite: & ſi ea in eo, quæ in textu Hepta-
,, teuchi morte mulctata ſunt, minime, Do-
,, mino opitulante, fuerint reperta, atque fi-
,, delium perſonarum relatione ejus, vobis quo-
,, que vita placuerit; ad nos eum cum decreti ve-
,, ſtri pagina, additaque teſtificationis veſtræ E-
,, piſtola deſtinate, quatenus ejuſdem a nobis Ec-
,, cleſiæ, Domino diſponente, conſecretur Anti-
,, ſtes.

Sed hæc vitia ſpiritualiter intellecta repellunt indiſtincte etiam hodie. Diſt. 49. c. *Hinc etiam*, v. pag. 148 & 124.
& c. *Sacerdotes*.

Collige breviter tenorem omnium ſupradictorum in una regula. Quicumque culpa ſua eſt vitiatus corpore, repellitur; qui vero ſine culpa, non repellitur, niſi ſcandalum timeatur ex nimia deformitate, vel periculum ex nimia debilitate,

TITULUS XIX.

De Filiis Presbyterorum, & de ceteris illegitime natis.

DE Filiis Presbyterorum, & de ceteris illegitime natis videamus, quare prohibentur ordinari; quæ diſpenſatio circa eos fiat; quis poſſit cum eis diſpenſare.

---

§. I.

Quæ cauſſa probibitionis, quæque diſpenſatio?

CAuſſa hujus prohibitionis eſt lex divina, per quam ſpurii, & manſeres prohibentur intrare Eccleſiam uſque in decimam generationem. Extra, de elect. cap. *Innotuit*, v. pag. 238
& qui filii ſint legitimi, cap. *Per venerabilem*.

,, PEr venerabilem fratrem noſtrum Arelaten- Innocent. III.
,, ſem Archiepiſcopum tua nobis humilitas Nobili viro Gu. Mōtis Peſſulani.
,, ſupplicavit, ut filios tuos legitimationis di-
,, gnaremur titulo decorare, quatenus eis, quo-
,, minus tibi ſuccederent, natalium objectio non
,, noceret. Quod autem ſuper hoc Apoſtolica
,, ſedes plenam habeat poteſtatem, ex illo vi-
,, detur, quod diverſis cauſſis inſpectis, cum
,, quibuſdam minus legitime genitis, non na-
,, turalibus tantum, ſed adulterinis etiam diſ-
,, penſavit, ſic ad actus ſpirituales illos legiti-
,, mans, ut poſſint in Epiſcopos promoveri:
,, ex quo veriſimilius creditur, & probabilius
,, reputatur, ut eos ad actus legitimare valeat
,, ſæculares, præſertim, ſi præter Romanos
,, Pontifices inter homines ſuperiorem alium nō
,, cognoſcant, qui legitimandi habeat poteſta-
,, tem: quia cum major in ſpiritualibus tam pro-
,, videntia, quam auctoritas, & idoneitas re-

,, quiratur quod in majori conceditur, licitum
,, eſſe videtur & in minori. Per ſimile quo-
,, que id videtur poſſe probari cum eo ipſo,
,, quod eliquis ed epicem Epiſcopalis digni-
,, tatis ettollitur, eximitur e patria pote-
,, ſtate. Præterea etiamſi ſimplex Epiſcopus
,, ſcienter ſervum elterius in presbyterum or-
,, dinaret, licet ordinator ſatisſacere domino te-
,, neretur; ordinatus tamen evaderet jugum
,, ſervitutis. Videretur ſiquidem monſtruo-
,, ſum, ut qui legitimus ed ſpirituales fieret
,, actiones, eirca ſæculares actus illegitimus
,, remaneret; unde cum in ſpiritualibus diſ-
,, penſetur, conſequenter intelligitur in tem-
,, poralibus diſpenſatum. Id autem in patri-
,, monio B. Petri libere poteſt Apoſtolica ſedes
,, efficere, in quo, & ſummi Pontificis auctorita-
,, tem exercet, & ſummi principis exſequitur
,, poteſtatem. Videbatur autem ex eo trahere
,, majorem eudaciem poſtulandi, quod cum
,, cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus
,, rex Francorum J. reginam dimiſerit, & ex
,, alia poſtmodum ſuperducta puerum ſuſce-
,, pit, & puellam, & tu ſimiliter, excluſa le-
,, gitime, ſuperduxeris aliam, ex que filios
,, ſuſcepiſti; ſicut eum filiis regis ejuſdem,
,, ſic cum tuis credebatur de benignitate A-
,, poſtolicæ ſedis diſpenſandum. Verum, ſi ve-
,, ritas diligenter inſpicitur, non res ſimilis,
,, ſed valde diſſimilis invenitur: nam rex ipſe
,, a regina per Remen. Archiepiſcopum, A-
,, poſtolicæ ſedis legatum fuit per ſententiam
,, ſeparetus; tu vero uxorem tuam a te teme-
,, ritate proprie ſeparaſti. Ipſe quoque priuſ-
,, quam ad eum prohibitio de non contrahen-
,, do cum altera perveniſſet, eiiem ſuperdu-
,, xit, ex que prolem geminem noſcitur ſuſ-
,, cepiſſe: ſed tu in contemtum Eccleſiæ et-
,, iam ſuperducere attentaſti. Præterea rex ipſe
,, contra matrimonium impedimentum affinita-
,, tis objecit, & coram præſato Archiepiſco-
,, po teſtes induxit; cujus ſententia, quia caſ-
,, ſata fuit ſolummodo propter judiciarium or-
,, dinem non ſervetum; Nos poſt reſtitutio-
,, nem reginæ elios cognitores duximus depu-
,, tandos: tu vero uxori tuæ nihil, quod di-
,, vortium induceret, objeciſti: eum etſi fides
,, thori ſit unum de tribus bonis conjugii, non
,, tamen ipſius violatio conjugale vinculum vio-
,, laſſet. De filiis ergo ejuſdam regis, utrum
,, legitimi, vel illegitimi fuerint, quamdiu
,, pendet quæſtio affinitatis objectæ, poteſt non
,, immerito dubitari. Nam ſi affinitas fuerit
,, comprobata, prædictam reginam non eſſe regis
,, conjugem apparebit, & per conſequens alia
,, videbitur ſibi legitime copulata, & filios ei le-
,, gitimos peperiſſe. Inſuper, eum Rex ſuperiorē
,, in temporalibus minime recognoſcat, ſine juris
,, alterius læſione in eo ſe jurisdictioni noſtræ
,, ſubjicere potuit; in quo videretur eliquibus,
,, quod per ſaipſum (non tamquam pater cum fi-
,, liis; ſed tamquam princeps cum ſubditis) po-
,, tuit diſpenſare, tu autem noſceris aliis ſubje-
,, cere (& infra) Rationibus igitur his inducti,
,, regi gratiam ſecimus requiſiti, cauſſam tam ex
,, veteri, quam ex novo Teſtamento trahentes,
,, quod non ſolum in Eccleſiæ patrimonio (ſuper
,, quo plenam in temporalibus gerimus poteſta-
,, tem) verum etiam in aliis regionibus certis
,, cauſſis inſpectis temporalem juriſdictionem ca-
,, ſualiter exercemus: non quod alieno juri
,, præjudicare velimus, ſed quia ſicut in Deu-
,, teron. continetur: *Si difficile, & ambiguum*
,, *apud te judicium eſſe perſpexeris, inter ſangui-*
,, *nem & ſanguinem, cauſſam & cauſſam, lepram*
,, *& lepram, & judicium inter portas videris va-*
,, *riari, venies ad ſacerdotes levitici generis, &*
,, *ad judicem, qui fuerit illo tempore, qui indica-*
,, *bunt tibi judicii veritatem; & facies quæ-*
,, *cumque dixerint, qui præſunt loco, quem elege-*
,, *rit Dominus, ſequeriſque eorum ſententiam; qui*
,, *autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis im-*
,, *perio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo*
,, *tuo, decreto judicis morietur.* Sane cum Deu-
,, teronomium lex ſecunda interpretetur, ex
,, vi vocabuli comprobatur, ut quod ibi decer-
,, nitur, in novo teſtamento debeat obſerva-
,, ri: locus enim, quem elegit Dominus, A-
,, poſtolica ſedes eſſe cognoſcitur. Cum enim
,, Petrus urbem fugiens exiviſſet, volens eum
,, Dominus ad locum, quem elegerat, revo-
,, care, interrogatus ab eo: *Domine, quo va-*
,, *dis?* reſpondit: *Venio Romam iterum crucifigi.*
,, Quod intelligens pro ſe dictum, ad locum
,, ipſum protinus eſt reverſus. Sunt autem
,, ſacerdotes Levitici generis fratres noſtri,
,, qui nobis jure Levitico in exſecutione ſacer-
,, dotalis officii coadjutores exſiſtunt. Is vero
,, ſuper eos ſacerdos ſive judex exſiſtit, cui
,, Dominus inquit, in Petro: *Quodcumque liga-* *Matth. 16.*
,, *veris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis.* E- *Pſal. 109.*
,, jus vicarius, qui eſt ſacerdos in æternum ſecun- *Act. 10.*
,, dum ordinem Melchiſedech, conſtitutus a
,, Deo judex vivorum, & mortuorum: tria
,, quippe diſtinguit judicia. Primum inter ſan-
,, guinem, & ſanguinem, per quod criminale
,, intelligitur, & civile. Ultimum inter lepram
,, & lepram, per quod Eccleſiaſticum, & cri-
,, minale notatur. Medium inter cauſſam &
,, cauſſam, quod ed utrumque refertur, tam
,, Eccleſiaſticum, quam civile: in quibus eum
,, aliquid fuerit difficile, & ambiguum, ed ju-
,, dicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum: cujus
,, ſententiam, qui ſuperbiens contemſerit ob-
,, ſervare, mori præcipitur, id eſt, per excom-
,, municationis ſententiam velut mortuus, a
,, communione fidelium ſeparari, Paullus, e- *1. Cor. 6.*
,, nim, ut plenitudinem poteſtatis exponeret,
,, ad Cor. ſcribens ait: *Neſcitis quoniam Ange-*
,, *los judicabitis? quanto magis ſæcularia?* Licet
,, igitur eum filiis ſupradictis regis (de quibus,
,, an fuerint legitimi ab initio dubitatur) du-
,, xerimus diſpenſandum; quia tamen tam lex
,, Moſeyca, quam Canonica, ſobolam ſuſce-
,, ptam ex adulterio deteſtatur, teſtante Do-
,, mino, quod manſeres, & ſpurii uſque ad
,, decimam generationem in Eccleſiam non in-
,, trabunt; Canone vero vetante, tales ad ſa-
,, cros ordines promoveri, ſæcularibus quoque
,, legibus non ſolum repellentibus eos a ſuc-
,, ceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam
,, alimenta; petitioni tuæ non duximus an-
,, nuendum.

De ſpuriis non recolo cautum eſſe, ſed de manſeribus habes Deuter. 23. & dicitur in hiſtoriis Manducatoris, in hiſtoria Deuteron. Manſer proprie eſt de ſcorto natus, & ita vocatur in dicto cap. 23. Deuter. Spurius dicitur natus de concubina, quia ex ſpurcitia incontinentiæ. Nothus eſt, qui de adulterio natus eſt: videtur enim eſſe filius de matrimonio, cum non ſit, ſicut & notas febres dicimus, quæ vere quartanæ dicuntur, aut hujuſmodi, & non ſunt. *Poſtillator*

Cauſſa autem, quare lex divina prohibuit, eſt triplex

triplex, ſcilicet dignitas Clericalis, quæ vilibus & infamibus perſonis committi non debet. Extra, de exceſſ. præl. c. *Inter*. Item delectatio paterni criminis. Item quia tales filii ſolent eſſe imitatores paterni ſceleris. Cauſſa 6. q. 1. c. *Si quis cum*, diſt. 56. c. *Si gens Anglorum*.

v. Indic.

IMPERAT. *Honor. & Arcadius in 9. lib. Cod. tit. ad leg. Jul. Majeſtat.*

,, SI quis cum militibus, vel privatis, vel ,, barbaris etiam ſceleſtam inierit factionem, ,, aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramentum, ,, vel dederit, etiam de nece virorum illuſtrium, ,, qui conſiſtorio noſtro, & Conſiliis interſunt, ,, etiam Senatorum (nam & ipſi pars Corporis noſtri ſunt) vel cujuslibet poſtremo, qui ,, nobis militat, cogitaverit (eadem enim ſeveritate, voluntatem ſceleris, qua effectum puniri jura voluerunt) ipſe quidem utpote majeſtatis reus gladio feriatur, bonis ejus omnibus fiſco noſtro addictis: filii vero ejus, quibus vitam Imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarii criminis exempla metuuntur) a materna, & avita, & a ſucceſſione omnium ,, proximorum habeantur alieni, teſtamentis ,, extraneorum nihil capiant, ſint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos ſemper ,, paterna comitetur, ad nullos umquam honores, ad nulla penitus ſacramenta perveniant; ſint poſtremo tales, ut his perpetua egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatium, ,, & vita ſupplicium. Denique jubemus etiam ,, eos notabiles eſſe infamia ſine venia, qui ,, pro talibus umquam apud nos intervenire ,, tentaverint.

BONIFAC. *Martyr. regi Anglorum.*

,, SI gens Anglorum (ſicut per iſtas Provincias divulgatum eſt, & nobis in Francia ,, & in Italia improperatur, & ab ipſis paganis nobis improperium objicitur) ſpretis ,, legalibus connubiis, adulterando, & luxuriando ad inſtar Sodomiticæ gentis, fœdam vitam duxerit, de tali commixtione meretricum æſtimandum eſt degeneres populos, & ,, ignobiles, & furentes libidine fore procreandos; & ad extremum univerſam plebem ad ,, deteriora, & ignobiliora vergentem: & noviſſime nec in bello ſæculari fortem, nec ,, in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem eſſe venturam: ,, ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ, & Provinciæ, ,, & Burgundiorum populis contigit, quæ ſic a ,, Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec judex ,, omnipotens talium criminum, ultrices pœnas ,, per ignorantes legem Dei, id eſt, per Sarracenos venire, & ſævire permiſit.

Circa iſtos illegitime natos diſtingue; quia aut intrant Monaſterium, & ibi Canonice converſantur, aut renunciant ſæculo. In primo caſu de jure communi promoventur ad omnes ordines, ſi alias ſunt idonei. Diſt. 56. cap. 1. ſeu, *Presbyterorum*, extra, eodem, cap. 1. ſeu, *Ut filii*.

URBANUS II.

,, PResbyterorum filios a ſacris altaris miniſteriis removemus, niſi aut in Cœnobiis, ,, aut in Canoniis religioſe probati fuerint ,, converſati.

EX CONC. *Pictavien.*

,, UT filii Presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati, ad ſacros ordines non ,, promoveantur, niſi aut Monachi fiant, vel ,, in congregatione Canonica regulariter viventes; prælationes vero nullatenus habeant: ,, ſed neque ſervi, niſi a dominis ſuis libertate donentur.

Religionis enim ingreſſus omnem tollit ingratitudinem. Cauſſa 19. q. ult. cap. *Non liceat*.

,, NOn liceat parentibus liberos, vel liberis ,, parentes ab hæreditate ſua repellere ,, Monachos factos, quamvis, dum laici fuerant, in cauſſam ingratitudinis inciderint. *Ex Nov.*

Et Monachatus omnem maculam abſtergit. Auth. de Monach. in princip.

Quidam tamen dicunt contrarium, ſcilicet quod non poſſunt tales promoveri de jure, ſed prodeſt eis religio ad diſpenſationem facilius obtinendam. Arg. diſt. 50. c. *Si ille*, & diſt. 55. c. *Priſcis*. *v. pag. 62.*

GELASIUS *Papa*

,, PRiſcis igitur pro ſui reverentia manentibus ,, inſtitutis (quæ quidem ubi nulla rerum, ,, vel temporum urget anguſtia, regulariter convenit cuſtodiri) eatenus Eccleſiis, quæ vel ,, cunctis, vel ſufficientibus privatæ ſunt miniſtris, uſque adeo deſpoliatæ ſervitiis, ut ,, plebibus ad ſe pertinentibus divina munera ,, ſupplere non valeant, tam inſtituendi, quam ,, promovendi Clericalis obſequii ſic ſpatia diſpenſanda concedimus: ut ſi quis Monaſterialibus diſciplinis eruditus ad Clericale munus ,, accedit, etiam de laicis anteacta ejus vita ,, requiratur, ne ſit aliquo facinore infectus, ,, vel illitteratus, vel bigamus, vel ab adoleſcentia ſordidatus, vel corpore vitiatus, ,, vel ſervilis, vel originariæ conditionis, vel ,, curiæ, vel publicarum rerum nexibus implicatus, vel publica pœnitentia notatus, ,, vel nulla congruentis temporis exſpectatione diſcuſſus.

Sed prius dictum teneas: hoc tamen verum eſt, quod ad prælationem non poſſunt promoveri abſque diſpenſatione. Extr. eod. c. 1. ſeu, *Ut filii*. *v. ſupra.*

Ad prælationem) *Ut promoveantur in Epiſcopos, & Abbates.* *Poſtillator.*

Sed numquid ad Prioratus maxime in Conventualibus Eccleſiis, quæ non habent Abbates, ſed Priores, poſſunt promoveri abſque diſpenſatione?

Reſp. *Abſque præjudicio credo quod non. Et dicunt quidam, quod eſt neceſſaria diſpenſatio Papæ in hac parte; cum hodie illegitime nati abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, nec ad dignitates, aut Perſonatus, aut alia beneficia curam animarum habentia debeant promoveri, ut extr. eod. cap.* Nimis. *Sed illud poteſt intelligi de remanentibus in ſæculo; unde dicunt alii, quod cum talibus, qui religionem ingreſſi ſunt, poſſunt Epiſcopi diſpenſare, ut promoveantur in Abbates; non tamen in Epiſcopos: & hoc videtur velle Tancred. qui notavit extr. de electione, c.* Innotuit, *quod Metropolitanus circa illegitime natos poteſt diſpenſare, non tamen cum illis, qui in Epiſcopos promovendi ſunt. Arg. extr. de tranſl. Epiſc. c.* Inter corporalia. *Quia Epiſcoporum, & majorum judicia ſoli Papæ reſervanda ſunt, ut ibi innuitur, & dicitur diſt. 17. c.* Multis, *in fin.* *v. ſupra.*

In ſecundo caſu, ſcilicet quum remanent in ſæculo, non poſſunt promoveri ad ordinem, nec ad prælaturam de jure. Diſt 56. c. 1. ſeu, *Presbyterorum*, & extr. eod. c. 1. ſeu, *Ut filii*. Sed circa eos, ſi boni ſunt; alias adhibetur triplex diſpenſatio, magna, major, maxima. *v. ſupra.*

Magna, ut ordinentur, & inveſtiantur, vel inſtituantur in Eccleſiis aliis a paterna, ſi fuerint filii Presbyterorum, vel in quibuslibet Eccleſiis, ſi alias fuerint illegitimi. Arg. a contrario ſenſu, extr. eod. c. *Præſentium*.

Præ-

[Alex. III.] „ PRæſentium auctoritate jubemus, ut filios ſacerdotum in Eccleſiis paternis miniſtrare, vel eas qualibet occaſione obtinere nullatenus patiaris; ſed ipſos ab Eccleſiis, in quibus patres eorum miniſtraſſe noſcuntur, ſtudeas penitus amovere.

Major, ut etiam in paterna, aliquo tamen medio. Extr. eod. c. *Transmiſſa*.

[Idem *Archiep. Cantuar.*] „ EX transmiſſa conqueſtione G. Clerici percepimus, quod ad Abbatis de caſtris præſentationem, in quodam beneficio Eccleſiæ de N. eum in præſenti recipere diſtuliſti, eo quod pater ejus in præfata Eccleſia miniſtravit: quo defuncto media interceſſit perſona, cui prædictum beneficium eſt collatum. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, prænominatum G. ad præfatum beneficium admittere non poſtponas, non ideo minus obſervato Apoſtolici reſcripti decreto, quod ſucceſſionem in Eccleſia Dei hæreditariam deteſtatur.

Maxima, ut in paterna nullo medio inſtituantur. Extr. eod. c. *Ex tua*.

[Idem *Eboracen. Archiep.*] „ EX tua nobis parte eſt propoſitum, quod cum olim ad tuam conſultationem ſuper filiis ſacerdotum tales a nobis litteras recepiſſes, ut eos poſſes in Eccleſiis, quas patres eorum nullo mediante poſſederant, ſuſtinere, quos probatæ vitæ, & ſanæ converſationis cognoſceres, vel quos longo tempore illas tenuiſſe conſtaret; quidam ad judices litteras impetrarunt, ut ſi conſtaret, eos eſſe filios Sacerdotum, vel Clericorum, qui in proximo ante eos Eccleſias tenuerunt, ſuper his imponatur eis, appellatione ceſſante, ſilentium, & Eccleſias iſtas ipſis aſſignent, quamvis in eis ſe oſtendere nequeant per Epiſcopos inſtitutos. Super quo tibi taliter reſpondemus, quod ſi per priores litteras cum aliquibus Clericis diſpenſaſti, diſpenſationem tuam poſteriorum litterarum intuitu nolumus irritari. Alios vero Clericos laicæ donationis intuitu in Eccleſiis ſine auctoritate Pontificis ſui inſtitui, aut inſtitutos remanere auctoritate Apoſtolica prohibemus.

Numquid poteſt habere filius vicariam in illa Eccleſia, in qua pater immediate habuit perſonatum?

Videtur quod ſic, quia non ſuccedit in eodem beneficio; ſed contrarium eſt verum. Extr. eod. c. *Michael*.

[Clemens III.] „ MIchael Presbyter de ſancto Germano transmiſſa nobis conqueſtione monſtravit, quod cum Eccleſiam ſancti J. de Corona tuæ diœceſis canonice ſit adeptus M. filius Antonii, qui proximo ante ipſius Eccleſiæ habuit perſonatum, ad ſe vicariam ipſius aſſerit pertinere (& infra) Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi conſtiterit tibi ipſum M. fuiſſe filium Antonii, qui ejuſdem Eccleſiæ habuit proximo perſonatum, ei ſuper eadem vicaria perpetuum ſilentium imponere non poſtponas.

---

§. II.

Quis poſſit cum illegitime natis diſpenſare?

POteſt tamen cum illegitime natis in ſæculo remanentibus Epiſcopus diſpenſare in ordinibus. Item, ut omnes tam intrantes Monaſterium, quam in ſæculo remanentes poſſint eligi in prælaturas. Extra, eodem, cap. *Veniens*, & cap. *Ex transmiſſa*, & cap. *Ex tua*. [v. ſupra.]

[Alex. III. *Londonẽ. Epiſc.*] „ VEniens ad præſentiam noſtram N. Clericus, nobis propoſuit, quod cum illum ad Capellam ſancti L. quam ei conceſſiſti, in Presbyterum ordinaſſes, ipſum ea poſtea ſpoliaſti, eo quod pater ejus in præſcripta Eccleſia miniſtravit. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi tibi innotuerit, quando eam ſibi dediſti, quod pater ejus Presbyter in dicta Eccleſia miniſtraſſet, ipſam ei reſtituas, & in pace dimittas, amoto alio, ſi quem inſtituiſti forſitan in eadem. Verum ſi hoc ignorans feciſti, ex quo ad Eccleſiam ipſam eum in Presbyterum ordinaſti, eam ſibi reſtituas, donec in alia Eccleſia ſibi provideas, unde honeſte valeat ſuſtentari.

Item non invenitur in hoc caſu prohibitum Epiſcopis diſpenſare; ergo intelligitur eis permiſſum. Arg. extr. de ſent. excom. cap. *Nuper*. [v. pag. 11.]

Solus tamen Papa diſpenſat cum talibus in Epiſcopatu. Extra, de elect. cap. *Innotuit*. [v. pag. 238] In hoc caſu loquuntur Capitula diſtinct. 56. capit. *Apoſtolica*, & capit. *Cœnomanenſem*.

[Alex. II.] „ APoſtolica auctoritate præcipimus vobis, ut ſi eum, qui ab Eccleſia electus eſt, altero digniorem eſſe, Canonicamque ejus electionem probaveritis, fulti noſtra auctoritate conſecretis. Nam pro eo, quod filius Sacerdotis dicitur, ſi ceteræ virtutes in eum conveniant, non rejicimus; ſed ſuffragantibus meritis connivendo eum recipimus.

[Urbanus II. *Barth. Turonenſ. Archiep.*] „ COEnomanenſem electum pro eo, quod filius ſacerdotis dicitur, ſi ceteræ virtutes in eum conveniunt, non rejicimus; ſed ſuffragantibus meritis eum patienter ſuſcipimus: non tamen ut hoc pro regula in poſterum aſſumatur; ſed ad tempus Eccleſiæ periculo conſulitur.

Quia dicunt etiam quidam, quod circa paternas Eccleſias immediate habendas ſolus Papa poteſt diſpenſare. Arg. extr. eod. cap. *Ex tua*. [v. ſupra] Sed illa confundit eos. Nam ibi fuit conſultatio, ut patet in principio, unde reſponſio facta ad conſultationem continuit jus commune, & ita probatur per illam decretalem, quod Archiepiſcopus, vel Epiſcopus poteſt in hoc caſu de jure diſpenſare, & per illam *Veniens*, in eodem titulo. Hoc dicunt Joannes, & Tancredus, & multi alii.

Hodie vero ſublata omni diſtinctione, videlicet utrum pater miniſtraverit, vel non: item ſi miniſtraverit, utrum mediate, vel immediate; expreſſum eſt jure novo, quod nec ad dignitatem, nec ad perſonatum, nec ad beneficia curam animarum habentia poteſt cum talibus,

niſi

niſi per Sedem Apoſtolicam diſpenſari. Extr. eodem c. *Dilectus*, & c. *Nimis*.

HONORIUS III. „ DIlectus filius G. præpoſitus ſanctæ M. „ tranſmiſſa nobis petitione monſtravit, „ quod cum Virgilius Presbyter quamdam Ec„ cleſiam, curam animarum habentem, quam „ nullo medio habuit pater ejus, obtineat; „ ipſum monuit, ut reſignaret eamdem; ſed „ idem aſſerens, quod H. Remenſis Archi„ epiſcopus tunc Apoſtolicæ Sedis legatus diſ„ penſavit cum eo, id efficere contradicit. „ Quocirca mandamus quatenus nonobſtante „ diſpenſatione aliqua, quæ a Sede Apoſtolica „ non manaverit, quod canonicum fuerit (ap„ pellatione poſtpoſita) ſtatuatis.

GREGOR. IX. *Turonenſi Archiep.* „ NImis in tua provincia Eccleſiæ deformatur „ honeſtas ex eo, quod filii ſacerdotum, „ & alii non legitime nati ad dignitates, & „ perſonatus, & alia beneficia curam anima„ rum habentia, ſine diſpenſatione Sedis A„ poſtolicæ promoventur. Quocirca mandamus, „ quatenus prædictis perſonis a perſonatibus, „ & dignitatibus, & hujuſmodi beneficiis pror„ ſus amotis, ea perſonis idoneis conferri fa„ cias per illos, ad quos collationem ipſorum „ de jure noveris pertinere. Et ne id de cetero „ præſumatur, diſtrictius inhibemus.

Quid de legitimis filiis ſacerdotum, vel aliorum Clericorum, quos ſuſceperunt de legitima uxore ante ſacrum ordinem?

Dicas, quod tales de jure communi poſſunt promoveri ad omnes ordines, & dignitates, ſi alias ſint idonei, etiam in eadem Eccleſia, in qua patres eorum, vel fuerint Prælati, vel Canonici, poterunt iſti canonizari, & promoveri, dummodo non ad alias dignitates, vel præbendas, quas patres eorum tenuerunt. Extr. eodem c. *Ad hæc*.

CLEM. III. *Caſſel. Archiep.* „ AD hæc ex parte tua noſtris auribus eſt „ relatum (& infra) quod a nobis fra„ ternitas tua requiſivit, an a Pontificibus „ generati valeant ad ſacros ordines promo„ veri, ſi ſcientia fuerint, & morum hone„ ſtate probabiles. Sciat fraternitas tua, quod „ ſi ex legitimo ſunt matrimonio procreati, „ nec aliud canonicum obviat, licite poſſunt „ ad ſacros ordines aſcendere: & in eiſdem „ Eccleſiis, in quibus præſunt, vel præfue„ runt genitores eorum, beneficium obtine„ re.

Et de talibus poteſt intelligi Diſt. 56. §. *Sed hoc*, & cap. *Presbyterorum*, & cap. *Oſius*. *v. ſupra.*

GRATIAN. „ S*Ed hoc intelligendum eſt de illis, qui pater*„ *næ incontinentiæ imitatores fuerint: verum* „ *ſi morum honeſtas eos commendabiles fecerit e*„ *xemplis, & auctoritatibus; non ſolum ſacer*„ *dotes, ſed etiam ſummi ſacerdotes fieri poſſunt;* „ *unde*

DAMASUS Papa *Hieronymo Presbytero.* „ OSius Papa fuit filius Stephani ſubdia„ coni. Bonifacius Papa fuit filius Ju„ cundi Presbyteri. Felix Papa filius Felicis „ Presbyteri de titulo Faſciolæ. Agapitus Pa„ pa filius Gordiani Presbyteri. Theodorus „ Papa filius Theodori Epiſcopi de Civitate „ Hieroſolyma. Silverius Papa filius Silverii „ Epiſcopi Romæ. Deuſdedit Papa filius Ste„ phani Subdiaconi. Felix enim 3. natione „ Romanus ex patre Felice Presbytero fuit. „ Item Gelaſius natione Afer ex patre Epi„ ſcopo Valerio natus eſt. Item Agapitus na„ tione Romanus ex patre Gordiano Presby„ tero originem duxit. Quamplures etiam a„ lii inveniuntur, qui de ſacerdotibus nati, A„ poſtolicæ Sedi præfuerunt.

Secus dicendum de illegitimo, quia ille nec Prælatus, nec Canonicus poteſt eſſe de jure in Eccleſia, in qua pater ſuus eſt vel Canonicus, vel Prælatus; ſic intelliguntur decret. Extr. eodem cap. *Cum decorem*, & cap. *Ad abolendam*.

„ CUm decorem domus Dei (& infra) Fi„ liis Canonicorum præbendas in eiſdem „ Eccleſiis conferri non ſinatis, quarum ſunt „ Canonici patres eorum. Cum indecorum ſit, „ ut in altaria officio illegitimus filius impu„ dico patri miniſtret, in quo unigenitus Dei „ filius æterno patri pro ſalute humani gene„ ris victimatur. INNOC. I.

IDEM. *In Concilio Generali.* „ AD abolendam peſſimam (quæ in pluri„ bus inolevit Eccleſiis) corruptelam, „ firmiter inhibemus, ne Canonicorum filii, „ maxime ſpurii, Canonici fiant in ſæculari„ bus Eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres „ eorum. Et ſi fuerit contra præſumtum, de„ cernimus non valere. Qui vero tales (ut di„ ctum eſt) canonicare præſumſerint, a ſuis „ beneficiis ſuſpendantur.

Et exponitur ibi *Maxime*, id eſt, *tantum*, ut ita concordet cum illa, *Ad hæc*. *v. ſupra.*

Item numquid hæc prohibitio extendatur ad nepotes?

Videtur, quod ſic, quia nomine filiorum etiam nepotes continentur, ff. de verbor. ſignif. *Liberorum*, & Argum. ff. ad Maced. *Filium*.

Sed contrarium eſt tenendum, quia pœnæ interpretatione legum arctandæ ſunt. De pœnit. diſt. 1. c. *Pœnæ*, ff. de liberis, & poſth. *Cum quidam*. Tollitur etiam vitium per ſucceſſionem, diſt. 56. c. *Dominus*.

HIERON. „ DOminus noſter Jeſus Chriſtus voluit non „ ſolum de alienigenis commixtionibus, „ ſed etiam de adulterinis naſci, nobis ma„ gnam fiduciam præſtans, ut qualicumque „ modo naſcamur, dum tamen veſtigia ejus „ imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, „ cujus per fidem membra effecti ſumus. Et „ ſicut ille verus eſt Pontifex, & ex adulteri„ nis natus conjunctionibus; ita qualicumque „ ordine natus ſit aliquis, tantum ut perfectam „ fidem habeat, & quod fide tenet, operibus im„ pleat: ſitque litteratus, & vir unius uxoris, „ nequaquam a ſacerdotio repellitur.

Unde licet ſenator non poſſit ducere in uxorem illam, cujus pater, vel mater ludicram artem exercuit; poteſt tamen illam ducere, cujus avus, vel avia ludicram artem fecit, ff. de ritu nupt. l. *Lege Julia*, §. 1.

Item quid, ſi aliquis eſt natus de damnato coitu, poſtea pater ducit matrem iſtius in uxorem; numquid iſte de jure communi poterit promoveri tamquam legitimus?

Ad hoc dicas, quod ſi pater potuit eam legitime habere uxorem tempore conceptionis, quia nullum ſuberat impedimentum, & poſtea duxit eam in uxorem, legitimatus eſt filius ille antea genitus per ſequens matrimonium; & ita ſuccedet in hæreditate tamquam legitimus, & ad omnes actus legitimos admittetur. Hoc credo verum, etiam ſi poſt nativitatem, ſeu conceptionem filii mater nupſit alii, quo mortuo, contraxit cum iſto; vel econverſo pater duxit aliam, qua mortua, duxit iſtam: quod

dico

dico in favorem prolis per jura infra poſita: ſecus ſi propter aliquod impedimentum non poterat eſſe matrimonium inter ipſos parentes tempore conceptionis; quia tunc, licet ſublato poſtea impedimento ducat illam in uxorem, non legitimabitur proles. Extr. qui filii *v. pag. 239* ſint legitimi, c. *Tanta*, Auth. quibus mod. eff. leg. coll. 6. circa princip.

Quod tamen dixi in primo caſu, talem legitimatum quoad omnes actus legitimos, videtur quod fallat in Epiſcopatu, ad quem non poterit talis promoveri abſque diſpenſatione Domini Papæ, ut probatur ſecundum unam *v. pag. 538* lecturam. Extr. de elect. cap. *Innotuit*, circa princ.

Caſus I. Pone, aliquis ſacerdos generat filium de uxore legitima, cum qua videlicet contraxerat laicus, vel in minoribus conſtitutus ordinibus; numquid erit legitimus filius?

Credo quod ſic, maxime ſi uxore contradicente, vel ignorante, vir ad ſacros ordines eſt promotus: quod dico in favorem prolis, & quia culpa parentum non debet nocere hujuſmodi filiis de legitimo matrimonio procreatis. Arg. *v. pag. 73.* diſt. 28. cap. *Diaconi*, Cauſſa 27. q. 2. cap. *Multorum*. Extr. eodem, cap. *Litteras*.

CLEM. III. „ LItteras (& infra) Intelleximus, quod „ H. in ſacerdotio genitus, de uxore le„gitima natus, & conceptus, affectavit a pue„ritia miniſtrare Domino in officio Clericali. „ Verum licet a filiis paterna incontinentia mo„dis omnibus propellenda noſcatur; ſi tamen „ alias dignus inventus fuerit, permittimus „ ipſum (unde commode ſuſtentari valeat) ad „ Eccleſiaſticum beneficium promoveri.

Caſus II. Item pone diſpenſatum eſſe cum filio ſacerdotis, vel eum alio illegitime nato ſub his verbis: *Diſpenſamus tecum, ut promovearis ad omnes ordines*; numquid ex tali diſpenſatione poterit promoveri ad prælaturas?

Item quid, ſi ita dictum eſt: *Diſpenſamus tecum, ut promovearis in Clericum*; numquid ex tali diſpenſatione poteſt recipere omnes ſacros ordines?

Videtur in utroque caſu, quod poſſit promoveri ad minores ordines tantum, & nihil ultra; quia diſpenſatio detrahit juri communi: & ideo per interpretationem eſt reſtringenda, quum ſit odioſa, ff. de liberis & poſth. *Cum quidam*. Item quia licet diſpenſetur cum aliquo in uno, non intelligitur propter hoc in aliis *v. pag. 238* diſpenſatum. Diſt. 12. cap. *Nos conſuetudinem*, diſt. 34 c. *Lector*.

GREGOR. *Univerſis Epiſ. Numidiæ.* „ NOs conſuetudinẽ, quæ tamen contra fidem „ Catholicam nil uſurpare dignoſcitur, „ immotam permanere concedimus, ſive de Pri„matibus conſtituendis, ſive de ceteris capi„tulis, exceptis his, qui ex Donatiſtis ad Epi„ſcopatum perveniunt: quos provehi ad Pri„matus dignitatem (etiam cum ordo Clerico„rum eos deferat ad locum eumdem) modis „ omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis „ commiſſæ ſibi plebis curam gerare; non au„tem illos Antiſtites, quos catholica fides in „ Eccleſiæ ſinu & edocuit, & genuit, ad obti„nendum Primatus culmen anteire.

Contra beneficia Principis latiſſime ſunt interpretanda. Extr. de donat. c. *Cum dilecti*, in fin. extr. de verb. ſignif. c. *Olim*.

INNOCENT. III. *R. de Bar. & G. Berb. Abbatibus.* „ CUm dilecti filii... Mandamus, quatenus „ ad ſententiam pro ipſo monaſterio pro„ferendam, appellatione poſtpoſita, proceda„tis... quia in contractibus plena, in teſta„mentis plenior, in beneficiis quoque pleniſ„ſima eſt interpretatio adhibenda.

IDEM *Patriarchæ Gradenſ.* „ OLim tibi ſcripſiſſe recolimus, ut ſi Ca„nonici Paduani, Magiſtro G. Canonico „ Paduano, Præbendam, quæ tantum reſiden„tibus de communi confertur, ſicut uni ex „ aliis de communibus proventibus, & manua„lia beneficia non conferrent, tu eos ad id, „ appellatione ceſſante, compellere procura„res. Quia vero quidam mandatum noſtrum in„terpretari aliter, quam deceat, moliuntur „ (cum beneficia Principum ſint interpretan„da largiſſime) noſtrum aperiendum duximus „ intellectum, videlicet quod præbendam, quæ „ tantum reſidentibus in victu, & veſtitu de „ communi confertur, ipſi Magiſtro G. plene „ ſicut uni ex aliis reſidentibus injunximus „ conferendam.

Item nomen Cleri generale eſt, & ponitur pro omnibus ordinibus. Cauſſa 11. quæſt. 1. c. *De perſona*, §. *Ne vero*, cauſſa 12. quæſt. 1. c. *Deo*. *v. pag. 248*

GRATIAN. „ DE perſona Presbyteri.... *Ne vero obji„ciatur, quia de Clerico hoc loquitur, non „ de Presbytero; ſciendum eſt, quia ſuperius in „ conſtitutione eadem 51. c. 1. legitur: Appellatione „ Clericorum, etiam Presbyteros, & Diaconos,... & „ Lectores, Cantores, quos omnes Clericos appella„mus: & reliqua.*

Ubi colligitur, quod Clerici nomen ponitur pro omni perſona Eccleſiaſtica, quod non faceret, ſi tu reſtringeres ad minores ordines tantum, quod nequaquam faciendum videtur in privilegio. Extr. de decimis, c. *Ad audientiam*. *v. Indie.*

Solutio. Alanus, & quidam alii dixerunt, quod ex tali diſpenſatione poterit recipere minores ordines tantum; vel dicas melius, ubi ex diſpenſatione, vel nullum, vel modicum paratur alii præjudicium, latiſſima eſt interpretatio facienda. Extr. de verbor. ſignif. c. *Olim*, & de donat. c. *Cum dilecti*. Ita tamen, quod in- *v. ſupra.* terpretatio non excedat metas poteſtatis illius, qui diſpenſavit; ſed niſi per eum fieret alii enorme præjudicium, ſtrictiſſime interpretanda eſſent verba ibi poſita. Extr. de Privileg. & c. *Porro*, & c. *Recepimus*.

ALEX. III. *Ambiano Epiſc.* „ POrro quamvis Templarii, & Hoſpitalarii „ multa ſint libertatis prærogativa donati, nõ „ dubitamus, quin aliam libertatem habeant in „ locis, in quibus, antequam perveniſſent ad „ eos, fuerant habitatores: quod totum ex in„ſpectione privilegiorum plenius advertere „ potes: & ſecundum quod inveneris, ita ob„ſerves. Sic enim eos volumus privilegiorum „ ſuorum ſervare tenorem, quod eorum metas „ tranſgredi minime videantur.

IDEM *I. Apoſtolicæ Sedis legato.* „ REcepimus litteras, quas de Eccleſiis cen„ſualibus direxiſti. Ceterum diligentiam „ tuam volumus non latere, quod ſicut non o„mnes, qui ſpecialiter beati Petri juris exſiſtunt, „ annuatim Apoſtolicæ ſedi cenſum exſolvunt; „ ita non omnes cenſuales ab Epiſcoporum ſub„jectione habentur immunes. Inſpicienda ſunt „ ergo Eccleſiarum privilegia, & ipſorum te„nor eſt diligentius attendendus, ut ſi fuerit „ deprehenſum, quod Eccleſia, quæ cenſum ſol„vit, ſpecialiter beati Petri juris exſiſtat, & ad „ judicium perceptæ libertatis cenſus annuus „ conferatur, non immerito poterit ſpeciali „ prærogativa gaudere. Si vero ad judicium per-

„ ceptæ

,, ceptæ protectionis cenſus perſolvitur; non
,, ex hoc juri diœceſani Epiſcopi aliquid vide-
,, tur eſſe ſubtractum.

Item quid, ſi ſit diſpenſatum ad ordines, & beneficium Eccleſiaſticum; numquid nomine beneficii Eccleſiaſtici comprehenditur Eccleſia Parochialis, perſonatus, & dignitas, maxime ſi fuerit adjecta hæc Clauſula: *Ita tamen, quod ſi eum ad Epiſcopatum vocari contigerit, non recipiat abſque licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali?*

Ad primum videtur mihi, ſalvo meliori judicio, quod ex quo legitime, id eſt, non per ſubreptinnem, circumventinnem, vel fraudem diſpenſatum eſt ſimpliciter ad ordines, & beneficium: ſi ab Epiſcopo facta eſt diſpenſatio, non extenditur ad Eccleſiam parochialem, perſonatum, vel dignitatem; quia etiam expreſſe non poſſet quantum ad alia diſpenſare. Require ſupra eodem, *§. Poteſt*. Si vero a Papa, vel ab alio de ipſius mandato facta eſt hujuſmodi diſpenſatio, poteſt promoveri ad parochialem Ecclaſiam; non tamen ad dignitatem, vel Perſonatum, vel Rectoriam, ad quam per Clericos electio fieri conſuavit. Extra, de præbend. cap. ultimo, ſeu, *Cum olim*.

Gregor. IX. Lucan.
,, Cum olim priori ſanctæ M. dederimus in
,, mandatis, ut G. Diacono in aliqua Ec-
,, cleſia civitatis, vel diœceſis Lucan. auctori-
,, tate Apoſtolica provideret; idem præfatum
,, Gu. Eccleſiæ ſancti Petri de Vico Rectorem
,, auctoritate hujuſmodi, niſus eſt deſignare:
,, in qua Rector ab ejuſdem Eccleſia Clericis
,, eligi conſuevit, excommunicationis ſenten-
,, tiam nihilominus proferens in rebelles. Cum
,, igitur mandatum hujuſmodi ſe ad talia non
,, extendat, nec ad Rectoriam, vel dignita-
,, tem noſtra feratur intentio, cum pro ſim-
,, plici beneficio juſſio noſtra manat; manda-
,, mus, quatenus, tam inſtitutionem hujuſ-
,, modi, quam excommunicationis ſententiam
,, propter hoc latam denuncies non tenere.

Ad ſecundum credo, quod ſi a Papa facta eſt diſpenſatio, vel ab alio de ipſius mandato, poteſt ad omnes dignitates infra Epiſcopatum promoveri, tum quia beneficia Principis largiſſime ſunt interpretanda. *v. ſupra.* Ext. de donat. c. *Cum dilecti*: tum quia alias illa clauſula, *Ita tamen*, inutiliter poneretur.

Item pone, quod aliquis eſt legitimatus quoad actus Eccleſiaſticos, & ſpirituales; numquid per hoc erit legitimatus, etiam quoad actus ſæculares?

Videtur quod non, quia ſicut Imperator indiget auxilio in ſpiritualibus; ita Pontifex indiget etiam auxilio Principis in ſæcularibus. *v. pag. 190* Diſt. 10. c. *Quoniam*.

Verius dicas, quod talis intelligitur legitimatus indirecte, & per quamdam conſequentiam, etiam ad actus ſæculares: monſtruoſum enim videtur, ut qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſæculares actus illegitimus *v. pag. 275* remaneret. Ext. Qui ſint legitimi, cap. *Per venerabilem*. Multa enim poſſumus indirecte, quæ non poſſemus directe. C. de judic. *Quoties*. Extra, de donation. propter nuptias, & *v. Iudic.* de dote poſt divor. reſtit. cap. *De prudentia*.

Dicunt tamen Laurentius, Vincentius, & fere omnes doctores decretalium, quod non erit legitimatus quoad ſucceſſionem, licet quoad actus legitimos, alias ſit legitimatus; & eis aſſentio.

In ſumma nota, quod nec malitia parentum nocet bono filio quoad Deum; ſed nocet interdum quoad pœnam temporalem: nec bonitas filii excuſat malitiam parentum: Diſt. 56. cap. *Numquam*, & cap. *Naſci*, Cauſſa 6. q. 1. c. *Si quis*. Et dicam infra de pœnis, *§. Sequitur utrum unus*. *v. ſupra.*

Joan. Chryſoſt. ſup. Matth. homil. 3.
,, Numquam de vitiis arubeſcamus paren-
,, tum; ſed illud unum quæramus, &
,, ſemper amplectamur, virtutem videlicet:
,, hujuſmodi enim etiamſi alienigenam quis
,, habeat matrem, etiamſi fornicatione pollu-
,, tam, vel quolibet hujuſmodi dedecore ſor-
,, didatam, nihil tamen de ejus aut vilitate
,, fuſcabitur, aut crimine polluetur. Quod ſi
,, fornicatorem ipſum ad meliora converſum
,, nequaquam prior vita commaculat, multo
,, magis ex meretrice natus, & adultera, ſi
,, propria virtute decoretur, parentum ſuo-
,, rum non dedecoratur opprobriis.

Hieron. In Epiſtola ad Pammachium.
,, Naſci de adulterio non eſt ejus culpa,
,, qui naſcitur, ſed illius, qui generat.
,, Quomodo in ſeminibus non peccat terra,
,, quæ conſovet: non ſemen, quod in ſulcis
,, jacitur: non humor, vel calor, quibus tem-
,, perata frumenta in germen pullulant: ſed
,, verbi gratia, fur, & latro, qui frauda, &
,, vi eripit ſemina; ſic in generatione hominum
,, recipit terra, id eſt, vulva, quod ſuum eſt,
,, & receptum conſovet, & conſotum corpo-
,, rat, corporatum in membra diſtinguit, &
,, inter illas ſacretas ventris anguſtias Dei ma-
,, nus ſemper operatur, idemque corporis crea-
,, tor, & animæ eſt. Noli deſpicere bonita- *Eccl. 33.*
,, tem figuli, id eſt, Dei, qui te plaſmavit, &
,, fecit, ut voluit. Ipſe eſt Dei, virtus, & Dei
,, ſapientia; qui in utero virginis Mariæ ædi-
,, ficavit ſibi domum. Jephte inter viros ſan- *1. Cor. 1.*
,, ctos Apoſtoli voce numeratus, meretricis
,, eſt filius. Sed audi, Eſau de Rebecca, & Iſaac *Iud. 11.*
,, genitus hiſpidus, tam mente, quam cor- *Geneſ. 25.*
,, pore, quaſi bonum triticum in lolium, a-
,, venaſque degenerat, quia non in ſeminibus,
,, ſed in voluntate naſcentis cauſſa vitiorum
,, eſt, atque virtutum.

Item malitia parentum inducit præſumtionem contra filium. Diſt 56. c. *Si gens Anglorum*: & e contrario malitia filii contra patrem. *v. pag. 277* Cauſſa 6. quæſt. 1. c. *Qui crimen*. Diſtinct. 37. c. *Legant*.

Hadrian. Papa.
,, Qui crimen intendit, agnoſcendum eſt,
,, ſi ipſe ante non fuerit criminoſus; quia
,, periculoſa eſt, & admitti non debet rei ad-
,, verſus quemcumque profeſſio. Teſtes autem
,, ſine aliqua ſint infamia, uxores, & filios
,, habentes, & Chriſtum omnino prædicantes.

Hieron. In Epiſt. ad Epheſ. lib. 3.
,, Legant Epiſcopi, atque presbyteri, qui
,, filios ſuos ſæcularibus erudiunt litteris,
,, & faciunt illos comœdias legere, & mino-
,, rum turpia ſcripta cantare, de Eccleſiaſti-
,, cis ſumtibus forſitan eruditos: & quod in
,, corbonam pro peccato virgo, vel vidua,
,, vel ſubſtantiam ſuam totam effundens qui-
,, libet pauper obtulerat; hoc in Calenda-
,, riam ſtrenam, & Saturnaliam ſportulam,
,, & Minervale munus, Grammaticus, & ora-
,, tor, aut in ſumtus domeſticos, aut in tem-
,, pli ſtipes, aut in ſordida ſcorta convertit.
,, Heli ſacerdos ipſe ſanctus fuit; ſed quia
,, filios ſuos non erudivit in omni diſciplina,
,, & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus
,, eſt.

Gloſſa. *Strena* eſt primum donum, quod datur in principio Kalendarum, & datur pro augurio, 26. q. ult. c. *Non obſervetis*. *Sportula* eſt, quæ datur pro ſabulia Saturni, vel pro feſtis Saturni, vel pro ludis Saturni bonæ fortunæ. *Minervale* munus, a Minerva deductum nomen, quod donum, vel præmium, quod dabatur præceptori ſicut cœna, ſignificat.

TITULUS XX.

De differentibus baptizari uſque ad mortem.

SI aliquis adultus, dum ſanus eſſet, diſtulit baptizari, & poſtea timore mortis conſtitutus in ægritudine, fecit ſe baptizari; non poteſt promoveri. Diſt. 57. c. *Si quis*.

In Conc. Neocæſar. c. 12.
,, SI quis in ægritudine conſtitutus fuerit
,, baptizatus, presbyter ordinari non de-
,, bet: non enim fides illius voluntaria, ſed ex
,, neceſſitate eſt, niſi forte poſtea ipſius ſtu-
,, dium, & fides probabilis fuerit, aut homi-
,, num raritas exegerit.

Cauſſa hujus prohibitionis eſt, quia præſumitur non vere pœnitens, quum non ex voluntate, ſed ex neceſſitate videatur recepiſſe Baptiſmum; & ita præſumitur, quod non ſint ei peccata dimiſſa, ut in eodem, c. *Si quis*, & de pœnit. diſt. 7. c. *Nullus*.

August. In lib. de pœniten. c. 17.
,, NUllus exſpectet, quando jam peccare non
,, poſſit: arbitrii enim quærat libertatem,
,, ut delere poſſit commiſſa, non neceſſitatem.
,, Qui prius itaque a peccatis relinquitur, quam
,, ipſa relinquat, ea non libere, ſed quaſi ex ne-
,, ceſſitate condemnat. Licet enim latro veniam
,, meruiſſet in fine de omni ſuo crimine; non
,, tamen dedit baptizatis peccandi & perſeve-
,, randi auctoritatem. Tunc enim baptizatus
,, eſt, qui tunc primum in cruce Chriſtum
,, confeſſus eſt. Pœnitentia enim, ſi in extre-
,, mo vitæ hiatu advenerit, ſanat & liberat in
,, ablatione Baptiſmi, ita quod nec purgato-
,, rium ſentiunt, qui in fine baptizantur; ſed
,, ipſi ditati bonis ſanctæ Matris Eccleſiæ rece-
,, pturi ſunt multiplex bonum in vera beatitu-
,, dine: illi autem, qui cum potuerunt, num-
,, quam converti voluerunt, confitentes, cum
,, jam peccare nequeunt, non ſic facile acqui-
,, runt, quod volunt: oportet enim ut pœniten-
,, tia fructificet ad huc, ut vitā mortuo impetret.
,, Scriptum eſt enim, ſine caritate neminem ſal-
1. Cor. 13. ,, vum eſſe. Non itaque in ſolo timore vivit ho-
,, mo. Quem ergo ſero pœnitet, oportet non
,, ſolum timere Deum judicem, ſed juſtum
,, diligere: non timeatur pro pœna, ſed ame-
,, tur pro gloria. Debet enim dolere de crimi-
,, ne, & de omni prædicta varietate ejus.

Sunt tamen duo caſus, in quibus poteſt talis promoveri. Unus, ſi poſt Baptiſmum fides ejus & vita probabilis apparuerit. Alius, ſi raritas
v. ſupra. Clericorum exegerit, ut in eodem, c. *Si quis*.

Quæritur autem, quum Baptiſmus tollat o-
v. pag. 140 & 141. mne peccatum, & ſequelam peccati, ut diſt. 26. c. *Deinde* & c. *Una*; quare hic non tollit irregularitatem iſtam, quæ provenit ex Baptiſmo ſic dilato?

Reſpondeo, quia Baptiſmus ita dilatus inducit eam, unde non poteſt eam tollere; quia eadem res tam contrarios operari effectus non poteſt. Arg. extr. de Bapt. & ejus eff. c. *Majores*, ultra *v. pag. 102* medium, verſ. *Sed hæc tamquam incompoſſibilia*, *v. pag. 140* & diſt. 26. c. *Deinde*: & eadem cauſſa non poteſt parere obligationem, & liberationem, ff. de ſolut. *Qui Hominem*, §. ult.

Quid, ſi aliquis diſtulit Euchariſtiam recipere uſque ad ægritudinem? Videtur idem, quod dictum eſt in eo, qui diſtulit baptizari. Arg. ext. de pœnit. & remiſſ. c. *Omnis*.

Innocent. III. In Concilio Generali.
,, OMnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam
,, ad annos diſcretionis pervenerit, omnia
,, ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fide-
,, liter confiteatur proprio ſacerdoti, & injun-
,, ctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtu-
,, deat adimplere, ſuſcipiens reverenter ad mi-
,, nus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum, niſi
,, forte de proprii ſacerdotis conſilio ob ali-
,, quam rationabilem cauſſam ad tempus, ab
,, hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum:
,, alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arcea-
,, tur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura

Sed contrarium eſt verum, quia propter hoc non repelleretur ab ordine. Diſt. 50. c. *De his* *v. pag. 167* *vero*, ſecundum unam lecturam.

Et eſt ratio diverſitatis, quia Baptiſmus vix, vel numquam poteſt differri ſine culpa, & periculo; ſed Euchariſtiæ perceptio quandoque differtur ſine culpa, & periculo ex devotione, & reverentia. Diſt. 5. cap. *Ad ejus*, in fin. de conſec. diſt. 2. cap. *Quotidie*, & cap. *Ut quid paras*.

Gregor. Auguſtino Anglorum Epiſc.
,, AD ejus, &c. Quod uni perſonæ infir-
,, manti conceditur, cur non concedatur
,, cunctis mulieribus, quæ naturæ ſuæ vitio in-
,, firmantur? ſanctæ autem communionis my-
,, ſterium in eiſdem diebus percipere non de-
,, bet prohiberi. Si autem ex veneratione ma-
,, gna percipere non præſumſerit, laudanda eſt;
,, ſed ſi ſuſceperit, non eſt judicanda. Bonarum
,, quippe mentium eſt, ibi etiam (aliquo modo)
,, culpas ſuas cognoſcere, ubi culpa non eſt; quia
,, ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa.
,, Unde etiam cum eſurimus, ſine culpa come-
,, dimus, quibus ex culpa primi hominis fa-
,, ctum eſt, ut eſuriremus.

August. De Eccleſiaſticis dogmatibus c. 53.
,, QUotidie Euchariſtiæ communionem ac-
,, cipere, nec laudo, nec vitupero; o-
,, mnibus tamen Dominicis diebus communi-
,, candum ſuadeo, & hortor: ſi tamen mens ſi-
,, ne affectu peccandi ſit. Nam habentem adhuc
,, voluntatem peccandi, gravari magis dico Eu-
,, chariſtiæ perceptione, quam purificari; &
,, ideo quamvis quis peccato mordeatur, pec-
,, candi tamen de cetero non habeat volunta-
,, tem, & communicaturus ſatisfaciat lacry-
,, mis, & orationibus, & confidens de Domi-
,, ni miſeratione, qui peccata piæ confeſſioni
,, donare conſuevit, accedat ad Euchariſtiam
,, intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo di-
,, co, quem capitalia, & mortalia peccata non
,, gravant. *Idem*. Si dixerit quiſpiam non quo-
,, tidie accipiendam Euchariſtiam, alius affir-
,, met, quotidie; faciat unuſquiſque, quod ſe-
,, cundum fidem ſuam pie credit eſſe faciendum.
,, Neuter enim eorum exhonorat corpus & ſan-
,, guinem Domini, ſi ſaluberrimum ſacramen-
,, tum certatim honorare contendunt: neque e-
,, nim litigaverunt inter ſe, aut quiſquam eo-
,, rum ſe alteri præpoſuit, Zachæus, & ille Cen-
,, turio, cum alter eorum gaudens in domū ſuam
,, ſuſcepit Dominum, & alter dixit: *O Do-*
,, *mine,*

Digitized by Google

„ *mine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum.* „ Ambo ſalvatorem honorificantes, quamvis non „ uno modo: ambo peccatis miſeri, ambo mi- „ ſericordiam conſecuti: ad hoc valet, quod „ manna ſecundum propriam voluntatem in „ ore cujuſque ſapiebat.

Auguſt. In lib. de remedio pœnitentiæ. „ UT quid paras dentes, & ventrem? cre- „ de, & manducaſti: credere enim in eum, „ hoc eſt panem vivum manducare; qui credit „ in eum, manducat eum; inviſibiliter ſagina- „ tur, quia & inviſibiliter renaſcitur.

TITULUS XXI.

De Peregrinis, & Ignotis.

VIdeamus, qui dicantur hic peregrini, vel ignoti, quare tales repellantur a promotione, & quando admittantur.

---

§. I.

Qui dicantur peregrini, vel ignoti.

PEregrini poſſunt large appellari omnes, qui non ſunt de Epiſcopatu ordinantis, ſive ſint Clerici, ſive etiam laici; quia nulli tales debent recipi ab aliquo Epiſcopo ad dignitates, vel ordines, vel alia Eccleſiaſtica ſacramenta. Diſt. 71. per totum, & ſpecialiter in c. *Primatus*, & extr. de Paroch. c. 2. & 3. ſeu, cap. *Ut dominicis*, & cap. *Nullus Epiſcopus*.

Ex Conc. Carthagin. 1. c. 5. „ PRimatus Epiſcopus Vegeſelitanus dixit: „ Suggero ſanctitati veſtræ, ut ſtatuatis, „ non licere Clericum alienum ab aliquo ſu- „ ſcipi ſine litteris Epiſcopi ſui, neque apud „ ſe retinere, nec Laicum uſurpare ſibi de ple- „ be aliena, ut eum obtineat ſine conſcientia „ ejus Epiſcopi, de cujus plebe eſt. Gratus E- „ piſcopus dixit: Hæc obſervantia pacem cu- „ ſtodit. Nam & memini in ſanctiſſimo Con- „ cilio Sardicenſi ſtatutum, ut nemo alte- „ rius plebis hominem uſurpet; ſed ſi forte e- „ rit neceſſarius, petat a collega ſuo, & per „ conſenſum ſui Epiſcopi habeat.

Ex Conc. Nanetén. „ UT Dominicis, vel feſtivis diebus Preſ- „ byteri antequam Miſſam celebrent, ple- „ bem interrogent, ſi alterius parochianus in „ Eccleſia ſit, qui proprio contempto Presbyte- „ ro ibi velit Miſſam audire: quem ſi invene- „ rit, ſtatim ab Eccleſia abjiciant.

Hadrian. Papa. „ NUllus Epiſcopus alterius parochianum „ judicare præſumat (& infra) Nam qui „ eum ordinare non potuit, nec judicare pot- „ eſt.

Et quod omnes tales dicantur peregrini, & extranei, Arg. Cauſſa 3. quæſt. 6. cap. *Peregrina*, Cauſſa 6. quæſt. 3. cap. 1. & 2. ſeu, *Scriptum*, & c. *Scitote*.

Gregor. Ad Auguſt. Angl. Epiſc. Reſp. „ SCriptum eſt in lege (*Per alienam meſſem* „ *tranſiens, falcem mittere non debet, ſed ma-* „ *nu ſpicas conterere, & manducare*) Falcem er- „ go judicii mittere non potes in eam ſegetem, „ quæ alteri videtur eſſe commiſſa: ſed per ef- „ fectum boni operis frumenta Dominica vitio- „ rum ſuorum paleis exſpolia, & in Eccleſiæ „ corpus monendo, & perſuadendo, quaſi man- „ dendo, converte.

Pelagius Papa II. Omnibus Epiſc. Epiſt. 1. „ SCitote certam provinciam eſſe, quæ habet „ decem aut undecim civitates, & unum „ Regem, & totidem minores poteſtates ſub „ ſe, & unum metropolitanum, alioſque Suffra- „ ganeos x vel xi. Epiſcopos judices, ad quorum „ judicium omnes cauſſæ Epiſcoporum, & reli- „ quorum Sacerdotum, ac civitatum referantur, „ ut ab his omnibus juſte conſona voce diſcer- „ nantur, niſi ad majorem auctoritatem fuerit „ ab iis, qui judicandi ſunt, appellatum. Un- „ de non oportet, ut degradetur, vel deho- „ noretur unaquæque provincia; ſed apud ſe- „ metipſam habeat Judices, Sacerdotes, & E- „ piſcopos, ſingulos videlicet ſecundum ordi- „ nes ſuos, & quicumque cauſſam habuerit, a „ ſuis Judicibus judicetur, & non ab alienis, „ id eſt, a ſuæ juſtis judicibus provinciæ, & „ non ab extraneis, niſi (ut jam eſt prælibatum, „ a judicandis fuerit appellatum.

Sixtus Papa III. „ PEregrina judicia (ſalva in omnibus Apo- „ ſtolica auctoritate) generali ſanctione pro- „ hibemus, quia indignum eſt, ut ab extraneis „ judicentur, qui comprovinciales, & a ſe ele- „ ctos debent habere judices, ni ſi fuerit appel- „ latum.

Ignoti dicuntur, quorum origo, vita, & irregularitas ſunt ignota Epiſcopo, non diſtincto, ſi ſint de eodem Epiſcopatu, vel de alio. Diſt. 24. cap. *Quando*, diſt. 48. cap. *Quieſcamus*, verſ. *Si enim in Clero, &c.* & arg. cauſſa 2. q. 7. *Quærendum*, verſ. *Quorum vita, fides, & libertas neſcitur*. *v. pag. 165*

Ex Conc. Nanetenſi c. 12. „ QUando Epiſcopus ordinationes facere diſ- „ ponit, omnes, qui ad ſacrum miniſterium „ accedere volunt, feria quarta ante ipſam or- „ dinationem evocandi ſunt ad civitatem, una „ cum Archipresbyteris, qui eos repræſentare „ debent: & tunc Epiſcopus a latere ſuo elige- „ re debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, „ gnaros divinæ legis, & exercitatos in Eccle- „ ſiaſticis ſanctionibus: qui ordinandorum vi- „ tam, genus, patriam, ætatem, inſtitutio- „ nem, locum, ubi educati ſunt, ſi ſint bene „ litterati, ſi inſtructi in lege Domini, dili- „ genter inveſtigent; ante omnia, ſi fidem ca- „ tholicam firmiter teneant, & verbis ſimpli- „ cibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus hoc „ committitur, cavere debent, ne aut favoris „ gratia, aut cujuſcumque muneris cupiditate „ illecti a vero devient, ut indignum, & mi- „ nus idoneum ad ſacros gradus ſuſcipiendos, „ Epiſcopi manibus applicent. Quod ſi aliter „ fecerint, & ille, qui indigne acceſſit, ab „ altari removebitur, & illi, qui donum ſan- „ cti Spiritus vendere conati ſunt, coram Deo „ jam condemnati, Eccleſiaſtica dignitate ca- „ rebunt. Igitur per tres continuos dies diligen- „ ter examinentur: & ſic Sabbatho qui probati „ inventi ſunt, Epiſcopo repræſententur.

Calixtus Papa ad Epiſc. Galliæ. „ QUærendum eſt in judicio, cujus ſit conver- „ ſationis & fidei is, qui accuſat, & is, „ qui accuſatur: quoniam hi, qui non ſunt „ rectæ converſationis ac fidei, & quorum vi- „ ta eſt accuſabilis, & quorum fides, vita, & „ libertas neſcitur, non permittuntur majores „ natu accuſare. Neque viles perſonæ in eo- „ rum recipiantur accuſatione.

§. II.

Quare tales repelluntur.

REpelluntur autem iſti a promotione duabus de cauſſis. Una, quia non licet Epiſcopo ponere falcem ſuæ juriſdictionis in alienam meſſem, ſubditum alterius vel judicando vel ordinando. Diſt. 71. per totum, ſeu c. *Illud*, & c. *De alitau*, & c. *Si quis auſus*, & c. *Clericos*, & c. *Fraternitatem*, & c. *Extraneo Clerico*, & c. *Hortamur*, & c. *Nullum*. Cauſſa 6. quæſt. 3. per totum, ſeu c. *Scriptum*, & c. *Scitote*, & c. *Denique*, & c. *Placuit*, & c. *De illis autem*. Cauſſa 9. q. 2. per totum, ſeu c. *Nullus alterius*, & c. *Placuit*, & c. *Nullus primas*, & c. *In Dominicis*, & c. *Nullus presbyter*, & c. *Nullum Epiſcopum*, & c. *Epiſcopum*, & c. *Epiſcopi*, & c. *Non invitati*, & c. *Lugdunenſis*.

Ex Conc. *Sardicen*, c. 18.

„ ILlud quoque Sanctitas vestra ſtatuat, ut nulli Epiſcopo liceat alterius civitatis Eccleſiaſticum hominem ſollicitare, & in ſua diœceſi Clericum ordinare. Univerſi dixerunt: Placet: quia ex his contentionibus ſolent naſci diſcordiæ; & ideo prohibeat omnium ſententia, ne quis hoc facere audeat. Oſius Epiſcopus dixit; Et hoc univerſi conſtituimus, ut quicumque ex alia Parochia voluerit alienum miniſtrum ſine conſenſu Epiſcopi ipſius, & ſine voluntate ordinare, non ſit rata ejus ordinatio.

Innocent.

„ DE aliena Eccleſia ordinare Clericum nullus præſumat, niſi ejus Epiſcopus precibus exoratus concedere voluerit.

Ex Nicæn. *Concilio* c. 16.

„ SI quis auſus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in ſua Eccleſia ordinare, cum non habeat conſenſum illius Epiſcopi, a quo receſſit Clericus, irrita ſit hujuſmodi ordinatio.

Ex Conc. *Chalcedon*. c. 20.

„ CLericos in ſuis Eccleſiis conſtitutos non liceat, ſicut jam definivimus, in alterius civitatis Eccleſiis ordinari; ſed quieſcant in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias civitates perdiderunt, & ex neceſſitate ad alias Eccleſias migraverunt.

Gregor. *Fortunato Epiſc. Neapolitano*.

„ FRaternitatem tuam a nobis petiiſſe recolimus, ut Gratianum Eccleſiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus Eccleſiæ cardinandum; & quoniam nec Epiſcopum, cui obſecundare, nec propriam Eccleſiam habeat, hoſte ſcilicet prohibente, quo ſuum debeat miniſterium exhibere, petitionem tuam non prævidimus differendam; idcirco ſcriptis tibi præſentibus eum neceſſario duximus concedendum, habituro licentiam illum diaconum, noſtra interveniente auctoritate, Eccleſiæ tuæ, Deo propitio, conſtituere Cardinalem.

Ex Conc. *Chalcedõ*. c. 13.

„ EXtraneo Clerico, & lectori extra ſuam civitatem ſine commendatitiis litteris proprii Epiſcopi nuſquam penitus liceat miniſtrare.

Ex Serm. *S. Auguſt. ad Populum*.

„ HOrtamur Chriſtianitatem veſtram juxta ſanctorum Canonum inſtituta, ut in Eccleſiis a vobis fundatis, aliunde veniens presbyter non ſuſcipiatur, niſi a veſtræ fuerit Eccleſiæ conſecratus Epiſcopo, aut ab eo per commendatitias litteras ſuſcipiatur.

Ex Conc. *Antiocheno*.

„ NUllum abſque formata (quam Græci Epiſtolam dicunt) peregrinorum Clericorum ſuſcipi oportet.

Nicolaus *Papa*.

„ DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimen noverat, quo recte poſſet Epiſcopatu privari, vel infirmitate ſe ſentiebat forſitan prægravari, qua impeditus nullis poſſet proximis ſua prælatione prodeſſe; primatis ſui debuerat, & non aliorum diœceſeos Antiſtitum præſtolari judicium: quia ſi quælibet ambiguitas, vel aliqua fortaſſe ſuper ejus examinatione, vel Epiſcopatus abrenunciatione aborta fuiſſet contentio, ex more ad Apoſtolicam ſedem referri convenerat, & noſtra in his omnibus debuerant cuncti decreta penitus exſpectare: quod quia omiſſum eſt, hactenus dolemus, dilectiſſimam mihi gloriam veſtram vehementer efflagito, ut jam dictus Suffredus Epiſcopus proprio reſtituatur Epiſcopio: & ſi aliquid reprehenſione dignum geſſit; poſtea vel correctione, vel digna animadverſione diffinietur.

In Conc. *apud Compendium* c. 5.

„ PLacuit pro communi utilitate, & inſtante neceſſitate, ut nullus Epiſcoporum graviter ferat, ſi ejus parochianum pro deprædationis cauſſa alter Epiſcopus excommunicaverit.

Ex Conc. *Meldenſi* c. 2.

„ DE illis autem, qui intra Parochiam beneficium, aut hæreditatem habent, & alterius Epiſcopi parochiani ſunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam, & deprædationes peragunt, placuit, ut excommunicentur, nec ante ex Parochia exeant, quam quæ patrarunt, digne emendent: quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio Epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat antequam illuc redeant ubi rapinam fecerant, & ibi omnia plenirer emendent.

Calixtus *Papa ad Epiſ. Galliæ*.

„ NUllus alterius terminos uſurpet, nec alterius Parochianum judicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat; quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius judicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur: unde & Dominus loquitur dicens: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui*. *Prov. 22.*

Urbanus *Papa*.

„ PLacuit, ut deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti recipere ad pœnitentiam ſine conſenſu ejus, cui ſe prius commiſit, niſi per ignorantiam illius, cui pœnitens prius confeſſus eſt: qui vero contra hæc ſtatuta facere præſumſerit, gradus ſui periculo ſubjacebit.

Calixtus *Papa*. *Epiſt. 2.*

„ NUllus Primas, nullus Metropolitanus, nulluſque reliquorũ Epiſcoporũ, alterius adeat civitatem, aut ad poſſeſſionem accedat (quæ ad eum non pertinet, & alterius Epiſcopi eſt Parochiæ) ſuper cujuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cujus juris eſſe cognoſcitur, aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut judicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumſerit, damnabitur, & non ſolum illi, ſed cooperatores eique conſentientes, quia ſicut ordinatio, ita etiam ejus judicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur: nam qui ordinare non poterit, quomodo judicabit? nullatenus proculdubio judicabit, aut judicare poterit.

Ex Conc. *Nanneten*. c. 2.

„ IN Dominicis diebus, vel feſtis presbyteri antequam Miſſas celebrent, plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſia ſit,

„ qui

,, qui ptoprio contemto Presbytero ibi miſſam valit audire: quem ſi invanerint, ſtatim ab Eccleſia abjiciant, & ad ſuam parochiam redire compellant.

Ex Eodem c. 2.

,, NUllus Presbyter, aut Diaconus alterius plebanum (niſi in itinere ſuerit, vel placitum ibi habuerit) ad Miſſam racipere audeat.

Ex Conc. Antiochenо.

,, NUllum Epiſcoporum audere debere ex alia provincia ad aliam traſitum facere, & ordinare aliquos in Eccleſiis, aut proferre ad ſacrum miniſterium. Nec ab aliis illuc trahatur Epiſcopis, niſi forte per litteras rogatus abierit, non ſolum a Metropolitano, ſed & ab his, qui cum eo ſunt, omnibus ipſius provinciæ Epiſcopis. Quod ſi nullo invitante inordinate ſuperveniat, & aliquos vel ordinare præſumſerint, vel quoslibet actus illi Eccleſiæ competentes, qui ad ſe minime pertinent, uſurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit: ipſe vero hujus indiſciplinati auſus, & irrationabilis cœpti dignas cauſſas expendat, tamquam depoſitus a ſancta Synodo, & propter hujuſmodi præſumtionem jam prædamnatus.

Ex Conc. Antiocheno c. 12.

,, EPiſcopum non debere in alianam irruere civitatem, quæ illi probatur non eſſe ſubjecta, neque in regionem, quæ ad ejus curam minime noſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque Presbyteros aut Diaconos conſtituere, ad alios Epiſcopos pertinentes, niſi forte eum voluntate & teſtimonio propriæ regionis Epiſcopi. Quod ſi quiſpiam horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit hujuſmodi ordinatio, & quæ male uſurpaverit, a Synodo arguantur. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus ad alios pertinentes judicare præſumat.

Ex Synod. Conſtantinopolitana 1. c. 2.

,, EPiſcopi, qui extra diœceſim ſunt, ad Eccleſias, quæ extra terminos eorum ſunt, non accedant, neque confundant, & permiſceant Eccleſias. Secundum regulas ſtatutas, Alexandriæ quidem Epiſcopi ea, quæ ſunt in Ægypto, tantummodo gubernent. Orientales autem Epiſcopi ſolius Orientis curam gerant, ſervatis tamen honoribus Primatus Eccleſiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicænæ Synodi continentur. Sed & Aſianæ diœceſis Epiſcopi ea, quæ ſunt in Aſia, & quæ ad Aſianam tantummodo diœceſim pertinent, gubernent. Ponti autem Epiſcopi, Ponticæ tantum diœceſis habeant curam. Thraciæ vero, ipſius tantummodo Thraciæ.

Ex Eadem c. 3.

,, NOn invitati Epiſcopi ultra diœceſim accedere non debent ſuper ordinandis aliquibus, vel quibuſcumque diſponendis Eccleſiaſticis cauſſis, ſervata regula, quæ ſupra ſcripta eſt de unaquaque diœceſi. Manifeſtum namque eſt, quod per ſingulas quaſque provincias provincialis Synodus adminiſtrare & gubernare omnia debeat ſecundum ea, quæ ſunt in Nicæa definita.

Urbanus Papa Hugoni Archiep. Lugdunenſ.

,, LUgdunenſis parochiæ Clericos, quos contra ſtatuta canonum ab alterius parochiæ Epiſcopis ordinatos litterarum tuarum ſignificationa monſtraſti, cum graduum ſuorum honore recipere religionis tuæ prudentia poterit, ſi eos alias canonice, & ſine pravitate aliqua ordinatos conſtiterit; ſi tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ perſpexeris promereri. Legimus quippe, ſanctum Epiphanium Epiſcopum ex diœceſi ſancti Joannis Chryſoſtomi quoſdam Clericos ordinaſſe: quod ſanctus vir omnino non feciſſet, ſi ei detrimentum fore perpenderet. Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, injuncta ſatisfactionis gratia, propter Eccleſiam, quam offenderunt, congrua pœnitentia, miſerationis intuitu in ſuo quemque honore recipies, ſalva in omnibus ſanctorum canonum diſciplina.

Alia cauſſa eſt, quia tales ſolent eſſe pro magna parte criminoſi, infames, & excommunicati, vel alias irregulares. Item quia ſæpe mentiuntur ſe habera ordines, quum non habeant, vel habere majores, quam habeant. Diſt. 98. c. *Afros*, cauſſa 19. q. 2. c. *Duæ ſunt*. v. pag. 29.

Gregor. Præſul Romanæ Eccleſiæ Squillantino Epiſc.

,, AFros paſſim, vel incognitos peregrinos ad Eccleſiaſticos ordines accedentes, nulla ratione ſuſcipias; quia Afrorum alii quidem Manichæi, aliqui rebaptizati ſunt; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus conſtituti ſortiores de ſe prætendiſſa honores, ſæpe probati ſunt.

---

§. III.

Quando peregrini admittantur ad ordines

ADmittuntur iſti Clerici peregrini cum quinque ſigillis Epiſcoporum. Diſt. 98. c. 1. & 2. ſeu, *Nullus*, & *Tranſmarinos*, extra eodem c. *Tua nos*.

Silvest. Papa In Generali Concilio.

,, NUllus aliqua ratione tranſmarinum hominem penes vos in Clericatus gradus ſuſcipiat, niſi quinque (aut eo amplius) Epiſcoporum deſignatus ſit chirographis.

Amast. Omnibus Epiſc.

,, TRanſmarinos homines in Clericatus honorem nemo ſuſcipiat, niſi quinqua (aut eo amplius) Epiſcoporum chirographis fuerint deſignati, quia per ſubreptionem multa ſolent evanire.

Alex. III. Cœnomanen. Epiſc.

,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit agendum de Clericis, qui in remotis regionibus ordinati, litteras eorum oſtendunt, a quibus ſibi proponunt manus impoſitas: & utrum Epiſcoporum ſigilla ſint, quæ repræſentant, incertum exiſtit. Tuæ igitur conſultationi reſpondemus, tutius eſſe, ut in his ſtatuta Patrum veterum obſerventur, quam novum aliquid ſtatuatur; ſtatutum autem eſt de tranſmarinis, ut ad minus quinque Epiſcoporum ſuper ordinationa ſua teſtimonio muniantur, quod in aliis (ſi ſimiliter ſunt incogniti) credimus obſervandum; ita tamen, ut in ſuſpenſione aliquanto tempore habeantur, in quo plenius de actibus inſtruantur ipſorum: ſed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet, quia poſſet contingere ut, aliquibus prætermiſſis, ſaltum feciſſent. His autem peractis, ſi digni inventi fuerint, circa eos poterit diſpenſari.

Et hoc, ſi ſigilla ſunt ignota; alias ſufficeret, ſigillum Epiſcopi ſui tantum, ſi eſſet notum. Diſt. 71. c. *Primatus*, 19. q. 2. c. *Duæ*. v. ſupra. & pag. 48

Item hoc intelligas, quando hujuſmodi Clerici volunt publice populo celebrare: alias ſi vellent in ſecreto ex devotione celebrare, ſuſti-

neri

neri poſſet. Extr. de Cleric. pereg. c. *Tuæ fraternitatis*.

Innoc. III Patriarchæ Hieroſolymitano. „ TUæ fraternitatis (& inſra) Utrum Clericos, qui ad partes Hieroſol. ſine commendatitiis litteris veniunt, permittere debeas celebrare divina (& inſra) Reſpondemus, quod niſi legitime tibi conſtiterit ſive per litteras, ſive per teſtes, de illorum ordinatione Canonica, qui penitus ſunt ignoti, non debes ipſos permittere in tuis plebibus celebrare: ſed ſi forſitan eorum aliqui ſecreto ex devotione celebrare voluerint, poteris ſuſtinere.

Sed quare recipiuntur cum quinque ſigillis ignotis, quum non plus fidei præſtent mille ſigilla ignota, quam unum ignotum?

Ad hoc reſpondet Laurentius, quia non ita de facili poſſet committi falſitas in quinque ſigillis, ſicut in uno.

Joannes dicit, quod niſi habeatur aliqualis notitia de ſigillis, vel de illis Eccleſiis, quarum ſigilla dicunt ſe habere; non eſt eis credendum, etiamſi mille eſſent talia ſigilla. Arg. extr. de fid. inſtrum. c. *Quod ſuper his*.

Innoc. III Cantuarien. Archiep. „ QUod ſuper his (& inſra) Quæſiviſti quid agere debeas circa cruce ſignatos, qui dicentes ſe ab Apoſtolica ſede redire, ſuper abſolutione ſua, ignota Cardinalium ſigilla reportant, cum eis ſuper impedimentis expoſitis non fuiſſet de levi credendum. Ad quod taliter reſpondemus, quod ſi quandoque talibus litteras indulgemus, illis, qui perſonas, & facultates eorum plenius noverunt, hoc modo ſcribimus, ut ſuper impedimentis expoſitis, (inquiſita diligentius veritate) ſtatuant circa illos, quod animarum ſaluti, & ſuccurſui terræ ſanctæ magis noverint expedire, providentes attentius, ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Unde ſi tales per ſuppreſſionem veritatis, aut falſitatis expreſſionem, litteras non ſolum Cardinalium, ſed & noſtras, nec ſolum dubias, ſed etiam certas conſtiterit impetraſſe, carere volumus impetratis, & eis non obſtantibus ad voti exſecutionem compelli.

Quid, ſi amiſit litteras; numquid eſt recipiendus, ſi probet per teſtes, vel proprio juramento?

Dicas, quod ſi probat per duos teſtes de ordinatione, vel converſatione honeſta poſt ordinationem, & de abſolutione proprii Epiſcopi, quod totum debuit in litteris contineri, recipietur: alias non, etiamſi proprio juramento firmaret. Extr. eod. c. *Tuæ*. Auth. de inſtrum. fide, *§. Si vero*, collect. 6. C. de fid. inſtrum. c. *In exercendis*. *v. ſupra.*

Pone, quod Archidiaconi, Abbates, vel alii inferiores Prælati habentes jus inſtituendi in aliquibus Eccleſiis, inſtituunt Clericos alterius Epiſcopatus; numquid valet hujuſmodi inſtitutio?

Dicas, quod non: immo Epiſcopus diœceſanus poteſt removere taliter inſtitutos, niſi aliquos in eiſdem Eccleſiis duxerit ex diſpenſatione dimittendos. Extr. eod. c. *Te nobis*.

Honor. III. Regin. Epiſc. „ TE nobis proponente didicimus, quod quidam Prælati Eccleſiarum tuæ juriſdictionis, in Eccleſiis ſibi commiſſis ſine ſcientia tua Clericos de alienis Epiſcopatibus inſtituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cum ſit honeſtati contrarium & a ſanctorum Patrum inſtitutionibus alienum (& inſra) Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod tibi licet, eos exinde removere, niſi aliquos ex diſpenſatione in eiſdem Eccleſiis duxeris dimittendos.

TITULUS XXII.

De ætate ordinandorum, & temporibus ordinantium.

REpellitur quis ab ordinatione, & electione propter defectum ætatis. Diſt. 77. cap. *In veteri*, extr. de elect. c. *Dudum*. *v. Indic.*

Ex Conc. Toletano c. 19. „ IN veteri lege ab anno vigeſimo quinto Levitæ tabernaculo ſervire jubentur, cujus auctoritatem in Canonibus & ſancti Patres ſecuti ſunt. Nos Conciliorum & divinæ legis, & præcepti immemores, infantes, & pueros levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ. Ideoque, ne ulterius fiat a nobis, & divina lege, & Canonicis admonemur ſententiis, ut a viginti quinque annis ætatis Levitæ conſecrentur, & a triginta Presbyteri ordinentur.

Circa hoc tamen nota, in quibus ætatibus valeant ordines recipi, a quibus, quando, ubi, & qualiter ſint conferendi

§. I.

In quibus ætatibus valeant ordines recipi.

CIrca ætatem ordinandi diſtingue; quia aut ab infantia traditur quis militiæ Clericali, aut eſt grandævus, qui petit ordinari. In primo caſu, a ſeptimo anno uſque ad duodecimum poteſt recipere omnes minores ordines uſque ad Acolythatum; & a duodecimo anno uſque ad vigeſimum primum, Acolythatum, & Subdiaconatum; ita quod in vigeſimo primo recipiat Subdiaconatum, in vigeſimo ſexto Diaconatum, & in trigeſimo Presbyteratum, poſtea ſi meruerit, Epiſcopatum. Diſt. 77. cap. *In ſingulis*, & c. *Quicumque*.

Zozimus Papa Ad Iſychium. „ IN ſingulis gradibus hæc tempora ſunt obſervanda, ſi ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, ut inter Lectores, & Exorciſtas quinquennio teneatur: exinde Acolythus, vel Subdiaconus quattuordecim annis fiat, & ſic ad benedictionem Diaconatus, ſi meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, ſi inculpate ſe geſſerit, adhærere debebit. Exinde ſuffragantibus ſtipendiis, per tot gradus datis, propriæ fidei documentis presbyteri poterit ſacerdotium promereri, de quo loco (ſi eum exactior ad bonos mores vita perduxerit) ſummum Pontificatum ſperare debebit (& inſra) Defenſores autem Eccleſiæ etiam, qui ex laicis fiunt, ſupradicta obſervatione teneantur, ſi meruerunt eſſe in ordine Clericatus.

Siricius Papa ad Hymerium, Epiſt. 1. c. 9. „ QUicumque itaque ſe voverit obſequiis Eccleſiæ, a ſua infantia ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet miniſterio ſociari. Qui ab acceſſu adoleſcentiæ uſque ad

„ vigeſi-

,, vigeſimum ſuæ ætatis annum, ſi probabiliter ,, vixerit, una tantum, & ea, quam virginem ,, communi per ſacerdotem benedictione perceptit, uxore contentus, Acolythus, & Subdiaconus eſſe debebit, poſteaque ad Diaconii gradum (ſi ſeipſum primitus continentia præeunte dignum probaverit) accedat: ,, ubi ſi ultra quinque annos laudabiliter miniſtraverit, congrue presbyteratum conſequatur. Exinde poſt decennium Epiſcopalem ,, cathedram poterit adipiſci; ſi tamen per hæc ,, tempora integritas ſuæ vitæ, ac fidei ejus ,, fuerit approbata. Qui vero jam ætate grandævus melioris propoſiti converſatione provocatus, ex laico ad ſacram militiam pervenire feſtinat, deſiderii ſui fructum non aliter obtinebit, niſi eo, quo baptizatur, tempore, ſtatim Lectorum, aut Exorciſtarum ,, numero ſocietur: ſi tamen eum unam habuiſſe, vel habere, & hanc virginem accepiſſe conſtet uxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud Acolythus, & Subdiaconus fiat: & ſic ,, ad diaconatum (ſi per hæc tempora dignus ,, judicatus fuerit) provehatur. Exinde jam ,, acceſſu temporum presbyterio, vel Epiſcopatui, ſi eum cleri, ac plebis evocaverit electio, non immerito ſocietur.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum eſt grandævus, qui petit ordinari, per ſeptem annos poteſt recipere omnes ordines hoc modo: in duobus primis annis quattuor minores, in reliquis quinque omnes alios. Diſt. 77. c. *Quicumque*: diſpenſative tamen propter neceſſitatem Eccleſiæ poſſet Laicus grandævus omnes ordines recipere per annum, & dimidium; Monachus vero per annum. Diſt. 77. c. *Monachus*.

v. ſupra.

Gelasius *Papa.*

,, MOnachus vero novitius ſi morum honeſtate fulcitur, continuo Lector, vel ,, Notarius, aut certe Defenſor effectus, poſt ,, tres menſes exſiſtat Acolythus, maxime ſi huic ,, ætas etiam ſuffragatur: ſexto menſe Subdiaconi nomen accipiat, ac, ſi modeſtæ converſationis, honeſtæque voluntatis exſiſtit, nono menſe Diaconus, completoque anno, ſit ,, Presbyter; cui tamen, quod annorum fuerant interſtitia collatura, ſancti propoſiti ,, ſponte ſuſcepta doceatur præſtitiſſe devotio.

Licet autem hujuſmodi ætates, ac temporum interſtitia taliter eſſent obſervanda; plerique tamen Epiſcoporum in turba Clericorum, pluſquam in ſanctitate forſitan gloriantes, pueros promovere ad ſacros ordines non verentur.

Hoc etiam nota, quod hodie tempus in aliquibus eſt arctatum: nam de jure communi poteſt quis ordinari presbyter, ex quo habet viginti quinque annos: quod patet ex eo, quia poteſt eligi talis ad Decanatum, ad regimen Eccleſiæ Parochialis, & ad alia, quæ habent ordinem presbyteralem annexum. Extr. de elect. c. *Cum in cunctis*, *§. Inferiora*.

Alex. III. *In Concilio Lateranen.*

,, INferiora etiam miniſteria, ut puta, Decanatum, & Archidiaconatum, & alia, ,, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec Parœcialis Eccleſiæ regimen, niſi qui jam vigeſimum quintum annum ætatis attigerit, & ſcientia, & ,, moribus commendandus exiſtat. Cum autem aſſumtus fuerit, ſi Archidiaconus in ,, Diaconum, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo a Canonibus tempore in presbyteros ordinari; & ab iſto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & ,, velint, & poſſint illud convenienter implere. Nec proſit eis appellationis refugium, ,, ſi forte in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerint ſe tueri. ,, Hoc ſane non ſolum de promovendis, ſed ,, etiam de his, qui jam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſervari.

Quilibet enim talis Prælatus debet eſſe Preſbyter. Extr. de ætat. & qual. ordinand. c. *Ut Abbates*, & c. *Praterea*.

Ex Conc. *Piſtaviẽ.*

,, UT Abbates, & Decani, & Præpoſiti, ,, qui Presbyteri non ſunt, Presbyteri ,, fiant: qui Archidiaconatus tenent, Diaconi ,, fiant: qui vero Archipresbyteratus, Presbyteri fiant, aut amittant honorem. Quod ſi ,, aliqua juſta cauſſa prohibente, Presbyteri, ,, aut Diaconi eſſe non potuerint, Prælationes ,, amittant.

Alex. III.

,, PRæterea licet ad regimen Parœcialis Eccleſiæ non debeat aliquis, niſi Subdiaconus ſit ad minus, admitti; diſpenſative tamen in minoribus ordinibus conſtituti conſueverunt aſſumi; dum tamen tales ſint, quod ,, intra breve tempus poſſint in Presbyteros ordinari.

In Epiſcopum autem poteſt hodie ordinari, ex quo habet triginta annos. Ext. de elect. c. *Cum in cunctis*. Eſt etiam firmiter tenendum, quod in uno die non conferantur omnes ordines uni, niſi hoc obtineat de conſuetudine Eccleſiæ.

v. Indic.

Item unus ordo ſacer cum minoribus, vel duo ſacri nullo modo conferantur eadem die uni perſonæ. Diſt. 77. c. *In ſingulis*, & c. *Quicumque*, extra, de eo, qui furti ord. ſuſcep. cap. *Cum H. Lator*, de temp. ordin. c. *Litteras*, & c. *Dilectus*

v. ſupra.

Cælest. III.

,, CUm H. Lator præſentium, ſicut nobis ſua ,, quæſtione monſtravit, ad tuam ordinationis cauſſa præſentiam acceſſiſſet, juxta conſuetudinem patriæ ſibi quattuor minores ordines contuliſti: quibus non contentus, Subdiaconatum etiam temerario auſu recepit. ,, Quia vero idem Clericus in hoc facto multum ,, exceſſit; mandamus, quatenus eum in minoribus dumtaxat ordinibus celebrare permittas; ,, ſi vero domum religionis intraverit, & vita, ,, & mores ejus exegerint, Abbas (ſi voluerit) in ,, aliis poterit ordinibus diſpenſare.

Innoc. III *Matinenſi Epiſc. & Magiſtro H. Subdiacono noſtro.*

,, LIcteras veſtras recepimus ſuper inordinata ,, ordinatione Imolenſis electi, quem Bononienſis Epiſcopus præcedenti Sabbatho in ,, Diaconum, & ſequenti die Dominico (continuato jejunio) in Presbyterum ordinavit. ,, In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque ordinem eodem die conferre ,, illi non licuit, pari non licuit ratione unum ,, ordinem uno die, & alium altero (jejunio ,, continuato) conferri: cum propter continuationem jejunii fictione Canonica, ſive ,, mane diei Dominicæ trahatur ad Sabbathum, ,, ſive veſpera Sabbathi ad diem Dominicam referatur; profecto mane cum veſpera, ſeu veſpera cum mane ad eumdem diem pertinere ,, dicetur. Nam ſi quantum ad hunc neceſſitatis articulum pertinet, mane ad unum diem, ,, & veſpera referatur ad alium; cur eſſet continuatio jejunii neceſſaria, cum & Sabbatho ,, ante cœnam, & Dominica ante prandium ,, intelligantur eſſe jejuni? Præfatum itaque ,, Bononienſem Epiſcopum (ut puniatur in quo

,, deliquit)

„ deliquit) a collatione ordinum , Diaconii
„ ſcilicet , & Presbyterii , alterum vero ab
„ exſecutiono officii ſacerdotalis , tamdiu volu-
„ mus manere ſuſpenſos , donec de illis aliter
„ diſponamus .

HONOR. III. *Leon. & Cal. Abbatibus.*

„ DIlectus filius G. Humilienſis Caonicus
„ noſtro dudum Apoſtolatui reſeravit ,
„ quod Humilienſis Eccleſia , ſuo viduata Pa-
„ ſtore , Caonici ipſum unanimitor elegerunt :
„ qui cum eſſet circa ſacros ordines conſtitu-
„ tus , Archiepiſcopus Caſſalen. Metropolita-
„ nus eorum , Epiſcopo Trecen. mandavit , ut
„ cum uno , & eodem die ad tres ſacros ordi-
„ nes promoveret ; quod illo , non auſu pro-
„ prio , ſed ipſius Archiepiſcopi mandato , per-
„ fecit . Cum ergo oobis conſtiterit ſupradictum
„ Epiſcopum io pluribus deliquiſſe ; tum quia
„ ſine mandato Archiepiſcopi (ut ipſe confeſ-
„ ſus exſtitit) ad hujuſmodi ordinationem io-
„ ordinate proceſſit ; tum quia ſi de mandato
„ Archiepiſcopi conſtaret , cum illi hujuſmodi
„ diſpenſatio a Canone minime ſit permiſſa ,
„ ipſi obtemperare non debet in hac par-
„ te ; tum etiam quia reatum perjurii ſæpius
„ variavit , jurando prius , quod Archiepiſco-
„ pus id præceperat , & poſtea , quod illud
„ non mandaverat in judicio confitendo ; ipſum
„ tamdiu ab ordinandi ſuſpendimus poteſtate ,
„ donec noſtram meruerit gratiam obtinere .

Pœna ejus , qui furtive recipit ordines coo-tra formam prædictam , eſt depoſitio . Diſt. 77. c. *Subdiaconus* . Extra , de eo , qui furtive ordin. ſuſcep. c. *Innotuit* .

EX SYNOD. VI. *cap. 15.*

„ SUbdiaconus non minor viginti annorum
„ ordinetur . Si quis vero in aliquo ſacro
„ ordine ſcerdotali præter conſtituta tempo-
„ ra ordinatus fnerit , deponatur .

CÆLESTIN. III.

„ INnotuit nobis , quod G. Clericus , & alii
„ duo de diœceſi tua ad G. quondam Se-
„ gunt. Epiſcopum , ut ordines reciperent ab
„ eo , acceſſerunt . Cumque ab eodem Epiſco-
„ po ſub excommuoicationis ſententia fuiſſet
„ inhibitum , ne quis ſe ad duos ordines ſuſci-
„ piendos ingereret ; prædicti Clerici nihilo-
„ minus Subdiaconatus , & Diaconatus ordi-
„ nem clandeſtine ſuſceperunt (& infra) Con-
„ ſultationi tuæ taliter reſpondemus , quod
„ ordinati io ſuſceptis ordinibus de juris rigo-
„ re miniſtrare non debent ; verum tametſi
„ ad religionem aliquam voluerint ſe transfer-
„ re , & peracta pœnitentia pro arbitrio tuo
„ eis injuncta , ibidem laudabiliter fuerint
„ converſati , proceſſu temporis , cum eis pot-
„ eris de noſtra licentia diſpenſare , ut poſt-
„ modum ſuſceptorum ordinum exſecutione
„ lætentur .

Recipiens autem ordinem ante legitimam ætatem , debet ſuſpendi ab exſecutione illius uſque ad ætatem legitimam in injuriam ordinaotis ; & ordinans debet ſuſpendi a collatione ordinom , & compelli providere taliter ordinato in Eccleſiaſtico beneficio competenti . Extr. de temp. ordin. c. *Vel non eſt* .

HONOR. III. *Epiſc. & Archid. Legio.*

„ VEl non eſt compos ſui Epiſcopus Con-
„ ventren. vel oimia videtur a ſe ſcien-
„ tiam repuliſſe , qui M. puerum latorem præ-
„ ſentium adhuc 13. aonorum contra ſacrorum
„ canoonm inſtituta , inordinate io Diaconum
„ dicitur ordinaſſe , io ludibrium ordiois Cle-
„ ricalis (& infra) Dignitati veſtræ manda-
„ mus , quatenus ſi rem inveneritis ita eſſe , præ-
„ dictom Epiſcopum a collatione ordinum ſu-
„ ſpendentes , ipſum , ut eidem M. quem ab
„ exſecutione officii Diaconi uſque ad ætatem
„ legitimam in injuriam ſuſpendimus ordi-
„ nantis , provideat in Eccleſiaſtico beneficio
„ competenti , per cenſuram Eccleſiaſticam com-
„ pellatis .

Si vero receptis juxta conſuetudinem patriæ ſimul quattuor minoribus ordinibus , Subdiaconatum eadem die aliquis furtive receperit ; poterit permitti miſericorditer in minoribus ordinibus tantum mioiſtrare , & ſi intraverit religionem , & vita , moreſque ejus exegerint , Abbas , ſi voloerit , in aliis poterit ordinibus diſpenſare . Extra , de eo , qui fur. ord. ſuſcep. c. *Cum H. lator* . Cum illo quoque , qui alias *v. pag. 287* ordioem ſacrum , vel non ſacrum furtive ſuſcepit , diſtingue ; quia , aut fuit prohibitus ab Epiſcopo , ſeu alio Prælato ſub interminatione anathematis , aut oon : in primo caſu poterit , coodigna ſatisfactione præmiſſa , cum eo , ut in ſuſceptis ordinibus miniſtret , Epiſcopus diſpenſare . & ſi intraverit religionem , etiam in ſuſcipiendis , poſtquam aliquanto tempore in ea fuerit laudabiliter converſatus : in ſecundo caſu poterit cum tali etiam io ſæculo remanente , poſt condignam ſatisfactionem , tam in ſuſceptis , quam in ſuſcipiendis ordinibus diſpenſare . Extra , de eo , qui furt. ord. ſuſc. c. s. ſeu , *Veniens* .

ALEX. III. *Lingonenſi Epiſc.*

„ VEniens ad nos P. nobis expoſoit ſe fur-
„ tive ordinem Diacooatus ſuſcepiſſe .
„ Unde fraternitati tuæ reſpondemus , quod
„ ſi non fuerit a te , vel ab aliquo Archidiaco-
„ norum , vel Prælatorum tuorum ſub anathe-
„ matis interminatiooe prohibitus ; tu ipſe in
„ promotione ipſius ad ſacerdotale officium
„ condigna ſatisfactione impoſita (niſi alia im-
„ pediant) pro arbitrio tuo diſpenſes . Si ve-
„ ro interminatio anathematis ſuper hoc facta
„ eſt , moneas eum , ut in aliquo monaſterio ,
„ ſeu Canonia habitum ſuſcipiat regularem :
„ cui , ex quo in habitu illo aliquanto tempo-
„ re fuerit laudabiliter converſatus , poteris
„ miſericorditer providere : alioquin nulla ra-
„ tione concedimus eum ad ſacerdotalem ordi-
„ oem promoveri .

Si autem aliquis cootra prohibitionem Epiſcopi factam ſub pœoa excommunicatioois clandeſtine recipit duos ſacros ordines ſimul , non poterit cum eo in exſecutione ordioum , etiam ſi religionem intraverit , vel quod aliquis minores ordines , & ſubdiaconatum , vel duos ſacros ſimul recipiat , niſi de licentia ſummi pontificis diſpenſari . Extr. de eo , qui furt. ordin. ſuſc. c. *Innotuit* , & de temp. ordio. c. *Dilectus* , *v. ſupra.* & require de hoc infra de ſent. excommun. §. *Si quis poteſt* , & infra eodem §. *In ſummo* .

Pœna vero ejus , qui minores ordines cum ſubdiacooatu , vel duos ſacros ſimul , ve contra Canonicam ordinationem ordines contulerit , eſt depoſitio , ſi fecit ex certa ſcientia , niſi forte diſpenſabat in caſu ſibi conceſſo . Diſt. 51. c. *Qui in aliquo* , diſt. 81. c. *Tantis* , diſt. 82. c. ult. *v. pag. 239 & 269.*

Si vero negligenter , quia non examinavit , ut debuit , debet privari poteſtate conferendi *v. pag. 243* talem ordinem . Diſt. 36. c. *Qui Eccleſiaſticis* , Cauſſa 1. q. 1. c. *Si qui Epiſcopi* , extr. de temp. *v. ſupra.* ordin. c. *Litteras* , & c. *Dilectus* .

LEO Papa *ad Epiſc. Africæ.*

„ SI qui Epiſcopi talem conſecraverint ſacer-
„ dotem , qualem non liceat eſſe , etiamſi
„ aliquomodo damnum proprii honoris evaſe-
„ rint ; ordinationis tameo jus ulterius non ha-
„ bebunt :

„ bebunt: nec illi umquam ſacramento intere-
„ unt, quod neglecto divino judicio immerito
„ præſtiterint.

ſ. II.

A quibus ſunt conferendi ordines.

PResbyteri, & omnes inferiores poſſunt, & debent a ſuo Epiſcopo ſolo etiam ſine aliis Epiſcopis ordinsri: conſenſus tamen Clericorum debet adeſſe. Diſt. 67. c. 1. & 2. ſeu, c. *Reliqui*, & c. *Epiſcopus*, diſt. 24. c. *Epiſcopus*.

Anaclet. Ad Epiſc. Italiæ.

„ RElìqui Sacerdotes a proprio ordinentur
„ Epiſcopo, ita ut cives, & alii Sacer-
„ dotes aſſenſum præbeant, & jejunantes ordina-
„ tionem celebrent: ſimiliter & Diaconi ordi-
„ nentur. Ceterorum autem graduum diſtribu-
„ tioni trium veracium teſtimonium, cum Epi-
„ ſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt.

In Hiſp. Concilio 2.

„ EPiſcopus Sacerdotibus, ac miniſtris ſolus
„ honorem dare poteſt: ſolus auferre non
„ poteſt.

In Conc. Carthag. 4. c. 22.

„ EPiſcopus ſine conſilio Clericorum ſuorum
„ Clericos non ordinet, ita ut civium con-
„ niventiam, & teſtimonium quærat.

Item minores ordines poſſunt conferri ab Epiſcopis, qui renunciaverunt loco, & dignitati. Si autem renunciaverint loco tantum, poterunt conferre etiam ſacros, ſi fuerint invitati, niſi ſint prohibiti a Papa, vel ejus legato. Ext. de ord. ab Epiſcopo qui renunc. Epiſc. c. 1. ſeu, *Requiſivit*. Qui tamen a talibus recipiunt abſque licentia Epiſcoporum ſuorum minores ordines, diſpenſative poſſunt deſervire in ipſis ordinibus: nam de jure communi debent deponi, quum non a ſuo Epiſcopo ſe fecerint ordinari. Cauſſa 7. q. 1. *Epiſcopus in diœc.* 9. q. 2. *Epiſcopum*.

v. pag. 282 *v. pag. 284*

Anaclet. Papa.

„ EPiſcopus in Diœceſim alienam ad alienos
„ Clericos ordinandos, vel conſecranda al-
„ taria irruere non debet: quod ſi fecerit, amo-
„ tis his, quos ordinavit, altaris tamen conſe-
„ cratione manente, tranſgreſſor Cannnum uno
„ anno a Miſſarum celebratione ceſſabit.

Circa illum vero, qui recipit a tali ſacros ordines, diſtinguitur utrum ſcienter, vel ignoranter: ſi ſcienter, quia indignum ſe fecit, executionem officii non habebit: ſi ignoranter, poterit (niſi craſſa, & ſupina fuerit ignorantia) diſcretus pontifex diſpenſare, ut ext. de ord. ab Epiſc. qui ren. Epiſc. c. 1. ſeu *Requiſivit*.

v. pag. 282

Item Abbates, & Corepiſcopi poſſunt conferre tres minores ordines, ſcilicet Pſalmiſtatum, Oſtiariatum, & Lectoratum. Diſt. 69. c. 1. ſeu, *Quoniam*.

In VII. Synodo c. 14.

„ QUoniam videmus ſine manus impoſitione
„ a parvula ætate tonſuram Cleri quoſdam
„ accipientes, nondumque ab Epiſcopo manus
„ impoſitione percepta ſuper ambonem irregu-
„ lariter in Collecta legentes, præcipimus a-
„ modo id minime fieri. Idipſum quoque obſer-
„ vandum eſt etiam inter Monachos; Lectoris
„ autem manus *impoſitione licentia eſt unicui-
„ que Abbati in proprio Monaſterio ſolummo-
„ do faciendi, ſi dumtaxat eidem Abbati ma-
„ nus impoſitio facta noſcatur ab Epiſcopo (ſe-
„ cundum morem perficiendorum Abbatum)
„ dum conſtet illum eſſe Presbyterum. Simili
„ etiam modo ſecundum antiquam conſuetudi-
„ nem Corepiſcopos præceptione oportet Epi-
„ ſcopi promovere lectores.

* *al. impoſitionem.*

Item Presbyter conferre poteſt Pſalmiſtatum. Diſt. 23. c. *Pſalmiſta*.

Ex Conc. Carthag. 4. c. 10.

„ PSalmiſta, id eſt, cantor, poteſt abſque
„ licentia Epiſcopi ſola juſſione Presbyte-
„ ri, officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi
„ Presbytero: Vide, ut quod ore cantas, corde
„ credas, & quod corde credis, operibus com-
„ probes.

Quidam tamen non concedunt hoc, & intelligunt capitulum, *Pſalmiſta*, non de ordinis collatione, ſed de executione. Sed hoc nihil ad dictum, quia ſecundum hoc nulla ſpecialitas denotaretur in Pſalmiſtatu, quum nec alios ordines poſſet exſequi ſine licentia ſacerdotis illius Eccleſiæ.

Epiſcopi debent conſecrari ab omnibus Epiſcopis, qui ſunt in provincia, & auctoritate Metropolitani, vel ſi non omnes poſſunt convenire, ad minus a tribus juſſu Archiepiſcopi conſecretur, omnibus aliis per litteras ſuas conſentientibus. Diſt. 64. per totum, ſeu cap. *Epiſcopi*, & cap. *Ordinationes*, & cap. *De adjectione*, & cap. *Comprovinciales*, & cap. *Extra conſcientia*, & cap. *Quia per Epiſcopum*, & cap. *Illud*.

Ex Nicæn. Concilio.

„ EPiſcopi ab omnibus, qui ſunt in Provin-
„ cia ſua, debent ordinari. Si vero hoc dif-
„ ficile fuerit, vel aliqua urgente neceſſitate,
„ vel itineris longitudine, certe tres Epiſcopi
„ debent in unum congregari, ita ut etiam
„ ceterorum, qui abſentes ſunt, conſenſum
„ in litteris teneant, & ita faciant ordina-
„ tionem. Poteſtas ſane, vel confirmatio per-
„ tinebit per ſingulas Provincias ad Metro-
„ politanum Epiſcopum.

Anaclet.

„ ORdinationes Epiſcoporum auctoritate A-
„ poſtolica ab omnibus, qui in eadem
„ Provincia ſunt, Epiſcopis celebrandæ ſunt:
„ quod ſi omnes ſimul minime convenire pot-
„ erunt, aſſenſum tamen præbeant ſuis apici-
„ bus, ut ab ipſa ordinatione animo non deſint.

Ex Conc. Arauſicano 1. c. 21.

„ DE adjectione, & ambitione ejus, quem
„ duo præſumſerint ordinare Epiſcopi in
„ noſtris Provinciis, placuit de præſumtoribus,
„ ut ſicubi contigerit duos Epiſcopos tertium
„ ordinare, & ipſe, & auctores damnabuntur,
„ quo cautius ea, quæ ſunt antiquitus inſtitu-
„ ta, ſerventur.

Anicetus Papa.

„ COmprovinciales Epiſcopi, ſi neceſſe fue-
„ rit, ceteris conſentientibus a tribus Epi-
„ ſcopis juſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſunt.

Innocent. Papa Ad Victricium Epiſ. Rothomag.

„ EXtra conſcientiam Metropolitani Epiſco-
„ pi nullus audeat ordinare Epiſcopum:
„ integrum enim eſt judicium, quod plurimo-
„ rum ſententiis confirmatur. Nec unus Epiſco-
„ pus præſumat ordinare Epiſcopum, ne fur-
„ tivum beneficium præſtitum videatur: hoc
„ enim & Synodus Nicæna conſtituit, atque
„ definivit.

Gelaſius Univerſis Epiſc. per Dardaniã conſtitutis.

„ QUia per ambitiones illicitas non pudet
„ quoſdam Eccleſiarum jura turbare, ac
„ privilegia, quæ Metropolitanis, vel Provin-
„ cialibus Epiſcopis decrevit antiquitas, teme-
„ raria præſumtione pervadere: propter quod et-
„ iam communionis Apoſtolicæ deſiderant diſſi-
„ dium tenere, quo ſcilicet ab ejus auctoritate di-
„ viſi, vel impune proprias uſurpationes exer-
„ ceant, non reſpicientes, quia æterno judici
„ rationem, tam de catholicæ ſinceritatis inju-
„ ria, quam de traditionum præjudiciis paterna-

Oo „ rum

„ rum, non ſine perpetuæ ſint damnationis interitu reddituri, ſi in hac obſtinatione permanſerint; caritatem veſtram duximus inſtruendam, ut vos omnes in commune fratres, ſive per Dardsniam, ſive per unamquamque contiguam Provinciam conſtituti, qui vos ſub Metropolitanis veſtris eſſe meminiſtis, & ab eisdem ſubſtitui ducernentes, ſicut vetus conſuetudo depoſcit, unanimiter ſtatnatis Antiſtites, & viciſſim ſi Metropolitanus humanæ conditionis ſorte deceſſerit, a cõprovincialibus Epiſcopis, ſicut forma tranſmiſit, ſacrari modis omnibus cenſaatis: neque ſibi quemquam, quod vobis antiqua diſpoſitione conceſſum eſt, patiamini vendicare: quatanus & inter ipſas adverſantium vuluntatum procellas, veterum regulas nullatenus cuſtodire ceſſetis: ſicut perſecutionum tempore diverſarum Pattes noſttos conſtanter feciſſe, non dubium eſt.

Ex Conc. Martini Papæ.

„ EPiſcopum oportet maxime quidem ab omni concilio conſtitui: ſed ſi hoc aut pro neceſſitate, aut pro longinquitate itineris difficilu fuerit; ex omnibus tres eligantur, & omnium præſentium, abſentium ſubſcriptiones teneantur, & ſiç poſtea ordinatio fiat. Hujus autem rei poteſtas in omni provincia ad Metropolitanum pertineat Epiſcopum.

Ex Conc. Nicæno 1

„ ILlud generaliter eſt clarum, quod ſi quis præter ſententiam, vel conſcientiam Metropolitani fuerit factus Epiſcopus; hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere.

Credo etiam, licet quidam contradixerint, quod Metropolitanus cum duobus Epiſcopis poterit conſecrare. Arg. contra extra, de temp. ordin. c. *Nec Epiſcopi*.

Ex Conc. Arelat.

„ NEc Epiſcopi ſine Metropolitani permiſſu, nec Metropolitanus ſine tribus, vel duobus Epiſcopis comprovincialibus præſumat Epiſcopum ordinare, ita ut alii Epiſcopi comprovinciales admoneantur epiſtolis, ut ſe ſuo reſponſo ſignificent conſenſiſſe. Quod ſi inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus in ulustione conſentiat.

Dic, quod hæc dictio, *Sine*, ponitur ibi *incluſive*. Hic poſſunt moveri multæ quæſtiones, quas omitto propter prolixitatem vitandam.

Primates, & Metropolitani debent conſecrari a tribus Epiſcopis omnibus aliis ſuffraganeis perſonaliter venientibus ad conſecrationem, niſi eſſent neceſſitate graviſſima impediti; & tunc conſentirent per litteras. *v. ſupra.* Diſt. 64. cap. *Quia*, diſt. 66. c. *Archiepiſcopus*, & c. *Porro*, extra, de temp. ordin. c. *Si Archiepiſcopus*, diſt. 51. cap. *Qui in aliquo*, in fine.

Anaclet. Papa Ad Epiſc. Galliæ.

„ ARchiepiſcupus ab omnibus ſuæ Provinciæ Epiſcopis ordinetur (& infra) Illud autẽ, quod de Archiepiſcopi conſecratione prædictũ eſt, ut omnes ſuffraganei eum ordinent, nullatenus licet immutari: quia ille, qui præeſt, ab omnibus Epiſcopis, quibus præeſt, debet conſtitui: ſin aliter præſumtum fuerit, viribus carere non dubium eſt, quia irrita erit ejus ſecus acta ordinatio.

Anaclet. Ad Epiſc. Italiæ Epiſt. 2.

„ POrro, & Hieroſolymitarum primus Archiepiſcopus Beatus Jacobus, qui juſtus dicebatur, & ſecundum carnem frater Domini nuncupatus eſt, a Petro, Jacobo, & Joanne Apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet ſuis formam dantibus, ut non minus, quam a tribus Epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus, nullatenus Epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur.

Lucius III.

„ SI Archiepiſcopus obierit, & alter fuerit ordinandus; omnes Epiſcopi ejuſdem Provinciæ ad ſedem metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordinetur: reliqui vero comprovinciales Epiſcopi (ſi neceſſe fuerit) ceteris conſentientibus, a tribus juſſu Archiepiſcopi poterunt ordinari; ſed melius eſt, ſi ipſe cum omnibus eum, qui dignus eſt, elegerit, & cuncti pariter Pontificem conſecraverint. *v. pag. 239*

In Conc. Toletano 4. c. 8.

„ QUi in aliquo &c.... Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec Clerus, nec populus proprie civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſivit. Quicumque igitur deinceps ad ordinẽ ſacerdotii poſtulatus, & in his, quæ prædicta ſunt, exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit, & examinatus probabili vita, & doctrina exſtiterit; tunc ſecundum Synodalia, vel decretalia conſtituta, cum omnium Clericorum vel civium voluntate, ab univerſis comprovincialibus Epiſcopis, aut certe a tribus in ſacerdotem die Dominica conſecrabitur, convenientibus ceteris, qui abſentes ſunt, ſuis litteris, & magis auctoritate, vel præſentia ejus, qui vere Metropolitanus Epiſcopus eſt conſtitutus. Epiſcopus autem comprovincialis ibi conſecrandus eſt, ubi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem nonniſi in Civitate Metropoli comprovincialibus ibidem convenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita Canonum, ad ſacerdotii gradum indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit.

Non credo ſit generalis hæc conſuetudo. v. pag. 46.

Licet ita ſit de mero jure; hodie tamen obtinet de conſuetudine, quod nullus Archiepiſcopus, Patriarcha, vel Primas conſecratur niſi a Papa, vel ab aliis de mandato ipſius. Arg. 24. q. 1. c. *Pudenda*.

Papa debet conſecrari ab Epiſcopis Cardinalibus, qui quoad hoc funguntur vice Metropolitani. Diſt. 23. c. *In nomine Domini*, Verſ. *Sed quia Sedes Apoſtolica*.

Nicolaus Papa In Concil. Lateran.

„ IN Nomine Domini &c. Sed quia Sedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur, Eccleſiis, atque ideo ſuper Metropolitanum habere non poteſt, Cardinales Epiſcopi procul dubio, Metropolitani vice funguntur, qui videlicet electum Antiſtitem ad Apoſtolici culminis apicem provehant conſecrandum.

---

§. III.

Quando valeant ordines recipi.

ORdo ſacerdotalis, & omnes inferiores ordines poſſunt conferri tantum in ſex temporibus anni, ſcilicet in Sabbathis jejuniorum quattuor temporum, & in Sabbatho mediæ hebdomadæ Quadrageſimæ, qua cantatur: *Sitientes*, quæ etiam præcedit Dominicam de Paſſione, & in Sabbatho ſancto Paraſceves. Diſt. 75. cap. ult. ſeu, *Ordinationes*. Extra, de temp. ordin. cap. *De eo*.

Ordi

Gelasius *Papa.*

„ ORdinationes Presbyterorum, & Diaconorum niſi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id eſt, quarti menſis jejunio, & ſeptimi, & decimi, ſed etiam quadrageſimalis initii, ac medianæ hebdomadæ etiam Sabbathi jejunio circa veſperas noveritis celebrandas. Nec cujuslibet utilitatis cauſſa ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum his præferre audeant, qui ante ipſos fuerint ordinati.

Alex. III. *Epiſcopo Herforden.*

„ DE eo autem, quod quæſiviſti, an liceat extra jejunia quattuor Temporum aliquos in Oſtiarios, Lectores, Exorciſtas, vel Acolythos, aut etiam Subdiaconos promovere; taliter reſpondemus, quod licitum eſt Epiſcopis Dominicis, & aliis feſtivis diebus unum, aut duos ad minores ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, niſi in quattuor Temporibus, aut Sabbatho ſancto, vel Sabbatho ante Dominicam de Paſſione, nulli Epiſcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

Fallit hoc in duobus caſibus. Unus eſt, quia Papa poteſt conferre etiam ordinem ſubdiaconalem, etiam in diebus Dominicis, vel aliis præcipuis feſtivitatibus. Alius eſt, quia quilibet Epiſcopus poteſt conferre alios ordines minores, unum videlicet, aut duos in diebus Dominicis, aut aliis præcipuis feſtis; ſed ordinem ſubdiaconalem numquam, niſi in ſex temporibus prædictis. Extra, de temp. ordin. c. 1. 2. & 3. ſeu, *Subdiaconos*, c. *Sane*, & c. *De eo*.

v. ſupra. Alex. III *Londonienſi Epiſc.*

„ SUbdiaconos autem nulli, niſi Romano Pontifici liceat diebus dominicis ordinare; quamvis conſecrandi Deo dicatas virgines, & minores ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbatho quidem Pentecoſtes non liceat alicui ſacros ordines celebrare, cum in ſequenti ſeptimana (recepta Spiritus ſancti gratia) celebrentur.

Alex. III. *Epiſc. Herforden.*

„ SAne ſuper eo, quod moris eſſe dixiſti, in Eccleſiis quibuſdam Scotiæ, Angliæ, & Valliæ, in dedicationibus Eccleſiarum, vel altarium extra jejunia quattuor temporum, Clericos ad ſacros ordines promovere; ſignificamus, quod conſuetudo illa (utpote inſtitutioni Eccleſiaſticæ inimica) eſt penitus improbanda: & niſi multitudo, & antiqua conſuetudo terræ eſſet, taliter ordinati non deberent permitti in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: nam apud nos ſic ordinati deponerentur, & ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.

Hic tamen nota veterem querelam Hugotionis, & aliorum. Dixit enim Hugotio, quod omnes ordines ſunt conferendi die Dominica, & dixit, quod veſpera Sabbathi trahitur ad mane diei Dominicæ, ut ſive in veſpera Sabbathi, ſive in mane Dominicæ ordines conferantur, ſemper in Dominica dicantur conferri. Alii dicunt, quibus aſſentio, omnes ordines in Sabbatho conferendos, etiam in mane Dominicæ, continuato jejunio tam ab ordinatore, quam ab ordinando, & ſecundum iſtos, mane diei Dominicæ ſequentis trahitur ad veſperam Sabbathi præcedentem, & ita ſive conferantur in veſpera Sabbathi, ſive in mane diei Dominicæ ſequentis per fictionem Canonicam in Sabbatho conferuntur.

Hanc ultimam opinionem videntur approbare omnia jura, & conſuetudo Eccleſiæ generalis, & Dominus Innocentius. Extr. De temp. ordin. c. *Litteras*. Facit etiam pro iſta quod dicitur de continuatione jejunii. Hic multa, & varia ſolent dici, ſed quia plus ad juris ſubtilitatem, & diſputationem pertinent, quam ad utilitatem, non proſequor. *v. pag. 287*

Ordo vero Epiſcopalis ſecundum omnes poteſt, & debet conferri in die Dominica, hora tertia. Diſt. 75. c. *Ordinationes*. c.

Anaclet. *Papa Epiſc. Italiæ Epiſt. 2.*

„ ORdinationes Epiſcoporum auctoritate Apoſtolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Epiſcopis ſunt celebrandæ. Qui ſimul convenientes, ſcrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus in ſanctis Evangeliis, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, Dominica die, hora tertia orantes, ſacraque unctione, exemplo Prophetarum, & Regum, capita eorum, more Apoſtolorum, & Moyſis ungentes: quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu Sancto, cujus virtus inviſibilis, ſancto chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolemnem celebrent ordinationem.

Nec eſt neceſſaria continuatio jejunii, quum tantum die Dominica conſecretur, & in mane quilibet intelligatur jejunus, & idem in aliis ordinibus, exceptis ſupradictis duobus caſibus.

Item poteſt electus in Epiſcopum die Sabbathi ordinari in Presbyterum, & in ſequenti Dominica conſecrari in Epiſcopum, licet hoc non poſſit fieri de aliis ordinibus: nam qui recipit unum ordinem in Sabbatho, non poteſt alium recipere in Dominica; quia intelligerentur collati eſſe in una die, quod omnino prohibitum eſt; ſecus in caſu præmiſſo, in quo non una, ſed duo dies intelliguntur Sabbathum, & Dominica.

Item debet peti hæc conſecratio infra tres menſes a tempore electionis. Diſt. 50. c. *Poſtquam*, diſt. 75. c. *Quoniam*.

Gregor. *Epiſc. Raven. lib. 2. c. 203.*

„ POſtquam quemquam criminaliter abſcedentem in locum, de quo lapſus eſt, nulla permittit ratio revocari, & ultra tres menſes Eccleſiam vacare Pontifice, ſtatuta ſacrorum canonum non permittunt, ne, cadente paſtore dominicum gregem antiquus (quod abſit) hoſtis inſidiando dilaniet; fraternitas veſtra deprecationi eorum conſentire, & in loco lapſi debet Epiſcopum ordinare.

In Conc. *Chalcedon. c. 25.*

„ QUoniam quidam Metropolitanorum, ſicut ad nos perlatum eſt, negligunt creditos ſibi greges, & differunt ordinationes facere Epiſcoporum; placuit ſanctæ Synodo, intra tres menſes fieri ordinationes Epiſcoporum, niſi forte inexcuſabilis neceſſitas coegerit tempus ordinationis amplius protelari. Si autem quis Epiſcoporum hæc non obſervaverit, ipſum debere Eccleſiaſticæ condemnationi ſubjacere; reditus vero ejuſdem viduatæ Eccleſiæ integros reſervari apud œconomum ejuſdem Eccleſiæ placuit. *Ceterorum vero ordinationes, non niſi in temporibus certis, & diebus, maxime Sacerdotum & Levitarum, fieri debent, veſpera videlicet Sabbathi, vel mane diei Dominicæ continuato jejunio.* Gratian.

Et niſi fecerit, communione privatus exſpectabitur adhuc per duos menſes, infra quos, ſi non purgaverit moram, cedet Metropolitani ſui judicio, nec ibi, nec alibi poſtea conſecrabitur: & hoc niſi fuerit impedimento legitimo impeditus. Diſtinction. 100. cap. *Quoniam*.

Pelagius *Papa.*

„ QUoniam quidam Metropolitanorum fidē ſuam ſecundum priſcam conſuetudinem

„ ſanctæ

Digitized by Google

,, ſanctæ Sedi Apoſtolicæ exponere detrectan-
,, tes, uſum pallii neque expetunt, neque per-
,, cipiunt, ac per hoc Epiſcoporum conſecra-
,, tio viduatis Eccleſiis non ſine periculo pro-
,, telatur; placuit, ut quiſquis Metropolitanus
,, ultra tres menſes conſecrationis ſuæ, ad fi-
,, dem ſuam exponendam, palliumque ſuſci-
,, piendum ad Apoſtolicam Sedem non miſerit,
,, commiſſa ſibi careat dignitate, ſitque Metro-
,, politanis licentia aliis poſt ſecundam, &
,, tertiam commonitionem viduatis Eccleſiis cũ
,, conſilio Romani Pontificis ordinando Epi-
,, ſcopos ſubvenire. Si vero conſecrandi Epi-
,, ſcopi negligentia provenerit, ut ultra tres
,, menſes Eccleſia viduata conſiſtat; commu-
,, nione privetur, quouſque aut loco cedat,
,, aut ſe conſecrandum offerre non differat.
,, Quod ſi ultra quinque menſes per ſuam ne-
,, gligentiam retinuerit viduatam Eccleſiam;
,, neque ibi, neque alibi conſecrationis donum
,, percipiat: immo Metropolitani ſui judicio
,, cedat.

---

§. IV.

Ubi valeant ordines recipi.

PApa, Patriarcha, Primas, Metropolitanus debet conſecrari quilibet in Eccleſia ſua, niſi neceſſitas aliud moveat. Diſt. 23. c. *In nomine Domini*, diſt. 51. c. ult. ſeu, *Qui in ali-*
v.pag.290 & 46. *quo*, cauſſa 24. q. 1. c. *Pudenda*. Extr. de temp. ordin. c. *Si Archiepiſcopus*.

Epiſcopi debent conſecrari, ubi elegerit Me-
v.pag.290 tropolitanus. Diſt. 51. c. ult. ſeu, *Qui in aliquo*, in fine. Et ſi in alia Eccleſia, quam in Metropolitana fuerit conſecratus, & ſine præſentia Metropolitani; debet ſe præſentare Metropolitano ſuo infra tres menſes a tempore conſecrationis. Diſt. 63. c. *Cum longe*.

Ex Conc. *Toletano* 12. c. 6. ,, CUm longe, lateque diffuſo tractu terra-
,, rum commeantium impeditur celeritas
,, nunciorum, quo aut nequeat Regis auribus
,, decedentis præſulis tranſitus innoteſci, aut
,, de ſucceſſore morientis Epiſcopi, libera prin-
,, cipis electio præſtolari; naſcitur ſæpe & no-
,, ſtro ordini de relatione talium difficultas, &
,, regiæ poteſtati, dum conſultum noſtrum pro
,, ſubrogandis Pontificibus ſuſtinet, innumeroſa
,, neceſſitas: unde placuit omnibus Pontifici-
,, bus Hiſpaniæ, atque Galliciæ, ut ſalvo pri-
,, vilegio uniuſcujuſque Provinciæ, licitum ma-
,, neat deinceps Toletano Pontifici, quoſcum-
,, que regalis poteſtas elegerit, & jam dicti To-
,, letani Epiſcopi judicium dignos eſſe proba-
,, verit, in quibuslibet Provinciis, & in præ-
,, cedentium ſedibus, præficere præſules, &
,, decedentibus Epiſcopis eligere ſucceſſores:
,, ſic tamen, ut quiſquis ille fuerit ordinatus,
,, poſt ordinationis ſuæ tempus infra trium
,, menſium ſpatium Metropolitani proprii præ-
,, ſentiam viſurus accedat.

Alii ordines ſacri debent conferri in Eccle-
v.pag.289 ſia Epiſcopali. Arg. diſt. 67. c. 1. ſeu, *Reliqui*. Minores vero ordines poteſt Epiſcopus conferre in quacumque Eccleſia ſui Epiſcopatus. Diſt.
v.pag.292 75. c. *Quando*. Arg. extr. de temp. ordin. cap. 2. ſeu, *Sane*.

Ex Ordine Romano. ,, QUando, & ubi libitum fuerit uſque ad
,, Subdiaconatus officium, ordinantur Cle-
,, rici: Diaconi vero, & Presbyteri numquam,
,, niſi in publica ordinatione.

---

§. V.

Qualiter valeant ordines recipi, ſeu de forma illorum.

DE forma conſecrationis Epiſcoporum, & inferiorum ordinum non proſequor, quia ſcriptam habent Epiſcopi in ordinariis ſuis, & potes invenire de conſecratione Epiſcopi. Diſt. 23. cap. *Qui Epiſcopus*, diſt. 75. c. 1. ſeu, *Ordi-* v.pag. 42. & 291.
nationes, extr. de ſacra unctione, c. *Cum veniſſet*.

,, CUm veniſſet ad Apoſtolicam Sedem ve- Innoc. II.
,, nerabilis frater noſter Bracarenſis Epi-
,, ſcopus, clara nobis inſinuatione monſtravit,
,, quod in conſecratione ſua ſanctam non acce-
,, perat unctionem, quoniam apud vos non con-
,, ſueverunt Pontifices, cum conſecrantur, in-
,, ungi. Nos quod illi defuerat, mandavimus in
,, ipſo ſuppleri, facientes caput ejus, & manus
,, per Albanenſem Epiſcopum (adſiſtentibus ei
,, duobus Epiſcopis ſecundum morem Eccleſia-
,, ſticum) ſacro Chriſmate deliniri (& infra)
,, Scire te volumus duas eſſe ſpecies unctionis:
,, exteriorem, quæ materialis eſt, & viſibilis:
,, & interiorem, quæ ſpiritualis eſt, & inviſi-
,, bilis. Exteriori viſibiliter inungitur corpus,
,, interiori inviſibiliter inungitur cor. De pri-
,, ma Jacobus Apoſtolus ait: *Infirmatur quis in* Jacob. 5.
,, *vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent*
,, *ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini,*
,, *& oratio fidei ſalvabit infirmum*. De ſecunda
,, Joannes Apoſtolus ait: *Vos unctionem, quam* 1. Joan. 2.
,, *accepiſtis ab eo, maneat in vobis, & non neceſ-*
,, *ſe habetis, ut aliquis doceat vos, ſed ſicut un-*
,, *ctio ejus vos docet de omnibus*. Unctio viſibilis
,, & exterior, ſignum eſt interioris & inviſi-
,, bilis unctionis: unctio vero inviſibilis & in-
,, terior non ſolum eſt ſignum, ſed etiam ſa-
,, cramentum; quia ſi digne ſumitur, vel agit,
,, vel auget abſque dubio, quod deſignat. Ad
,, exhibendum autem exteriorem, & viſibilem
,, unctionem benedicitur oleum, quod dicitur
,, Cathecumenorum, vel infirmorum: & con-
,, ficitur Chriſma, quod ex oleo fit, & balſa-
,, mo, myſtica ratione: per oleum enim ni-
,, tor conſcientiæ deſignatur, juxta quod le-
,, gitur: *Prudentes Virgines acceperunt oleum in* Matth. 25.
,, *vaſis ſuis cum lampadibus*. Per balſamum o-
,, dor bonæ famæ exprimitur, propter quod
,, dicitur: *Sicut balſamum aromatizans odorem* Eccleſ. 24.
,, *dedi*. Hoc ergo Chriſmate ungi debet Epi-
,, ſcopus, non tam in corpore, quam in corde;
,, ut & interius nitorem conſcientiæ, quan-
,, tum ad Deum, & exterius habeat odorem
,, bonæ famæ quoad proximum. De nitore con-
,, ſcientiæ dicit Apoſtolus: *Gloria noſtra hæc eſt,* 2. Cor. 1.
,, *teſtimonium conſcientiæ noſtræ*. Nam *omnis glo-* Pſalm. 44.
,, *ria filiæ regis ab intus*. De odore famæ idem
,, Apoſtolus ait: *Chriſti bonus odor ſumus in o-* 2. ad Tit. 3
,, *mni loco, & aliis ſumus odor vitæ in vitam,*
,, *aliis odor mortis in mortem*. Debet enim E-
,, piſcopus bonum habere teſtimonium, & ab
,, his, qui ſunt intus, & ab his, qui ſunt fo-
,, ris, ut cortina cortinam trahat, & qui audit,
,, dicat: Veni. Hoc unguento caput, & manus
,, Epiſcopi conſecrentur. Per caput enim mens
,, intelligitur juxta illud: *Unge caput tuum, &* Matth. 6.

,, *faciem*

Cant. 5. ,, *faciem tuam lava.* Per manus opera intelligun-
,, tur juxta illud: *Manus meæ diſtillaverunt myr-*
,, *rham.* Manus igitur inunguntur oleo pieta-
,, tis, ut Epiſcopus operetur bonum ad omnes,
,, maxime autem ad domeſticos fidei. Caput
,, autem ungitur balſamo caritatis, ut Epiſco-
,, pus diligat Deum ex toto corde, & ex tota
,, anima, & ex tota mente ſua, & proximum
,, ſuum ſicut ſeipſum. Caput inungitur propter
,, auctoritatem & dignitatem, & manus propter
,, miniſterium & officium. Caput enim ungi-
,, tur, ut oſtendatur illius repræſentare perſo-
Pſal.132. ,, nam, de quo dicitur per Prophetam: *Sicut un-*
,, *guentum in capite ejus, quod deſcendit in barbam,*
,, *barbam Aaron.* Caput enim viri Chriſtus, ca
1. Cor.11. ,, put Chriſti Deus, qui de ſe dicit: *Spiritus Do-*
,, *mini ſuper me, eo quod unxit me, evangelizare*
,, *pauperibus miſit me.* Manus Epiſcopi inungun-
,, tur, ut oſtendatur accipere poteſtatem bene-
Luc. 4. ,, dicendi & conſecrandi. Unde cum eas conſe-
,, crator inungit: Conſecrare (inquit) & ſan-
,, ctificare digneris, Domine, manus iſtas, per
,, iſtam unctionem & per benedictionem no-
,, ſtram: ut quæcumque conſecraverint, con-
,, ſecrentur: & quæcumque benedixerint, be-
,, nedicantur in nomine Domini.

,, Unde in Veteri Teſtamento non ſolum un-
,, gebatur Sacerdos, ſed etiam Rex & Prophe-
,, ta: ſicut in libro Regum Dominus præcepit
3. Reg. 19 ,, Heliæ (*Vade, & revertere in domum tuam per*
,, *deſertum in Damaſcum: cumque perveneris illuc,*
,, *unges Hazael in Regem ſuper Syriam: & Jehu*
,, *filium Namſi unges in Regem ſuper Iſrael. Heli-*
,, *ſæum autem filium Saphat, qui eſt de Abel-me-*
Act. 10. ,, *ula, unges Prophetam pro te*) Sed ubi Jeſus
,, Nazarenus (quem unxit Deus Spiritu San-
,, cto, ſicut habetur in Actibus Apoſt.) unctus
,, eſt oleo pietatis præ conſortibus ſuis: qui ſe-
Epheſ. 1. ,, cundum Apoſtolum eſt caput Eccleſiæ, quæ
Coloſſ. 1. ,, eſt corpus ipſius. Principis unctio a capite
,, ad brachium eſt translata, ut Princeps ex-
,, tunc non ungatur in capite, ſed in brachio,
,, ſive humero, vel in armo, in quibus Prin-
,, cipatus congrue deſignatur, juxta illud, quod
Iſaiæ 9. ,, legitur (*Factus eſt Principatus ſuper humerum*
1. Reg. 9. ,, *ejus, &c.*) Ad quod etiam ſignificandum, Sa-
,, muel fecit poni armum ante Saul, cui dede-
,, rat locum in capite ante eos, qui fuerant in-
,, vitati. In capite vero Pontificis ſacramentalis
,, eſt delibutio conſervata, quia perſonam capitis
,, in Pontificali officio repræſentat. Refert autē
,, inter Pontificis & principis unctionem; quia
,, caput Pontificis chriſmate conſecratur, bra-
,, chium vero Principis oleo delinitur: ut oſ-
,, tendatur, quanta ſit differentia inter aucto-
,, ritatem Pontificis, & Principis poteſtatem.

De inferioribus ordinibus require diſt. 23. c. *Presbyter*, & c. *Diaconus*, & c. *Subdiaconus*, & c. *Acolythus*, & c. *Exorciſta*, & c. *Lector*, & c. *Hoſtiarius*, & c. *Pſalmiſta*.

Ex Conc. Carthag. 4. c. 2. ,, PResbyter cum ordinatur, Epiſcopo eum
,, benedicente, & manum ſuper caput ejus
,, tenente, etiam omnes Presbyteri, qui præ-
,, ſentes ſunt, manus ſuas juxta manum Epi-
,, ſcopi ſuper caput illius teneant. Sicut au-
,, tē in die ſuæ ordinationis Sacerdos uno orario
,, utroque humero ambitur; ita tempore con-
,, ſecrationis eodem orario debet uti inſtanter.

Ex Eodem ,, DIaconus dum ordinatur, ſolus Epiſcopus,
,, qui eum benedicit, manum ſuper caput
,, illius ponat: quia non ad Sacerdotium, ſed ad
,, miniſterium conſecratur.

,, SUbdiaconus cum ordinatur, quia manus Ex Eodem c. 5.
,, impoſitionem non accipit, patenam de
,, manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem va-
,, cuum: de manu vero Archidiaconi accipiat
,, urceolum cum aqua manile, & manutergium.

,, AColythus cum ordinatur, ab Epiſcopo Ex Eodem c. 6.
,, quidem doceatur, qualiter in officio ſuo
,, agere debeat; ſed ab Archidiacono accipiat
,, ceroſerarium cum cereo, ut ſciat ſe ad accen-
,, denda Eccleſiæ luminaria mancipari: accipiat
,, & urceolum vacuum ad ſuggerendum vinum
,, in Euchariſtiam Sanguinis Chriſti.

,, EXorciſta cum ordinatur, accipiat de ma- Ex Eodem c. 7.
,, nu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt
,, Exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: *Accipe, &*
,, *commenda memoriæ, & habeto poteſtatem impo-*
,, *nendi manus ſuper energumenum, ſive baptiza-*
,, *tum, ſive catechumenum.*

,, LEctor cum ordinatur, faciat de illo Epi- Ex Eodem c. 8.
,, ſcopus verbum ad plebem, indicans ejus
,, fidem, ac vitam, atque ingenium: poſt hæc
,, ſpectante plebe tradat ei codicem, de quo le-
,, cturus eſt, dicens ad eum: *Accipe, & eſto re-*
,, *lator verbi Dei, habiturus, ſi fideliter & utili-*
,, *ter impleveris officium, partem cum eis, qui Ver-*
,, *bum Dei miniſtraverint.*

,, OStiarius cum ordinatur, poſtquam ab Ar- Ex Eodem c. 9.
,, chidiacono inſtructus fuerit, qualiter in
,, domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem
,, Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claves Ec-
,, cleſiæ de altario, dicens: *Sic age, quaſi reddi-*
,, *turus Deo rationem pro his rebus, quæ his cla-*
,, *vibus recluduntur.*

,, PSalmiſta, id eſt Cantor, poteſt abſque li- Ex Eodem c. 10.
,, centia Epiſcopi, ſola juſſione Presbyteri
,, officium ſuſcipere cantandi, dicente ſibi Preſ-
,, bytero: *Vide, ut quod ore cantas, corde credas,*
,, *& quod corde credis, operibus comprobes.*

---

§. VI.

An teneat ordinatio, ſi aliqua omittantur de forma.

QUid, ſi aliqua omittantur de forma ſtatuta in Canonibus; numquid tenet ordinatio? Videtur, quod non. Nam ſi ordinator Epiſcopus non infundit benedictionem, ſed facit alium dicere, quia ipſe forte non bene videt, non tenet ordinatio. Diſt. 23. c. *Quorumdam.*

,, QUorumdam Clericorum, dum unus ad In Conc. Toletano. 3.
,, Presbyterium, duo ad Levitarum mi-
,, niſterium ſacrarentur, Epiſcopus oculorum
,, dolore detentus, fertur manum ſuam ſuper
,, eos impoſuiſſe tantum, & Presbyterum quem-
,, dam illis contra Eccleſiaſticum ordinem be-
,, nedictionem dediſſe. Sed quia jam ille exami-
,, ni divino relictus, humano judicio accuſari
,, non poteſt; ii, qui ſuperſunt, gradum Sa-
,, cerdotii, vel Levitici ordinis, quem perver-
,, ſe adepti ſunt, amittant.

Item ſi unus, vel duo Epiſcopi conſecrent alium, non tenet conſecratio, niſi ſint tres Epiſcopi. Diſt. 64. c. *Comprovinciales*, diſt. 66. c. *Porro.* v. pag. 190

,, COmprovinciales Epiſcopi, ſi neceſſe fu- Anicetus Papa
,, erit, ceteris conſentientibus, a tribus E-
,, piſcopis juſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſunt.

Et generaliter dicit Canon, quod ſi aliquid eſt omiſſum de his, quæ fieri debuerunt, nihil eſt actum. Diſt. 38. c. *Qua ipſis.*

Quæ

Ex Dictis Auguſtini. „ QUæ ipſia ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad „ diſcendum, id eſt, ſacramentorum liber, „ Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſterium, „ computus, Canones pœnitentiales, Pſal„ teria, Homiliæ, per circulum anni in Domi„ nicis diebus, & ſingulis feſtivitatibus aptæ: „ ex quibus omnibus ſi unum defuerit, ſacer„ dotis nomen vix in eo conſtabit; quia valde „ periculoſæ ſunt Evangelicæ minæ, quibus di*Matth. 15.* „ citur: *Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in* „ *foveam cadant*.

Econtra videtur, quod etiamſi unctio omiſſa fuerit, non viatiatur quod factum eſt; ſed caute ſuppleri debes, quod omiſſum eſt. Ext. de ſac.
v. pag. 292 unctione, c. 1. ſeu, *Cum veniſſet*, circa fin. & de ſacram. non iteran. c. 1. ſeu, *Paſtoralis*.

Innoc. III „ PAſtoralis officii diligentia (& infra) Præ„ terea nos conſulere voluiſti, an permit„ ti debeas miniſtrare, qui ſine impoſitione ma„ nuum fuerit ad ordinem ſubdiaconatus aſſum„ tus: & ſi confirmationis ſacramentum in eo „ debeat iterari, qui per errorem fuit non „ chriſmate, ſed oleo delinitos. Ad quod „ breviter duximus reſpondendum, quod in „ talibus non eſt aliquid iterandum, ſed cau„ te ſupplendum, quod incaute fuerat præ„ termiſſum.

Ad hoc variæ ſunt opiniones; ſed inter alias hanc elige ſutinrem, ut regulariter teneas, quod in hujuſmodi, de quibus non conſtat, quæ ſint de ſubſtantia, vel quæ non, inveniuntur tamen, quæ debent fieri, intelligas omnia eſſe de ſubſtantia, niſi invenias expreſſum in jure, quod non ſint de ſubſtantia; unde ſi aliquid tale, de quo dubitatur, utrum ſit de ſubſtantia, ſive non, fuerit omiſſum; poteſt ordinatio iterari: non enim intelligitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. Diſt. 68. c. *Presbyteri*, de conſecr. diſt. 1. c. *Solemnitates*.

Gregor. III. Ad Bonifacium Epiſc. „ PResbyteri, quos ibidem reperiſti, ſi in„ cogniti fuerint illi, qui ordinant, & du„ bium eſt, eos Epiſcopos fuiſſe, an non; qui „ eos ordinaverunt, ſi bonæ actionis, virique „ catholici ſunt, & ipſi Presbyteri, & in mini„ ſterio Chriſti, omnique ſancta lege edocti, „ ab Epiſcopo ſuo benedictionem Presbyteratus „ ſuſcipiant, & conſecrentur, & ſic miniſterio „ ſacro fungantur.

Felix Papa Omnibus Orthodoxis Epiſt. 1. c. 2. „ SOlemnitates dedicationum Eccleſiarum, E„ piſcoporum, & ſacerdotum per ſingulos „ annos ſolemniter ſunt celebrandæ. De Eccle„ ſiarum conſecrationibus quoties dubitatur, & „ nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exiſtunt, a „ quibus conſecratio ſciatur, abſque ulla dubita„ tione ſcitote eas eſſe conſecrandas; nec talis „ trepidatio facit iterationem: quoniam non „ monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe „ factum.

Si autem fuit omiſſum id, de quo eſt expreſſum, quod non eſt de ſubſtantia, non debet ordinatio, nec conſecratio iterari; ſed quod omiſſum eſt, debet caute ſuppleri ſtatuto tempore ad hujuſmodi ordines conferendos. Extra, de ſacram. iteran. cap. *Presbyter*, & in decretali præal.

Gregor. IX. Archiep. London. „ PResbyter, & Diaconus, cum ordinantur, „ manus impoſitionem tactu corporali (ritu „ ab Apoſtolis introducto) recipiunt: quod ſi „ omiſſum fuerit, non eſt aliquatenus iterandum, „ ſed ſtatuto tempore ad hujuſmodi or„ dines conferendos caute ſupplendum, quod „ per errorem extitit prætermiſſum. Suſpen„ ſio autem manuum debet fieri, cum oratio „ ſuper caput effunditur ordinandi.

Eſt autem expreſſum in jure, quædam non eſſe de ſubſtantia, ſcilicet *Tempus*. Ext. de temp. *v. pag. 291* ordinan. cap. *Sane*, Item *ætatem*, diſt. 77. cap. *v. pag. 288* *Subdiaconus*, & cap. *In veteri*. Item *unctionem*, *v. pag. 186* extra de ſacr. unct. cap. 1. ſeu, *Cum veniſſet*, *ib. 192.* circa fin. & de ſacram. non iter. cap. 1. ſeu, *v. ſupra.* *Paſtoralis*. Item quod ordinandus in Diaconum, vel Presbyterum, recipiat manus impoſitionem Epiſcopi, non tantum manu ſuper caput ſuſpenſa, ſed tactu corporali; & quod a proprio Epiſcopo recipiat ordines, vel quod recipiat ſingulos ordines ſervatis debitis interſtitiis, & non ſimul, non eſt de ſubſtantia. Extra, de ſacram. non iterandis, cap. ultim. ſeu, *Presbyter*, & de temp. ordin. cap. *Quod* *ib. p. 187.* *translationem*, & cap. *Litteras*, & cauſſa 9. q. 2. *v. pag. 185* cap. *Lugdunenſis*.

Innocent. III Presbyt. Cardinal. Apoſt. Sedis Legato. „ QUod translationem Pontificis (& infra) „ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, „ quod cum Clericus Græcus Epiſcopo Latino „ ſubjectus, a Græco Pontifice ordinatur, niſi „ de mandato, vel licentia ſui Epiſcopi fiat, „ interdicenda eſt ei ordinis executio ſic ſu„ ſcepti, tamquam ab alieno Pontifice ſine man„ dato, vel licentia ſui Epiſcopi ordinato. Si „ vero de mandato, vel licentia ſui Præſu„ lis a Græco Pontifice ſecundum morem „ Græcorum fuerit ordinatus, licet culpan„ dus ſit Epiſcopus Latinus, qui Clericos ſuos „ a Græco facit Antiſtite ordinari; quamdiu „ tamen talis mos ab Eccleſia toleratur, im„ pediri non debet ab executione ordinum ta„ liter ſuſceptorum.

Sunt autem alia, de quibus neſcitur, utrum ſint de ſubſtantia, vel non, ut *Miſſa*, & quod ſint jejuni, tam ordinans, quam ordinandus, & ſimilia. Quæ omnia intelligas de ſubſtantia, niſi inveniretur expreſſum contrarium, ut ſupra dictum eſt.

In ſumma nota, quod ordinati ab Epiſcopo alieno ſine licentia proprii Epiſcopi, deben deponi de jure, niſi multitudo, vel alia cauſſa inducat diſpenſationem, vel tolerantiam; immo non recipiunt executionem. Extra, De temp. ordin. c. *Quod translationem*, require ſupra eodem, §. *Presbyteri*.

Similiter debent deponi, qui extra ſtatuta tempora ſacrum ordinem receperunt. Extr. de temp. ordin. c. *Sane*. Poteſt tamen ſuus Epiſcopus cum talibus, primo impoſita eis pœnitentia competenti, ut in ſuſceptis miniſtrent ordinibus, diſpenſare. Extr. de temp. ordin. c. *Conſultationi*.

Gregor. IX. Archiep. Bonon. „ COnſultationi tuæ taliter reſpondemus, „ quod eos, qui extra tempora ſtatuta ſa„ cros ordines receperunt, characterem non eſt „ dubium recepiſſe, quos pro tranſgreſſione „ hujuſmodi (primo eis pœnitentia impoſita „ competenti) ſuſtinere poteris in ſuſceptis „ ordinibus miniſtrare.

Poteſt etiam diſpenſare cum illis, qui ab excommunicato Epiſcopo ordines receperunt ignoranter. Extr. de ord. ab ep. qui renunc. Epiſc. c. 2. ſeu, *Cum Clericis*.

Gregor. XI. „ CUm Clericis, qui ab excommunicato E„ piſcopo ignoranter ordines receperunt, „ per ſuos poterit Epiſcopos diſpenſari.

Item ſi Epiſcopus ordinans non ſuum ſubditum, ponit ſpem in ratihabitione Epiſcopi, cujus ſubditum ordinat, poterit proprius Epiſcopus confirmare quod factum eſt, per ſuam ratihabi-

v. pag. 135 habitionem; alias non. Cauſſa 9. q. 2. c. *Lugdunenſis*, ff. de ſolut. *Si quis offerenti*.

---

§. VII.

Quot ſunt ordines.

ITem nota, quod ſecundum quoſdam, ſunt novem ordines: quinque minores, ſive non ſacri; & quattuor majores, ſive ſacri. Minores ſunt, Pſalmiſtatus, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, & Acolythatus. Majores ſunt, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus.

Alii dicunt ordines eſſe tantum ſeptem: negant enim Pſalmiſtatum, & Epiſcopatum eſſe ordines. Arg. diſt. 77. c. *Illud*, ubi dicitur, quod Oſtiariatus eſt primus ordo.

Cajes Papa Felici Epiſt. „ ILlud nos ſtatuentes, vobis & omnibus ſervare mandamus, ut omnes ad Eccleſiaſticos ordines ſic accedant in Eccleſia, qui ordinari merentur, id eſt, ſi quis Epiſcopus eſſe meretur, ſit primum Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta, inde ſacretur Acolythus; deinde vero Subdiaconus, deinde Diaconus, & poſtea Presbyter; & exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

v. ſupra. v. pag. 32. Primi probant Pſalmiſtatum eſſe ordinem per jura ſatis expreſſa. Diſt. 23. *Pſalmiſta*, diſt. 32. c. *Scriatim*, extra, de ætat. & qualit. ordin. c. *Cum contingat*.

Innoc. III Rothomag. Archiep. „ CUm contingat interdum, quod laici ad Monaſteria convolantes, a ſuis Abbatibus tonſurentur; requiſiti, an Clericatus ordo in tonſura hujuſmodi conferetur? Super quo taliter reſpondemus, quod cum in ſeptima Synodo ſit ſtatutum, ut Lectores per manus impoſitionem licentia ſit unicuique Abbati in proprio Monaſterio ſolummodo faciendi, dummodo ipſis ab Epiſcopo (ſecundum morem præficiendorum Abbatum) manus impoſitio facta noſcatur, & conſtet eum exſiſtere ſacerdotem: per primam tonſuram, juxta formam Eccleſiæ datam, a talibus Clericalis ordo conſertur.

De Epiſcopatu vero probatur diſt. 77. c. 1. *v. ſupra.* Extra, de Presbytero non baptiz. c. *Vmitus*.

Innocent. III. Ferrarien. Epiſt. „ VEniens ad Apoſtolicam ſedem lator præſentium nobis expoſuit, quod cum ad gradum Sacerdotii aſcendiſſet, comperit tandem, quod non fuerit ſecundum formam Evangelii baptizatus; unde nos eum rite fecimus baptizari. Cumque ſuper ordinibus fuiſſet diutius diſputatum, quidam in eam declinaverunt ſententiam, ut cum batiſmus ſit fundamentum omnium ſacramentorum, ante ſuſceptionem baptiſmi non ſuſcipiatur aliud ſacramentum, quoniam ubi fundamentum non eſt, ſuperædificari non poteſt. Porro econtra videri poſſet. Nam cum quis non ſolum per ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti, efficiatur proculdubio membrum Chriſti: & qui Chriſtum habet per fidem, etiamſi baptiſmum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Jeſus; ſuperædificare poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic & qualibet Eccleſiaſtica ſacramenta, cum illud non ſit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus ſacramentis, quod baptiſmus ſit fundamentum illorum, quoniam & ſacramentum Conjugii & Euchariſtiæ a non baptizatis recipi poteſt. Præterea ſacramentum Ordinis non ſolum Pontificalis, ſed Sacerdotalis etiam & Levitici ex inſtitutione ſua præceſſit baptiſmum: per quod forſitan videtur, quod ante baptiſmum hujuſmodi ordines poſſent rite conferri, maxime his, qui baptizati eſſe creduntur. Quia vero in Concilio apud Compendium legitur conſtitutum, quod ſi quis in Presbyterum ordinatus, deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur; Nos circa latorem præſentium in hoc dubitabili caſu, quod tutius eſt ſequentes, mandamus quatenus ipſum per ſingulos ordines uſque ad ſacerdotium promovere procures, & permittes eum in ſacerdotio miniſtrare, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factum: nec male de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemtus, ſed articulus neceſſitatis excludit. Et certe de illo, qui natus de Chriſtianis parentibus, & inter Chriſtianos eſt fideliter converſatus, tam violenter præſumitur, quod fuerit baptizatus, ut hæc præſumtio pro certitudine ſit habenda, donec evidentiſſimis forſitan argumentis contrarium probaretur.

De utroque probatur, diſt. 21. c. *Cleros*. *v. pag. 31.*

B. Iſidor. Lib. 7. Etymol. rap. 2a. „ CLeros ..... Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſerviunt, quorum gradus, & nomine ſunt hæc: Oſtiarius, Pſalmiſta, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus Presbyter, Epiſcopus. Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, id eſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, atque Epiſcopis. Patriarcha, Græca lingua, ſummus Patrum interpretatur, quia primum, id eſt, Apoſtolicum retinet locum; & ideo, quia ſummo honore fungitur, tali nomine cenſetur, ſicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiſcopus Græco dicitur vocabulo, quod ſit ſummus Epiſcoporum: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, quam ceteris Epiſcopis. Metropolitani autem a menſura civitatum vocantur: ſingulis enim provinciis præeminent, quorum auctoritati & doctrinæ ceteri Sacerdotes ſubjecti ſunt, ſine quibus nihil reliquos agere licet Epiſcopos: ſollicitudo enim totius provinciæ ipſis commiſſa eſt. Omnes autem ſuperius deſignati ordines, uno eodemque vocabulo Epiſcopi nominantur; ſed ideo privato nomine quidam utuntur, propter diſtinctionem poteſtatum, quam ſingulariter acceperunt. Patriarcha Patrum princeps: Ἄρχων enim princeps: inde Archiepiſcopus princeps Epiſcoporum, ſicut Metropolitanus a menſura civitatum. Epiſcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur Epiſcopus, ſuperintendat, ſcilicet curam gerens ſubditorum: Σκοπεῖν enim Græce, Latine intendere dicitur. Epiſcopi autem Græce, Latine ſpeculatores interpretantur: nam ſpeculator eſt præpoſitus in Eccleſia dictus, eo quod ſpeculetur, & perſpiciat populorum infra ſe poſitorum mores, & vitam. Pontifex princeps Sacerdotum eſt, quaſi via ſequentium. Ipſe & ſummus Sacerdos, ipſe & Pontifex maximus nuncupatur. Ipſe enim efficit Sacerdotes, atque Levitas: ipſe omnes ordines Eccleſiaſticos diſponit: ipſe, quid unuſ-

quiſ-

Digitized by Google

,, quiſque facere debeat, oſtendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam majorum hæc erat conſuetudo, ut Rex eſſet etiam Sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores, Pontifices dicebantur. Vates a vi mentis appellatus eſt, cujus ſignificatio multiplex eſt: nam modo Sacerdotem, modo Prophetam ſignificat, modo Poetam. Antiſtes Sacerdos dictus eſt, quod anteſtat. Primus eſt enim in ordine Eccleſiæ, & ſupra ſe nullum habet. Sacerdos autem nomen habet compoſitum ex Græco & Latino, quaſi ſacrum dans: ſicut enim Rex a regendo; ita Sacerdos a ſacrificando vocatus eſt: conſecrat enim, & ſacrificat. Sacerdotes autem Gentilium, Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga, deſuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æſtum ferre non poſſent, filo tantum capita religare cœperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. Unde a filo, quo utebantur, Flamines dicti ſunt, quaſi filamines. Verum feſtis diebus filo depoſito pileum imponebant pro Sacerdotii eminentia. Presbyter Græce, Latine ſenior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita ſenectute, ſed etiam propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur: unde & apud veteres, iidem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis eſt, & non ætatis. Ideo autem & Presbyteri Sacerdotes vocantur, quia ſacrum dant, ſicut Epiſcopi; qui licet ſint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chriſmate frontem ſignant, nec paracletum Spiritum dant, quod ſolis deberi Epiſcopis, lectio Actuum Apoſtolorum demonſtrat. Levitæ ex nomine auctoris vocati. De Levi enim Levitæ exorti ſunt, a quibus in templo Dei myſtici Sacramenti miniſteria explebantur. Hi Græce Diaconi, Latine Miniſtri dicuntur: quia ſicut in Sacerdote conſecratio; ita in Diacono miniſterii diſpenſatio habetur. Hypodiaconi Græce, quos nos Subdiaconos dicimus, qui ideo ſic appellantur, quia ſubjacent præceptis, & officiis Levitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Levitis ſuperponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi vocantur. Lectores a legendo, Pſalmiſta a Pſalmis canendis vocati: illi enim prædicant populis, quid ſequantur; iſti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium: licet & quidam Lectores ita miſerabiliter pronuncient, ut quoſdam ad luctum, lamentationemque compellant. Iidem etiam & pronunciatores vocantur, quod porro annuncient. Tanta enim & tam clara eorum vox, ut quamvis longe poſitorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Hujus duo genera dicuntur in arte Muſica, ſicut ea docti homines Latine dicere potuerunt Præcentor, & Succentor. Præcantor ſcilicet, qui vocem præmittit in cantu: Succentor autem, qui ſubſequenter canendo reſpondet. Concentor autem dicitur, qui conſonat: qui autem non conſonat, nec concinit, nec Cantor, nec Concentor erit. Acolythi Græce, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum eſt Evangelium, aut ſacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum Sol eodem tempore rutilet; ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum, ut ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Evangelio legitur: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Exorciſtæ ex Græco in Latinum adjurantes, ſive increpantes vocantur: invocant enim ſuper Catechumenos, vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomen Domini JESU, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Oſtiarii iidem & Janitores, qui in Veteri Teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem Oſtiarii, quod præſint oſtiis templi. Ipſi enim tenentes clavem, omnia intus, extraque cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes judicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles.

Ad c. *Illud*, quod alii inducunt pro ſe, reſpondetur, quod hæc dictio, *Primo*, ibi poſita, non reſpicit præcedentia, ſed ſubſequentia.

Item debent recipi per ordinem, ſecundum quod ſupra numerati ſunt. Diſt. 59. c. *Si officia*, diſt. 77. c. 5. ſeu, *Illud*.

v. ſupra. Zoſimus Papa ad Iſichiũ Salenitan. Epiſc.

,, SI officia ſæcularia principalem locum, non veſtibulum actionis ingreſſis, ſed per ſingulos gradus examinatis temporibus deferunt; quis ille tam arrogans, & tam impudens invenitur, ut in Cæleſtis militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda, ſtatim dux eſſe deſideret, cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam diſcere? Aſſueſcat in Domini caſtris, in lectorum primitus gradu, divini rudimenta ſervitii: nec illi vile ſit Exorciſtam, Acolythum, Subdiaconum, & Diaconum per ordinem fieri, nec hoc ſaltu, ſed ſtatutis majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad presbyterii faſtigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtentur: inde ſummi Pontificis jure locum ſperare debebit. Facit hoc nimia remiſſio Conſacerdotum noſtrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid ſibi dignitatis acquiri. Hinc paſſim numeroſa popularitas etiam his locis, ubi ſolitudo eſt, talium reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet diſtricti ſemper eſſe judicii: rarum eſt enim omne, quod magnum eſt.

Si tamen per ſaltum aliquis promoveatur, id eſt, uno vel pluribus ordinibus prætermiſſis, aliquem ordinem ſuperiorem recipiat, ſicut quidam interdum faciunt, volentes ad ſacerdotium præpropere feſtinare; recipit characterem, niſi aliud impediat; tamen debet deponi, etiamſi non malitia, ſed negligentia aliquem ordinem prætermiſit: ſed ex diſpenſatione Epiſcopi, impoſita ei pœnitentia, pro eo, quod ſic ignoranter, vel negligenter medium ordinem prætermiſit, ad ordinem amiſſum poteſt promoveri, interim a ſuperioris ordinis executione ſuſpenſus. Diſt. 48. c. *Sicut*, verſ. *Ordinate ad ordines aſcendendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum*: & diſt. 5. 2. c. *Sollicitudo*. Ext. de Cler. per ſalt. prom. c. *Tua*.

Ex B. Gregorio Syagrio Epiſc.

Alex. III. Grimaldo Conſtant. Epiſc.

,, SOllicitudo dilectionis tuæ ſtuduit conſulere, utrũ portator iſtarũ litterarum Diaconatus, & Presbyteratus officiũ idoneus ſit

,, per-

,, peragere, necne; cum ad id præpoſtero curſu ſubdiaconatus, ordine poſtpoſito, negligentia potius, quam ſuperbia cognoſcatur aſcendiſſe. Unde nos conſulendo caritati tuæ mandamus, ut ab officio ſacerdotali eum prohibeas, donec proximo quattuor temporum jejunio Subdiaconatus miniſterium ſibi rite imponas; & ſic deinceps ad majora officia eum redire concedas.

Innoc. III Bononien. Epiſc. ,, TUæ litteræ continebant, quod (ſicut ex relatione quorumdam receperas) P. Preſbyter, Diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit ad ſacerdotii ordinem prumoveri: ipſe tibi quoque ſecreto confeſſus eſt, ſe pro certo neſcire, ſi res taliter ſe baberet; ſed ex quo boni viri hoc aſſerebant, inter quos fuerat converſatus, credebat aſſertioni eorum, eo quod tempore, quo ordines inferiores ſuſceperat, intra annos diſcretionis fuerat conſtitutus (& infra) Mandamus, quatenus condignam pœnitentiam pro hujuſmodi negligentia injungas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum, quod factum eſſe neſcitur) ipſum in Diaconum ordinare procures; & ſic de miſericordia eumdem miniſtrare permittas in ordine ſacerdotis.

---

§. VII.

Variæ quæſtiones.

I. SEd numquid laicus, qui nullum habet ordinem, poſſet recipere ordinem ſacerdotalem, omnibus aliis prætermiſſis?

Ad hoc reſpondet Hugotio, quod non, niſi prius habeat ad minus primam tonſuram. Arg. Diſt. 40. c. *Sicut*.

Iſidorus. ,, SIcut viri, & mulieris digna conjunctio unum facit matrimonium, & ſicut duorum copulatio unum perficit corpus; ita Clericatus, & ſacerdotium unum faciunt Presbyterum, & electio, & conſecratio unum faciunt Epiſcopum: quæ omnia unum efficiunt corpus, quod citius corrumpitur, & ad terram trabitur, niſi legaliter conſervetur, niſi juſte vivendo laudetur.

Alii contrarium dicunt, dummodo ſit baptizatus. Require ſupra de prudentia ordin. §. *Sed numquid laicus*.

II. Quid, ſi Clericus prætermiſſo ſacerdotali ordine, conſecretur in Epiſcopum?

Ad hoc dicunt fere omnes Doctores, quod nullomodo poteſt eſſe Epiſcopus, niſi ſit ſacerdos: quod videtur etiam ſentire Innocentius, ext. de exceſſ. prælat. c. *Ex litteris* in fine; & ſecundum hoc caſus iſte eſt ſpecialis, quia ordo ſacerdotalis eſt quaſi fundamentum ſubſtantiale ordinis Epiſcopalis. *a.pag.154*

III. Sed quid, ſi aliquis promoveretur in Epiſcopum prætermiſſo aliquo ordine alio a ſacerdotali, & poſtea ordinaret aliquos; numquid conferret ordinem?

Poteſt dici, quod ſic, & ita ſentiunt fere omnes, excepto illo ordine, quem non accepit, quem quia non habet, dare non poteſt. Cauſſa 1. quæſt. 1. c. *Gratia*, & quæſt. 7. c. *Daibertum*. *v.pag. 37.*

Leo Papa. ,, GRatia ſi non gratis datur, vel accipitur, gratia non eſt. Simoniaci autem non gratis accipiunt: gratiam igitur, quæ maxime in Eccleſiaſticis ordinibus operatur, non accipiunt: ſi autem non accipiunt, non habeot: ſi autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare poſſunt. Quid ergo dant? profecto quod babent. Quid autem habent? ſpiritum utique mendacii. Quomodo hoc probamus? quia ſi ſpiritus veritatis (teſtante ipſa veritate, de qua procedit) gratis accipitur; proculdubio ſpiritus mendacii eſſe convincitur, qui non gratis accipitur.

Quid de illis, qui nullum habentes ordinem, exercent divinum officium, vel aliquem ordinem habentes exercent officium alterius ordinis, quem non habent?

Solutio. Primi, ſi fuerint contumaces, debent excommunicari. Secundi ſunt deponendi, vel perpetuo ſuſpendendi ab illo Eccleſiaſtico ordine, quem habebant, niſi poſtquam juxta proviſionem Epiſcopi biennio, vel triennio ſuſpenſi fuerint, miſericorditer tolerentur; numquam tamen poterunt ulterius promoveri. Probantur hæc extr. de Cleric. non ordin. miniſt. cap. 1. & 2. ſeu, *Si quis baptizaverit*, & cap. *Ex litteris*.

,, SI quis baptizaverit, aut aliquod divinum officium exercuerit, non ordinatus; propter temeritatem abjiciatur de Eccleſia, & numquam ordinetur. *Hormiſda Papa.*

,, EX litteris tuæ fraternitatis innotuit nobis, quod I. Diaconus, cum non impoſuiſſes ei manum, Miſſarum celebrationem uſurpare præſumſit (& infra) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ad ſacerdotis officium non poterit promoveri: a Diaconatu quoque biennio, vel triennio pro tua maneat proviſione ſuſpenſus. De beneficio autem miſericorditer agatur cum eo, ne ſuſtentatione privatus, ad ſæculi negotia revertatur. Ut autem ſecurius ei poſſis hanc miſericordiam facere de agenda pœnitentia, diligentem circa eum curam non deſinas exhibere: ſalubrius autem ſibi abſque dubio providebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum. *Urbanus III. Legion. Epiſc.*

Et arg. 11. q. 3. c. *Privilegium*, Cauſſa 25. q. 2. c. *Sic decet*.

,, PRivilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. *Gregor. In regiſt.*

,, SIc decet fidem ſanctorum Patrum in Eccleſia ſervari catbolica, ut quod habuit, amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, aſſumſerit. *Sylver. Papa Virgilio Epiſc. Epiſt. 2.*

De beneficio autem ſimplici, quod curam non habet animarum, miſericorditer agatur cum eo, qui jam eſt in ſacris ordinibus conſtitutus, ne ſuſtentatione privatus ad ſæcularia negotia revertatur: ut autem hoc ſecurius poſſit fieri de agenda pœnitentia, diligens circa eum eſt adhibenda cautela; ſalubrius tamen ſibi provideret, ſi ſe ad regularem vitam transferret, ut extr. de Cler. non ordin. miniſt. c. 1. ſeu, *Ex litteris*.

v. ſupra. Poſtillator. *Hoc intelligo de his, qui mentiuntur ſe promotos ad ordines, ad quos revera non ſunt promoti, qui tamquam ſchiſmatici ingerunt ſe officio ordinis, quem non babent, ſicut rex Ozias uſurpavit ſibi officium ſacerdotis. Nec credo iſtum rigorem extendendum eſſe ad Clericos minorum ordinum, qui in Miſſis novis miniſtrant in officio Subdiaconatus, cauſſa cujuſdam gaudii, & ſolemnitatis faciendæ, non mentientes de ordinibus ſuis; cum omnes aſſiſtentes fere ſciant veritatem, tales tamen gravi-*

ter peccant talia attendendo, etiam ſine malitia.

Sed quid de illis Clericis ſacerdotum in minoribus ordinibus conſtitutis, qui in Miſſa legunt Epiſtolam; numquid fiunt irregulares, & peccant?

℟. *Credo, quod non, ex quo ſine ſolemnitate hoc faciunt, cum conceſſum ſit Presbyteris parochialibus habere ſecum Clericos, qui cum eis cantent, & Lectiones, & Epiſtolas legant. Extr. de vit. & honeſt. Cleric. c.* Ut quiſque.

Ex Conc. *Maticen.*
,, UT quiſque Presbyter, qui plebem regit,
,, Clericum habeat, qui ſecum cantet, &
,, Epiſtolam, & Lectionem legat, & qui poſſit
,, ſcholas tenere, & admonere ſuos Parochia-
,, nos, ut filios ſuos ad fidem diſcendam mittant
,, ad Eccleſiam, quos ipſe cum omni caſtitate
,, erudiat.

Quod intelligitur de Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis: ſi tamen præſens ſit Subdiaconus, potius debet legere Epiſtolam, quam Acolythus, vel Pſalmiſta. Si tamen tunc Acolythus eam legat bona intentione, & abſque præſumtione ſuperbiæ; aut modicum, aut in nullo peccabit, maxime ubi eſt conſuetudo talis, vel jus ignorat.

---

§. VIII.

Numquid Epiſcopus poteſt compellere Clericos ad ordines ſuſcipiendos?

VIdetur quod non, quia dicit Gregorius Diſt. 74. cap. 2. Nemo creſcere compellatur invitus, & Epiſcopus invitum ordinans debet annali pœnitentiæ ſubjacere. Diſt. 74. cap. 1. ſeu, *Epiſcopus*.

Concil. *Aurelian.* 3. c. 7.
,, EPiſcopus, qui invitum, aut reclamantem
,, ordinare præſumſerit, annali pœniten-
,, tiæ ſubditus Miſſas facere non præſumat.

Solutio. Quidquid ſuper hoc notatum ſit a diverſis, hæc diſtinctio eſt diligenter tenenda. Quia aliquando vult Epiſcopus cogere Clericum ad recipiendum ordinem annexum beneficio, vel dignitati, quam habet; aliquando ad recipiendum alium. In primo caſu, videlicet quum electum in Archidiaconum vult cogere, ut fiat Diaconus, vel electum in Decanum, Archipresbyterum, Abbatem, Præpoſitum, ut fiat Presbyter, poteſt per ſubtractionem illius dignitatis, vel beneficii, etiam appellatione remota. Diſt. 60. c. *Innovamus*, extr. de elect. cap.
v. pag. 290 & 46. *Cum in cunctis*, verſ. *Si canones non obſiſtant*, de ætat. & qual. ordinan. c. 1. ſeu, *Ut abbates*.

Innoc. II. *In Concil. Romano* c. 10.
,, INnovamus autem, & præcipimus, ut nul-
,, lus in Archidiaconum, vel Decanum, ni-
,, ſi Diaconus, vel Presbyter ordinetur: Archi-
,, diaconi vero, vel Decani, vel Præpoſiti, qui
,, infra ordines prænominatos exſiſtunt, ſi ino-
,, bedientes ordinari contemſerint, honore ſu-
,, ſcepto priventur. Prohibemus autem, ne ado-
,, leſcentibus, vel infra ſacros ordines conſti-
,, tutis, ſed qui prudentia, & merito vitæ cla-
,, reſcunt, prædicti concedantur honores.

Fallit tamen hoc in uno caſu, ſcilicet quum ſine culpa ſua poſt electionem, & confirmationem, dum tamen ante ordinationem, facta eſt irregularis. Extr. de elect. c. *Cum in cunctis*,
v. pag. 290 verſ. *Si Canones non obſiſtant*.

Quidam tamen non admittunt hunc caſum per decretal. extr. de ætat. & qual. ordin. cap. 1. *Ut abbates* in fine, ſed illa intelligitur, quum culpa ſua contraxit impedimentum. *v. ſupra.*

In ſecundo caſu, ſcilicet quum vult eum cogere ad ſuſcipiendum ordinem non annexum beneficio, vel dignitati, ſubdiſtingue: quia aut neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ exigit, aliquos promoveri ad ordinem illum, aut non. In primo caſu iterum ſubdiſtingue: quia aut ille Clericus excuſat ſe ratione criminis, quod ſe dicit commiſiſſe, aut ſola voluntate. Si quidem excuſat ſe ratione criminis, debet Epiſcopus promovere inferiores idoneos ad ordinem illum, & ipſum contradicentem removere a beneficio, quod obtinet in Eccleſia, niſi alias ſit valde utilis, & neceſſarius Eccleſiæ. Extr. de ætat. & qual. ord. c. *Quæris*.

,, QUæris a nobis, quid agendum ſit de Cle- Alex. III.
,, ricis tuæ juriſdictioni commiſſis, qui cum
,, beneficiis Eccleſiaſticis multis abundent, a te
,, commoniti nolunt ad majores ordines promo-
,, veri, ſed tale quid ſecreto commiſiſſe dicen-
,, tes, quod eos ſalva conſcientia ordinari non
,, ſinit. Cum igitur ſuper hoc caſu videantur
,, ſacri canones diſcordare (cum quidam dicant
,, eos minime compellendos, alii vero contra-
,, rium aſſeverent) omnis contrarietatis vincu-
,, lum præſenti pagina enodamus, ſtatuentes,
,, ut ſi prædicti Clerici perceptione majorum
,, ordinum propter occulta ſua peccata ſe in-
,, dignos eſſe fatentur, inferiores in Eccleſia,
,, quorum ſit vita probabilis, præferantur eiſ-
,, dem. Et niſi forte illi, qui ordinari pro jam
,, dicta cauſſa recuſant, in aliis Eccleſiæ ſervi-
,, tiis valde utiles fuerint, auferantur eis bene-
,, ficia, & aliis canonice conferantur. Quod ſi
,, pro ſola voluntate renuerint ordinari, & ſua-
,, ſerit utilitas Eccleſiæ aut neceſſitas; ipſos (dum-
,, modo idonei ſint) ad majores ordines reci-
,, piendos, per amiſſionem locorum, & bene-
,, ficiorum ſubtractionem appellatione ceſſante
,, compellas.

Et ita poteſt intelligi diſt. 74. c. *Conſuluit*.

Gelasius *Victori Epiſc.*
,, COnſuluit dilectio tua de ſuorum promo-
,, tione Clericorum, perhibens, quod Dia-
,, coni ad Presbyterii gradum (quo Eccleſiam
,, tuam memoras indigere) venire detrectant.
,, Quapropter quia invitos fieri Eccleſiaſtica mo-
,, deratio, gravitaſque non patitur, ut ex no-
,, lentibus fiant volentes; ordinatio illa pot-
,, eſt perficere, ſi quos habes vel in Acolythis,
,, vel Subdiaconis maturiores ætate, & quorum
,, ſit vita probabilis, hos in Presbyteratum ſtu-
,, deas promovere, ut qui in ſuis ordinibus pro-
,, ficere noluerint, reddantur ſuis inferioribus
,, poſt minores, ipſaque commoda Presbyteri
,, propenſius, quam Diaconi conſequantur, ut
,, hac ſaltem ratione conſtricti & honorem,
,, quem refugerant, appetere nitantur, & quæ-
,, ſtum.

Si vero excuſet ſe Clericus ratione alterius impedimenti, puta propter infirmitatem, vel propter aliquod impedimentum temporale, vel perpetuum, non proveniens ex delicto ſuo; non eſt cogendus: & ſi cogeretur, eſſet ejus appellatio admittenda, ſicut dicitur in tutore, cujus excuſatio non admittitur, ff. quando appellandum ſit, §. *Si quis tutor*. Si autem ſola voluntate ſe excuſet, nullam aliã cauſſam prætendens, niſi quia non vult, debet compelli appellatione remota per ſubtractionem officii, & beneficii. Diſt. 74. c. 3.

c. 3. & 4. ſeu, c. *Si qui Clerici*, & c. *Placuit.* v. ſupra. extr. de ætat. & qual. c. *Quæris*.

In Conc. Carthag. c. 31. „ SI qui Clerici ab Epiſcopis ſuis promoveri contemſerint, nec illic maneant, unde recedere noluerunt.

Ibidem. „ PLacuit, ut quicumque Clerici, vel Diaconi pro neceſſitatibus Eccleſiaſticarum rerum non obtemperaverint Epiſcopis ſuis volentibus eos ad honorem ampliorem in Eccleſia ſua promovere, nec illic miniſtrent in ſuo gradu, unde noluerunt recedere.

Ubi vero non exigit neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ, non debet eum cogere invitum: & ſi faciat, puniendus eſt. Diſt. 74. c. 1. & 2. ſeu, v. ſupra. *Epiſcopus*, & c. *Geſta*, & cap. *Ubi iſta*.

Gregor. in Regiſt. natali Epiſc. lib. 1. Epiſt. 19. „ GEſta, quæ nobis in Concilii veſtri confecta ſecretario direxiſtis, in quibus Archidiaconus Honoratus addicitur, plena eſſe cognovimus ſemine jurgiorum: cum uno eodemque tempore una perſona nolens ad ſacerdotii ordinem provehitur, quæ tamquam immerita a Diaconatus officio removetur: & ſicut juſtum eſt, ut nemo creſcere compellatur invitus; ita cenſendum puto nec quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio dejiciatur injuſte.

Ex Decreto Simplicii Papæ Joannis Archiep. Ravennat. Epiſt. 2. „ UBi iſta didiciſti, quæ in Coepiſcopum, & fratrem noſtrum Gregorium non dilectione, ſed invidia perpetraſti, quem inexcuſabili violentia pertrahi a te paſſus es, atque vexari, ut ei tantum honorem, non per animi tranquilitatem ſed per amentiam, ſicut dicendum eſt, irrogares? neque enim talia potuiſſent fieri ſanitate conſilii. Noluimus exagerare quod geſtum eſt, ne cogamur judicare, quod dignum eſt. Nam qui privilegium dignitatis meretur amittere, permiſſa ſibi abutitur poteſtate (& infra) Denunciamus autem, quod ſi poſthac quidquam tale præſumſeris, & aliquem, ſeu Epiſcopum, ſeu Presbyterum, ſeu Diaconum invitum facere forte credideris, ordinationes tibi Ravennatis Eccleſiæ, vel Emilienſis noveris auferendas.

Dicitur autem non exigere utilitas Eccleſiæ, quando Eccleſia non indiget aliquibus miniſtris, & ſunt in Eccleſia alii idonei præter iſtum, quem Epiſcopus vult compellere: neceſſitas, quando Eccleſia indiget miniſtris, & nullus alius eſt idoneus præter iſtum, quem vult compellere. Quidam tamen aliter diſtinguunt; ſed teneas, quod dixi.

Circa hanc diſtinctionem quæritur utrum recipiat characterem, qui coactus ordinatur.

Ad hoc dicas, quod ſic, ſi coactio eſt conv. ſupra. ditionalis. Arg. diſt. 74. c. *Ubi iſta*, diſt. 45. c. v. pag. 24. *De judæis*, Cauſſa 1. q. 1. cap. *Quod quidam*. Nam v. infra. in tali caſu eſt ibi voluntas ſaltem indirecta, de v. pag. 86. qua dicit Auguſtinus: *Voluit facere, quia voluit vivere*, cauſſa 15. q. 1. c. *Merita*. Sed ſi fuit abſoluta coactio, nullum recipit ordinem, ſicut nec in tali caſu reciperet baptiſmum, extr. de v. pag. 43. bapt. & ejus eff. c. *Majores* circa fin. & diſt. 50. c. *Presbyteros*, §. *Qui autem*.

Ex Conc. Ancyrano c. 1. „ PResbyteros... Qui autem fugientes comprehenſi ſunt, vel e domeſticis traditi, vel adeptis facultatibus ſuſtinuere tormenta, aut in cuſtodia retruſi proclamaverunt, ſe Chriſtianos eſſe, & conſque adſtricti ſunt, ut manus eorum comprehendentes, violenter attraherent, & funeſtis ſacrificiis admoverent, aut aliquid polluti cibi per neceſſitatem ſumere cogerentur, confitentes jugiter ſe Chriſtianos eſſe, & luctum rei, quæ contigit, inceſſabiliter oſtendentes, omni dejectione, & habitu, & humilitate vitæ fidem confitentes; hos, velut extra delictum conſtitutos, a communionis gratia non prohiberi decernimus: ſi vero prohibiti ſunt ab aliquibus propter cautelam ampliorem, vel propter quorumdam ignorantiam, ſtatim recipiantur. Hoc autem ſimiliter de Clericis, & de Laicis ceteris obſervare convenit. Perquiſitum eſt autem & illud, ſi poſſunt etiam Laici, qui in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad Clericatus ordinem promoveri. Placuit ergo & hos, tamquam qui nihil peccaverunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium provehi....

Sed numquid tenetur continere qui recipit ſacrum ordinem conditionali coactione?

Videtur quod ſic, ne ordo, vel religio contemnatur. Diſt. 45. c. *De Judæis* in fin. Item v. pag. 24. quia voluntas coacta, voluntas eſt. 15. q. 1. c. v. pag. 85. *Merita*. Et videtur hoc maxime ſecundum illos, qui dicunt, quod votum eſt annexum ordini ſacro. Arg. diſt. 28. c. *Diaconi*, diſt. 84. c. *Cum in præterito*. v. Indic.

„ DIaconi quicumque, cum ordinantur, ſi in ipſa ordinatione proteſtati ſunt, dicentes, ſe velle habere uxores, nec poſſe ſe continere; hi, ſi poſtea ad nuptias pervenerint, maneant in miniſterio, propterea quod his Epiſcopus licentiam dederit. Quicumque ſane tacuerunt, & ſuſceperunt manus impoſitionem, profeſſi continentiam, ſi poſtea ad nuptias pervenerint, a miniſterio ceſſare debebunt. Ex Synod. Ancyrana c. 10.

Ad hoc dicunt quidam, quod talis tenetur continere: nam licet non debuerit cogi ad ordinem ſuſcipiendum, ſuſceptum tamen etiam per coactionem tenetur ſervare per illud cap. *De Judæis*.

Joannes vero dicit, ipſum non teneri, ſi metus, vel coactio fuit talis, quæ poſſet cadere in conſtantem virum; alias ſic. Extra, quod me- v. pag. 63. tus cauſſa, c. *Perlatum*, & c. *Cum dilectus*, in fine. v. pag. 63.

Item quia integritas corporis res eſt voti, non præcepti. Cauſſa 32. quæſt. 1. cap. *Integri-* v. pag. 75. *tas*; & continentia non debetur, niſi voluntaria. Diſt. 31. cap. *Ante triennium*, Cauſſa 20. v. pag. 72. quæſt. 3. c. *Præſens*. v. pag. 61.

Pone ergo, quod non tenetur continere, quia fuit talis metus, qui potuit cadere in virum conſtantem; numquid utetur privilegio Clericali?

Videtur quod ſic, ſi alias vult vivere clericaliter. Arg. diſt. 32. cap. *Si qui vero*. Et verum v. pag. 71. credo, niſi penitus tranſiret ad contrarium actum. Diſt. 84. c. *Quiſquis*. Vel alias dicas, quod ſi v. pag. 32. prius habebat uxorem legitimam, poterit illa uti ſine peccato: & ita intelligas ſolutionem præcedentis quæſtionis; ſi tamen ipſa vellet continere, & ipſe nollet, non haberet privilegium: alias ſi ipſa nollet, & ipſe vellet, quantum in ſe eſſet, haberet privilegium, ſi alias viveret clericaliter, ut dictum eſt ſupra. Arg. cauſſa 27. q. 2. c. *Multorum*. Si vero ante non v. pag. 73. habebat uxorem legitimam, tenetur præciſe continere. Arg. illius cap. *De Judæis*.

Quid, ſi Clericus vult promoveri, prælatus ejus non vult, quia forte ſcit in ſecreto illum commiſiſſe grave peccatum, & propter aliquam ſimilem cauſſam?

Dicas, quod ſi eſt Clericus ſæcularis, admoneri poteſt in ſecreto, ut abſtineat; alias ſi ille inſtiterit, debet eum Epiſcopus ordinare. De conſec. diſt. 2. *Non prohibeat*. Et eſt expreſſum, extr. de temp. ordin. c. *Ex tenore*.

v.pag. 93.

ALEXAND. III.

„ EX tenore litterarum tuarum accepimus, quod N. Clericus adeo deliquit, quod ſi peccatum ejus eſſet publicum, degradaretur ab ordine, quem ſuſcepit, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipſum fore occultum dixiſti, mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, & ſuadeas ut parte pœnitentiæ peracte, ordine ſuſcepto utatur: quo contentus exſiſtens, ad ſuperiores amplius non aſcendat. Verumtamen quia peccatum occultum eſt, ſi promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

Si vero eſt regularis, non debet ordinari contra voluntatem Prælati ſui: non enim in ſublimitate graduum, ſed in amplitudine caritatis acquiritur regnum Dei. Extr. de temp. ordin. c. *Ad aures*. Ratio diverſitatis eſt, quia regulares ſunt fortius adſtricti ſuis Prælatis, quam ſæculares. Cauſſa 12. q. 1. c. *Non dicatis*. Vel aliter, ſi habet Clericus jus petendi ordinem, forte ratione beneficii, cui eſt ordo annexus, non poteſt Epiſcopus eum prohibere, quamvis ſciat illum commiſiſſe peccatum occultum; & ita poteſt intelligi illa, *Ex tenore*. Si vero non habet jus petendi, non tenetur Epiſcopus eum ordinare; & ita intelligas illam, *Ad aures*.

v.pag. 93. v.pag. 220

Pone, quod Epiſcopus vult aliquem compellere ad ordinem ſuſcipiendum propter odium, & bene exigit utilitas Eccleſiæ, vel iſtum, vel alium ordinari; numquid tenetur iſte recipere ordinem?

Non videtur, quia Epiſcopus non poteſt illi taliter præcipere, vel propter odium, vel etiam cauſſam inhoneſtam; & ſi compelleret eum, videretur, quod deberet deponi, licet utile eſſet illum ordinari. Arg. diſt. 45. c. 1. ſeu, *Quid autem*, & c. *Epiſcopum*, extr. de ætat. & qual. ordin. c. *Tuam*.

v.pag. 257 Ibidem. v.pag. 5.

Credo tamen contra, quod licet Epiſcopus peccet ſic præcipiendo, iſte tamen debet obedire, ex quo non eſt malum, quod præcipitur ei, immo juſtum, & utile Eccleſiæ. Arg. cauſſa 11. q. 3. c. *Quid ergo*, cauſſa 23. q. 1. c. *Quid culpatur*, in fin. cauſſa 33. q. 5. c. *Manifeſtum*.

v.pag. 202 v.pag. 34. v.pag. 64.

TITULUS XXIII.

De Impedimento ſexus.

POſtquam circa tractatum Ordinum aliquantulam fecimus digreſſionem, redeuntes ad propoſitum, de impedimento ſexus pauca ſubjiciamus; unde

Notandum, quod femina non poteſt recipere characterem alicujus ordinis Clericalis. Ambroſius ſuper illum locum Apoſtoli in 1. Epiſtole ad Timoth. *Mulieres ſimiliter oportet eſſe pudicas*, ait occaſione illorum verborum: Cathafrigæ dicunt, diaconiſſam debere ordinari: quod eſt veritati contrarium, quia mulieres characterem non recipiunt, impediente ſexu, & conſtitutione Eccleſiæ. Unde nec poſſunt prædicare etiam Abbatiſſæ, nec benedicere, nec excommunicare, nec abſolvere, nec pœnitentias dare, nec judicare, nec officium aliquorum ordinum exercere, quantumcumque ſint doctæ, ſanctæ, vel religioſæ. Diſt. 23. cap. *Mulier*, & cap. *Sacratas*, cauſſe 33. quæſt. 5. cap. *Mulierem*, extr. de ſent. excommun. cap. *De monialibus*.

Ambroſ. in Hexamer. Tractatu diei quartæ. v.pag. 227

IN CONC. *Carthag.* 4.

„ MUlier quamvis docta & ſancta viros in conventu docere non præſumat; laicus autem præſentibus Clericis, niſi ipſis rogantibus docere non audeat.

SOCAR. *Papa Omnibus Epiſc. Italiæ Epiſt.* 2.

„ SAcratas Deo feminas, vel Monachas ſacra vaſa, vel ſacratas pallas penes vos contingere, & incenſum circa altaria deferre perlatum eſt ad Apoſtolicam Sedem, quæ omnia reprehenſione plena eſſe, & vituperatione, nulli recte ſapientum dubium eſt. Quapropter hujus ſanctæ ſedis auctoritate hæc omnia vobis reſecare funditus, quanto citius poteritis, cenſemus. Et ne peſtis hæc latius divulgetur, per omnes Provincias abſtergi citiſſime mandamus.

INNOC. II°. *Piſtorienſi Epiſc.*

„ DE Monialibus tua a nobis fraternitas requiſivit, per quem eis ſit beneficium abſolutionis impendendum, ſi vel in ſe invicem, vel Converſos, vel Converſas ſuas, aut Clericos etiam manus injecerint temere violentas? Super hoc igitur tuæ conſultationi taliter reſpondemus, ut per Epiſcopum in cujus diœceſi Monaſteria fuerint, abſolvantur.

Poſtillator

Abbatiſſæ non poſſunt prædicare publica prædicatione; poſſunt tamen in Capitulis ſuis, & clauſtris ſorores ſuas exhortari ad bonum, & docere; ſed non in Eccleſia in publico, aut in Synodo. Auguſtinus: Mulier ſemel docuit, & totum mundum ſubvertit.

Excommunicare non poſſunt; credo tamen, quod poſſint præcipere Presbyteris ſuis de ſua congregatione, quod excommunicent, & abſolvant moniales delinquentes, & illi tenentur obedire; ſi tamen illi Presbyteri hoc habeant ex conceſſione generali, vel ſpeciali Epiſcopi loci illius, vel Papæ, ſi fuerint exemtæ, aut ſi habent hoc de conſuetudine antiqua, & approbata.

Sed numquid poſſunt ſuſpendere?

Videtur quod ſic, & maxime ubi eſt talis conſuetudo; quia mulieres, etiam laicæ, habent juriſdictionem de conſuetudine alicubi. Extra, de arbit. c. Dilecti. *Et videtur expreſſum, quod poſſunt ſuſpendere, extr. de major, & obedient. cap.* Dilecta.

v.pag. 209

„ DIlecta in Chriſto filia Abbatiſſa de Bubrigen. tranſmiſſa nobis petitione monſtravit, quod cum ipſa plerumque Canonicas ſuas, & Clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos propter inobedientias, & culpas eorum, officio, beneficioque ſuſpendat, iidem confiſi ex eo, quod eadem Abbatiſſa eos excommunicare non poteſt, ſuſpenſionem hujuſmodi non obſervant, propter quod eorum exceſſus remanent incorrecti. Quocirca mandamus, quatenus dictas Canonicas, & Clericos, ut Abbatiſſæ præfatæ obedientiam, & reverentiam debitam impendentes, ejus ſalubria monita, & mandata obſervent, Eccleſiaſtica cenſura compellas.

Et notaverunt ibi quidam, quod Clericos ſibi ſubjectos poſſunt ſuſpendere ab officio, & beneficio, ſicut præſentare ad Eccleſias vacantes: habent enim hujuſmodi Abbatiſſæ, ut dicunt, juriſdictionem talem qualem.

Licet

Licet enim Beatiſſima Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis; non tamen illi, ſed iſtis Dominus claves regni cælorum commiſit. Extra, de pœnit. & de remiſſ. cap. *Nova*.

INNOCENT. III. *Valent. & Burg. Epiſ. & Abbati de N. Ciſt. ordinis.*

„ NOva quædam noſtris ſunt auribus intimata, quod Abbatiſſæ moniales proprias „ benedicunt: ipſarum quoque confeſſiones in „ criminibus audiunt, & legentes Evangelium „ præſumunt publice prædicare. Cum igitur „ id abſonum ſit, pariter & abſurdum; mandamus quatenos, ne id de cetero fiat, curentis firmiter inhibere. Quia licet Beatiſſima „ Virgo Maria dignior, & excellentior fuerit „ Apoſtolis univerſis; non tamen illi ſed iſtis „ Dominus claves regni cælorum commiſit.

Quidam tamen mentiuntur cum Cathafrigis, feminam recipere characterem, etiam diaconalem, & presbyteralem. Indocent pro ſe cauſſ. 27. q. 1. c. *Diaconiſſam*, & c. *Si quis rapuerit*, in fine. *v. pag. 9.*

EX CONC. *Calcedon. c. 15.*

„ DIaconiſſam non debere ante annos 40. „ ordinari ſtatuimus, & hoc cum diligenti probatione. Si vero ordinationem ſuſceperit, & quantocumque tempore obſervaverit „ miniſterium, & poſtea ſe nuptiis tradiderit, „ injuriam faciens gratiæ Dei; hæc anathema „ ſit cum eo, qui in nuptiis illius convenerit.

In illis expreſſe videtur probari de ordine diaconali. De ordine presbyterali probant per diſt. 32. c. *Presbyter*.

GREGOR. *In Dialog. lib. 4. c. 20*

„ PResbyter quidam ſibi commiſſam regebat „ Eccleſiam cum magno timore Domini; „ qui ex tempore accepti ordinis presbyteram „ ſuam ut ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem „ cavens, ad ſe propius accedere non ſinebat, eamque ſibi appropinquare nulla occaſione permittens, ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſciderat.

Sed illa Capitula, *Diaconiſſam*, & cap. *Si quis rapuerit*, vocant diaconiſſam illam, ſuper quam forte fundebatur aliqua benedictio, ratione cujus conſequebatur aliquod ſpeciale officium, forte legendi homiliam in matutinis, vel aliud, quod non licebat aliis monialibus.

Poſtillator.

Homiliam, & orationem forte dicebant Abbatiſſæ; hodie autem omnes moniales conſecratæ hoc faciunt, propter defectum ſervientium Clericorum. Diaconiſſæ autem, de quibus loquitur illud Capitulum, Diaconiſſam, *nuſquam jam inveniuntur, ſicut ibi notavit Hugotio, quarum ordinatio vocabatur inſtitutio ad prædicta officia, non collatio alicujus characteris, aut ordinis Eccleſiaſtici.*

In illo autem Capitulo, *Presbyter*, appellatur presbytera, quia erat uxor Presbyteri, vel etiam vidua, vel matricuria, id eſt, de rebus Eccleſiæ curam habens ad inſtar matrisfamilias: & ita exponit Concilium Laodicenſe in ſequenti capitulo ejuſdem diſt. ſeu c. *Mulieres*.

CONCIL. *Laodicenſe c. 11.*

„ MUlieres, quæ apud Græcos presbyteræ „ appellantur, apud nos autem viduæ, „ aut ſeniores univiræ, & Matricuriæ appellantur, in Eccleſia tamquam ordinatas conſtitui non debere.

Poſtillator.

Sed quid de Hermaphrodito?

℟. *Si magis vergit in ſexum virilem, quam femineum, poteſt recipere characterem; ſed econtra non poteſt. Cauſſa 4. quæſt. 3. cap. 2. ſeu, cap.* Si teſtes, §. Hermaphroditus.

LIB. XV. *De teſtib. in Digeſt.*

„ SI teſtes.... Hermaphroditus, an ad teſtimonium adhiberi poſſit, qualitas incaleſcentis ſexus oſtendit.

Ordinari tamen non debet ſive ſic, ſive ſic ſe habeat, propter deformitatem, & monſtruoſitatem. Arg. diſt. 36. c. Illitteratos, *diſt. 49. cap. ult. ſeu*, Sacerdotes. *Si autem æqualiter invaleſcant in eo ſexus virilis, & femineus, characterem recipere non poteſt, quia non poteſt dici aliquis, vel aliqua.*

TITULUS XXIV.

De Sacramentis iterandis, & de conſecrationibus Eccleſiarum.

QUoniam quorumdam Sacramentorum iteratio irregularitatem inducit, merito poſt prædicta impedimenta, de hoc aliqua ſunt tangenda, pauca ſacramentorum generalia præmittendo.

Videndum igitur primo, quid ſit ſacramentum, quid ſignum, quid ſacrificium, quid myſterium. Secundo, quot ſint ſpecies Sacramentorum. Tertio, quis eorum effectus. Quarto, quæ ſacramenta poſſint iterari, quæ non. Ultimo, quæ ſit pœna iterantis Sacramenta.

---

§. I.

Quid ſit ſacramentum, quid ſignum, quid ſacrificium, quid myſterium.

QUid ſit ſacramentum, oſtendit Auguſtinus, dicens: *Sacramentum eſt ſignum rei ſacræ*. Idem: *Sacramentum eſt invisibilis gratiæ viſibilis forma.*

Idem: *Signum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid faciens ex ſe in cognitionem venire*. Idem: *Sacrificium viſibile, inviſibile eſt ſacramentum*: ſpecies panis, & vini, quæ ſunt viſibile ſacrificium, ſignificant inviſibile corpus Chriſti, quod eſt ſacramentum Eccleſiæ. Gregorius: *Sacrificium dicitur quaſi ſacrum factum, quia prece myſtica conſecratur pro nobis in memoriam paſſionis Dominicæ*. Idem: *Myſterium eſt ille actus viſibilis ſacramenti applicatus, ſecretam, & reconditam in ſe continens diſpenſationem, id eſt, virtutem & gratiam a Deo diſpenſatam, & collatam.*

Probantur hæc de conſecr. Diſt. 2. cap. *Sacrificium*, & cap. *Signum*, Cauſſa 1. quæſt. 1. cap. *Multi*.

„ SAcrificium viſibile, inviſibile eſt ſacramentum, id eſt, ſacrum ſignum (Item „ alibi) Sacramentum eſt inviſibilis gratiæ viſibilis forma. AUGUST. *lib. 10. de Civit. Dei c. 5.*

„ SIgnum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens „ in cognitionem venire. IDEM *lib. 2. de doct. Chriſtian. c. 1.*

„ MUlti ... Myſterium itaque fratres ob hoc „ dicitur, quod ſecretam habeat diſpenſationem: ſacrificium autem, quaſi ſacrum factū: „ quia prece myſtica cōſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ paſſionis (& infra) Sacramentum vero eſt in aliqua celebratione, cum „ res geſta ita ſit, ut aliquid ſignificare intelligatur, quod ſancte accipiendum eſt. Sunt autem GREGOR. *l. 3. Decalogi c. 31.*

„ ſacra-

,, ſacramenta, Baptiſma, Chriſma, Corpus ac
,, Sanguis Chriſti, quæ ob id ſacramenta dicun-
,, tur, quia ſub tegumento corporalium re-
,, rum, virtus divina ſecretius ſalutem eorum-
,, dem ſacramentorum operatur. Unde & a ſe-
,, cretis virtutibus, vel ſacris, Sacramenta di-
,, cuntur. Quæ ideo fructuoſe penes Eccleſiam
,, fiunt, quia ſanctus in ea manens Spiritus eo-
,, rumdem ſacramentorum latenter operatur ef-
,, fectum: cujus panis, & Calicis ſacramentum
,, Græce *Eucbariſtia* dicitur, latine *Bona gra-*
,, *tia* interpretatur. Et quid melius Corpore,
,, & Sanguine Chriſti? Unde ſive per bonos,
,, ſive per malos miniſtros intra Dei Eccle-
,, ſiam diſpenſentur; ſacramentum tamen eſt,
,, quia Spiritus ſanctus myſtice illud vivificat,
,, qui quondam Apoſtolico in tempore viſibili-
,, bus apparebat operibus. Nec bonorum meritis
,, diſpenſatorum amplificatur, nec malorum atte-
,, nuatur: quia neque qui plātat, eſt aliquid, neque
,, qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Hoc
,, de Corpore, & Sanguine Domini noſtri Je-
,, ſu Chriſti, hoc etiam de Baptiſmate, & Chriſ-
,, mate ſentiendum eſt, & tenendum: quia vir-
,, tus divina ſecretius operatur in eis, & divi-
,, na ſolummodo hæc eſt virtus, ſive poteſtas,
,, non humanæ efficaciæ. Polluimus itaque pa-
,, nem, id eſt, Corpus Chriſti, quando indigni
,, accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſan-
,, guinem bibimus ...

---

§. II.

Sacramentorum ſpecies.

SPecies ſacramentorum ſunt duæ; quædam ſacramenta ſunt neceſſitatis, & quædam voluntatis. Sacramenta neceſſitatis ſunt hæc quinque, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio. Sacramenta vero voluntatis ſunt hæc duo, Ordo & Matrimonium.

Probantur hæc de conſec. Diſt. 4. cap. *Nulla ſalus*, de conſec. diſt. 5. cap. 1. & 2. ſeu, *Spiritus ſanctus*, & *De his vero*, de conſecr. diſt. 2. cap. *Etſi non frequentius*, & extra, de pœn. & remiſſ. cap. *Omnis*, de pœnit. diſt. 1. cap. *Non poteſt*. *v. Indic.*

August. De baptiſmo parvulorum.

,, NUlla præter baptiſmum ſalus promitti-
,, tur infantibus: quia infantes ſi per ſa-
,, cramentum (quod ad hoc eſt divinitus in-
,, ſtitutum) in credentium numerum non tranſ-
,, eant, profecto in tenebris manent.

Melchia. Papa Epiſt. ad Epiſc. Hiſp. c. 2.

,, SPiritus ſanctus, qui ſuper aquas baptiſmi
,, ſalutifero deſcendit illapſu, in fonte ple-
,, nitudinem tribuit ad innocentiam: in Con-
,, firmatione augmentum præſtat ad gratiam.
,, Et quia in hoc mundo tota ætate victuris in-
,, ter inviſibiles hoſtes, & pericula gradiendum
,, eſt, in baptiſmo regeneramur ad vitam;
,, poſt baptiſmum confirmamur ad pugnam; in
,, baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum robora-
,, mur. Et quamvis continuo tranſituris ſuffi-
,, ciant regenerationis beneficia; victuris tamen
,, neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Rege-
,, neratio per ſe ſalvat mox in pace beati ſæcu-
,, li recipiendos; confirmatio autem armat, &
,, inſtruit ad agones mundi hujus, & prælia
,, reſervandos. Qui autem poſt baptiſmum cum
,, acquiſita innocentia immaculatus pervenerit
,, ad mortem; confirmatur morte: quia jam non
,, poteſt peccare poſt mortem.

Idem Ibidem.

,, DE his vero, ſuper quibus rogaſtis vos in-
,, formari, id eſt, utrum majus eſſet ſa-
,, cramentum, manus impoſitio Epiſcoporum,
,, aut baptiſmus; ſcitote utrumque magnum eſ-
,, ſe ſacramentum: & ſicut unum a majoribus,
,, id eſt, ſummis Pontificibus fit, quod a mi-
,, noribus perfici non poteſt; ita & majori ve-
,, neratione venerandum eſt, & tenendum; ſed
,, ita conjuncta ſunt hæc duo ſacramenta, ut
,, ab invicem (niſi morte præveniente) nullate-
,, nus poſſint ſegregari, & unum ſine altero
,, rite perfici non poteſt.

Fabian. Papa.

,, ETſi non frequentius, ſaltem in anno
,, ter laici homines communicent (niſi for-
,, te quis majoribus quibuslibet criminibus im-
,, pediatur) in Paſcha videlicet, & Pentecoſte,
,, & Natali Domini.

Ambros. In lib. de paradiſo.

,, NOn poteſt quiſquam a peccato juſtifica-
,, ri, niſi peccatum ante fuerit confeſſus.

Jacobi c. ultimo: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*

De ſacramentis voluntatis habetur diſt. 74. c. *Ubi iſta*, Cauſſa 30. q. 2. c. *Ubi non eſt conſenſus.* *v. Indic.*

Nicolaus Papa.

,, UBi non eſt conſenſus utriuſque, non eſt
,, conjugium; ergo qui pueris dant puellas
,, in cunabulis, & econverſo, nihil faciunt, niſi
,, uterque puerorum, poſtquam venerit ad annos
,, diſcretionis, conſentiat, nec eſt conjugium,
,, niſi ſit conſenſus utriuſque, etiamſi pater &
,, mater hoc voluerint, & fecerint.

Nota verſum de iſtis ſeptem Sacramentis. *Poſtillator.*

Abluo, firmo, cibo, dolet, ungitur, ordino, jungo.

Prima quinque ſunt omnium (nimirum Baptiſma, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema unctio) *Sextum, id eſt*, Ordo, *eſt perfectorum: ſeptimum, id eſt*, Matrimonium, *infirmorum; & dicuntur quædam ex iſtis ſacramenta neceſſitatis, quia ſunt in præcepto, & tenetur quilibet ad ea ſuſcipienda pro loco, & tempore.*

---

§. III.

Effectus Sacramentorum.

EFfectus Sacramentorum eſt, ut talia ſint cuilibet, qualia ipſe accedit, id eſt, bonis bona, & malis ac fictis mala occaſionaliter. Cauſſa 1. q. 1. c. *Dominus declaravit*, de conſecr. diſt. 2. c. *Et ſancta malis obeſſe poſſunt; bonis ſunt ad ſalutem, malis ad judicium: unde Apoſtolus*, 1. *Corint.* 11. *Qui manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat, & bibit*; & ideo dicit Canon, quod ſacramenta non debent conferri, niſi pœnitentibus, diſt. 95. c. *Illud ſuperfluum.* *v. pag. 38 Auguſtinus.*

Innocent. Papa ad Decentium Epiſ. Epiſt. 1. c. ult.

,, ILlud ſuperfluum videmus eſſe adjectum, ut
,, de Epiſcopo ambigatur, quod Presbyteris
,, licere non dubium eſt. Nam idcirco de Preſ-
,, byteris dictum eſt, quia Epiſcopi præoccupa-
,, tionibus aliis impediti ad omnes languidos ire
,, non poſſunt. Ceterum ſi Epiſcopus aut poteſt,
,, aut dignum ducit aliquem a ſe viſitandum, &
,, benedicere, & tangere Chriſmate ſine cuncta-
,, tione poteſt, cujus eſt ipſum Chriſma confi-
,, cere. Nam non pœnitentibus iſtud infundi non
,, poteſt, quia genus eſt ſacramenti. Nam quibus
,, reliqua ſacramenta negantur; quomodo unum

,, genus

,, génus putatur poſſe concedi? His igitur, fra-
,, ter cariſſime, omnibus, quæ tua dilectio vo-
,, luit a nobis exponi, prout potuimus, re-
,, ſpondere curavimus.

Hoc autem intelligas de peccatis manifeſtis; nam propter occulta non poſſent alicui negari ſacramenta, niſi per admonitionem ſecretam, vel publice in genere factam. De conſect. diſt. 2. c. *Non prohibeat*. Et require ſupra titulo 2. de ætate &c. *§. Quid, ſi Clericus vult promoveri.*

Poſtillator *Nota verſum de iſtis ſeptem ſacramentis:*

Abluo, firmo, cibo, dolet, ungitur, ordine jungo.

Prima quinque ſunt omnium (nimirum Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, extrema Unctio) *Sextum, id eſt*, Ordo, *eſt perfectorum, ſeptimum, id eſt*, Matrimonium, *infirmorum; & dicuntur quædam ex iſtis ſacramenta neceſſitatis, quia ſunt in præcepto, & tenetur quilibet ad ea ſuſcipienda pro loco, & tempore.*

---

§. IV.

Quæ Sacramenta poſſint iterari.

Circa iterationem ſacramentorum hoc teneas, quod ſecundum omnes hæc tria ſacramenta, Baptiſmus, Ordo, & Confirmatio, numquam debent iterari.

Aug. ad Emeritum Epiſt 104 Cauſſa 4. q. 1. c. Quod quidam. De primis duobus Auguſtinus: *Utrumque, ſcilicet Baptiſmus, & Ordo, ſacramentum eſt, & quadam conſecratione datur; illud quidem cum baptizatur; iſtud vero cum ordinatur; ideoque in Catholica Eccleſia utrumque non licet iterari, quia neutri facienda eſt injuria*; dicitur autem injuria fieri ſacramento, quando non iterandum iteratur, quaſi prima collatio non valeat. Cauſſa 1. q. 1. c. *Sacramenta*.

August. Ad Emeritum Epiſt. 164.
,, Sacramenta, quæ non mutaſtis, ſicut ha-
,, betis, approbantur a nobis, ne forte cum
,, veſtram pravitatem corrigere volumus, illis
,, myſteriis Chriſti, quæ in veſtra pravitate de-
,, pravata non ſunt, ſacrilegam facimus inju-
,, riam. Neque enim Saul depravaverat unctio-
,, nem, quam acceperat, cui unctioni tantum ho-
,, norem rex David pius Dei ſervus exhibuit.

De confirmatione vero eſt expreſſum de conſecr. diſtinct. 5. cap. *Dictum*, & cap. *De homine*.

Ex Conc. Terragen. c. 6.
,, Dictum eſt nobis, quod quidam de plebe
,, bis, vel ter, vel eo amplius, Epiſcopis
,, ignorantibus tamen, ab eiſdem Epiſcopis con-
,, firmentur. Unde viſum eſt nobis eamdem
,, confirmationem, ſicut nec baptiſma, iterari
,, minime debere; quia bis, vel ter, vel am-
,, plius baptizatos, aut confirmatos, non ſæ-
,, culo, ſed ſoli Deo ſub habitu regolari, vel
,, Clericali religioſiſſime famulari, decretum
,, eſt.

Greg. III.
,, De homine, qui a Pontifice confirmatus
,, fuerit, denuo illi talis reiteratio, vel
,, confirmatio eſt prohibenda.

Reliqua vero quattuor ſacramenta dicunt quidam, quod poſſunt iterari: nam de Pœnitentia, Euchariſtia, & Matrimonio indubitanter videtur, quum videamus quotidie iterari ſine aliqua quæſtione.

De Extrema unctione videtur ſimiliter, quod poſſit intrepide iterari, quoties aliquis infirmatur: quum enim ſit medicina corporis & animæ; videtur quod adveniente morbo apponi poſſit, & debeat medicina. Et hoc optime innuitur in prædicta auctoritate Jacobi: *Infirmatur quis, &c.* & ad idem diſt. 95. cap. *Illud ſuperfluum*.

Alii autem dicunt, quod nullum ſacramentum eſt iterandum: pro eis facit Auguſtinus dicens: *Nulli ſacramento injuria facienda eſt*; ergo nullum ſacramentum eſt iterandum, quia de tali injuria loquitur de conſecr. diſt. 4. cap. *Oſtenditur*. *v. ſupra. Aug lib. 1. contra Donatiſtas, c. 1.*

,, Oſtenditur illos impie facere, qui rebapti- August. *Lib. 1. contra Donatiſtas, c. 1.*
,, zare conantur orbis unitatem, & nos
,, recte facere, qui Dei ſacramenta improbare
,, nec in ipſo ſchiſmate audemus. In quo enim
,, nobiſcum ſentiunt, in eo etiam nobiſcum ſunt.
,, In eo autem a nobis receſſerunt, in quo a
,, nobis diſſentiunt (Item paullo ſuperius) Sa-
,, cramentum baptiſmi eſt, quod habet ille,
,, qui baptizatur: & ſacramentum dandi ba-
,, ptiſmi eſt, quod habet, qui ordinatur. Sic-
,, ut autem baptizatus, ſi ab unitate receſſe-
,, rit, ſacramentum baptiſmi non amittit; ſic
,, & ordinatus, ſi ab unitate receſſerit, Sacra-
,, mentum dandi baptiſmi non amittit. Nul-
,, li enim ſacramento injuria eſt facienda. Si
,, diſcedit a malis, utrumque diſcedit: ſi per-
,, manet in malis, utrumque permanet. Sicut
,, ergo acceptatur baptiſmus, quem non po-
,, tuit amittere, qui ab unitate diſceſſerat; ſic
,, acceptandus eſt baptiſmus, quem dedit ille,
,, qui ſacramentum dandi, cum diſcederet, non
,, amiſerat (Item eodem lib. c. 12.) Si ad ba-
,, ptiſmum fictus acceſſit, dimiſſa ſunt ei peccata,
,, an non ſunt ei dimiſſa? eligant quod volunt;
,, utrumlibet elegerint, ſufficiet nobis. Si dimiſ-
,, ſa dixerint, quomodo Spiritus ſanctus diſcipli-
,, næ effugiet fictum, ſi in iſto ficto remiſſionē o-
,, peratus eſt peccatorum? ſi dixerint non eſſe di-
,, miſſa; quæro, ſi poſt fictionem ſuam corde con-
,, cuſſo, & vero dolore fateretur, an denuo bapti-
,, zandus judicaretur? Quod ſi dementiſſimū eſt
,, dicere, fateantur vero baptiſmo Chriſti bapti-
,, zari poſſe hominem, & tamen cor ejus in ma-
,, litia, vel ſacrilegio perſeverans, peccatorum
,, abolitionem non ſinere fieri: atque ita intel-
,, ligant in communionibus ab Eccleſia ſeparatis
,, poſſe homines baptizari, ubi Chriſti baptiſ-
,, mus eadem ſacramenti celebratione datur,
,, & ſumitur: qui tamen tunc proſit ad remiſ-
,, ſionem peccatorū, cum quis reconciliatus uni-
,, tati, ſacrilegio diſſenſionis exuitur, quo ejus
,, peccata tenebantur, & dimitti non ſinebantur.

Si objiciatur eis de iſtis quattuor ſacramentis prædictis, quæ quotidie iterantur; reſpondent, quod licet quodam reſpectu dicantur iterari, eo quod ſæpius ab aliquo ſumantur; tamen quia non iterum benedicitur eadem hoſtia, vel idem oleum, non iteratur ſacramentum cum injuria. In conjugio quoque ſemel benedicitur quiſque, non ſæpius. Extr. de ſecundis nuptiis, *c. Vir*.

,, Vir autem, vel mulier ad bigamiam tranſ- Urbanus III. *Vigil. Ep.*
,, iens non debet a Presbytero benedici;
,, quia cum alia vice benedicti ſint, eorum be-
,, nedictio iterari non debet.

Presbyter etiam iterans talem benedictionem ſuſpendi debet ab officio, & beneficio. Extr. de ſecundis nupt. c. *Capellanum*.

,, Capellanum (quem benedictionem cum Alexand. III.
,, ſecunda conſtiterit celebraſſe) ab officio,
,, beneficioque ſuſpenſum, cum litterarum tua-
,, rum teſtimonio ad ſedem Apoſtolicam nulla-
,, tenus deſtinare poſtponas.

Pœni

Pœnitentia ſimiliter tantum ſemel imponitur cum ſolemnitate, & illa pœnitentia ſimiliter dicitur ſolemnis, nec debet iterari, licet privata pœnitentia iteretur, quoties homo peccat. Ambroſius: *Sicut unicum eſt baptiſmum, ita unica eſt pœnitentia.* Require infra de pœnitentia, *§. Species pœnitentiæ.*

Lib. de Patriarchis lib. 1. de Abraham, c. 6.

Poteſt etiam dici, quod ideo in tribus primis non poteſt fieri iteratio abſque injuria, quia in prima collatione cujuslibet eorum imprimitur character animæ, qui etiam in morte non ſeparatur ab ea. Unde ſi aliquis reſuſcitaretur, non eſſet baptizandus, reordinandus, vel reconfirmandus; ſecus in aliis quattuor ſacramentis.

Probatur hæc diverſitas ab Auguſtino, cauſſa 32. q. 7. c. *Licite*, & cauſſa 1. q. 1. c. *Quod quidem.*

August. De adulterinis Coniugiis, l. 7. c. 4. & 5.

„ Licite dimittitur uxor ob cauſſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris; propter quod fit reus adulterii, quicumque duxerit dimiſſam etiam ob cauſſam fornicationis. Sicut enim manente in ſe Sacramento regenerationis, excommunicatur quiſquis reus eſt criminis, nec illo ſacramento caret, etiamſi numquam reconcilietur Deo; ita manente in ſe vinculo fœderis conjugalis uxor dimittitur ob cauſſam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiamſi numquam reconcilietur viro; carebit autem, ſi mortuus fuerit vir ejus: reus vero excommunicatus ideo numquam carebit regenerationis ſacramento, etiamſi non reconciliatus fuerit, quia numquam moritur Deus, cui eſt copulatus in baptiſmo.

August. Lib. 2 contra Parmenian. c. 13.

„ Quod quidam dicunt, baptiſma, quod accipit, non amittit, qui recedit ab Eccleſia; ſed jus tamen dandi, quod accepit, amittit, multis modis apparet fruſtra & inaniter dici. Primo, quia nulla oſtenditur cauſſa, cur ille, qui ipſum baptiſmum admittere non poteſt, jus dandi poſſit amittere. Utrumque tamen ſacramentum eſt, & quadam conſecratione utrumque homini datur: illud, cum baptizatur, iſtud, cum ordinatur. Ideo non licet a catholico utrumque iterari: nam ſi quando ex ipſa parte venientes, etiam Præpoſiti, pro bono pacis, correcto ſchiſmaticorum errore, ſuſcepti ſunt, & ſi viſum eſt opus eſſe, ut eadem officia gererent, quæ agebant; non ſunt tamen rurſus ordinandi: ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra: quia in præciſione fuerat vitium (quod unitate pacis eſt correctum) non in ſacramentis, quæ ubicumque ſunt, ipſa vera ſunt: & cum expedire hoc videtur Eccleſiæ, ut Præpoſiti eorum venientes ad Catholicam ſocietatem, honores ſuos ibi non adminiſtrent; non eis tamen ipſa ordinationis ſacramenta detrahuntur, ſed ibi remanent etiam ſuper eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, ſed ipſi ſacramento fiat injuria (& infra) Sicut autem habent in baptiſmo, quod per eos dari poſſit; ſic in ordinatione jus dandi eſt: utrumque quidem ad perniciem ſuam, quamdiu caritatem non habent unitatis: ſed tamen aliud eſt prorſus non habere, aliud pernicioſe habere, aliud ſalubriter habere. Quidquid non habetur, dandum eſt, cum opus eſt dari: quod vero pernicioſe habetur, per correctionem depulſa pernicie, agendum eſt, ut ſalubriter habeatur. Quamquam, etſi laicus alicui pereunti neceſſitate compulſus, quod cum ipſe acciperet, dandum eſſe addidicit, neſcio an pie quiſquam dixerit eſſe repetendum. Nulla enim cogente neceſſitate ſi fiat, alieni muneris uſurpatio eſt. Si autem neceſſitas urgeat, aut nullum, aut veniale delictum eſt: ſed etſi nulla neceſſitate uſurpetur, & a quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non poteſt dici non datum, quamvis recte dici poſſit illicite datum. Illicitam ergo uſurpationem corrigit reminiſcentis & pœnitentis affectus. Quod ſi non correxerit, manebit ad pœnam uſurpatoris, quod datum eſt, vel ejus, qui illicite dedit, vel ejus, qui illicite accepit; non tamen pro non dato habebitur .... Si enim aliqui furtim, & extraordinarie non in monetis publicis aurum, vel argentum percutiendo ſignaverint, cum fuerit deprehenſum, nonne illis punitis, vel indulgentia liberatis cognitum regale ſignum theſauris regalibus congregetur? (& paullo poſt) Si forte illum militiæ characterem in corpore ſuo, non militans pavidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit, & prece fuſa, & impetrata venia militare jam cœperit; numquid homine liberato, atque correcto character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? an forte minus hærent ſacramenta Chriſtiana, quam corporalis hæc nota, cum videamus nec apoſtatas carere baptiſmate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus, non reſtituitur, & ideo amitti non poſſe judicatur? (& paullo poſt) De his, qui ab Eccleſiæ Catholicæ unitate ſeparati ſunt, nulla jam quæſtio eſt, quin & habeant, & dare poſſint ſacramenta, quin pernicioſe habeant, pernicioſeque tradant extra vinculum pacis (& infra) Neutri ſacramento injuria facienda eſt (& infra) Sicut non recte habent, qui ab unitate diſcedunt, ſed tamen habēt, & ideo redeunti non redditur; ſic etiam non recte dat, qui ab unitate diſcedit; ſed tamen dat, & ideo quod ab eo accepit, venienti ad unitatem non iteratur (& infra) Sicut redeunti non datur, quod & foris habebat; ſic venienti repetendum non eſt, quod etiam foris accepit. Unde conſequenter intelligitur perverſitatem hominum eſſe corrigendam; ſanctitatem autem ſacramentorum in nullo perverſo eſſe violandam. Conſtat enim eam in perverſis hominibus, & ſceleratis, ſive in eis, qui intus ſunt, ſive in eis, qui foris ſunt, impollutam atque inviolabilem permanere. Et quia dicuntur eam mali polluere, quantum in ipſis eſt, dicuntur, cum illa impolluta permaneāt; ſed in bonis permanent ad præmium, in malis permanent ad judicium (& infra) Quomodo catholici non clarificant Deum, qui promiſſa ejus nullis hominum ſceleribus, quo minus implerentur, impediri poſſe confidunt? qui ſacramenta ejus tam debita veneratione proſequuntur, ut ea etiā ſi ab indignis tractata fuerint, illis ſua perverſitate damnatis, illa intemerata ſanctitate permanere demonſtrentur?

Quod autem dictum eſt de benedictione ſecundarum nuptiarum, & Pœnitentia ſolemni non iterandis, intelligas, niſi de conſuetudine alicujus Eccleſiæ alias obtineret: tunc enim poſſet ſine periculo iterari. De pœnit. diſt. 3. c. *Nihil prodeſt*, *§. Ex perſona.*

Nihil

Pius Papa *Epiſt.* 1. *Gratian.* „ NIhil prodeſt homini jejunare, & orare, & alia religionis bona facere, niſi mens ab iniquitate revocetur. *Ex perſona hujuſcemodi pœnitentis etiam illud Smaragdi intelligitur*: Ille pœnitentiam digne agit, &c. *Et illud Auguſtini*: Pœnitentes, &c. *Et illud Iſidori*: Irriſor eſt, & non pœnitens. *Et illud Iſaiæ*: Lavamini, & mundi eſtote. *Item & illud ſoliloquiorum*: Inanis eſt pœnitentia, &c. *Similiter & illud Gregorii*: Qui admiſſa plangunt, & baptizantur a mortuo. *Illud autem Ambroſii*: Reperiuntur, &c. *non ſecundum generalem, ſed ſecundum ſpecialem conſuetudinem Eccleſiæ de ſolemni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quoſdam ſemel celebrata, non iteratur.*

---

§. V.

Quæ ſit pœna iterantis Sacramenta.

POEna iterantis baptiſmum, vel confirmationem videtur ſecundum leges eſſe decapitatio. C. ne ſanctum bapt. iter. l. 1. ſecundum Canones vero, qui ſponte, vel coacti, vel conditionaliter fuerunt baptizati, non poſſunt promoveri. Et idem intelligo, ſi ignoranter, & poſtea quum ſciverint, ratum habuerint. Idem ſi ab hæreticis abſque neceſſitate ſcienter baptizati ſunt. Diſt. 50. c. *Confirmandum*. Cauſſa 1. q. 1. c. *Ventum*, in fine, & q. 7. c. *Qui in qualibet*.

In Carth. *Concilio* 5. c. 11. „ COnfirmandum eſt, ut ſi quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, qua eos a miniſterio neceſſe ſit removere ad tempus; non eis manus tamquam pœnitentibus, vel tamquam fidelibus Laicis imponatur, neque umquam permittendum eſt, ut rebaptizati ad Clericatus gradum promoveantur.

Innocent. *Rufo, & aliis Epiſc. Ep.* 22. c. 3. „ VEntum eſt ad tertiam quæſtionem, quæ pro ſui difficultate longiorem exigit diſputationem. Cum nos dicamus ab hæreticis ordinatos, vulneratum per illam manus impoſitionem habere caput, ubi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, qua poſſit recipere ſanitatem: quæ ſanitas poſt vulnus ſecuta, ſine cicatrice eſſe non poterit; atque ubi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorem locum habere non poſſe decernimus. Nam ſi, ut legitur: *Quod tetigerit immundus, immundum erit*; quomodo ei tribuetur, quod munditia, & puritas conſuevit accipere? ſed econtrario aſſeritur, eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe: quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus, & verum eſt certe, quia quod non habuit dare non potuit. Damnationem utique, quā habuit, per pravam manus impoſitionem dedit, & qui particeps factus eſt damnationis, quomodo honorem debeat accipere, invenire non poſſum. Sed dicitur vera, ac juſta legitimi Sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod a vitioſo fuerat injectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordinationem ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri: nullus pœnitentiæ locus ſit; quia poteſt id præſtare ordinatio, quod longa ſatisfactio præſtare conſuevit. Sed noſtræ lex Eccleſiæ eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem, Laicam tantummodo tribuere communionem, nec ex his aliquem in Clericatus honorem, vel exiguum ſubrogare.

(Levit. 15. — margin note to *Quod tetigerit immundus*)

FelixIII. *Omnibus Epiſc. Ep.* 1. c. 5. „ QUi in qualibet ætate alibi, quam in Eccleſia Catholice aut baptizati, aut rebaptizati ſunt, ad Eccleſiaſticam militiam prorſus non permittantur accedere. Quibus ſatis debet eſſe, quod in Catholicorum numero ſunt recepti: quoniam de ſuo ordine, & communione videbitur ferre judicium, quiſquis hoc violaverit inſtitutum, vel qui non removerit eum, quem ex ejus cœtu ad miniſterium Clericale obrepſiſſe cognoverit.

In habitu tamen Clericali debent iſti vivere, & ſic retinebunt privilegium Clericale. Diſt. 81. c. *Dictum*, & de conſecr. diſt. 3. c. *Dictum*. *v. pag.* 231

Qui autem ignoranter ſunt rebaptizati, ſicut interdum fit de infantibus, vel coacti abſolute poſſunt promoveri ſecundum quoſdam de jure; ſecundum alios, quod tutius eſt, de diſpenſatione Epiſcopi. Cauſſa 1. q. 4. c. *Placuit*. *v. pag.* 303

In Afric. *Concil. c.* 14. „ PLacuit, de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur, ne quod non ſuo fecerunt judicio, cum ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint converſi, parentum illos error impediat, quominus promoveantur ſacri altaris miniſtri.

De utraque horum habetur de conſecr. diſt. 4. cap. *Eos, quos*.

FelixPap. III. *Epiſt.* 1. c. 2. *& ſeqq.* „ EOs, quos Epiſcopos Presbyteros, vel Diaconos fuiſſe conſtiterit, & ſeu optantes forſitan, ſeu coactos lavacri illius unici ſalutariſque clarverit feciſſe jacturam, uſque ad exitus ſui diē in pœnitentia (ſi reſipiſcant) jacere conveniat, nec orationi, non modo fidelium, ſed nec Cathecumenorum quidem omnimodis intereſſe; quibus Laica tantum communio in morte reddenda eſt. De Clericis autem, & Monachis, & puellis Dei, aut ſæcularibus ſervari præcipimus hunc tenorem, quem Nicæna Synodus circa eos, qui lapſi ſunt, vel fuerint, ſervandum eſſe conſtituit, ut ſcilicet, qui nulla neceſſitate, nullius rei timore, aut periculo, ſe, ut rebaptizentur, hæreticis impie dediderunt; ſi tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes ſint, ſeptem vero ſubjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum: duobus autē annis etiam oblationes modis omnibus nō ſinantur offerre; ſed tantūmodo ſæcularibus in oratione ſocientur: nec confundantur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuerunt abnegare; pueris autem quibus, quod adhuc impuberes ſunt, a pubertate vocabulum eſt: ſeu Clericis, ſeu Laicis, aut etiā ſimilibus puellis, quibus ignorantia ſuffragatur ætatis; aliquandiu ſub manus impoſitione detentis eſt reddenda communio: nec eorum eſt exſpectanda pœnitentia, quos excipit a coercitione cenſura.

Contradicit vehementer, de conſecrat. diſt. 4. c. *Qui bis ignoranter*, ubi dicitur, quod ſi aliquis rebaptizatus eſt, non indiget pœnitere; ſed tamen eſt irregularis, & non poteſt promoveri.

Ex Pœnit. *Theodori*. „ QUi bis ignoranter baptizati ſunt, non indigent pro eo pœnitere; niſi quod ſecundum Canones ordinari non poſſunt, niſi aliqua magna neceſſitas cogat. Qui autem non ignari, iterum baptizati ſunt, quia quaſi iterum crucifixerunt Chriſtum, per 7. annos

,, pœniteant, quarta, & ſexta feria, & tres
,, quadrageſimss jejunent, ſi pro vitio aliquo
,, fecerint; ſimiliter ſi pro munditia putave-
,, rint, tribus annis ſimiliter pœniteant.

Sed illud dictum fuit olim in odium rebaptizantinm, val de magno rigore, vel de ignorantia juris, quæ non excuſat in talibus.

Item quod dictnm de baptizato, intelligas de reordinato, & de reconfirmato. Arg. diſt. 68. c. 1. ſeu, *Sicut ſemel*, & de conſecr. diſt. 5. c.
v.pag. 303 *Dictam*.

GREGOR. Joan. Ravennati Epiſc. l. a. Ep. 32.
,, SIcut ſemel baptizatus iterum baptizari
,, non deber; ita qui ſemel conſecratus eſt,
,, in eodem iterum ordine conſecrari non de-
,, bet. Sed ſi quis forſitan cum levi culpa ad
,, Sacerdotium venerit, pro culpa pœnitentia
,, debet indici, & tamen ordo ſervari.

In ſumma nots, quod qui dubitat probabiliter, utrum ſit baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus, ſine periculo propter tale dubium poteſt baptizari, vel ordinari, vel confirmari; quia non intelligitur iteratum, quod factum
v.pag. 294 neſcitur eſſe. De conſecrat. diſt. 1. c. *Salemnitates*, de conſecrat. diſt. 4. c. *Si nulla*, extra de
v.pag. 295 Presbyt. non baptiz. c. *Veniens*.

LEO PAPA ad Ruſticum, Ep. 90. c. 26.
,, SI nulla exſtant indicia inter propinquos,
,, aut familiares, nulla inter Clericos, aut
,, vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, ba-
,, ptizati fuiſſe debeantur, agendum eſt, ut
,, renaſcantur, ne maniſeſte pereant: in quibus
,, quod non oſtenditur geſtum, nulla ratio ſi-
,, nit, ut iteratum videatur: qui autem poſ-
,, ſunt meminiſſe, quod ad Eccleſiam venie-
,, bant cum parentibus ſuis, poſſunt recordari,
,, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint.
,, Sed ſi hoc etiam ab eorum memoria alienum
,, eſt, conferendum eis videtur, quod collatum
,, eſſe neſcitur: quia non temeritas intervenit
,, præſumtionis, ubi eſt diligentia pietatis.

Et debet conferens Sacramentum uti his verbis: *Non baptizo, ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Extr. de baptiſ. & ejus eff. c. 2. ſeu, *De quibus*.

ALEX. III.
,, DE quibus dubium eſt, an baptizati fue-
,, rint, baptizantur his verbis præmiſſis:
,, *Si baptizatus es, non te baptizo; ſed ſi nondum*
,, *baptizatus es, ego te baptizo, &c.*

Item ſolus Epiſcopus indiſtincte poteſt confirmare. De conſecr. diſt. 5. c. *Manus*, & c. *Noviſſime*, & c. *Ut jejuni*.

EUSEBIUS Papa Epiſt. 3. ad Epiſc. Tuſc. & Campaniæ.
,, MAnus quoque impoſitionis Sacramen-
,, tum magna veneratione tenendum eſt:
,, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi a ſum-
,, mis Sacerdotibus, nec tempore Apoſtolorum
,, ab aliis, quam ab ipſis Apoſtolis legitur, aut
,, ſcitur peractum eſſe: nec ab aliis, quam qui
,, eorum tenent locum, umquam perfici po-
,, teſt, aut fieri debet. Nam ſi aliter præſum-
,, tum fuerit, irritum habeatur, & vacuum,
,, nec inter Eccleſiaſtica umquam reputabitur
,, Sacramenta.

RABANUS De Inſtitutione Clericor. lib. 1. c. 30
,, NOviſſime a ſummo Sacerdote per im-
,, poſitionem manus Paraclerus traditur
,, baptizato, ut roboretur per Spiritum San-
,, ctum ad prædicandum aliis idem donum,
,, quod in baptiſmate ipſe conſecutus eſt,
,, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur
,, enim baptizatus cum Chriſmate in ſummitate
,, capitis per Sacerdotem; per Pontificem vero
,, in fronte, ut in priori unctione ſignificetur,
,, ſuper ipſum Spiritus Sancti deſcenſio ad ha-
,, bitationem Deo conſecrandam. In ſecunda
,, quoque, ut ejuſdem Spiritus Sancti ſeptifor-
,, mis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis,
,, & ſcientiæ, & virtutis venire in hominem
,, declaretur.

,, UT jejuni ad confirmationem veniant per- Ex CONC. Aurel. c. 3.
,, fectæ ætatis, ut moneantur confeſſionē
,, facere prius, ut mundi donum Spiritus San-
,, cti valeant accipere: & quia numquam erit
,, Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali
,, fuerit chriſmatus.

Solus ſimiliter poteſt ordinare Clericos. Require inſra de differentiis officiorum, §. *Epiſcopi ſubſunt*.

Solus etiam imponit pœnitentiam ſolemnem, & reconciliat ſolemniter pœnitentem, niſi neceſſitas aliud inducat. Diſt. 50. cap. *In capite*. Cauſſa 26. quæſt. 6. cap. ult. ſeu, *Presbyter*.

,, IN capite quadrageſimæ omnes pœnitentes, Ex AGAT. Conſilio.
,, qui publicam ſuſcipiunt, aut ſuſceperunt
,, pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræ-
,, ſentent Epiſcopo civitatis ſacco induti, nu-
,, dis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos
,, ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes.

,, PReabyter inconſulto Epiſcopo non recon- IN CARTH. Concil. 3. c. 32.
,, ciliet pœnitentem, niſi abſente Epiſco-
,, po ultima neceſſitas cogat. Cujuſcumque au-
,, tem pœnitentis publicum, & vulgatiſſimum
,, crimen eſt, quod univerſam commoverit Ec-
,, cleſiam, ante apſidam (id eſt, atrium Ec-
,, cleſiæ) manus ei imponatur.

Alia Sacramenta poſſunt conferri a Sacerdotibus. Item quantum ad veritatem Sacramentorum, non refert a quo conficiantur, & conferantur, dummodo in forma Eccleſiæ conficiantur, & conferantur; peccant tamen qui indigne conficiunt, vel celebrant: peccant etiam qui accipiunt ab Hæreticis, vel Schiſmaticis aliquod Sacramentum, præter baptiſmum in articulo mortis: cum Catholicus non invenitur, a quo accipiatur. Et idem credo in excommunicato, quod ab eo nullum Sacramentum debeat recipi, niſi baptiſmus in neceſſitate, ut dictum eſt de hæreticis.

De toleratis in Eccleſia ſunt duo genera hominum, videlicet ſimoniaci in ordine, & notorii fornicatores, a quibus non debent recipi Sacramenta, niſi forte morte interveniente, baptiſmus, & communio. Diſt. 32. c. *Præter*, §. *Porro*, cauſſa 1. q. 1. c. *Sacramenta*, & c. *Sicut* v.pag. 303
ficti.

,, PRæter.... *Porro ad hæc, quæ ſibi ſyllogi-* ALEX. III. Gratian.
,, *ſtice in eadem epiſtola objiciuntur, id eſt,*
,, *ſi Corpus, & Sanguis Chriſti non ſunt, & alia*
,, *quæ prædiximus, proprias non habent virtutis*
,, *dignitates. Quid agentibus obſunt? quod ſi habent,*
,, *cur ſpernuntur, ſi ab indignis præſumuntur? Ad*
,, *hæc, inquam, ita reſpondemus: Proprias quidem*
,, *habent virtutes, & dignitates, ut præfatus*
,, *Auguſtinus ait ſuper Joannem contra Donati-*
,, *ſtas; ſed agentibus, vel ſuſcipientibus hæc ea-*
,, *dem Sacramenta contra præfatorum Pontificum*
,, *inſtituta (niſi forte ſola morte interveniente, ut-*
,, *pote ne ſine baptiſmate, vel communione quili-*
,, *bet humanis rebus excedat) eis, inquam, a-*
,, *gentibus in tantum obſunt, ut vere idololatræ*
,, *ſint, cum talibus & ordinationum, & Sacra-*
,, *mentorum confectio, & aliter quam præmiſſum*
,, *eſt, ſcienter ſuſceptio vehementer a ſanctis Ca-*
,, *nonibus prohibeantur: ait enim Samuel Propheta:*
,, Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repu-
,, gna-

,, gnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle ac-
,, quieſcere.

Auguſt. *Ad Donatiſtas.*

,, SIcut ficti veraciter, non ficte recipiont,
,, nec eorum baptiſma reprobatur; ſic & il-
,, la, quæ Schiſmatici, vel Hæretici, ſi non
,, aliter habent, nec aliter agunt, quam vera
,, Eccleſia, dum ad nos veniunt, non emenda-
,, mus, ſed potius approbamus.

De hoc require ſupra de hæreticis, §. *Item namquid*.

Qui intelligantur notorii, require infra de Notorio.

In baptiſmo etiam nota ſpecialem ſingularitatem, quod ſi baptizetur aliquis, nedum a falſo Chriſtiano, vel Hæretico, qui aliquando fuit in Eccleſia; ſed etiam a Judæo, vel Pagano, vel a muliere, quæ prohibita eſt baptizare propter ſexum, fortius, quam maſculus Laicus, niſi in neceſſitate, vere baptizatus eſt, dummodo forma Eccleſiæ ſit ſervata, etiamſi non ſuberat neceſſitas; quia non illorum, ſed Chriſti eſt, & Spiritus Sancti, qui gratiam ſubminiſtrat. De conſecr. diſt. 4. cap. *Mulier*, & cap. *In neceſſitate*, & cap. *Romanus*, & cap. *A quodam Judæo*. Cauſſa 30. quæſt. 3. cap. *Super his, quibus*.

Ex Conc. *Carthag. 4. c. 9. & 100.*

,, MUlier, quamvis docta & ſancta, viros in
,, conventu docere, vel aliquos baptizare
,, non præſumat, *niſi neceſſitate cogente; unde*
,, *Urbanus Papa II. c.* Super his, quibus conſu-
,, luit, *ut ſupra in tractatu conjugii, ubi de com-*
,, *patribus agitur*:

Auguſt. *Ad Fortunatum.*

,, IN neceſſitate, cum Epiſcopi, aut Presby-
,, teri, aut quilibet miniſtrorum non inve-
,, niuntur, & urget periculum ejus, qui petit,
,, ne ſine iſto Sacramento hanc vitam finiat,
,, etiam Laicos ſolere dare Sacramentum, quod
,, acceperunt, ſolemus audire.

Isidorus.

,, ROmanus Pontifex non hominem judicat,
,, qui baptizat, ſed Spiritum Dei ſubmi-
,, niſtrare gratiam baptiſmi, licet Paganus ſit,
,, qui baptizat.

Nicolaus *Ad Conſulta Bulgarorum, c. 140.*

,, A Quodam Judæo neſcitis utrum Chriſtia-
,, no, an Pagano, multos in patria veſtra
,, baptizatos aſſeritis: & quid de iis ſit agendum,
,, conſulitis. Hi profecto, ſi in nomine ſanctæ
,, Trinitatis, vel tantum in nomine Chriſti,
,, (ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur) ba-
,, ptizati ſunt (unum quippe, idemque eſt,
,, ut ſanctus Ambroſius exponit) conſtat eos
,, non eſſe denuo baptizandos.

Urbanus II. *Vitali Presbyt. Brixienſi.*

,, SUper his, quibus conſuluit nos dilectio
,, tua, hoc videtur nobis ex ſententia re-
,, ſpondendum, ut & baptiſmus ſit, ſi inſtan-
,, te neceſſitate, fœmina puerum in nomine
,, Trinitatis baptizaverit, & quod ſpiritualium
,, parentum filii, vel filiæ ante, vel poſt com-
,, paternitatem geniti poſſunt legitime con-
,, jungi, præter illam perſonam, per quam com-
,, patres ſunt effecti.

Item hæc quattuor Sacramenta, Baptiſmus, Euchariſtia, Confirmatio, & Matrimonium habent ſe excedenter, & exceſſe. Nam baptiſmus excedit alia, ratione efficaciæ. De conſecr. diſt. 4. cap. *Per Baptiſmum*, & cap. *Sine pœnitentia*.

Auguſt. *In lib. de baptiſm. parvulorum, c. 39.*

,, PEr Baptiſmum Chriſti id agitur, ut caro
,, peccati evacuetur: non autem ſic evacua-
,, tur, ut in ipſa vivente carne concupiſcentia
,, conſperſa, & innata repente abſumatur, &
,, non ſit; ſed ne obſit mortuo, quæ oberat nato.
,, Nam ſi poſt Baptiſmum vixerit, atque ad æta-
,, tem capacem præcepti pervenire potuerit;
,, ibi habet, cum qua pugnet, eamque, adjuvan-
,, te Domino, ſuperet, ſi non gratiam in vacuum
,, ſuſceperit, ſi reprobatus eſſe noluerit. Nam
,, nec adultis hoc præſtatur in baptiſmo, niſi
,, ſorte miraculo Dei..., ut lex peccati .... repu-
,, gnans legi mentis penitus exſtinguatur, &
,, non ſit; ſed ut quidquid mali ab homine di-
,, ctum, factum, cogitatum fuerit, eum ei-
,, dem concupiſcentiæ mente ſubjecta ſerviret,
,, totum aboleatur, & velut factum non fue-
,, rit, habeatur.

Ambroſ. *Super Ep. ad Rom. 12.*

,, SIne pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei;
,, quia gratia Dei in baptiſmate non requi-
,, rit gemitum, non requirit planctum, vel
,, opus aliquod; ſed ſolam fidem, & omnia
,, gratis condonat.

Euchariſtia vero excedit ratione dignitatis, & ſanctitatis. De conſecr. diſt. 2. c. *Nihil*.

Alexand. *Papa V. a Petro, Ep. 1.*

,, NIhil in ſacrificiis majus eſſe poteſt, quam
,, Corpus, & Sanguis Chriſti: nec ulla
,, oblatio hac potior eſt; ſed omnes hæc præcel-
,, lit: quæ pura conſcientia Domino offerenda
,, eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omni-
,, bus veneranda: & ſicut potior eſt ceteris,
,, ita potius excoli, & venerari debet.

Confirmatio excedit ratione conferentis. De conſecr. diſt. 5. c. *Manus*. *v. pag. 306*

Matrimonium ratione ſignificationis. Extr. de Bigamis, c. *Debitum*. *v. pag. 235*

Poſtillator

MAtrimonium excedit alia Sacramenta ratione ſignificationis, quia ſignificat conjunctionem Chriſti ad Eccleſiam per unionem divinæ, & humanæ naturæ, de hoc nota verſus:

Major in effectum baptiſmus, Corpus in eſſe,
Conjugium ſigno, majori Chriſma miniſtro.

---

§. VI.

De Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris.

POſt prædicta Sacramenta in genere, de conſecratione Eccleſiæ, vel altaris parum tango: nam & ipſa dicitur Sacramentum, & ejus iteratio eſt prohibita.

Nota ergo, quod ſolus Epiſcopus poteſt conſecrare Eccleſiam, & debet conſecrari cum Miſſa, & aliis ſolemnitatibus, quæ numerantur de conſecrat. diſt. 1. c. 3. & 4. ſeu, c. *Omnes*, & c. *De locorum*.

Igin. Papa *cap. 5.*

,, OMnes Baſilicæ cum Miſſa debent ſemper
,, conſecrari, ut Eccleſiæ deſtructæ, ubi
,, aut plures ſunt, quam neceſſe ſit, aut ma-
,, joris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eam
,, pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopi
,, providentia modus inveniatur, qualiter conſi-
,, ſtere poſſint.

Gelaſius Papa, *cap. 27.*

,, DE locorum vero conſecratione ſancto-
,, rum, quamvis ſuperius ſtrictim fuerit
,, comprehenſum, nobis quoque patefactum eſt,
,, quod abſque præcepto Sedis Apoſtolicæ, non-
,, nulli factas Eccleſias, vel oratoria ſacere
,, præſumant.

Ex quo autem ſemel fuerit conſecrata in forma debita, non debet poſtea reconſecrari. Diſt. 68. c. *Eccleſiis*.

In Nicæn. *Concilio.*

,, ECcleſiis ſemel conſecratis Deo, non ite-
,, rum debet conſecratio adhiberi, niſi aut
,, ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut

,, cojuſcumque ſemine fuerint pollutæ: quia ſicut infans a qualicumque Sacerdote in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ſemel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dedicatus eſt iterum conſecrandus, niſi propter eas cauſſas, quas ſuperius notavimus; ſi tamen fidem ſanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum conſecraverunt.

Fallit hoc in ſex caſibus ſecundum quoſdam, in quibus debet reconſecrari, & notantur his verſibus:

Ignis, adulterium, deſtructio, menſa remota,
Mors, dubium faciunt iterato Templa ſacrari.

Quidquid autem dictum ſit ab iſtis, vel ab aliis, qui varia ſuper hoc notaverunt; tu tamen teneas indubitanter, quod in tribus caſibus tantum debeat Eccleſia reconſecrari.

Unus quando dubitatur, an Eccleſia fuerit conſecrata, quia non apparet aliqua ſcriptura de hoc in inſtrumento dotationis, vel in libro Eccleſiæ, vel in columna, vel tabula marmorea; nec apparet unus teſtis de viſu, vel de auditu. Caſus iſte probatur, de conſecr. diſt. 1. c. *Eccleſiæ*, & c. *Solemnitates dedicationum*.

Ex Conc. *Meldenſi*, c. 8.

,, Eccleſiæ, vel altaria, quæ ambigua ſunt de conſecratione, conſecrentur, & ſuperflua altaria deſtruantur.

Felix Pap. *Omnibus orthodoxis*, *Ep.* 1. *c.* 1. & 2.

,, Solemnitates dedicationum Eccleſiarum Epiſcoporum, & Sacerdotum per ſingulos annos ſunt celebrandæ. De Eccleſiarum conſecrationibus quoties dubitatur, ut nec certa ſcriptura, nec certi teſtes exſiſtunt, a quibus conſecratio ſciatur, abſque ulla dubitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas: nec talis trepidatio facit iterationem; quoniam non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum.

Dictæ ſunt columnæ Eccleſiæ. v. pag. 25. & 90.

Quod quælibet prædictarum probationum ſufficiat in præall. capite, *Solemnitates*. Cauſſa 24. quæſt. 2. cap. *Sane profertur*, verſ. *In ſacris dicticis ſcripſerunt*. Cauſſa 22. quæſt. 5. cap. *Hoc videtur*.

Et intelligas ſemiplenas probationes ſufficere, ubi non eſſet de hoc contentio, per quam vel tolleretur iſta probatio, vel appareret, quod non poſſet haberi fides tali probationi, quin alteri fieret præjudicium.

Idē quod prius, diſt. 68.

Alius caſus eſt, ſi ſit exuſta Eccleſia, id eſt, quod ſit deſtructa propter exuſtionem. De conſecr. diſt. 1. c. *Eccleſiis*. Quod forte eſt intelligendum, etiamſi non tota, ſed pro majori parte decruſtata. Eſt arg. ff. de contrahen. emt. *Domum*.

Tertius caſus eſt, ſi funditus eſt deſernčta, & de novo reparata, ſive ex eiſdem lapidibus, ſive ex aliis. De conſecr. diſt. 1. c. *De fabrica*.

Vigilius *Papa Ad Eutherium*, *Ep.* 1. c. 4.

,, De fabrica vero cujuslibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & ſi in eo loco conſecrationis ſolemnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, ſi per eam minime jactetur aqua exorcizata; quia conſecrationem cujuslibet Eccleſiæ, in qua Spiritus ſancti arrha non ponitur, celebritatem ſcimus tantum eſſe Miſſarum. Et ideo ſi qua Sanctorum Baſilica a fundamentis etiam fuerit innovata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Miſſarum ſolemnitas celebrata, totius conſecrationis ſanctificatio implebitur: ſi vero ſanctuaria, quæ habebat, ablata ſunt, rurſus eorum repoſitione, & Miſſarum ſolemnitate reverentiam ſanctificationis accipiet.

Et eſt ratio in his duobus caſibus, quia tota conſecratio Eccleſiæ maxime conſiſtit in exteriori unctione, & conjunctione, & diſpoſitione lapidum. Arg. de conſecr. diſt. 1. c. *Eccleſiam, in qua*.

Ex Conc. *Agrippin.*

,, Eccleſiam, in qua mortuorum cadavera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet: ſed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſis corporibus, & raſis parietibus, vel tignis ejus loci, reædificetur: ſed ſi hæc conſecrata ante fuerit, Miſſas in ea celebrare licet; ſi tamen fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt.

Secus eſſet, ſi parietes non funditus, ſed ſucceſſive mutati eſſent; quia tunc non eſſet reconſecranda, ſed reconcilianda. De conſecrat. Diſt. 1. c. *Si motum*.

Igin. Papa

,, Si motum fuerit altare, denuo conſecretur Eccleſia: ſi parietes mutantur, & non altare, ſalibus tantum exorcizetur. Si homicidio, vel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligeotiſſime expurgetur, & denuo conſecretur.

Propter homicidium autem, vel adulterium non debet conſecrari, ſed reconciliari tantum. Extr. de conſecr. Eccleſ. c. *Propoſuiſti*, de adult. c. *Significaſti*.

Innoc. III *Compoſtellano Arch.*

,, Propoſuiſti, quod venientibus ad Eccleſiam ſancti Jacobi ex diverſis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab aliis per contentiones & rixas altaris de nocte cuſtodiam vindicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur (& infra) Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod manente Eccleſia, & altari, ipſa reconciliari poterit per aquam cum vino, & cinere benedictam.

Alexand. III.

,, Significaſti nobis quemdam Presbyterum cum alterius conjuge intra Eccleſiam dormiviſſe, quæ ſe, & illum cuidam Sacerdoti hujuſmodi delictum confeſſos fuiſſe, publice tibi detexit, & hoc ipſum idem Sacerdos, nomen adulterii celans, in præſentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cum negante adultero, mulier in confeſſione perſiſtat, cuoſilium requiſiſti. Ideoque mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens adulteræ Eccleſiam per aſperſionem aquæ benedictæ reconciliare procures....

Poſtillator

Propter homicidium.] *Idem intelligas de ſanguinis effuſione facta per contentionem; quod tamen intelligo de enormi ſanguinis effuſione, non de modica, vel levi; ut ſi quis, forte dum contendit cum alio in Eccleſia, impetu in eum facto offendat in nares ejus, & eum ungue aliquantulum excoriet eum, & inde aliquantulum ſanguinis effluat, maxime ſi ille, qui hoc facit, non habet propoſitum effundendi ſanguinem.*

Quid, ſi lapide, vel ligno cadente de Eccleſia aliquis occidatur; aut quid, ſi aliquis furioſus ſe ibi præcipitaverit, aut ictu proprio occiſus fuerit?

Reſp. *Videtur bene notaſſe de conſecr. diſt. 1. c.* Eccleſiis, *quod in his caſibus non eſt reconcilianda Eccleſia, ex quo per intentionem non ſit ſanguis effuſus; tamen loquitur ibi de conſecratione, non de reconciliatione, niſi nomine conſecrationis intelligas reconciliationem: habetur enim ibi, quod ſi in Eccleſia vulneratus aliquis lethaliter, poſtea moria-*

moriatur in domo ſua, ibi dicetur mortuus, ubi cauſſam mortis acceperit: omnino idem intelligo in contraria caſu; unde ſi aliquis extra Eccleſiam vulneratur lethaliter, & fugiens ad Eccleſiam ibi moriatur, non reputabitur violata homicidio: ſicut ſi aliquis lethaliter vulneraverit ſervum, licet tempore mortis factus ſit liber, non punietur occiſor tamquam de libero occiſo, ſed tamquam de ſervo.

Quid ſi in Eccleſia Martyr occidatur, ſicut factum eſt de B. Thoma Cantuarienſi?

Reſp. *Dicunt, quod non propter hoc reconcilianda ſit Eccleſia; quia hujuſmodi ſanguinis effuſio Eccleſiam non polluit, ſed conſecrat.*

Pro adulterio debet ſimiliter Eccleſia reconſecrari ſimiliter de fornicatione ibi commiſſa; quia nec illud c. de conſecr. diſt. I. Eccleſiis, *nec illud extr. de conſecrat. Eccleſ. c. ult. ſeu,* Si Eccleſia, *diſtinguit de pollutione ſeminis, utrum ſit facta fornicando, vel adulterando. Propter pollutionem autem in ſomnis factam, non debet Eccleſia reconciliari: ſi autem ibi vir reddat debitum uxori ſuæ, vel econverſa, aut cauſſa prolis procreandæ ibi coierint, videtur Hugot. ſentire, quod non ſit reconcilianda Eccleſia; ſed tamen, ut dictum eſt, loquitur ibi de conſecratione. Ego credo, quod in hoc caſu indigeat reconciliatione; & etiam propter Sodomiticum vitium ibi perpetratum; non tamen credo hujuſmodi reconciliationem eſſe neceſſariam propter occultam fornicationem, aut adulterium, ſed propter manifeſtam; vel quando publica fama eſt de hoc, & uterque delinquentium, vel alter eorum publice de crimine confitetur: & ſic intelligitur Extr. de adult. cap.* Significaſti. *Difficile enim mihi videtur & abſonum, quod propter hujuſmodi pollutiones occultas, de quibus nullum eſt ſcandalum, aut fama, fiat ſolemnis reconciliatio Eccleſiæ conſecratæ per Epiſcopum, cum quotidie oporteret Epiſcopos diſcurrere ad hujuſmodi reconciliationes faciendas, cum eas demandare non poſſent ſimplicibus Sacerdotibus.*

Poteſt autem Diœceſanus Epiſcopus reconciliare Eccleſiam per ſe, vel per alium Epiſcopum, non diſtincto, utrum ipſe benedicat aquam, & ipſe reconciliet Eccleſiam: per Sacerdotes vero ſimplices non poteſt reconciliare Eccleſiam, etiamſi conſuetudo contrarium obtinuerit ab antiquo; quia licet Epiſcopus committere valeat, quæ juriſdictionis exſiſtunt; quæ ordinis tamen Epiſcopalis ſunt, non poteſt inferioris gradus Clericis demandare. Extra, de conſecr. Eccleſ. c. *Aqua*.

Gregor. IX. *Epiſc.*

„ AQua per Epiſcopum benedicta Eccle-
„ ſiam reconciliari poſſe per alium Epi-
„ ſcopum non negamus, per Sacerdotes ſim-
„ plices hoc fieri de cetero prohibentes, non-
„ obſtante conſuetudine provinciæ Bracharen-
„ ſis (quæ dicenda eſt potius corruptela) quia
„ licet Epiſcopus committere valeat, quæ ju-
„ riſdictionis exſiſtunt; quæ ordinis tamen
„ Epiſcopalis ſunt, non poteſt inferioris gra-
„ dus Clericis demandare. Quod autem man-
„ dantibus Epiſcopis ſuper reconciliatione fa-
„ ctum eſt, hactenus per eoſdem miſericordi-
„ ter toleramus.

Item quid fiet, ſi Eccleſia non conſecrata, cojuſcumque fuerit ſemine, aut ſanguinis effuſione polluta?

Reſpondeo: Debet aqua exorcizata lavari, ne divinæ laudis organa ſuſpendantur. Extr. de conſecr. Eccleſ. c. *Si Eccleſia*.

Idem *Eidem*.

„ SI Eccleſia non conſecrata cojuſcumque ſe-
„ mine fuerit, aut ſanguinis effuſione pol-
„ luta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne
„ divinæ laudis organa ſuſpendantur. Eſt ta-
„ men, quam citius fieri poterit, conſecran-
„ da.

Item quid de mortuorum corporibus, qui a ſchiſmaticis ſunt ſepulti; & de indumentis Sacerdotalibus, cum quibus, necnon, & de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebraverunt.

Dic, quod propter hoc, nec ſepulti hujuſmodi debent exhumari, nec indumenta iterum benedici, nec altaria reconſecrari. Extr. de Sacram. reiter. vel non, c. *A nobis*.

Honor. III. *Archiep. Londonenſi, & ejus ſuffragan.*

„ A Nobis humiliter quæſiviſtis, quid fieri
„ debeat de mortuorum corporibus, qui
„ tempore ſchiſmatici, & reprobi Vvaldemarii
„ a Schiſmaticis ſunt ſepulti: & de indumen-
„ tis Sacerdotalibus, cum quibus, nec non de
„ altaribus, in quibus degradati Presbyteri ce-
„ lebrarunt. Nos autem inquiſitioni veſtræ
„ breviter reſpondemus, quod non credimus
„ ob hoc dumtaxat ſepultos hujuſmodi exhu-
„ mandos: aut debere indumenta talia ite-
„ rum benedici, vel reconſecrari altaria ſupra-
„ dicta.

Item propter altaris remotionem, vel menſæ deſtructionem non debet Eccleſia reconſecrari, ſed altare tantum; quia alia eſt conſecratio altaris, alia Eccleſiæ. Extr. de conſecr. Eccleſ. c. *Ad hæc*, & c. *Quod in dubiis*.

Alex. III.

„ AD hæc, ſi altare motum fuerit, aut lapis
„ ille ſolummodo ſuprapoſitus, qui ſigil-
„ lum continet, confractus, aut etiam diminu-
„ tus, debet denuo conſecrari. Propter hoc ve-
„ ro, nequaquam reiterare ſuam conſecratio-
„ nem Eccleſia conſuevit: licet id quidam Ca-
„ nones innuere videantur.

Innoc. III *Nidroſienſi Epiſc.*

„ QUod in dubiis (& infra) Altare vero,
„ in quo tabula, cui conſecrationis bene-
„ dictio Pontificali miniſterio adhibetur, ſi mo-
„ ta, vel enormiter fracta fuerit; debet non
„ immerito conſecrari. Nec negamus, quin o-
„ leum non conſecratum, conſecrato poſſit o-
„ leo commiſceri.

Quod autem dictum eſt de menſa, intellige, ſive fuerit deſtructa penitus, ſeu enormiter fracta, ſeu fuerit mota junctura, qua adhæret ſtipiti: nam in illa præſertim conjunctione intelligitur eſſe conſecratio altaris: unde ſi aliquis de lapidibus ſtipitis tangens ipſam menſam eſſet motus, altare eſſet reconſecrandum. Extr. de conſecr. Eccl. c. *Ad hæc*, & c. *Quod in dubiis*. *v. ſupra.*

Idem etiam ſentiunt doctores, niſi fieret altari tantum augmentum, quod amitteret formam: quia forma rei eſt eſſe rei. Arg. cauſſa 10. q. 2. c. *Hoc jus*. *v. pag.* 180

Item poſſunt Eccleſiæ dedicari, tam diebus Dominicis, quam privatis. Extr. de conſecrat. Eccleſ. c. 2. ſeu, *Tua fraternitas*.

Innoc. III *Turonenſi Epiſc.*

„ TUa fraternitas (& infra) Inquiſitioni
„ tuæ taliter reſpondemus, quod in diœ-
„ ceſi tua, licet tibi Eccleſiis dedicationem im-
„ pendere, tam diebus Dominicis, quam pri-
„ vatis.

Virgines tamen tantum conſecrandæ ſunt in diebus Dominicis, & aliis præcipuis feſtis, niſi forte immineret mortis articulus; quia tunc non eſſet implorantibus conſecratio deneganda. Cauſſa 20. q. 1. c. *Devotis*.

„ De-

Gelasius Papa Omnibus Epiſc.

DEvotis Deo virginibus, niſi aut Epiphaniorum die, aut in albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalitiis ſacrum velamen minime imponatur; niſi forſan (ſicut de baptiſmate dictum eſt) gravi languore correptis, ne ſine hoc munere de ſæculo exeant, implorantibus non negetur. Viduas autem velare, Pontificum nullus attentet.

Item nullus propter ſomnia, vel inanes revelationes, vel quamlibet aliam cauſſam debet ædificare Eccleſiam, niſi de conſenſu, & auctoritate diœceſani Epiſcopi, qui debet ponere primarium lapidem, crucem figere cum orationibus, deſignare atrium pro cœmeterio, & porticu, & petere ſufficientem dotem aſſignari Eccleſiæ. Non debet etiam fieri, niſi in loco utili, & honeſto. De conſecr. diſt. 1. cap. *Nemo*, & cap. *Eccleſias per congrua*, & cap. *Hic ergo*, & cap. *Placuit*.

Ex Conc. Aurelian.

NEmo Eccleſiam ædificet, antequam Epiſcopus civitatis veniat, & ibidem crucem figat, publice atrium deſignet, & ante præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiant: & oſtenſa donatione ſic domum ædificet, & poſtquam conſecrata fuerit, atrium ejuſdem Eccleſiæ ſancta aqua conſpergat.

Clemens Ep. 2. ad Jacob.

ECcleſias per congrua, & utilia facite loca, quæ divinis precibus conſecrari oportet, ... & non a quoquam gravari.

Idem Ep. 3.

HIc ergo, id eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei, ubi & agendi, & ſacrificandi eſt locus: quoniam in aliis locis ſacrificare, & Miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus Epiſcopus proprius juſſerit, aut ab Epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, conſecrata fuerint: aliter enim non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda.

Ex Conc. Africano, c. 50.

PLacuit, ut altaria, quæ paſſim per agros, & per villas, tamquam memoriæ martyrum conſtruuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui eiſdem locis præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares nō ſinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, ut qui recte ſapiunt, nulla ibi ſuperſtitione devicti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, niſi aut ubi corpus, & reliquiæ certæ ſunt, aut ubi origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubicumque conſtituuntur altaria, omnino reprobentur.

Item permittitur cuilibet fidelium habere oratorium privatum in domo ſua, & ibi orare; ſed non debet ibi Miſſa celebrari, niſi de conſenſu Epiſcopi, & propter neceſſitatem, & dummodo non fiat præjudicium, ſaltem enorme, Parochiali Eccleſiæ.

Clericus vero, qui ſine auctoritate Epiſcopi in tali oratorio celebraverit, debet deponi. De conſecr. diſt. 5. c. *Unicuique*, & c. *Clericos*, & c. *Si quis etiam*.

Ex Conc. Aurelian. c. 3.

UNicuique fidelium in domo ſua oratorium licet habere, & ibi orare: Miſſas autem ibi celebrare non licet.

Ex Sext. Synodo, c. 31.

CLericos, qui miniſtrant, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu Epiſcopi loci illius hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obſervaverit, deponatur.

Ex Conc. Agatheaſ. c. 21.

SI quis etiam extra Parochias, in quibus legitimus eſt, ordinariuſque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquis feſtivitatibus, ut ibi Miſſas audiat propter fatigationem familiæ, juſta ordinatione permittimus. Paſcha vero, Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & Natali ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur, nonniſi in civitatibus, aut in Parochiis audiant. Clerici vero, ſi qui in feſtivitatibus, quas ſupradiximus (niſi jubente, & permittente Epiſcopo) Miſſas celebrare voluerint, communione priventur.

Vel dic, quod nec etiam oratorium aliquod licet habere in forma Eccleſim abſque auctoritate Epiſcopi. Hoſpitale tamen ſine oratorio poſſet aliquis auctoritate propria facere, ad recipiendos pauperes.

Item nota, ex quo monaſterium, vel Eccleſia, vel etiam Hoſpitale auctoritate Epiſcopi ædificatum eſt, nullo modo debet poſtea converti in ſæculare habitaculum, vel alios profanos uſus. Extr. de rel. dom. c. *Ad hæc*. Cauſſa 19. q. 3. c. *Quæ ſemel*, & c. *Quoniam*, 17. q. ult. c. *Queſti*.

Urbanus III. Arimin. Epiſc.

AD hæc (& infra) Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi locus ad hoſpitalitatis uſum, & pauperum proviſionem fuerit (ſicut moris eſt) auctoritate Pontificis deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet mundanis uſibus deputari; ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, & aliis utenſilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua conſuetudo indubitanter obſervat, & venerabilium Patrum edocent ſanctiones.

In Conc. Calcedon. c. 24.

QUæ ſemel ſunt dedicata monaſteria cum conſilio Epiſcoporum, maneant perpetuo monaſteria, & res, quæ ad ea pertinent, monaſteriis reſervari oportet, nec poſſe ea ultra fieri ſæcularia habitacula. Qui vero permiſerint hoc fieri, ſubjaceant his condemnationibus, quæ per Canones conſtitutæ ſunt.

In Synodo Septima, c. 3.

QUoniam a quibuſdam viris quædam venerabiles domus ſurripiuntur, tam videlicet Epiſcopia, quam monaſteria, & facta ſunt communia diverſoria; ſiquidem voluerint hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut ſecundum antiquitatem reſtaurentur, bene, & optime eſt: alioquin ſi de ſacrato cathalogn fuerint, hos deponi præcipimus; ſi vero Laici, vel Monachi, excommunicari: quos nimirum conſtat & condemnatos eſſe a Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & deputentur, ubi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, quia voci Domini adverſantur, qui dicit: *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis*. *Joan. 2.*

Gregor. Joan. Epiſc. Scyllacæo, Ep. 33.

QUeſti ſunt nobis prædicti Monaſterii Monachi Abbatem ſuum intra Scyllacænum caſtrum terram, quæ in 600. pedes extenditur, ſub prætextu fabricandæ Eccleſiæ fraternitati tuæ donationis titulo conceſſiſſe. Ideo volumus quantum parietes poſſunt ædificatæ Eccleſiæ circumdare, jure Eccleſiæ vendicari: quidquid vero extra parietes ejuſdem Eccleſiæ eſſe poterit, ad jura monaſterii ſine difficultate aliqua revertatur: quia nec mundanarum

„ le-

Digitized by Google

„ legum, nec Sacrorum Canonum ſtatuta permittunt, res monaſterii de ejus jure quolibet titulo ſegregari; ea propter donationem ejuſdem terræ, quæ contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue.

Similiter ligna Cathedræ, pallæ altaris, vela, vel cortinæ Eccleſiæ, veſtimenta miniſtrorum, vaſa ſacra, pelvis etiam, in qua Diaconus, ad eujus ſpectat officium, cum miniſtris bumilibus abluit corporalia intra ſanctuarium, & velamina non debent converti ad uſus Laicos, vel profanos; ſed ſi aliqua ſunt vetuſtate conſumta, debent comburi, & eineres recondi intra Eccleſiam ſub pavimento, vel alio loco tuto, & honeſto, ne introeuntium pedibus coinquinentur; ligna tamen Eccleſiæ deſtructæ poſſent poni in alia Eccleſia, vel etiam in alio uſu honeſto fratrum, puta capitnlo, dormitorio, vel ſimili. Poſſent etiam vaſa propter neceſſitatem vendi alii Eccleſiæ, etiam in eadem forma, vel conflata cuilibet. Probantur hæc omnia de conſecr. diſt. 1. c. *Lignas*, & c. *Altaris*, & c. *Nemo per ignorantiam*, & e. *In ſancta*, & c. *Veſtimenta*, & c. *Ad nuptiarum*. v. pag. 115

Clemens Papa Jacobo Hieroſol. Epiſc. „ Altaris palla, Cathedra, Candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumta, ioceodio dentur; quia non licet ea, quæ in ſacrario fuerint, male tractari; ſed incendio univerſa tradantur. Cineres quoque eorum io Baptiſterium inſerantur, ubi oullus tranſitum habeat: aut io pariete, aut in foſſis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

Idem Ibidem. „ Nemo per ignorantiam Clericus mortuum credat obvolveoduin, aot Diaconus ſeapulas operire velit palla, quæ fuit in altari, aut certe, quæ Diacono data eſt in menſa Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter, quaſi nihil, & oegligenter habuerit divina Myſteria, Diacoous triennio, ſexque menſibus a Dominico erit alieous altari, gravi percuſſus anathemate. Quod ſi Clerieum Presbyter non commonuerit, decem annis, & ſex meoſibus excommunicatus ſit; propterea quod de Domioicis Sacramentis ſubjecta ſibi oon amoverit ioiniſteria: & poſtea cum grandi humilitate matri reconcilietur Eccleſiæ. Pallas vero, & vela ſanctuarii, ſi ſordidata ſuerint miniſterio, Diaconi cum humilibus mioiſtris iotra ſanctuarium lavent, ooo ejicientes foras a ſacrario: & velamina Dominicæ menſæ ablnant, ne forte pulvis Dominiei corporis male decidat. Sindooem vero non foris abluant: & erit hoc operanti peccatum. Idcirco intra ſacrarium miniſtris præcipimus hæc ſancta cum diligentia euſtodire. Sane pelvis nova comparetur, & præter hoe nil aliud taogat. Sed nec ipſa pelvis velis apponatur lavandis, niſi quæ ad Dominici altaris eultum pertinent. Pallæ altaris ſolæ in ea laventur: & in alia, vela januarum. De velis autem jannarum cura ſit Oſtiariis ex admonitiooe majorum, ne quis negligens, aut ignarus, ad velom januæ domus Domini maons incognite tergat; ſed ſtatim coercitus diſcat omnis homo, quia velum atrii domns Domini ſanctum eſt.

Sixtus Papa, Epiſt. 2. „ In ſancta hac Apoſtolica Sede ſtatutum eſt, ut ſacra vaſa oon ab aliis, quam a ſacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde eſt, nt ſacra Domini vaſa, quæcumque ſint, humanis uſibus ſerviant, aut ab aliis, quam a Domino ſamnlantibus, eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præſumtionibus iratus Dominos plagas imponat populo ſuo, & hi etiam, qui non peccaverint, mala patiantur, aut pereant: quia perit juſtus ſæpiſſime pro impio.

„ Veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur, & ſacrata debent eſſe, & honeſta, quibus aliis in uſibus non debent frui, quam in Eccleſiaſticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contiogi, aut ferri, niſi a ſacratis hominibus, ne ultio, quæ Balthaſar regem percuſſit, ſuper hæc tranſgredientes, & talia præſumentes veniat, & corruere eos ſaciat ad ima. *Stephan. Epiſcopus familiari amico Hilario, Ep. 1. c. 3.*

„ Ad nuptiarum ornatum divina miniſteria non præſtentur, oe dum improborum contactu, pompaque ſæcularis luxuriæ polluuotur, ad officia ſacri myſterii videantur indigna. *Ex Conc. Aurelianenſ.*

Item non debet hodie fieri altare ligneum, vel terreum, ſed lapideum: nec calix debet fieri de ligno, vitro, ære, vel aurichalco; ſed de auro, argento, vel ſtanno: nec corporale debet fieri de ſerico, vel panno tincto; ſed de puro, & candido lino. De conſecr. diſt. 1. cap. *Altaria*, & cap. *Vaſa*, & cap. *Ut Calix*, & cap. *Conſulto*.

„ Altaria ſi non fuerint lapidea, Chriſmatis unctione non conſecrentur: ad celebranda autem divina officia, ordinem, quem Metropolitani teneot, Comprovinciales eorum obſervare debebunt. *Ex Conc. Epaunenſ c. 26.*

„ Vaſa, io quibus ſacroſancta conficiuntur myſteria, Calices ſunt, & Patenæ, de quibus Boniſacius martyr, & Epiſcopus interrogatus ſi liceret in vaſculis ligneis Sacramenta conficere, reſpondit: Quondam Sacerdotes aurei ligneis Calicibus utebantur: nunc econtrario lignei Sacerdotes aureis utuntur Calicibus. Zepherious XVI. Romaous Epiſcopus Patenis vitreis Miſſas celebrari conſtituit; tū deinde Urbanus X. Papa, omnia miniſteria ſacra fecit argentea. In hoc ſicut & in reliquis eultibus magis, & magis per incrementa temporum decus ſuccrevit Eccleſiarum: noſtris eoim diebus, qui ſervi patriſfamilias ſumus, ne decus matris Eccleſiæ minuatur, ſed magis eumuletur, & amplificetur; ſtatuimus, ut deinceps nullus Sacerdos ſaerum myſterium Corporis, & Sanguinis Domini ooſtri Jeſu Chriſti in ligneis vaſculis ullo modo conficere præſumat; ne unde placari debet, inde iraſcatur Deus. *Ex Conc. Triburienſ.*

„ Ut Calix Domini eum Patena, ſi non ex auro omnino, tamen ex argento fiat (& infra) Si quis autem tam pauper eſt, ſaltem vel ſtanneum Calicem habeat. De ære autem, aut ex aurichalco non fiat Calix; quia ob vini virtutem æruginem facit, pariterque vomitum provocat: nullus autem in ligneo, aut vitreo Calice præſumat Miſſam cantare. *Ex Conc. Remenſ c. 6.*

„ Conſulto omnium ſtatuimos, ut ſacrificium altaris non in ſerico panno, aut tincto quiſquam celebrare Miſſam præſumat, ſed in puro lineo, vel lintheo ab Epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato, atque contexto: ſicut Corpus Domini noſtri *Ex Epist. Euſebii Papa 19. Sylveſtri.*

Jeſu

„ Jeſu Chriſti, in ſindone linea munda ſepul-
„ tum ſuit.

Item non debet cantari Miſſa, niſi in Eccleſia conſecrata, ſi fieri poteſt, vel ſaltem in altari conſecrato; vel ſi hoc non habetur, habeatur ad minus ſemper parva tabula conſecrata. In neceſſitate etiam poteſt Miſſa celebrari ſub dio, vel in tentoriis, in itenere videlicet, vel in exetcitu, vel ſimili honeſto loco; dum tamen babeatur ibi ſemper parva tabnla, nt dictum eſt, & eetera ornamenta neceſſaria. De *v.pag.308* conſecr. diſt. 1. c. 3. ſen, *Omnes*, circa fin. & c. *Concedimas*.

Ex Conc. Tribarica.
„ COncedimus atiam, ut ſicubi (quod pec-
„ catis noſtris exigentibus perplurimum
„ factum eſt) a Normannis, & Sclavis, ab Un-
„ garis, & a malis Chriſtianis, ſeu alio qua-
„ licnmque modo Eccleſiæ ſuerint incenſæ, &
„ combuſtæ, in capellis cum tabnla conſecrata
„ Miſſas interim celebrari permittimus, donec
„ Eccleſiæ ipſæ reſtaurari queant. In itinere
„ vero poſitis, ſi Eccleſia defuerit, ſub dio, ſeu
„ in tentoriis, ſi tabula altaris conſeerata, ce-
„ teraque ſacra miniſteria ad id officium perti-
„ nentia ibi aſſucrint, Miſſarum ſolemnia ce-
„ lebrari concedimus: aliter omnino interdici-
„ mus.

Item non debet Presbyter in die cantsre, niſi unam Miſſam: videntnr tamen excipi ſex caſus. Unus: Dies Natalis Domini, in quo poteſt eantare tres. In aliis vero diebus poteſt cantare duss in caſibus ſequentibus, nnam pro defunctis, & aliam de die, ſi neceſſe ſnerit. Item propter neceſſitatem peregrinorum, hoſpitum commeantium, & infirmorum, & ſorte propter neceſſitatem nuptiarum, niſi tempus laberetur; ita tamen quod numquam celebret ultra dnas propter aliquam neceſſitatem, nec aliquam cauſſam adulationis, vel cnpiditatis; quia tune peccaret mortaliter. Probantur hæc, de conſcr. diſt. 1. c. *Sufficit*, extr. de celeb. Miſſ. e. *Canſaluiſti*.

Nanc nō bis cantatur, niſi cum licētia Prælati.

Alexand. Papa.
„ SUfficit Sacerdoti unam Miſſam in die nna
„ celebrare, quia Chriſtus ſemel paſſus eſt,
„ & totum mundum redemit. Non modica res
„ eſt unam Miſſam facere, & valde felix eſt,
„ qui unam digoe celebrare poteſt. Quidam ta-
„ men pro defunctis nnam faciunt, & alteram de
„ die, ſi neceſſe ſuerit: qni vero pro pecuniis,
„ aut adulationibus ſæcularium una die præ-
„ ſumunt plures facere Miſſas, non æſtimo
„ evadere damnationem.

Innoc. III Vigorenſ. Epiſc.
„ COnſuluiſti (& infra) Roſpondemus,
„ quod excepto die Nativitatis Dnminicæ,
„ niſi cauſſa neceſſitatis ſuadeat, ſufficit Sacer-
„ doti ſemel in die unam Miſſam ſolummodo
„ celebrare.

Item propter Miſſam pecnliarem non debet quis dimittere, quin audiat Miſſam de die. Extr. de Celeb. Miſſ. e. 2. ſeu, *Quidam*.

Ex Conc. Tribur.
„ QUidam Laicorum habent io conſuetudi-
„ ne, nt per ſingulos dies audiant Evan-
„ gelium: *In priacipio erat verbam*, & Miſſas
„ peculiares, hoc eſt, de ſancta Trinitate, &
„ de ſancto Michaele. Ideo ſancitum eſt in eo-
„ dem Concilio, nt ulterius hoc non fiat, niſi
„ ſuo tempore, & niſi aliquis velit propret re-
„ verentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia de-
„ votione audire. Sed ſi volnerint, ut ſibi Miſſæ
„ canteotnr, de eadem die Miſſas audiant, pro
„ ſalute vivorum, & etiam defunctornm.

Et in diebus profeſtis, quum ſolemniter cantatnr Miſſa de Beata Virgine, & de Spiritu ſancto, vel ſimilibus, non debet hymnus Angelicns, vel Symbolom decantari; licet in Miſſa propria præſatio decantetur, ut inter commemorationem, & ſolemnitatem differentia oſtendatur. Extr. de celeb. Miſſ. c. *Conſiliam*.

Innoc. III Archiep. Bracbar.
„ COnſilinm noſtrum (& inſra) Requiſiſti,
„ utrum in diebus profeſtis, in quibus ad
„ honorem ſancti Spiritus, Beatæ Virginis, &
„ ſanctæ Crncis Miſſam celebrari conringit,
„ Hymnus Angelicus, Symbolum, ac Præſatio
„ propria debeat decantari (& infra) Inquiſi-
„ tioni tuæ taliter reſpondemns, quod apud
„ nos in diebus profeſtis, cum Miſſarnm ſole-
„ mnia in honorem Beatæ Virginis celebrantur,
„ neque hymnus Angelicus, neqne Symbolum
„ decantatur: licet in Miſſa propria Præſatio
„ decantetur, ut inter commemorationem, &
„ ſolemnitatem differentia oſtendatnr. Unde,
„ *Te Deum laudamas* regularius dimittitur,
„ quam dicatur in Laudibus matutinis.

Poſtillator.
SEd numquid in nocte poteſt Miſſa canturi, vel ante matutinas?

Reſp. Credo quod qai ſcienter aate diem celebrat, cam ſit contra conſtitationem generalem Eccleſiæ, mortaliter peccat, niſi ſuper boc Epiſcopas, vel ſuperior diſpenſaret ia caſa, ut ſi contingeret aliquos iafirmari ad mortem, aec paſſet baberi Eacbariſtia, niſi aate diem conficeretur. Idem credo dicendam de illis, qai aondum dictis matatiais celebrant; cam boc ſit contra generalem, & approbatam conſuetudinem.

Item qnid debeat fieri, qnum ſpecies vini cadit poſt confectionem ſuper pallas altaris, vel alibi, require infra de pœnit. *§. Sequitur de tertia*, ultra med.

Hæc circa Sacramanta, & conſecrationem Eccleſiarum, miniſteria & ornamenta perſtrinxi breviter, ut ſimplices in aliquibus certitudinem invenirent, & in aliis, quæ longum tractatum exigunt, daretur eis occaſio cogitandi, dubitandi, & intarrogandi. Qui tamen plura voluerit invenire, legat tractatum de conſecratione in decret. & extr. da ſacra unct. e. 1. ſeu, *Cum veniſſet*, & de bapt. & ejus eff. per totum, & de conſecr. Eccleſiæ, vel altaris per totum, & de celebrat. Miſſ. per totnm, & in quarto libro Sententiarnm.

Innoc. III
„ CUm veniſſet..... Ungitur præterea ſe-
„ cundnm Eccleſiaſticnm morem, eum
„ conſeeratur altare, cum dedicatur templum,
„ cum benedicitur Calix, non ſolum ex man-
„ dato legis divinæ, verum etiam exemplo
„ Beati Silveſtri, qui cum conſeerabat altare,
„ illud Chriſmate perungebat. Præcepit enim
„ Dominus Moyſi, ut faceret oleum onctionis,
„ de qno ungeret teſtimooii tabernaculnm, &
„ arcam teſtamenti, menſamque cum vaſis.
„ Verum Unctionis Sacramentum aliud quidem
„ efficit, & figurat, tam in novo, quam in
„ vereri teſtamento; nnde non judaizat Eccle-
„ ſia, cum unctionis celebrat ſacramentnm, ſi-
„ cut antiqui mentinntur, qui neque Scriptn-
„ ras, neque Dei novere virtutem. Mone-
„ mus igitur, ut illnm in ordinandis Presby-
„ teris, & conſecrandis Epiſcopis morem ſer-
„ ves, & facias obſervari, qnem Apoſtolica
„ ſedes obſervat (& infra).

TITU-

TITULUS XXV.

De Infamibus.

POſt tractatum omnium impedimentorum ſubjungitur quoddam impedimentum, quaſi concluſio, & ſigillum, videlicet, quod ſit bonæ famæ, ne alias infirmorum corda percutiantur, & vituperetur miniſterium noſtrum. Generaliter ergo & ſine exceptione tenendum eſt, quod omnis infamis tam de jura, quam de facto repellitur a promotione, quia portæ dignitatum, vel ordinum infamibus & ſuſpectis perſonis patere non debent. Diſt. 81. c. *Dictum*, extra, de jurejur. c. *Querelam*, de axceſſ. præl. e. *Inter*, diſt. 31. e. *Qui in aliquo*.

v. pag. 48. v. pag. 239 & 229.

Ex Conc. Moguntino.

,, DIctum eſt nobis Presbyteros propter ſuam
,, negligentiam Canonice degradatos, &
,, ſæculariter gradu amiſſo vivere, & pœniten-
,, tiæ agendæ bonum negligere; unde ſtatui-
,, mus, ut grado amiſſo, agendæ pœnitentiæ
,, gratia, io Monaſterium, aut in Canoniam
,, Regularem mittantur. Si vero hoc fieri cauſ-
,, ſa quælibet prohibuerit, ubicumque ſint,
,, pœnitentiam agere non deſiſtant: ſi autem
,, amiſſo gradu ſæculariter vivere voluerint, &
,, pœnitentiam agere neglexerint; ab Eccleſiæ
,, communione ſeparentur.

Ad omnia ſupradicta impedimenta ſignantur contraria, extra de elect. c. *Cum in cunctis*, & c. *Cum nobis olim*: ibi enim colligitur, tria tantum eſſe in ordinando requirenda, & maxime io illo, qui promovetur ad dignitatea, ſcilieet, ætatem legitimam, morum honeſtatem, & litteraturam ſufficientem. Sed dic ſub illis tribus omnia prædicta comprehendi.

v. pag. 246 v. pag. 247

TITULUS XXVI.

De electione, poſtulatione, confirmatione, renunciatione, & uſu pallii.

POſſent hic multa poni de electionibus Prælatorum, poſtulationibus, confirmationibus, & renunciationibus eorumdem: quælibet propter ſui prolixitatem non proſequor; de ſingulis tamen propter utilitatem, quam continent, dicam pauca.

§. I.

De electione, & poſtulatione.

NOta ergo, quod electio erit Canonica, ſi non obſtat perſonæ electæ aliquid de prædictis, quæ circa ordinandum ſunt attendenda; nec interceſſit ſimoniaca pravitas, de quo requira ſupra de ſimonia, per totum. Et ſi eſt facta, a quibus, & de quibus, & quando, & ubi, & ſicot debuit; alias non per oſtium, ſed aliunde videbitur introiiſſe; & ideo tamquam ſur, & latro retinebit cum periculo animæ dignitatem: unde non eſt ſibi via, niſi ot reſignet; vel ſi factum eſt diſpenſabile, petat diſpenſationem ab eo, qui diſpenſare poteſt, & in utroque caſu agat pœnitentiam condignam de commiſſo.

Item de Poſtulatione nota in ſumma, qui debeant poſtulari, & a quibus. Debet poſtulari generaliter omnis, qui alias non poteſt eligi, ut Clericus alterius civitatis, vel Clericus in minoribus ordinibus, ſi debeat eligi in Epiſcopum. Item Laicus curialis, vel irregularis, & quicumque indiget diſpenſationem. Item Epiſcopus, & alectus, confirmatus. Diſt. 61. c. *Oſius*, diſt. 71. per totam, extr. de elect. e. *Innotuit*, circa fin.

v. Indic. v. pag. 238

Poſtulatur autem eligendus, vel a ſeipſo tantum, vel a ſeipſo & alio: a ſeipſo poſtulatur Laicus ſolutus ejuſdem Epiſcopatus, vel Clericus in minori ordine, in quo non poteſt eligi de jure. Diſt. 61. e. *Oſius*, & *Bene novit*.

v. Indic.

Et poteſt fieri poſtulatio ſub his verbis, vel æquipollentibus: *Volumus te eligere: petimus, ut facias te promoveri*.

A ſeipſo, & alio poſtulatur curialis, irregularis, criminoſus poſt pœnitentiam, Laicus conjugatus, Laicus, vel Clericus alterius Epiſcopatus; Curialis ab Imperatore, vel alio principe, cujus curiæ nexibus eſt adſtrictus. Diſt. 61. cap. *Oſius*, diſt. 63. c. *Principali*.

Pelagius Papa Epiſ. Centumcelleaſ.

,, PRincipali devotiſſimorum militum, qui
,, illic in civitate Centumcellenſi conſiſtunt,
,, relatione ad nos directa Sacram Epiſtolam in-
,, ſinuant ſe Clementiſſimi principis impetraſſe,
,, quæ eis Presbyterum, Diaconum & Subdiaco-
,, num fieri debere præcipit. Ideo hortamur di-
,, lectionem tuam, ot perſonas ipſas videas, &
,, diligenter inquiras, ne aliquid contra Cano-
,, nes commiſiſſent: & ſi eos inculpabiles repe-
,, reris, & vitæ ipſorum laudabile teſtimonium
,, videris, veniente mediana ſeptimana Paſchæ,
,, ſi Dominus voluerit, & ſi vixerimus, unum-
,, quemque per officia, quæ prædiximus, non
,, differas promovere.

Irregularis, vel criminoſus poſtulatur ab eo qui habet poteſtatem diſpenſandi. Infra de lap. & dill. §. *Circa prædictas*.

Laicos, vel Clericus in Minoribus Ordinibus conjugatus debet poſtulari ab uxore. Diſt. 28. e. *De his*, in fine, diſt. 32. cap. *Seriatim*, diſt. 77. c. *Epiſcopus*.

v. pag. 229

Ex Conc. Toletano 2. c. 1.

,, DE his, quos voluntas parentum a primis
,, Infantiæ annis Clericatus officio manci-
,, pavit, ſtatuimus obſervandum, ut mox de-
,, tonſi, vel miniſterio Lectorum traditi in domo
,, Eccleſiæ ſub Epiſcopali præſentia a præpoſito
,, ſibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum
,, ætatis ſuæ compleverint annum, coram totius
,, Cleri, plebiſque conſpectu, voluntas eorum
,, de expetendo conjugio ab Epiſcopo perſcrute-
,, tur: quibus ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante,
,, placuerit, & promiſſionem caſtimoniæ ſuæ
,, abſque conjugali neceſſitate ſeſe ſpoponderint
,, ſervaturos; hi tamquam appetitores arctiſſi-
,, mæ viæ leviſſimo Domini jugo ſubdantur;
,, ac primum Subdiaconatus miniſterium habita
,, probatione profeſſionis ſuæ a vigeſimo anno
,, ſuſcipiant, quod ſi inculpabiliter, ac inoffenſe
,, vigeſimum, & quintum annum ætatis ſuæ pere-
,, gerint, & Diaconii officium (ſi ſcienter implere
,, poſſe ab Epiſcopo cōprobantur) promoveri de-
,, bent. Cavendum eſt tamen his, ne quando ſuæ
,, ſponſionis immemores, ad terrenas nuptias, aot
,, ad furtivos concubitus ultra recurrant. Quod
,, ſi forte fecerint, ut ſacrilegii rei ab Eccleſia ha-
,, beantur extranei: quibus autem voluntas pro-
,, pria interrogationis tempore deſiderium no-

,, bendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo li-
,, centiam auferre non poſſumus, ita ut cum
,, provectæ ætatis in conjugio poſiti, renuntia-
,, turos ſepari conſenſu operibus carnis ſpopon-
,, derint, ad ſacros Ordines adſpirent.

Ex Conc. *Agathenſi c.16.&17*
,, EPiſcopus benedictionem Diaconatus mi-
,, nuribus quam xxv. annorum penitus non
,, committat. Sane ſi conjugati juvenes conſen-
,, ſerint ordinari, etiam uxorum voluntas ite
,, requirenda eſt, ut ſequeſtrato manſionis cu-
,, biculo, religione promiſſa, poſteaquam pari-
,, ter converſi fuerint, ordinentur. Presbyte-
,, rum vero, vel Epiſcopum, ante triginta an-
,, nos, id eſt, antequam ad viri perfecti æta-
,, tem perveniat, & Diaconos ante vigintiquin-
,, que, nullus Metropolitanorum ordinare præ-
,, ſumat, ne per ætatem (quod aliquoties eve-
,, nit) aliquo errore culpentur.

Laicus, vel Clericus alterius Epiſcopatus debent poſtulari ab Epiſcopo, cui ſubeſt; & ſi præter Epiſcopum habeat alios Prælatos ſuper ſe, debet etiam ab illis poſtulari. Diſt. 71. c. *Primatus*, extr. de renunc. c. *Admonet*.

v. Indic.
Alex.III. *Epiſc.Tornacenſi.*
,, ADmonet (& infra) Univerſis perſonis
,, tui Epiſcopatus ſub diſtrictione prohi-
,, beas, ne Eccleſias tuæ diœceſis ad ordinatio-
,, nem tuam pertinentes abſque aſſenſu tuo
,, intrare audeant, aut detinere, aut te dimit-
,, tere inconſulto. Quod ſi quis contra prohi-
,, bitionem tuam venire præſumſerit, in eum
,, canonicam exerceas ultionem.

Require infra de tranſitu Clericorum.

Epiſcopus, vel electus confirmatus, vel Abbas pertinens immediate ad Papam, debet poſtulari a Papa. Extr. de tranſl. c. *Inter*, & de conſuetud. *Cum venerabilis*.

Innoc.III *Decano & capitulo Andegavenſi.*
,, INter corporalia & ſpiritualia eam cognovi-
,, mus differentiam, quod corporalia faci-
,, lius deſtruuntur, quam conſtruantur: ſpiri-
,, tualia vero facilius conſtruuntur, quam de-
,, ſtruantur. Unde juxta canonicas ſanctiones
,, Epiſcopus ſolus honorem dare poteſt, ſo-
,, lus auferre non poteſt. Epiſcopi quoque a
,, Metropolitanis ſuis munus conſecrationis ac-
,, cipiunt, qui tamen non poſſunt, niſi per Ro-
,, man. Pontificem condemnari. Cum ergo for-
,, tius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale;
,, dubitari non debet, quin omnipotens Deus
,, ſpirituale conjugium, quod eſt inter Epiſco-
,, pum & Eccleſiam, ſuo tantum judicio reſer-
,, vaverit diſſolvendum, qui diſſolutionem etiam
,, carnalis conjugii, quod eſt inter virum & fe-
,, minam, ſuo tantum judicio reſervavit, præ-
,, cipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non
,, ſeparet. Non enim humana, ſed potius di-
,, vina poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvi-
,, tur, cum per tranſlationem, depoſitionem,
,, aut ceſſionem auctoritate Romani Pontificis
,, (quem conſtat eſſe Vicarium Jeſu Chriſti)
,, Epiſcopus ab Eccleſia removetur; & ideo tria
,, hæc, quæ præmiſimus, non tam conſtitutio-
,, ne canonica, quam inſtitutione divina, ſoli
,, ſunt Romano Pontifici reſervata. Sicut au-
,, tem Epiſcopus conſecratus ſine licentia Rom.
,, Pontificis ſuam non debet Eccleſiam derelin-
,, quere; ſic & electus confirmatus, cum non
,, debeat in dubium revocari, quin poſt electio-
,, nem & confirmationem canonicam inter per-
,, ſonas eligentium & electi, conjugium ſit ſpi-
,, rituale contractum, cui profecto Epiſcopalis
,, dignitas nihil addit; cum quis Epiſcopali præ-
,, ditus dignitate, nullius tamen Eccleſiæ poſ-
,, ſit eſſe Epiſcopus: quemadmodum de illo
,, contingit, qui oneri Pontificali renunciat,
,, non honori. Unde cum non ſit majus vin-
,, culum Epiſcopi ad Eccleſiam, quam electi,
,, maxime cum fuerit confirmatus, immo idem
,, penitus & non aliud; idem juris obtinet in
,, utroque. Sicut ergo Epiſcoporum tranſlatio,
,, depoſitio, & ceſſio; ſic & electorum poſt con-
,, firmationem (ſpiritualis conjugii ratione) ſo-
,, li eſt Romano Pontifici reſervata, licet uſ-
,, que ad tempora iſta, quod cautum fuerat de
,, Epiſcopis, expreſſum non fuerat de electis:
,, propter expreſſam tamen ſimilitudinem, vel
,, identitatem potius, nemini poterat videri
,, dubium ſubtiliter intuenti: cum de ſimilibus
,, idem judicium ſit habendum. Sed neque il-
,, lud, quod in canone legitur de electo, ut ſi
,, ultra ſex menſes per ſuam negligentiam re-
,, tinuerit Eccleſiam viduatam, nec ibi, nec
,, alibi donum conſecrationis accipiat, immo
,, Metropolitani ſui cedat judicio: aliter intel-
,, ligentibus poterat ſuffragari, cum non intel-
,, ligatur Eccleſia viduata, quaſi ſponſum non
,, habeat, ſed quia ſponſus ejus nondum ſit
,, conſecratus, adhuc quoad quædam quaſi viri
,, maneat ſolatio deſtituta: ſicut juxta com-
,, munem modum loquendi illa dicitur Eccle-
,, ſia viduata, quæ licet Epiſcopum habeat, in-
,, utilem tamen perhibetur habere. Nec quod
,, de ceſſione ſubſequitur, & ſtatutum fuit ad
,, pœnam, trahi debet ad gratiam: ut ſicut
,, Metropolitani judicio electus dejicitur, ita
,, etiam ad aliam Eccleſiam poſſit transferri,
,, præſertim cum nec ſine auctoritate Romani
,, Pontificis fiat ceſſio vel dejectio memorata:
,, qui ut hæc poſſent, ex illo canone Metro-
,, politanis indulſit. Unde ſi circa tranſlationem
,, idem fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixe-
,, rat, & de tranſlatione poterat expreſſiſſe: &
,, quod non eſt ſanctorum Patrum decreto ſan-
,, citum, ſuperſtitioſis non eſt adinventionibus
,, præſumendum: præſertim cum nonnumquam
,, intelligatur prohibitum, quod non invenitur
,, conceſſum. Sane quoniam Turonenſ. Archie-
,, piſcopus electum Aöricen. per Metropolita-
,, num ſuum confirmatum, in Eccleſiam ve-
,, ſtram præter auctoritatem ſedis Apoſtolicæ
,, transferre præſumſit, & in Epiſcopum con-
,, ſecrare, quem Rothomagenſis Archiepiſcopus
,, citra mandatum noſtrum abſolvit, & ei li-
,, centiam tribuit tranſeundi; prædictos Ar-
,, chiepiſcupos a conſecratione & confirmatione
,, Pontificum; Epiſcopum vero ab executione
,, Pontificalis officii, Bituricenſis Archiepiſco-
,, pus juxta mandati noſtri tenorem ſuſpendit.
,, Et quamvis iidem Archiepiſcopi tamquam
,, majores plus exceſſerint in præmiſſis præfa-
,, tus vero Epiſcopus minus (utpote illorum
,, tamquam majorum errorem ſecutus) nos ta-
,, men intellecta eorum confeſſione ſpontanea,
,, & ſupplicatione devota, veniam errori dedi-
,, mus, quia non ex malignitate, ſed ex ſim-
,, plicitate peccaverunt. Et quoniam præfatus
,, Epiſcopus, qui minus peccaverat, ſeverius
,, fuerat caſtigatus, reatum ſuum recognoſcens
,, humiliter & devote, ac miſericordiam po-
,, ſtulans, & judicium non requirens; nos in-
,, tuentes, quod licet ſibi munus conſecratio-
,, nis impenſum, nec prioris Eccleſiæ ipſum
,, Pontificem fecerit, nec ſecundæ, cum ad
,, primam non fuerit conſecratus, & ad ſecun-
,, dam (priori vinculo perdurante) non potu-

,, erit

,, erit canonice conſecrari, adhuc conjugaliter alteri alligatus; ei tam a vinculo prioris Eccleſiæ, quam a pœna ſuſpenſionis penitus abſoluto, de benignitate ſedis Apoſtolicæ duximus concedendum, ut priori conſenſu hactenus perdurante, Andegavan. Eccleſiam ſtudeat gubernare.

Gregor. *Conventui Corbienſis Monaſterii.* ,, CUm venerabilis frater noſter Epiſcopus Huſtianſ. & L. ſanctæ crucis Presbyter Card. in partibus Alemaniæ legationis officio fungerentur, invenerunt Abbatem de monaſterio Hermioneſ. quod ad Rom. Eccleſ. noſcitur pertinere nullo mediante, ad monaſterium Corbien. quod eſt etiam Rom. Eccleſ. ſpeciale, temeritate propria migraſſe, licentia illud deſerendi, vel confirmatione a nobis, vel ab ipſis, qui vices noſtras in illis partibus tunc gerebant, nec habita, nec petita (& infra) Poſtmodum autem nuntii ejus, ad defenſionem ipſius, generalem illius terræ conſuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam conſuetudo, quam corruptela merito ſit cenſenda, quæ profecto ſacris aſt canonibus inimica; ipſam mandamus de cetero non ſervari.

---

§. II.

De Confirmatione.

DE Confirmatione teneas; quod ſpectat ad Superiorem: nam Epiſcopus confirmat infra ſe poſitos: Metropolitanus Epiſcopos ſuffraganeos: Patriarcha, vel Primas Metropolitanum; vel Papa, ſi non ſit ibi Patriarcha. Papa confirmat Patriarcham & Primatem, & alios Epiſcopos, & Prælatos immediate ſibi ſubditos. Extr. de renunc. c. *Dilecti*. Diſt. 65. c. *De perſona*, extr. de transl. Epiſc. c. *Cum ex illo*.

Greg. IX. *Agathenſi, & Uticenſi Epiſ.* ,, DIlecti filii Conventus monaſterii ſancti G. immediate ad Rom. pertinentis Eccleſiam, intimaverunt, quod Abbas eorum ſentiens ſe inſufficientem oneri regiminis Abbatiæ, ceſſit in manibus eorumdem: ipſi quoque G. Monachum ſancti Victoris elegerunt canonice in Abbatem (& infra) Cum igitur dictus Abbas cedere ſine licentia noſtra nequiverit, nos tam electionem, quam ceſſionem prædictas decernentes irritas & inanes; mandamus, quatenus Abbatem ipſum loco ſuo reſtitui faciatis; quo integre reſtituto, vice noſtra recipiatis ceſſionem ipſius.

Leo Papa *Anaſtaſio Epiſcopo.* ,, DE perſona autem conſecrandi Epiſcopi, & de Cleri, plebisque conſenſu, Metropolitanus Epiſcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit, ſcire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque confirmet auctoritas. Quæ rectis diſpoſitionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre, ne gregibus Domini diu deſit cura paſtorum.

Innoc. III *Antiocheno Patriarchæ.* ,, CUm ex illo generali privilegio, quod Beato Petro, & per eum Eccleſiæ Romanæ, Dominus noſter indulſit, canonica poſtmodum manaverint inſtituta, continentia majores Eccleſiæ cauſſas ad Apoſt. ſedem perferendas, ac per hoc translationes Epiſcoporum & ſedium mutationes ad ſummum Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem de jure pertineant, nec ſuper his quidquam præter ejus aſſenſum debeat immutari; miramur, quod L. (Apamen.) electum in (Tripolitanam) Eccleſiam tranſtuliſti, & novo quodam mutationis genere parvificaſti majorem, & magnum quodammodo minoraſti, epiſcopare Archiepiſcopum, immo potius dearchiepiſcopare præſumens. Licet enim dictus L. nondum fuiſſet in Archiepiſcopum conſecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiſcopalia (quantum ei licuit) miniſtrarat, ſicut nobis ipſius relatione innotuit, qui ſe Valienſ. Epiſcopum aſſeruit confirmaſſe. Ne igitur perpetrandi ſimilia ceteris audacia tribuatur, te ab Epiſcoporum confirmatione duximus ſuſpendendum.

Ipſa autem Papa eligendo confirmatur, quia non habet ſuperiorem, a quo petat confirmationem. Diſt. 23. cap. *In nomine Domini*, verſ. *Sed quia*. *v. Indic.*

Item electus non debet adminiſtrare in ſpiritualibus, vel temporalibus ante confirmationem, & ſi fecerit, debet irritari electio, & quidquid ex ea, vel ob eam factum eſt, denunciandum eſt penitus non tenari. Extr. de elect. c. *Noſti*, & *Qualiter*, extr. de præben. cap. *Cum jam dudum*.

Alex. III. *Vig. Epiſ.* ,, NOſti quomodo Linconen. electus concedendi honores, vel præbendas, aut alias diſponendi de rebus Eccleſiæ (cum ſua non ſit electio confirmata) non habeat facultatem (& infra) Mandamus igitur, quatenus ei auctoritate noſtra præcipias, ut conceſſionem, ſi quam fecit de prædictis, ſtudeat revocare.

Innoc. III *Cap. Penaea.* ,, QUalitar poſt obitum (& infra) Verum quoniam electus a vobis ante confirmationem adminiſtrationi Epiſcopatus ſe irreverenter immiſcuit, recipiendo tam a Clericis, quam a Laicis juramenta, non attendens, quod ſecundum Apoſtolum, nemo debet ſibi honorem aſſumere, ſed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron; præcipue quia nec donum ſcientiæ Pontifici conveniens fuerat aſſecutus. Poſtquam nobis præſentaſtis eumdem, ſufficienti examinatione præmiſſa, electionem de ipſo factam duximus irritandam, quidquid ex ea, & ob eam factum eſt, denunciantes penitus non tenere.

Innoc. III *Epiſcopo, & Cantori Torraceaſi.* ,, CUm jam dudum (& infra) Verum quoniam ab R. Siclunen. Canonico, I. de Bythynia quædam objecta fuere, multitudo videlicet tam dignitatum, quam etiam Præbendarum, ambitionis & avaritiæ vitium, cui nondum finem imponens, contra diffinitionis noſtræ tenorem, & Lateran. Concilii ſtatuta, ad obtinendam præpoſituram Siclunen. ſe ingerit & ingeſſit, & quod die intruſionis ſuæ ante confirmationem præſumſerit miniſtrare, ſicut & poſt confirmationem caſſatam; mandamus, quatenus ſi inveneritis prædictum I. habere plures alias dignitates atque Præbendas, aut aliquid aliud præmiſſorum, quod ad caſſationem ejus ſufficiat, inveneritis eſſe verum, ei ſuper jam dicta Præpoſitura ſilentium imponatis, ab impetitione ipſius Siclunen. Eccleſiam abſolventes: cum multa per patientiam tolerentur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia non debeant tolerari.

Fallit hoc in illis, qui ſunt extra Italiam conſtituti, & debent petere confirmationem a Papa,

tales enim propter nimiam remotionem, & periculum, quod poſſet eſſe in mora, poſſunt interim, ſi ſunt electi canonice, miniſtrare tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, extr. de elect. c. *Quod ſicut*, & c. *Nihil eſt*, verſ. *Epiſcopi quoque*, §. *Ceterum*.

INNOCENT. III. *Joanni tit. Sancti Stephani in Cælio monte Presbytero Cardin. Apoſtolicæ Sedis Legato.*

„ QUod ſicut ex litteris tuis (& infra) Verum cum ex prima electione, quæ facta de tribus, dicenda videtur potius nominatio, nihil juris acquiſitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſertim in Eccleſia Armachana, cum juxta conſtitutiones canonicas, ſi fieri poteſt, in cathedrali Eccleſia electio debeat celebrari. Nec appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attentatum fuerit in præjudicium regiæ dignitatis: quia non ſimplex nominatio, ſed ſolemnis electio, debet Principi præſentari, ut poſtulationi præſtet aſſenſum, etſi ſecus aliquando per uſurpationem aliqui faciant abuſive. Si autem Miridinenſis Epiſcopus, & Abbas Mellifontis, qui intereſſe debuerant, non contemti fuerint, ſed ad electionem vocati (ſi tamen ſine periculo potuerint convocari) ſive nequiverint, ſive noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipſorum abſentia non potuit electionem impedire (& infra) Quod ſi eos vocatos non fuiſſe conſtiterit, ſed contemtos; infirmanda erit electio penitus taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis curaverint conſentire.

INNOC. III. *In Concil. Generali Lateran.*

„ NIhil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur Prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere neceſſariam medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cum quiſquam ad regimen animarum..... Epiſcopi quoque tales ad ſacros ordines & Eccleſiaſticas dignitates promovere procurent, qui commiſſum ſibi officium digne valeant adimplere; ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate Pontificem, ad percipiendam ſui confirmationem officii, ejus ſe conſpectui (ſi commode fieri poteſt) perſonaliter repræſentent, aut perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligens inquiſitio ſuper electionibus & electis poſſit haberi: ut ſic demum per ipſius circumſpectionem conſilii, ſui plenitudinem officii aſſequantur, cum eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis: ita quod interim valde remoti, videlicet ultra Italiam conſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſative propter neceſſitates Eccleſiarum, & utilitates, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent; ſic tamen ut de rebus Eccleſiaſticis nihil penitus alienent. Munus vero benedictionis, ſeu conſecrationis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueverunt.

Poſt confirmationem vero, & ante confirmationem habet plenam adminiſtrationem omnium, præter illa, quæ majorem diſcuſſionem exigunt, & plus ex ordine, quam ex juriſdictione pendent, ut probatur per eadem jura prius inducta, & extr. de elect. c. *Tranſmiſſam*.

CÆLEST. III.

„ TRanſmiſſam (& infra) Quæſiviſti quid faciendum ſit tibi ſuper eo, quod Clerici tuæ diœceſis, cum pro ſuis exceſſibus, ſuſpenſionis, vel interdicti, vel excommunicationis ſententia percelluntur, parvipendentes eam, dimittunt Eccleſias, & transferunt ſe ad mercimonia Laicorum: nonnulli quoque ipſorum (habitu Clericali poſtpoſito) veſtes induunt Laicales, & ſicut Laici mercatores ſe turpibus quæſtibus implicantes, conſimilium ſibi Laicorum manus aſſociant, & correctionem Eccleſiaſticam per contemtum eludunt, dicentes, quod poteſtatem nō habeas eos (niſi tibi ſpecialiter Apoſtolica ſedes indulſerit) corrigendi (& infra) Reſpondemus igitur, quod ex quo electionis tuæ confirmationem accepiſti, de talibus & conſimilibus (præter ea, quæ majoris inquiſitionis diſcuſſionem exigunt, & miniſterium conſecrationis deſiderant) quod juſtum eſt, & Eccleſiaſticæ convenit utilitati, ſtatuendi habeas liberam facultatem.

§. III.

De Renunciatione.

CIrca renunciationem nota, quod multæ ſunt cauſſæ, quibus quis appetit, & vult renunciare Prælaturæ. Sunt enim duæ cauſſæ probabiles, ſex veræ, & quinque falſæ. Extr. de renunc. c. *Niſi*.

INNOCENT. III. *Epiſcopo Arelat.*

„ NIſi cum pridem (& infra) Si enim in hujuſmodi ceſſione frugem tibi melioris vitæ promittis, ſcire te debes non eſſe ſanctificato in utero ſanctiorem, & ideo non oportet te prædicationis jam ſuſceptæ deſerere miniſterium, cum ille, cujus fieri bajulus recuſabat, tandem prædicandum receperit verbum Dei. Quod ſi forſan humilitatis cauſſa de culmine quæris Pontificali deſcendere, eo ipſo humilitatis videris erigere male verticem, quod te nimis in reſignandi propoſito exhibes pertinacem: quia tunc in te veram humilitatem cuſtodies, cum & per eam locum ſublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. Intueri te itaque volumus, quod hæc ſunt illa, per quæ cedendi Epiſcopus licentiam poteſt poſtulare, conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalum, irregularitaſque perſonæ: ſed in his omnibus eſt obſervanda cautela. Propter conſcientiam enim criminis cedendi poteſt licentia poſtulari, & forſitan non cujuslibet, ſed dumtaxat illius, propter quod ipſius officii executio poſt peractam pœnitentiam impeditur: cum ſi omnes, quos arguit conſcientia cujuslibet culpæ, cederent, pauci vel nulli in illo miniſterio remanerent (& infra) Alia vero cauſſa eſt debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedit: nec tamen omnis, ſed illa ſolummodo, per quam impotens redditur ad exſequendum officium paſtorale. Nam ſi pro qualibet corporali debilitate, ſuſceptæ ſervitutis officium poſſet deſeri, fruſtra fateretur ſe Apoſtolus in ſuis infirmitatibus gloriari: cum interdum non plus hortetur ſenilis debilitas aliquem cedere, quam moralis maturitas (quæ in ſenibus eſſe ſolet) ipſum in ſuo ſuadet officio permanere: pro talibus enim de ſe dicit Apoſtolus: *Cum infirmor, tunc fortior ſum*: quia nonnumquam corporis infirmitas, fortitudinem cordis augmentat. Pro defectu quoque ſcientiæ plerumque poteſt quis petere ceſſionem: quia cum ipſa circa ſpiritualium adminiſtrationem ſit potiſſimum neceſſaria, & circa eorum temporalium opportuna; Præſul, qui commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere in utriſque, ſalubriter ei renunciat, ſi ſcientiam (in qua ipſam regat) ignorat. *Tu enim* (inquit Dominus) *ſcientiam repuliſti, & ego te repellam,*

ne

,, *ne ſacerdotio fungaris mihi*. Quamquam etſi de-
,, ſideranda ſit eminens ſcientia in paſtore, in
,, eo tamen ſit competens toleranda: quia ſe-
,, cundum Apoſtolum: *Scientia inflat, caritas au-
,, tem ædificat*; & ideo imperfectum ſcientiæ,
,, poteſt ſupplere perfectio caritatis. Propter ma-
,, litiam autem plebis cogitur interdum Præla-
,, tus ab ipſius regimine declinare, quando plebs
,, adeo duræ cervicis exſiſtit, ut proficere ne-
,, queat apud ipſum, ſed propter ejus duritiam,
,, quo magis ſatagit, eo magis juſto judicio de-
,, ficere permittatur, dicente Domino per pro-
Ezech. 3. ,, phetam: *Linguam tuam adhærere faciam pala-
,, to tuo: quia Dominus exaſperans eſt*. Et Apo-
Act. 13. ,, ſtoli leguntur dixiſſe Judæis: *Ecce convertimur
,, ad gentes, quia verbi Dei vos indignos feciſtis*.
,, Non tamen pro qualibet culpa paſtor debet
,, gregem deſerere, ne mercenario comparetur,
Joan. 10. ,, qui videt lupum venientem, & dimittit oves,
,, & fugit; ſed de ſuperioris licentia, tunc
,, demum poteſt non tam timide fugere, quam
,, provide declinare, cum oves convertuntur in
,, lupos: & qui debuerant humiliter obedire, jam
,, irrevocabiliter contradicunt, cum etſi tales ſint
,, graviter pro crimine puniendi, ſunt tamen pro
,, tempore utiliter tolerandi: quia ſanguinem eli-
,, cit, qui nimis emungit. Pro gravi quoque
,, ſcandalo evitando (cum aliter ſedari non pot-
,, eſt) licet Epiſcopo petere ceſſionem, ne plus
,, temporalem honorem, quam æternam videa-
,, tur affectare ſalutem, memor illius, quod di-
1. Cor. 8. ,, cit Apoſtolus: *Si eſca ſcandalizaverit fratrem
,, meum, non manducabo carnem in æternam*. Sed
,, inter ſcandalum & ſcandalum eſt ſubtiliter
,, diſtinguendum: ſicut Dominus ipſe diſtinxit,
Matth. 5. ,, cui cum dixiſſent Apoſtoli: *Scis quia Phari-
,, ſæi audito hoc verbo ſcandalizantur*; reſpondit:
,, *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum*. Ali-
Matth. 18 ,, bi vero dixit: *Qui ſcandalizaverit unum de pu-
,, ſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſ-
,, pendatur mola aſinaria in collo ejus, & demer-
,, gatur in profundum maris*. Perſonæ vero irre-
,, gularitas (ut ſi forte ſit bigamus, vel viduæ
,, maritus) eſt cauſſa, propter quam petere pot-
,, eſt licentiam aliquis reſignandi, atteſtante A-
1. Tim. 3. ,, poſtolo, qui dicit: *Oportet Epiſcopum eſſe unius
,, uxoris virum*. Non tamen propter quamlibet
,, irregularitatem perſonæ debet ei, qui regu-
,, lariter miniſtravit, cedendi licentia indulgeri,
,, utpote ſi de legitimo matrimonio non ſit na-
,, tus: quia licet irregularitatem hujuſmodi non
,, potuerit ſubticere; ſi tamen & culpa latet &
,, cauſſa, cum eo, qui laudabiliter ſuum imple-
,, vit officium (Injuncta ſibi pœnitentia competē-
,, ti) poteſt non minus utiliter, quam miſericor-
Exod. 20. ,, diter diſpenſari. *Ego ſum*, inquit, *Deus zelotes,
,, vindicans peccata patrum in filios, uſque in tertiam
,, & quartam generationem in his, qui oderunt me*, id
,, eſt, in illis, qui contra me paternum odium i-
,, mitantur. Unde patet, quod illis, qui paterna
,, vitia non ſequuntur, proprie poſſunt in talibus
,, ſuffragari virtutes: illo diſcretionis adhibito
,, moderamine, ut inter nothos & manzerea, na-
,, turales & ſpurios diſtinguatur (& infra) Verū
,, ſi propter alias cauſſas ceſſionem affectes, non
,, eſt in hoc tibi poſtulanti ſavendum: cum hu-
,, juſmodi poſtulatio videatur non eſſe diſcreta,
,, quoniam (ut id tamquam notiſſimum omitta-
,, mus, quod otioſitas & voluptas arma ſunt ho-
,, ſtis antiqui ad miſeras animas captivandas) pro-
,, pter laboris anguſtias, aut perſecutionis incur-
,, ſus non debes deſerere ſponſam tuam, cui defi-
,, gendo manum apud extraneum te fide media
,, copulaſti, ſciens quod: *Beati ſunt illi, qui per-* *Matth. 5.*
,, *ſecutionem patiuntur propter juſtitiam*: quoniam
,, cum probati fuerint, accipient coronam vitæ,
,, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Sed di-
,, cens: *Spiritus ubi vult ſpirat, & neſcit unde ve-* *Joan. 3.*
,, *niat, aut quo vadat*, & ideo non eſt, qui poſſit
,, vias illius Spiritus perſcrutari: qui vero Spi- *2. Cor. 3.*
,, ritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege: quo-
,, niam ubi Spiritus Dei, ibi libertas: quare ſi
,, cedendi tibi licentia data ab homine non fue-
,, rit; nihilominus tamen cedes: quia data eſt tibi
,, libertas cedendi a Deo. Certe deſipis, ſi ſic ſa-
,, pis. Nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui
,, contra ſpiritum Dei agit? ſi enim vera ſunt,
,, quæ præmiſimus (immo quia indubitanter ſunt
,, vera) proculdubio contra ſpiritum Dei agit,
,, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam
,, ipſe eſt ſpiritus veritatis. Porro ſi dicas, quod
,, forſan alia eſt cauſſa latens, propter quam ce-
,, dendi voluntas tibi cælitus inſpiratur; & nos
,, ſiquidem reſpondemus: Tu quomodo ſcis, quod
,, talis inſpiratio ſit cæleſtis? nonne recolis quid
,, ille glorioſus Pontifex dixit, cum cœpiſſet viri-
,, bus corporis repente deſtitui? Domine, ſi ad-
,, huc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo la-
,, borem, fiat voluntas tua, illius exemplum
,, ſecutus, qui dixit: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum* *Philip. 1.*
,, *Chriſto; manere autem in carne neceſſarium eſt pro-
,, pter vos* (& infra) Quippe ſi quantocumque
,, virtutum flore reſulgeas, & in te non habeas ca-
,, ritatem, nihil te comprobaris habere. *Nulla* *Joan. 15.*
,, *ſiquidem major poterit eſſe caritas, quam ut animā
,, ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Cum autem pro-
,, pter hanc te deceat animam tuam pro ſubditis
,, tuis ponere, nulla occaſione (dummodo
,, proficere illis poſſis, etſi non omnibus, tamen
,, multis) ab eorum regimine te convenit excu-
,, ſare, quoniam ſi laboris cauſſam prætendis, e-
,, xemplum te Apoſtoli ſublevabit, qui ſuadet ti-
,, bi laborem hujuſmodi non refugere, dum ſe
,, aſſerit pro communi ſalute plus ceteris laboraſ-
,, ſe: quia licet non ſemper ſequatur laborem ef-
,, fectus, nihilominus tamen ipſe labor eſt meri-
,, torius apud Deum: juxta quod legitur: *Reddet* *Sap. 10.*
,, *Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum* (&
,, infra) Nec putes, quod ideo Martha malam
,, partem elegerit, quæ circa plurima ſatage-
,, bat, quia Maria optimam partem elegit, *Luc. 10.*
,, quæ non auferetur ab ea: quoniam licet il-
,, la ſit magis ſecura, iſta tamen eſt magis
,, fructifera: & licet illa ſit magis ſuavis, hæc
,, tamen magis utilis: cum in fœcunditate ſo-
,, bolis lippitudo Liæ, Rachelis pulchritudi- *Exod. 24.*
,, ni ſit prælata: quamvis ſimul in unum &
,, contemplativus eſſe valeas, & activus, le-
,, giſlatoris exemplo, qui nunc aſcendebat in
,, montem, ut ibi gloriam Domini cum ma-
,, jori cerneret libertate; nunc vero deſcende-
,, bat in caſtra, ut cum utilitate majori ne-
,, ceſſitatibus populi provideret. Quapropter faci-
,, lius indulgetur, ut aſcendat Monachus ad Præ-
,, ſulatum, quam Præſul ad Monachatum deſcē-
,, dat (& infra) Monemus itaque, ut laborem pa-
,, ſtoralis regiminis nō recuſes, ne fortaſſis ad pe-
,, des ſuos cum Maria ſperneret te accipere, qui
,, ſibi apud te divertēti ſpreviſſes cū Martha ſolli-
,, cita miniſtrare (& infra) quia vero in poſtu-
,, lando cedendi licentiam *nimis diutius* inſtitiſti,
,, *ecce* tibi te duximus relinquendum, ut diſtin-
,, ctis cauſſis, propter quas cedere oporteat,
,, ſi propter aliquam cauſſam utilem & ho-
,, neſtam in hujuſmodi propoſito perſeve-
,, res, de licentia noſtra cedas: alioquin ce-

,, dendi

„ dendi licentiam auctoritate Apoſtolica tibi
„ ſcias eſſe penitus interdictam, quoniam ſi
„ pennas habeas, quibus ſatagas in ſolitudinem
„ advolare; ita tamen ſtrictæ ſunt nexibus præ-
„ ceptorum, ut liberum non habeas abſque no-
„ ſtra permiſſione volatum.

Prælaturæ ideo dixi, quia alii ſimplici beneficio poteſt quis renunciare, ſicut vult. Item quod dixi, *Cauſſas probabiles*, intelligas & non ſufficientes quantum ad Epiſcopos, ſed forte quantum ad alios prælatos; & tunc maxime, quum ſit propter frugem melioris vitæ, quæ eſt altera illarum, ut innuitur in illa decretali, *Niſi*. Quod autem dixi de ſex veris, & quinque falſis; intelligo de qualibet prælatura, ex cujus renunciatione fieret aliis præjudicium. Arg. diſt. 13. c. *Nervi*, §. *Alius*.

Gregor. *In Moral. lib. in c. 40. Job.*

„ NErvi teſticulorum Leviathan perplexi ſunt...
„ Alius cuncta, quæ mundi ſunt, deſerens,
„ atque per omnia frangere proprias volunta-
„ tes quærens, alieno ſe ſubdere regimini ap-
„ petit: ſed eum, qui ſibi apud Deum præeſſe
„ debeat, minus cauta inquiſitione diſcernit:
„ cui fortaſſe is, qui ſine judicio eligitur, cum
„ præeſſe jam cœperit, agere quæ Dei ſunt,
„ prohibet, & quæ mundi ſunt, jubet. Pen-
„ ſans itaque ſubditus, vel quæ ſit culpa ino-
„ bedientiæ, vel quod contagium ſæcularis vi-
„ tæ, & obedire trepidat, & non obedire for-
„ midat. Ne autem obediens Deum in ſuis
„ præceptis deſerat, aut rurſus non obediens,
„ Deum in electo Priore contemnat (& in-
„ fra) Alius penſare pondus Eccleſiaſtici ho-
„ noris negligens, ad locum regiminis præmiis
„ aſcendit; ſed quia omne, quod hic eminet,
„ plus mœroribus afficitur, quam honoribus
„ gaudet: dum cor tribulationibus premitur,
„ ad memoriam culpa revocatur, doletque ſe
„ ad laborem cum culpa perveniſſe; & quam
„ ſit iniquum, quod admiſerit, ex ipſa fractus
„ difficultate cognoſcit. Reum ſe igitur cum
„ impenſis præmiis agnoſcens, vult adeptæ ſub-
„ limitatis locum deſerere; ſed timet, ne gra-
„ vius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam
„ reliquiſſe: vul ſuſcepti gregis curam gerere,
„ ſed formidat, ne deterior culpa ſit regimi-
„ na paſtoralis gregis dimittere, quam emta
„ poſſidere: per honoris ergo ambitum, liga-
„ tum culpa hinc inde ſe conſpicit eſſe. Quip-
„ pe ſine reatu criminis neutrum videt, ſi aut
„ ſuſceptus ſemel grex relinquatur, aut rur-
„ ſus ſacra actio ſæculariter emta teneatur.
„ Undique metuit, & ſuſpectus latus omne
„ pertimeſcit, ne aut ſtans in e[m]to regimine,
„ non digne lugeat, quod non etiam deſerens
„ emendat, aut certe regimen deſerens, dum
„ aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gre-
„ gis deſtitutione committat....

Cauſſæ autem ſunt iſtæ duæ probabiles, humilitas, & melior vita. Sex veræ, ac ſufficientes, conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalum, & irregularitas perſonæ. Sunt etiam præter iſtas quinque cauſſæ falſæ, quæ olim continebantur in præallegata decretali, *Niſi*, & impellunt aliquem ad reſignandum; non tamen ſunt ſufficientes. Sunt autem iſtæ, puſillanimitas, ſcilicet, ut laborem deponat, vel perſecutionem effugiat; vanitas, id eſt, ut liberius poſſit vacare otiis, & voluptatibus; captatio gloriæ humanæ, ut ſcilicet dicant homines, iſte magis vult eſſe abjectus in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum; timor amiſſionis ejuſdem, ſcilicet, vanæ gloriæ, quam per hypocriſim acquiſivit, quæ modo incipit revelari; vel quia fervor, quem prius habuit, nunc ex aliqua cauſſa tepeſcit. Iſtis adjungitur ſexta cauſſa, ſcilicet, quia non valet Epiſcopale officium abſque crimine exercere.

Item nota, quod regulariter debet fieri renunciatio in manu illius, de cujus manu habetur inſtitutio, vel confirmatio. Extr. de renunciat. cap. *Admonet*, cauſſa 16. quæſt. ult. c. ult. ſeu, *Congregatio*.

v. pag. 314 Ex Conc. *Toletano.*

„ COngregatio debet ſibi eligere Abbatem
„ poſt Abbatis ſui mortem, vel eo viven-
„ te, ſi ipſe diſceſſerit, vel peccaverit. Epi-
„ ſcopus enim non debet Abbatem violenter
„ retinere in loco ſuo. Ipſe autem non poteſt
„ aliquem ordinare de ſuis propinquis, vel a-
„ micis ſine voluntate fratrum.

Unde Abbas immediate pertinens ad Romanam Eccleſiam, non poteſt cedere ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Extr. de renunc. c. ult. ſeu, *Dilecti filii*. Si aliter fiat, tenet in præjudicium renunciantis, ſed non in præjudicium Eccleſiæ, in cujus manu debuit renunciare. Cauſſa 7. q. 1. c. *Non oportet*, extra de renunc. c. *Quod in dubiis*. *v. Indic.*

Ex Conc. *Nicæno c. 15.*

„ NOn oportet Epiſcopum, vel reliquos
„ ordines de civitate ad civitatem mi-
„ grare; non Epiſcopus, non Presbyter, non
„ Diaconus tranſeat. Si quis autem poſt defi-
„ nitionem ſancti, & magni Concilii tale quid
„ agere tentaverit, & ſe hujuſmodi negotio
„ mancipaverit; hoc factum prorſus in irritum
„ ducatur, & Eccleſiæ reſtituatur, cujus fuit
„ Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus or-
„ dinatus.

Innoc. III *Nidroſien. Archiepiſc.*

„ QUod in dubiis (& infra) Hi præterea,
„ qui beneficium Eccleſiaſticum ſibi col-
„ latum ſponte in manum Laicam reſignantes,
„ illud denuo a Laico ſuſceperunt, eodem ſunt
„ beneficio ſpoliandi, licet reſignatio talium fa-
„ cta Laico nullam obtineat firmitatem.

Item quod dixi, renunciationem debere fieri in manu ejus, a quo habetur inſtitutio, fallit in Epiſcopo, qui non poteſt niſi in manu Papæ, a quo poſtquam petierit, & obtinuerit cedendi licentiam, ne Apoſtolicæ Sedi videatur illuſum, etiamſi nolit, ad cedendum eſt compellendus. Extr. de renunc. c. *Quidam*.

Innoc. III *In Concilio Generali.*

„ QUidam cedendi licentiam cum inſtantia
„ poſtulantes, ea obtenta, cedere præter-
„ mittunt. Sed cum in poſtulatione hujuſmo-
„ di, aut Eccleſiarum commoda, quibus præ-
„ ſunt, aut ſalutem videantur propriam at-
„ tendiſſe (quorum neutrum ſuaſionibus ali-
„ quorum quærentium quæ ſua ſunt, ſeu etiam
„ levitate qualibet nolumus impedire) eos ad
„ cedendum decernimus compellendos.

§. IV.

De uſu Pallii.

DE Pallio etiam nota, quod Papa poteſt uti eo ſemper, & ubique in ſignum plenitudinis poteſtatis: Archiepiſcopi, & Primates tantum in diebus ſolemnibus, & inter Miſſarum ſolemnia, & intra quamlibet Eccleſiam ſuæ pro-

provinciæ. Diſt. 100. *Pallium*, & cap. *Contra morem*, de conſecr. diſt. 1. cap. *Porro*, extr. de auct. & uſu pal. cap. 1. ſeu, *Cum ſuper*, & c. *Ad honorem*.

GREGOR. *Vigilio Epiſcopo Arelat.* „ PAllium tibi tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra tuam Eccleſiam ad ſola Miſſarum ſolamnia utatur.

IDEM *Joan. Archiep. Ravennati.* „ COntra morem quippe Eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſime toleratur (quod a vobis abſit) etiam injuſta correctio (& infra) Illud, frater cariſſime, non putamus tibi ignotum, quod pene de nullo Metropolitano in quibuslibet mundi partibus ſit auditum, extra Miſſarum tempus, uſum ſibi pallii vendicaſſe. Et quod bene hanc conſuetudinem generalis Eccleſiæ noveritis, veſtris nobis maniſeſtiſſime ſignificaſtis epiſtolis, quibus præceptum prædecaſſoris noſtri Joannis Papæ nobis in ſubditis tranſmiſiſtis annexum, continens omnes conſuetudines ex privilegio prædeceſſorum noſtrorum conceſſas vobis, veſtræque Eccleſiæ debare ſervari. Confitemini igitur eſſe aliam generalis Eccleſiæ conſuetudinem, poſtquam ea, quæ geriris, vobis ex privilegio vendicatis. Nulla ergo vobia in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas, aut enim mos omnium Metropolitanorum, etiam a tua eſt fraternitate ſervandus: aut ſi tuæ Eccleſiæ aliquid ſpecialiter dicis eſſe conceſſum, præceptumve a prioribus Romanæ urbis Pontificibus, quod hæc Ravennati Eccleſiæ ſunt conceſſa, a vobis oportet oſtendi. Quod ſi hoc non oſtenditur, reſtat, poſtquam talia agere neque conſuetudine generali, neque privilegio vendicas, ut uſurpaſſe te comprobea, quod feciſti (& infra) Decorari pallio volumus, forſan moribus indecori, dum nihil in Epiſcopali cervice ſplendidius fulget, quam humilitas. Oportet ergo fraternitatem tuam, ſi honores ſuos ſibi quibuslibet argumentia ſtabili propoſuit mente defendere, aut generalitatis uſum ex non ſcripto ſequi, aut ex ſcriptis privilegiis ſe tueri. Quod ſi poſtremo nihil horum eſt, aliis metropolitanis hujuſmodi te præbere nolumus præſumtionis exemplum.

NICOLAUS *Papa Rodulpho Archiep. Bituric.* „ POrro *Gloria in excelſis Deo* ab Epiſcopis in Cœna Domini inter Miſſarum ſolemnia more noſtro dicenda eſt. Pallio vero Apoſtolico eadem die uti eſt illis licitum, quibus eſt ab Apoſtolica ſede permiſſum.

CLEMENS III. „ CUm ſuper aliqua re (& infra) Quæſiviſti quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii continetur, videlicet: Tradimus tibi pallium, ut eo intra Eccleſiam tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet, intra quamlibet Eccleſiam provinciæ tibi commiſſæ. Si vero te ſacris indutum veſtibus Eccleſiam proceſſionaliter, vel alio modo exire contigerit; tunc tuo pallio minime uti debes.

INNOC. III „ AD honorem Dei (& infra) Sane ſolus Romanus Pontifex in Miſſarum ſolemniis pallio ſemper utitur, & ubique; quoniã aſſumtus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per pallium ſignificatur. Alii autem minores eo nec ſemper, nec ubique, ſed in Eccleſia ſua, in qua juriſdictionem Eccleſiaſticam acceperunt, certis debent uti diebus. Quoniam vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

Nec pallium ſuum poteſt Metropolitano commodare, nec ſuo extra provinciam ſuam uti etiam de licentia Metropolitani alterius, niſi ſuper hoc habeat Apoſtolicæ ſedis indulgentiam ſpecialem. Extr. de auct. & uſu pal. c. *Ad hoc*, & c. *Ex tuarum*.

CÆLEST. III. „ AD hoc, quia quæſitum eſt a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi pallium tuum Metropolitano alii commodare (& infra) Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod non videtur eſſe conveniens, ut pallium tuum alicui commodes, cum pallium perſonam non tranſeat, ſed quiſque cum eo debeat (ſicut tua novit diſcretio) ſepeliri.

INNOC. III. *Compoſtel. Archiep.* „ EX tuarum tenore litterarum accepimus, quod cum fuerit in conceſſione pallii tibi dictum, ut ipſo intra Eccleſiam tuam uteretis, & tibi pro Eccleſiæ tuæ negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verecundum ſit abſque pallio miniſtrare (cum conſuetudo ſit in Hiſpania generalis, quod Archiepiſcopi extra ſuas provincias, pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a Sede Apoſtolica poſtulaſti. Licet autem talis conſuetudo dicenda ſit potius corruptela; nos tamen de ſpeciali gratia indulgemus tibi, ut ſi neceſſitate aliqua præpeditus ad Eccleſiam tibi ſubjectam accedere forte nequiveris, pro conſecrandis ſuffraganeis tuis, vel Clericis ordinandis, & ad Eccleſiam alienam propter hoc te contigerit declinare; dummodo is, ad quem Eccleſia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis caſibus liberam habeas facultatem.

Item electus in Metropolitanum, vel Primatem debet petere pallium intra tres menſes a tempore conſecrationis computandos, vel a tempore confirmationis, ſi forte jam erat conſecratus: & niſi petitum fuerit, legitimo impedimento ceſſante, poteſt de hoc accuſari, & a dignitate removeri.

Item obtento pallio, & non ante ſortitur nomen Archiepiſcopi, vel Primatis; nec poteſt antea facere ordines, convocare Concilium, & alia majora, quæ pertinent ad ordinem Epiſcopalem. Require infra tit. proximo, §. *Epiſcopi*, & probantur hæc, extr. de elect. c. *Significaſti*, & c. *Quod ſicut ex litteris*, §. *Super eo*. Non poteſt ordines cõferre licite.

POSCH. *Panormit. Archiep.* „ SIgnificaſti nobis, frater cariſſime, reges, & regni majores admiratione permotos, quod pallium tibi ab Apocriſariis noſtris tali conditione oblatum fuerit, ſi Sacramentum, quod a nobis ſcriptum detulerant, exhiberes. In pallio conceditur plenitudo Pontificalis officii, quia juxta Sedis Apoſtolicæ, & totius Europæ conſuetudinem ante acceptum pallium Metropolitanis minime licet aut conſecrare Epiſcopos, aut Synodum celebrare.

INNOCENT. III. *t. tit. ſancti Steph. in Cœlio Monte* „ QUod ſicut ex litteris... Super eo autem, quod in die conſecrationis ſuæ, antequam Miſſarum ſolemnia finirentur, acolythũ ordinavit, pro tali exceſſu eum corripias, & caſtiges, cum ſolus Romanus pontifex (qui ante hymnum Angelicum conſecratur, & poſtmodum ipſe Miſſarum ſolemnia incipit, & perficit conſecratus) in die conſecrationis ſuæ valeat ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter Epiſtolam, & Evangelium conſecrantur, quia conſecrati concelebrant principaliter celebranti, ne dividatur myſterium unitatis; non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum

„ non

„ non liceat Archiepiſcopo ſine pallio convo-
„ care Concilium, conficere Chriſma, dedicare
„ Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos
„ conſecrare: multum profecto præſumit, qui
„ antequam impetret pallium, Clericos ordi-
„ nare feſtinat; cum id non tamquam ſimplex
„ Epiſcopus, ſed tamquam Archiepiſcopus fa-
„ cere videatur.

Item debet peti cum inſtantia, & cum ea debet dari novum privilegium, vel antiquum confirmari. Debet etiam Metropolitanus, quando recipit, præſtare Sacramentum fidelitatis & obe-
v. pag. 16. dientiæ Eccleſiæ Romanæ. Diſt. 100. c. *Priſca*, & c. *Rationis*, & c. *Pallium vobis*, & c. *Scriptorum*,
v. ſupra. extr. de elect. c. *Significaſti*.

Gregor. Papa. „ PRiſca conſuetudo obtinuit, ut honor pal-
„ lii niſi exigentibus cauſſarum meritis,
„ & fortiter poſtulanti dari non debeat.

Gregor. Syagrio Epiſ. Auguſtidun. „ RAtionis ordo omnino nos admonet, ut
„ cum uſu pallii aliqua ſimul privilegia
„ largiri debeamus. Sed quoniam cum honoris
„ augmento, cura quoque ſollicitudinis debet
„ accreſcere, ut cultui veſtium, actionis quo-
„ que ornamenta conveniant; oportet, ut en-
„ xius in cunctis ſtudiis ſe veſtra fraternitas
„ exerceat, & circa ſubjectorum actus ſit cura
„ vigilans, ut veſtrum illis exemplum inſtru-
„ ctio, & vita magiſtra ſit.

Idem Joanni Epiſc. Provinciæ Juſtinian. „ PAllium vobis ex more tranſmiſimus, &
„ vices vos Apoſtolicæ ſedis agere iterata
„ innovatione decrevimus.

Idem Epiſc. Epiri. „ SCriptorum veſtrorum inſinuatio, fratres
„ cariſſimi, patefecit Andream Nicome-
„ dianæ civitatis Epiſcopum Deo propitio ſo-
„ lemniter ordinatum, cui pallium nos direxiſ-
„ ſe cognoſcite, atque privilegia cuncta con-
„ ceſiſſe, quæ prædeceſſores noſtri, ejus præde-
„ ceſſoribus contulerunt.

Paschal. Panorm. Archiep. „ SIgnificaſti.... Ajunt omne jusjurandum a
„ Domino Deo in Evangelio eſſe prohibi-
„ tum, nec ab Apoſtolis poſt Dominum, ne-
„ que in Conciliis inveniri poſſe ſtatutum. Quid
„ eſt ergo, quod Dominus ſubſequenter ait:
Matth. 5. „ *Quod amplius eſt, a malo eſt?* Hoc enim am-
„ plius ut exigamus, malum nos illo permit-
„ tente compellit. Nonne malum eſt ab Ec-
„ cleſiæ unitate, & a ſedis Apoſtolicæ obedien-
„ tia reſilire, & contra Canonum ſtatuta pro-
„ rumpere? Quod multi etiam poſt Sacramen-
„ tum præſtitum præſumſerunt (& infra) Hoc
„ nimirum malo ac neceſſitate compellimur
„ juramentum pro fide, pro obedientia, pro
„ unitate requirere. Ajunt in Conciliis ſtatu-
„ tum non inveniri, quaſi Romanæ Eccleſiæ
„ legem concilia ulla præfixerint, cum omnia
„ concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatem
„ & facta ſint, & robur acceperint, & in eo-
„ rum ſtatutis Romani Pontificis patenter ex-
„ cipiatur auctoritas (& infra) Cum igitur a
„ ſede Apoſtolica veſtra inſignia dignitatis exi-
„ gitis, quæ a B. Petri tantum corpore aſſu-
„ muntur; juſtum eſt, ut vos quoque ſedi A-
„ poſtolicæ ſubjectionis debita ſignos ſolva-
„ tis, quæ vos cum B. Petro tamquam mem-
„ bra de membro habere, & Catholici capitis
„ unitatem ſervare declarent.

In ſumma ergo nota, quod electio Epiſcopi debet fieri infra tres menſes a tempore vaca-
v. ſupra. tionis computandos. Diſt. 50. cap. *Poſtquam*: conſecratio debet peti ſimiliter infra alios tres menſes, ut dictum eſt, a tempore electionis
v. ſupra. computandos. Diſt. 75. c. *Quoniam*. Pallium debet peti infra alios tres menſes, ut dictum eſt: & hoc niſi juſto impedimento differatur. Diſt. 28. c. *De Syracuſana*. v. pag. 7.

Item quod dictum eſt de electione Epiſcopi, quod debeat fieri infra tres menſes, extenditur hodie ad Prælatos Eccleſiarum Regularium. Extr. de elect. cap. *Ne pro defectu*. In præbendis autem, & aliis beneficiis Eccleſiaſticis debet fieri infra ſex menſes. Extr. de conceſſ. præb. cap. *Nulla*. v. pag. 184

„ NUlla Eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam Ex Conc.
„ beneficia, vel Eccleſiæ tribuantur ali- Lateran.
„ cui, ſeu promittantur, antequam vacent; ne
„ deſiderare quis mortem proximi videatur,
„ in cujus locum & beneficium ſe crediderit
„ ſucceſſurum. Cum enim in ipſis etiam legi-
„ bus gentilium inveniatur inhibitum, turpe
„ eſt, & divini plenum animadverſione judi-
„ cii, ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſ-
„ ſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam
„ gentiles condemnare curarunt. Cum vero
„ præbendas Eccleſiaſticas, ſeu quælibet officia
„ in aliqua Eccleſia vacare contigerit, non diu
„ maneant in ſuſpenſo, ſed intra ſex menſes,
„ perſonis, quæ digne adminiſtrare valeant,
„ conferantur. Si autem Epiſcopus, ubi ad
„ eum ſpectat, conferre diſtulerit, per capitu-
„ lum ordinetur. Quod ſi ad capitulum perti-
„ nuerit, & intra præſcriptum terminum hoc
„ non fecerit, Epiſcopus ſecundum Deum
„ hoc, cum religioſorum virorum conſilio, ex-
„ ſequatur: vel ſi omnes forte neglexerint, Me-
„ tropolitanus de ipſis ſecundum Deum abſque
„ illorum contradictione diſponat.

TITULUS XXVII.

De differentiis Officiorum.

DIctum eſt ſupra de qualitate ordinandorum, & diverſitate miniſtrorum: verum quia ſicut in uno corpore multa membra habemus, ut ait Apoſtolus, omnia autem membra, non eumdem habent actum; ita in uno corpore ſpirituali, quod eſt Eccleſia, membra multa ſunt, quorum officia propter confuſionem vitandam debent eſſe diſtincta, utilem tractatum ſubjicio de differentiis dignitatum, ſive officiorum, in quo pateat, quæ ſit propria ſingulorum. Ut ergo ab altiori ſumamus exordium — Ad Rom. 12.

§. I.

De Papa.

NOta, quod Papa eſt ſummus inter omnes: ipſe enim habet plenitudinem poteſtatis; alii partem ſollicitudinis. Cauſſa 2. q. 6. cap. *Decreto*, & c. *Qui ſe ſcit*.

„ DEcreto noſtro veſtram rogantes carita- Gregor.
„ tem mandamus, ut ſi aliquis (quod non Omnibus
„ optamus) ſuorum æmulorum Aldricum Cœ- per diverſas pro-
„ nomanenſis Eccleſiæ Epiſcopū accuſare damna- vincias.
„ biliter tentaverit ... liceat illi poſt auditionē
„ primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos ap-
„ pellare, & noſtra auctoritate aut ante nos, aut
„ ante Legatos noſtros ex Latere miſſos juxta

Patrum

Digitized by Google

„ Patrum decreta fnas exercere, atque definita actionca, nullusque illum ante hæc judicet, aut judicare præſumat. Sed ſi quid (quod abſit) grave intolerandumque ei objectnm ſuerit, noſtra erit exſpectanda cenſura, ut nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ confugit, & ejus implorat auxilium, decernatur, quam ab ejuſdem Eccleſiæ auctoritare fuerit præceptum: quæ vicea ſuas ita aliis impertivit Eccleſiis, ut in parte ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Si autem (quod non arbitramur) a quoquam ſecus præſumtum fuerir, ab officio Cleri ſubmotus auctoritatis Apoſtolicæ reus ab omnibus judicetur, ne lupi, qui ſub ſpecie ovium ſubintraverunt, beſtiali ſævitia quæque audeant lacerare: & quod ſibi fieri nolunt, aliis inferre præſumant.

Vigil. Papa. „ QUi ſe ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſa prælatum: ipſa namque Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in pleuitudinem poteſtatis; unde omnium appellantium Apoſtolicam Sedem Epiſcoporum judicia, & cunctarū majorum negotia cauſſarum eidem ſedi reſervata eſſe liquet; præſertim eum in his omoibus ejus ſemper ſit exſpectandum conſultum: cujus tramiti ſi quis obviare tentaverit, Sacerdotum cauſſas non ſine honoris ſui periculo ſe apud eamdem ſedem noverit redditurum.

Item licet aliis Apoſtolis dixerit Dominus, ut laxarent retia; ſoli tamen Petro dixit: *Duc in altam*, & illi ſoli dixit, Matth. 17. ut piſcaretur homo, per quem præemiuens juriſdictio deſignatur. Cauſſa 24. q. 1. c. *Non turbatur*, & e. *Eſt aliud*. *Luc. 5.*

Ambros. ad c. 5. Lucæ. „ NOn turbatur navis, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Judam habet. Etſi multa illic diſcipulorum merita navigabant; tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. In utraque Petrus: ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienia. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem, ne per unnm fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc navis, in qua prudentia navigabat, abeſt perfidia, fides ſuperat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo firmamenrum Eccleſiæ eſt? Illie ergo turbatio, ubi modica fides; hic ſecuritas, ubi perfecta dilectio. Danique etſi aliis imperatur, ut laxent retia ſna; ſoli tamen Petro dicitur: *Duc in altum*, hoc eſt, in profundum diſputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum videre, id eſt, ſcire Dei filium, & profaſſionem divinæ generationis aſſumere? quam lieet mens nequeat humana plenæ rationis inveſtigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

Idem. „ ESt aliud Apoſtolicum piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus jubet, dicens: *Mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle*.

Item quia ipſe eſt ſpecialiter Vicarius Jeſu Chriſti. Extr. de translat. c. *Inter*. Et ei ſoli eſt dictum Matth. 13. *Tu es Petrus*, &c. diſt. 21. c. *Quamvis*. *v. pag. 314*

Pelagius Urbis Romanæ Ep. omnib. Orthodoxis. „ QUamvis univerſæ per orbem Catholicæ & Apoſtolicæ conſtitutæ Eccleſiæ unus thalamus Chriſti ſint; tamen ſancta Romana Eccleſia Catholica & Apoſtolica nullis Synodicis conſtitutis, ceteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Evangelica voce Domini Salvatoris noſtri primatum obtinuit: *Tu es* (inquit) *Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam &c.* Cui data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Paulli vaſis electionis, qui non diverſo (ſicut hæretici garriunt) ſed uno tempore, una eademque die glorioſa morte cum Petro in urbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans coronatus eſt; & ſupradictam pariter Romanam Eccleſiam Chriſto Domino conſecrarunt, eamque omnibus urbibus in univerſo mundo ſua præſentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Eſt ergo prima Apoſtoli Petri Sedes Romana Eccleſia non habeus maculam, nequa rugam, nec aliquid hujuſmodi.

Ut autem melius intelligas præeminentiam ejus; nota, quod quædam ita inhærent Papæ, & Sedi Apoſtolicæ, quod non poſſunt per alios expediri, nec tranſeunt etiam cum generali mandato, niſi ſpecialiter demandentur. Diſt. 17. c. *Huic ſoli ſedi*, extr. de transl. c. *Licet*, & de offic. leg. c. *Quod translationem*.

Damasus Papa. „ HUic ſoli ſedi conceſſa nullus uſurpare ſine ejus conſultu præſumat, qui non vult honore Eccleſiaſtico indignus, ut contemtor, judicari.

Innoc. III Bräburg. Episc. & Magiſtro Præpoſito ſcholaſtico Magunt. „ LIcet in tantum (& infra) Sicut legitimi matrimonii vinculum, quod eſt inter virum & uxorem, homo diſſolvere nequit, Domino dicente in Evangelio: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*; ſic & ſpirituale fœdus conjugii, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatum, ſine illius auctoritate ſolvi non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & Vicarius Jeſu Chriſti.

Innoc. III. C. tit. ſancti Laurentii in Lucina presbyt. Card. Sedis Apoſt. Legato. „ QUod translationem (& infra) Licet in regno Siciliæ generalis ſit tibi commiſſa legatio; ad eam tamen ſine ſpeciali mandato noſtro non debuiſti manus extendere, quæ in ſignum privilegii ſingularis ſunt tantum ſummo Pontifici reſervata: & ſi quædam ex his, quæ de ſpeciali conceſſione ſæpe ſuare legatis indulta (ut illorum videlicet abſolutio, qui propter ſacrilegas manuum injectiones in Clericos, incidunt in canonem promulgatæ ſententiæ) videantur ex ipſo legationis officio jam licere legatis; an exiſtimas, quia vices noſtras tamquam legato tibi commiſimus exſequendas, quod Panormitanam Eccleſiam poſſes ſubjicere Meſſanenſi, ut illam præficeres iſti, conceſſo ſibi privilegio Primatiæ? an putas ex eadem cauſſa tibi licere duos Epiſcopatus unire, vel unnm dividere ſine licentia ſpeciali?

Sunt autem hæc, prout colligere potui, triginta quattuor.

I. Quæſtio fidei. Cauſſa 24. q. 1. c. *Quoties*, diſt. 12. c. *Præceptis*.

Innocen. Papa. „ QUoties ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fratres & Epiſcopos noſtros nonniſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis, & honoris auctoritatem referre debere (velnti nunc retulit veſtra dilectio) quæ per totum mundum poſ-

,, ſit Eccleſiis omnibus prodeſſe.

Gregor. Papa IV.

,, PRæceptis Apoſtolicis non dura ſuperbia
,, reſiſtatur; ſed per obedientiam, quæ a
,, ſancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica au-
,, ctoritate juſſa ſunt, ſalutifere impleantur, ſi
,, ejuſdem ſanctæ Dei Eccleſiæ, quæ eſt caput
,, veſtrum, communionem habere deſideratis
,, (& poſt multa) Non novum aliquid præ-
,, ſenti juſſiooe præcipimus, ſed illa, quæ o-
,, lim videntur indulta, firmamus: cum nulli
,, dobium ſit, quod non ſolum Pontificalis
,, cauſſatio, ſed omnis ſanctæ Romanæ Eccle-
,, ſiæ religionis relatio ad Sedem Apoſtolicam,
,, quaſi ad caput omnium Eccleſiarum debeat
,, referri, & inde normam aſſumere, unde aſ-
,, ſumſit exordium, ne caput inſtitutionis vi-
,, deatur omittere. Cujus auctoritatis ſanctionem
,, omnes teneaot Sacerdotes, qui oolunt ab
,, Apoſtolicæ Petræ, ſuper quam Chriſtus u-
,, niverſalem fundavit Eccleſiam, ſoliditate
,, divelli. Si quis hæc Apoſtolicæ Sedis præce-
,, pta non obſervaverit, percepti honoris eſſe
,, hoſtis non dubitetur.

Poſtillator.

QUæſtio fidei] *Hoc intelligas, quando eſt generalis quæſtio totius fidei, vel quando dubitatur utrum aliquid ſit tenendum pro articulo fidei, necne, ut an Chriſtus ſit aliquid ſecundum quod homo, Extr. de hæreticis, c.* Cum Chriſtus.

Honorius III. *Rhemenſi Archiepiſ.*

,, CUm Chriſtus perfectus Deus, & perfe-
,, ctus ſit homo; mandamus, quatenus
,, ſub anathemate interdicas, ne quis de cete-
,, ro audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid
,, ſecundum quod homu: quia ſicut Chriſtus
,, verus eſt Deus, ita verus eſt homo ex ani-
,, ma rationali, & humana carne ſubſiſtens.

II. Translatio Epiſcopi, vel electi confirmati. Cauſſa 7. quæſt. 1. c. *Mutationes*, extra, de transl. e. *Inter*, & de off. leg. c. 3. & 4. ſeu, c. *Niſi ſpecialis*, & c. *Quod translationem*. *v. pag. 324 v. ſupra.*

Anterus Papa *Epiſc. Beticæ, & Toletanæ Provinciæ.*

,, MUtationes Epiſcoporum ſcitote com-
,, mnni utilitate, atque neceſſitate fieri
,, licere, ſed non propria cujuſcomque volun-
,, tate, aut dominatiune. Petrus ſanctus ma-
,, giſter noſter, & Princeps Apoſtolorum de
,, Anthiochena civitate utilitatis cauſſa eſt tranſ-
,, latns Romam, ut ibidem potius proficere
,, poſſet. Euſebius quoque de quadam parva
,, civitate, Apoſtolica auctoritate mutatns eſt
,, in Alexandriam. Similiter Felix de civita-
,, te, in qoa ordinatus erat, electiooe civium
,, propter doctrinam vitamque bonam, quam
,, habebat, auctoritate hujus ſanctæ Sedis, &
,, communi Epiſcoporum, & reliquurum Sa-
,, cerdotum, ac populorum conſilio traoslatus
,, eſt Epheſum. Non enim tranſit de civitate
,, ad civitatem, nec transfertur de minori ad
,, majorem, qui hoc non ambitu, nec propria
,, voluntate facit, ſed aut vi a propria ſede
,, depulſus, aut neceſſitate coactus, aut utili-
,, tate loci, vel populi oon ſuperbe, ſed hu-
,, militer ab aliis translatus eſt... (& infra) Nam
,, ſicut Epiſcopi habent poteſtatem regulariter
,, ordinare Epiſcopos, & reliquos Sacerdotes;
,, ſic quoties utilitas, aot neceſſitas coegerit
,, ſupradicto modo, & mutare, & inthruoiza-
,, re poteſtatem babent, non tamen ſine Sa-
,, croſanctæ ſedis Romaoæ auctoritate, & li-
,, centia (& infra) Alia etenim eſt cauſſa uti-
,, litatis, & neceſſitatis, alia avaritiæ, & præ-
,, ſumtioois aot propriæ voluotatis.

Innoc. III. *C. tit. ſancti Lau-*

,, NIſi ſpecialis illa dilectiu, quam ad perſo-
,, nam tuam habuimus, & habemns, ju-
,, ſtum motum animi noſtri temperaret, pœ-
,, na docente cognoſceres, quantum exceſſe-
,, ris, qui ſpretis canonicis ſanctionibns, &
,, conſuetudioe generali, motu proprio præ-
,, ſumſiſti Trojanum Epiſcopum de Trojana
,, Eccleſia ad Panormitanam de facto tranſ-
,, ferre.

-rentii in Lucina Presbyt. Card. Sedis Apoſt. Legato.

III. Depoſitio Epiſcopi. Cauſſa 3. q. 6. cap. *Quamvis*, & c. *Dudum*.

Eleuther. Papa *Ad Galliæ Provinciae.*

,, QUamvis liceat apud comprovinciales, &
,, Metropolitanos, & Primates Epiſcopo-
,, rum ventilare accuſationes, vel criminatio-
,, nes; non tamen licet diffinire ſine hujns ſan-
,, ctæ Sedis auctoritate, ſicut ab Apoſtolis, eo-
,, rumque ſucceſſuribus, multorum conſenſu
,, Epiſcoporum jam diffinitum eſt: nec in eo-
,, rom Eccleſiis alii aut præponantur, aut or-
,, dinentur, antequam hic eorum juſte termi-
,, oentur negotia: Reliqnorum veru Clerico-
,, rum cauſſas apud comprovinciales, & Me-
,, tropolitanos, & Primates & ventilare, &
,, juſte finire licet.

Joannes *Papa Orientalibus Epiſc.*

,, DUdum a ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribuſ-
,, que eorum in antiquis decretum fuerat
,, ſtatutis, quæ hactenus ſancta, & uoiverſa-
,, lis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere
,, præter ſententiam Romani Pontificis con-
,, cilia eelebrari, nec Epiſcopum damnari:
,, quoniam ſanctam Romaoam Eccleſiam Pri-
,, matem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt.
,, Et ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit o-
,, mnium Apoſtolorum; ita & hæc Eccleſia
,, ſuo nomine conſecrata (Domino inſtituen-
,, te) prima ſit, & caput ceterarum, & ad eam,
,, quaſi ad matrem, atque apicem omnes ma-
,, jores Eccleſiæ cauſſæ, & judicia Epiſcopo-
,, rum recurrant, & juxta ejus ſententiam
,, terminum ſumant: nec extra Romanum
,, quidquam ex his dacerni debere Pontificem.

IV. Renunciatio Epiſcopi, vel electi confirmati. Cauſſa 6. q. 3. c. *Denique*, extra, de transl. c. *Inter*, & de regular. c. *Licet*. *v. Indic.*

V. Exemtio Epiſcoporum. Cauſſa 16. quæſt. 1. c. *Frater*.

Gelasius *Joanni Epiſc. Lariſſæo lib. 5. Epiſt. 7.*

,, FRater noſter Hadrianus Thebanæ eivita-
,, tis Epiſcopus ad Romanam urbem ve-
,, oiens lacrymabiliter eſt conqueſtua de quibuſ-
,, dam capitulis ſe a fraternitate tua, nec non a
,, Joanne primæ Juſtinianæ urbis antiſtite non le-
,, gitime, nec canonice condemnatum (& infra)
,, De nequiſſimo autem, damnandoque ejus judi-
,, cio alias ſumus, juvante Domino, tractaturi.
,, Hadrianom vero Epiſcopum reperimus &
,, tuo contra Sacerdotales mores odio laboraſſe,
,, & nullo jure pecnniariis in cauſſis eum frater-
,, nitatis tuæ fuiſſe cōdemnatum ſenteotia. Quia
,, igitur & ab antefacto Joanne primæ Juſti-
,, nianæ urbis Epiſcopo contra jus, caoneſque
,, depoſitus, honoris ſui gradu carere non po-
,, tuit; in ſua eum reformari Eccleſia, atque in
,, propriæ dignitatis ordinē decrevimus revoca-
,, ri. Et cum oportuiſſet, te ex eo Dominici cor-
,, poris communione privari, quod poſt ad-
,, monitionem ſanctæ memoriæ deceſſoris no-
,, ſtri cootemtam (per quam eum Eccleſiam-
,, que ejus de tuæ juriſdictione poteſtatis exe-
,, mit) rurſus in eis aliquid tibi juriſdictionis
,, ſervare præſumſeris; tamen nos humanius
,, decernentes, communionisque tibi Sacramen-
,, tum interim conſervantes decrevimus, ut fra-
,, ternitas tua ab eo, Eccleſiaque ejus omnem
,, antehabitæ ſuæ poteſtatem juriſdictionis abſti-

,, neat,

,, neat: & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri, ſi qua cauſſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adverſus præfatum Hadrianum Conſacerdotem noſtrum poruerit evenire, vel per eos, qui noſtri ſunt, vel fuerint in urbe regia reſponſales, ſi mediocris eſt quæſtio, cognoſcatur; vel huc ad Apoſtolicam ſedem, ſi ardua eſt, deducatur, quatenus noſtræ audientiæ ſententia decidatur. Quod ſi contra hæc, quæ ſtatuimus, quolibet tempore, ſeu qualiber occaſione, vel ſurreptione venire tentaveris, ſacra ſcias te communione privatum; nec eam te, excepto ultimo vitæ tuæ tempore, niſi eum conceſſa Romani Pontificis decernimus juſſione percipere (& paullo poſt) Res autem ſive ſacras, ſive alias mobiles, immobileſque ejus Eccleſiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præſentibus annectimus litteris) ſine aliqua ei dilatione fraternitas tua reſtituar. De quibus, ſi qua inter vos quæſtio vertitur, volumus, ut apud reſponſalem noſtrum in urbe regia ventiletur.

VI. Reſtitutio depoſitorum ab ordine. Cauſſa 2. q. 6. c. *Ideo*, 1. & 2.

JULIUS PAPA. ,, IDeo huic ſanctæ Sedi præſata privilegia ſpecialiter ſunt conceſſa, tam de congregandis Conciliis & judiciis, ac reſtitutionibus Epiſcoporum, quam etiam de ſummis Eccleſiarum negotiis, ut ab ea omnes oppreſſi auxilium, & injuſte damnati reſtitutionem ſumant: & talia ab improbis ne præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque damnatione.

IDEM. ,, IDeo huic ſanctæ Sedi præſata privilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, ut ab ea omnes auxilium oppreſſi, & injuſte damnati reſtitutionem ſumant.

Et idem de remoto alias ab officio in caſu, quem require ſupra de hæretic. §. *Puniuntur etiam*.

VII. Mutatio ſedis Epiſcopalis. Cauſſa 7. q. 1. c. *Temporis*.

GREGOR. *Joanni Epiſ. Vellitrano*. ,, TEmporis qualitas admonet, Epiſcoporum ſedes, antiquitus certis civitatibus conſtitutas, ad alia, quæ ſecuriora putamus, ejuſdem diœceſis loca tranſponere, quo & habitatores nunc degere, & barbaricum poſſint periculum facilius declinare. Propterea te Joannem fratrem, Coepiſcopumque noſtrum Vellitrenſis civitatis, ſedemque tuam in loco quondam Arenata ad Sanctum Andream Apoſtolum, præcipimus exinde tranſmigrari: quatenus ab hoſtilitatis incurſu liberior exſiſtere valeas, & illic conſuetudinem ſolemnium feſtive diſponas.

VIII. Conſtruere de novo ſedem Epiſcopalem, ubi non ſolet eſſe. Cauſſa 16. quæſt. 1. c. *Felix*, & arg. de conſecr. diſt. 1. c. *De locorum*.

v. Indic. Ex Conc. *Carthag. 3. c. 3.* ,, FElix Epiſcopus Selemſelitanus dixit: Etiamſi hoc placet, ſanctitati veſtræ inſinuo, ut diœceſes, quæ numquam Epiſcopos habuerunt, non habeant, & illa diœceſis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc proſecutionem ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Ab univerſis dictum eſt: Placet.

IX. Subjicere unum Epiſcopatum alteri Epiſcopatui.

X. Dividere unum Epiſcopatum in duos.

XI. Unire duos Epiſcopatus in unum. Cauſſa 16. q. 1. c. *Temporis*, extr. de exceſſ. prælat. cap. *Sicut unire*, & de offic. leg. cap. *Quod translationem*. *v. ſupra.*

CÆLEST. *Fauſtino Epiſcopo*. ,, SIcut unire Epiſcopatus, atque poteſtati ſubjicere alienæ, ad ſummum Pontificem pertinere dignoſcitur; ita Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis unio & ſubjectio earumdem. Cum itaque Prior Graden. Monaſterium ſuum, quod eſt in tua diœceſi, & de tuo debet ordinari conſenſu, Monaſterio de Accato (tuo aſſenſu minime requiſito) ſubjecerit, ſive unierit, quod fecit te inconſulto, tibi liceat auctoritate noſtra (ſicut juſtum fuerit) infirmare: non obſtante aſſenſu, vel confirmatione, quam Metropolitanus interpoſuiſſe proponitur, cum in diœceſi ſui ſuffraganei abſque ipſius aſſenſu non debeat aliquid contra conſtitutiones Canonicas attentare; nos quoque id decernimus irritandum.

XII. Commutatio voti Hieroſolymitani. Extra, de votis, c. *Ex multa*. *v. pag. 138*

XIII. Solus Papa poteſt concedere, ut quis veniat contra juramentum licitum, & de quo dubitatur, an ſit licitum, vel illicitum. Primum probatur extr. de jurejur. c. *Venientes*. *v. pag. 67.* Secundum probatur extr. de elect. c. *Venerabilem*, verſ. *Idem etiam*, require ſupra de vot. §. *Sequitur videre*.

INNOC. III *Duci Caringiæ*. ,, VEnerabilem .... Idem etiam contra proprium juramentum, ſuper quo nec conſilium a Sede Apoſtolica requiſivit, ambitionis vitio regnum ſibi uſurpare præſumſit, cum ſuper illo juramento prius Romana Eccleſia conſuli debuiſſet. Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi juramentum illud dicatur illicitum, cum nihilominus ſuper eo nos prius conſulere debuiſſet, quam contra ipſum propria temeritate venire; præſertim illo exemplo, quod cum Gabaonitæ a filiis Iſrael per fraudem ſubripuerint juramentum, ipſi tamen cognita fraude, contra illud venire temere noluerunt. Utrum vero dictum juramentum ſit licitum, vel illicitum, & ideo ſervandum, an non ſervandum exſtiterit; nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum judicium pertinere ...

XIV. Solus poteſt regulariter diſpenſare in criminibus notoriis majoribus adulterio. Extr. de jud. c. *At ſi Clerici*.

ALEX. III *Salernitano Archiepiſcopo*. ,, AT ſi Clerici coram ſæculari judice convicti fuerint, vel confeſſi de crimine, non ſunt propter hoc a ſuo Epiſcopo aliquatenus condemnandi. Sicut enim ſententia a non ſuo judice lata, non tenet; ita nec facta confeſſio coram ipſo. Si vero coram Epiſcopo de criminibus in jure confeſſi ſunt, ſeu legitima probatione convicti; dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſuſpendendi ſunt a ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuo removendi. De Adulteriis vero, & aliis criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum Clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare. Sed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus (cum ſuo ſit functus officio, nec duplici debeat ipſum contritione conterere) judici tradere ſæculari.

De his require infra de lapſ. & diſpen. §. *Circa prædictas res*, & §. *Videndum ergo*.

XV. Solus poteſt conſuetudinem Eccleſiæ circa religionem amovere. Ext. de reg. c. *Expoſuiſti*. *Expoſuiſti* eſt in antiqua collect.

XVI. Solus poteſt generale concilium celebrare. Diſt. 17. c. 1. & 2. ſeu, c. *Synodum*, & c. *Regula*, & cauſſa 2. q. 6. c. *Ideo*.

MARCELLUS PAPA *Maxentio Epiſc.* „ SYnodum Epiſcoporum abſque hujus Sedis Romanæ auctoritate (quamquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere, neque ullum Epiſcopum, qui hanc appellaverit Apoſtolicam Sedem, damnare, antequam hinc definitive ſententia procedat. Nam ſi ſæculares in publicis judiciis, libellis utuntur appellatoriis; quanto magis Sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui ſuper illos ſunt? de quibus dictum eſt: *Ego dixi: Dii eſtis*;

Pſal. 81. JULIUS *Papa Orientalibus Epiſc.* „ REgula veſtra nullas habet vires, nec habere poterit; quoniam nec ab orthodoxis Epiſcopis hoc Concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ Legatus interfuit, Canonibus præcipientibus ſine ejus auctoritate concilia fieri non debere: nec ullum ratum eſt, aut erit umquam Concilium, quod ejus non fuerit fultum auctoritate.

XVII. Solus poteſt condere legem generalem, & ſuper ea facere interpretationem generalem neceſſariam, & in ſcriptis redigendam. Cauſſa 25. q. 1. c. *Ideo permittente*, §. *Si ergo*, circa medium, C. de legibus, l. 1.

LEO PAPA IV. „ IDeo permittente Domino paſtores hominum ſumus effecti, ut quod patres noſtri ſive in ſanctis Canonibus, ſive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus: contra eorum quippe ſaluberrime agimus inſtituta, ſi, quod ipſi divino ſtatuerunt conſulto, intactum non conſervamus.

Gratianus. *SI ergo primam ſedem ſtatuta conciliorum pro omnibus obſervare oportet, & ſi pro ſtatu omnium Eccleſiarum neceſſe eſt illam impigre vigilare affecta, ſi ea, quæ a Romanis Pontificibus decreta ſunt, ab omnibus obſervari convenit: ſi illi, qui neſciunt ſacris obedire Canonibus, altaribus miniſtrare non debent; patet quod contra ſtatuta ſanctorum Canonum, quibus ſtatus Eccleſiarum, vel confundantur, vel perturbentur, privilegia ab Apoſtolice concedi non debeat. His ita reſpondetur: Sacroſancta Romana Eccleſia jus, & auctoritatem ſacris Canonibus impertitur, ſed non eis alligatur: habet enim jus condendi Canones, utpote quæ caput eſt, & cardo omnium Eccleſiarum, a cujus regula nemini diſſentire licet. Ita ergo Canonibus auctoritatem præſtat, ut ſe-* *Lev. 2.* *ipſam non ſubjiciat eis; ſed ſicut Chriſtus, qui legem dedit, ipſam legem carnaliter implevit, octava die circumciſus, quadrageſimo die in templo cum hoſtiis eſt præſentatus, ut in ſeipſo eam* *Matth. 8.* *ſanctificaret: poſtea vero, ut ſe dominum legis oſtenderet, contra legis litteram leproſum tangen-* *Matth. 12.* *do mundavit: Apoſtolos quoque contra litteram Sabbathi per ſata prætergredientes ſpicas vellentes, & confricantes manibus ſuis, probabili e-* *1. Reg. 21.* *xemplis David, & circumciſionis, & templi excuſavit dicens:* Non legiſtis quid fecerit Abime- *Levit. 12.* lech, quando venit ad eum David, & dedit ei panes propoſitionis, de quibus non licebat edere, *Levit. 12.* niſi ſolis Sacerdotibus, & comedit ipſe, & pueri ejus? *Item octava die ſecundum legem puer circumciditur, & vos in Sabbatho circumciditis ho-* *Matth. 12.* *Luc. 6.* *minem. Item cum juge holocauſtum ex lege offeratur: cum maſculus quadrageſimo, femina vero octuageſimo die ab ortu ſuæ nativitatis ſecundum legis imperium cum hoſtiis in templum præſentaretur: unde Sacerdotes offerentes hoſtias in templo litteram Sabbathi ſolvunt, & ſine crimine ſunt: tunc filius hominis multo magis valet ſolvere litteram legis, qui eſt etiam dominus Sabbathi. Hinc etiam dicitur de eo:* Erat Jeſus docens in tem- *Matth. 7.* plo, tamquam poteſtatem habens, *id eſt, tamquam dominus legis, addens moralibus ea, quæ deerant ad perfectionem, umbram figuralium in lucem ſpiritualis intelligentiæ commutans, non tamquam ſcribæ eorum, qui littera legis adſtricti, non audebant aliquid addere, vel commutare. Sic & ſummæ Sedis Pontifices Canonibus ſive a ſe, ſive ab aliis ſua auctoritate conditis, reverentiam exhibent, & eis ſe humiliando ipſos cuſtodiunt, ut aliis obſervandos exhibeant, nonnumquam vero ſeu jubendo, ſeu diffiniendo, ſeu decernendo, ſeu aliter agendo, ſe decretorum dominos, & conditores eſſe oſtendunt.*

XVIII. Solus poteſt privare perſonam Eccleſiaſticam jure ſuo. Cauſſa 9. q. 3. c. *Per principalem*, & diſt. 19. c. *In memoriam*, extr. de conceſ. præbend. c. *Quia diverſitatem*.

v. pag. 189 NICOLAUS *Papa Michaeli Imperatori.* „ PEr principalem igitur Apoſtolorum Petri & Paulli dexteram, de qua ſupra partim expoſuimus poteſtatem, jus habemus, non ſolum Monachos, verum etiam quoslibet Clericos de quacumque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos convocare, atque Eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus invitare.

EX CAPIT. *Caroli Imperatori.* „ IN memoriam beati Petri Apoſtoli honoremus ſanctam Romanam Eccleſiam, & Apoſtolicam Sedem, ut quæ nobis Sacerdotalis mater eſt dignitatis, Eccleſiaſticæ eſſe debeat magiſtra rationis. Quare ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas: ut licet vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur jugum, tamen feramus, & pia devotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, ſive ſit Presbyter, ſive Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolica Sede detuliſſe Epiſtolam, vel aliud quid, quod inde non venerit ſalva fide, & integra circa Apoſtolicum humilitate; penes Epiſcopum ſit poteſtas utrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, uſquequo per Epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, ut potiſſimum ſua ſancta Legatione dignetur decernere, quid de talibus juſto ordine Romana lex ſtatuit diffinire, & ut is corrigatur, & ceteris modus imponatur.

XIX. Solus poteſt concedere præbendam, vel Eccleſiam non vacantem. Extra, de conceſſ. præbend. capit. *Nulla*, de reſcript. capit. *Eam te*.

v. pag. 320 ALEX. III. *Tornacēſ Epiſc.* „ EAm te (& infra) Dudum ſiquidem ante tuam promotionem litteræ a nobis (ſi bene meminimus) emanarunt, quibus Decano, & Eccleſiæ tibi commiſſæ (te adhuc in eodem capitulo exſiſtente) mandatum dedimus, & præceptum, ut P. (qui de gente Judæorum originē duxit, & divina gratia fidem Chriſti ſuſcepit) in Canonicum reciperent, & Præbendam ſibi conferre deberent (& infra) Ipſi vero (quia donatio Præbendarum ad te ſpectabat) præceptum noſtrum executioni non potuerunt mandare. Cum itaque præſcriptus P. te ſuper hoc ex parte noſtra requireret, reſpondiſti, quod nullum inde mandatum receperas, & ſic eum a te infecto negotio, remiſiſti: quod nulletenus feciſſe deberes, ſi datā littera-

„ rum

„ rum diligentius attendiſſes, cum tempore,
„ quo litteræ ipſæ datæ fuerunt, ſde capitulo
„ ipſo eſſes, ſicut qui eras Archidiacoous, &
„ Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, nec eſſes adhuc
„ in Epiſcopum conſecratus (& infra) Pro
„ eo vero, quod Judæus exſtiterit ipſum dedi-
„ gnari non debes.

XX. Solus poteſt excommunicatum a ſe abſolvere. Extr. de elect. c. *Venerabilem*, verſ. *Sunt enim notoria*.

INNOCENT. III. *Duci Ce- ring.* „ VEnerabilem... ſunt enim notoria impe-
„ dimenta Ducis, ſcilicet excommuni-
„ catio publica, perjurium manifeſtum, & per-
„ ſecutio divulgata, quam progenitores ejut,
„ & ipſe præſumſerunt in Apoſtolicam ſedem,
„ & alias Eccleſias exercere. Fuit qooque a
„ bonæ memoriæ Cæleſtino Papa prædeceſſorn
„ noſtro propter iovaſionem, & devaſtationem
„ patrimonii Beati Petri commonitione ſæpe
„ præmiſſa poblice ae ſolemniter excommu-
„ oicationis vinculo innodatus, cum in Tuſcia
„ moraretnr, quod poſtmodum recognovit,
„ dum per nuncium ſuum ab ipſo prædeceſſore
„ noſtro abſolutionis beneficiom poſtulavit, &
„ poſtmodum a Sutrino Epiſcopo, quem (cum
„ Abbate S. Anaſtaſii pro liberatione Venera-
„ bilis fratris Salernitani Archiepiſcopi, nos
„ in Teutoniam miſeramus, contra formam
„ mandati noſtri de facto ſolummodo, quia de
„ jore non potois) poſt ſuam electionem apud
„ Varmantiam occulse ſe fecit abſolvi. Unde
„ patet, quod ipſe fuit excommunicatus ele-
„ ctus.

Et forte idem de eo, qui recipit ſcienter, & ſponte in divinis officiis excommunicatum a Papa. Extr. de ſent. excom. c. *Significavit*.

CLEMENS III. „ SIgnificavit nobis (& infra) Verum Cle-
„ ricos, qui ſeienter, & ſponte participa-
„ verunt excommunieatis a nobis, & ipſos in
„ officiis receperunt, eadem excommunicatio-
„ nis ſententia cum ipſis non dubitamus in-
„ volvi, quos esiam pro beneficio abſolutionis
„ habendo ad nos volumus cum litterarum tua-
„ rum inſinuatione remitti.

XXI. Solus poteſt excommunicatum a ſuo delegato, qui nolebat parere ſententiæ, abſolvere, ſi ſteterit in excommunicatione per annum. Extr. de off. deleg. c. *Quærenti*.

INNOC. III. *Priori ſancti Fridiani.* „ QUærenti qoid per cenſuram Eccleſiaſti-
„ cam (& infra) Si vero delegatus a
„ nobis excommunicet illum, qui rei judica-
„ tæ parere contemnit; licet aliquibus videa-
„ tur, quod ſuo ſit functus officio, ut ulte-
„ rius non habeat ex delegata ſibi juriſdictio-
„ ne proceſſum: alii autem dicant, quod juriſ-
„ dictio ejus duret, donec ſententiæ pareatur,
„ ut interim abſolvere poſſit parere volentem;
„ nos tamen per æquitatis ſemitam inceden-
„ tes, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut
„ delegatus a nobis non ſolum uſque ad qua-
„ drimeſtre tempus, qood ad ſolveodum de-
„ bitum a lege reo conceditur, ſed uſque ad
„ integrum annum juriſdictionem ſibi commiſ-
„ ſam, ad exſequendum ſententiam valeat
„ exercere, ſicut obſervatur in illo, qui
„ ante litis conteſtationem contumax inveni-
„ tur.

XXII. Solus cognoſcit ſimpliciter appellatione remota. Cauſſa 9. q. 3. c. *Cuncta*, & c. *Aliorum*.

GELASIUS *Papa Epiſc. per Dardaniã cõſtitutis.* „ CUncta per mundum novit Eccleſia, quo-
„ niam quorumlibet ſententiis ligata Pon-
„ tificum, ſedes B. Petri Apoſtoli jus habeat
„ reſolvendi; utpote qui de omni Eccleſia fas
„ habeat judicandi, &c.

„ CUncta per mundum novit Eccleſia, quod IDEM *Omnibus Epiſcop.*
„ ſacroſancta Romana Eccleſia fas de o-
„ mnibus habeat judicandi: neque cuiquam de
„ ejus liceat judicare judicio. Si quidem ad
„ illam de qualibet mundi parte appellandum
„ eſt; ab illa autem nemo eſt appellare per-
„ miſſus: ſed nec illa præterimus, quod Apo-
„ ſtolica Sedes ſine ulla ſynodo præcedente,
„ & ſolvendi quos ſynodos inique damnave-
„ rat, & damnandi, nulla exſiſtente ſynodo,
„ quos oportuit, habuit facultatem, & hoc
„ nimirum pro ſuo principatu, quem beatus
„ Apoſtolus Petrus Domini voce & tenuis
„ ſemper, & tenebit.

„ ALiorum hominum cauſſas Deus voluit SYMMAC.
„ homines terminare, ſed ſedis iſtius
„ præſulis ſuo ſine quæſtione reſervavit arbi-
„ trio. Voluit B. Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo
„ tantum debere innocentiam, & ſubtiliſſimi
„ diſcuſſoris indagini inviolatam exhibere con-
„ ſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inqui-
„ ſitionis non habere formidinem, quas Deus
„ præ ceteris ſuo reſervavit examini. Non ha-
„ bet apud illum reus de allegationis nitore
„ ſubſidium, quando ipſorum factorum uti-
„ tur eo teſte, quo judice. Tu dicas forſitan:
„ Omnium animarum ſalis erit in illa diſce-
„ ptatione conditio: replicabo: Uni dictum eſt:
„ *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo* Matth. 16.
„ *Eccleſiam meam, & quæcumque ſolveris ſuper*
„ *terram, erunt ſoluta & in cælis*. Et rurſus
„ patet ſanctorum voce Pontificum, dignita-
„ tem ſedis ejus factam toto orbe venerabilem:
„ dum illi quidquid fidelium eſt, ubique ſub-
„ mittitur, dum totius corporis caput eſſe de-
„ ſignatur. De hac mihi per Prophetam di-
„ ctum videtur: *Si hæc humiliatur, ad cujus* Iſaiam.
„ *fugietis auxilium, & ubi relinquetis gloriam ve-*
„ *ſtram?*

XXIII. Solus cognoſcis de cauſſis ad eum delegatis per appellatiooem, vel relationem. Extr. de offic. legat. c. *Licet*.

„ LIcet Trauen. Canonici ab initio diſſenſiſ- INNOCENT. III. *Bononienſ. Epiſcop. & M. Capellano Subdiac. noſtro.*
„ ſent, tandem unanimiter conſenſerunt
„ G. Fratrem Caſſinenſis Abbatis in Archiepi-
„ ſcopum eligentes, cujus electionem Portuen.
„ Epiſcopus tunc Legatus examinari præcepit:
„ (& infra) Nuncius præfati Caſſinatis Abba-
„ tis nobis litteras præſentavit, gravem contra
„ jam dictum Legatum querimoniam continen-
„ tes, qood poſtqoam electionem examinave-
„ rat, & eam ad noſtræ deliberationis examen
„ tranſtulerat, nunciis jam directis, electionem
„ eamdem malitioſe nimis examinare præſum-
„ ſit (& infra) De conſilio fratrum noſtro-
„ rum examinationem ſecundam tamquam a
„ non ſuo judice factam, poſtquam negotiom
„ ad noſtrum fuerat tranſlatum examen, cen-
„ ſuimos irritam, & inanem.

XXIV. Solus ordinat Diaconum, quem ipſemet ordinavit Subdiaconum. Extr. de temp. ord. c. *Cum in diſtribuendis*.

„ CUm in diſtribuendis (& infra) Memi- INNOC. III *Mutin. Epiſc.*
„ nimus a nobis fuiſſe ſuppliciter poſtula-
„ tum, & clementer indultum, us quia præfa-
„ tus A. Eccleſiæ Romanæ ſubdiaconus erat,
„ mandaremus ipſum per Bononienſem Epiſco-
„ pum promoveri.

XXV. Solus concedit pallium. Diſt. 100. c. *Pallium*. v. pag. 320

Digitized by Google

XXVI. Solus diſpenſat cum bigamo. Diſt. 34. c. *Lector*, extr. de bigamis, c. *Nuper*, & ſupra de bigam. ſ. *Item numquid*. *v. pag. 238* *v. pag. 18*,

XXVII. Solus diſpenſat cum illegitime nato, vel defectum ætatis habente, ut promoveatur ad Eccleſiaſticam dignitatem, perſonatum, vel curam animarum. Require ſupra de filiis presb. ſ. *Poteſt cum illegitime natis*.

XXVIII. Solus diſpenſat, ut aliquis habeat plura beneficia curam animarum habentia, vel plures perſonatus, vel dignitates in eadem Eccleſia, licet curam non habeant animarum. Extr. de præb. c. *De multa*. *v. Indic.*

XXIX. Solus utitur pallio ſemper, & ubique. Extr. de uſu pallii, c. *Ad honorem*.

XXX. Solus poteſt conferre ordinem ſubdiaconatus, die Dominico, & aliis præcipuis feſtis. Require ſupra de ætate ordinand. ſ. *Ordo Sacerdotalis*. *v. pag. 319*

XXXI. Solus abſolvit excommunicatum, ſcienter communicando ei, ſi per hoc intendat eum abſolvere. Extr. de ſent. excomm. cap. *Cum deſideres*, & cap. *Si aliquando*.

CLEMENS III.

,, CUm deſideres (& infra) Fuit autem primæ quæſtionis tenor hujuſmodi, utrũ alicui excommunicato, qui mandato Eccleſiæ ſtare juravit, & ante abſolutionem Epiſcopus ei communionem reddidit, ſit excommunicandum ab aliis? & an Epiſcopus id facere debeat? Cui quæſtioni taliter reſpondemus, quod cum cautio juratoria, quam hodie qui excommunicati ſunt, præſtant, potius ad cautelam ex conſuetudine Eccleſiæ, quam rigore Canonum ſit inducta; neque momenti tam validi reputetur, quod niſi abſolutionis officium ſubſequatur ille, qui excommunicatur, debeant communioni aliorum reſtitui, præſertim cum ex eo juramento abſolutionem conſecutus non ſit, & conſtet eum excommunicatum fuiſſe, & verum ſit, abſolutum non eſſe, nec Epiſcopus, nec alii debent communicare eidem, niſi fuerit ſecundum formam Eccleſiæ, poſt juramentum præſtitum abſolutus, quia qui cum excommunicato ſcienter communicaverit, excommunicationis pœnam contrahit cum eodem. Secundæ quæſtioni hunc finem duximus imponendum, quod ſi publica fama eſt aliquem verberaſſe Clericum, nec Epiſcopus, nec alius communicare ſibi debet, niſi ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgaverit, vel ad cautelam abſolutionis beneficium conſequatur. Tertio loco tua diſcretio requiſivit; ſi Clericus verberatus, Epiſcopo mediante, cum ſuo verberatore compoſuerit, & ille reconciliatus ſibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti? Super quo tibi breviter reſpondemus, quod licet ille qui violentas manus injecit ei, quem læſit, ſatisfeciſſe taliter videatur, Eccleſiæ tamen, quam offendit, ex hoc non ſatisfeciſſe dignoſcitur, & niſi forma Eccleſiæ, quæ pro abſolutione talium introducta eſt, obſervetur, non eſt communicandum eidem.

INNOC. III. Nonnumquam in Gallia omiſſa fuere media de conſenſu regis, & partium, nam jure Gallico non omittuntur.

,, SI aliquando forte contigeris, quod eis, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excommunicationi ſubjecti, noſtræ litteræ cum ſalutationis alloquio deſtinentur, non propter hoc excommunicationis credatur ſententia relaxata. Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam ſurreptionem contingat hujuſmodi litteras impetrari.

XXXII. Ad eum ſolum appellatur omiſſis mediis judicibus. Cauſſa 2. q. 6. c. 3. 4. 5. 6. & 7. c. *Si quis veſtrum*, & c. *Omnes*, & c. *Ad Romanam*, & c. *Si quis putaverit*, & c. *Ad Romanam*, & c. *Decrete*, & q. 7. c. *Metropolitanum*. Cauſſa 11. q. 1. c. *Pervenit*. *v. pag. 310*

SIXTUS *Papa Omnibus rectoribus Eccleſiæ*.

,, SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua adverſitate, licenter hanc ſanctam & Apoſtolicam Sedem appellet, & ad eam quaſi ad caput ſuffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur.

IDEM *Grato Epiſcop.*

,, OMnes Epiſcopi, qui in aliquibus pulſantur, vel criminantur gravioribus cauſſis, quoties neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam Sedem appellent, atque ad eam quaſi ad matrẽ confugiant.

MARCEL. *Papa*.

,, AD Romanam Eccleſiam omnes Epiſcopi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuum confugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem, atque conſecrationem: quod omnibus minime convenit denegare Epiſcopis; ſed abſque ulla cuſtodia aut excommunicatione, aut exſpoliatione, vel damnatione libere ire concedatur.

VICTOR *Epiſcop.*

,, SI quis putaverit ſe a proprio Metropolitano gravari, apud Patriarcham, vel Primatem diœceſeos, aut penes Univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ judicetur ſedem.

ZEPHYRIN. *Urbis Romæ Epiſc.*

,, AD Romanam Eccleſiam ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis eſt appellandum, & concurrendum quaſi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a ſuis oppreſſionibus releventur; quia non poteſt, nec debet mater oblivisci filium ſuum.

GREGOR. *Innocentio, & reliquis Epiſc. Sardin.*

,, MEtropolitanum veſtrum in aliquo poſtponere non præſumatis, excepto ſi (quod non optamus) contra eumdem vos aliquid cauſſæ habere contingat, ut ob hoc Sedis Apoſtolicæ judicium petere debeatis.

GREGOR. *Romano conſervatori Sicil.*

,, PErvenit ad nos, quod ſi quis contra quoſlibet Clericos cauſſam habeat, deſpectis eorum Epiſcopis eoſdem Clericos in tuo facias judicio exhiberi. Quod ſi ita eſt, quia valde conſtat eſſe incongruum; hac tibi auctoritate præcipimus, ut denuo hoc facere non præſumas: ſed ſi quis contra quemlibet Clericum habuerit cauſſam, Epiſcopum ipſius adeat, ut aut ipſe cognoſcat, aut certe ab eo judices deputentur: aut ſi forte ad arbitros eundum eſt, partes ad eligendos judices ab ipſo exſecutio deputata compellat. Si quis vero Laicus, vel Clericus contra Epiſcopum cauſſam habuerit; tunc te interponere debes, ut inter eos, aut ipſe cognoſcas, aut certe te admonente, ſibi judices eligant; nam ſi ſua unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur; quid aliud agitur, niſi ut per nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo, confundatur?

XXXIII. Item majora negotia ſunt ad eum referenda. Cauſſa 2. q. 6. c. *Omnis oppreſſus*.

ANACLET. *Papa*.

,, OMnis oppreſſus libere Sacerdotum (ſi voluerit) appellet judicium, & a nullo prohibeatur; ſed ab his fulciatur, & liberetur, & audiatur: ſi autem difficiles cauſſæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem

,, ſe-

„ ſedem referantur: & ſi illic facile diſcerni non poterunt, aut juſte terminari: ubi fuerit ſummorum congregatio ſub Metropolitano cōgregata (quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet, & debet) juſte, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate Eccleſiaſtica negotia, & coram Patritio negotia ſæcularia judicentur in communi.

Et iſte caſus plures ſub ſe continet, ſcilicet

XXXIV. Diſpenſationem in ſimonia. Require ſupra de ſimonia, *ſ. Reſtat*, & *ſ.* ſequenti

XXXV. Et cum illo, qui excommunicatus celebraverit, vel ſuſceperit ordines, diſpenſat. Cauſſa 11. q. 3. c. *Si quis Epiſcop* 1. extr. de eo qui furt. ord. ſuſcepit. c. *Veniens*, extr. de ſent. excom. c. *Cum illorum*.

v. Indic.

Ex Conc. *Antiocheno c. 4.*

„ SI quis Epiſcopus damnatus a Synodo, vel ſi Presbyter, aut Diaconus a ſuo Epiſcopo, auſi fuerint aliquid de miniſterio ſacro contingere, ſive Epiſcopus juxta præcedentem conſuetudinem, ſive Presbyter, ſive Diaconus nullomodo liceat ei, nec in alia ſynodo ſpem reſtitutionis, aut locum ſatisfactionis habere; ſed & communicantes ei omnes abjici de Eccleſia oportet, & maxime ſi poſtquam didicerint adverſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint.

Innoc. III

„ CUm illorum abſolutio, qui pro violenta manuum injectione in Clericos, labem excommunicationis incurrunt (quibuſdam caſibus a prædeceſſore noſtro exceptis) ſedi dumtaxat Apoſtolicæ reſervetur; nonnulli Eccleſiaſticam ſententiam negligentes, in excommunicatione poſiti, Eccleſiaſticos ordines accipere non formidant. Quid autem de his fieri debeat, Apoſtolicum ſæpius oraculum imploratur, circa quos credimus diſtinguendum, quod tales vel ſciunt excommunicationis ſe vinculo irretitos, vel non recolunt factum, pro quo in latæ ſententiæ Canonem inciderunt, vel factum quidem ſcientes, juris ignari neſciunt exinde ſe teneri. Primos ſi fuerint ſæculares Clerici, a ſuſceptis ordinibus cenſemus in perpetuum deponendos; in reliquis caſibus, tam Archiepiſcopi, quam Epiſcopi abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, diſpenſandi facultatem ſe noverint non habere: quibus etiam eſt abſolutio talium interdicta, cum majora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora. Poterunt tamen hujuſmodi Romani Pontificis auribus intimari, ut ab eo ſecundum rigorem, vel æquitatem reſponſum prodeat, prout diſcretio ſua viderit faciendum. Qui, ſi clauſtrales hujuſmodi fuerint, licet ab Alexandro Papa fuerit conſtitutum, quod Monachi, & Canonici Regulares quocumque modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam Sedem mittendi, ſed ſecundum providentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur, & ſi Abbatis diſcretio ad eorum correctionē non ſufficit, providentia eſt diœceſani Epiſcopi adhibenda, & alibi dicatur, quod de ſæculo fugientes, qui religionis habitum in Monaſterio receperunt, & inter cetera poſtmodum confitentur, ſe tale commiſiſſe delictum, propter quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurrerunt, ſine licentia Romani Pontificis Abbas non poteſt, nec debet eos abſolvere, quamvis præſumtionem delinquentium debita poſſit animadverſione punire; nos tamen in religionis favorem, & ut evagandi materia ſubtrahatur, majorem eis gratiam exhibere volentes, eorum Prælatis, quod etiam talibus abſolutionis beneficium impertiri valeant, indulgemus, niſi exceſſus ipſorum exſtiterit difficilis, & enormis, utpote ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, aut in Epiſcopum, aut Abbatem violenta manus injecta, cum exceſſus tales, & ſimiles nequeant ſine ſcandalo præteriri. Si vero Clauſtralis aliquis in religioſam perſonam alterius clauſtri manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & ejus, qui paſſus eſt injuriam, abſolvatur. Quod ſi Clericum percuſſerit ſæcularem, nonniſi per Apoſtolicam Sedem (ut ſcandalum evitetur) abſolutionis gratiam poterit promerari. Si autem hos ad ordines promoveri contingat, juxta præmiſſam diſtinctionem, qui ſcienter in contemtum Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe fecerint ordinari, ab exſecutione ſuſcepti ordinis & officii decernimus manere ſuſpenſos. Circa reliquos vero facti memoriam, vel juris peritiam non habentes, Monaſteriorū utilitate penſata, poſt injunctam regularem pœnitentiam, & peractam, Abbates ipſorum poterunt diſpenſare, niſi grave fuerit, & notabile factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit, & diſcretus, ut violenter cōtra oblivionem, vel ignorantiam præſumatur. Præcipimus autem Abbatibus, ut formam iſtam diligenter obſervent, ne privilegium mereatur amittere, qui ſibi permiſſa abutitur poteſtate.

ſ. II.

De Patriarchis, ſive Primatibus.

PAtriarchæ, ſive Primates ſunt minores Papa, majores autem Metropolitanis, iſti non habent juriſdictionem in ſuffraganeos Metropolitanorum, niſi in octo caſibus.

I. Cum cauſſa defertur ad Primatem per appellationem. Diſt. 99 c. *Provincia*.

„ PRovinciæ multo ante Chriſti adventum tempore diviſæ maxima ex parte ſunt, & poſtea ab Apoſtolis, & B. Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diviſio eſt renovata; & in capite provinciarum, ubi dudum Primates legis erant ſæculi, ac prima judiciaria poteſtas, ad quos, qui per reliquas Civitates commorabantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permiſſum non erat, confugiebant pro oppreſſionibus eorum, vel injuſtitiis ſuis, ipſoſque appellabant, quoties opus erat, ſicut in lege eorum præceptum erat: ipſis quoque in civitatibus, vel locis noſtros Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenent, licet diverſa ſint nomina, leges divinæ, & Eccleſiaſticæ poni, & eſſe juſſerunt, ad quos Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, confugerent, eoſque appellarent, & ipſi nomine Primatum fruerentur, & non alii. Reliquæ vero Metropolitanæ Civitates, quæ minores judices habebant (licet majores comitibus eſſent) haberent Metropolitanos ſuos, qui prædictis juſte obedirent Primatibus, ſicut & in legibus

Anaclet. Papa *Ad Epiſc. Italiæ Epiſt. 2.*

„ ſæ-

,, ſæculi olim ordinatum erat: qui non Prima-
,, tum, ſed aut Metropolitanorum, aut Ar-
,, chiepiſcoporum nomine fruerentur.

II. Item quum vacat Eccleſia Metropolitana & poſtulat, ut ipſe Primas diſponat de rebus ad Metropolitanum pertinentibus.

III. Item quum de conſuetudine, vel privilegio aliquid obtinet. Cauſſa 9. q. 3. c. *Conqueſtus*.

NICOLAUS *Papa Rodulpho Bituric. Archiep.*

,, CONqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater
,, noſter Sigedodus Archiepiſcopus Nar-
,, bonenſis, quod Clericos ſuos eo invito
,, ad judicium tuum venire compellas, & de
,, rebus ad Eccleſiam ſuam pertinentibus eo
,, inconſulto quaſi jure Patriarchatus tui diſ-
,, ponas, cum hoc nec antiquitas (cui ſancti
,, Patres ſanxerunt reverentiam) habeat, &
,, auctoritas ſacrorum Canonum penitus in-
,, terdicat: niſi forte pro cauſſis, quæ apud
,, ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad
,, Patriarcham ſuum provocaverint per appel-
,, lationes; vel ſi Epiſcopus ſuus deceſſerit,
,, res Eccleſiæ ſuæ judicio tuo diſpenſare
,, voluerint. Primates enim, vel Patriarchas
,, nihil privilegii habere præ ceteris Epiſcopis,
,, niſi quantũ ſacri Canones concedunt, & priſca
,, conſuetudo illis antiquitus contulit, diffini-
,, mus, ita ut ſecundum Nicænas regulas ſua
,, privilegia ſerventur Eccleſiis; præterquam ſi
,, Apoſtolica Sedes aliquam Eccleſiam vel ipſius
,, rectorem quolibet ſpeciali privilegio decreve-
,, rit honorare.

IV. Item quum ſuper arduo negotio dubitatur, quod non poteſt in provinciali Concilio deffiniri, ipſe Primas eſt conſulendus. Diſt. 58. c. *De Conciliis*.

LEO PAPA *Anaſtaſio Theſſalon. Epiſc. Ep. 82. c. 7.*

,, DE Conciliis autem Epiſcopalibus non
,, aliud indicimus, quam ſancti Patres
,, ſalubriter ordinaverunt, ut ſcilicet boni Con-
,, ventus per annos ſingulos habeantur, in qui-
,, bus de omnibus querelis, quæ inter diverſos
,, Eccleſiæ ordines naſci aſſolent, judicetur: ac
,, ſi forte inter ipſos; qui præſunt, de majori-
,, bus peccatis (quod abſit, naſcatur cauſſa, quæ
,, provinciali examine nequeat diffiniri, frater-
,, nitatem tuam de totius negotii qualitate Me-
,, tropolitanus curabit inſtruere; & ſi coram
,, poſitis partibus, nec tuo fuerit res ſopita ju-
,, dicio, ad noſtram cognitionem, quidquid il-
,, lud eſt, transferatur.

V. Item ſi Metropolitanus eſt negligens, & remiſſus, ipſe poteſt ſupplere defectum ejus. Cauſſa 9. q. 3. c. *Cum ſimus*.

EX SYNODO *Septima*, c. XI.

,, CUm ſimus debitores omnes ſacras regu-
,, las cuſtodire, & eam, quæ dicit in u-
,, naquaque Eccleſia œconomos eſſe debere, mo-
,, dis omnibus inviolabilem conſervare debe-
,, mus; & ſi quidem unuſquiſque Metropoli-
,, tanus in ſua Eccleſia conſtituerit œcono-
,, mum, bene utique eſt. Sin autem ex aucto-
,, ritate propria Conſtantinopoleos Epiſcopis
,, licentia eſt præponendi œconomos in ejus
,, Eccleſia: ſimiliter & Metropolitanis, ſi
,, Epiſcopi, qui ſub eis ſunt, non ſategerint
,, œconomos ſtatuere in ſuis Eccleſiis. Id-
,, ipſum autem ſervandum eſt etiam in Mo-
,, naſteriis.

VI. Item ſi aliquis conquereretur de Archiepiſcopo, Primas eſſet judex. Cauſſa 11. q. 1. c. *Si Clericus*.

IN CONC. *Chalced.* c. 9.

,, SI Clericus adverſus Clericum habeat nego-
,, tium, non relinquat ſuum Epiſcopum, &
,, ad ſæcularia judicia non concurrat; ſed prius
,, negotium agitetur apud proprium Epiſcopum,
,, vel certe ſi fuerit negotium ipſius Epiſcopi,
,, apud arbitros ex utraque parte electos au-
,, diatur negotium. Si quis vero contra hæc
,, fecerit, Canonum correctionibus ſubjaceat,
,, & ſi Clericus adverſus ſuum, vel alium E-
,, piſcopum habeat cauſſam, apud audientiam
,, ſynodi provincia ejus conqueratur. Si vero
,, contra ipſius provinciæ Metropolitanum E-
,, piſcopum Epiſcopus, ſive Clericus habeant
,, controverſiam, pergat ad ipſius diœceſis
,, Primatem, aut certe ad Conſtantinopolitanæ
,, regiæ civitatis ſedem, ut eorum ibi nego-
,, tium terminetur.

VII. Item ſi ſubditus Metropolitani conquerens Primati de injuſta excommunicatione facta a Metropolitano ſecundum formam Eccleſiæ abſolvendus, non poſſit ab eo obtinere abſolutionem; poterit abſolvi a Primate, & præcipiat ei, ut ſatisfaciat Metropolitano competenter; quod ſi facere contemſerit, reducet eum poſtea in excommunicationem. Extr. de off. ord. c. *Ad reprimendam*. *v. pag. 196*

VIII. Item quum notorium ſic mandatum Epiſcopi fuiſſe illicitum, vel injuſtum, poteſt declarare ſubditum a tali mandato legitime appellaſſe, etiamſi appellaverit ad Papam. Extr. de appell. c. *Sollicitudinem*.

INNOC. III *Epiſc. Pariſienſ.*

,, SOllicitudinem Paſtoralis (& infra) Sa-
,, ne cum, ſicut recepimus, duobus coram
,, Epiſcopo litigantibus, alter eorum ad
,, Sedem Apoſtolicam appellaſſet, Epiſcopus
,, appellantem reputans contumacem, ipſum
,, excommunicationis vinculo innodavit: qui
,, coram Metropolitano de Epiſcopo ſibi pe-
,, tiit juſtitiam exhiberi, aſſerens, quod poſt
,, appellationem legitime ad nos interpoſi-
,, tam, ipſum excommunicaverat, & pe-
,, tens ſe ad eum ſtatum, in quo fue-
,, rat appellationis tempore, a Metropolita-
,, no reduci, denunciari videlicet abſolutum:
,, adjiciens etiam, quod appellationi non re-
,, nunciabat objectæ, ſed proſequi volebat
,, eamdem (& infra) Nos igitur inquiſitioni
,, tuæ taliter reſpondemus, quod ſicut Metro-
,, politanus de appellatione ad nos interpoſita
,, cognoſcere omnino non valet; ſic nec de his,
,, quæ poſt appellationem fuerant innovata,
,, dummodo de aliis cognoſci non poſſit, niſi de
,, appellatione pariter cognoſcatur, vel de his,
,, quæ appellationis cauſſam contingere digno-
,, ſcuntur. In quo caſu ſi Metropolitanus ad
,, cognoſcendum partes ſuas interponere for-
,, te præſumeret, Epiſcopus poſſet ad appella-
,, tionis beneficium convolare: nam ad offi-
,, cium ejus, qui de appellatione cogniturus
,, eſt, pertinet prudenter corrigere, quæ con-
,, tra ipſam invenerit attentata. Si vero no-
,, torium exſiſteret, quod mandatum Epiſco-
,, pi indiſcretum fuerat, vel injuſtum, cui
,, non tenebatur ſubditus obedire; ac per con-
,, ſequentiam ei liqueat evidenter ſubditum
,, legitime provocaſſe; poteſt Archiepiſcopus
,, auctoritate Metropolitana declarare ſubdi-
,, tum irrationabiliter exſtitiſſe anathematis
,, mucrone percuſſum. Cum autem excommu-
,, nicatus, qui appellaverat, juxta præſcriptam
,, formam coram Archiepiſcopo deponit contra
,, Epiſcopum quæſtionem, Metropolitanus ad
,, cognoſcendum de cauſſa poteſt interponere
,, partes ſuas, cum ille appellationis perſecutio-

ni re-

„ ni renunciare tacite videatur: ſed ſi verbo, vel facto appellationem ſe velle proſequi proteſtetur, non eſt, tamquam adverſa petens, & ſibi contrarius, audiendus.

Item nota, quod hæc nomina, Patriarcha, & Primas pro eodem ponuntur; nam inter Patriarcham, & Primatem non eſt realis differentia, ſed vocalis. Diſt. 99. c. *Provinciæ*: vel proprie dicuntur Patriarchæ quartuor principales, ſcilicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus; alii vero proprie dicuntur Primates, ſicut Aquilejen. Granden. Bituricen. Cantuarien. & ſimiles, licet & iſti quandoque ſe nominent Patriarchas. Item prædicti quattuor principales habent duo ſpecialia privilegia: unum, quod conferunt pallium ſuffraganeis ſuis, poſtquam ipſi receperunt a Sede Apoſtolica: aliud, quod faciunt ante ſe deferri ubique vexillum crucis. Extr. de privil. cap. *Antiqua*.

v. pag. 327

S 1

Innoc. III *In Concil. Generali*.

„ ANtiqua patriarchalium ſedium privilegia renovantes ſancta univerſali ſynodo approbante ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam (quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater univerſorum Chriſti fidelium, & magiſtra) Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieruſolymitana quartum locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignitate: ita quod poſtquam Antiſtites earum a Romano Pontifice receperint pallium (quod eſt plenitudinis officii Pontificalis inſigne) præſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ juramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem Canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. Dominicæ vero crucis vexillum ante ſe faciant ubique deferri, niſi in urbe Romana, & ubicumque ſummus Pontifex præſens extiterit, aut ejus Legatus utens inſigniis Apoſtolicæ dignitatis. In omnibus autem provinciis eorumdem juriſdictioni ſubjectis ad eos (cum neceſſe fuerit) provocetur, ſalvis appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

Deponit Epiſcopos. J *Servatis ſervandis*.

Item Eccleſia Conſtantinopolitana habet duo privilegia ſimille Romanæ, quia deponit Epiſcopos ſuos, ut dicunt quidam, ſicut & Romana, & eſt arg. Cauſſ. 3. q. 5. c. *Quod ſuſpecti*.

Nicolaus *Michael Imperat.*

„ QUod ſuſpecti, & inimici judices eſſe non debeant, & ipſa ratio dictat, & pluribus probatur exemplis. Nam quid gratius, & amabilius dare quis inimico poteſt, quam ſi ei ad imperendum commiſerit, quem lædere forte voluerit? Quod provide Conſtantinopolitana ſynodus Canonum ſuorum ſexto dignoſcitur prohibere capitulo (& infra) Veniamus ergo & ad ſanctam Chalcedonenſem Synodum, & quid nobis de ipſo Athanaſio Paræ norum referat Epiſcopo, audiamus. Is enim antiſtes tertio evocatus ad Synodum, quia non occurrit, e ſuo Patriarcha Canonice condemnatus extiterat; ſed ſolum quia, cum vocaretur ad Synodum, quod inimicus ſuus eſſet, ipſe, qui judicabat, clamavit; a ſancta Chalcedonenſi ſynodo ad cauſſas illatas ſibi examinandas reſervatur, & niſi denuo convincatur, recipere propriam judicatur Eccleſiam. Quod ſi Athanaſius a Patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitie ipſius conqueſtus eſt, iterato ad judicium renovandum dirigitur, & ſi manifeſta ſibi officiant crimina; tamen ſuæ Eccleſiæ reddi præcipitur; quanto magis Ignatius, qui non a Patriarcha, ſed potius ipſe exſiſtens Patriarcha, minime debuit Eccleſia propria (inimicis, & ſuſpectis judicibus decernentibus) exſpoliari (Et paullo poſt) Veniat & facundiſſimus noſter Papa Gelaſius, hæreticorum expugnator fortiſſimus, & quod de Conſtantinopolitanis Epiſcopis more ſolito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis ediſſerat. *Quæro*, inquit, *tamen ab his judicium, quod prætendunt, ubinam poſſit agitari? an apud ipſos? ut idem inimici ſint teſtes, & judices? ſed tali judicio nec humana debent committi negotia*. Quod ſi judicio, ubi idem ſunt inimici, qui judices, nec humana committi debent negotia; quanto minus divina, id eſt, Eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat. Et re vera hinc Juſtinianus Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe dignoſcitur, dicens: *Liceat ei, qui ſuſpectum ſibi judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recuſare, ut ad alium recurratur*. Nam quodammodo naturale eſt ſuſpectorum judicum inſidias declinare, & inimicorum judicium ſemper velle refugere. Hinc S. Athanaſius inimicorum ſæpe declinavit inſidias. Hinc ſanctus Joannes os aureum Concilii contra ſe congregari renuit intrare collegium. *Patet ergo, quod etſi manifeſta ſint crimina alicujus, tamen accuſatione inimici condemnandus non eſt*.

Gratian.

Item quia appellatur ad ipſam omiſſis mediis, ſicut, & ad Romanam. Cauſſa 11. q. 1. *Si Clericus*, & hæc vult Canon ille diſt. 22. cap. *Renovantes*.

v. pag. 328

Ex VII. Synodo.

„ REnovantes ſancti Conſtantinopolitani decreta Concilii, petimus, ut Conſtantinupolitana ſedes ſimilia privilegia, quæ ſuperior Roma habet, accipiat, necnon in Eccleſiaſticis rebus magnificetur ut illa; ſed hæc ſecunda poſt illam exſiſtens, priuſquam Alexandrina ſedes numeretur, deinde Antiochena, & poſt eam Hieroſolymitana.

Item videtur, quod Eccleſia Alexandrina haber duo hæc privilegia. Diſt. 65. cap. *Mos antiquus*.

Ex Conc. *Nicæno*.

„ MOs antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia, & Pentapolii, ut Alaxandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quan doquidem & Romano Epiſcopo parilis eſt mos; ſimiliter autem & apud Antiochiam, & ceteras provincias honor ſuus unicuique ſervetur Eccleſiæ.

---

§. III.

De Metropolitanis, & Archiepiſcopis.

MEtropolitani, & Archiepiſcopi idem ſunt: iſti ſimiliter non habent juriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, niſi in caſibus in jure expreſſis. Extr. de offic. jud. ordin. c. *Paſtoralis*.

Innoc. III. *Epiſc. Helenſ.*

„ PAſtoralis officii (& infra) Ex parte tua fuit inſuper quæſitum, utrum, ſi aliqua cauſſa fuerit ad Archiepiſcopum per appellationem delata, poſſit eamdem jure ordinariæ poteſtatis ſuffraganei ſui ſubdito delegare, vel

T t „ ani-

,, animadvertere in eumdem, ſi cauſſam renuerit ſuſcipere delegatam? Ad quod reſpondemus, quod Archiepiſcopus ipſum ad ſuſcipiendam delegationem hujuſmodi compellere nequit invitum, eum in eum (exceptis quibuſdam articulis) nullam habeat poteſtatem, licet Epiſcopus ſuús eidem ſit Metropolitana lege ſubjectus (& inſra)....

Qui autem ſunt iſti caſus, require ſupra proximo §. & ſolent notari cauſſa 9. quæſt. 3. c. *Conqueſtus*. *v. pag. 188* *v. pag. 328*

Et ita ſicut Primas poteſt judicare, & punire Metropolitanum, non tamen ſuffraganeos ejus niſi in certis caſibus; ita Metropolitanus poteſt judicare, ac punire ſuffraganeos ſuos, non tamen ſubditos eorum, niſi in aliquibus caſibus. Unde in utroque, ſcilicet Patriarcha, & Metropolitano, habet inſtantiam illa regula: *Si vinco vicentem te, multo fortius vinco te*, quam habes ff. de diverſ. temp. præſcr. de acceſſionibus.

Item nota, quod Metropolitanus poteſt celebrare Concilium provinciale, irrequiſito & abſente Primate. Diſt. 92. c. *Si quis Epiſcopus vacans*, in fin. & cauſſa 9. quæſt. 3. c. 2. ſeu, *Per ſingulas* 2.

Ex Conc. Antiocheno c. 6.

,, SI quis Epiſcopus vacans in Eccleſiam non habentem Epiſcopum ſurripiens populos ſine Concilio integri ordinis irruerit, etiamſi populus, quem ſeduxit, deſideret illum; alienum tamen eum ab Eccleſia eſſe oportet. Integrum autem, & perfectum Concilium dicimus illud, cui Metropolitanus Epiſcopus interſuit.

Ex Conc. Antiocheno c. 9.

,, PEr ſingulas provincias Epiſcopos ſingulos ſcire oportet Epiſcopum Metropolitanum, qui præeſt, curam, & ſollicitudinem totius provinciæ ſuſcepiſſe; propter quod ad Metropolitanam civitatem ab his, qui cauſſam habent, concurratur. Quapropter placuit eum, & honore præcellere, & nihil ultra ſine ipſo reliquos Epiſcopos agere ſecundum antiquum Patrum noſtrorum Canonem, niſi hoc tantum, quod unicuique Eccleſiæ per ſuam diœceſim competit. Unumquemque enim oportet Epiſcopum habere ſuæ diœceſis poteſtatem, ut regat, & gubernet ſecundum competentem ſingulis reverentiam, & providentiam gerat omnis regionis, quæ ſub ipſius eſt civitate, ita ut ordinare ei Preſbyteros, & Diaconos probabili judicio liceat, & de ſingulis ipſius regionis cauſſis cum moderatione, & pondere diſceptare. Ultra autem nihil agere permittitur citra Metropolitani Epiſcopi conſcientiam: nec Metropolitanus ſine ceterorum aliquid gerat conſilio Sacerdotum.

Poſſent tamen illa intelligi de provinciis, quæ non habent Primatem; ſed primum verius credo eſſe. Arg. diſt. 18. c. *De Conciliis*. *v. pag. 328*

---

§. IV.

De Epiſcopis.

EPiſcopi ſubſunt Metropolitanis, & nihil poſſunt ſtatuere, vel diſponere de his, quæ ſpectant ad communem ſtatum provinciæ abſque Metropolitano, ſicut nec econverſo Metropolitanus abſque Concilio Epiſcoporum; ſed ſpecialia, quæ pertinent ad ſuos Epiſcopatus, ſicut Archiepiſcopus in ſua diœceſi ſine Concilio Epiſcoporum; ita & Epiſcopi licite poſſunt facere ſinguli in ſuis Epiſcopatibus ſine conſenſu Metropolitani. Diſt. 18. c. *Propter* 1. & 2. in fine. Cauſſa 9. q. 3. c. 2. ſeu, *Per ſingulas*, c. *Archiepiſcopus*, & c. *Si autem*, & c. *Nullus*. *v. ſupra.*

Anicetus Papa Epiſc. Galliæ c. 1.

,, ARchiepiſcopus nihil de Epiſcoporum cauſſis, aut de aliis communibus juxta ſtatuta Apoſtolorum, abſque cunctorum illorum agat conſilio, nec illi aſſumant, niſi quantum ad ſuas pertinet Parochias ſine ſuo conſenſu, quoniam tali concordia gaudet altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

Idem

,, SI autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprovincialium præſentia, vel conſilio Epiſcoporum, vel cauſſam eorum, aut alias cauſſas (niſi eas tantum, quæ ad propriam ſuam pertinent Parochiam) agere, aut gravare eos voluerit; ab omnibus diſtricte corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis eiſque inobediens apparuerit, ad hanc Apoſtolicam Sedem, cui omnia Epiſcoporum judicia referri præcepta ſunt, ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri de eo timorem habeant.

Calistus Papa Epiſ. Gal. Epiſc. 2. c. 3.

,, NUllus Primas, nullus Metropolitanus diœceſanam Eccleſiam, vel Parochiam, aut aliquem de ejus Parochia præſumat excommunicare, vel judicare, aliquidve agere abſque ejus conſilio, vel judicio; ſed hoc obſervet, quod ab Apoſtolis, ac Patribus & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & a nobis confirmatum, id eſt, ſi quis Metropolitanus Epiſcopus (niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet Parochiam) ſine conſilio, & voluntate omnium Comprovincialium Epiſcoporum extra agere aliquid tentaverit, gradus ſui periculo quidem ſubjacebit: & quod egerit, irritum erit & vacuum. Sed quidquid de Provincialium Coepiſcoporum cauſſis eorumque Eccleſiarum, & Clericorum, atque ſæcularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit; hoc communi conſenſu Comprovincialium agatur Pontificum, nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima atque concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare*: & alibi: *Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter*. Similiter & ipſi Comprovinciales Epiſcopi cuncta cum ejus conſilio (niſi quantum ad Parochias pertinet proprias) agant juxta ſanctorum conſtituta Patrum; ut uno animo, uno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula. *Matth. 20 & 23.*

Sunt autem iſta: conſecrare Eccleſias, & virgines: ordinare Clericos: erigere altaria in Eccleſia conſecrata: ſignare baptizatos in fronte cum Chriſmate: conficere Chriſma; reconciliare ſolemniter pœnitentes: litteras dimiſſorias dare. Diſtinct. 68. cap. *Quamvis*, de conſecr. diſtinct. 1. cap. *Nullus Preſbyter*, de conſecr. diſt. 1. cap. *Non oportet*, diſt. 71. cap. *Extraneo*. *v. Indic.*

Leo Papa Omnibus Epiſc.

,, QUamvis Corepiſcopis, & Preſbyteris plurima cum Epiſcopis miniſteriorum communis ſit diſpenſatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam novellis, & Eccleſiaſticis regulis, ſibi prohibita noverint: ſicut eſt Preſbyterorum, Diaconorum, & virginum conſecratio: ſicut conſtitutio altaris, ac benedi-

,, ctio

„ tio, vel unctio. Siqnidem necerigere altaria,
„ nac Eccleſias conſecrare eis licitum eſt, ne-
„ que per impoſitionem manuum fidalibus ba-
„ ptizatis vel converſis hæreticis, Paracletum
„ Spiritum ſanctum tradere, nec Chriſma con-
„ ficera, nec Chriſmate baptizatorum frontes
„ ſignare, nec publice quidem in Miſſa quem-
„ quam pœnitentem reconciliare, nec formatas
„ cuilibet epiſtolas mittere. Hæc enim omnia
„ illicita ſunt Corepiſcopis, qui ad exemplum,
„ & formam 72. Diſcipulorum eſſe noſcuntur,
„ vel Presbyteris, qui eamdem geſtant figuram:
„ quoniam quamquam conſecrationem habeant,
„ Pontificatus tamen apicem non habent. *Hi*
„ *vero propter inſolentiam ſuam, qua officia Epi-*
„ *ſcoporum ſibi uſurpant, ab Eccleſia hodie probi-*
„ *biti ſunt.*

Silvester Papa In generali Synodo.

„ NUllus Presbyter Miſſam celebrare præ-
„ ſumat, niſi in conſecratis ab Epiſcopo
„ locis, qui ſui particeps de cetero voluerit
„ eſſe Sacerdotii.

Ex Conc. Martini Papæ.

„ NOn oportet Clericos ignaros, & præſum-
„ tores ſuper monumenta in campum
„ myſtaria, vel altaria portare, ant diſtri-
„ buere Sacramenta; ſed ant in Eccleſia, aut
„ in Baſilica, ubi Martyrum reliquiæ ſunt de-
„ poſitas, ibi pro daſunctis oblationet offerri.
„ Nec liceat Chriſtianis prandia ad deſun-
„ ctorum ſepulchra dnferre, & ſacrificare
„ mortuis.

Inter ſubditos judicare. Cauſſa 9. q. 3. c. *Per ſingulas* 2. arg. 11. q. 1. c. *De perſona*.

v. ſupra. Gregor. Joanni defenſori lib. 11. Epiſt. 54.

„ DE perſona Presbyteri hoc attendendum
„ aſt: quia ſi quam cauſſam habuit non ab
„ alio teneri, ſed Epiſcopus ipſius adiri de-
„ buit, ſicut novallarum conſtitutio manifeſtat:
„ quæ ita loquitur de ſanctiſſimis, & Domino
„ amabilibus, atque reverendiſſimis Epiſcopis,
„ & Clericis, ac monachis Imperator Juſtinia-
„ nus Auguſtus Petro glorioſiſſimo Præfecto
„ Prætorio. Si quis contra aliquem Clericum,
„ ant Monachum, ant Diaconiſſam, aut Muna-
„ ſtriam, aut Aſcetriam habeat aliquam actio-
„ nem; doceat prius ſanctiſſimum Epiſcopum,
„ cui horum unuſquiſque ſubjaceat. Ille vero
„ cauſſam inter eos judicet, & ſi quidem utra-
„ que pars his, quæ judicata ſunt, non acquie-
„ verint, jubemus per loci judicem hæc exſe-
„ cutioni perfectn mandari.

Item anathematizare cum ſolemnitate, quæ habetur. Cauſſa 11. q. 3. c. *Debent*.

v. Indic. Zachariæ Papa. Boniſacio Martyri.

„ DEbent duodecim Sacerdotes Epiſcopum
„ circumſtare, & lucernas ardentes in ma-
„ nibus tenere, quas in concluſione anathema-
„ tis, vel axcommunicationis projicera debent
„ in terram, & conculcare pedibus: deinde e-
„ piſtola per Parochias mittarur continens ex-
„ communicatorum nomina, & cauſſam excom-
„ municationis.

Item dividere unam Ecclaſiam in duas; duas unire; unam alii ſubjicere; & novas Eccleſias erigere: ex cauſſa tamen poteſt hoc facere, non aliter, & nihilominus, requiſito conſenſu illorum, quorum intereſt, etſi forte non obtento. Ext. de exceſſ. prælar. c. *Sicut*, de Eccl. ædific. *Ad audientiam* 1. cauſ. 10. q. 2. c. ult. ſeu, *Si quis Epiſcopas*, 12. q. 2. c. *Placuit*.

v. pag. 117 Alex. III. Eboracen. Epiſc.

„ AD audientiam noſtram noveris perveniſ-
„ ſe, quod villa, quæ dicitur H. tantum
„ perhibetur ab Eccleſia Parochiali diſtare, ut
„ temporo hyamali, cum pluviæ inundant, non
„ poſſunt Parochiani ſine magna difficulta-
„ te ipſam adire; unde non valent congruo
„ tempore Eccleſiaſticis Officiis intereſſe. Quia
„ igitur dicta Eccleſia ita dicitur reditibus ab-
„ undare, quod præter illius villæ proventus mi-
„ niſter illius convenienter valeat ſuſtentatio-
„ nem habere; mandamus, quatenus ſi res ita
„ ſe habet, Eccleſiam ibi ædifices, & in ea Sa-
„ cerdotem, ſublato appellationis obſtaculo, ad
„ præſentationem Rectorit Eccleſiæ majoris,
„ cum Canonico fundatoris aſſenſu inſtituas,
„ ad ſuſtentationem ſuam ejuſdem villæ obven-
„ tiones Eccleſiaſticas percepturum: providens
„ tamen, ut competens in ea honor pro facul-
„ tate loci, Eccleſiæ Matrici ſervetur: quod
„ quidem fieri poſſe videtur, cum ejuſdem vil-
„ læ dominus viginti acras terræ frugiferæ
„ velit ad uſus Sacerdotis conferre. Si vero per-
„ ſona Matricis Eccleſiæ virum idoneum præ-
„ ſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit im-
„ pedire; tu nihilominus facias idem opus ad
„ perfectionem deduci, & virum bonum appel-
„ lationis ceſſante diffugio, inſtituere non o-
„ mittas.

Item Synodum celebrare. Diſt. 38. c. *Quando*.

Ex Conc. Toletano 4. c. 25.

„ QUando Presbyteri in Parochiis ordinan-
„ tur, libellum officialem a Sacerdote ſuo
„ accipiant, ut ad Eccleſias ſibi deputatas in-
„ ſtructi ſuccedant, ne per ignorantiam etiam in
„ ipſis divinis Sacramentis Chriſtum offendant.
„ Cum vero ad Litanias, vel ad Concilium ve-
„ nerint, rationem Epiſcopo ſuo reddant, qua-
„ liter ſuſceptum officium celebrent, vel bapti-
„ zent.

Revertentes ab hæreſi reconciliare. Extr. de hæret. c. *Ad abolendam*.

v. pag. 31.

Item Canonem latæ ſententiæ condere quoad ſubditos ſuos. Cauſſa 3. q. 4. c. *Nullus*.

Stephan. Papa Epiſt. 2.

„ NUllus anathematizatorum ſuſcipiatur,
„ nec a quoquam credantur, quæ ab eis
„ dicuntur, vel conſcribuntur. Eos dico ana-
„ thematizatos eſſe, quos Epiſcopi ſuis ſcriptis
„ anathematizaverunt, ant eorum ſtatuta ana-
„ thematizant.

Multa etiam alia, quæ difficile eſſet enumerare, quum ipſe ſit prærdinator in cunctis. Diſt. 25. c *Perlectis*, *§. Ad Epiſcopum*.

Isidorus Hiſpalenſ Epiſt. 5. ad Ludifredum.

„ PErlectis.... Ad Epiſcopum pertinet Baſi-
„ licarum conſecratio, unctio Altaris, &
„ confectio Chriſmatis: ipſa prædicta officia,
„ & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit: ipſe ſacras
„ virgines benedicit: & dum præceſſit unuſ-
„ quiſque in ſingulis, ipſe tamen eſt præordi-
„ nator in cunctis....

Hæc non debet præſumi ab inferioribus Epiſcopis; & ita in aperto eſt differentia inter Epiſcopum, & inferiores Prælatos.

Poſtillator.

V*Erum eſt hodie, ſed ſecundum quoſdam olim idem erat Presbyter, qui Epiſcopus, ut*. Diſt. 95. c. *Olim*.

Hieron. Ad c. 1. Epiſt. ad Titum.

„ OLim idem erat Presbyter, qui & Epiſco-
„ pus. Et antequam diaboli inſtinctu ſtu-
„ dia in religione fierent, & diceretur in popu-
„ lis: *Ego ſum Paulli, ego Apollo, ego autem Ce-*
„ *phæ*, communi Presbyterorum conſilio Eccle-
„ ſiæ gubernabantur. Poſtquam vero unuſquiſ-
„ que eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſ-
„ ſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt,
„ ut unus de Presbyteris electus ſuperponere-
„ tur ceteris, ad quem omnis Eccleſiæ cura per-
„ tineret, & Schiſmatum ſemina tollerentur (*Et*
„ *paullo poſt*) Sicut ergo Presbyteri ſciunt ſe ex
„ Eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi Præpoſitus

,, ſuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi noverint
,, ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis
,, Domioicæ veritate Presbytaris eſſe majores,
,, & in commune debere Eccleſiam regere.

Et dicunt, quod olim idem erat Epiſcopus, quod Sacerdos, quoad appellationem, & quoad Sacramtutorum omnium collationem, & quoad adminiſtrationem; quia indifferenter, & communiter dicebantur Epiſcopi, & Presbyteri, & indifferenter miniſtrabant, & omnia Sacramenta conferebant; ſed verius eſt, ſicut notavit Huguno Diſt. 14. c. Legimos, *quod ab initio differentia fuit inter Epiſcopos, & Sacordotes ſimplices, ſicut etiam modo eſt, & in adminiſtratione, & in Prælatione, & in Officio, & in Sacramentorum collatione; ſed quoad appellationem non erat differtntia, quia tam iſti, quam illi dicebantur Epiſcopi, & Presbyteri.*

---

§. V.

De Archidiaconis, Præpoſitis, & Decanis & aliis.

DE officio Archidiaconi, Præpoſiti, & Decani, & aliorum non proſequor, quia circa eorum officia, & poteſtates fere qnot ſunt Eccleſiæ, tot ſunt conſuetudinum varietates. Extr. de conſnetud. c. *Cum olim*, de exceſſ. Prælar. c. *Ad hæc*.

Innocent. III. Epiſcopo Helienſi.

,, CUm olim Londonenſis Epiſcopos noſtris
,, auribus intimaſſet, quod in ſua Eccle-
,, ſia propoſuerat ſtatuere Præcentorem; not
,, ejns precibus inclinati, ei licentiam conceſ-
,, ſimns Præcentorem hujuſmodi ordioandi:
,, dummodo in conſerendis ſibi reditibus,
,, nulli inferretur præjudicium, ſtatuentes, ut
,, Præcentor taliter inſtitutns, in ſeſſionibus,
,, proceſſionibus, & aliis illã haberet in London.
,, Eccleſia dignitatem, quam habent alii Præcen-
,, tores in aliis Eccleſiis Anglicanis (& infra)
,, Quocirca mandamus, quatenns ſi ſecun-
,, dum diverſas conſuetudioes locorum, di-
,, verſas habere noveris Præcentores in Angli-
,, canis Eccleſiis dignitates; jam dictum Præ-
,, centorem illam habere facias in Londnnen.
,, Eccleſia dignitatem, eaque manere conten-
,, tum, quam (rationabilibus, & approbatis
,, conſuetudinibus Eccleſiæ ſalvis) ſine præju-
,, dicio alieno poterit obtinere.

Alex. III. Cantuar. Archiep.

,, AD hæc, quoniam Epiſcopus plures Ec-
,, cleſias a conſuetudine, & obſequio Ar-
,, chidiaconorum liberas conſtituit, & immu-
,, nes, per quod reditus diminnit eorumdem;
,, mandamus, quatenus factum Epiſcopi ſuper
,, hoc corrigas, & emendes; & ita provideas,
,, quod præfatis Archidiaconis conſuetudines,
,, quas Presbyteri in Eccleſiis ſuorum Archi-
,, diaconatuum habent, plenarie conſerventur,
,, & illis debitam reverentiam exhibeant, &
,, honorem.

Si aotem vis ſcire, quid jura dicant de talibus, lege Diſt. 21 c. *Cleros*, & diſt. 25. c. *Perlectis*, & extr. in titulis ſpecialibus per totum.

v. pag. 51. v. Indic. Isidorus Hiſpalen. Epiſcopus ad Ludifredum.

,, PErlectis ſanctitatis tuæ litteris gaviſus
,, ſum, quod optatam ſalutem tuam ea-
,, rum relatu cognovi. De his autem, quæ in
,, ſequentibus inſinuare eloquii tui ſermo ſtu-
,, dnit, gratias ago Deo, quod ſollicitudinem
,, officii paſtoralis impendis, qualiterque Ec-
,, cleſiaſtica officia ordinentur, perquiris; & li-
,, cet omnia prudentiæ tuæ ſint cognita; ta-
,, men, qnia affectu fraterno me conſulis, ex
,, parte, qua valeo, expediam & de omnibus
,, Eccleſiæ gradibus, qnid ad quemque pertineat,
,, eloqoar. Ad Oſtiarium namque pertinent cla-
,, ves Eccleſiæ, ut claudat, & aperiat templum
,, Dei, & omnia, quæ ſnnt intus, extraque cu-
,, ſtodiat: fideles recipiat; excommunicatos, &
,, infideles excipiat. Ad Exorciſtam pertinet
,, exorciſmos memoriter retinere, manuſque
,, ſupar energumenos, & cathechumenos in
,, exorcizando imponere. Ad Acolythum per-
,, tinet præparatio luminariorum in ſacrario:
,, ipſe cereum portat: ipſe ſuggeſta pro Eocha-
,, riſtia calices Subdiaconis præparat. Ad Pſal-
,, miſtam pertinet officium canendi, dicere be-
,, nedictiones, laudes, ſacrificium, reſponſoria,
,, & qoidquid pertinet ad canendi peritiam. Ad
,, Lectorem pertinet lectiones prononciare, &
,, ea, quæ Prophetæ vaticinarunt, populis præ-
,, dicare. Ad Subdiaconum pertinet calicem,
,, & patenam ad altare Chriſti deferre, & Le-
,, vitis tradere, eiſque miniſtrare; urceolum
,, quoque, & aquam, manile, & manutergium
,, tenere; Epiſcopoque, & Presbytero, & Levi-
,, tis pro lavandis ante altare manibus aquam
,, præbere. Ad Diaconum pertinet aſſiſtere Sa-
,, cerdotibos, & mioiſtrare in omnibus, qoæ a-
,, guntur in Sacramentis Chriſti; in baptiſmo
,, ſcilicet, in Chriſmate, & patena, & calice:
,, oblationes quoque inſerre, & diſponere in al-
,, tario: componere etiam menſam Domini,
,, atque veſtire, crucem ferre, & prædicare E-
,, vangelium, & Apoſtolum. Nam ſicut Lecto-
,, ribus Vetos Teſtamentum, ita Diaconis No-
,, vum prædicare præceptom eſt. Ad ipſum quo-
,, que pertinet officiom precum, & recitatio no-
,, minum: ipſe præmonet aures habere ad Deum:
,, ipſe hortatur clamare: ipſe donat pacem, &
,, ipſe annunciat. Ad Presbyterum pertinet Sa-
,, cramentum Corporis & Sanguinis Domini in
,, altario Dei conficere, orationes dicere, & be-
,, nedicere dona Dei. Ad Epiſcopum.... Hi *v. ſupra.*
,, ſunt ordines, & miniſteria Clericorum, quæ
,, tamen auctoritate Pontificali in Archidiaconi
,, cura, & Primicerii, ac Theſaurarii ſollicitu-
,, dine dividuntur. Archidiaconus enim impe-
,, rat Subdiaconis, & Levitis, ad quem iſta mi-
,, niſteria pertinent: ordinatio veſtiendi altaris
,, a Levitis, cura incenſi, & ſacrificii neceſſa-
,, ria ſollicitudo: quis Levitarom Epiſtolam, &
,, Evangelium legat: quis preces dicat, ſeu re-
,, ſponſoria in Dominicis diebus aut ſolemnita-
,, tibus decantet. Sollicitudo quoque parochia-
,, rum & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent
,, curam: pro reparandis diœceſanis baſilicis i-
,, pſe ſuggerit Sacerdoti: ipſe inquirit paro-
,, chias cum juſſione Epiſcopi, & ornamenta,
,, vel res baſilicarum parochiarum: geſta liber-
,, tatum Eccleſiaſticarum Epiſcopo idem refert;
,, collectam pecuniam de communione ipſe ac-
,, cipit, & Epiſcopo defert, & Clericis pro-
,, prias partes idem diſtribuit. Ab Archidiaco-
,, no nuociantur Epiſcopo exceſſus Diacono-
,, rum: ipſe denunciat Sacerdoti in ſacrario je-
,, juniorum dies, atque ſolemnitatum, & ab i-
,, pſo publice in Eccleſia prædicatur: quando
,, vero Archidiaconus abſens eſt, vicem ejus Dia-
,, conus ſequens adimplet. Archipresbyter ve-
,, ro ſe eſſe ſub Archidiacono, ejuſque præceptis,
,, ſicut Epiſcopi ſui, ſciat obedire: & (quod ſpe-
,, cialiter ad ejus miniſterium pertinet) ſupra
,, omoes

„ omnes Preſbyteros in ordine poſitos curam
„ agere, & aſſidue in Eccleſia ſtare: & quando
„ Epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe vice e-
„ jus Miſſarum ſolemnia celebret, & collectas
„ dicat, vel cui ipſe injunxerit. Ad Primice-
„ rium pertinent Acolythi, Exorciſtæ, Pſalmi-
„ ſtæ, atque Lectores, ſignum quoque dandum
„ pro officio Clericorum, pro vitæ honeſtate,
„ & officiū cantandi, & peragendi ſollicite lectio-
„ nes, benedictiones, pſalmum, laudes, reſponſo-
„ ria quis Clericorū dicere debeat. Ordo quoque,
„ & modus canendi in choro pro ſolemnitate tē-
„ porum. Ordinatio quoque pro luminaribus
„ deportandis: ſi quid etiam neceſſarium fue-
„ rit pro reparatione Baſilicarum, quæ ſunt
„ in urbe, ipſe denunciat Sacerdoti: Epiſtolas
„ Epiſcopi pro diebus jejuniorum Parochianis
„ per oſtiarios ipſe dirigat: Clericos, quos de-
„ linquere cognoſcit, ipſe diſtringat, quos
„ vero emendare non valet, eorum exceſſus
„ ad agnitionem Epiſcopi deferat: Baſilicanos
„ ipſe conſtituat, & matriculam ipſe diſponat.
„ Quando autem Primicerius abſens eſt, ea,
„ quæ dicta ſunt, ipſe exquirat, qui ei aut le-
„ ge eſt proximus, aut eruditione. Ad The-
„ ſaurarium pertinet Oſtiarii baſilicarum ordi-
„ natio, incenſi præparatio, cura Chriſmatis
„ conficiendi, cura Baptiſterii ordinandi, præ-
„ paratio luminariorum in Sacrario, & in Sa-
„ crificiis.

De Corepiſcopis etiam non dico, quia remoti ſunt hodie ab Eccleſia propter inſolentiam ſuam. Diſt. 68. c. *Quamvis*, §. *Hi vero*, & c. ſequenti ſcu, *Corepiſcopi*. *v. ſupra.*

DAMASUS PAPA *Ad Epiſc. Africa.*

„ COrepiſcopi tam ab hac Sacra Sede, quam
„ ab Epiſcopis totius urbis prohibiti fuerūt:
„ nimis ergo eorum inſtitutio improba, nimis
„ eſt prava; quie ut hi de ſummo Sacerdotis mi-
„ niſterio aliquid præſumant, omni auctoritate
„ carent (& infra) Nam non amplius, quam
„ duos ordines inter diſcipulos Domini eſſe co-
„ gnovimus, id eſt, 12. Apoſtolorum, & 72.
„ Diſcipulorum: unde iſte tertius proceſſerit,
„ funditus ignoramus, & quod ratione caret,
„ exſtirpari neceſſe eſt....

In principio tamen ejuſdem diſtinctionis ponitur inter eos & Epiſcopos triplex differentia, c. *Eccleſiis*, §. *Inter*.

Gratianus.

ECcleſiis..... *Inter Epiſcopos, & Corepiſcopos autem eſt hæc differentia, quod Epiſcopi nonniſi in civitatibus, Corepiſcopi, etiam in vicis ordinari poſſunt. Epiſcopi formatas tribuunt litteras; Corepiſcopi nonniſi commendatitias, & pacificas dare valent. Epiſcopi jus conſecrandi habent; Corepiſcopi tantam minores ordines tribuunt, Leviticam autem, & Sacerdotalem benedictionem non valent præſtare.*

In ſumma nota, quod Archidiaconi, Rectores Eccleſiarum, & ſimiles poſſunt excommunicare, etiam majori excommunicatione. Require infra de ſentent. excommunicat. §. *Infligitur*.

Item Preſbyteri poſſunt prædicare, baptizare, pœnitentias dare, populo quoque dare ſimplicem benedictionem, etiam Epiſcopo præſente. Diſt. 95. c. *Ecce ego*.

HIERON. *Ad Ruſticum Narbon. Epiſc.*

„ ECce ego dico præſentibus Epiſcopis ſuis
„ atque adſtantibus in altari Preſbyteros
„ poſſe Sacramenta conficere (& infra) Sed quia
„ ſcriptum eſt: *Preſbyteri duplici honore hono-* *1. Tim. 5.*
„ *rentur, maxime qui laborant in verbo Dei*, præ-
„ dicare eos decet, utile eſt benedicere, con-
„ gruum eſt confirmare, convenit reddere com-
„ munionem, neceſſe eſt viſitare infirmos, o-
„ rare pro invalidis, atque omnia Sacramen-
„ ta Dei complere (& infra) Nemo hinc E-
„ piſcoporum invidia diabolicæ tentationis in-
„ flatus iraſcatur in templo, ſi plebem inter-
„ dum Preſbyteri exhortentur, ſi in Eccleſiis
„ prædicent, ſi plebibus, ut dictum eſt, be-
„ nedicant. Etenim abnuenti mihi iſta ſic di-
„ cam: Qui non vult Preſbyteros facere, quæ
„ jubentur a Deo, dicat quis magior eſt Chri-
„ ſto? aut quid poterit Corpori ejus, & San-
„ guini anteponi? Si Preſbyter Chriſtum con-
„ ſecrat cum in altario Dei Sacramenta bene-
„ dicit; benedicere populo non debet, qui
„ Chriſtum etiam conſecrare meruit (& paul-
„ lo poſt) Circa Laicos, et mulieres juben-
„ tibus vobis, o injuſtiſſimi Sacerdotes, Pres-
„ byter Dei benedictionis perdit officium, a-
„ mittit linguæ opus, non habet confidentiam
„ prædicandi, & truncatus eſt omni parte vir-
„ tutum, ſolum Preſbyteri habet nomen, ple-
„ nitudinem, et perfectionem, quæ conſecra-
„ tioni ejus competit, non retentat. Quis i-
„ gitur hic, rogo, o Sacerdotes, honor veſter
„ eſt, ut damnum gibbi inferatis? quoniam
„ cum Paſtoribus per potentiam veſtram aufer-
„ tur Deo digna diligentia, contagium quod-
„ dam, & calamitas creſcit in gregibus: et Do-
„ minici patrimonii damna conquiritis, dum ſo-
„ li vultis in Eccleſiis potentari. Preſbyteri ve-
„ ro ab initio judices negotiorum eſſe manda-
„ ti ſunt, Preſbyteri Sacerdotum intereſſe de-
„ bent conſiliis, quoniam & ipſi Preſbyteri, ut
„ legimus, Epiſcopi nominantur, ſecundum
„ quod dictum eſt ad Epiſcopum: *Noli neglige-* *Timoth. 4.*
„ *re gratiam, quæ data eſt tibi per impoſitionem ma-* *Act. 20.*
„ *nuum Preſbyteri*, & alibi ad majores natu: *Qui*
„ *vos poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Sed
„ oderunt hoc ſuperbi Sacerdotes in Preſbyte-
„ ris nomen, qui nolunt hoc eſſe, quod Chri-
„ ſtus, qui Diſcipulorum pedes lavit, qui ba-
„ ptizatus eſt a Joanne, licet baptizandum a *Joan. 13. Matth. 3.*
„ Domino ſe eſſe proclamaret. Quod propterea
„ ſcribo vobis, ut ſi præteriti temporis error
„ jam non poteſt revocari, vel ad præſens in
„ Eccleſiis ſervetur humilitas, ut Preſbyteri hoc
„ in Eccleſiis ſuis faciant, quod Romæ, ſive quod
„ in Africa, quod in Oriente, quod in Hiſpa-
„ nia, quod in Galliæ, quod in Britannia, quod
„ in omnibus locis, ubi humilitas perſeverat,
„ quod etiam in cælis fit (quod majus eſt) ubi
„ ſedes Angelorum leges eſſe diſpoſitas.

Simplicem dico, id eſt, *Benedictionem*, quia cum illa ſolemnitate: *Sit nomen Domini benedictum*, non debent, niſi Epiſcopi; & ita poſſunt intelligi contraria. Diſt. 21. c. *Denique*, cauſſa 26. q. 6. c. *Miniſtrare*.

NICOLAUS *Papa Ad Michaelem Imperat.*

„ DEnique ſi in epiſtola ad Hebræos legimus,
„ quod minor a majore benedicitur; re-
„ ſtat profecto, ut exigente ratione etiam
„ maledicatur. Siquidem hæc utique præno- *Hebr. 7.*
„ ſcentes periculoſe tempora illi, qui ante
„ nos fuerunt, providam in Eccleſiis conſue-
„ tudinem tradiderunt; hodie quoque in
„ Romana Eccleſia, quæ magiſtra eſt o-
„ mnium Eccleſiarum, impætermiſſa ſerve-
„ tur: ita ut nullus Sacerdos majore ſuo non
„ innuente Conſacerdote, cuilibet rei be-
„ nedictionem dare nitatur: ſed anterior ſtans
„ ad pronunciandam aliquam lectionem, be-
„ nedictionem quidem poſtulat; ſed ei quili-
„ bet

,, bet inferior non audet penitus benedicere.
,, Cur hoc ? Numquid benedicere peccatum
,, eſt? abſit. De maledicis enim, non de be-
,, nedicis dicit Apoſtolus: *Quia regnum Dei non*
,, *poſſidebunt*; ſed per hoc innuitur quantæ cen-
,, ſuræ freno inferiores quique a ſuis Prapoſi-
,, tis judicandi coercendique ſunt: ſi hi nec e-
,, iam benedicendi jus ullum penitus obtineant.

In Conc. *Agathenſ. c. 43.*
,, MInistrare Diaconus, aut conſecrare al-
,, tare Presbyter non præſumat; benedi-
,, ctionem quoque ſuper plebem in Eccleſia
,, fundere, aut pœnitentem in Eccleſia bene-
,, dicere, Presbyteris penitus non licebit.

Vel dic, quod Presbyter, dum celebrat præſente Epiſcopo, debet ſibi innuere, an ipſe velit benedicere; quod ſi velit, non benedicet Presbyter: & ita loquitur illud c. *Ecce ego*, Diſt. 95. & eſt arg. diſt. 1. de conſecr. c. *Cum ad celebrandus*. *v. ſupra.*

Ex Conc. *Aurelianen. 1. c. 18.*
,, CUm ad celebrandas Miſſas in Dei nomi-
,, ne convenitur populus, non ante diſce-
,, dat, quam Miſſæ ſolemnitas compleatur, &
,, ubi Epiſcopus non fuerit, benedictionem ac-
,, cipiat Sacerdotis.

Nec erit hic neceſſaria alia licentia expreſſa Epiſcopi; quia hoc ſolo, quod permittit eum Miſſam celebrare, intelligitur per conſequens permittere omnia, quæ ad Miſſam ſpectant. Arg. extr. de off. deleg. c. *Præterea*.

Alex. III. *Archiepiſcopo Senonenſi.*
,, PRæterea ſuper hoc, quod nos conſulere
,, voluiſti, utrum liceat judici de legato
,, non ordinario cogere contumacem, ut ve-
,, niat, aut damnare, ſi non venerit? Hoc ti-
,, bi auctoritate præſentium innoteſcat, quod
,, poſtquam ei cauſſa licet ſimpliciter delega-
,, tur, ſatis poteſt noſtra auctoritate partes
,, compellere, & etiam contumaces ſeveritate
,, Eccleſiaſtica coercere, etiamſi litteræ com-
,, miſſionis id non contineant, aut partes man-
,, datum noſtrum non habeant, ut accedant.
,, Quia ex eo, quod cauſſa ſibi committitur
,, ſuper omnibus, quæ ad cauſſam ipſam ſpe-
,, ctare noſcuntur, plenariam recipit poteſta-
,, tem.

Item Presbyter infirmis debet conferre extremam unctionem oleo benedicto. Diſt. 95. c. *Presbyteros*, §. *Sed iſtud*, & Jacob: *Infirmatur quis in vobis?* &c. Jacob 5.

Gelasius Papa.
,, PResbyteros ultra ſuum modum tende-
,, re prohibemus, nec Epiſcopali faſtigio
,, debita ſibimet audacter aſſumere, non confi-
,, ciendi Chriſmatis, non conſignationis Pon-
,, tificalis adhibendæ ſibimet arripere faculta-

Gratianus.
,, tem. *Sed iſtud Gregorii pro ſcandalo ſedando*
,, *ſemel conceſſum legitur; illud autem Leonis Pa-*
,, *pæ, & Gelaſii, uſu approbante, prævaluit, niſi*
,, *forte ubi aliquorum conſuetudo, hoc admiſit, ut*
,, *in abſentia Epiſcopi extrema neceſſitate cogente,*
,, *& ex conceſſione Gregorii, Presbyteri baptizatos*
,, *in frontibus lineant. Prohibitio vero Leonis, &*
,, *Gelaſii in eo caſu intelligitur, cum Epiſcopi præ-*
,, *ſentes ſunt, vel cum non cogit ultima neceſſitas:*
,, *oleo vero ſanctificato permittitur eis ungere in-*
,, *firmos, unde Jacobus ait*: Infirmatur quis in
,, vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, qui
,, orent ſuper eum, ungentes eum oleo in no-
,, mine Domini, & oratio fidei ſalvabit infir-
,, mum.

Item poteſt reconciliare in neceſſitate, & abſente Epiſcopo ſolemniter pœnitentem; alias non. Cauſſa 26. q. 6. c. ultimo, ſeu, *Presbyter*, & c. 1. ſeu, *Si jubet*, & c. *Aurelius*. *v. Indic.*

In Concil. *Carthaginen. 2. c. 3.*
,, SI jubet ſanctitas veſtra, ſuggero. Nam me-
,, mini præterito concilio fuiſſe ſtatutum,
,, ut Chriſma, vel reconciliatio pœnitentium,
,, necnon & puellarum conſecratio a Presby-
,, teris non fiat. Si quis autem emerſerit hoc
,, faciens, quid de eo ſtatuendum ſit, Aure-
,, lius Epiſcopus dixit: audivit dignatio veſtra
,, ſuggeſtionem fratris, & Coepiſcopi noſtri
,, Fortunati: quid ad hæc dicitis? Ab univer-
,, ſis Epiſcopis dictum eſt: Chriſmatis confe-
,, ctio, & puellarum conſecratio a Presbyteris
,, non fiat: vel reconciliare quemquam in publica
,, Miſſa Presbytero non licere. Hoc omnibus
,, placet.

In Conc. *Carthaginen. 2. c. 3.*
,, AUrelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam
,, in periculo fuerit conſtitutus, & ſe recon-
,, ciliari divinis altaribus petierit; ſi Epiſcopus
,, abſens fuerit, debet Presbyter utique con-
,, ſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus
,, præcepto reconciliare: quam rem debemus
,, ſalubri conſilio roborare. Ab omnibus Epi-
,, ſcopis dictum eſt: Placet, quod ſanctitas ve-
,, ſtra nos neceſſario inſtruere dignata eſt.

Item Presbyter poteſt conferre Pſalmiſtatum. Require ſupra de ætate ordinand. §. *Presbyteri*.

NUmquid Diacono licet corpus Domini ad infirmum ferre, & eum communicare? *Poſtillator.*

Reſp. Licet dicatur de Conſec. Diſt. 2. c. Pervenit ad notitiam, *quod Presbyter per ſemetipſum infirmum communicet, & quod cum dicitur Diſt.* 93. c. Diaconus propriam, *quod ſub conſpectu Epiſcopi, vel Presbyteri, niſi his abſentibus Corpus Domini dare non debent; a ſenſu contrario colligitur, quod illis abſentibus poſſunt baptizare, non tamen debent, niſi in extrema neceſſitate, abſentibus Epiſcopis, vel etiam Presbyteris, ut ibi dicitur. Dicitur etiam diſt. 93. Præſente Presbytero Diaconus Eucharistiam populo, ſi neceſſitas cogit, juſſus eroget. Neceſſitas eſt, quando Presbyter eſt feſſus, vel aliter impotens hoc facere, ſicut notavit Hugotio, & ſi tanta eſt neceſſitas, quod juſſio Presbyteri exſpectari non poſſit, non eſt exſpectanda; ſed ſi hoc in neceſſitate prohibeat, & ex cauſſa expreſſa, quia forte uſurarius eſt, vel impœnitens, qui petit communionem, obediendum eſt ei; aliter non, ut ibi notavit Hugotio. Dicunt quidam, quod in neceſſitate Laicus poſſit communicare infirmum, vel etiam ſeipſum, quod non credo.*

TITULUS XXVIII.

De tranſitu Clericorum, Monachorum, & Religioſarum.

DIctum eſt ſupra de promotione tam ad ordines, quam ad dignitates: ſed quia Clerici frequenter tranſeunt de una Eccleſia ad aliam; ideo ſubjiciendum eſt, quibus de cauſſis Clerici talem tranſitum faciunt; & quid juris ſit in ſingulis cauſſis; & qualiter debeant tranſire.

§. I.

QUIBUS DE CAUSSIS

Hic tranſitus fieri debeat.

CAuſſæ mutationis, ſive tranſitus ſunt quinque: neceſſitas, utilitas, humilitas, cupiditas, & levitas.

Quum

Quum tranſit cauſſa neceſſitatis, puta hoſtilitatis, captivitatis, vel ſimili, ceſſante neceſſitate, debet recuperare Eccleſiam. Cauſſa 7. q. 1. c. *Paſtoralis*.

Gregor. Joanni Epiſc. Scyllatin. lib. 2. Ep. 25.

„ PAſtoralis officii cura nos admonet, deſtitutis Eccleſiis proprios conſtituere Sacerdotes, qui gregem Dominicum Paſtorali ſollicitudine gubernare debeant. Propterea te Joannem ab hoſtibus captivatæ Liſſitanæ civitatis Epiſcopum in Scyllatina Eccleſia Cardinalem neceſſe duximus cōſtituere Sacerdotem, ut ſuſceptam ſemel animarum curam intuitu retributionis futuræ impleas: & licet a tua Eccleſia ſis, hoſte imminente, depulſus, aliam, quæ paſtore vacat, debes Eccleſiam gubernare: ita tamen, ut ſi Civitatem illam ab hoſtibus liberā effici, & Domino protegente ad priorem ſtatutum contigerit revocari, ad eam, in qua prius es ordinatus, Eccleſiam revertaris. Sin autem prædicta civitas continua captivitatis calamitate premitur, in hac, in qua a nobis ordinatus es Cardinalis, debeas Eccleſia permanere.

Cauſſa utilitatis, quando videlicet magis utilis poteſt eſſe in alia Eccleſia, poteſt tranſire ad aliam auctoritate ſuperioris. Cauſſa 7. q. 1. c. *Mutationes*, & c. *Scias*, & c. *Omnis*, & c. *Epiſcopus*.

v. pag. 322 & Indic.

Pelagius Papa Benigno Archiep.

„ SCias, frater dilectiſſime, aliud eſſe cauſſam neceſſitatis & utilitatis, aliud præſumtionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem, id eſt, qui non avaritiæ cauſſa, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel delectationis ſuæ migrat de civitate ad civitatem; ſed cauſſa neceſſitatis, aut utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unius utilitati, vel voluntati præferenda eſt. Aliud eſt enim mutare, & aliud mutari (& infra) Nam aliud eſt ſponte tranſire, aliud coacte, aut neceſſitate venire. Unde non iſti mutant civitates, ſed mutantur; quia non ſponte, ſed coacte hoc agunt (& infra) Non ergo bene intelligunt Eccleſiaſticas regulas, qui hoc negant cauſſa neceſſitatis, vel utilitatis fieri poſſe, quoties communis neceſſitas, aut utilitas perſuaſerit.

Idem Ad eumdem.

„ OMnis, qui gemebat, & vexabatur a Saul, fugiebat, & veniebat ad David. Si ter piiſſimus, atque juſtiſſimus David ſciret peccatum eſſe fugientes perſecutionem, & tranſeuntes de loco ad locum, & de civitate ad civitatem recipere; tales nequaquam reciperet, nec ſecum teneret, neque in aliis civitatibus eos collocaret. Qui enim perſequuntur Domini Epiſcopos, eoſque de civitatibus ad civitates tranſire compellunt; non eos tantum perſequuntur, quantum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant Epiſcopi, quoniam non ſponte, ſed coacte hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequuntur. Nec ipſis Epiſcopis hoc imputari poteſt, ſed illis, qui hoc eos agere cogunt (& infra) Qui autem negant miſericordiam faciendam fugientibus, & neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant, qui eſt miſericordia, & veritas (& infra) Negat miſericordiam neceſſitatem patientibus, qui populis indigentibus divinis miniſteriis, & non habentibus proprium Epiſcopum, qui eos inſtruat, cauſſa neceſſitatis, atque utilitatis ex alia civitate, licet minor ſis, in eam, quæ non habet Epiſcopum doctiorem, vel potiorem, & utiliorem, meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem, ſed majorum exhortatione mutare, aut Epiſcopum ejectum, & perſecutionem patientem cauſſa utilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

Cauſſa humilitatis, quum tranſit ad religionem, & tunc non poteſt repetere primum locum, nec redire ad ſæculum. Cauſſa 7. q. 1. c. *Hoc nequaquam*. Require ſupra de vot. §. *Quæritur circa*.

Ex Synod. Conſtantinopolit. actiones, ſub Joan. 8.

„ HOc nequaquam apud nos habetur, ut quicumque de Pontificali ordine, & habitu ad Monachorum, id eſt, pœnitentium deſcēderit vitam, ulterius poſſit ad Pontificatum reverti. Item præcepit ſancta ſynodus, ut quicumque ad Pontificali dignitate ad Monachorum vitā, & a pœnitentiæ deſcenderit locum, nequaquam ad Pontificatum reſurgat. Monachorum enim vita ſubjectionis habet verbum, & diſcipulatus; non docendi, vel præſidendi, vel paſcendi alios.

Quando tranſit cauſſa cupiditatis, ſive ambitionis, debet carere utraque, habita, & etiam ambita. Prima, quia eam contemſit ſuperbe, ſecunda, quia eam concupivit avare. Cauſſa 7. q. 1. c. *Si quis Epiſcopus*, extra de transl. cap. *Quanto*, in fin.

Leo Papa Epiſc. Urbis Romæ Anaſtaſio Theſſalon. Ep.

„ SI quis Epiſcopus ſuæ civitatis mediocritate deſpecta, adminiſtrationem celebrioris loci ambierit, & ad majorem ſe plebem quacumque ratione tranſtulerit, non ſolum a cathedra quidem pellatur aliena; ſed carebit & propria: ut nec illis præſideat, quos per avaritiam concupivit; nec illis, quos per ſuperbiam ſprevit. Suis igitur terminis contentus quiſquis ſit, nec ſupra menſuram juris ſui affectet augeri.

Innoc. III Bamberg. Epiſc. & Petro Scholari, Magunt.

„ QUanto perſona venerabilis fratris noſtri Hildeſem. Epiſcopi (& infra) Ipſe vero relicta Hildeſem Eccleſia ad Herbipolen. Eccleſiam auctoritate propria ſe tranſtulit, non attendens quod veritas in Evangelio proteſtatur: *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*, & poteſtatem transferendi Pontifices ita ſibi retinuit Dominus, & Magiſter, quod ſoli beato Petro Vicario ſuo, & per ipſum ſucceſſoribus ſuis ſpeciali privilegio tribuit, & conceſſit: ſicut teſtatur antiquitas, cui decreta Patrum ſanxerunt reverentiam exhibendam, & evidenter aſſerunt Sacrorum Canonum ſanctiones. Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, ſed veri Dei vicem gerit in terris) Eccleſiarum neceſſitate, vel utilitate penſata, non humana, ſed potius divina auctoritate diſſolvit (& infra) Ne autem facti perverſitas tranſeat præſumtoribus in exemplum (quod quidem, ſi verum eſt, non poteſt non eſſe notorium) ſibi præcipimus, ut adminiſtrationem Herbipolen. Eccleſiæ penitus derelinquat (& infra) Ceterum quoniam Herbipolen. Eccleſiæ Canonici vota ſua in ipſum prorſus illicite contulerunt, volentes (ſicut dignum eſt) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice ſuſpendimus poteſtate (& infra) Quia vero Hildeſem. Eccleſiam, cui fuerat alligatus, unde ſecundum Apoſtolum, ſolutionem quærere non debebat, nimis improbe dereliquit; ne ad ipſam

Matth. 19.

„ redeat

„ redeat ulterius, diſtrictius prohibemus, cum
„ ſecundum traditiones Canonicas, qui ad ma-
„ jorem ſe plebem tranſtulerit, a Cathedra re-
„ pelli debeat aliena, & carere propria; ut nec
„ illis præſideat, quos per ſuperbiam ſprevit,
„ nec illis, quos per avaritiam concupivit.

Sed tamen Eccleſia poteſt eum repetere. v. Indic. Cauſſa 7. q. 1. c. *Non oportet*, & cogitur redire ad repetitionem Eccleſiæ. Cauſſa 7. q. 1. cap. *Si qui vero*.

Ex Conc. Nicæno, c. 16. „ SI qui vero ſine reſpectu Dei agentes, & ti-
„ morem Dei ante oculos non habentes, ne-
„ que Eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes receſſe-
„ rint ab Eccleſia ſua; ſive Presbyter, ſive
„ Diaconus, vel in quocumque Eccleſiaſtico ordi-
„ ne poſiti fuerint, hi non debent ſuſcipi in alia
„ Eccleſia, ſed cum omni neceſſitate cogantur,
„ ut redeant ad Eccleſiam ſuam; quod ſi perman-
„ ſerint, excommunicari eos oportet.

Si vero tranſit cauſſa levitatis, dicit Hugotio, idem juris eſſe, quod dictum eſt ſupra in cauſſa cupiditatis. In hoc tamen caſu varie loquuntur jura, multæ ſunt opiniones, & tractatus per ſe eſt diffuſus; & ideo hoc non proſequor; ſed require extr. ut lite non conteſt. c. *Quoniam frequenter*, *§. Porro*, extr. de Cler. non reſid. c. *Ex tuæ*, & cauſſa 7. q. 1. c. *Quia frater*, *§. Ambitionis*. Ubi invenies in textu & in gloſſa multa ſuper hoc notata.

Idem. Gratian. „ QUia frater.... *Ambitionis enim cauſſa qui-
„ cumque Eccleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta
„ ad majorem Eccleſiam tranſire voluerit, debet
„ revocari ad propriam; quod ſi redire contemſe-
„ rit, careat aliena, & propria*.

Innocent. III. Archiep. Panormit. „ EX tuæ devotionis inſinuatione recepimus,
„ (& infra) In Eccleſiis eorum, qui ſe frau-
„ dulenter abſentant, nec ad ipſos valet ci-
„ tatio pervenire, trinæ citationis edictum fa-
„ cias publicari: & ſi nec ſic curaverint obedi-
„ re, & ultra ſex menſes ſuas deſeruerint Ec-
„ cleſias, juxta ſanctiones Canonicas eis de-
„ bent merito ſpoliari.

§. II.

Qualiter ſit tranſeundum.

UT autem ſcias, qualiter ſit tranſeundum. Nota utilem diſtinctionem. Tranſit aliquis aliquando de ſæculari Eccleſia ad ſæcularem; aliquando de ſæculari ad regularem; aliquando de regulari ad regularem; aliquando de regulari ad ſæcularem. In primo caſu non poteſt Epiſcopus tranſire ſine licentia Papæ. Cauſſa 7. q. 1.
v. pag. 322 c. *Mutationes*: & hoc ſive ſit conſecratus, ſive electus confirmatus tantum. Extr. de translat.
v. pag. 314 c. *Inter*. Si vero eſt inferior Epiſcopo, aut tranſit ad aliam ejuſdem Epiſcopatus Eccleſiam, aut alterius. In primo caſu ſufficit tacitus conſen-
v. Indic. 875. ſus Epiſcopi. Arg. 33. q. 5. c. *Qui uxorem*. Item quia non videtur ipſum alienare, quum adhuc remaneat de ſua juriſdictione. Si tamen ſubeſt alii inferiori Prælato, & tranſit ad Eccleſiam non ſubditam illi; illius conſenſus expreſſus eſt requirendus. Diſt. 58. c. 2. ſeu, *Si quis de*
v. pag. 328 *alterius*. Cauſſa 9. q. 3. c. *Conqueſtus*.

Ex Conc. Carthag. 5. c. 13. „ SI quis de alterius Monaſterii Conventu re-
„ pertum, vel ad Clericatum promovere
„ voluerit, vel in ſuo monaſterio majorem per-
„ ſonam monaſterii conſtituere ſine licentia Ab-
„ batis, & Monachorum; Epiſcopus, qui hoc
„ fecerit, a communione ceterorum ſejunctus,
„ ſuæ tantummodo plebis communione conten-
„ tus ſit, & ille neque Clericus, neque Canoni-
„ cus, neque Præpoſitus perſeveret.

Quum vero tranſit ad Eccleſiam alterius Epiſcopatus, neceſſarius eſt expreſſus conſenſus Epiſcopi, & etiam alterius, ſi habeat alium ſuper ſe præter Epiſcopum. Diſt. 71. per totum. Diſt. 85. c. *Archidiaconum Florentinum*. Cauſſa 7. q. 1. *Epiſcopus de loco*, C. de emancip. l. 3. extr. de renunc. c. *Admonet*. v. Indic.

„ EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per Ex Conc. Carthag. 4. c. 23.
„ ambitionem non tranſeat, nec quiſquam
„ inferioris ordinis Clericus. Sane ſi utilitas
„ Eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo
„ Clericorum, & Laicorum Epiſcopis porrecto
„ in præſentia Synodi transferatur; nihilominus
„ alio in locum ejus Epiſcopo ſubrogato. Infe-
„ rioris vero gradus Sacerdotes, vel alii Cle-
„ rici conceſſione ſuorum Epiſcoporum poſſunt
„ ad alias Eccleſias tranſmigrare.

Si autem tranſit de ſæculari ad regularem, poteſt; petita tamen licentia ſui Epiſcopi, & alterius Prælati, ſi habeat; & ſi non obtenta, niſi ſit Epiſcopus, qui non poteſt, niſi petita & obtenta licentia Papæ, ut ſupra dictum eſt. Cauſſa 19. quæſt. 3. cap. *Duæ*, extr. de regul. v. pag. 29. & 60.
cap. *Licet*.

Si de regulari ad regularem, ſubdiſtingue: aut ad arctiorem, aut ad parem, aut ad laxiorem. In primo caſu, idem quod ſupra in caſu proximo, ſcilicet quum de ſæculari ad regularem, & per eadem jura, hoc addito, quod Abbas, qui ſubeſt immediate Domino Papæ, non poteſt tranſire niſi de licentia Papæ. Extr. de conſuetud. c. *Cum venerabilis*, nec teneat capitula Cauſſ. 19. q. 3. c. *Nullas*, & c. *Mandamus*, ubi dicitur quod v. Indic.
Canonici regulares non poſſunt tranſire ad regulam Monachorum; niſi velis intelligere de tranſeuntibus cauſſa levitatis, prout dicitur extr. de regul. c. *Licet*. v. pag. 60.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum ad parem, idem quod in membro primo poſito, ſcilicet quum de ſæculari ad ſæcularem, & per eadem jura, & cauſſa 19. q. 3. c. *Statuimus*. v. pag. 60.

In tertio caſu, ſcilicet quum vult tranſire ad laxiorem, non poteſt niſi in duobus caſibus: unus eſt, quando ingrediens Monaſterium fuerit proteſtatus, quod volebat eſſe in probatione. Require ſupra de vot. *§. Quæritur circa votum*. Alius eſt propter defectum paris ordinis, vel arctioris; nam tunc poſſet eſſe non ſolum cum laxioribus, ſed etiam, ſi nulli religioſi invenirentur, cum ſæcularibus; converſando tamen inter eos regulariter, & honeſte. Arg. 19. quæſt. 3. cap. *Nullus*. Sicut & propter ta- v. pag. 60.
lem defectum, Monaſterium poſſet converti in Eccleſiam ſæcularem. Extr. de relig. dom. c. *Inter*.

„ INter quattuor (& infra) De Monaſteriis Innoc. III. Conſtantinop. Patriarchæ.
„ quoque Græcorum in ſæculares Canonicos
„ convertendis, fraternitati tuæ reſpondemus,
„ quod quamdiu Monaſteria per regulares rema-
„ nere potuerint ordinata, non ſunt ad ſæcula-
„ res Clericos transferenda. Sed ſi regulares
„ defuerint propter eorum defectum, in eis
„ ſæculares Clerici poterunt ordinari.

Si vero de regulari ad ſæcularem, non poteſt, niſi ſit electus ad aliquam Prælaturam, cui ſit annexum officium prædicationis, quod privilegia-

Digitized by Google

giatum eſt, quia tunc poteſt, cum licentia tamen Epiſcopi, & Abbatis. Diſt. 58. c. 1. & 2. ſeu, c. *Nullus ad*, & c. *Si quis de*.

v. ſupra. GREGOR. *Epiſc. Ravennati.*
,, NUllus ad Eccleſiaſticum officium ex mo-
,, naſterio producatur Monachus, niſi
,, quem Abbas loci admonitus propria volun-
,, tate obtulerit Epiſcopo.

Item cauſſa 16. quæſt. 1. cap. *Cum pro utilitate*, extr. de ſtatu Monac. cap. *Quod Dei timorem*, in fine.

Ex Conc. *Ilerdenſi c. 3.*
,, CUm pro utilitate Eccleſiæ aliquos Mo-
,, nachorum in Clericatus officio Epiſco-
,, pus probaverit promovendos, cum Abbatis
,, voluntate debeat ordinari. Ea vero, quæ in
,, jure monaſterii de facultatibus offeruntur,
,, in nullo diœceſana lege ab Epiſcopis contin-
,, gantur.

INNOC. III *V. Plebano S. Gavinii.*
,, QUod Dei timorem præ oculis habeas, ex
,, fructibus tuis colligitur evidenter, cum
,, opera, quæ facis, teſtimonium perhibeant ve-
,, ritati. Sane quondam deſiderans ad frugem
,, melioris vitæ tranſire, officium Plebani re-
,, ſignans coram fratribus ſancti Victoris Bono-
,, nien. promiſſionem de tua converſione feciſti,
,, neque profeſſionem ſolemnem emittens, ne-
,, que habitum religionis aſſumens; ſed Paro-
,, chiani plebis ejuſdem attendentes, te lauda-
,, biliter præfuiſſe, a Florentino Epiſcopo impe-
,, traverunt, ut miniſtrares ibidem. Hoc etiam
,, P. Presbyter Cardinalis, tunc Apoſtolicæ Se-
,, dis Legatus proponitur annuiſſe, quod jam
,, dicti Parochiani a nobis ratum haberi, ſup-
,, pliciter poſtularunt, præſertim cum de licen-
,, tia Prioris ſancti Victoris noſcaris hactenus
,, id feciſſe. Licet autem in Lateranenſi Con-
,, cilio de Monachis caveatur, ne ſinguli per vil-
,, las & oppida, per quaſcumque Parochiales
,, ponantur Eccleſias, &c. Quia tamen iſtud de
,, Canonicis regularibus ſpecialiter non cavetur,
,, qui etſi a ſanctorum Monachorum conſortio
,, non putentur ſejuncti; regulæ tamen inſer-
,, viunt laxiori, & per antiquos Canones etiam
,, Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Parochia-
,, lium regimen in Presbyteros ordinari, ex
,, quo debent prædicationis officium (quod pri-
,, vilegiatum eſt) exercere. Sic annuendum du-
,, ximus poſtulatis, ut exercens Plebani officiũ
,, (ſi commode fieri poterit) unum Canonicum
,, regularem tecum habeas ad cautelam, cujus
,, in his, quæ Dei ſunt, & regularis obſervantiæ,
,, tam conſortio, quam ſolatio perfruaris.

In ſumma nota, quod qui tranſit de una Eccleſia ad aliam, debet tranſire de minori ad
v. pag. 315 majorem. Extr. de transl. c. 1. ſeu, *Cum ex illo*.

Item debet tranſire cauſſa neceſſitatis, vel utilitatis, vel humilitatis tantum. Cauſſa 16. q. 1. c. *Monachi vagantes*, & *Cum pro utilitate*, ex-
v. ſupra, & pag. 60 tra, de regul. c. *Licet*.

Ex Conc. *Agathenſi c. 27.*
,, MOnachi vagantes ad officium Clericatus
,, (niſi eis teſtimonium Abbas ſuus dede-
,, rit) nec in Parochiis, nec in civitatibus or-
,, dinentur (& infra) Si enim neceſſe fuerit
,, Clericum de Monachis ordinari, cum con-
,, ſenſu & voluntate Abbatis præſumat Epi-
,, ſcopus.

Item dicitur Clericus tunc translatus, quum eſt confirmatus in alia Eccleſia, & obtinuit corporalem poſſeſſionem. Cauſſa 21. q. 2. c. *Si quis*
v. pag. 53. *jam translatus*, diſt. 92. c. *Si qui Epiſcopi*, extr. de elect. c. *Cum in cunctis*, §. *Cum vero*.

Ex Conc. *Ancyrano c. 18.*
,, SI qui Epiſcopi ordinati ſunt, neque re-
,, cepti ab illa Parochia, in qua fuerant
,, denominati, voluerintque alias occupare Paro-
,, chias, & vim præſulibus earum inferre, ſe-
,, ditiones adverſus eos excitando; hos abjici
,, placuit. Quod ſi voluerint in Presbyterii or-
,, dine, ubi prius fuerant, ut Presbyteri reſi-
,, dere, non abjiciantur a propria dignitate:
,, ſi autem ſeditiones commovens ibidem con-
,, ſtitutis Epiſcopis, Presbyterii quoque ho-
,, nor talibus auferatur, fiantque damnatione
,, notabiles.

,, CUm in cunctis... Cum vero electus fue- ALEX. III. *In Concilio Lateranen.*
,, rit, & confirmationem electionis acce-
,, peris, & Eccleſiaſticorum bonorum admini-
,, ſtrationem habueris, decurſo tempore de con-
,, ſecrandis Epiſcopis a Canonibus definito, is,
,, ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de
,, illis diſponendi liberam habeat facultatem.

TITULUS XXIX.

De lapſis, & Diſpenſationibus.

OStenſum eſt ſupra de qualitate promovendorum: ſed quoniam natura humana quodammodo labitur ad delicta, & ut ait Toletanum Concilium: *Proclivis eſt curſus ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum*; ideo expedit ſupponere ſaltem in genere, tractatum de Lapſis, ac diſpenſationibus eorumdem. (Cauſſa 20. q. 1. c. *Proclivis.*)

§. I.

De Lapſis.

UT autem plenius intelligas, nota primo circa Lapſos tres regulas jus commune continentes. Secundo interpretationes diverſas circa intellectum regularum. Tertio quis poſſit contra illas regulas diſpenſare.

Prima regula eſt, qui peccavit mortaliter poſt baptiſmum, non poteſt promoveri. Diſt. 25. c. *Primum*, diſt. 48. c. *Quoniam*, diſt. 50. cap. *v. pag. 267 & 265.*
Illud, cauſſa 1. q. 7. c. *Si quis omnem*.

,, SI quis omnem traditionem Eccleſiaſticam Ex SYNOD. VII.
,, ſcriptam, vel non ſcriptam violat, ana-
,, thema ſit. Omnis Epiſcopus, aut Presbyter,
,, aut Diaconus convictus, quod pro muneri-
,, bus ordinationem dederit, vel acceperit, a Sa-
,, cerdotio cadat. Sed dicunt fortaſſe quidam,
,, quia pœnitentiam agimus pro peccato, & Deus
,, indulget illud; ita & ego dico, quis omnem
,, pœnitentiam recipit Deus, & indulget per pœ-
,, nitentiam peccata, quæ jam facta ſunt. Novi
,, enim, quod David fornicatorem, & homici-
,, dam per pœnitentiam receperit Deus, &
,, quod dixerit de eo: *Inveni virum ſecundum* *Act. 13.*
,, *cor meum, qui facit omnes voluntates meas*.
,, Novi rurſus eumdem audientem a Domino:
,, *Non ædificabis mihi domum, quia vir ſangui-* *1. Par. 28.*
,, *num es*. Scio Manaſſen per confeſſionem, di-
,, miſſam impietatem ſuam. Scio Meretrices,
,, & Telonarios per pœnitentiam receptos:
,, nullum tamen eorum, qui ante baptiſmum
,, peccavit, Sacerdotibus connumeratum. Scio
,, quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa
,, fornicatione manſiſſe: Monachos vero fa-
,, ctos quaſi luminaria mundi reſplenduiſſe;
,, nullum tamen ad Sacerdotium aſcendiſſe.
,, Quod etſi raro contigit; nulla tamen lex

,, Eccleſiæ fuit. Novimus peccatricem prius
,, Mariam, poſt converſionem, quamvis ſan-
,, cta, & caſta, tamen inter Diaconiſſas non
,, eſt computata. Sed quid hoc dico? Sequens
,, ſanctos Apoſtolos, & venerabiles Patres cum
,, omni fiducia clamo: Qui per ſimoniam or-
,, dinatus eſt ſive Epiſcopus, ſive Presbyter,
,, ſive Diaconus, alienus eſt a Sacerdotio: ne-
,, que enim venalis eſt gratia Spiritus ſancti.
,, Caiphæ traditio, & adioventio Simonis a ſan-
,, cto Sacerdotio eſt eliena; & ſi in fornicatio-
,, nem lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in Sa-
,, cerdotium non recipitur. Canones enim hoc
,, prohibent. Si quis vero cum hoc peccato ad
,, Sacerdotium provectus eſt, cognitus degra-
,, detur (Item paullo poſt) Epiſcopum, qui
,, per pecuniam ordinatus eſt, confiteor, quia
,, per pœnitentiam recipitur. Deus enim bo-
,, nus eſt in omnibus, & aperta viſcera ejus
,, omni homini pœnitenti. Sed quoniam juxta
,, Apoſtolum, oportet Epiſcopum irreprehen-
,, ſibilem eſſe, quicumque per pecuniam, vel
,, ordinaverit aliquem, vel ordinatus eſt, ab
,, omni Sacerdotio alienus ſit. Taraſius Pa-
,, triarcha dixit: Quicumque par pecuniam
,, vel ordinant, vel ordinaverunt, vel ordina-
,, ti ſunt Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaco-
,, ni, val quilibet de numero Sacerdotali, re-
,, pellantur omnino a Sacerdotali honore, ſicut
,, Simon Magus a Petro. Quicomque per pe-
,, cuniam, diſpenſationem, vel curam ſortiti
,, ſunt Monaſteriorum, vel Eccleſiarum, vel
,, Religioſarum domorum, Gerontocomiorum,
,, Xenodochiorum, Orphanotrophiorum, cum
,, depoſitione expellantur a diſpenſatione il-
,, la, & cura. Qui poſt baptiſmum cadens in
,, fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum
,, confeſſus fuerit, ceſſet a miniſterio; ſi ve-
,, ro convictus ab aliquo, deponatur omnino.
,, Similiter percuſſor Epiſcopus, aut Presbyter,
,, aut Diaconus per ſe, vel per aliquem alium,
,, quaſi per hoc timeri volens, deponatur (*I-
,, tem*) Qui per ſæculares poteſtates ordinatus
,, fuerit, aut Eccleſiam obtinuerit, deponatur;
,, ſi vero religioſam domum, expellatur.

Secunda eſt, quod promotus, qui mortale crimen commiſit, dejicitur. Diſt. 50. cap. *Qui ſemel*, & cap. *Si Epiſcopus*, & cap. *Si poſt ordinationem*, diſt. 81. cap. *Si Diaconus*.

MARTINUS *Papa Amanda Epiſc.*

,, QUi ſemel poſt ſuam ordinationem in
,, lapſum ceciderit; deinceps jam depoſi-
,, tus erit, nullumque gradum Sacerdotii pot-
,, erit adiſpici.

EX CONC. *Agathenſ. c. 50.*

,, SI Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaco-
,, nus capitale crimen commiſerit, aut
,, chartam falſaverit, aut falſum teſtimonium
,, dixerit; ab officii honore depoſitus, in Mo-
,, naſterio detrudatur, & ibi quamdiu vixe-
,, rit, Laicam tantummodo communionem
,, accipiat.

MARTIN. I. *in Epiſt. ad Amandũ.*

,, SI poſt ordinationem ſuam quiſpiam in
,, lapſum ceciderit, & prævaricationis pec-
,, cato fuerit deprehenſus obnoxius, omni-
,, modo prohibendus eſt, cum manibus lutu-
,, lentis, atque pollutis myſteria noſtræ ſalutis
,, tractare.

EX CONC. *Aurel. I. c. 11.*

,, SI Diaconus, aut Presbyter crimen capi-
,, tale commiſerit, ſimul & ab officio, &
,, a communione pellatur; ſi vero pro reatu
,, ſuo ſe ab altaris communione ſub pœniten-
,, tis profeſſione ſubmoverit; his quoque ſi a-
,, lii defuerint, & cauſſa certa neceſſitatis
,, exoritur, poſcentem baptiſma liceat bapti-
,, zare.

Tertia eſt, qui ab ordine deponitur, non poteſt reſtitui. Diſt. 50. cap. 1. & 2. ſeu, *Si lapſis*, & cap. *Qui ſemel*, & cap. *Pervenit*, & cap. *Poſtquam*. *v. ſupra.*

GREGOR. *Cõſtantino Mediolan. Epiſc. lib. 4. Epiſt. 17.*

,, SI lapſis ad ſuum ordinem revertendi li-
,, centia concedatur, vigor Canonicæ pro-
,, cul dubio frangitur diſciplinæ; dum pro re-
,, verſionis ſpe, pravæ actionis deſideria quiſque
,, concipere non formidat (& poſt pauca) Il-
,, lud autem præ omnibus ſtudete, ut lapſos
,, in Sacrum ordinem nullius vobis ſupplica-
,, tio aliquo modo revocare ſuadeat, ne hu-
,, juſmodi non ſtatuta, ſed temporaliter dila-
,, ta credatur eis eſſe vindicta.

IDEM. *Januario Epiſc. Caralitano lib. 3. Epiſt. 26.*

,, PErvenit ad nos quoſdam de Sacris ordi-
,, nibus lapſos, val poſt pœnitentiam, vel
,, ante ad miniſterii ſui officium revocari: quod
,, omnino prohibemus, & in hac re Sacratiſſi-
,, mi quoque Canones contradicunt. Qui igi-
,, tur poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in
,, peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita ca-
,, reat, ut ad Altaris miniſterium non accedat.

IDEM. *Mariniano Epiſc. Raven. lib. 8. Epiſt. 39.*

,, POſtquam quemquã criminaliter abſceden-
,, tem, in locum, de quo lapſus eſt, nul-
,, la ratio permittit revocari: & ultra tres men-
,, ſes Eccleſiam vacare Pontifice ſtatuta Sacro-
,, rum Canonum non permittunt, ne eadem
,, Paſtore Dominicum gregem hoſtis (quod
,, abſit) antiquus inſidiando dilaniet; frater-
,, nitas veſtra deprecationi eorum conſentire,
,, & in lapſi loco debet Epiſcopum ordinare.

Et iſtæ tres regulæ colliguntur diſt. 50. c. *Ut conſtitueretur*, in princ.

AUGUST. *ad Bonifacium Epiſt. 30.*

,, UT conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſ-
,, quam poſt alicujus criminis pœniten-
,, tiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum
,, redeat, vel in Clericatu permaneat, non
,, deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum
,, eſt diſciplinæ: alioquin contra claves Eccle-
,, ſiæ datas diſputabitur, de quibus dictum eſt:
,, *Quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt*
,, *& in cælo.* Sed ne forte etiam de ceteris cri-
,, minibus ſpe honoris Eccleſiaſtici animos in-
,, tumeſcens ſuperbe ageret pœnitentiam, ſeve-
,, riſſime placuit, ut poſt actam de crimine da-
,, mnabili pœnitentiam, nemo ſit Clericus, ut
,, deſperatione temporalis altitudinis, medicina
,, major & verior eſſet humilitas. Nam &
,, ſanctus David de criminibus mortiferis pœ-
,, nitentiam egit, & tamen in honore ſuo per-
,, ſtitit. Et beatum Petrum, quando amariſſi-
,, mas lacrymas fudit, utique Dominum ne-
,, gaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit,
,, ſed non ideo ſupervacua putanda eſt poſte-
,, riorum diligentia, quia ubi ſaluti nihil detra-
,, hebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo
,, ſalus totius muniretur: experti, credo a-
,, liquorum fictas pœnitentias per affectatas ho-
,, norum potentias. Cogunt enim multas inve-
,, nire medicinas multorum experimenta mor-
,, borum; verum in hujuſmodi cauſſis, ubi per
,, graves diſſenſionum ſciſſuras non hujus, aut
,, illius hominis eſt periculum, ſed populorum
,, plurimorum ſtrages jacent, detrahendum eſt
,, aliquid ſeveritati, ut majoribus malis ſanan-
,, dis caritas ſincera ſubveniat.

Ubicumque mitius agitur, diſpenſatio eſt.

Circa intellectum autem iſtarum regularum tres fuerunt ab antiquo opiniones ſolemnes.

Prima opinio dicit, quod omne peccatum mor-

mortale repellit promovendum, & dejicit promotum, & peccat mortaliter, qui poſt baptiſmum peccavit, ſi ſe promoveri permittit, vel ſi permanet in ordine jam ſuſcepto, quantamcumque egerit pœnitentiam, niſi cum eo ſit diſpenſatum. Hæc opinio intelligit regulas, prout ſonant, & eſt nimis rigida, quum ſecundum eam nullus poſſet promoveri. Nam res pene contra naturam eſt, ut ait Hugotio, ut
v. pag. 234 ſine peccato aliquis ſit. Diſt. 25. cap. *Unum orarium*, *§. Nunc autem*; & ideo non eſt tenenda.

Secunda opinio intelligit prædictas regulas de magnis peccatis, quia minora poſt pœnitentiam non repellunt, nec dejiciunt. Arg. Diſt. 46. c. *Clericus*, diſt. 81. c. *Apoſtolus*.
v. pag 260 & 223.

Et interpretantur illa peccata magna, de quibus eſt expreſſum in jure, quod debeant repellere, vel dejicere. Hæc opinio non diſtinguit inter peccata occulta & manifeſta; & ideo non
v. pag. 263 eſt tenenda. Diſt. 50. e. *De his vero*.

Tertia opinio intelligit prædictas regulas de manifeſtis: occulta enim poſt pœnitentiam non repellunt, nec dejiciunt; immo de jure communi poſſunt, qui commiſerunt talia, promoveri, & ſi promoti ſunt, in ſuſceptis ordinibus
v. pag. 265 miniſtrare. Diſt. 50. c. *Sacerdotes*, & c. *De his vero*, diſt. 48. c. *Quoniam*.

Nicolaus Papa Carolo Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis.
„ SAcerdotes, ſi in fornicationis ceciderint
„ laqueum, & criminis manifeſtus, ſive
„ oſtenſus fuerit actus, Sacerdotis honorem
„ habere non poſſunt ſecundum Canonicæ in-
„ ſtitutionis auctoritatem.

Hæc opinio non diſtinguit inter enormia peccata, & alia; & ideo non eſt tenenda. Extr.
v. pag. 7. de accuſ. c. *Inquiſitionis*.

Ut ergo ſine calumnia, & contrarietate procedas, diſtingue, quum quis agit pœnitentiam de peccatis, aut illa fuerunt enormia, aut mediocria aut minora. Si enormia, puta ſimonia, vel homicidium voluntarium, ſive ſint occulta, ſive ſint manifeſta, repellunt promovendum, &
v. pag. 243 & 13. dejiciunt promotum. Diſt. 50. cap. *Miror*. Cauſſa 1. q. 1. cap. *Erga*, & *Si quis neque*, extr. de accuſ. cap. *Inquiſitionis*, & require ſupra de ſimonia, §. *Reſtat*, & de homicid. §. *Pœna homicidii*.

Alia vero enormia poſt actam pœnitentiam executionem officii non impediunt. Extr. de accuſ. c. *Inquiſitionis*. Si mediocria, ſubdiſtingue: aut ſunt manifeſta, aut occulta. In primo caſu repellunt promovendum, & dejiciunt
v. pag 263 promotum. Diſt. 50. cap. *De his*, excepto crimine ſimplicis fornicationis; quia licet ſit mediocre & manifeſtum, non inducit depoſitionem, niſi admonitus nollet ſe corrigere. Diſt. 34. cap. *Fraternitatis*, diſt. 50. cap. *Quia ſanctitas*, extr. de cohabit. Cleric. & mulier. cap.
v. Indic. *Sicut*.

Gregor. Secundino lib. 7. Epiſt. 53.
„ QUia ſanctitas tua hoc a nobis requiſivit,
„ ut ſibi de Sacerdotali officio poſt la-
„ pſum reſurgendi auctoritates ſcriberemus,
„ dum ſe dicit, de hoc Canonum diverſorum
„ legiſſe diverſas ſententias, alias reſurgendi,
„ alias nequaquam poſſe. Ideo nos generales
„ Synodos a Nicæna Synodo incipientes, hanc
„ cum reliquis quattuor veneramur: quia ipſam
„ ſequētes ceteræ in cunctis Canonicis ſententiis
„ unanimiter concordant. Nos vero præcedentes
„ patres ſequi debemus, quia auctore Domino
„ a ſacra doctrina illorum non diſcordamus; a
„ capite itaque incipientes uſque ad quartum
„ altaris miniſtrum, hanc formam ſervan-
„ dam cognoſcimus, ut ſicut minorem major
„ præcedit in honore; ita etiam in crimine, & quē
„ major ſequitur culpa, majori plectatur vin-
„ dicta, & ſic poſtea pœnitentia credatur eſſe
„ fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſemi-
„ nare, & fructum ejus non colligere; aut
„ domum conſtruere, & non illic habitare?
„ Poſt dignam itaque ſatisfactionem credimus
„ poſſe rediri ad honorem (& infra) Ad fon-
„ tem miſericordiæ recurrentes Evangelicam
„ ſententiam proferamus: *Gaudeo*, inquit, *ſu-* *Luc. 15.*
„ *per uno peccatore pœnitentiam agente, magis*
„ *quam ſuper 99. juſtis, qui non indigent pœni-*
„ *tentia*. Et ovem perditam, 99. non erranti-
„ bus relictis in deſerto, humero pii paſtoris
„ ad ovile reportatam, Dominus ipſe teſtatur.
„ Si ovis perdita errans poſt inventionem ad
„ ovile humero deportatur, prædictis 99. non
„ errantibus in deſerto relictis, cur poſt pœ-
„ nitentiam ad Eccleſiæ miniſterium lapſus
„ non revocetur? Sicut in Apocalypſi dicitur
„ de miniſtro Eccleſiæ: *Memento unde excide-*
„ *ris, & age pœnitentiam, & prima opera fac*.
„ Quid enim gravius eſt, aut carnale delictum
„ committere, ſine quo pauci inveniuntur, aut
„ Dei filium jurejurando negare? In quo ta-
„ men nunc ipſum beatum Petrum Apoſtolo-
„ rum Principem, ad cujus Sacrum Corpus
„ indigni ſedemus, lapſum eſſe cognoſcimus;
„ ſed poſt negationem pœnitentia ſecuta eſt,
„ & poſt pœnitentiam miſericordia data eſt;
„ quia poſtea ab Apoſtolatu eum non expu-
„ lit, qui ante quidem ipſum ſe negare præ-
„ dixit.

Alex. III. Cantuarien. Archiepiſc. & ejus ſuffraganeis.
„ SIcut ad extirpanda (& infra) Fraternita-
„ ti veſtræ mandamus, quatenus Clericos
„ veſtræ juriſdictionis, qui in Subdiaconatu, &
„ ſupra, fornicarias habuerint, ſtudioſe mone-
„ re curetis, ut a ſe illas removeant, eas ul-
„ terius minime admiſſuri. Si vero acquieſce-
„ re contempſerint, eos ab Eccleſiaſticis benefi-
„ ciis uſque ad ſatisfactionem congruam ſuſpen-
„ datis. Et ſi eas ſuſpenſi præſumſerint deti-
„ nere, ipſos ab eiſdem beneficiis perpetuo re-
„ movere curetis.

Et intelligas hoc, quando ſunt manifeſta per ſententiam, & per convictionem, vel confeſſionem metu probationis factam. Diſt. 24. c. ult. ſeu, *Si quis Presbyter*.

Ex Conc. Martini Papæ.
„ SI quis Presbyter, aut Diaconus ſine ali-
„ qua examinatione ordinati ſunt, aut cum
„ certe diſcuterentur crimina peccata ſua con-
„ feſſi ſunt, aut poſt ordinationem ab aliis de-
„ tecti ſunt, abjiciantur ex clero. Similiter ve-
„ ro & de univerſo Clericorum ordine ſerve-
„ tur: nam hoc ſibi, quod irreprehenſibile eſt,
„ ſancta Catholica defendat Eccleſia.

Si autem per confeſſionem etiam factam in jure ſponte, & non metu probationum, non deponeretur ita præciſe, ſed fieret quod legitur cauſſa 15. quæſt. 8. c. *Qui admiſit*, & c. *Si quis Presbyter*, ubi dicitur, quod talis, ſi eſt Sacerdos, non cantet miſſam, nec Diaconus legat Evangelium: alios autem ordines poterit exſequi.

Ex Conc. Neocæſarienſi c. 9. & 10
„ QUi admiſit corporale peccatum, & hic
„ poſtea Presbyter ordinatus eſt, ſi con-
„ feſſus fuerit, quod ante ordinationem ſuam
„ peccaverit, non quidem offerat: maneat au-
„ tem in aliis officiis propter ejus ſtudii utilita-
„ tem. Nam cetera peccata cenſuerunt plurimi

Digitized by Google

„ etiam ordinatione privari. Quod ſi de his
„ non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus mani-
„ feſte poteſt convinci; huic ipſi de ſe poteſtas
„ eſt committenda. Similiter & Diaconus, ſi
„ in eodem culpæ genere fuerit involutus, ſe-
„ ſe a miniſterio cohibebit.

Ex Conc. *Martial Papæ c. 35.* „ SI quis Presbyter ante ordinationem pec-
„ caverit, & poſt ordinationem confeſſus
„ fuerit, quod ante peccaverit; non offerat,
„ ſed tantum pro religione nomen Presbyteri
„ portet. Si autem non ipſe confeſſus fuerit,
„ ſed ab alio publice convictus; nec hoc ipſum
„ habeat, ut nomen Presbyteri portet. Simi-
„ liter & de Diaconis obſervandum eſt, ut ſi
„ ipſi confeſſi fuerint, ordinem Subdiaconi ac-
„ cipiant.

Hoc tamen nota, quod ſi Clericus confitea-tur publice, etiam extra jus, ſe commiſiſſe crimen tale, quod vergit in alterius infamiam, & præjudicium, ut puta confiteretur aliquam nunc conjugatam ſe primitus defloraſſe, vel ſe cum illa adulteratum eſſe, vel ſimile, ſicut quidam fatui interdum ſolent in talibus, cum male fecerint, gloriari; licet jura dicant confeſſionem extra jus factam regulariter non parare præjudicium confitenti; iſte tamen debet ſuſpendi ab officio, & beneficio. De exceſſ. præl. cap. *Quam ſit grave*.

Innoc. III. *Archipreſ. Sancti Andreæ de Pal.* „ QUam ſit grave crimen in Clericis, cum
„ male fecerint, gloriari, nullus ſanæ men-
„ tis ignorat; accepimus ſane, quod cum R.
„ Deſerien. P. filiam ſuam cuidam J. nomine
„ tradiderit in uxorem, P. Diaconus non eru-
„ buit publice confiteri, ſe mulierem prædi-
„ ctam carnaliter cognoviſſe: unde factum eſt,
„ quod vir ad propria eam remitteret, cui fue-
„ rat matrimonialiter copulata. Ideoque man-
„ damus, quatenus ſi tibi conſtiterit de præ-
„ miſſis, appellatione ceſſante, præfatum Cleri-
„ cum ab officio, & beneficio ſuſpendere non
„ poſtponas, compellens virum, ut uxorem
„ ſuam recipiat, eique (ſicut juſtum eſt) offi-
„ cium exhibeat maritale.

Si vero ſunt manifeſta per famam, deficiente accuſatione, & probatione legitima, indicetur purgatio, qua præſtita abſolvetur: ſi in ea de- *v. pag. 141* fecerit, deponetur. Extr. de adult. c. *Significaſti*, & de purg. canon. c. *Ex tuarum*, & require infra de purg. *§. Circa proceſſum*.

Lucius III. „ EX tuarum intelleximus continentia litte-
„ rarum, quod cum H. Presbyterum (quia
„ infamabatur de homicidio) a Sacerdotali of-
„ ficio ſuſpendiſſes, prædeceſſoris tui litteras
„ tulit in medium, quibus apparuit eum judi-
„ cio aquæ frigidæ ſuam innocentiam purgaviſ-
„ ſe, & Epiſcopum ſuis eum litteris abſolviſſe.
„ Quia vero peregrina judicia ſunt inhibita,
„ purgationem, quam præſtitit, ſufficere non
„ putantes; mandamus, quatenus ſi accuſato-
„ res idonei non apparuerint, ut cum ſeptima,
„ aut quinta manu ſui ordinis (ſicut expedire
„ cognoveris) per purgationem Canonicam,
„ innocentiam ſuam oſtendat, ſibi injungas:
„ quam cum præſtiterit, ſuſpenſionem ſine
„ difficultate relaxes, & eum teſtimonii boni
„ virum annuncians, ab infamia homicidii,
„ nullius contradictione, vel appellatione ob-
„ ſtante, abſolvas.

In ſecundo caſu, ſcilicet quum ſunt mediocria, & occulta, poſſunt remanere in ſuſceptis ordinibus, & promoveri ad ſuperiores. Extr. de *v. Iadic.* temp. ord. c. *Ex tenore*, & c. *Quæſitum*.

„ QUæſitum eſt de Sacerdotibus, vel aliis Gatc. IX.
„ Clericis, qui per reatum adulterii, per-
„ jurii, homicidii, vel falſi teſtimonii, bonum
„ conſcientiæ rectæ perdiderunt (& infra) Re-
„ ſpondemus, quod ſi propoſita crimina ordi-
„ ne judiciario comprobata, vel alias notoria
„ non fuerint; non debent hi (præter reos ho-
„ micidii) poſt pœnitentiam in jam ſuſceptis,
„ vel ſuſcipiendis ordinibus impediri: qui ſi
„ non pœnituerint, monendi ſunt, & ſub in-
„ terminatione divini judicii obteſtandi, ut
„ in teſtimonium ſuæ damnationis, in ſuſceptis
„ etiam ordinibus non miniſtrent.

Vocantur autem crimina mediocria, quantum ad præſentem materiam, adulterium, fornicatio, furtum, fraus, cui ineſt dolus, ſacrilegium, perjurium, & alia multa, quæ enumerantur diſt. 81. cap. *Apoſtolus*, & cap. *Pres- v. Iadic. byter*, & cap. *Si Diaconus*, diſt. 50. cap. *De his vero*, & diſt. 51. cap. *Qui in aliquo*, diſtinct. 25. cap. *Unum orarium*, *§. Nomine criminis*.

Non obſtat, quod dicitur diſt. 50. cap. *De v. pag. 363 his vero*, in fin. verſ. *Spes veniæ de miſericordia*, *&c.* quia illud intelligitur de miſericordia habita quoad peccatum, vel de miſericordia juris, ſecundum quam dicitur: *Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas*.

Si autem ſunt minora, nec repellunt, nec dejiciunt. Dicuntur autem minora, crimen venationis in Clerico, & etiam in Laico, niſi faceret ob neceſſitatem pellium, vel carnium, vel victus ſui; quia pauper eſſet, & non in quadrageſima, vel alio tempore ſpecialiter deputato ad orationem, & peccatorum purgationem, de quibus reſpondetur ſupra de feriis. Diſt. 34. c. *Quorumdam*, diſt. 86. c. *Eſau venator erat*, & in duobus c. ſequentibus, ſeu, *Quid prodeſt*, & *An putatis*.

„ QUorumdam relatione fidelium noſtris Nicolaus *Papa Ad Albinũ Archiepiſcopum.*
„ auribus intimatum eſt, quod Lanfredus
„ Epiſcopus, qui & juvenis eſſe dicitur, vena-
„ tioni ſit deditus: quod vitium plurimos et-
„ iam de Clericali Catalogo, genere dumtaxat
„ Germanos, & Gallos irreverenter implicat.
„ Verum iſte, ſi ita eſt, ut audivimus, meri-
„ to juvenis dicitur, qui juvenilibus deſide-
„ riis occupatus, nulla gravitate conſtringitur.
„ Nam, ut beatus dicit Hieronymus: *Venato-*
„ *rem numquam legimus ſanctum*. Nihilominus
„ autem de hoc Epiſcopo relatum eſt Apoſto-
„ latui noſtro, quod cum quadam filia ſua in-
„ moderatam teneat familiaritatem, & ob id
„ mala fama ei orta ſit: pro qua re a ſanctitate tua
„ ceteriſque Coepiſcopis ſuis admonitus atque
„ correctus eſt; ſed nullatenus emendatus. Quæ
„ res in hoc maxime diſplicet, & magis, ac
„ magis deteriorem de ſe reddit opinionem,
„ in quo beatitudinis tuæ, & ceterorum Coe-
„ piſcoporum ſuorum rationibus non obedit,
„ & per inobedientiam in culpam Protoplaſti
„ relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam
„ ſynodale cum Epiſcopis & ſuffraganeis tuis
„ convocare Concilium, & hunc ſalutaribus
„ eloquiis Epiſcopum convenire, atque illi pa-
„ ſtorali auctoritate præcipere, quatenus ab o-
„ mnium beſtiarum, vel volucrum venatione
„ penitus alienus exſiſtat, atque ab immodera-
„ ta filiæ ſuæ familiaritate ſemet omnino co-
„ erceat; quod ſi parere contemſerit, & tam
„ pro venationis declinatione, quam pro im-
„ moderata filiæ ſuæ converſatione vitanda

vo-

,, vobis admonentibus obedire diſtulerit, a ve-
,, ſtro collegio excommunicatus abſcedat.
,, Quod ſi in hoc contumax adhuc appsruerit,
HIERON. in Pſal. 90 ,, a miniſterio ceſſare debebit.
,, ESau venator erat, quoniam peccator e-
,, rat; & penitus non invenimus in Scri-
,, pturis Sanctis ſanctum aliquem venatorem;
,, piſcatores invenimus ſanctos.

AMBROS. in Homil. 33. de quadrag. ,, QUid prodeſt jejunare viſceribus, & luxu-
,, riari venatibus, abſtinere a cibis, & er-
,, rare peccatis?

IDEM. ,, AN putatis illum jejunare, fratres, qui
,, primo diluculo non ad Eccleſiam vigi-
,, lat, non beatorum Martyrum ſancta loca per-
,, quirit, ſed ſurgens congregat ſervulos, diſ-
,, ponit retia, canes producit, ſaltus, ſilvaſ-
,, que perluſtrat? Servulos, inquam, ſecum
,, pertrahit, fortaſſe magis ad Eccleſiam feſti-
,, nantes: & voluptatibus ſuis peccata accumu-
,, lat aliena, neſciens reum ſe futurum, tam
,, de ſuo delicto, quam de perditione ſervo-
,, rum.

Et hoc de venatione ſaltuoſa, id eſt, quæ fit cum clamore, canibus, & avibus, & armis; quæ etiam prohibita eſt Clericis. Extr. de cenſ. c. *Cum Apoſtolus*.

EX CONC. *Lateranenſi c. 4.* ,, CUm Apoſtolus ſe, ac ſuos propriis ma-
,, nibus decreverit exhibendos, ut locum
,, prædicandi auferret Pſeudoapoſtolis, & illis,
,, quibus prædicabat, non exſiſteret oneroſus;
,, grave nimis eſſe dignoſcitur, quod quidam Præ-
,, latorum ita in procurationibus graves exſi-
,, ſtant, ut interdum Eccleſiaſtica ornamenta
,, ſubditi exponere compellantur, & longi tem-
,, poris victum brevis hora conſumat. Quo-
,, circa ſtatuimus, quod Archiepiſcopi Paro-
,, chias viſitantes, pro diverſitate provincia-
,, rum, & facultatibus Eccleſiarum, 40. vel
,, 50. evectionum numerum; Epiſcopi autem
,, 20. vel 30. Cardinales 25. numquam exce-
,, dant: Archidiaconi vero 5. vel 7. Decani
,, conſtituti ſub Epiſcopis, duobus equis con-
,, tenti exſiſtant. Nec cum canibus venatoriis,
,, & avibus proficiſcantur, ... ſed quæ Jeſu Chri-
,, ſti quærere videantur. Nec ſumtuoſas epu-
,, las quærant, ſed cum gratiarum actione re-
,, cipiant, quod honeſte, ac competenter illis
,, fuerit miniſtratum....

Ponere autem laqueum, vel rete plane, & in ſilentio non prohibetur, etiam Clericis, dum tamen Divinum officium non negligatur. Arg.
v. pag. 223 de conſecr. diſt. 5. c. *Numquam*.

Sunt alia duo genera venationum, quæ graviſſima peccata ſunt. Unum eſt oppreſſivum, quo homines opprimuntur, & ſuperbe ſubjugantur: de hoc in Geneſ. 9. *Cœpit Nembrot eſſe robuſtus venator coram Domino*. Aliud arenarium, ſcilicet quum quis pugnat in arena cum beſtia dentata, & cauſſa cupiditatis; ſecus enim ſi cauſſa liberandæ patriæ. De hoc
v. pag. 364 diſt. 86. cap. *Qui venatoribus*, & cap. *Vident homines*.

AUGUST. *in Pſalm. 147.* ,, VIdent homines venatores, & delectantur:
,, væ miſeris, ſi ſe non correxerint: qui
,, enim venatorem vident, & delectantur, vi-
,, debunt ſalvatorem, & triſtabuntur.

Item inter mediocria computantur alea, &
v. pag. 147 ebrietas. Diſt. 35. c. 1. ſeu, *Epiſcopus*.

Item facere ſtrepitum in Synodo. Cauſſa 5. q. 4. c. *In loco*.

EX CONC. *Toletano 11. c. 1.* ,, IN loco benedictionis conſidentes Domini
,, Sacerdotes nullis debent aut indiſcretis vo-
,, cibus perſtrepere, aut quibuslibet tumulti-
,, bus perturbari. Nullis etiam fabulis vanis,
,, vel riſibus agi, & (quod eſt deterius) obſti-
,, natis diſceptationibus tumultuoſas voces ef-
,, fundere. *Si quis enim*, ut Apoſtolus ait, *pu-* *Iſai. 32.*
,, *tat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam*
,, *ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt re-*
,, *ligio*. Cultum enim ſuum juſtitia perdit,
,, quando ſilentia judicii obſtrepentium turba
,, confundit, dicente Propheta: *Erit cultus ju-*
,, *ſtitiæ ſilentium*. Debet ergo quidquid aut con-
,, ſidentium conſultationibus agitur, aut ab
,, accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima
,, relatione verborum proferri, ut nec con-
,, tentioſis vocibus ſenſus audientium pertur-
,, bent, nec judicii vigorem de tumultu ener-
,, vent. Quicumque ergo in conventu Concilii
,, hæc, quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit,
,, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut
,, contumeliis, vel riſibus Concilium pertur-
,, baverit, juxta divinæ legis edictum, quo
,, præcipitur: *Ejice deriſorem, & exibit cum eo jur-* *Prov. 22.*
,, *gium*; & cum omni dedecore de conſeſſione
,, abſtractus, a communi cœtu ſecedat, & trium
,, dierum excommunicationis ſententiam per-
,, ferat.

Hoc tamen intelligas, niſi admoniti nollent corrigi: tunc enim fierent hæc crimina graviora propter contumaciam, ut colligitur ex eiſdem capitulis. Bene facit ad hanc diſtinctionem, *v. pag. 340*
extr. de temp. ordin. c. *Quæſitum*.

§. II.

De Diſpenſationibus.

COntra prædictas tres regulas poteſt Papa diſpenſare in omni caſu ex plenitudine poteſtatis, licet plures caſus ſint, in quibus nullo modo diſpenſat, ut in homicidio voluntario. Diſt. 50. cap. *Miror*. Item in quattuor caſibus, *v. pag. 143*
quos require ſupra de ſimonia, §. *Reſtat*.

Sed circa Epiſcopos inferiores eſt duplex ſolemnis opinio. Una dicit, quod Epiſcopus poteſt diſpenſare contra primas duas regulas in adulterio, & minoribus criminibus: in majoribus adulterio nequaquam, niſi in caſibus a jure expreſſis. Extr. de judic. c. *At ſi Clerici*. Nam *v. pag. 10.*
hoc ipſo, quod de quibuſdam conceditur, de aliis tacite prohibetur, diſt. 25. c. *Qualis*, extr. *v. pag. 252 & 314.*
de tranſl. c. *Inter*, verſ. *Nec quod de ceſſione*, & C. de procurat. *Maritus*. Exprimitur autem in jure de quibuſdam criminibus majoribus adulterio, in quibus permittitur Epiſcopis diſpenſare, ut in hæreſi, & ſacrilegio, diſt. 50. c. *Preſbyteros*, & c. *Si quis Preſbyter*.

,, PReſbyteros, qui immolaverunt, & poſtea EX CONC. *Ancyrano c. 1.*
,, iterum certamen inierunt, ſi ex fide lu-
,, ctati ſunt, & ex non compacto ad oſtentatio-
,, nem, ut caperentur, ipſi fecerunt; hos pla-
,, cuit honorem quidem ſedis propriæ retinere:
,, offerre autem illis, & ſermonem ad popu-
,, lum facere, aut aliquibus Sacerdotalibus of-
,, ficiis fungi non liceat. Diaconi ſimiliter, qui
,, immolaverunt, poſtea vero iterum reluctati
,, ſunt; alias quidem honorem habere oportet:
,, ceſſare autem debent ab omni Sacro miniſte-
,, rio, ita ut nec panem, nec calicem offerant,
,, nec Evangelium pronuncient, niſi forte ali-
,, qui Epiſcoporum conſcii ſint laboris eorum, &
,, hu-

,, humilitatis, & manſuetudinis, & voluerint eis
,, aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes
,, ipſos ergo de his erit poteſtas....

Ex Conc. Martini Papæ c. 7.
,, SI quis Presbyter, aut Diaconus inventus
,, fuerit aliquid de miniſteriis Eccleſiæ venumdaſſe, quia ſacrilegium commiſit, pla-
,, cuit eum in ordinatione Eccleſiaſtica non
,, haberi. In judicio tamen Epiſcopi dimitten-
,, dus eſt, ſive dignus ſit, ſive indignus, ſi in ſuo
,, debeat recipi gradu, quia multoties hoc ipſum,
,, quod de Sacroſancto altario contaminatum
,, eſt, in Epiſcopi poteſtate dimiſſum eſt.

Alia opinio dicit, quod poteſt Epiſcopus diſpenſare in omni crimine contra duas regulas primas, niſi expreſſe prohibeatur ſibi *a* jure. Hoc probatur diſt. 82. cap. *Presbyter*, & optime de pœnit. diſt. 6. cap. 1. ſeu, *Qui vult*, verſ. *Itaque Pontifex juſtus, perfectus, atque diſcretus non cogitur ſuos Sacerdotes ſemper abjicere, nec mox reſtituere, niſi ſtatutum fuerit a Romano Pontifice*, & extr. de ſent. excomm. c. *Nuper*, circa fin. verſ. *Quia tamen conditor Canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.* Facit ad idem ff. quibus ex cauſſis major. in integr. reſtit. *Necnon*, §. *Quid eis*.

v. pag. 51. — Aug. lib. de pœnitent. — v. pag. 11.

Poſtillator.

EGo credo utramque opinionem veram eſſe, dum tamen prima intelligatur de peccatis manifeſtis per facti evidentiam, vel per confeſſionem in jure ſponte factam, non metu probationis: & credo quod in adulteriis poteſt Epiſcopus diſpenſare, in majoribus autem adulterio criminibus manifeſtis diſpenſare non poteſt, niſi in caſibus ſupra ſibi a jure conceſſis. Secundam autem opinionem credo veram eſſe de omnibus criminibus occultis, quantacumque ſint, & quantumcumque enormia, ſi tamen exigant diſpenſationem; quia non credo, quod omnia crimina indigeant diſpenſatione, quando occulta ſunt. Hoc patet ext. de temp. ordin. c. Quæſitum, *per illud verbum ibi poſitum*, Non debent impediri, *& loquitur ibi de perjuriis, & adulteriis, & falſis teſtibus, qui ſecundum quoſdam ad minus dicuntur enormiter peccare. Credo enim ſine præjudicio, quod nullum peccatum occultum, quantumcumque ſit enorme, indiget diſpenſatione poſt pœnitentiam, niſi expreſſum ſit in jure, quod indigeat, ut de homicida.*

Videndum ergo ſecundum iſtos, in quibus caſibus eſt Epiſcopis prohibita diſpenſatio.

Nota igitur, quod non poteſt diſpenſare cum homicida. Diſt. 50. cap. *Miror*. Hoc intelligunt quidam indiſtincte, quod etiam roboratur Eccleſiæ conſuetudine. Alii de homicida voluntario. Item nec cum ſimoniaco. Require ſupra de ſimonia, §. *Reſtat*, & §. *Sed numquid*. Nec cum eo, qui excommunicatus eſt majori excommunicatione, vel per judicem ſuſpenſus ab officio, celebrat officiando. Cauſſa 7. quæſt. 1. cap. *Si quis Presbyter*, 11. quæſt. 3. c. *Si quis Epiſcopus*, 2. extr. de ſent. excomm. cap. *Cum illorum*.

v. pag. 327

Ex Conc. Antiochenor. 3.
,, SI quis Presbyter, vel Diaconus, vel qui-
,, libet Clericus deſerta Eccleſia ſua, ad a-
,, liam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paul-
,, latim tentet, quo migravit, perpetuo ma-
,, nere, ulterius miniſtrare non debet, præ-
,, ſertim ſi ab Epiſcopo ſuo ad revertendum
,, fuerit exhortatus. Quod ſi poſt evocationem
,, ſui Epiſcopi non obedierit, ſed inobediens
,, perſeveraverit, omnimodo ab officio ſuo de-
,, poni debere, nec aliquando ſpem reſtitutio-
,, nis habere decernimus: ſi vero propter hanc
,, culpam depoſitum, alius Epiſcopus ſuſcepe-
,, rit; & ipſe a communi Synodo pœnam me-
,, rebitur increpationis, tamquam Eccleſiaſtica
,, jura diſſolvens.

Ex Conc. Martini Papæ c. 37.
,, SI quis Epiſcopus in Concilio excommu-
,, nicatus fuerit, ſive Presbyter, aut Dia-
,, conus a ſuo Epiſcopo, & poſt excommuni-
,, cationem præſumſerit, ſive Epiſcopus ille,
,, aut Presbyter, aut Diaconus facere oblatio-
,, nem, vel matutinum, vel veſpertinum ſacrifi-
,, cium quaſi in officio ſuo agere, ſicut prius,
,, non liceat ei, nec in alio Concilio ſpem re-
,, conciliationis habere, nec ultra recolligi;
,, ſed etiam eos, qui ei communicaverint, o-
,, mnes ab Eccleſia reſpui, maxime eos, qui
,, ſciebant eum eſſe dejectum: ſi autem perman-
,, ſerit turbans, & concitans Eccleſiam per fo-
,, rinſecam poteſtatem, oportet eum ſicut ſe-
,, ditionarium ab omni plebe expelli.

Quidam dicunt contrarium in hoc caſu, ſcilicet, quod poſſit Epiſcopus diſpenſare. Argum. cauſſ. 2. q. 4. c. *Quæ de cauſſa*.

Gregor. Mariniano Epiſc. Savenæ lib. 7. Ep. 79.
,, QUæ de cauſſa Maximi ſint agenda, ex
,, Epiſtolis, quas ad vos tranſmiſimus,
,, agnoviſtis. Sed quia qualis de hac re frater-
,, nitatis veſtræ voluntas ſit, ac magis petitio,
,, a præſentium latore Caſtorio chartulario no-
,, ſtro renunciante cognovimus; ideo ſi idem
,, Maximus coram vobis, & prædicto chartulario
,, noſtro de ſimoniaca hæreſi præſtito ſe Sacra-
,, mento purgaverit, atque de aliis ante cor-
,, pus ſancti Apollinaris (ut ſcripſimus) tan-
,, tummodo requiſitus, liberum ſe eſſe reſpon-
,, derit, cauſſam ipſius veſtræ fraternitatis ju-
,, dicio, de eo, quod excommunicatus Miſſa-
,, rum ſolemnia agere præſumſerit, committi-
,, mus, qua debeat pœnitentia talis culpa pur-
,, gari. Et ideo quidquid vobis ſecundum De-
,, um placet, ſecuri diſponite, nec aliquod de
,, nobis dubium habeatis. Nam quidquid a vo-
,, bis de hoc caſu fuerit ordinatum, nos & gra-
,, te ſuſcipimus, & libenter admittimus.

Sed hoc non eſt tutum, niſi in caſu, ſcilicet, ſi eos redderet ignorantia probabilis excuſatos. Extr. de Cleric. excomm. min. c. *Apoſtolicæ*.

Gregor. Canonicis Pragenſibus.
,, APoſtolicæ Sedis (& infra) Verum quia
,, tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis
,, divina, vos reddit ignorantia probabilis ex-
,, cuſatos. Ceterum ſi forte ignorantia craſſa,
,, & ſupina, aut erronea fuerit, propter quod
,, diſpenſationis gratia egeatis, eam vobis de
,, benignitate Apoſtolica indulgemus.

Item nec cum Clerico, qui accedit ad judicium principis in caſu non conceſſo, contemto judice Eccleſiaſtico. Cauſſa 21. quæſt. 5. cap. *Si quis Epiſcopus*.

Ex Conc. Martini Papæ c. 35.
,, SI quis Epiſcopus, Presbyter, aut Diaco-
,, nus excommunicatus, in Concilio injuſte
,, ſe queritur condemnatum, ad majorem Epi-
,, ſcoporum Synodum revertatur, & eorum in-
,, quiſitionem, & judicium exſpectans, ſi quas
,, ſe juſtas cauſſas habere putat, illis exponat. Si
,, autem contemſerit, & importans ſe palatio,
,, aures principum inquietare voluerit; hic ad
,, nullam veniam poterit pervenire, neque ſpem
,, futuræ reconciliationis habebit.

Nec cum bigamo. Extr. de bigam. c. *Nuper*, & *Super eo*. Require ſupra de bigam. §. *Item numquid*.

v. pag. 44. & 238.

Nec cum duobus Presbyteris ut præſint uni Eccleſiæ æqualiter. Cauſſa 21. q. 2. c. penult. ſeu, *Sicut in una*.

,, Si-

Digitized by Google

Ex Conc. *Remensi*.
> Sicut in unaquaque Eccleſia unus Presbytee debet eſſe; ita ipſa, quæ ſponſa, vel uxoe ejus dicitur, non poteſt dividi intee plures Presbyteros: ſed unum tantummodo habebit Sacerdotem, qui eam caſte, & ſincere regat. Unde inteedicimus, ut nullus præſumae Eccleſiam inter duos, vel plures dividere: quia Eccleſia Chriſti uxor, & ſponſa debet eſſe, non ſcortum; ſicue Calixtus Papa teſtatur.

7. q. 1. c. *Sicut*.

Nec in habendis duobus, vel pluribus beneficiis curam animarum habentibus. Require ſupra: *Quod ordinandus debet eſſe domui ſuæ bene præpoſitus*. Hanc ultimam opinionem tenent Laurentius, Vincentius, Tancredus, Joannes; & eis conſentio.

Sed numquid Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus excommunicatus, ſi legat epiſtolam ſine ſolemnitate in Miſſa privata, ſit irregularis?

Reſp. Credo, quod non, ex quo ſine ſolemnitate hoc faciat; cum etiam a Laicis aliquando legantur epiſtolæ, & lectiones in Miſſa; de conſuetudine etiam, cum in illis capitulis 11. *q.* 3. Si quis Epiſcopus 1. & 2. *non fiat mentio, niſi de Epiſcopo, Presbytero, & Diacono. Si etiam Sacerdos, aut Diaconus taliter abſque ſolemnitate legeret Epiſtolam, non crederem ipſum incurrere irregularitatem; cum pœnæ non ſint extendendæ, ſed reſtringendæ. Quod tamen in prædictis capitulis dicitur de Epiſcopo, Presbytero, & Diacono; credo eſſe extendendum ad Subdiaconum, cum hodie Diacono parificetur in multis, ut in titulo de ætate, & qualitate ordinandorum. De Conſtitutis autem in minoribus ordinibus, qui in excommunicatione adminiſtrant cum ſolemnitate in officio ſuo; credo, quod non incurrunt irregularitatem, cum prædicta duo capitula non loquantur de his, ſed de Diacono, & ſupra, cum pœnæ non ſint extendendæ, ut dictum eſt; & hoc credo maxime de Pſalmiſta: aut ſi incurrunt irregularitatem tales; credo, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare, cum hoc non inveniatur ei prohibitum, nec eſt contra ext. de Cleric. excomm. miniſt. c.* Apoſtolicæ, *quia loquitur ibi de aliis, qui vel celebraverunt Miſſam, vel miniſtraverunt cum ſolemnitate in ſacro ordine. In recipiente autem ordinem in excommunicatione non diſtinguo inter ſacrum & non ſacrum, quantum ad irregularitatem contrahendam, & diſpenſationem ſedis Apoſtolicæ impetrandam, cum Decretalis, ext. de ſent. excomm. cap.* Cum illorum, *non diſtinguat. De recipiente autem ordines in minori excommunicatione, videtur quod ſit irregularis, argum. extr. de Cler. excomm. c.* Si celebrat. *Credo tamen, quod ſive ſit irregularis, ſive non, Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo: cum non ſit ei prohibitum.*

Sed numquid qui baptizat excommunicatus a judice, vel ſuſpenſus, irregularis eſt?

Reſp. Non expedit, quod hujuſmodi irregularitas extendatur ad hunc caſum, præſertim ubi neceſſitas eſt: nec obſtat 11. *quæſt.* 3. *cap.* Si quis Epiſcopus 1. *ubi ideo irregulares eſſe innuuntur, qui excommunicati aliquid de Sacro miniſterio attingunt; quia poteſt dici, quod Sacrum miniſterium ibi reſtringitur ad Officium Eccleſiaſticum, & ad Sacramentum Altaris. Cetera ad hanc materiam pertinentia require infra de ſent. excomm.* §. Sed quis poſſet.

v. pag. 12. Item Capitulum quandoque diſpenſat. Extr. de ſimon. c. *Ex inſinuatione*. Item quia Capitulum comparatur ſenatui. Cauſſa 16. q. 1. cap. *Eccleſia*.

> Eccleſia habet Senatum cœtum Presbyterorum, ſine quorum conſilio nihil Monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia audire noluit Presbyteros ſuos. Senatum quoque Romani habebant, cujus conſilio cuncta agebant. Et nos habemus Senatum noſtrum cœtum Presbyterorum.

Hieron. *Ad Ruſticum*.

Sed Senatus reſtituit aliquem famæ, ff. de poſtulation. l. 1. §. *De qua autem*. Ergo & Capitulum.

Contra tertiam regulam, ſcilicet quod non poteſt reſtitui depoſitus, nullus poteſt diſpenſare, niſi ſolus Papa. Diſt. 50. c. 2. & *Qui ſemel*, & cauſſa 2. q. 6. c. *Ideo*, 1. & 2. Item quia nec præſes provinciæ poteſt eum reſtituere, quem damnavit, ff. de quæſt. lib. 1. in fin. Et intelligas hoc de ſolemniter degradato. Quidam tamen dicunt, & male, quod Epiſcopus poteſt depoſitum reſtituere. Pro eis eſt cauſſa 11. q. 3. c. *Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus*. v. pag. 338 v. pag. 323

> Epiſcopus, Presbytee, aut Diaconus a gradu ſuo injuſte dejectus, ſi in ſecunda Synodo innocens inveniatur, non poteſt eſſe, quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus Epiſcoporum: ſi Epiſcopus eſt, orarium, & baculum, & annulum: ſi Presbyter eſt, orarium, & planetam: ſi Diaconus, orarium, & Albam: ſi Subdiaconus, Patenam, & Calicem. Sic & reliqui gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

Ex Conc. *Maguntinenſi*.

Sed illud poteſt intelligi, quum conſtabat depoſitionem nullam eſſe. Item pro eis eſt diſt. 46. c. *Clericus maledicus*; ſed ibi exponitur, *Degradetur*, id eſt, *Suſpendatur*. v. pag. 260

In ſumma nota, quod exſiſtens in mortali peccato, ſeu manifeſto, ſeu occulto, peccat mortaliter recipiendo ordines, ſicut recipiendo alia Sacramenta. Diſt. 40. c. *Multi*, diſt. 95. c. *Illud*, Cauſſa 11. q. 3. c. *Audi*, & require ſupra de Sacram. non iteran. §. *Effectus*. v. pag. 247

> Illud ſuperfluum videmus eſſe adjectum, ut de Epiſcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium eſt. Nam idcirco de Presbyteris dictum eſt, quia Epiſcopi præoccupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non poſſunt. Ceterum ſi Epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem a ſe viſitandum, & benedicere, & tangere Chriſmata; ſine cunctatione poteſt, cujus eſt ipſum Chriſma conficere. Nam non pœnitentibus iſtud infundi non poteſt: quia genus eſt Sacramenti. Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur poſſe concedi? His igitur, frater cariſſime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, reſpondere curavimus.

Innocent. *Papa Ad Decentium Epiſcop. Ep.*

> Audi denique Apoſtolum dicentem de eo, qui peccaverat: *Tradidi*, inquit, *hujuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis, ut ſalvus fiat ſpiritus*. Vides ergo, quia & modo non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum, ſed etiam per eos, qui Eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſolvendi, ſed etiam ligandi: traduntur autem peccatores in interitum carnis, cum pro delictis ſuis a Chriſti corpore ſeparantur. Et, ut mihi videtur, dupliciter etiã nunc traduntur homines de Eccleſia

1. c. ult. Hieron. *In lib. Judit. Hom.*

„ in

in poteſtatem Diaboli; uno modo, quo ſuperius diximus, cum delictum ejus manifeſtum fit Eccleſiæ, & de Eccleſia per Sacerdotem pellitur, ut notatus ab omnibus erubeſcat: & converſo ei eveniet illud, quod ſequitur; *Ut ſpiritus ſalvus fiat in die Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Alio vero modo quis traditur eſt Zabulo, cum peccatum ejus non eſt manifeſtum hominibus. Deus autem, qui videt in abſcondito, proſpiciens ejus mentem, & animum ejus vitiis, ac paſſionibus ſervientem, & in corde ejus non ſe diligi, ſed aut avaritiam, aut libidinem, aut jactantiam, vel alia hujuſmodi; iſtum talem Dominus tradidit Sathanæ. Quomodo tradidit eum Sathanæ? Diſcedit a mente ejus, & avertit ſe, & refugit a cogitationibus ejus malis, & deſideriis ejus indignis, & relinquit domum cordis ejus vacuam.

Item ſi recipit, non debet exſequi, niſi egerit pœnitentiam, & obtinuerit diſpenſationem, quia ſuſpenſus eſt quantum ad ſe, ut in illo c. *Audi*, & c. 2. q. 7. c. *Secuti ſunt*, ℱ. *Quia ergo*.

Beda. *In ſecunda Ep. Petri. Daniel. 13 Matth. 5. Gratian.* SEcuti ſunt viam Balaam & Boſor....... *Quia ergo non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi, Presbyteri a Daniele puero judicantur, ſal infatuatum a porcis conculcatur, & qui dicit, pax vobiſcum, plerumque non columba, ſed corvus reputatur; patet, quod non ſemper pro officio, vel auctoritate perſonæ ab accuſatione eſt ceſſandum; immo contra pravos eſt agendum, cum omnis perſona criminaliter peccans alteretur, & (ut ita dicam) capite minor legibus cenſeatur: qui enim facit peccatum, ſervus eſt peccati, tam in pœna, quam in culpa.* *Joan. 8.*

Fallit tamen hoc in caſu, ſcilicet quando exiſtens in levi peccato mortali eſt ordinatus, licet peccaverit mortaliter recipiendo; poteſt tamen licite adminiſtrare, ſi de peccato vellet ſe corrigere. Diſtinct. 68. cap. 1. ſeu, *Sicut ſemel*. *v. Indic.*

Quid, ſi recepto ordine peccat mortaliter, numquid exſiſtens in illo peccato tenetur exſequi officium ſuum, vel peccat exſequendo? De hoc require infra de ſcandalo, ℱ. *Pent Sacerdotem*. *v. pag. 338*

Item nota, quod diſpenſatio alia eſt debita, alia prohibita, alia permiſſa. Debita eſt, ubi multorum ſcandalum timetur. Diſt. 50. c. *Ut conſtitueretur*. Cave tamen, ne decipiaris in ſcandalo. Require infra de ſcandalo, ℱ. 1. 2. 3. & quaſi per totum. Item debita eſt ratione temporis, vel perſonæ, vel pietatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, vel eventus rei: de ſingulis ponuntur exempla. Cauſſa 1. q. 7. c. *Requiritis*, ℱ. *Niſi rigor*, & in capitulis, & in ℱℱ. ſequentibus uſque ad ℱ. *Ecce*, ſeu c. *Neceſſaria*, c. *Tanta*. *Si qui*, c. *Quoties*, c. *Tali*, & c. *Exigunt*.

Leo IV. *Epiſc. Britann.* REquiritis de iis, qui turpiſſimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimeſcunt, & ſua facta, improba temeritate, Simonis hæreſi conjungunt, utrum poſſint in ordine pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinem, & Sacerdotalem fieri gradum? Quod nos quidem cunctis & iis, qui tam deteſtabile nefas (quod jam multis eſt damnatum Conciliis) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pœnitentia ſubvenire, & tot ſpiritualibus Patribus obviare, ſed in illorum Patrum me ſententia convenire omnibus certum ſit. *Gratian.* *Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpenſatione miſericordiæ; multorum enim crimina ſunt damnabilia, quæ tamen Eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſive utilitatis, & pro eventu rei. Pro tempore, ſicut Gelaſius, qui cum neceſſitate temporis videret Italicam Eccleſiam propter belli, famiſque incurſionem fere omnium Clericorum officio deſtitutam, adeo ut pleriſque populis ſubſidia regendarum deeſſent animarum, conceſſit de Monachis, vel de Laicis Clericos aſſumi, ita dicens Epiſcopis per Lucaniam, Epiſt. 1. c. 1.*

Gelasius Papa. *Temporis neceſſitate.* NEceſſaria rerum diſpenſatione conſtringimus, & Apoſtolicæ ſedis moderamine convenimur, ſic Canonum paternorum decreta librare, & retro Præſulum, prædeceſſorumque præcepta metiri, ut ea, quæ præſentium neceſſitas temporum in reſtaurandis Eccleſiis relaxanda depoſcit, diligenti conſideratione adhibita (quantum poteſt fieri) temperemus.

B. Greg. *Januario Epiſc.* Pro perſona. TAnta nequitia ad aures meas de tua ſenectute pervenit, ut eam, niſi adhuc humanitus penſaremus, fixa jam maledictione feriremus (& infra) Et quidem pœnæ fuerat in te ſententia jaculanda; ſed quoniã ſimplicitatem tuam cum ſenectute cognovimus, interim tacemus.

Gelasius Pietatis intuitu de illitteratis, & corpore vitiatis. SI qui vel proprio temeritate, vel incuria præſidentium tales ſuſcepti ſunt, in his, in quibus conſtituti ſunt, locis eatenus perſeverent, ut nihil umquã promotionis accipiant, ſatiſque habeant hoc ipſum ſibi pro nimia miſeratione conceſſum.

Hilarius Papa Neceſſitatis intuitu. QUoniam quidquid ab alterutra parte eſt indicatum, omni videmus perverſitate confuſum, temporum neceſſitate perſpecta, hac ratione decernimus, ad veniam pertinere, quod geſtum eſt, ut deinceps nullus præter notitiam, atque conſenſum Metropolitani ordinetur Antiſtes.

Innocent. QUoties a populis, aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non poteſt, multum ſolet tranſire. Priora ergo dimittenda dico Dei judicio, & de reliquo maxima ſollicitudine præcavendum.

Ex Conc. *Meldenſ.* Utilitatis intuitu. TAli conjugio generati, Eccleſiaſticis ordinibus non applicentur, niſi forte eos, aut maxima Eccleſiæ utilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet: *Huic Petrus concordans ait*: In veritate comperi, quia non eſt acceptor perſonarum Deus, &c. *Act. 10.*

Leo Papa Pro eventu etiam rei quædam in Eccleſia tolerantur. EXigunt cauſſæ, ut non ſolum in tales Præſules, ſed etiam in ordinatores eorum competens ultio proferatur. Sed circumſtant nos hinc manſuetudo miſericordiæ, hinc cenſura juſtitiæ, ut credamus quædam delicta utcumque toleranda, quædam vero penitus amputanda. Illos ergo, quorum provectio hoc tantum reprehenſionis incurrit, quod ex Laicis ad Epiſcopale officium electi ſunt, locum ſuum tenere permittimus, non præjudicantes Apoſtolicæ Sedis ſtatutis, nec beatorum Patrum regulas ſolventes: quia remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi, ne quod ad tempus pia lenitate conceſſimus, juſta poſtmodum ultione plectamus.

Et breviter ubicumque ſubeſt juſta cauſſa, eſt debita diſpenſatio. Diſt. 50. c. *Domino ſancto*, verſ. *Præcipiunt*, & verſ. *Neceſſe ſit*, & c. *Conſiderandum*.

„ Domi-

Isidorus Ad Maſſanum Epiſc.

„ DOmino ſancto, meritiſque beato fratri Maſſano Epiſcopo Iſidorus Epiſcopus ſalutem. Quod in Epiſtolis venerabilis fraternitas tua innuit, videlicet quod in Canone Ancyrano c. 19. legitur, poſt lapſum corporalem reſtaurãdum honoris gradum poſt pœnitentiam; alibi vero legitur poſt hujuſmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum; hæc diverſitas hoc modo ſolvitur. Illos enim ad priſtinos gradus redire Canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præceſſit ſatisfactio, vel condigna peccatorum confeſſio: at contra hi, qui neque a vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipſum carnale delictum, quod admittunt, vandicare quadam ſuperſtitioſa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris, nec gratiam recipiunt communionis; ergo ita eſt determinanda ſententia, ut neceſſe ſit illos reſtaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepiſſe merentur divinæ pietatis. Hi enim non immerito conſequuntur adeptæ dignitatis ſtatum, qui per emendationem pœnitentiæ recepiſſe noſcuntur remedium vitæ....

B. Gregor. Homilia Dominicæ reſurrectionis.

„ COnſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſeipſum negare permiſit. Quod nimirum magnæ eſſe actum pietatis diſpenſatione cognoſcimus, ut is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit ceteris, ut ex ſua infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer aliena infirma toleraret.

Licet autem debita ſit diſpenſatio ex cauſſis prædictis, & peccet Prælatus non diſpenſando, Arg. cauſſa 2. q. 4. c. *Quanta*.

Gregor. Caſtorio Notario Ravin.

„ QUanto a nobis creditur, & neceſſarias videa cauſſas injungi, tanto te ſtrenuum debes, & ſollicitum exhibere. Proinde ſi Maximus Salonitanus præſtito Sacramento firmaverit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atque de aliis ante corpus ſancti Appollinaris tantummodo requiſitus, innoxium ſe eſſe reſponderit, & de inobedientia ſua (ſicut deputavimus) egerit pœnitentiam, volumus, ut ad conſolandum illum, epiſtolam, quam ad eum ſcripſimus (ubi ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignavimus) experientia tua dare debeat: quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeveros nos eſſe convenit; ſic iterum humiliatis, & pœnitentibus locum veniæ negare non debemus.

Tamen ſubditi non poſſunt petere, niſi forte ſupplicando, ſicut Epiſcopatus debetur meliori de Eccleſia. Cauſſa 8. q. 1. *Licet*.

Hieron. In lib. Levitici 8.

„ LIcet ergo Dominus de conſtituendo Principe præcepiſſet, & elegiſſet; convocatur tamen etiam Synagoga. Requiritur enim in ordinando Sacerdote etiam populi præſentia, ut ſciant omnes, & certi ſint, quod qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium, & hoc adſtante populo: ne qua poſtmodum retractio cuiquam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem, quod Apoſtolus præcepit in ordinatione Sacerdotis, dicens: *Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his, qui foris ſunt*. Ego tamen & amplius aliquid video in eo, quod dicit: *Quia convocavit Moyſes omnem Synagogam*, & puto, quod congregare Synagogam hoc ſit, colligere omnes animi, & in unum congregare virtutes: ut cum ſermo de Sacerdotalibus Sacramentis habetur, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ ſint, ut nihil in eis ſapientiæ, nihil ſcientiæ, nihil deſit induſtriæ; ſed adſit omnis multitudo ſenſuum, adſit omnis congregatio ſanctarum cogitationum: ut quid ſit Pontifex, quid unctio, quid indumenta ejus, conferens intra Sacrarium cordis ſui poſſit advertere.

Ille tamen non poteſt eam petere, ut in ead. q. c. *In ſcripturis*.

Prohibita eſt diſpenſatio, ubicumque nõ poteſt fieri ſine manifeſta decoloratione Eccleſiæ. Item ubicumque non ſubeſt juſta cauſſa diſpenſandi. Cauſſa 1. q. 7. c. *Tali*, & c. *Et ſi illa*, extr. de elect. c. *Innotuit*. *v. pag. 344 & 238.*

Gelasius Papa.

„ ETſi illa nonnumquam ſinenda ſunt, quæ, ſi ceterorum conſtet integritas, nocere ſola non valeant; illa tamen magnopere præcavenda ſunt, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. Ac ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum, temporumque cogit intuitus, vel acceleratæ proviſionis excuſat reſpectus; quanto magis illa nullatenus ſunt mutilanda, quæ nec ulla neceſſitas, nec Eccleſiaſtica prorſus extorquet utilitas. *Aliquando enim pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ mutilantur, & laxantur præcepta canonica.* *Gratian.*

Permiſſa etiam videtur aliquando diſpenſatio. Diſt. 50. cap. *Si quis Presbyter*. Quod forte poteſt intelligi, quando aliquis ad accuſationem alterius convictus eſt ſubripuiſſe vaſa Eccleſiæ, vel aliam rem Eccleſiaſticam; tunc, ſi ſubeſt alia cauſſa diſpenſandi, permittitur Epiſcopo diſpenſare, etiamſi forte contradiceret accuſator. *v. pag. 342*

Hoc autem notabiliter teneas, quod Epiſcopus, qui ſine juſta cauſſa diſpenſat, puniendus eſt, & propter indiſcretam diſpenſationem pœna depoſitionis infligenda, ſi de hoc fuerit accuſatus. Diſt. 55. c. 1. in fin, ſeu. c. *Aliquantos*, & c. *Qui in aliquo*, in fin. *v. pag. 140 v. pag. 238*

Ex Conc. Tolet. 4. c. 18.

„ QUi in aliquo... Si quis autem deinceps contra prædicta vetita Canonum ad Sacerdotii gradum indignus aſpirare contenderit, cum ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubjacebit.

Peccat enim graviſſime promovens indignum. Diſt. 49. c. *Sacerdotes*. *v. pag. 134*

Item nota, quod aliud eſt rigor, aliud diſpenſatio, aliud jus. Rigor eſt exceſſus juris, & auctoritas facta ad terrorem. Secundum hunc rigorem dicit Canon, quod non eſt danda communio etiam in fine vitæ his, qui defecerunt in accuſatione Clericorum. Cauſſa 2. q. 3. c. *Si quis Epiſcopum*.

Damasus Papa.

„ SI quis Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum falſis criminibus appetierit, vel accuſaverit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei communionem cenſemus.

Et quod non oretur pro eo, qui Presbyterum nominavit tutorem in teſtamento filio ſuo. Diſt. 88. c. *Neque illud*.

Iſte rigor non eſt ſervandus, niſi ubi timetur exemplum mali. Diſt. 45. c. *Sed illud*. *v. Indic.*

Ex Orig. hom. l. 7. in Joſue.

„ SEd illud non otioſe tranſcurrendum eſt, quod uno peccante ira Dei ſuper omnem po-

,, populum vanit. Hoc quando accidit? Quan-
,, do Sacerdotes, qui populo præſunt, erga da-
,, linquentes benevoli videri volunt, & veren-
,, tes peccantium lingua, ne forte male de
,, eis loquantur, Sacerdotalis ſeveritatis imme-
,, mores noluot complere, quod ſeriptum eſt:
1. Tim. 5. ,, *Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timo-*
,, *rem babeant*: & iterum: *Auferte malum ex vobis*
ibid. 6. ,, *ipſis*, nec selo Dei ſuccenſi imitantur Apoſto-
,, lum dicentem: *Tradidi hujuſmodi hominem ſa-*
ibid. 5. ,, *thanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat*,
Matth. 18. ,, neque illud Evangelii implere ſtudent, ut
,, ſi viderint peccantem, primo ſecreta eum
,, conveniant, poſt etiam duobus, vel tribus ad-
,, hibitis teſtibus: quod ſi comtemſerit, & poſt
,, Eccleſiæ correctionem non fuerit omendatus:
,, de Ecclosia expulſum velut gentilem habe-
,, aut, aut publicanum: & dum uni parcunt,
,, univerſæ Eccleſiæ moliuntur interitum. Quæ
,, eſt iſta miſericordia? quæ iſta bonitas? uni
,, parcere, & omnes in diſcrimen adducere?
,, Polluitur enim ex uno peccatore populus: ſic-
,, ut ex una ova morbida univerſus grex infi-
,, citur; ſic & uno fornicante, vel aliud quod-
,, cumquo ſcelus committente plebs univerſa
Gratian. ,, polluitur. *Hinc etiam alibi dicitur: Rectorem*
,, *ſubditis pietas matrem, diſciplina vero patrem*
,, *exhibeat*.

Quandoque tamen rigor idom eſt, ac ſubtilitas juris: ſic ponitur extr. de reſtitut. ſpoliat.
v. pag. 399 c. *In litteris*.

Diſpenſatio eſt idem, quod juris relaxatio;
v. pag. 40 unde Canon vocat eam *Vulnus*. Cauſſa 23. q. 4. c. *Ipſa pietas*, circa fin.

Sed numquid diſpenſatio eſt jus? Quidam dicunt quod ſic, quidam contra; tu dicas, quod diſpenſatio *active*, id eſt, ſecundum quod eſt in diſpenſante, non eſt jus; ſed eſt poteſtas data a jure: diſpenſatio *paſſive*, id eſt, ſecundum quod aſt in eo, cum quo diſpenſatur, eſt privatum jus, ſed non commune. Sic & de privilegiis poteſt dici. Arg. ad hoc, cauſſa 33. q. 2. c. *Interfectores*, & c. *In adoleſcentia*.

Nicolaus Rodulpho Biturićẽſ Archiepiſcopo. ,, INterfectores ſuarum conjugum ſine judi-
,, cio, cum non addis adulteratum, vel a-
,, liquid hujuſmodi, quid aliud habendi ſunt,
,, quam homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam
,, redigendi? Quibus penitus conjugium dene-
,, gatur, exceptis adoleſcentibus, de quibus eſt
,, B. Leonis Papæ XXV. regula decratalium, im-
,, mo indulgentia, obſervanda.

Leo Papa IV. Ad Ruſticum Epiſt. 90. ,, IN adoleſcentia conſtitutus, ſi urgente aut
,, metu mortis, aut captivitatis periculo pœ-
,, nitentiam geſſerit, & poſtea timens lapſum
,, incontinentiæ juvenilis, copulam uxoris ele-
,, geris, ne crimen fornicationis incurreres,
,, rem videtur feciſſe venialem, ſi præter con-
,, jugem nullam omnino cognoverit: in quo ta-
,, men non regulam conſtituimus, ſed quid ſit
,, tolerabilius, æſtimamus.

Jus autem incedit regia via, id eſt, media inter rigorem, & diſpenſationem; eſt enim jus, æquitas jus ſuum unicuique tribuens, bonis præmia, & malis ſupplicia: & hoc debet judex ſemper ſervare, ut ext. da judic. cap. *Placuit*,
v. Iudic. diſt. 45. cap. *Diſciplina*, & cap. *Et qui emendat*, diſt. 50. cap. *Ponderet*, in fin. & cap. *Domino ſancte*, in fin. Cauſſa 26. quæſt. 7. cap. *Alligant*.

Gregor. In Moral. Lib. 20 part. 4. 5. 6 ,, DIſciplina, vel miſericordia multum deſti-
,, tuitur, ſi una ſine altera teneatur; ſed
,, circa ſubditos ſuos ineſſe debet rectoribus &
,, juſte conſolans miſericordia, & pia ſæviens di-
,, ſciplina. Hinc eſt, quod ſemivivi illius vulne- Luc. 10.
,, ribus, qui a Samaritano in ſtabulum ductus
,, eſt, & vinum adhibetur, & oleum, ut per
,, vinum mordeantur vulnera, per oleum fo-
,, veantur: quatenus unuſquiſque, qui ſanan-
,, dis vulneribus præeſt, in vino morſum diſtri-
,, ctionis adhibeat, in olao mollitiem pietatis:
,, per vinum mundentur putrida, per oleum
,, ſananda foveantur. Miſcenda eſt ergo lenitas
,, cum ſeveritate, faciendumque quoddam ex
,, utraque temperamentum, ut neque multa
,, aſperitate exulcerentur ſubditi, nequa nimia
,, benignitate ſolvantur. Hoc nimirum illa ta-
,, bernaculi arca ſignificat, in qua cum tabulis
,, virga ſimul & manna eſt: quia cum Scriptu-
,, ræ ſacræ ſcientia eſt in boni rectoris pectore,
,, ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & manna dulce-
,, dinis. Hinc etiam David ait: *Virga tua, &* Pſal. 22.
,, *baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*. Virga et-
,, enim percutimur, & baculo ſuſtentamur. Si
,, ergo eſt diſtrictio virgæ, quæ feriat, ſit &
,, conſolatio baculi, quæ ſuſtentet. Sit itaque a-
,, mor, ſed non emoliens: ſit rigor, ſed non
,, exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderate
,, ſæviens: ſit pietas, ſed non plus, quam ex-
,, pediat, parcens. Intueri libet in Moyſi pecto-
,, re miſericordiam cum ſeveritate ſociatam.
,, Videamus amantem pie, & diſtricte ſævientem.
,, Certe cum Iſraeliticus populus ante Dei o-
,, culos pene inveniabilem contraxiſſet offen-
,, ſam, ita ut ejus rector audiret: *Deſcende, pec-*
,, *cavit populus tuus*, ac ſi ei divina vox diceret:
,, Qui in tali peccato lapſus eſt, jam meus non
,, eſt; atque ſubjungeret: *Dimitte me, ut ira-* Exod. 32.
,, *ſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, fa-*
,, *ciamque te in gentem magnam*: ille ſemel & i-
,, terum pro populo, cui præerat, obicem ſe
,, ad impetum Dei iraſcentis opponens, ait:
,, *Aut dimitte eis hanc noxam, aut, ſi non facis,*
,, *dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*. Penſemus
,, ergo, quibus viſceribus eumdem populum a-
,, mavit, pro cujus vita de libro vitæ deleri ſe
,, petiit. Sed tamen iſte, qui santo ejus popu-
,, li amore conſtringitur, contra ejus culpas
,, penſemus, quanto zelo rectitudinis accenda-
,, tur. Mox enim ut petitione prima, ne dele-
,, rentur, culpæ veniam obtinuit, ad eumdem
,, populum veniens, ait: *Ponat vir gladium ſuum* Exod. 32.
,, *ſuper femur ſuum: ite, & redite de porta uſque*
,, *ad portam per medium caſtrorum, & occidat u-*
,, *nuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum*
,, *ſuum: cecideruntque in die illo quaſi viginti tria*
,, *millia hominum*. Ecce qui vitam omnium et-
,, iam cum ſua morte petiit, paucorum vitam
,, gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris:
,, foris accenſus eſt selo ſeveritatis. Tanta fuit
,, pietas, ut ſe pro illis coram Domino morti
,, offerre non dubitaret: tanta ſeveritas, ut eos,
,, quos divinitas feriri timuerat, ipſe judicii
,, gladio feriret. Sic amavit eos, quibus præ-
,, fuit, ut pro eis nec ſibi parceret; & tamen
,, delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amavit,
,, ut eos etiam Domino parcente proſterneret.
,, Utrobique legatus fortis, utrobique admi-
,, rabilis mediator, cauſſam populi apud De-
,, um precibus, cauſſam Dei apud populum
,, gladiis allegavit. Intus amans divinæ iræ
,, ſupplicando obſtitit: foris ſæviens culpam
,, feriendo conſumſit. Succurrit citius omni-
,, bus, oſtenſa morte paucorum. Et id-
,, circo omnipotens Deus fidelem famulum

suum

,, axandivit agentem pro populo, quia vidit, quid
,, ſuper populū acturus eſſet ipſe pro Deo. In regi-
,, mine ergo populi utrūque Moyſes miſcuit, ut
,, nec diſciplinæ daeſſet miſaricordia, nec miſeri-
,, cordiæ diſciplina. Unda ſ Job juxta utrāque vir-
,, tutem dicitur: *Cumque ſederem quaſi rex circum-*
,, *ſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſola-*
,, *tor*. Sedere quippe circumſtante exercitu, vi-
,, gor eſt ac diſciplina regiminis; mœrentium
,, vero corda conſolari, aſt miniſterium pietatis.
August. In Enchirid. c. 72. ,, ET qui emendat varbere, in quem pote-
,, ſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina,
,, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læſua,
,, aut offanſus eſt, dimittit ex corde, vel orat,
,, ut ei dimittatur; non ſolum in eo, quod di-
,, mitti, atque orat, verum etiam in eo, quod
,, corripit, & eliqua emendatoria pœna plectit,
,, eleemoſynam facit, quia miſericordiam præ-
,, ſtat; multa enim bona præſtantur invitis,
,, quando eorum conſulitur utilitati, non volun-
,, tati: quia ſibi ipſi inveniuntur eſſe inimici.

Niſi ex cauſſa juſta ſervet rigorem, vel faciat diſpenſationem, ut dictum eſt.

TITULUS XXX.

De ſcandale, & perplexitate, & notorio.

SUpra titulo proximo facta eſt mantio de ſcandalo; unde videndum, quid ſit ſcandalum, & unde dicatur, & quid ſit ſcandalizare proximum; utrum omne ſcandalum ſit peccatum mortale, & in quibus non; ultimo de perplexitata, quæ provanit interdum ax ſcandalo, & aliis peccatis, aliqua ſupponemus.

---

§. I.

De ſcandale.

SCandalum eſt dictum, vel factum, vel ſignum, cujus occaſione trahitur quis in conſenſum mortalis peccati.

Scandalum autem eſt dictio græca, quæ oſfenſionem ſignificat, a ruina dictum, quod occaſio ſit cadandi, ſi quid obſtet eunti, a *σκάζω claudico*, quod claudua inflectens ſe, videatur tendere ad ruinam.

Patet jam ax his, quid ſit ſcandalum, & ſcandalizare proximum; quia nihil aliud eſt, quam offendere proximum, provocando eum in conſenſum mortalis peccati occaſione dicti, vel facti, val cujuſcumqua exterioris ſigni.

Utrum autem omna ſcandalum ſit mortala peccatum, videndum eſt: & quidem plures auctoritates videntur expreſſe dicere quod ſic, &
Matth. 18 Evangelium: *Væ illi, per quem ſcandalum venit, expedit ei potius, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*: hic aſſignatur pœna peccati mortalis; ergo aſt mortale.

Pſal. 139. Item Apoſtolus, 1. Cor. 8. *Si eſca mea ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum*. Item Pſalmus: *Juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi*, quaſi non in via, ſed in invio.

Aug. de Bono Conjug. c. 18. Item Auguſtinus cauſſa 32. q. 4. *Sicut ſatius eſt mori fame, quam idolothyto cum ſcandala veſci*.

Itam non ſolum multitudinis, vel majorum ſcandalum eſt vitandum, ſed etiam puſillorum, juxta teſtimonium veritatis, Matth. 18. *Qui ſcandalizat unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & dejiciatur in profundum maris*.

Econtra videtur, quod ipſe peccans dicitur ſcandalum; unde Dominus ait Petro, Matth. 16. *Scandalum mihi es*. Similitar Sacerdos dicitur eſſe ſcandalum totius Parochiæ, quum tenet publice concubinam.

Ad hoc dicas, quod nec omne peccatum mortale eſt ſcandalum, nec omne ſcandalum eſt peccatum mortale, vel etiam peccatum. Non omne peccatum mortale eſt ſcandalum, ideo dixi; quia nullum peccatum in ſa pure conſideratum eſt ſcandalum, ſed per accidens, id eſt, ex ao quod peccatum manifeſtum eſt, & ideo datur aliis occaſio peccandi; ſecus ſi occultum. Non omne ſcandalum eſt peccatum mortala, vel etiam peccatum, ideo dixi; quia quandoque nullum, vel modicum peccatum eſt: unde ut plenius liqueat, in quibus caſibus ſcandalum eſt peccatum, in quibus non,

Nota diſtinctionem: quia aut ipſum factum, dictum, vel ſignum, cujus occaſione alii trahuntur ad peccatum, eſt malum in ſa, aut bonum, aut indifferens. In primo caſu fugiendum eſt omnino ſcandalum, tum propter factum, quod in ſe malum eſt, tum propter circumſtantiam facti, quæ eſt mala, quia dat aliis occaſionem peccandi. In ſecundo vero caſu, ſcilicet quando eſt bonum in ſe, quod ſit, alii tamen eſt occaſio peccandi; ſi tale bonum aſt, quo omiſſo non eſſet ſalus omittenti, non debet dimittara illud propter aliquod ſcandalum; aliter videtur quod ſit omittendum. Extr. de renunc. c. *Niſi*, *§. Pro gravi*. *v. pag. 316*

Unde Innocentius III. extr. de nov. oper. nunc. c. *Cum ex injuncto*, verſ. *Licet*: *Opera illa, quæ ſine peccato mortali omitti non poſſunt, non ſunt pro vitando ſcandalo dimittenda, nec ea debent pro vitando ſcandalo committi, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt: ab his tamen, quæ ſine peccato mortali committi poſſunt pariter, & dimitti, eſt pro ſcandalo tolendo ceſſandum, & eis pro vitando ſcandala inſiſtendum*. Diſt. 14. c. *Sicut*. Cauſſa *v. pag. 59.*
1. q. ult. c. *Etſi illa*. *v. pag. 343*

QUæ ſine peccato committuntur) *Ut loqui aliquanda, vel non loqui, comedere carnes, vel abſtinere ab eis. Creda tamen, quod non debet eſſe quis facilis ad credendum, quod alii ſcandalizentur de bono opere, quod facit; nec facile propter hujuſmodi metum ſcandali debet ceſſare a bono, cum debeat potius præſumere de aliis, quod ſint boni, quam quod ſint mali; durante tamen conſcientia hujuſmodi, ſcilicet, quod alii ſcandalizentur ex illo bono, debet illud dimittere, ex quo ſine eo poteſt eſſe ſalus, ne faciens contra conſcientiam ædificet ad gehennam.* *Poſtillator.*

Quid, ſi dicat mihi conſcientia, quod iſte ſcandalizabitur, niſi dedero ei librum meum, aut ſi petiero ab eo ſub judice res mihi ablatas ab eo; numquid propter vitandum ſcandalum ejus teneor ei dare rem meam, aut ceſſare a repetitione, poſito etiam quod mihi revelatum eſt, ipſum ſcandalizandum ex hoc?

Reſp. Si ſtatus meus, vel familiæ meæ non eſt in tuta, ſi caream re mea, quia pauper ſum, & indigebo cum familia, & ero in periculo incidendi

Digitized by Google

in impatientiam, aut murmurationem in Deum, non teneor rem meam dare, aut a repetitione ceſſare, cum debeam me plus diligere, & meos, quam extraneum. Propter hoc enim excuſatur, qui indigens, ab alio accipit ad uſuram, ut ſit ſecurus ab eo: ſi autem in tuto ſit ſtatus meus, & familiæ meæ, licet re hujuſmodi caruero, ita quod ex hoc nullum mihi, vel familiæ meæ immineat periculum; credo quod teneor dare rem petitam propter vitandum ſcandalum ejus; ſi tamen credam eum ea re bene eſſe uſurum; alias non: quia in hoc caſu dare ei rem illam, eſſet dare gladium in manu furioſi.

Circa illum autem, qui abſtulit res meas, ſi non eſt ſolvendo, & pœnitet de peccato, paratus ſatisfacere, ſi haberet unde; credo quod propter vitandum ejus ſcandalum, debeo ceſſare a repetitione, cum ſine periculo poſſim re illa carere: ſi autem eſt ſolvendo, & non pœnitet; non credo, quod tenear ceſſare a repetitione propter ejus ſcandalum; quia in hoc caſu non ſcandalizo eum, licet ſcandalizetur ille; ſicut Judæi ſcandalizati ſunt a Chriſto, ipſe tamen non ſcandalizavit eos.

Et hæc notantur in his verſibus:

Scandala pro vita, doctrina, juſtitiaque
Tu non effugies, ſunt in reliquis fugienda.

Pro vita, quia pro nullo ſcendalo debet quis mortaliter peccare. *Doctrina*, quia doctor, vel prædicator non debet falſum docere, vel prædicare pro aliquu ſcandalo; tacere tamen poteſt, & debet, ſi omnes obſtinati ſunt ita, quod deteriores efficiuntur doctrina. Require ſupra de doct. ordin. §. *In ſumma*. *Juſtitia*, quia nec judex falſam ſententiem, nec teſtis falſum teſtimonium debet ferre pro aliquo ſcandalo, & in iſtis caſibus locum habet Decretal. Extr. de regulis juris, cap. *Qui ſcandalizaverit*, verſ. *Utilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas deſeratur*, veritas ſcilicet vitæ, doctrinæ, juſtitiæ.

In tertio caſu, ſcilicet quum eſt indifferens, videtur ſecundum prædicta omnino ceſſandum eſſe propter ſcandalum.

[*Caſus.*] Pone, quod aliquis religioſus, vel alias juſtus habet puram, & ſerenam conſcientiam apud Deum; multi tamen ſuſpicantur malum de ipſo, & ſic ſcandalizantur, quid fiet?

Videtur, quod ſufficiat ei conſcientia. Apoſtolus: *Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium, &c.* [*2. Cor. 1.*] Job. *Ecce in cælo teſtis meus*. [*Job. 16.*] Auguſtinus: *Senti de Auguſtino quidquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* [*lib. contra Secundin. c. 1.*]

Ad hoc dicas tamen, quod debet quantum eſt in ſe, niti ſatisfacere eis, oſtendendo eis intentionem ſuam, & cauſſam, removendo etiam ſpeciem mali; nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. Cauſſa 11. q. 3. c. *Non ſunt audiendi, ſive viri ſancti, &c.*

[AUGUST. *lib. de bono viduitatis, c. 22.*]
,, NOn ſunt audiendi, ſive viri ſancti,
,, ſive feminæ, qui quando reprehen-
,, duntur in aliqua negligentia, per quam
,, fit, ut in malam veniant ſuſpicionem, unde
,, ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt ſi-
,, bi coram Deo ſufficere conſcientiam, æ-
,, ſtimationem hominum, non ſolum im-
,, prudenter, verum etiam crudeliter conte-
,, mnentes, cum occidant animas aliorum,
,, ſive blaſphemantium viam Dei (quibus ſe-
,, cundum ſuam ſuſpicionem quaſi turpis, quæ
,, caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum) ſive
,, etiam cum accuſatione imitantium, non
,, quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſ-
,, quis a criminibus flagitiorum, atque facino-
,, rum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit:
,, quiſquis autem etiam famam, & in alios eſt
,, miſericors: nobis enim neceſſaria eſt vita
,, noſtra, aliis fama noſtra.

Ut ſuper hoc daret nobis exemplum Dominus, voluit ſolvere tributum dicens Petro: *Ne forte ſcandalizemus eos, vade ad mare, &c.* Et Apoſtolus Rom. 12. *Si fieri poteſt, quod ex nobis eſt, cum omnibus pacem habentes.* Si autem nolunt recipere ſatisfactionem, ſed parati ſunt reprehendere, & non mutari; tunc debent dolere, quia illi peccant, & ſufficiet eis conſcientia bona: unde quum Dominus dixiſſet: *Non quod intrat in os, ſed quod procedit ex corde, coinquinat hominem*; [*Matth. 5.*] dixerunt diſcipuli ad Dominum: *Scis quia audito hoc verbo Phariſæi ſcandalizati ſunt*, & reſpondet Dominus: *Sinite eos abire, cæci ſunt, &c.*

Item quid fiet, ſi multitudo eſt in ſcelere, vel etiam pauci, potentes tamen, quos magna ſequitur multitudo; numquid excommunicabit eos Epiſcopus, ſi nolunt ſe corrigere?

Ad hoc dicas, quod ſi illi cognoſcunt ſe peccare in hoc, de quo reprehenduntur; tamen nolunt ceſſare, & ſi infligatur eis pœna excommunicationis, vel ſimilis, timetur ſchiſma, vel aliud magnum malum, poteſt & debet diſſimulari: fiant tamen comminationes de ſcripturis, & interim caute attrahantur majores, & ſapientiores inter eos, & magis ſpirituales, quorum auctoritate, & leniſſimis quidem, & inſtantiſſimis admonitionibus cetera multitudo frangatur. Diſt. 44. c. *Comeſſationes*, diſt. 50. *Ut conſtitueretur*. [*v. pag. 40.*] Cauſſa 23. q. 4. c. *Ipſa*, & c. *Cum quiſque*.

[AUGUST. *ad Aurelium Epiſc. Ep. 64.*]
,, COmeſſationes, & ebrietates ita conceſ-
,, ſæ, & licitæ putantur, ut in honorem
,, etiam Beatiſſimorum Martyrum, non ſolum per
,, ſolemnes dies (quod ipſum quis non lugendum
,, videat, qui hæc non carneis oculis inſpicit?) ſed
,, etiam quotidie celebrentur (Et poſt pauca)
,, Non ergo aſpere, quantum æſtimo, non du-
,, riter, non modo imperioſo iſta tolluntur;
,, ſed magis docendo, quam jubendo, magis
,, monendo, quam minando. Sic enim agendum
,, eſt cum multitudine peccantium. Severitas au-
,, tem exercenda eſt in peccata paucorum. Et ſi
,, quid minamur, cum dolore fiat, de ſcripturis
,, comminando vindictam futuram, ne nos ipſi in
,, noſtra poteſtate, ſed Deus in noſtro ſermo-
,, ne timeatur. Itaque prius movebuntur ſpiri-
,, tuales, aut ſpiritualibus proximi, quorum au-
,, ctoritate & leniſſimis quidem, & inſtantiſſi-
,, mis admonitionibus cetera multitudo franga-
,, tur.

[AUGUST. *Bonifacio, Ep. 30.*]
,, UT conſtitueretur. . . . . Sed ne forte et-
,, iam de ceteris criminibus ſpe honoris
,, Eccleſiaſtici animus intumeſcens, ſuperbe a-
,, geret pœnitentiam, ſeveriſſime placuit, ut
,, poſt actam pœnitentiam de damnabili crimi-
,, ne nemo fiat Clericus: ut deſperatione tem-
,, poralis altitudinis medicina major & verior
,, eſſet humilitas. Nam & ſanctus David de
,, criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & ta-
,, men in honore ſuo perſtitit, & beatum Petrum
,, quando amariſſimas lacrymas fudit, utique
,, Deum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus
,, manſit; ſed non ideo opinanda eſt ſupervacua
,, poſteriorum diligentia; quia ubi ſaluti ni-
,, hil detrahebatur, humilitati aliquid addide-
,, runt, quo ſalus totius muniretur: exſperti,
,, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affe-

,, cta-

„ ſtatas honorum potentias: cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in hujuſmodi cauſſis, ubi per graves diſſenſionum ſciſſuras non hujus, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorũ plurimorum ſtrages jacent, detrahendum eſt aliquid ſeveritati, ut majoribus ſanandis malis caritas ſincera ſubveniat.

August. Contra Epiſtolam Parmen.

„ CUm quiſque fratrum, id eſt, Chriſtianorum intus in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum ſchiſmatis nullum eſt (& infra) Quando ita cujuſque crimen eſt notum, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorſus, vel non tales habent defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeveritas diſciplinæ.

Si vero peccatum, quod faciunt, auctoritate defendunt, quaſi non ſit peccatum; tunc non debet circa tales dormire ſeveritas diſciplinæ: nam tales etiam hæretici poſſunt dici. De pœnit. diſt. 6. c. 1. ſeu, *Qui vult*, in fin. diſt. 50. c. *Domino ſancta*, diſt. 82. *c. Plurimos*.

v. pag. 345 August. De lib. de pœnitentia, c. 10.

„ QUi vult confiteri peccata, ut inveniat gratiam... Licet enim pœnitentia poſſit ei acquirere gratiam, non tamen mox reſtituit in poteſtatem primam. Etſi enim Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit, & ſæpe lapſis Sacerdotibus reddita dignitatis ſit poteſtas; non tamen neceſſe eſt, ut hoc omnibus concedatur quaſi ex auctoritate. Invenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quaſi imperat: invenitur alia, quæ minime concedit, ſed vetat: quæ Scripturæ non repugnant, ſed concordant, ſi locus, & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot ſint, qui labuntur, ut priſtinam dignitatem ex auctoritate defendant, & quaſi auſum peccandi faciant ſibi; recidenda eſt ſpes iſta. Si vero locus eſt, ubi iſta non concurrant, reſtitui poſſunt qui peccant. Itaque Pontifex juſtus atque diſcretus non cogitur ſuos Sacerdotes ſemper abjicere; nec mox reſtituere, niſi ſtatutum fuerit a Romano Pontifice.

Siricius Papa Ad Himerium Tarracon. Epiſc. Ep. 1. c. 7.

„ PLurimos Sacerdotes Chriſti, atque Levitas, poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tã de conjugibus propriis, quam etiam de turpi coitu ſobolem didicimus procreaſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere; quin in veteri teſtamento Sacerdotibus, ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quiſquis ille eſt ſectator libidinũ præceptorque vitiorum, ſi æſtimat, quod in lege Moyſis paſſim Sacris Ordinibus a Deo noſtro relaxata ſunt fræna luxuriæ; cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum præmonet, dicens: *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter?* Cur etiam procul a ſuis domibus, anno vicis ſuæ in templo habitare juſſi ſunt Sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoribus poſſint carnale exercere commercium, ut conſcientiæ integritate fulgentes, munus acceptabile Deo offerrent, quibus expleto deſervitionis ſuæ tempore, uxorius uſus ſolius ſucceſſionis cauſſa fuerat relaxatus: quin non ex alia, niſi ex Tribu Levi, quiſquam ad Dei miniſterium præceptus fuerat admitti.

Luc. 20.

Hoc etiam nota, quod peccans dicitur quandoque *ſcandalum*, improprie, & per figuram, quæ dicitur, *Emphaſis*; ſicut illud: *Davus eſt ipſum ſcelus*: & in hac ſignificatione ait Dominus Petro, Matth. 16. *Scandalum mihi es*.

---

§. II.

De perplexitate.

CIrca perplexitatem nota, quod alia eſt juris, alia facti. Perplexitas juris eſt, quum aliquis circa illud, quod ſibi occurrit faciendum, invenit diverſas auctoritates ſibi ad invicem pugnantes. Hæc perplexitas per contrariorum concordiam eſt ſolvenda: nam in jure nulla eſt contrarietas realis, ſed ſuperficialis tantum. Perplexitas facti eſt, quum Diabolus ſuggeſtione ſua mala, ut ait Gregorius, pleroſque ita peccare facit, quatenus ſi peccatum fortaſſe fugere appetant, hoc ſine aliquo peccati laqueo non evadant. Contra iſtam autem perplexitatem dat ipſemet Gregorius conſilium dicens: *Eſt tamen quod ad deſtruendas Behemoth verſutias ſubtiliter fiat; dum mens inter maxima, & minora peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccata evadendi aditus patet, minora ſemper eligantur; quia & qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, ubi brevior murus invenitur*. Dicas ergo, quod veritate inſpecta, nihil eſt perplexitas; nec aliquis poteſt eſſe perplexus inter duo mala, id eſt neceſſitate adſtrictus ad aliquod malum perpetrandum. Auguſtinus: *Vaſis iræ numquam Deus redderet interitum, ſi non ſpontaneum inveniretur bonum habere peccatum*. Idem: *Uſque adeo peccatum voluntarium*. Cum ergo poſitus eſt inter duo mala, aut poteſt utrumque vitare, aut alterum facere ſine peccato, & quum oportet me alterum facere, debeo eligere juxta conſilium Gregorii, quod per ſe conſideratum, eſſet minus peccatum.

Gregor. in Moralib. p. 6. lib. 22. c. 55. & 56.

Gregor. ibidem, c. 20.

Auguſtin. Cauſſa 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor, & c. Vaſia. Auguſtin. lib. de præd. & gratia, c. 15. Greg. lib. 32. in Job. c. 20.

Pone Sacerdotem inductum ad Miſſam, & pervenit jam ad illa verba: *Hoc eſt Corpus*. Tunc occurrit conſcientiæ ſuæ aliquod mortale; quid faciet? Si procedit, peccat mortaliter conficiendo, & ſumendo: *Quia judicium ſibi manducat, & bibit, &c.* Si non conficiat, & fingat ſe conficere, gravius peccare videtur, quia Deo videtur illudere, & populo, quem decipit, ſe adſtringit. Extr. de celebrat. miſſ. cap. *De homine*.

1. Cor. 11.

Innoc. III. Rectoribus Romanæ fratér.

„ DE homine (& infra) Quæſiviſtis quid de incauto Presbytero videatur, qui cum ſe ſciat in mortali crimine conſtitutum, Miſſarum ſolemnia, quæ non poteſt propter neceſſitatem quamlibet intermittere, propter ſui facinoris conſcientiam dubitat celebrare, peractiſque ceteris circumſtantiis, Miſſam celebrare ſe fingit, & ſuppreſſis verbis, quibus conficitur Corpus Chriſti, panem & vinum tantummodo pure ſumit, ita credens per id, quod prætendit, populo ſatisfacere, ut per hoc, quod intendit, Deum non debeat provocare. Cum ergo falſa ſint abjicienda remedia, quæ veris ſunt periculis graviora, licet is, qui pro ſui criminis conſcientia reputat ſe indignum, peccet graviter, ſi ſe ingerat irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui ſic fraudulenter illud præſumſerit ſimulare, cum ille in ſolius miſericordis Dei manum incidat, iſte vero non ſolum Deo

„ (cui

Digitized by Google

„ cui non veretur illudere, ſed populo, quem
„ decipit, ſe adſtringat.

Si autem ex toto dimittat, magnum ſcandalum generat, & ita videtur perplexus.

Solutio. Credo præcipuam, & tutiorem viam, ut pœniteat, & convertatur; doleat etiam, quia ita tarde pœnitet, & proponat confiteri quam cito poterit habere opportunitatem; & ſic conficiat, & ſumat: ſi hoc non poteſt, vel non vult facere, dicunt quidam, quod ſimplicem hoſtiam debet ſumere; ſed hoc videtur reprobari in prædicta decretali, *De homine*. Unde ſi non conſecravit, tutius eſt ex toto dimittere: ſi conſecravit, ſumat propter generalem Eccleſiæ traditionem. Arg. illius Decretalis, *De homine.*

Poſtillator. *QUid de Sacerdote, qui celebraturus, per negligentiam panem non miniſtrat, aut vinum in Calice, aut aquam, nec advertit, donec veniat ad verba confectionis, vel etiam uſque ad ſumtionem; nec advertit de defectu panis, vel vini, vel aquæ?*

Reſp. Defectio vini, vel aquæ, vel panis, vel cujuslibet iſtorum, ſi eam deprehenderit antequam veniat ad verba, quæ ſunt de ſubſtantia conſecrationis; ſuppleat apponendo, quod prætermiſſum eſt. Si prætermiſſum eſt vinum tantum, apponatur. Si autem panis prætermiſſus eſt tantum, & hoc deprehenditur, cum ventum eſt ad verba, quibus conficitur Sacramentum Corporis, apponatur, & repetantur omnia a Te igitur, *ſuper totum; cum vinum nondum ſit conſecratum. Si autem aqua ſit prætermiſſa, & hoc deprehenditur ante verba confectionis, apponatur aqua, Si autem hoc deprehenditur poſtquam eſt facta conſecratio Corporis, & Sanguinis, non apponatur aqua, & nulla fiat iteratio verborum, cum jam facta ſit conſecratio tam Corporis, quam Sanguinis. Si autem tantum facta ſit conſecratio Corporis, apponatur aqua, & nihil reiteretur. Si autem cum ventum fuerit ad ſumtionem, tunc primo deprehenditur vinum eſſe prætermiſſum; tunc debet Sacerdos ponere in Calice vinum cum aqua, & reaſſumere a verbis conſecrationis ſanguinis, Si vero hoc percipitur poſt ſumtionem Corporis, debet Sacerdos apponere aliam hoſtiam ſimul cum Sanguine iterum conſecrandum, & in fine ſumere hoſtiam iterum conſecratam, & Sanguinem, non obſtante etiam ſi prius ſumſit aquam, quæ erat in Calice; quia præceptum de perfectione Sacramenti, majoris ponderis eſt, quam præceptum, quod hoc Sacramentum a jejuno ſumatur.*

Item pone, quod Sacerdos tenet concubinam in domo, Parochiani vident ipſum indutum, quid facient? Si audiunt ejus Miſſam, faciunt contra conſcientiam, quæ dictat eis contrarium, præſertim propter prohibitionem Nicolai, & Alexandri. Diſt. 32. c. *Nullus Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere.*

Si non audiat, ſimiliter remanet ſcrupulus in conſcientia, quia non poteſt aliquis, quantumcumque pollutus ſit, Sacramenta divina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt; idcirco præcipitur, quod percipiatur communio a Sacerdote quantumcumque polluto, uſquequo Epiſcoporum judicio reprobetur. Cauſſa 15. q. ult. *Sciſcitantibus*; & ita videntur perplexi.

Solutio. Hunc articulum latius proſequar, quia circa eum occurrunt quamplurima dubia.

---

§. III.

Clerici non debent habitare cum mulieribus.

UNde notandum, quod Clerici non debent habitare cum mulieribus. Diſt. 32. c. *Hoſpitiolum*. Diſt. 81. c. *Legitur*.

„ HOſpitiolum tuum aut raro, aut numquã *Hieron.*
„ mulierum pedes terant; quia non poteſt *Ad Nepotian.*
„ toto corde cum Deo habitare, qui femina-
„ rum acceſſibus copulatur. Femina conſcien-
„ tiam ſecum pariter habitantis caurit. Num-
„ quam de mulierum formis diſputes. Femi-
„ næ nomen tuum noverint, vultum neſciant.
„ Feminam, quam bene videris converſantem,
„ mente dilige, non corporali frequentia. Si
„ bonum eſt mulierem non tangere, malum
„ eſt ergo tangere.

„ LEgitur, quod Beatus Auguſtinus nec *Gregor.*
„ cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: *Lib. 7. Ep.*
„ Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non *39.*
„ ſunt. Docti ergo viri cautela magna nobis
„ debet eſſe inſtructio.

Nam cohabitatio ſæpe intercipit adulterium. Cauſſa 18. q. 2. c. *Diffinimus*.

„ DIffinimus minime duplex monaſterium ExSynod.
„ fieri; quia ſcandalum, id eſt, offendi- VII.
„ culum multis efficitur. Si vero aliqui cum *c. 20.*
„ cognatis mundo abrenunciare, & monaſti-
„ cam vitam ſectari voluerint, debent quidem
„ viri virorum adire cœnobium; feminæ vero
„ mulierum ingredi monaſterium. In hoc enim
„ placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt
„ dupla, ſecundum regulam ſancti Patris Baſi-
„ lii, & ſecundum præceptionem ejus, ita formẽ-
„ tur: Non habitent in uno monaſterio Mona-
„ chi, & Monachæ: adulterium enim interci-
„ pit cohabitationem, ſi habeat aditũ Monachus
„ ad Monacham, vel Monacha ad Monachum
„ ſecreto ſingulariter ad collocutionem. Non
„ cubet Monachus in muliebri Monaſterio, ne-
„ que ſingulariter cum Monacha convivetur:
„ & quando neceſſaria vitæ a parte virorum ad
„ regulares deferuntur, extra portam hæc ſu-
„ ſcipiat Abbatiſſa monaſterii feminarum cum
„ quadam vetula monacha. Porro ſi contigerit,
„ ut aliquam propinquam ſuam videre voluerit
„ Monachus, in præſentia Abbatiſſæ huic con-
„ fabuletur per modica, & compendioſa ver-
„ ba, & in brevi ab ea diſcedat.

Excipiuntur tamen quædam perſonæ, cum quibus licite poſſunt habitare Clerici, videlicet mater, ſoror, amita, matertera, avia, filia fratris, vel ſororis, uxor filii, & regulariter omnes conſanguineæ per lineam tranſverſalem uſque ad ſecundum gradum incluſive. Arg. Diſt. 81. c. *Cum omnibus*.

„ CUm omnibus omnino Clericis extraneæ Ex Conc.
„ feminæ non cohabitent, ſed ſolæ ma- *Carthag.*
„ tres, aviæ, materteræ, amitæ, ſorores, filiæ *3. c. 17.*
„ fratrum, aut ſororum, & quæcumque ex fa-
„ milia domeſtica neceſſitate, etiam antequam
„ ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel ſi
„ filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores
„ acceperunt, aut ſi ſervis non habentibus in
„ domo, quas ducant aliunde, ducere neceſſi-
„ tas fuerit.

Et conſanguineæ per lineam aſcendentem uſ-

que

que ad quartum gradum. Arg. extr. de conſang. & affin. c. *Non debet*, diſt. 81. c. *Volamur*, & c. *Feminas*.

Innoc. III. *Ex Concil. generali.*

,, NOn debet reprehenſibile judicari, ſi ſe-
,, cundum varietatem temporum, ſtatu-
,, ta quandoque varientur humana, præſertim
,, cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas
,, id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his, quæ
,, in veteri Teſtamento ſtatuerat, nonnulla
,, mutavit in novo. Cum ergo prohibitiones
,, de conjugio in ſecundo & tertio affinitatis
,, genere minime contrahendo, & de ſobola
,, ſuſcepta ex ſecundis nuptiis, cognationi vi-
,, ri non copulanda prioris & difficultatem
,, frequenter inducant, & aliquando pericu-
,, lum pariant animarum, cum ceſſanta prohi-
,, bitione, ceſſet effectus; conſtitutiones ſuper
,, hoc editas, ſacri approbatione Concilii re-
,, vocantes, præſenti conſtitutione decernimus,
,, ut ſic contrahentes de cetero libere copulen-
,, tur. Prohibitio quoque copulæ conjugalis
,, quartum conſanguinitatis, & affinitatis gra-
,, dum de cetero non excedat: quoniam in ul-
,, terioribus gradibus jam non poteſt abſque
,, gravi diſpendio hujuſmodi prohibitio gene-
,, raliter obſervari. Quaternarius vero nume-
,, rus bene congruit prohibitioni conjugii cor-
,, poralis, de quo dicit Apoſtolus: *Quod vir* *1. Cor. 7.*
,, *non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier*;
,, *neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed*
,, *vir*; quia quattuor ſunt humores in corpo-
,, re, qui conſtant ex quattuor alementis. Cum
,, ergo jam uſque ad quartum gradum prohi-
,, bitio conjugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita
,, volumus eſſe perpetuam, non obſtantibus
,, conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel
,, ab aliis, vel a nobis, ut ſi quis contra pro-
,, hibitionem hujuſmodi præſumſerit copulari,
,, nulla longinquitate defendatur annorum:
,, cum diuturnitas temporum non minuit pec-
,, catum, ſed auget, tantoque ſunt graviora
,, crimina, quanto diutius infelicem animam
,, detinent alligatam.

Gregor. *Symmacho defenſori.*

,, VOlumus, ut Sacerdotes prohiberi da-
,, beant, ne cum mulieribus converſen-
,, tur, excepta dumtaxat matre, vel ſorore,
,, vel uxore, quæ caſte regenda eſt.

Syricius *Papa Himerio Epiſc. c. 12.*

,, FEminas non alias in domo Clericorum
,, eſſe patimur, niſi eas tantum, quas pro-
,, pter ſolas neceſſitudinum cauſſas habitare cum
,, iiſdem Synodus Nicæna permiſit.

Et eſt ratio in iſtis, quia fœdus naturale nil ſævi criminis cum talibus exiſtimari permittit. Extr. de cohabit. Cler. & mul. c. *A nobis*, & de præſumt. c. *Cum in juventute*.

Innoc. III *Piſtorienſi Epiſc.*

,, A Nobis tua fraternitas requiſivit (& in-
,, fra) Cum Clericis quoque non permit-
,, tas mulierculas habitare, niſi forte de illis
,, perſonis exſiſtant, in quibus naturale fœdus
,, nihil permittit ſævi criminis ſuſpicari.

Idem. *Cenadien. Epiſc. & Abbati Deciquorum.*

,, CUm in juventute ſua Quinqueeccleſien.
,, Epiſcopus adeo ſe maturum, honeſtum,
,, & providum exhibuerit, ut ab Eccleſia Ro-
,, mana meruerit pallio decorari; non eſt de
,, levi credendum, quod poſtquam ad ſenilem
,, pervenit ætatem, turpiter abjecerit jugum
,, Domini, fœtores libidinis amplexando: cum
,, labes hujuſmodi, quæ nonnumquam in ju-
,, ventute contrahitur, in ſeneɛtute frequen-
,, tius expietur. Quis præterea de facili crede-
,, ret, quod vir præditus ſcientia litterarum,
,, propriæ ſalutis oblitus, ad eam paſſionis i-
,, gnominiam ſe converteret, ut cum propria
,, nepte abominabilem perpetraret inceſtum?
,, Cum etiam ſecundum ſententias ethnico-
,, rum, naturale fœdus inter tales perſonas
,, nihil permittat ſævi criminis ſuſpicari. Li-
,, cet igitur rex Hungariæ eumdem Epiſco-
,, pum nobis per nuncios, & litteras de tali
,, crimine detuliſſet, poſtulans, ut malum hu-
,, juſmodi perniciosum exemplo, de Hunga-
,, rica Eccleſia tolleremus; quia tamen ejus
,, ſuggeſtio non de caritatis radice procedere
,, videbatur, noluimus aures noſtras, quaſi
,, malignis delationibus inclinare, ſed ut pro-
,, baremus, ſi ſpiritus eſſet ex Deo, Aurienſi
,, Epiſcopo dedimus in mandatis, ut pruden-
,, ter, & caute a Coepiſcopis indagaret, u-
,, trum præfatum Epiſcopum crederent tali
,, labe reſperſum. Qui nobis poſtmodum re-
,, ſcripſerunt, quod eum virum honeſtæ con-
,, verſationis eſſe credebant, perſonam illius
,, multipliciter commendantes.

Et hoc intelligas, ſi conſanguinea non habet ſecum domicellas, pediſſequas, vel aliquas mulieres ſuſpectas. Nam de talibus dicit Auguſtinus: *Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt*. Diſtinct. 82. cap. *Legitur*. Et in hoc caſu poteſt intelligi extra, de cohabit. Cleric. & mulier. capit. 1. ſeu, *Inhibendum*. *Aug. lib. 5. Epiſt. 39. v. ſupra.*

Ex Conc. *Magunt.*

,, INhibendum eſt, ut nullus Sacerdos fe-
,, minas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe,
,, retineat; ſed neque illas, quas canones
,, concedunt, matrem, amitam, & ſororem:
,, quia, inſtigante diabolo, & in illis ſcelus
,, perpetratum reperitur: aut etiam in pediſ-
,, ſequis earumdem; ſed ſi qua de his neceſſi-
,, tatem habuerit, Presbyteri habeant in vico,
,, aut in villa domum longe a ſua converſatio-
,, ne, & ibi eis, quæ ſunt neceſſaria, ſub-
,, miniſtrent. Prohibendum quoque eſt, ut
,, nulla femina ad altare præſumat accedere,
,, aut Presbytero miniſtrare, aut intra cancel-
,, los ſtare, ſive ſedere.

Item licet dixerim, quod fœdus naturale non permittit eum talibus oriri ſuſpicionem; tamen non debet Clericus, & maxime Epiſcopus, habere cum ea immoderatam familiaritatem, oſculando ſcilicet eam coram hominibus, vel caput ſuum in gremio ejus ponendo, vel ſimile; ne ex hoc vilis, ac contemtibilis habeatur: & ſi admonitus forte nollet deſiſtere, deponatur. Diſt. 34. cap. *Quorumdam*. *v. pag. 340*

Ultra ſecundum gradum lineæ tranſverſalis, diſtingue: aut ſunt ſuſpectæ, quia juvenes, aut non. In primo caſu non poſſunt: in ſecundo poſſunt, & eadem diſtinctio facienda eſt in ancillis; & ſic intelligo diſt. 81. c. *Feminas*, *v. ſupra.* diſt. 32. c. *Interdixit*, in fine.

Ex Conc. *Nicæno cap. 3.*

,, INterdixit per omnia ſancta Synodus, non
,, Epiſcopo, non Presbytero, non Diacono,
,, non Subdiacono, non alicui omnino, qui in
,, Clero eſt, licere ſubintroductam habere mu-
,, lierem, niſi forte aut matrem, aut ſororem,
,, aut amitam, aut etiam eas idoneas perſo-
,, nas, quæ fugiant ſuſpiciones.

Eadem eſt diſtinctio facienda in uxore propria; quia ſi Subdiaconus, vel ſupra habet uxorem legitimam, cum qua contraxerat ante Subdiaconatum, ſi vetula eſt, poteſt eam habere in domo, & eam caſte regere. Diſt. 81. c. *Volumus*, *v. ſupra.* Si vero juvenis, non debet ſecum manere; ſed ſequeſtrato manſionis cubiculo, diſt. 77. c. *Epiſcopus*, *v. Indic.*

Digitized by Google

copus, & arg. de converſ. conjug. c. *Uxoratus*, & c. *Sane ſi conjugati*.

Quidam ab hac diſtinctione excipiunt Epiſcopos, & Monachos, qui indiſtincte non poſſunt etiam cum aliqua conſanguinea habitare. Arg. diſt. 32. c. *Quorumdam*, extr. de converſ. conjug. *Sane ſi conjugati*. Sed licet tutum eſſet hoc, & honeſtum; tamen non obſtant eis illa jura, quia illud capitulum, *Quorumdam*, loquitur quando immoderatsm familiaritatem habet Epiſcopus cum filia, cujus occaſione vilis a ſubditis habeatur; & ſic illa decretalis, *Sane*, loquitur in uxore Epiſcopi, quæ omnino debet intrare religionem.

v. pag. 349 & 73.

---

§. III.

De pœna Clerici non ſervantis continentiam.

DE pœna Clerici non ſervantis continentiam ita teneas, quod ſi accuſatus eſt convictus, debet deponi. Diſt. 81. cap. *Si quis Clericus*, & cap. *Presbyter*, & cap. *Si quis Epiſcopus*.

v. pag. 55. Ex Synod. III. *Aurel. c. 7.*

„ SI quis Clericus adulteraſſe, aut confeſſus, aut convictus fuerit, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in Monaſterio toto vitæ ſuæ tempore detrudatur.

Ex Canon. *Apoſtolorum.*

„ SI quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, poſt Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab Eccleſia projectus, inter Laicos agat pœnitentiam.

Item aut eſt notorium, eum habere concubinam, aut non. In primo caſu, ſi eſt notorium juris, puta quod eſt condemnatus de illo crimine, vel eſt confeſſus ſponte in jure, vel canonice convictus; debent ſubditi vitare ipſum in Sacramentis, quia ex tunc eſt ipſo jure ſuſpenſus. Cauſſa 15. q. 5. c. *Presbyter*, extr. de cohab. Cler. & mulier. c. *Veſtra*.

Nicolaus *Salomoni Conſtantienſi Epiſc.*

„ PResbyter, aut Diaconus, quem aſſeris crimina nolle publice confiteri, ſed velle cum Sacramento defendere ſe, etſi tamen notum ſit Epiſcopo eſſe ſcelus ab ipſo perpetratum, non poteſt per aliquam pœnitentiam Sacerdotali, vel Diaconali officio potiri; ſed mirandum eſt, ſi ipſe confeſſus non fuerit, quomodo notum poſſit eſſe Epiſcopo ſcelus ab ipſo perpetratum, niſi accuſatore forte idoneo per teſtes idoneos approbante. Unde ſi examinante Epiſcopo cauſſam Presbyteri, vel Diaconi, non fuerit per teſtium approbationem Presbyter, vel Diaconus forte convictus, non eſt ſcelus Epiſcopo legitime manifeſtum, niſi ſua ſponte ipſe confiteatur. Quod niſi fecerit, interim non videmus ſuo debere Presbyterum, vel Diaconum officio privari. Sola ergo ſpontanea confeſſio, & Canonicus numerus, & qualitas teſtium (decernentibus Epiſcopis, & accuſatore, quod objecerst, comprobsnte) Clericum privat proprio gradu.

Lucius III. diſt. 33. c. *Nullus*, cauſſa 15. q. 8. cap. *Sciſcitantibus*.

„ VEſtra duxit devotio inquirendum (& infra) Alicubi dicitur: *Nullus audiat Miſſam Sacerdotis, quem ſcit indubitanter concubinam habere*. Alibi vero legitur: *Non poteſt aliquis quantumcumque pollutus fuerit, divina polluere Sacramenta, quæ purgatoria cunctarum contagionum exſiſtunt*. Qualiſcumque enim Sacerdos ſit, quæ ſunt ſancta, coinquinari non poſſunt. Sumite ergo ab omni Sacerdote Chriſti myſteria; quia omnia in Chriſti fide purgantur. Ceterum aliud eſt crimen notorium, aliud occultum. Notorium definitur, de quo Presbyter canonice condemnatur. Occultum, quod ab Eccleſia toleratur. Ceterum aliud eſt, quando crimen notorium non diffitetur Presbyter, vel de ipſo eſt canonice condemnatus. Aliud eſt pene occultum, quod ab Eccleſia toleratur. Item aliud eſt a talium officiis abſtinere, ut peccandi licentia ceteris auferatur, & hujuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur; atque aliud, ſi talium tamquam in fornicatione jacentium, myſteria reſpuantur. Sine dubitatione itaque teneatis, quod a Clericis, & Presbyteris quamquam fornicariis, quamdiu tolerantur, nec habent operis evidentiam, licite divina myſteria audiantur, & alia recipiantur Sacramenta Eccleſiaſtica.

Idem credo, licet aliter quidam dixerint, ſi eſt notorium facti, puta quia mulierem ſuſpectam publice tenet in domo, & etiam forte ſunt argumenta gradientia ſuper terram, quia quum ſit publicum non ex fama, ſed ex evidentia, ita quod nec poſſit aliqua tergiverſatione celari, nec teſtis eſt neceſſarius, nec etiam accuſator. Extr. de cohab. Cler. & mul. c. *Tua*.

Alex. III *Exonen. Epiſcopo.*

„ TUa nos duxit fraternitas conſulendos, ſi de Clericis publice concubinas habentibus, qui quando a te conveniuntur, ſe eſſe concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accuſator; credendum ſit teſtimonio bonorum virorum, inter quos vivere dignoſcuntur. Nos igitur conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi crimen eorum ita publicum eſt, ut merito debeat appellari notorium; in eo caſu nec teſtis, nec accuſator eſt neceſſarius, cum hujuſmodi crimen nulla poſſit tergiverſatione celari. Si vero publicum eſt, non ex evidentia, ſed ex fama; in eo caſu ad condemnationem eorum ſola teſtimonia non ſufficiunt, cum non ſit teſtimoniis, ſed teſtibus judicandum. Sed ſi de Clericis ipſis talis habeatur ſuſpicio, ut ex ea ſcandalum generetur in populo, licet contra ipſos non apparuerit accuſator; eis tamen eſt Canonica purgatio indicenda, quam ſi præſtare noluerint, vel defecerint in præſtanda, eos Canonica debetis animadverſione punire.

Debet etiam talis admoneri ab Epiſcopo, ut ſe corrigat, & ſi noluerit ſe corrigere, ſuſpendatur a beneficio Eccleſiaſtico, uſque ad ſatisfactionem congruam: & ſi adhuc perſeveraverit, in perpetuum removeatur. Extr. de Cohab. Cleric. & mul. cap. *Sicut ad exſtirpandam*: & ſecundum hoc intelligitur diſt. 32. cap. *Nullus*, & cap. *Præter hoc*, diſt. 81. cap. *Si qui ſunt Presbyteri*, extr. de cohab. Cleric. & mul. c. *Veſtra*, in fin. & c. *Tua*, & extr. de verb. ſignific. c. *Cum olim*.

v. Indic. v. Indic. v. ſupra.

Alex. II.

„ PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, ut nullus Miſſam audiat Presbyteri, quem ſcit concubinam habere indubitanter, vel ſubintroductam mulierem. Unde etiam ſancta Synodus hoc capitulum ſub excommunicatione ſtatuit, dicens: Quicumque Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum poſt conſtitutum beatæ memoriæ prædeceſſoris noſtri ſancti Leonis Papæ, & Nicolai de caſtitate Cleri-

corum

Digitized by Google

„ eorum concubinam palam duxerit, vel dictam non reliquerit; ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli præcipimus, & omnino contradicimus, ut Miſſas non cantet, nec Evangelium legat, nec Epiſtolam ad Miſſam, neque in Presbyterio cum his ad divina officia, qui præfatæ Conſtitutioni inobediantes fuerint, maneat, neque partem ab Eccleſia ſuſcipiat. Præcipientes etiam ſtatuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui eiſdem prædeceſſoribus noſtris obedientes, caſtitatem ſervaverint, juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt (ſicut oportet religioſos Clericos) ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſiis competit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad Apoſtolicam, communem ſcilicet vitam, ſummopere pervenire ſtudeant, quatenus profectionem cum his conſecuti, qui centeſimo fructu ditantur, in cæleſti patria mereantur adſcribi. Deinde ut decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes vivorum, & mortuorum Eccleſiis Dei, fideliter reddantur a Laicis, & ut in diſpoſitione Epiſcoporum ſint, quas qui retinuerint, a ſanctæ Eccleſiæ communione ſeparentur.

Gregor. Omnibus per regnū Italicum, & Teutonicorum, &c.

„ SI qui ſunt Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, qui in crimine fornicationis jaceant, interdicimos eis ex parte Dei Patris omnipotentis, & ſancti Petri auctoritate, Eccleſiæ introitum, uſque dum pœniteant, & emendent. Si qui vero in peccato ſuo perſeverare maluerint, nullus veſtrum eorum præſumat audire officium, quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, teſtante Domino per Prophetam: *Maledicam*, inquit, *benedictionibus veſtris*. Qui vero huic ſaluberrimo præcepto obedire noluerint, idololatriæ peccatum incurrent, Samuele teſtante, & beato Gregorio inſtruente: *Peccatum ariolandi eſt non obedire, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere*. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quiſquis, dum Chriſtianum ſe eſſe aſſerit, Sedi Apoſtolicæ obedire contemnit.

Malac. 2.

Innoc. III, Comitiſſæ Bleſen.

„ CUm olim pro Canonicis Carnoten. quoddam capitulum contra te fuit allegatum, quod dicebant in Eccleſiæ ſuæ privilegiis contineri: ut videlicet nemini liceat, excommunicatis, vel nominatim interdictis pro Canonicis Carnoten. abſque congrua ſatisfactione abſolutionis beneficium indulgere (& infra) Quia vero dum anſam ſolvimus, nodum dicimur ligaviſſe propter hoc, quod eiſdem Canonicis (velut aſſeris) proponentibus illam offenſam eſſe manifeſtam, non quæ Judici, nec quæ alii, ſed quæ ſibi tantummodo manifeſta videtur, offenſam illam nos reſcribimus intelligere manifeſtam, quæ vel per confeſſionem, vel probationem legitime nota fuerit, aut evidentia rei, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari.

Hæc opinio confirmatur extra, de cohab. Cleric. & mulier. c. *Quæſitum*.

Greg. IX.

„ QUæſitum eſt de Clericis in fornicationem prolapſis, ſi eorum ſit officium, prius quam pœnituerint, audiendum. Verum etſi quemlibet pro mortali peccato, quoad ſe ipſum conſtet eſſe ſuſpenſum; non debet tamen in officiis evitari, quia quantum ad alios etiam in caſu propoſito ſuſpenſus non eſt, niſi peccatum hujuſmodi ſic notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in jure, aut per evidentiam rei, quæ tergiverſatione aliqua celari non poſſit.

Si autem non eſt notorium eum habere concubinam, ſed eſt publicum ex fama tantum; ſi non appareat accuſator, & de hoc habeatur ſuſpicio, erit ei purgatio indicenda, in qua ſi defecerit, deponatur. Extra de cohab. Cleric. & mulier. c. *Tua nos*. Et iſte non debet a ſubditis evitari in Sacramentis, quamdiu ab Eccleſia toleratur. De talibus legitur, diſt. 28. c. *Conſulendam*, cauſſa 15. q. ult. c. ult. ſeu, *Sciſcitantibus*.

v. ſupra.

v. pag. 253

Nicolaus ad Conſulta Bulgarorum c. 70.

„ COnſulendum decrevistis, utrum Presbyterum habentem uxorem debeatis ſuſtentare, & honorare, an a vobis projicere? Ad quod reſpondemus: quoniam licet ipſi valde ſint reprehenſibiles; vos tamen Deum convenit imitari, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Dejicere vero eum a vobis ideo non debetis, quoniam nec Judam Dominus, cum eſſet falſus diſcipulus, de numero diſcipulorum ejecit. Verum de Preſbyteris vobis, qui laici eſtis, nec judicandum eſt, nec de vita eorum quidpiam inveſtigandum; ſed Epiſcoporum judicio, quidquid eſt, per omnia reſervandum.

POSTILLATORIS

Annotationes, et Quæſita.

SUſpendatur) *Hoc ordine procedendum eſt contra concubinarios ſecundum jus commune; ſed in regno Franciæ tenet conſtitutio Legati in Francia, quæ talis eſt*: Excommunicamus omnes Sacerdotes, & Clericos quoſcumque, qui poſt legitimam admonitionem focarias, vel alias mulieres, de quibus mala ſuſpicio poſſit oriri, in domibus propriis, vel alibi, ubi populus, vel etiam ſcandalizetur Eccleſia, duxerint tenendas, niſi ſint Clerici, qui in minoribus ordinibus conſtituti, legitime contraxiſſe probentur; qui tamen cum uxoribus Eccleſiaſtica beneficia retinere non debent.

Hæc Cõſtitutio, a Clero Gallicano recepta, & acceptata, forte poſtulata fuit, accedente cõſenſu regiæ majeſtatis, & ſervatis aliis de jure Gallico ſervandis.

De iſta admonitione duplex eſt opinio. Quidam dicunt, quod non ſufficit, niſi ſpecialiter fiat ad perſonam ſuper hoc infamatam. Alii dicunt, quod ſufficit generalis admonitio facta in Synodo, non per modum ſimplicis exhortationis, quam faciunt prædicatores; ſed per modum prælationis, & juriſdictionis, ut ſit via ad incurrendum pœnam illius Conſtitutionis: & licet hæc admonitio fiat ad multitudinem, & ſit Synodalis, id eſt, facta in Synodo; nihilominus eſt perſonalis, cum fiat ad præſentes. Et ſecundum hanc opinionem hujuſmodi generalis admonitio ad illos ſolos extenditur, qui præſentes ſunt; ad alios autem non, ſive teneantur intereſſe Synodo, ſive non; licet ab his, qui interfuerant, audiant poſtmodum hujuſmodi admonitionem factam eſſe. Et quando Epiſcopus intendit facere admonitionem trinam, non ſufficit unum audiſſe, aut duas, niſi & tertia audiatur præſentialiter, & præſente monitore. Item non extenditur hæc admonitio, niſi ad illos ſolos, qui a tempore monitionis illius, hujuſmodi focarias cum ſcandalo detinent. Item oportet, quod ſit trina, vel una pro omnibus facta ex cauſſa; alias non eſſet legitima: & quamvis non exprimatur cauſſa, propter quam ſit una pro omnibus; ſi tamen

Digitized by Google

ſubeſt alia cauſſa, nihilominus incurretur ſententia illius Canonis.

Prima opinio benignior eſt, & communior. Clericus autem, qui cum ſcandalo paſſim, & publice cum pluribus fornicatur, licet gravius peccet, quam ille, qui publice unam tenet focariam; non incurrit tamen ſententiam prædictam, ut credo, quia Conſtitutio illa non videtur loqui, niſi de tenentibus cum ſcandalo focarias, vel alias mulieres: cum pœnæ potius ſint reſtringendæ.

De illis autem, qui tenent mulieres in ſuſpectis locis, & cum ſcandalo; ſed tamen non peccant cum eis, nec peccare proponunt, poteſt dici benigna interpretatione, quod non incidunt in illam ſententiam, & quod illa Conſtitutio intelligitur de illis, qui eas retinent in concubinatu: aliis tamen videtur, quod, ex quo poſt legitimam admonitionem cum ſcandalo tenent mulieres hujuſmodi, ſive peccent cum eis carnaliter, ſive non, incidunt in illam ſententiam poſt admonitionem legitimam: & quod dixit: duxerint retinendas, *intelligo* retinendas, *id eſt, habendas ad uſum carnis: licet enim non teneant eas expenſis ſuis, aut tamquam ſuas proprias concubinas; ex quo tamen utantur eis ad peccatum carnis cum ſcandalo, & poſt admonitionem legitimam, incurrunt ſententiam. Unde ſi Clericus adulteretur cum uxore alicujus manente in domo mariti, & cohabitante cum marito, & hoc cum ſcandalo, & poſt admonitionem incurrit ſententiam prædictam, licet non exhibeat eam ille Clericus, aut alter eam teneat.*

Ab illa autem ſententia, cum conditor Canonis non retinuerit ſibi abſolutionem, poſſunt Epiſcopi abſolvere ſubditos: inferiores autem Prælati non conſueverunt de hoc abſolvere.

Quid, ſi aliquis abſolutus revertatur ad vomitum cum eadem concubina?

Reſp. Si adhuc durat ſcandalum, recidit in eamdem excommunicationem, quamvis non fiat nova admonitio; ſi autem non durat, ſed creditur publice, quod ſit correctus, non incidit in illam ſententiam, donec iterum ſuper hoc ortum ſit ſcandalum, quo exorto, non credo, quod neceſſaria ſit admonitio nova: credo autem, quod peccant Epiſcopi, & inferiores Prælati, ad quos pertinet hujuſmodi admonitionem facere (inferiores enim eam poſſunt facere, etiam ſi ſint ſimplices Sacerdotes; curati tamen, cum conſtitutio illa non ſpecificet, quod ab Epiſcopo ſit facienda) Si per negligentiam, aut alias corrupta intentione omittant eam facere: ſi autem ex juſta cauſſa omittant; quia forte vident ibi multorum ſtragem jacere, vel aliud ſimile, non peccant. De hujuſmodi autem Clericis fornicariis credo, quod non oportet eos vitari tamquam excommunicatos ex illo Canone, niſi conſtet eos tenere focarias cum ſcandalo, & ſuper hoc eos eſſe legitime admonitos, & nominatim excommunicatos: licet autem Epiſcopi poſſint ab hujuſmodi ſententiis abſolvere; non tamen poſſunt diſpenſare ſuper irregularitate contracta; ſi in hujuſmodi excommunicationem publice celebraverunt, aut miniſtraverunt, aut ordines receperunt.

Licet autem idem Legatus multa alia conſtituerit, vel innovaverit ad honeſtatem Clericalem ſpectantia tam contra habitum, quam contra negotiationem, & uſuras, & alia quædam, dicens ſe talia prohibere ſub eadem diſtrictione, ſub qua prohibuit uſum focariarum; non tamen Clerici, qui faciunt contra illas prohibitiones, & poſt admonitionem legitimam, ipſo facto excommunicationem incurrunt; quia quantum ad illas prohibitiones non facit promulgationem latæ ſententiæ, ſed potius commi-nationem ferendæ: & ita habet conſuetudo, quæ optima eſt legum interpres.

---

§. IV.

Aliæ pœnæ imponuntur Clericis continentiam non ſervantibus.

PRæter has pœnas imponuntur adhuc aliæ: quia ſi Clericus in ſacro ordine conſtitutus, matrimonialiter ducat aliquam in uxorem, ipſe Clericus debet privari ordine, & beneficio Eccleſiaſtico; poteſt tamen cum eo diſpenſari ſecundum id, quod dixi ſupra de Bigam. §. *Quæritur*, in fin. Mulier ſi erat libera, debet redigi in ſervitutem Eccleſiæ, diſt. 32. c. *Eos*.

,, EOs, qui poſt Subdiaconatum uxoribus va- URBANUS
,, care volunt, ab omni Sacro ordine re- II.
,, movemus, officioque, atque beneficio Eccle- *in Synodo*
,, ſiæ carere decernimus. Quod ſi ab Epiſco- *apud Mel-*
,, po commoniti non ſe correxerint, principi- *phiam. c.*
,, bus indulgemus licentiam, ut eorum femi- 13.
,, nas mancipent ſervituti. Si vero Epiſcopi
,, conſenſerint eorum pravitatibus, ipſi officii
,, interdictione mulctentur.

Si ancilla eſt, debet vendi. Diſt. 81. cap. *Quidam Clerici*.

,, QUidam Clerici legitimum non habentes Ex CONC.
,, conjugium, extranearum mulierum, vel *Toletano*
,, ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia 4. c. 42.
,, appetunt. Ideo quæ cum Clericis taliter
,, conjunctæ ſunt, ab Epiſcopo auferantur,
,, & venumdentur, illis pro tempore relegatis ad
,, pœnitentiam, quos ſua libidine infecerunt.

Filii tamen nati redigantur in ſervitutem Eccleſiæ Cauſſa 15. q. ult. c. *Cum multæ*.

,, CUm multæ ſuper incontinentia ordinis Ex CONC.
,, Clericorum hactenus emanaverint ſen- *Toletano*
,, tentiæ Patrum, & nullatenus ipſorum refor- 12. c. 9.
,, mari correctio morum quiverit, uſque adeo
,, ſententiam judicantium protraxere commiſſa
,, culparum, ut non tantum inferretur ultio in
,, actores ſcelerum, verum etiam in progeniem
,, damnatorum. Ideoque quilibet ab Epiſcopo
,, uſque ad Subdiaconum deinceps, qui vel ex
,, ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando connu-
,, bio in honore conſtituti filios procreaverint,
,, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur,
,, Canonica cenſura damnentur: proles autem
,, aliena pollutione nata, non ſolum hæredi-
,, tatem numquam accipiet, ſed etiam in ſer-
,, vitutem ejus Eccleſiæ, de cujus Sacerdotis,
,, vel miniſtri ignominia nati ſunt, jure peren-
,, ni manebunt.

In matre tamen dicunt quidam, quod ſi filii ſui adhuc parvuli ſunt, non vendentur; & retrudetur in Monaſterium, ne propter ejus abſentiam filii pereant. Diſt. 34. c. *Fraternitatis*; vel intellige illud c. quando non contraxerat cum eo matrimonialiter. v. pag. 237

Item nota, quod Clericus in Sacro ordine conſtitutus, quando ſeparatur ab illa, quam de facto duxit uxorem, debet eam abjurare ſecundum formam iſtam, quod de cetero nullomodo accedet ad illam, nec cum illa ad unam menſam manducabit, nec bibet, nec ſub uno tecto manebit, niſi in Eccleſia, aut in alio publico loco, ubi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe; nec etiam ibi loquatur cum ea, niſi coram teſtibus

idoneis

idoneis pro certe neceſſitete. Cauſſa 35. q. 6. c. *v. pag. 522* *Ab iſto die*.

Et hæc eſt forma ſervanda, etiem quando ſeparantur propter conſenguinitatem, vel elind legitimum impedimentum, & eſt expreiſa decretalia in hoc caſu, extr. qui Clerici, vel vov. *v. pag. 238* c. *Ex litterarum*. Sed contradicit extr. de cohab. cler. & mul. c. *Clericos*, obi expreſſe dicitur, quod a talibus non debet exigi juramentum, ne inſtinctu diaboli in idem crimen redeant, & inſuper reatum perjurii incurrant.

Alex. III. Salern. Archiep. CLericos in Sacris ordinibus conſtitutos, qui publice tenent concubines, ad eas abjurandas nolumus a tua fraternitate compelli, ne in eamdem fornicationem inſtinctu diabolicæ fraudis redeuntes, perjurii reatum incurrant. Verum ipſos per ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam debes arctius cogere, ut mulieres ipſas a ſe ita removeant, quod de illis ſiniſtra ſuſpicio non poſſit haberi. Et ſi qui eorum ad ipſas redire, vel alias accipere forte præſumſerint, in aliquos eorum debes perpetuæ excommunicationis ſententiam proferre, ut alii eorum exemplo perterriti a ſimilibus arceantur.

Sed illa Decretalis loquitur, quando Clericus habetur ſuſpectus, quod non ſervabit juramentum; quia tunc vere non debet exigi, ſed per ſuſpenſionis, & interdicti ſententiam, vel aliis modis, ut ibidem colligitur, eſt cogendus mulieres ita a ſe removere, ne poſſit haberi ſiniſtre ſuſpicio contra eum: vel illam decretalem, *Clericos*, intellige, quum ſeparatur a concubina; iſtem, *Ex litterarum*, quando ab uxore.

Item nota, quod præſumitur Clericus incontinens, ſi ſæpe loquitur, vel diſputat de formis mulierum, vel ſi mulieres ſæpe veniant ad domum ſuam, vel ſi ipſe frequentat hoſpitia illarum, vel ſi ſolus in loco ſuſpecto inveniatur loqui cum eis, vel ſi inſpiciat eas forte *v. pag. 350* oculo inſatiabili. Diſt. 32. c. *Hoſpitiolum*, diſt. 81. c. *Clericos ſolos*, & c. *In omnibus*, cauſſa 32. q. 5. c. *Nec ſolo*, extr. de præſumt. c. *Tertio*.

Lucius Papa. CLericus ſolus ad feminæ tabernaculum non accedat, neque properet ſine majoris natu Sacerdotis juſſione, nec ſolus Presbyter cum ſola femina fabulas miſceat; nec Archidiaconus ſub prætextu humilitatis, aut officii frequenter intret domicilia matronarum; aut forte per Clericos, aut domeſticos matronæ mandet aliquid ſecrete. Si agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa e liminibus Eccleſiæ arceatur.

Ex Synod. VII. IN omnibus obſervare convenit, ut certus quis, & certo tempore, & certo loco, & certis perſonis, vel apparere Clericus, vel loqui debeat mulieribus, ut excludatur omnis nefanda ſuſpicio. Certe ſolum & ad ſolam accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius enim eſt, duos eſſe ſimul, quam unum. Simul enim & fidelius, & tutius res geri- *Eccleſ. 4.* tur. *Væ enim uni, quia ſi ceciderit, non eſt, qui erigat eum.*

August. De communi vita Clericor. NEc ſolo tactu, ſed aſpectu quoque & affectu appetitur, & appetit concupiſcentia feminarum. Nec dicatis vos animos habere pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius, & cum ſe ſibi invicem, etiam tacente lingua, conſpectu mutuo corda nunciant impudica, & ſecundum concupiſcentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intacta ab immunda violatione corporibus, fugit caſtitas ipſa de moribus.

TErtio loco quæſtionis hujuſmodi nodum tua fraternitas petiit explicari, an juvenis ſponſam, in quam per verba de præſenti conſenſit, debeat uxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum, neptis ipſius ſponſæ proſiliens, ſe a juvene carnaliter præcognitam proponebat, a qua producti teſtes dixerunt ſe pro certo credere, quod illa dicti juvenis extiterit concubina: adjicientes, quod eos inſimul viderant per plana, & nemora, vias, & invia pluries convagantes, & teſtimonium viciniæ ſuper hoc recepiſſe dicebant. Ad majorem vero certitudinem (quia minus ſufficienter credidiſti eſſe probatum, quod eadem mulier aſſerebat) tem ipſa, quam juvenis juramentis adſtricti ſeorſum confeſſi ſunt, quod ſe invicem carnaliter præcognoverant; licet juvenis nollet ab ea, quam deſponſaverat, ſeparari, nos autem, quæ dicta ſunt, intelligentes, præſertim cum hoc non dicatur occultum, ſed quaſi prædicetur a pluribus manifeſtum, conſultius eſſe credimus, ut matrimonialiter non conjungantur, ſed ſolutis ſponſalibus ſeparentur. *Clemens III.*

Præſumitur etiam incontinens, & repellitur a promotione, qui duxit in uxorem vilem mulierem, puta ancillam, vel joculatricem, licet virginem. Diſt. 34. c. *Si quis viduam* 2.

In Canon. Apoſtolor. c. 18. SI quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de his, quæ publicis mancipantur ſpectaculis, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

---

§. IV.

De notorio.

ITem licet ex prædictis ſatis poſſit intelligi, quid ſit notorium; tamen, quia ſæpe de notorio loquimur, & ad plenum quid ſit notorium ignoramus, omiſſis multis & variis de notorio ſcriptis,

Hoc in ſumma teneas, quod eſt notorium, aliud juris, aliud facti. Notorium juris eſt, de quo quis canonice eſt condemnatus, vel etiam jure confeſſus, vel per legitimas probationes convictus. Cauſſa 15. q. 5. c. *Presbyter*, & q. ult. c. *Si quis Presbyter*, & c. *Sciſcitantibus*, extr. de cohab. Cler. & mulier. c. *Veſtra*, & c. *Quæſitum*, cauſſa 2. q. 6. c. *Ei, qui*, §. *Sunt etiam quorum*. *v. pag. 350 353. & 232.*

In Auth. Coll. 11. Collat. 5. Gratian. EI, qui.... *Sunt etiam quorum appellationes non recipiantur. Non enim poteſt recipi ejus appellatio, qui per contumaciam abſens, cum ad agendam cauſſam, negotio prius ſummatim perſcrutato, vocatus eſſet, condemnatus eſt. Nullus etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifeſtam violentiam commiſerunt, argumentis convictus, teſtibus ſuperatus, etiam voce propria vitium, ſceluſque confeſſus audiatur appellans, & hoc in notoriis.*

Notorium facti eſt, cujus teſtis eſt populus, & diſſimulationi non eſt locus. Diſt. 61. c. *In Sa-* *v. Indic.*

cerdotibus, in fin. extra, de cohab. Cleric. & mulier. c. *Tua*, ff. de ritu nupt. *Pulum*, in princ. v. pag. 352

Et intelligitur, *Populus eſſe teſtis*, ſive ſit crimen notorium omnibus, qui ſunt in illo loco, ſive majori parti. Cauſſa 2. quæſt. 5. cap. *De manifeſta*.

„ DE manifeſta, & nota pluribus cauſſa non
Stephanus Papa V. Leoni Epiſc. Thebenenſi. „ ſunt quærendi teſtes, & S. Ambroſius in
„ epiſtola ad Corinthios dixit de fornicatore, ſen-
„ tentiam exponens Apoſtoli: *Judicis*, inquit
„ *non eſt ſine accuſatore damnare, quia & Dominus*
1. Cor. 5. „ *Judam, cum fur eſſet, ſciebat; ſed quia non eſt accu-*
„ *ſatus, minime abjecit, ut tolleretur de medio veſtrũ,*
„ *qui hoc opus fecit. Cognito autem opere iſto pel-*
„ *lendum illum fuiſſe Apoſtolus de coetu fraternitatis*
„ *cenſuit: omnes enim crimen ejus ſciebant, & non ar-*
„ *guebant: publice enim novercam ſuum loco uxoris*
„ *habebat: in qua re, neque teſtibus opus erat, ne-*
„ *que tergiverſatione aliqua poterat tegi crimen* (&
Coloſſ. 2. „ paullo poſt) *Abſens facie, præſens autem auctho-*
„ *ritate Spiritus Sancti, qui nuſquam abſens eſt,*
„ *jam indicavi ut præſens eum, qui hoc admiſit,*
„ *tradi Satanæ in interitum carnis.*

Item in notorio juris exigitur quandoqun probatio cantra negantem. Exer. de ſent. & re judic. c. *Sicut*.

Innoc. III. Decano Cancellario, & Canonico Lũdonien. „ SIcut nobis intimaſtis, cum cauſſa, quæ
„ inter H. Subdiaconum, & B. Presbyterum
„ ſuper quinque modiis frumenti vertebatur,
„ ipſi Subdiacono per annos ſingulos exſolven-
„ dis, vobis commiſſa fuiſſet, & reſtitutionem
„ ſibi fieri poſtularet; Subdiaconus ſupradicti
„ adverſatius ſe ad hoc non teneri reſpondit,
„ cum alia vice ſuper hoc conventus fuerit, &
„ ſententialiter abſolutus: quod oſtendere vo-
„ luit duorum teſtimonio, ex quorum depoſi-
„ tione conſtitit, quod magiſter A. auctorita-
„ te Epiſcopi Lundun. ipſum abſolvit ab im-
„ petitione Subdiaconi memorati. Verum quia
„ teſtimonium ipſorum quaſi nude prolatum
„ fuerat, cum de cauſſis, quæ judicem move-
„ re ſolent, ad ſententiam proferendam nihil
„ dixerint; quid tenendum ſit, ſedem duxiſtis
„ Apoſtolicam conſulendam: cum autem in ple-
„ riſque locis, in quibus copia prudentum ha-
„ betur, id moris exſiſtat, quod omnia, quæ
„ judicem movent, non exprimantur in ſen-
„ tentiis proferendis; vobis taliter reſponde-
„ mus, quod cum ex depoſitionibus teſtium
„ prædictorum conſtiterit ſententiam a judice
„ ſuo prolatam, propter auctoritatem judicia-
„ riam præſumi debet omnia legitime proceſ-
„ ſiſſe.

In notorio vero facti non requiritur ordo juris, qui eſt alias regulariter obſervandus. Extr. de jurejur. c. *Ad noſtram* 3.

Innoc. III. Neapolitano Archiepiſc. „ AD noſtram noveris audientiam perveniſ-
„ ſe, quod a te quaſi per extorſionem tale
„ fuit præſtitum juramentum, quod in omni
„ cauſſa deberes ordinem judiciarium obſervare.
„ Verum quoniam ſecundum traditiones Cano-
„ nicas manifeſta accuſatione non indigent,
„ nec in eis eſt ordo judiciarius obſervandus, qui
„ debet in aliis obſervari: nec tu quando ſub
„ præmiſſo tenore juraſti, habebas in mente, ut
„ propterea venires contra Canonicas ſanctiones;
„ alioquin non juramentum, ſed perjurium po-
„ tius exſtitiſſet, nec eſſet aliqua ratione ſervan-
„ dum. Nos juramentum tuum benignius inter-
„ pretari volentes, ita quod conſonet Canoni-
„ cis inſtitutis, fraternitati tuæ auctoritate præ-
„ ſentium intimamus, quod in manifeſtis, &
„ notoriis ratione juramenti præmiſſi, non cre-
„ dimus te teneri ſervare ſubtilitatem ordinis
„ judiciarii, quam in his non ſervari per o-
„ mnia, ipſa juris ratio poſtulat, & requirit;
„ unde videbitur ſubtiliter intuenti de ordine
„ judiciorum procedere, ut in præmiſſis non
„ per omnia ordo judiciarius obſervetur. Quam-
„ quam & ſecundum approbatum intellectum
„ recte poſſit intelligi, quod juraſti, ut in o-
„ mnibus cauſſis ordinem judiciarium obſerva-
„ res, in illis videlicet, in quibus eſt ordo ju-
„ diciarius obſervandus. Sic ergo faciens, &
„ juramenti tenorem ſervabis, & inſtituta Ca-
„ nonica non omittes.

Evidentia enim *patrati ſceleris clamore non indiget accuſatoris*. Extra, de accuſ. cap. *Evidentia*: & ſi forte judex velit taliter delinquentem, ſecundum quod jus poſtulat, punire, vel corrigere, & iſte appellat; non eſt appellationi hujuſmodi deferendum, extr. de appell. c. *Præterea*, 1. Auguſt. ſup. Geneſ. de morte Abel.

„ PRæterea de his, qui ad Sedem Apoſtoli- Innoc. III Viton. Epiſcopo.
„ cam appellant, & poſtea gravia commit-
„ tentes, ſe, dum conveniuntur, appellatione
„ tuentur; duximus reſpondendum, quod ea
„ appellatio non debet in ſua iniquitate tue-
„ ri, quominus eorum exceſſus cenſura Cano-
„ nica puniantur.

Item notorium facti ſubdividitur, quia aliud eſt notorium facti manentis actu, ut quum quis publice tenet adulteram, vel concubinam in domo; aliud eſt notorium facti tranſeuntis actu, ut ſi aliquis in publico interfecerit hominem, vel fecit ſortilegium, vel ſimile; aliud notorium facti præſumti, ut ſi aliquis publice habitus eſt pro filio conſanguineo, vel affini alicujus.

Item alia quædam pertinentia ad continentiam Clericorum require ſupra de bigam. per totum, & de Apoſt. §. *Quid ſi talis*.

Item multi caſus poſſent hic poni de perplexitate; ſed diligens indagator ſatis poterit ſibi conſulere ex his, quæ hic poſita ſunt, & ſupra & infra in titulis ſpecialibus.

TITULUS XXXI.

De Purgationibus, & Inquiſitionibus.

DIctum eſt ſupra de diſpenſationibus, quæ purgant ab irregularitatibus, & infamia juris; nunc de purgatione Canonica, quæ purgat ab infamia facti, videndum. Unde notandum quid ſit purgatio, quæ ejus ſpecies, & qualiter ſit in ea procedendum. Purgatio eſt de objecto crimine innocentiæ oſtenſio.

§. I.

De Purgationibus.

PUrgationis ſpecies ſunt duæ, Canonica ſcilicet, & vulgaris. Canonica, quæ fit per juramentum, & per teſtes; & iſta permittitur, & approbatur tamquam bona, utilis, & honeſta in Eccleſia Dei. Cauſſa 2. q. 4. fere per totum maxime c. *Presbyter*, 1. & 2. & c. *Quanto*, & c. *Quæ de cauſſa*, & c. *Meum*. v. pag. 195 196. 345. & infra.

Vulgaris purgatio eſt, quæ a vulgo eſt inventa, ut ſer-

ut ferri candentis, aquæ ferventis, vel frigidæ, panis, vel caſei, Monomachiæ, id eſt, duelli, & ceteræ hujuſmodi: ſed iſta hodie in totum reprobata eſt, & maledicta, tum quia inventa eſt a diabolo fabricante. Cauſſa 2. q. 4. c. *Mennam*.

Gregor. ad Brunichildam reginam Francorũ lib. 11. Epiſt. 8.

„ MEnnam vero reverendiſſimum fratrem, Coepiſcopum noſtrum poſtquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo invenimus eſſe culpabilem, qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus B. Petri Apoſtoli ſub jurejurando ſatisfaciens, ab his, quæ objecta fuerant ejus opinioni, ſe demonſtravit alienum, reverti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus: quia ſicut dignum erat, ut ſi in aliquo reus exſiſteret, culpam in eo canonice puniremus; ita dignum non fuit, ut eum adjuvante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. Purgationem tamen ante te duobus ſibi Sacerdotibus junctis, ubi accuſator ceſſaverit eumdem ex ſe præbere, tuo committimus arbitrio. Vulgarem denique, ac nulla Canonica ſanctione fulcitam legem, ferventis ſcilicet, ſive frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cujuslibet popularis inventionis (quia fabricante hæc ſunt omnino ficta invidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo re volumus poſtulare; immo Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſime.

Tum quia generaliter a Sacris Canonibus prohibetur, ut præallegatum c. *Mennam*, & ead. q. *Conſuluiſti*, & c. *Monomachiam*.

v. pag. 154 *Steph. V. Huberto Epiſc. Maguntino.*

„ COnſuluiſti de infantibus, qui in uno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, utrum ferro candente, aut aqua fervente, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in uno lecto collocent: ne negligentia qualibet proveniente ſuffocentur, vel opprimantur; unde ipſi homicidii rei inveniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ ferventis examinatione confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri non cenſent Canones, & quod Sanctorum Patrum documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro judicare. Occulta vero, & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus novit corda filiorum hominum. Hi autẽ qui probantur, vel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio; quia ſi ille, qui conceptum in utero per abortum deleverit, homicida eſt; quanto magis qui unius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Item quia eſt contra illud præceptum Domini; *Non tentabis Dominum Deum tuum*, ut in illo c. *Monomachiam*, in fin. & cauſſa 22. q. 2. c. *Quæritur*, require de hoc ſupra de duello. *v. pag. 154* *v. pag. 203*

---

§. II.

Qualiter ſit in ea procedendum.

CIrca proceſſum iſtum videntur in aliquibus variæ opiniones, & jura: quædam enim jura dicunt, quod infamatus de crimine, ſtatim debet ſuſpendi, uſque ad dignam ſatisfactionem. Cauſſa 3. q. 2. c. *Quia ea*, extr. de purg. Canon. c. *Ex tuarum*, &c. *Inter*. *v. pag. 340*

Pelagius Papa Petro Presbytero.

„ QUia ea, quæ de fraudibus Maximiliani Presbyteri relatione ſupplicum ad aures noſtras flebili venerunt, non facile ſecundum veritatem agnoſci poterunt, niſi facultas Eccleſiæ, quam in uſus ſuos male convertendo diſperſit, ab ejus poteſtate, donec cauſſa cognoſcatur, ſeponatur; idcirco nos eum & a ſupradictæ Eccleſiæ patrimonio volumus interim ſubmoveri, & in veſtro diſcuſſionis ipſius tempore, moderamine detineri.

Innoc. III. Senonenſ. Archiepiſcopo.

„ INter ſollicitudines noſtras illa debet eſſe præcipua, ut capiamus vulpeculas (& infra) Licet ergo Eccleſiaſtica Conſtitutio tales ab officio tantum uſque ad purgationem Canonicam doceat ſuſpendendos; quia tamen eum etiam a beneficio propter immanitatem criminis ſuſpendiſti, nolumus improbare: nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accuſator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluiſti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiam, grave ſcandalum, & vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis obortam, quæ contra Decanum facere videbantur, cum propter eorum quodlibet ei eſſet purgatio indicenda, & ſervantes juſtitiam & mollientes rigorem, purgationem ei quartæ decimæ manus ſui ordinis duximus indicendam. Ipſum igitur ad te remittentes, ut ibi purgetur, ubi noſcitur infamatus; mandamus, quatenus accitis tecum Niver. & Pariſien. Epiſcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen, ut qui ad ejus purgationem proceſſerint comprobandam, ſint fide Catholici, & vita probati: qui converſationem, & vitam ipſius, non tam moderno tempore noverint, quam tranſacto. Purgatione vero recepta, beneficium ei reſtituere non poſtponas. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur, eum ab officio volumus manere ſuſpenſum, donec ſcandalum ſopiatur, ita tamen ut publice familiaritatem hæreticorum abjuret. Præcipias inſuper ei diſtricte, ut in prædicta, & aliis villis circumpoſitis profiteatur, & prædicet fidem Catholicam, ac confundat, & deteſtetur hæreticam pravitatem; ſic deinceps vitam ſuam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in bonam famam, & omne ſcandalum, & ſuſpicio de Catholicorum mentibus deleatur. Quod ſi forſan in purgatione defecerit, eum Eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percellas, & ab officio, & beneficio depoſitum, ad agendam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudere non omittas.

Econtra videtur, quod non debeat ſtatim ſuſpendi. Extr. de accuſ. c. 1. ſeu, *Si legitimus*, & c. *Qualiter, & quando*. Cauſſa 2. quæſt. 1. c. *Nomen*.

Felix Papa I.

„ SI legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.

Innocent. III. Vercel. Epiſc. & Abbati de Tileto.

„ QUaliter, & quando (& infra) Si circa Novarien. Epiſcopum debitum inquiſitionis ordinem obſervaſtis, diſcretionem veſtram in Domino commendamus: ſi vero qualibet occaſione prætermiſiſtis eumdem, adhuc ipſum tẽpore opportuno volumus obſervari, ne

„ In-

„ inde naſcantur injuriæ, uode jura naſcuntur,
„ Ideoque mandamus, quatenus ad conſcien-
„ tiæ veſtræ judicium recurreotes, ſi contra
„ præſcriptum ordinem tamquam homines ex-
„ ceſſiſtis; oon pudeat vos errorem veſtrum
„ corrigere, qui poſiti eſtis, ut aliorum cor-
„ rigatis errores: quoniam apud judicem diſtri-
„ ctum in qua menſura menſi fueritis, reme-
„ tietur vobis, ita videlicet, ut ioveniatis oc-
„ caſionem aliquam congrueotem, per quam
„ (ne veſtra vileſcat anctoritas) quanto cau-
„ tius & prudentius poteritis, ſuperſedeatis ad
„ præſens: qnoniam ex his, quæ inordinate
„ ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi. Si
„ vero præſcriptum ordinem coſtodiſtis, omni
„ gratia & timore poſtpoſitis, Deum ſolum
„ habentes præ oculis, via regia iocedentes, ſine
„ perſonarum acceptione in negotio procedatis.
„ Formam vero juramenti, quam a Clericis
„ Novarieo. ſuper inqniſitiooe facienda in hoc
„ negotio recepiſtis, in ſimilibus volumus ob-
„ ſervari, ut videlicet jorent Clerici, quod ſu-
„ per his, quæ ſciunt, vel crednnt eſſe in ſua
„ Eccleſia reformanda, tam in capite, quam
„ in membris (exceptis occultis criminibus) me-
„ ram & plenam dicant inquiſitoribus verita-
„ tem.

August. In Epiſt. c. 137. Ad Clerum & ad univerſam plebem Hippon.

„ NOmen Presbyteri propterea non auſus
„ ſum de numero collegarum ejus vel
„ ſupprimere, vel delere, ne divinæ poteſtati,
„ ſub cujus examine cauſſa adbuc pendet, fa-
„ cere viderer injuriam, ſi illius judicium meo
„ vellem judicio prævenire: quod nec in nego-
„ tiis ſæcularibos judices faciunt, quando cauſ-
„ ſæ dubitatio ad majorem poteſtatem refer-
„ tur, ut pendente relatione aliqui audeant
„ commutare. Et in Epiſcoporum Concilio cō-
„ ſtitutum eſt, nullum Clericum, qui nondum
„ convictus ſit, ſuſpendi a commuoione debe-
„ re, niſi ad cauſſam ſuam examinandam ſe
„ non præſentaverit.

§. III.

Quot modis procedi poteſt contra aliquem de crimine.

UT igitur plane liqueat tibi proceſſus iſte ſummopere utilis, & neceſſarius; nota, quod tribus modis poteſt procedi contra aliquem de crimine, videlicet, per accoſationem, denunciationem, & inquiſitionem: & in qoolibet modo diligens eſt adhibenda cautela, ut accuſationem præcedat legitima inſcriptio; denunciationem caritativa admonitio, & inqoiſitionem clamoſa inſinuatio. Item in accuſatione agitur ad degradationem; & ideo accuſator debet ſe obligare ad talionem: in denunciatione agitur ad pœnitentiam; in inquiſitione ad remotionem ab adminiſtratiooe, ut infra dicetur.

Eſt etiam quartus modus circa proceſſum hujuſmodi attendendus, videlicet quum non ad pœnam directe infligendam propooitur, ſed ad defenſionem, vel repulſionem; quod fit, quum objicitur in modum exceptionis accuſatori, vel teſti, ut ab accuſatione, vel teſtificatione repellatur. Item quum objicitur electo, ut a promotione officii, vel beneficii exclodatur: & in hoc caſu diſtingue, utrum ante confirmationem opponatur, vel poſtea in conſecratione. In primo caſu noo eſt inſcribi neceſſe, ſed poſt confirmationem excipiens debet ſe obligare ad pœnam extraordinariam ſecundum arbitrium diſcreti judicis, ſi defecerit in probando: citra vinculum tamen inſcriptionis, eo qnod crimine ſic probato, perdit quod per electionem, & confirmationem ei fuerat acquiſitum; ſed ob hoc prius habita non amittit. Probantur hæc, extr. de accuſ. c. *Super his*, & c. *Qualiter quando*, in fine. *v. ſupra.*

Innoc. III Priori ſancti Fridiani, & Magiſtro B. Canonico Piſano.

„ SUper his, de qnibus nos conſulere volui-
„ ſtis, inquiſitioni veſtræ breviter reſpon-
„ demus, quod tribus modis valet crimeo op-
„ poni, denuociando, excipiendo, & accuſan-
„ do. Quando crimen in modum denunciatio-
„ nis opponitur, non eſt inſcriptio neceſſaria,
„ ſed cum in modum accuſationis, oportet in-
„ ſcribi: quoniam ad depoſitiooem inſtituitur
„ accuſatio; ſed ad correctionem eſt denuncia-
„ tio facienda. Cum autem excipiendo foerit
„ crimen objectum, diſtinguendum eſt, quare
„ opponatur, & qnando. Si autem objicitor, ut
„ ab accuſatiooe vel teſtificatione aliquis repel-
„ latur, non eſt inſcribi neceſſe: ſed cum op-
„ ponitur, ut qnis a promotione officii, vel be-
„ neficii excludatur; ſi ante confirmationem ob-
„ jicitur, non cogitur quiſquam inſcribere; qoia
„ crimen hoc modo probatum, impedit promo-
„ vendum, ſed non dejicit jam promotum.
„ Poſt confirmationem vero, cum ſcilicet or-
„ dinandus fuerit aliqnis, aut etiam conſecran-
„ dus, quia etiam ab obtinendo repellit, &
„ dejicit ab obtento, ad extraordinariam pœnam
„ ſecundum arbitrium judicis diſcreti citra
„ vinculum inſcriptionis eſt excipiens adſtrin-
„ gendus, ſi defecerit in probando, pro eo,
„ quod crimine ſic probato, perdit quod per
„ electionem & confirmationem ei fuerat ac-
„ quiſitum: ſed ob hoc prius habita non amit-
„ tit. Licet enim agatur de crimine, non eſt
„ tamen hujuſmodi quæſtio criminalis; unde
„ per procuratorem poteſt rite tractari.

§. IV.

De Inquiſitione.

CIrca inquiſitionem autem de qua tractare intendimus, qualiter, & quando ſit procedendum, ex anctoritate novi, & veteris Teſtamenti colligitur evidenter, ex quibus proceſſerunt Canonicæ ſanctiones. Legitur enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſios, audivit ab illo: *Quid eſt hoc, quod audio de te? Redde rationem villicationis tuæ.* Et in Geneſi Dominus ait de Sodomitis: *Deſcendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* *Luc. 16.* *Geneſ. 18.*

Ex his teſtibus manifeſte probatur, quod non ſolum quaſi ſubditus, verum etiam quum Prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris pervenerit, non quidem a malevolis, & malitioſis, ſed a providis & honeſtis; nec ſemel tantum, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, ut ſi rei popoſcerit qualitas, Canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Quod autem dixi: *A providis, & honeſtis*, intelligo indiſtincte, licet quidam diſtinxerint, utrum haberet ortum infamia

ſamia a malevolis, & maledicis, an a providis, & honeſtis; ſed non approbo diſtinctionem: ſufficit anim quod apud graves, & bonos ſit infamatus, non diſtincto a quibus habuerit ortum infamia.

Qnum ergo clamor, & infamia tantum invaluit, qnod jam non poteſt ſina ſcandalo tolerari; judex debet præfigere terminum accuſare volentibus; & ſi apparuerinr accuſatores, canonice audiatnr erimen. Cauſſa 2. q. 5. c. *Omnibus*, Cauſſa 15. q. 5. c. 1. ſeu, *De crimine*.

Leo Papa *Ad Carolū Regem.*

„ OMnibus vobis viſu, aut auditu notum eſſe non dubitamus, quod ſæpiſſima ſuadente hoſte antiquo, Sacerdotibus crimina diverſa objiciantur: ſed qualitar ex eis ab hls rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris veſtri Pipini, ſive priſcis temporibus, a ſanctis Patribus, & reliquis bonæ fidei, & devotionis hominibns, ſæpiſſime ventilatum fueric; nos tamen pleniter, & ad liquidum diffinitum reperire minime quivimos: noſtris quippe temporibus idipsū a ſanctis Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus, ae ceteris Eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris in regnis, ſeu in aliia Deo degentibus, nobiſque una cum eis agentibus ſæpiſſime propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos de diverſis partibns venerunt, ventilatum eſt. Scd qualitet conſultu Domini, & Patris nnſtri Leonis Apoſtolici, ceterorumque Eccleſiæ Romanæ Epiſcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ſive Orientalium, & Græcorum Patriarcharum, & multorum Sanctorum Epiſcoporum, & Sacerdorum, necnon etiam noſtrorum Epiſcoporum, omniumque cetarorum Sacerdotum ae Levitarum auctoritate & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrurum conſultu diffinitum eſt, vos omnes utriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac auctoritate prædicta conſultu omnium, ut quotieſcumqne cuiquam Sacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis ſuarit, ut recipi debeat (quia quales ad accuſatinnem Sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expreſſum eſt) ſi autam, ut dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, eum cum legitimo virorum numero, & bonorum teſtium approbare in conſpectu Epiſcoporum potarit; tunc canonice dijudicetur, & ſi culpabilis inventus fuerit, canonice damnetur: ſi vero eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minime potarit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo Sacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut incredibilis ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis Conſacerdotibus ſive bonis, & juſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus ſuerit, ne in crimine, aut in prædicta ſuſpiciona remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis Sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ (qui duodacim Epiſcopos in ſua purgationa habuit) vel eo amplius, ſi ſuo Epiſcopo viſum ſuarit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum aliis bonis, & juſtis hominibus ſe Sacramento coram populo ſuper quattuor Evangelia dato purgatum Eccleſiæ reddat: ſi quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem Sacerdotum recipi debeant, & quidquid de accuſatione ſaciendum ſit, pleniter in Canonibus reperire poterit.

Stephan. *Leoni Epiſc. Theanenſ.*

„ DE crimine ſibi illato Diaconus tuus veriſſime ſatebatur ſe eſſe immunem; verumtamen ſi ſuſpicio habetur, & accuſatores idonai reperiuntur, & tales teſtes, quales Sacri Canones ſanciunt, accito tecum certo Epiſcoporum numero veniant accuſatores, vocatnr & ipſe Aldericus Diaconus, & ſi negaverit, vantiletnr cauſſa canonice: & ſi vel ſponte confeſſus, vel legitimis teſtibus ſuarit approbatus, Canonica feriatur ſententia. Qui ſi nec ſponte confitetur, nec accuſarores, & teſtes legitimi reperti ſuerint, & mala ſama erebruerit, non publico examine, ſed coram ta, & aliquantis reverendiſſimis Presbyteris, & Diacnnis tuæ Eccleſiæ ſecreto juramento ſe purificet; & tu deinceps boni teſtimonii eum annuncia: & compeſce, & commone Eccleſiæ tuæ filios, ne Sacerdntem Dei ultarius infamare præſumant, timentes quod Chsm maledictus eſt, qui patris verenda deriſit.

Si vero accuſator non apparet, & mala ſama crebreſcit; tunc Epiſcopus vocatis Eccleſiæ ſuæ ſenioribus, procedat ad inquiſitionem. Diſt. 86. c. *Si quid vero*, extr. de accuſ. c. *Qualiter*, 1. & 2. *v. pag. 159 & ſupra.*

Innoc. III *In Concil. Generali.*

„ QUaliter, & quando debaat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritatibus veteris, & novi Teſtamenti colligirur evidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt Canonicæ ſanctiones; ſicut olim aperte diſtinximus, & nunc Sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus arat apud dominnm ſuum quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audivit ab illo: *Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris amplius villicare*: & in Geneſi Dominus ait: *Deſcendam & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, apere compleverint*. Ex quibus auctoritatibus manifeſte probatur, quod non ſolum cum ſubditns, verum etiam cum Prælatus excedit, ſi per clamorem, & ſamam ad aures ſuperioris pervenerit, non quidem a malevolis, & maledicis; ſed a providis & honeſtis; nec ſemel tantum, ſed ſæpe, quod clamor innuit, & diſſamatio manifeſtat, debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, ut (ſi rei popoſcerit qualitas) Canonica diſtrictio culpam ſeriat delinquentis; non tamquam idem ſit accuſator, & judex, ſed quaſi denunciante ſama, vel deferente clamore, officii ſui debitum exſequatur. Licet autem hoc ſit obſervandum in ſubditis, diligentius tamen eſt obſervandum in Prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam, & quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Et ideo ſancti Patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio Prælatorum non facile admittatur, ne concuſſis columnis, corruat ædificium; niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuſte; ut

Luc. 16.

Geneſ. 18.

tamen

Digitized by Google

tamen caverent, ne delinquerent inſolenter, contra morbum utrumque invenientes medicinam congruam, videlicet, ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt degradationem intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ut jam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari; abſque dubitationis ſcrupulo ad inquirendum, & puniendum ejus exceſſus, non ex odii fomite, ſed caritatis procedatur affectu: quatenus ſi fuerit gravis exceſſus, etſi non degradetur ab ordine; ab adminiſtratione tamen amoveatur omnino: quod eſt ſecundum ſententiam Evangelicam a villicatione villicum amoveri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens is, contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentaverit: &] exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei (ut quid, & a quo ſit dictum, appareat) publicanda, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum vero excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis exceſſibus taceatur, etſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denunciationem, & inquiſitionem ipſorum; tamen ut diligens adhibeatur in omnibus cautela, ne forte per leve compendium, ad grave diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio; ſic & denunciationem caritativa monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio prævenire; illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem contra regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum, quæ (cum cauſſa requirit) facilius & liberius a ſuis poſſint adminiſtrationibus amoveri.

Et ipſemet judex debet producere teſtes. Cauſſa 11. q. 3. c. *Præcipue*, in fin. Cauſſa 2. q. 5. c. *Presbyter* 2. extr. de accuſ. c. *Cum oporteat*. *v. pag. 224 & 196.*

Innoc. III Archiepiſ. Terracon. & Abbati S. Mariæ de Populeto, & Archidiac. Barchin.

CUm oporteat Epiſcopum (& infra) Sane venientibus ad Apoſtolicam Sedem G. & H. Canonicis Vincen. & multa enormia contra Vincen. Epiſcopum proponentibus coram nobis, quia illa non debeamus ſub diſſimulatione tranſire, vobis inquiſitionem illorum duximus committendam. Verum dictus Epiſcopus antequam ad ipſum veſtra citatio perveniſſet, ad præſentiam noſtram accedens propoſuit, quod illi, qui enormia de ipſo ſuggeſſerant, typo malitiæ potius, quam juſtitiæ zelo ducti, nobis hujuſmodi intimarunt, cum ipſi ejus ſint inimici manifeſti, & cum ejus hoſtibus converſentur, conſanguineoſque ſuos, ac complices intendant ad teſtificandum producere contra ipſum, qui ad denunciandum, ſeu teſtificandum admitti non debent; utpote juramenti præſtiti tranſgreſſores, & aliis criminibus irretiti (& infra) Diſcretioni veſtræ mandamus, quod niſi ſuper prædictis famam ipſius læſam eſſe noveritis, vos ad inquiſitionem illorum non ſubito procedatis. Quod ſi ad inquiſitionem fuerit procedendum, prædictos, vel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos, nec ad proſequendam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium contra ipſum Epiſcopum admittatis; ſed per viros idoneus ſuper his, quæ geſta ſunt, inquiratis diligentius veritatem. Et ſi nihil grave probatum fuerit contra ipſum, vos purgationem Canonicam indicatis eidem.

Item debet eſſe præſens, contra quem eſt inquiſitio facienda, vel abſens per contumaciam, & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum, & non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei publicanda, ut quid, & a quo ſit dictum, appareat, necnon exceptiones, & publicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum vero excluſionem deponendi falſum audacia præbeatur. Extr. de accuſ. cap. *Qualiter* 2. §. *Debet igitur*. *v. ſupra.*

Item inquiſitor debet deſcendere ad locum, ubi perſona converſatur, de qua eſt inquiſitio facienda; quia ibi melius poteſt inquiri de vita, & fama ejus. Cauſſa 2. q. 1. c. *Deus omnipotens*, 24. q. 1. *Pudenda*. *v. pag. 46.*

Evarist. Papa.

DEus omnipotens, ut nos a præcipitandæ ſententiæ prolatione compeſceret, cum omnia nuda & aperta ſint oculis ejus; mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priuſquam manifeſte cognoſceret, quæ dicebantur: unde ipſe ait: *Deſcendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam.* *Hebr. 4. Geneſ. 4.* Deus omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, ſed ei omnia manifeſta ſunt, antequam fiant; non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes non inſeruimus) per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis, & judicandis negotiis eſſemus, & ne mala proximorum prius quiſquam præſumat credere, quam probare: cujus exemplo monemur, ne ad proferendam ſententiam umquam præcipites ſimus, aut temere, indiligenterque indiſcuſſa quæque quoquo modo judicemus, dicente veritatis voce: *Nolite judicare, & non judicabimini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini* *Luc. 6.* (& reliqua) Nam mala audita nullum moveant, nec paſſim dicta abſque certa probatione quiſquam umquam credat; ſed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitanter quidquam agat aliquis: ſi enim Deus cognitor omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad cælum uſque pervenerat, omnia ſciens prius nec credere, nec judicare voluit, quam ipſe ea cum fidelibus teſtibus diligenter inveſtigans, quæ audierat, opere comprobaret; multo magis nos, qui ſumus homines, & peccatores, quibus incognita ſunt occulta judicia Dei, hæc præcavere, & nullum ante veram, juſtamque probationem judicare, aut damnare debemus; manifeſte Paullo Apoſtolo dicente: *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum? Suo enim Domino aut ſtat, aut cadit.* *Rom. 14.*

Si fuerit convictus, canonice puniatur; ſi

vero

vero non poteſt convinci, & adhuc mala fama perdurat, admoneat ipſum judex, primo ſeorſum, poſtea coram teſtibus, ut ſe corrigat: quod ſi non fecerit, tunc demum ſuſpendatur uſque ad dignam ſatisfactionem. Extr. de purg. Canon. c. 2. ſeu, *Si quis Presbyter*.

Ex Conc. *Agathenſ.* „ SI quis Presbyter negligens vitæ ſuæ, pravis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſerit, & populus ab Epiſcopo juramento, ſeu banno Chriſtianitatis adſtrictus, infamiã ejus patefecerit, certique accuſatores criminis ejus defuerint; admoneatur primo ſeorſum ab Epiſcopo, deinde ſub duobus, vel tribus teſtibus; & ſi non emendaverit, Epiſcopus eum publica increpatione admoneat. Si vero nec ſic ſe correxerit, ab officio ſuſpendatur, uſque ad condignam ſatisfactionem, ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur.

In hoc caſu intelliguntur omnia jura, quæ dicunt, quod Clericus infamatus debet ſuſpendi: non enim propter infamiam eſt ſtatim ſuſpendendus, niſi delicti enormitas, vel grave ſcandalum hoc expoſcat. Extr. de purg. Can. *v. pag. 357* c. *Inter*.

§. IV.

Quænam eſt digna infamati ſatisfactio.

EſT autem digna ſatisfactio, ut purget ſe legitimo numero collegarum ſibi adjuncto, id eſt Epiſcopus cum duodecim Epiſcopis, Presbyter cum ſeptem Presbyteris, Diaconus cum tribus Diaconis. Cauſſa 2. q. 4. c. *Omnibus*, & c. *Si legitimi*, & c. *Presbyter* 2. *v. pag. 357 & 296.*

Ex Conc. *Agathenſ.* „ SI legitimi accuſatores crimina Sacerdotis probare non potuerint, & ipſe negaverit; tunc ipſe cum 7. ſociis ſui ordinis (ſi valet) a crimine ſemetipſum expurget. Diaconus vero, ſi de eodem crimine accuſatus fuerit, cum tribus ſemetipſum excuſet.

Vel melius numerus compurgatorum taxabitur ad arbitrium judicis: quandoque minor numerus poteſt taxari, ſecundum quod infamia, ſcandalum, vel crimen ſunt magis, vel minus gravia, vel enormia. Cauſſa 2. q. 4. c. *Presbyter* 2. & c. *Omnibus*, in fin. Unde Innocentius indixit cuidam Decano purgationem quartæ decimæ manus ſui ordinis. Extr. de purg. Can. c. *Inter*, & cuidam Epiſcopo indixit purgationem cum duobus Abbatibus, ut in eodem c. *Cum in juventute*. *v. pag. 296 & 357. v. pag. 355*

Item ſi non poſſet habere aliquos ejuſdem ordinis, qui omnes eſſent inimici ſui, ſola manu ſua cum aliis inferioris ordinis, vel etiam cum laicis poſſet ſe purgare: quod eſt valde notabile. Arg. cauſſa 2. q. 4. c. *Si legitimi*, & c. *Omnibus*, in fin. extr. eod. c. *Cum in juventute*, diſt. 81. c. *Clerici*. *v. pag. 357 & 351.*

Ex Conc. *Africano 4. c. 3.* „ CLerici, vel continentes ad viduas, vel virgines, niſi ex juſſu, vel permiſſu Epiſcoporum, aut Presbyterorum non accedant; & hoc non ſoli faciant, ſed cum Clericis, vel cum quibus Epiſcopus, aut Presbyter juſſerit, nec Epiſcopi ipſi, aut Presbyteri ſoli habeant acceſſum ad hujuſmodi feminas; ſed ubi aut Clerici præſentes ſunt, aut graves aliqui Chriſtiani.

Immo etiam cum mulieribus religioſis, vel aliis honeſtis. Cauſſa 18. q. 2. c. *In decima*.

„ IN decima actione conſenſu communi decrevimus, ut Monaſteria Virginum in Provincia Betica Monachorum adminiſtratione, ac præſidio gubernentur: tunc enim ſalubria Chriſto dicatis Virginibus præbemus, quando eis patres ſpirituales eligimus, quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſint: ea tamen circa Monachos cautela ſervata, ut remoti ab earum familiaritate, nec uſque ad veſtibulum habeant accedendi familiare, permiſſum: ſed neque Abbatem, vel eum qui præficitur extra eam, quæ præeſt, loqui Virginibus Chriſti aliquid, quod ad inſtitutionem, vel adminiſtrationem earum pertinet, licebit: nec cum ea ſola, quæ præeſt, frequenter eos loqui oportet; ſed ſub teſtimonio duarum, vel trium ſororum, ita ut rara ſit acceſſio, & brevis omnino locutio. Ex Conc. *Hiſpalenſ. 2. c. 11.*

Nec mirum, quia repellitur a dignitate obtinenda, quod majus eſt, ob teſtimonium mulierum. Extr. de teſtib. c. *Tam litteris*.

„ TAm litteris veſtris, quam depoſitionibus teſtium intelleximus nihil eſſe contra Lucanum electum ſufficienter oſtenſum, niſi de auditu tantum, & fama, cum ſuper aliis, ſi qua forte videantur eſſe probata, teſtes ſint, vel ſoli, vel tales, qui non potuerunt illa legitime comprobare: quia vero ſuper matrimonio, quod idem Clericus electus dicitur contraxiſſe cum vidua, teſtes non fuerunt recepti propter appellationis obſtaculum, ne laici, vel feminæ in tali reciperentur articulo contra ipſum; Nos, ut tantæ irregularitatis objectio non remaneat indiſcuſſa, mandamus, quatenus teſtes ſive laicos, ſive feminas (dumtaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, recipiatis legaliter, & examinetis prudenter, excommunicantes ſolemniter, ſi quis eos impedire præſumſerit, quo minus teſtimonium perhibeant veritati... Innocen. III. *Priori ſancti Fridiani Lucan. & Magiſtro G. Canonico Piſano.*

Item compurgatores debent eſſe vicini, & honeſti, qui converſationem ſuam non tam moderno tempore noverunt, quam tranſacto. Extr. eod. cap. *Inter*, & cap. ſequenti, ſeu, *Cum dilectus*, cauſſa 2. q. 4. c. *Si mala fama*, & c. *Omnibus*. *v. pag. 357*

„ CUm dilectus (& infra) Illud autem vos attendere volumus, & mandamus, ut tales ad purgationem admittantur perſonæ, quæ vicinæ ſint, & honeſtæ. Innoc. III *Abbati ſancti Dionyſii, & Presbytero S. Martini.*

„ SI mala fama de Presbyteris exierit, & accuſatores, & teſtes legales defuerint, ne contra Apoſtolum infirmorum corda de mala fama Presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, neve ſecuriores Presbyteri exſiſtentes licentius in peccatum prolabantur; ſecundum decreta majorum cum denominatis ſibi vicinis Presbyteris, quos ſcimus ſe nolle pejerare, ſacramento famam ſuam purget. Hincmar. Rhemorū Epiſc.

Non tamen debent ſubtiliter nimis examinari compurgatores. Extr. eod. c. *Conſtitutus*.

„ COnſtitutus in præſentia noſtra P. Diaconus (& infra) Præterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quod purgationem oblatam recipere noluiſti, niſi prius commendaſſes nomina ſingulorum, qui dictum Lucius III. *Victorien. Epiſc.*

„ P. purgare volebat, & de nationibus, & ce-
„ teris circumſtantiis prius inquireres diligen-
„ ter, tamquam eſſes ordinationes facturus, u-
„ tinam ſic diſcuteres ordinandos. Sane in pur-
„ gationibus faciendis, cum ſatis ſit illis, qui
„ pro purgando exhibent juramentum, ſecundũ
„ propriam conſcientiam, & opinionem jurare,
„ quod purgandus a crimine ſit immunis: vel
„ quod bonum exhibuit juramentum, ſi pur-
„ gatores ab Eccleſia tolerentur, & ſint bonæ
„ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in
„ judicio pro crimine condemnati, procul du-
„ bio ſunt abſque ullius indagine admittendi.

---

§. V.

Quæ forma juramenti.

FOrma autem juramenti ipſius principalis perſonæ erit talis: *Ego juro, quod non feci iſtud, de quo ſum infamatus per me, vel per ſubmiſſam perſonam, cui mandaveram; nec conſilium dedi, nec auctoritatem.* Diſtinct. 50. c. *Si quis viduam.* Cauſſa 2. quæſt. 4. c. *Auditum*, extr. eod. cap. *Quoties.* *v. pag. 137*

Leo Papa *De ſe ipſo.*
„ AUditum eſt, fratres cariſſimi, qualiter
„ mali homines in me gravia crimina cõ-
„ finxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex
„ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ purifico me in con-
„ ſpectu veſtro coram Deo, & Angelis ejus: quia
„ iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mi-
„ hi objiciunt, nec perpetravi, nec perpetrari
„ juſſi. Hoc autem faciens, non legem præſcri-
„ bo ceteris, qua id facere cogantur.

Innoc. III *Aquilej. Patriarchæ & Mantuan. Epiſc.*
„ QUoties Tridentinus Epiſcopus de ſimo-
„ nia impetitus ſit, vos latere non cre-
„ dimus; ſed accuſatores ſcriptum afferentes, te-
„ ſtes ſecundum formam Canonicam produce-
„ re nequiverunt; ſcilicet, quod Eccleſiam ſancti
„ Petri Presbytero P. dederit pro quatuor mo-
„ diis frumenti (& infra) Communi fratrum
„ noſtrorum conſilio judicamus, ut tertia ma-
„ nu ſui ordinis, & quarta Abbatum, & Re-
„ ligioſorum Sacerdotum, de ſupradicta ſimo-
„ nia debeat ſe purgare. Porro purgationis tenor
„ erit hujuſmodi: Epiſcopus jurabit primum ſu-
„ per ſancta Dei Evangelia, quod pro Eccleſia
„ ſancti Petri Presbytero P. danda, nec ipſe per
„ ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, nec aliquis
„ pro eo, ſe ſciente, pretium recepit: deinde Com-
„ purgatores ſuper ſancta Dei Evangelia jura-
„ bunt, quod ipſi credunt eum verum juraſſe.

Poteſt addi: *Nec ratum habui, quod meo nomine factum fuerit.* Extr. de reſtit. ſpol. c. *Cum ad ſedem*, ff. de vi, & vi arm. l. 3. §. *Cum procurator.* *v. pag. 177*

Quidam etiam addunt: *Nec volui.* Arg. cauſſa 1. q. 4. c. *Quia præſulatus.*

Leo IV. *Ebruneo, & Adelfred. Epiſ.*
„ QUia præſulatus noſtri (quod bene noſtis)
„ magiſterium, non ſolum de Sacerdotum,
„ verum etiam de Sæcularium utilitatibus de-
„ bet eſſe ſollicitum; propterea fraternitatem
„ veſtram ſcire volumus, hunc præſentem Pres-
„ byterum ad Sedem Apoſtolicam veniſſe,
„ nobiſque violentiam, & excommunicationem
„ ſuam per ordinem retuliſſe: quod etiam ſine
„ juſto legis tramite illi ſua fuiſſet ablata Eccle-
„ ſia, ſimiliter judicavit: quam alius dato mune-
„ re Sacerdos zelo ductus invidiæ uſurpare præ-
„ ſumſit. Inde parentes ejus magno dolore com-
„ pulſi Presbyterum illum, qui ſuam tenebat
„ Eccleſiam, mox comprehenderunt, & ei o-
„ culos eruerunt; tamen ipſe ſæpe dictus Sa-
„ cerdos dicit, quod abſque ſua voluntate, &
„ ſine ejus conſilio hoc ſit peractum. Quod
„ ſi ita eſt, ut ipſe nobis ſuo ore teſtatus
„ eſt, nobis magnopere providendum eſt, ut
„ ſi canonice ipſe excommunicatus non eſt,
„ Canonica ſuper eum fiat remiſſio.

Sed hoc non admitto, niſi de voluntate, quæ prodiret in actum, quæ dicitur cooperatio, ſive conſenſus cooperationis. Arg. Cauſſa 23. q. ult. c. ult. ſeu, *Si quatuor*, & ſecundum hoc dicet, *Nec cooperatus fui.* Arg. cauſſa 2. q. 1. c. *Notum*, in fine. Quidam autem addunt: *Nec ſcivi, nec prohiberi potui.* *v. pag. 144* *v. pag. 176*

Compurgatores vero jurabunt ſic: *Nos credimus, quod ipſe juravit verum, vel verum eſſe, quod juravit.* Extr. eod. c. *Quoties.* *v. ſupra.*

Item ſi eſt infamatus, apud populum debet ſe purgare in publico, ſi apud Clerum, coram Clero, & in utroque caſu coram judice. Diſtinct. 23. c. *Illud*, cauſſa 2. q. 4. c. *Omnibus.* Cauſſa 15. q. 5. c. *De crimine.* *v. pag. 269 & 357.*

---

§. V.

De pœna illius, qui in purgatione defecerit.

SI vero defecerit in purgatione, punietur tamquam convictus, vel confeſſus. Extr. de accuſ. c. *Cum P.* extr. de ſimonia, c. *De hoc*, & c. *Inſinuatum.* *1. pag. 9.*

Alex. III. *Gail. el. ☩ 8o.*
„ CUm P. Manconella Presbyter ex una
„ parte, & Bonus Presbyter, & I. Bonus
„ Cocti Laicus frater ejus ex altera, in noſtra
„ eſſent præſentia conſtituti; eumdem I. quia
„ Laicus erat, in dicti P. accuſationem non du-
„ ximus admittendum. Cumque præfatus B.
„ eumdem P. ſuper crimine ſimoniæ conſtantius
„ accuſaret; nos eum, quia in teſtimonium
„ illius cauſſæ adductus fuerat, & quia prædi-
„ ctus I. frater ejus ipſum P. coram te prius
„ accuſaverat, ab accuſatione repulimus, præ-
„ ſertim cum frater P. memoratum B. antea de
„ cauſſa conſimili accuſaſſet: unde quoniam u-
„ nus poſt alterum, prædictum P. inſtanti vi-
„ ciſſitudine accuſabant, neutrum ad ejus ac-
„ cuſationem admiſimus; ſed utrique Presby-
„ tero de objectis criminibus purgationem du-
„ ximus indicendam. Ideoque mandamus,
„ quatenus uterque illorum cum tribus Sacer-
„ dotibus faciat ſe purgare.

Alexand. III. *Ciſtrenenſ. Epiſc.*
„ INſinuatum eſt, quod in Eccleſiis tui Epi-
„ ſcopatus plurimi Clerici per ſimoniam
„ habere dicuntur ingreſſum, & infamia inde re-
„ ſpergi. Unde mandamus, quatenus ſi qui fue-
„ rint, quos in prædictis Eccleſiis publicum, &
„ notorium eſt ſimoniace intraſſe, eos amoveas
„ ab Eccleſiis taliter acquiſitis: illis autem, quo-
„ rum crimen non eſt publicum, & notorium,
„ ſi publica laborant infamia, cum quinta vel
„ ſexta manu ſui ordinis, purgationem indicas:
„ in qua ſi defecerint, beneficiis hujuſmodi
„ Eccleſiarum perpetuo priva eoſdem.

Pœna autem ejus, qui convictus eſt in modum inquiſitionis, hæc eſt, quod ſi de tali crimine eſt convictus, quod etiam poſt pœnitentiam

tiam impedirer exſecutionem officii, vel perceptionem beneficii, ut homicidium, vel ſimonia in ordine vel beneficio commiſſa; tunc erit ſicut in accuſationis judicio procedendum; alioqnin ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus, pœnam poterit judicantis diſtrictio
v. pag. 7. moderari. Extr. de accuſ. c. *Inquiſitionis*.

Vel dic, quod ſi eſt in dignitate conſtitutus ille, qui eſt convictus de crimine in modum inquiſitionis, removetur ab adminiſtratione; ſed minores Clerici privantur officio, & beneficio; non tamen degradantur. Extr. de ſimonia, cap. *Per tuas* 2. in fin.

Innoc. III „ PEr tuas.... Tales igitur contra talem taliter duximus admittandos, non ſecundum rigorem juris, ſed ſecundum temperantiam æquitatis; cum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, ſed civiliter, ut ab adminiſtratione amoveretur, tamquam immeritus, & damnoſus. Et utique tales Prælati ex levioribus cauſſis poſſunt ab adminiſtrationibus amoveri, ſicut quorumdam religioſorum approbata conſuetudo depoſcit. Unde prædictus Abbas, non exſpectata ſententia, quaſi male conſcius ſibi, ceſſit.

Regulares tamen Prælati etiam pro modicis cauſſis poſſunt ab adminiſtrationibut removeri.
v. ſupra. Extra de ſimonia, c. *Per tuas*, in fin.

Item nota, quod poteſt fieri inquiſitio non ſolum ſuper exceſſu alicujus certæ perſonæ; ſed etiam ſuper ſtatu totius Monaſterii, vel Eccleſiæ tam in capite, quam in membris: & differunt iſtæ inquiſitiones in hoc, quia quum quæritur de exceſſu certæ perſonæ, proceditur lite non conteſtata, ut ſupra, & extr. ut lit. non cont. c. *Quoniam frequenter*, *§. Sunt & alii*.

Innoc. III „ QUoniam frequenter.... Sunt & alii caſus ſimiliter ſpeciales, in quibus abſque litis conteſtatione, legitime poſſunt teſtes produci, ut quando exceſſuum inquiſitio, vel teſtium publicatio imminet facienda.

Sed ubi agitur de ſtatu Monaſterii, fit ſecundum quoſdam lite conteſtata, & alia communis forma judiciorum. Ext. de teſtib. c. *Cum olim*.

Innocen. III. *Dulmen. Epiſc. & Decano, & Priori ſanctæ Trinitatis Eboracen.* „ CUm olim Archidiaconus Menen. adverſus Cantuarien. Archiepiſcopum ſuper ſtatu Menen. Eccleſiæ propoſuerit quæſtionem (& infra) Mandamus, quatenus, niſi pars adverſa prædictum Archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, ſi poterit fieri, vel procuratoribus earum ad locum ſecurum, & idoneum convocatis, & lite legitime conteſtata, teſtes quot Archiepiſcopus in Anglia, & quos Archidiac. duxerit producendos in Uvallia, recipere procuretis. Verum ſi Archiepiſcopus citatus legitime, vel per ſe, vel per procuratorem idoneum noluerit comparere, aut litem etiam conteſtari; vos teſtes maxime ſenes, & valetudinarios, quos Archidiac. duxerit producendos, ſublato appellationis obſtaculo admittatis, & depoſitiones eorum conſcriptas ad ſedem curetis Apoſtolicam deſtinare: ſtatuentes partibus terminum peremtorium, quo per ſe, vel reſponſales idoneos, noſtro ſe conſpectui repræſentent ſententiam recepturæ.

Ego tamen credo idem in iſto caſu, quod in primo: illa enim Decretalis, *Cum olim*, non loquitur de tali ſtatu, ſed de ſtatu, qui dicitur ſubjectio, ſive ſervitus, ut patet ex ipſa littera ſubtiliter intuenti.

Item alia differentia; quia ubi agitur de ſtatu Monaſterii, recipiuntur teſtes qualeſcumque, etiam conſpiratores, licet per illos non fiat fides, niſi adſint aliæ Canonicæ probationes: ſed non recipiuntur, ubi agitur de exceſſu certæ perſonæ. Extr. de ſent. & re jud. c. *Cum I. & A.* *v. pag. 175*

Item quandoque procedit judex ex officio ſuo ad clamorem famæ, quandoque aliquo promovente inquiſitionem. In primo caſu poteſt judex inducere teſtes, & faciet jurare illum, contra quem agitur; vel omnes de capitulo, ſi de ſtatu Eccleſiæ agitur ſub altera formarum iſtarum, ut vel ad interrogata veritatem reſpondeat, quam noverunt, vel ut ſimpliciter dicant omnem veritatem, quam ſuper hoc noverunt, ſive ſint interrogati, ſive non. Extr. de accuſ. c. *Cum dilecti*. *v. pag. 167*

In ſecundo vero caſu non eſt cogendus, contra quem agitur, præſtare juramentum, ut per illud poſſit inſtrui adverſarius; ſed ipſe adverſariut inducet teſtes, & ſi defecerit in probatione, debet puniri, niſi purgaverit innocentiam ſuam, quod non calumniandi animo proceſſit. Extr. de calumniat. c. *Cum dilectus*, & *v. pag. 358*
de accuſ. c. *Cum oporteat*.

„ CUm dilectus filius Magiſter Scholarum Paleſtinus ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſet, & de ſuo Epiſcopo exceſſus varios nunciaſſet, examinationem commiſimus exceſſuum objectorum (& infra) Cum autem proceſſum negotii examinaverimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum eſſe ſufficienter aliquid de prædictis, eumdem Epiſcopum abſolvendū decernimus ab objectis; vobis mandantes, quatenus memoratum Magiſtrum Scholarum, donec canonice ſuam purgaverit innocentiam, ſcilicet quod non calumniandi animo ad hujuſmodi crimina proponenda proceſſit, ab officio, & beneficio ſuſpendatis, ut ceteri ſimili pœna perterriti, ad infamiam ſuorum facile non proſiliant Prælatorum. Innoc. III *Camaren. Segobien. & Apulen. Epiſc.*

Sententiæ tamen excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſi quas Abbas, ſeu alius Prælatus tulerit pendente inquiſitione, tam in capite, quam in membris, & multo magis, ſi in capite tantum tulit, in eos, qui promovent inquiſitionem; juramenta etiam extorta de veritate tacenda, debent, antequam procedatur in negotio, relaxari, & etiam debent reſtitui illis, quos ipſe Prælatus, pendente hujuſmodi negotio, contra juſtitiam ſpoliavit.

Item illis, qui proſequuntur negotium, vel quos judex idoneos ad proſequendum ipſum duxerit aſſumendos, debent, cum proprium non habent, expenſæ de bonis Eccleſiæ miniſtrari, proviſo, ut pendente negotio, omnes obediant Prælato ſuo; ita tamen, quod per hoc proſecutio negotii non debeat impediri. Extr. de accuſ. c. *Ex parte*, & c. *Olim*. *v. pag. 178*

„ OLim I. V. & P. Ordinis Tironenſis (& infra) Ne igitur reformatio Monaſterii valeat retardari; mandamus, quatenus relaxatis excommunicationum, ſeu ſuſpenſionum ſententiis, ſi quas idem Abbas protulerit, vel per quoſcumque judices promulgari fecit, poſt inceptum negotium in eos, & adhærentes eiſdem, ac eis reſtitutis, quos idē Abbas negotio ipſo pendente contra juſtitiam ſpoliavit: in negotio de plano, & abſque judiciorum ſtrepitu procedentes (cum talibus maxime in Greg. IX. *Archiepiſ. & Priori S. Mariæ Rothomagen.*

„ hoc caſu non deceat Dei ſervos involvi) in-
„ quiratis, quæ circa perſonas, & obſervan-
„ tias regulares videritis inquirenda: corrigen-
„ tes & reformantes tam in capite, quam in
„ membris, quæ correctionis, & reformatio-
„ nis officio noveritis indigere, juramentis, ſi
„ qua de tacende veritate Abbas extorſerat,
„ relaxatis, proviſo, ut negotio ipſo pendente
„ præfati Monachi eidem Abbati obediant,
„ & intendant; ita tamen, quod per hoc
„ proſecutio negotii non valeat impediri. Si
„ vero teſtes contra eumdem Abbatem produ-
„ cti fuerint, dictorum ipſorum ei copiam dari
„ faciatis: prædictis autē Monachis expenſas fa-
„ ctas propter hoc, & tribus, vel quatuor ex
„ iſtis, vel aliis, quos idoneos ad dictum ne-
„ gotium proſequendum duxeritis aſſumendos,
„ faciatis de bonis ejuſdem Monaſterii, & fa-
„ ciendas expenſas ad proſecutionem ipſius ne-
„ gotii neceſſarias, computetis, ſi qua pro-
„ pter hoc receperunt, de bonis Monaſterii,
„ cum proprium non habeant, miniſtrari.

Item nota, quod purgatio minus juſte facta, vel quia fit coram illo judice, coram quo non debet fieri, vel quia eſt vulgaris, etiamſi fiat coram judice idoneo, & ſit ſententialiter abſolutus, non facit fidem; quare in utroque caſu debet iterum Canonice ſe purgare. Ex-
v. pag. 340 tra, de purg. Canon. cap. *Ex tuarum*, & *Cum*
v. pag. 359 *dilectus*.

C A S U S,

In quibus non debet recipi purgatio.

PRæterea duo caſus ſunt, in quibus non debet recipi purgatio, quantumcumque infamatus offerat eam: unus, quando eſt notorium crimen ejus; ſecundus, quando accuſator offert probationem. Extr. de purg. Canon. c. 2. ſeu,
v. pag. 868 *Si quis Presbyter*, & *Cum dilectis*.

Innoc. III. *Eugen. Abbati, & Scholaſtico Mutin.*
„ CUm dilectis filiis H. Presbytero, & G.
„ Procuratori, O. Clerici, T. Capellanum
„ noſtrum conceſſerimus auditorem, idem pro-
„ curator propoſuit, quod cum dictus Presbyter
„ ſuper inceſtus crimine fuiſſet publice infama-
„ tus; Conſtant. Epiſcopus ordinarius judex ei
„ purgationem indixit: qui cum ſe purgare ne-
„ quiviſſet, ab ipſo fuit ſuis Eccleſiis ſententia-
„ liter deſtitutus, quas ipſe nihilominus detinuit
„ per violentiam occupatas. Cumque idem Preſ-
„ byter cujuſdam conſanguinei ſui uxorem pu-
„ blice detineret, ad petitionem plebani de He-
„ niſo, & quorumdam aliorum Clericorum
„ Conſtant. diœceſis, judicibus dicimur litte-
„ ras deſtinaſſe, ut ſi dictus Presbyter ſuper
„ crimine adulterii, & inceſtus coram ipſis ſe
„ purgare non poſſet, ipſum pœna debita ca-
„ ſtigarent; qui cum conſtitiſſet eiſdem, quod
„ idem Presbyter pro eo, quod in purgatione
„ defecerat, ab Epiſcopo memorato fuerat con-
„ demnatus, ipſum utpote contumacem præ-
„ dictis Eccleſiis per ſententiam privaverunt:
„ maxime cum de inceſtu & adulterii crimine,
„ tamquam de notorio liqueret eiſdem, Abba-
„ ti ſancti Galli (ad quem illarum Eccleſiarum
„ donatio pertinebat) poteſtatem liberam con-
„ cedentes, Eccleſias illas perſonis aliis con-
„ ferendi: qui eas poſtea ſupradicto O. Clerico
„ aſſignavit (& infra) Dictus vero Presbyter inter
„ cetera reſpondit, quod proceſſus judicum præ-
„ dictorum debebat merito retractari, cum lite
„ non conteſtata procedere præſumſerint con-
„ tra eum: adjiciens, quod purgationem indi-
„ ctam ab electo Conſtant. curaverit exhibere
„ (& infra) His igitur, & aliis plenius intel-
„ lectis, licet litteræ illæ, quæ ad prædictos ju-
„ dices impetratæ dicuntur, vel ipſarum tran-
„ ſcriptum oſtenſum non fuerit coram nobis;
„ quia tamen ex tenore relationis ipſorum,
„ quam dictus procurator exhibuit, ac ſi litte-
„ ræ ipſæ oſtenſæ fuiſſent, nobis conſtitit evi-
„ denter judices ipſos prætermiſſo juris ordine
„ proceſſiſſe; tam proceſſum eorum, quam con-
„ ceſſionem Eccleſiarum a prædicto Abbate de
„ mandato ipſorum factam, auctoritate Apo-
„ ſtolica retractamus: præſertim cum relatio-
„ nis ipſius ſeries repugnantia contineat, &
„ adverſa. Dicitur enim, quod crimen ejuſdem
„ Presbyteri uſque adeo publicum fuerat, &
„ notorium, quod nullus inficiationi locus pe-
„ nitus exſiſtebat: utpote cujus univerſæ vici-
„ niæ populus teſtis erat: & tamen ibidem
„ præmittitur, quod eidem Presbytero termi-
„ num peremtorium præfixerunt, in quo (ſi
„ poſſet) ſuper infamia prædictorum criminum
„ canonice ſe purgaret: cum nimirum, ſi cri-
„ men notorium exſiſtebat, non erat illi indi-
„ cenda purgatio, ſed in eum condemnationis
„ ſententia promulganda (& infra) Si vero
„ nullus apparuit legitimus accuſator, & ipſum
„ inveneritis apud bonos & graves ſuper præ-
„ dictis criminibus, vel ipſorum altero infama-
„ tum, purgationem ei Canonicam indicatis,
„ non obſtante, quod coram prædicto electo di-
„ citur ſe purgaſſe: cum judicio pendente co-
„ ram judicibus delegatis, non debuerit ordi-
„ narius purgationem indicere infamato.

Hoc etiam notabiliter teneas, quod teſtes, qui jurant ſe dicturos meram, & plenam veritatem ſuper his, quæ ſciunt, & credunt in ſua Eccleſia reformanda tam in capite, quam in membris, non debent dicere aliquid de occultis; ſed de illis tantum, ſuper quibus clamores aliqui proceſſerunt; & ſi de occultis aliquid dicunt, non eſt reus propter hoc puniendus. Extr. de accuſ. c. *Inquiſitionis*: poſt- v. pag. 7.
quam fuerit juxta formam prædictam purgatus, judex debet ſuſpenſionem, ſi facta fuerit, ſine mora, & difficultate relaxare, & eum teſtimonii boni viri annuncians, ab infamia criminis objecti abſolvere, extr. de purg. Canon.
c. *Ex tuarum*. Hæc vera ſunt, ſi aliquis publi- v. pag. 340
ce eſt infamatus, eo quod clamoſa inſinuatio pervenit ad aures judicis.

Sed quid, ſi judici tantummodo eſt ſuſpectus, numquid poterit indicere purgationem?

Ad hoc dicas, quod non, niſi in caſu, ſcilicet, ſi aliquis coram eo fuit accuſatus, & accuſatore non valente probare, reus remanet ſuſpicioſus, & incredibilis ſuo Epiſcopo; tunc poterit ſibi purgationem indicere. Cauſſa 2. q. 4. c. *Omnibus*. De hac materia, ſi iſta forte aliquando non ſufficerent, require in textu &
Gloſſ. cauſſa 2. q. 4. per totum, extr. de accuſ. v. Indic.
c. *Qualiter*, 1. & 2. & c. *Inquiſitionis*.

QUæritur, ſi ſciam aliquem percuſſiſſe alium ad mortem, & percuſſorem illo mortuo video celebrare in officio Sacerdotali, ignorantem tamen ſe illum occidiſſe, an tenear ei dicere, an tacere veritatem? Poſtillator.

Item quæritur, ſi ſcio aliquem miniſtrare, quem ta-

tamen ſcio non eſſe ordinatum in forma Eccleſiæ, vel a tali, qui non poterat ordinare; vel ſcio ipſum ordinatum non eſſe baptizatum?

Item, ſi ſcio aliquem excommunicatum, ignoranter ordinatum eſſe, vel tenere rem alienam, aut habere uxorem, quam de jure non debet habere, vel Præbendam, vel Eccleſiam per ſimoniam, de qua nullam habet conſcientiam?

Reſp. Ad hæc omnia: Si tales laborant craſſa ignorantia, & ſupina, cum talis ignorantia non excuſet eos in hac parte, teneor eis dicere per ſme, vel per alium, ſi commode poſſum, maxime ſi credo eos eſſe corrigibiles; ſi autem laborant probabili ignorantia, nihilominus teneor eis dicere veritatem, non propter hoc, quod peccent taliter ignorantes, ſed propter periculum, vel damnum alienum, & injuriam Sacramentorum; quia non ordinatus celebrans, de facto decipit illos, qui audiunt Miſſam ejus, aut ab eo communicantur: & qui tenet rem proximi, damnificat eum, & excommunicatus, aut irregularis communicando injuriam facit Sacramento: & qui habet conſanguineam pro uxore, injuriatur matrimonio: & quando quis habet Prabendam, vel Eccleſiam per Simoniam, cum in præjudicium ipſius Eccleſiæ tenet. Hoc tamen ita dico, quando talis taliter ignorans eſt perſona tractabilis, & perſuaſibilis, & ſpiritualis, & timens Deum: ſi autem non ſit talis, ſed timetur de ejus ſcandalo, non teneor ei dicere; ſed ſufficit, quod dicam ejus Prælato, non tamen denunciando, cum non eum monuerim, nec accuſando, cum probare non poſſim.

Numquid familia tenetur domino revelare damnum, quod fit eidem in rebus ſuis occulte?

Reſp. Dic de hoc, ut notatum eſt ſupra de juramento, & perjurio, §. Quid de illo, qui compulſus, *& diſtingue ſicut ibi diſtinximus, de propoſito, & familia, quam facit dominus.*

TITULUS XXXII.

De Pœnis.

EGimus ſupta de criminibus multipliciter, ſed quoniam crimina punienda ſunt, de pœnis eſt agendum. Inquiramus igitur quæ, & quot ſint ſpecies pœnarum; qui poſſit pœnam infligere; quæ excuſent a pœna, & quæ ſint in ejus aggravatione, vel attenuatione conſideranda; & utrum unus poſſit, & debeat puniri pro peccato alterius.

---

§. I.

Quæ, & quot ſint pœnarum ſpecies.

PŒnarum ſpecies duæ ſunt; alia enim eſt pœna æterna, alia temporalis. Temporalis ſubdividitur, quia alia eſt Canonica, alia legalis. Canonica iterum ſubdividitur; quoniam alia eſt ſpiritualis, alia corporalis, alia pecuniaria. De pœna æterna non proſequor: de aliis videamus per ordinem.

Pœna ſpiritualis eſt quintuplex: nam alia eſt increpationis. Diſt. 84. c. *Pervenit*.

Gregor. Anthemio Subdiacono Campaniæ l. 11. Epiſt. 29.

„ PErvenit ad nos, fratrem, & Coepiſcopum
„ noſtrum Paſchaſium ita deſidem, & ne-
„ gligentem in cunctis exſiſtere, ut in nullo,
„ quia eſt Epiſcopus, agnoſcatur: adeo ut ne-
„ que Eccleſia ipſius, neque Monaſteria, ſive
„ filii Eccleſiæ, vel oppreſſi, vel pauperes, e-
„ jus erga ſe dilectionis ſtudium ſentiant, nec
„ aliquam ſupplicantibus ſibi, in quibus ju-
„ ſtum eſt, opem defenſionis accommodet, &
„ (quod eſt gravius diei) conſilia ſapientum,
„ & recta ſuadentium ratione nulla patiatur
„ ſuſcipere, ut quod per ſe nequit attendere,
„ ab altero ſaltem poſſit addiſcere (& infra)
„ Quod ſi ita eſt, non ſine tua culpa eſſe co-
„ gnoſcas, qui eum objurgare, atque coerce-
„ re, ut dignum eſt, diſtuliſti. Quia ergo
„ hoc totum non ſolum ipſum reprobat, ſed
„ etiam ad Sacerdotalis officii pertinere pro-
„ batur opprobrium; volumus, ut eum co-
„ ram aliis Sacerdotibus, & quibuſdam de
„ filiis ſuis nobilibus conteſtari pro hac re de-
„ beas, & hortari. Si vero (quod non credi-
„ mus) poſt hanc adhortationem noſtram ſo-
„ lito adhuc more negligens eſſe tentaverit,
„ ad nos eſt omnibus modis tranſmittendus,
„ ut hic poſitus diſcere poſſit, quid, vel qua-
„ liter ſecundum Dei timoram agere conve-
„ niat Sacerdotem.

Alia interdicti, vel ſuſpenſionis, alia excommunicationis. Extra, de verb. ſignific. capit. *Quærenti*.

Innoc. III Priori ſancti Fridiani Lucan.

„ QUærenti quid per cenſuram Eccleſiaſti-
„ cam debeat intelligi, cum hujuſmodi
„ clauſulam in noſtris litteris apponamus. Re-
„ ſpondemus, quod per eam non ſolum inter-
„ dicti, ſed ſuſpenſionis, & excommunica-
„ tionis ſententia valet intelligi: niſi judex
„ diſcretus (rerum & perſonarum circumſtan-
„ tiis indagatis) ferat, quam magis viderit
„ expedire.

Require de his infra de ſent. excomm. §. *Species*, & §. *In ſumma*.

Alia infamiæ, require ſupra de Infamibus.

Alia depoſitionis. Diſtinct. 50. cap. *Si Epiſcopus*. *v. pag. 338*

Corporalis pœna ſimiliter quintuplex invenitur: una jejunii, ſive abſtinentiæ, quæ ſolet infligi incarceratis pro contumacia, vel aliis ſceleribus ſuis; de hac poteſt intelligi diſt. 90. cap. *Si quis contriſtatus*, verſ. *Acerrimis maceretur inediis*.

Fabianus Papa.

„ SI quis contriſtatus noluerit reconciliari
„ fratri ſuo, ſatisfaciente eo, qui contri-
„ ſtavit, acerrimis maceretur inediis, uſque
„ dum gratanti animo ſatisfactionem recipiat.

Et ad idem cauſſa 27. q. 1. c. *Si homo*, & c. *Omnes*.

Gregor. Sergio defenſori l. 7. Epiſt. 10.

„ SI homo eſſes, aut aliquam diſcretionem
„ habuiſſes; ita regularis debuiſti diſciplinæ
„ cuſtos exſiſtere, ut ea, quæ illicite committun-
„ tur, ante vindicta corrigeret, quam ad nos
„ eorum nuncius perveniret. Sed dum te facit
„ nimia ſtulcitia negligentem, non ſolum de il-
„ lis offendimur, ſed etiam ad ulciſcendam de-
„ ſidiam tuam nihilominus provocamur. Omni
„ ergo dilatione, omnique excuſatione poſtpo-
„ ſita filiam glorioſæ memoriæ Tulliani Magi-
„ ſtri militiæ, quæ projectis, quas ſponte aſ-
„ ſumſerat, religioſis veſtibus, indumentis ſe
„ Laicis deturpavit, una cum fratre, & Coepi-
„ ſcopo noſtro Vitaliano feſtina comprehendere,
„ atque ad religioſum rurſus habitum revoca-
„ re, ac in Monaſterium mittere, ubi diſtri-
„ cte omnino valeat cuſtodiri: nec ejus cuſtodiã
„ aliquatenus relaxari permittas, quouſque de-

„ nuo

Digitized by Google

,, nuo noſtra ſcripta ſuſceperis. Nam ſi quo-
,, libet modo in hac re negligens, vel lentus
,, exſtiteris; ita in te diſtrictiſſime noveris vin-
,, dicandum, ut quod ex te neſcis, pœna poſ-
,, ſis referante cognoſcere, quia ſi, ut dixi-
,, mus, intellectum hominis habuiſſes, hæc, quæ
,, modo facere præciperis, a te debueramus et-
,, iam cum ultione ante facta cognoſcere.

Ex Conc. Toletano X. c. 5.

,, OMnes feminæ venientes ad Sacram re-
,, ligionem pallio capita ſua contegant,
,, & conſcriptam, roboratamque profeſſionem
,, faciant, poſt quam ſcripturam non ſinan-
,, tur relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ
,, vero ex his hominibus fuerint repertæ ani-
,, mum, aut veſtem in tranſgreſſionem dediſ-
,, ſe, excommunicationis ſententiam ferant:
,, & rurſus mutato habitu in Monaſteriis, do-
,, nec diem ultimum claudant, ſub ærumnis ar-
,, duæ pœnitentiæ permaneant religatæ.

Alia verberationis. Cauſſa 23. q. 5. c. *Circumcelliones*.

August. Ad Marcel. Comitem, de Donatiſtis cupis. Epiſt. 159.

,, CIrcumcelliones illos, & Clericos partis
,, Donati, quos de Hipponenſi civita-
,, te ad judicium pro factis eorum publicæ di-
,, ſciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate
,, comperi auditos & plurimos eorum de homi-
,, cidio, quod in reſtitutum Presbyterum Ca-
,, tholicum commiſerunt, & de cæde Inno-
,, centii alterius Catholici Presbyteri, atque de
,, oculo ejus effoſſo, & de digito præciſo fuiſ-
,, ſe confeſſos. Unde mihi ſollicitudo maxima
,, incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat,
,, eos tanta legum ſeveritate eſſe plectendos,
,, ut qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque
,, his litteris obteſtor fidem tuam, quam habes
,, in Chriſto per ipſius Domini noſtri miſeri-
,, cordiam, ut hoc non facias, nec omnino fie-
,, ri permittas. Quamvis enim ab illorum in-
,, teritu diſſimulare poſſemus, qui non accu-
,, ſantibus noſtris, ſed illorum Notariis, ad
,, quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertine-
,, bat, præſentati videantur examini; nolumus
,, tamen paſſiones ſervorum Dei, quaſi vice
,, talionis paribus ſuppliciis vindicari; non quo
,, ſceleſtis hominibus licentiam facinorum pro-
,, hibeamus auferri; ſed hoc magis ſufficere
,, volumus, ut vivi, & nulla parte corporis
,, truncati, vel ab inquietudine inſana ad ſa-
,, nitatis otium, legum coercitione dirigan-
,, tur, vel a malignis operibus alicui utili o-
,, peri deputentur. Vocatur quidem & iſta da-
,, mnatio; ſed quis non intelligat magis bene-
,, ficium, quam ſupplicium nuncupandum, ubi
,, nec ſæviendi relaxatur audacia, nec pœni-
,, tendi ſalutaris medicina ſubtrahitur? Imple,
,, Chriſtiane judex, pii patris officium, ſic
,, ſuccenſe iniquitati, ut conſulere humanita-
,, ti memineris, nec in peccatorum atrocitati-
,, bus exerceas ulciſcendi libidinem; ſed pec-
,, catorum vulneribus curandi adhibeas volun-
,, tatem. Noli perdere paternam diligentiam,
,, quam in ipſa inquiſitione ſervaſti: quando
,, tantorum ſcelerum confeſſionem non exten-
,, dente equuleo, non ſulcantibus ungulis, non
,, urentibus flammis, ſed virgarum verberibus
,, eruiſti: qui modus coercitionis & a Ma-
,, giſtris artium liberalium, & ab ipſis parenti-
,, bus adhibetur, & ſæpe etiam in judiciis ſolet
,, ab Epiſcopis adhiberi. Noli ergo atrocius
,, vindicare, quod lenius inveniſti; inquirendi,
,, quam puniendi major neceſſitas eſt. Ad hoc
,, enim & mitiſſimi homines facinus occultatum
,, diligenter, atque inſtanter examinant, ut qui-
,, bus parcant, inveniant.

Quæ, qualiter, & a quibus ſit inferenda hæc verberatio, dixi ſupra de Cleric. percuſſ.

Alia ſervitutis. Require ſupra de raptor. ∬. *Pœna*, ultra medium, & de ſcand. §. *Pœnam*, ver. *Præter has*.

Alia publicationis omnium bonorum, diſt. 63. c. *Adrianus*, in fine. Et require ſupra de Hæretic. ∬. *Punitur*. *v. pag. 127*

Alia exilii, diſt. 63. cap. *In Synodo*, in fine, & hoc exilium triplex eſt. Aliud in loco certo, ut quum quis intruditur in Monaſterium. Extra, de adult. c. *Pervenit*. *v. pag. 127*

Gregor. Sidonenſi Epiſc.

,, PErvenit ad nos, quod Felix quamdam
,, virginem ſtupro decepit: quod ſi verum
,, eſt, quamvis eſſet de lege pœna plectendus;
,, nos aliquatenus legis duritiem mollientes,
,, hoc modo diſponimus, ut aut, quam ſtu-
,, pravit, uxorem habeat, aut, ſi renuendum
,, putaverit, corporaliter caſtigatus, excom-
,, municatuſque, in Monaſterio, in quo agat
,, pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla ſit
,, egrediendi ſine præceptione licentia.

Aliud a loco determinato, ut quum prohibetur alicui eſſe in aliquo loco, ſed ſit alibi pro velle ſuo. Caſſa 2. quæſt. 1. cap. *In primis*, verſ. *Ad Malechitanam tamen Eccleſiam nunquam reverſurus*.

Aliud ab omni loco, ut quum interdicitur publice pœnitentibus morari in uno loco ultra unum, vel duos dies, & ſic peregrinentur per orbem ad tempus. De pœnit. diſtinct. 6. cap. *Sacerdos*.

Gregor.

,, SAcerdos ante omnia caveat, ne de his, qui
,, ei confitentur peccata, alicui recitet,
,, non propinquis, non extraneis, neque,
,, quod abſit, pro aliquo ſcandalo. Nam ſi
,, hoc fecerit, deponatur, & omnibus die-
,, bus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando per-
,, gat.

Pecuniaria pœna infertur aliquando propter injuriam illatam perſonæ, vel loco. Require ſupra de ſacril. ∬. *Pœna*, & de Immunit. Eccleſ. ∬. *Pœna violantium*. Aliquando pro illata damni ſatisfactione, ut pro furto, vel rapina, vel ſimili. Require ſupra de raptor. ∬. *Pœna*, & de furt. ∬. *Pœna furti*.

Poſtillator.

QUandoque propter intereſſe, quandoque etiam de communi conſenſu partium conventionalis pœna apponitur; de qua quæritur, an poſſit in totum recipi ſine peccato, an tantummodo uſque ad intereſſe?

Reſp. Si pœna ponitur loco intereſſe, poteſt peti quanti intereſt, cui promiſſa eſt, ff. de act. emt. & vend. Prædia. *Si apponatur pro contumacia, poteſt peti in totum, ff. de collat. bon. l. 1. ∬.* Si cum duobus, *ff. de tabul. exhib.* Locum. *Si autem apponatur in fraudem uſurarum, non poteſt peti, ut, ff. de action. emt. & vend.* Julianus, ∬. Idem Papinianus.

Sed numquid pœna ſoluta ſtabit contractus?

Videtur quod ſic. Cauſſa 25. q. 2. c. Quæcumque. *Ubi dicitur, quod qui violaverit privilegium Eccleſiæ, ſolvat pœnam, & nihilominus ſtet privilegium. Ad idem, cauſſa 12. q. 2. c.* Epiſcopus, qui mancipium, *diſt. 23. c.* Quamquam, *in fin. ff.* de tranſact. Qui fidem. *v. Indic. v. pag. 75.*

Arcadius, & Honorius.

,, QUæcumque a parentibus noſtris, diverſis
,, ſunt ſtatuta temporibus, manere invio-
,, lata, atque incorrupta circa ſacroſanctas Ec-
,, cleſias præcipimus. Nihil igitur a privilegiis
,, im-

,, immutetur, omnibuſque, qui Eccleſiis deſer-
,, viunt, tuitio deſeratur: quia temporibus no-
,, ſtris addi potius reverentiæ cupimus, quam
,, ex his, quæ olim præſtita ſunt, immorari.
,, *Iidem l.* 30. Non tam novum aliquid præſenti
,, ſanctione præcipimus, quam illa, quæ o-
,, lim videntur indulta, firmamus. Privilegia
,, igitur, quæ olim reverentia religionis obti-
,, nuit, mutilari ſub pœnæ etiam intermina-
,, tione prohibemus, ita ut hi quoque, qui Ec-
,, cleſiæ obtemperant, ipſius beneficiis perfru-
,, antur. *Iidem l.* 34. Si Eccleſiæ venerabilis
,, privilegia, cujuſcumque fuerint, eel temeri-
,, tate violata, eel diſſimulatione neglecta,
,, commiſſum duodecim librarum auri (ſicut
,, etiam prius conſtitutum eſt) condemnatio-
,, ne plectatur, ipſaque privilegia nihilominus
,, pleniſſimum per omnia obtineant vigorem.
Argue contra de pœnis, c. Suam.

INNOCENT. III. *Spoletana Epiſc.*
,, SUam ad nos rectores Clericorum ſancti
,, Fortunati querimoniam tranſmiſerunt,
,, quod cum tibi eſſent in quadraginta libris
,, per quoddam arbitrium condemnati, eſſet-
,, que pœna triginta librarum appoſita, niſi
,, eas ſolverent in termino conſtituto; tandem
,, triginta tribus libris in termino perſolutis,
,, occaſione ſeptem reſiduarum, per quaſdam
,, noſtras litteras eeritate tacita impetratas,
,, obtinuiſti eos in præfatis triginta libris tibi per
,, delegatum judicem condemnari. Quia igitur
,, te non decet in tantum Pontificalis mode-
,, ſtiæ oblivisci, ut inhoneſtis quæſtibus anhe-
,, lando deſideres cum aliena jactura ditari; man-
,, damus, quatenus ſeptem librarum ſolutione
,, contentus, ſuper pœna triginta librarum me-
,, moratos Rectores de cetero non moleſtes.

Iniquum enim eſt, ut ſimul habeatur & res, & pœna, ff. de doli excep. apud Celſum, §. Labeo.

Reſp. Quando de hoc cautum eſt expreſſe, ut ſtet contractus, & pœna ſolvatur, utrumque poteſt peti; alias non: vel diſtingue, utrum apponatur pœna pro contumacia, ut tunc poſſit peti pœna, & res; aut loco intereſſe, & tunc tantum agetur ad intereſſe: aut in fraudem uſurarum, & tunc non poſſit peti pœna, ut ſupradictum eſt, & per eadem jura. Et require de hoc ſupra de uſur. §. Item quod ſi pœna.

Pœna legalis eſt multiplex. Nam alia eſt mortis corporalis, alia verberum, vel detruncationis membrorum; alia deportatio, alia proſcriptio, alia relegatio, alia exilium, & aliæ multæ, quas non proſequor, de quibus legitur, ff. eod. *Si quis forte,* §. ultimo, & tribus legibus ſequentibus.

---

§. II.

Quis poteſt pœnam infligere.

NUnc videndum eſt, quis poſſit punire. Generaliter judices poſſunt punire ſubditos ſuos juxta qualitatem culparum, & nullus alius. Cauſſa 16. quæſt. 6. cap. 5. ſeu, *Conſuetudo,* cauſſa 33. quæſt. 2. cap. *Sive,* §. *In hoc capitulo.*

B. GREGOR. *lib.* 4. *c.* 88.
,, COnſuetudo nova in hac Eccleſia, & val-
,, de reprehenſibilis erupit, ut cum recto-
,, res ejus patrimonii urbana, vel ruſtica præ-
,, dia juri illius competere poſſe ſuſpicantur,
,, fiſcali more titulos imprimant, atque hoc,
,, quod competere pauperibus exiſtimant, non
,, judicio, ſed manibus defendant, & cum per
,, prædicatores ſuos veritas dicat, *Nihil per*
,, *contentionem*, etiam ipſum litigioſæ conten-
,, tionis malum traſcenditur, & res quælibet
,, cum æſtimatur Eccleſiæ poſſe competere,
,, per eim tenetur: proinde præſenti decreto
,, conſtituo, ut ſi quis Eccleſiaſticorum um-
,, quam titulos ponere ſive in ruſtico, ſive ur-
,, bano prædio ſua ſponte præſumſerit; Ana-
,, thema ſit, & reſponderunt omnes: Anathe-
,, ma ſit. Is autem qui Eccleſiæ præeſt, ſi hoc,
,, eel ipſe fieri præceperit, eel ſine ſua præce-
,, ptione factum digna punire animadeerſione
,, neglexerit; Anathema ſit: & reſponderunt
,, omnes: Anathema ſit.

NICOLAUS Papa *Carolo Regi.*
,, SIve de conjugii fœdere, ſive de adul-
,, terii crimine, judicium agitandum ſit,
,, nulla ratio patitur Thietbergam cum Lotha-
,, rio poſſe inire conflictum, vel leviſſimum
,, controverſiæ ſubire certamen, niſi prius ad
,, tempus fuerit reddita ſuæ poteſtati, & con-
,, ſanguineis propriis libere ſociata. Itaque et-
,, iam locus providendus eſt, in quo nulla ſit
,, vis multitudis formidanda, & non ſit diffi-
,, cile teſtes producere, vel ceteras perſonas,
,, quæ tam a ſanctis Canonibus, quam a vene-
,, randis Romanis legibus in hujuſmodi con-
,, troverſiis requiruntur.

Gratian.
,, *In hoc capitulo quamvis videatur cauſſa ex-*
,, *poſita; quare ſua auctoritate non liceat alicui u-*
,, *xorem dimittere, qua ceſſante, ipſa quoque pro-*
,, *hibitio ceſſare videtur; tamen quia ipſa ſepara-*
,, *tio pœna eſt, & pœna nulli eſt inferenda, niſi*
,, *per judicem; generaliter hoc intelligendum eſt,*
,, *ut ſive ob cauſſam præmiſſam, ſive nulla cauſſa*
,, *exiſtente non liceat alicui ſua auctoritate uxorem*
,, *dimittere, quod etiam de pœna homicidii, vel*
,, *qualibet alia intelligendum eſt.*

Nam juriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt. Extr. de offic. deleg. c. *Paſtoralis,* & c. *Ex litteris.*

INNOC. III *Elienſi Epiſcopo.*
,, PAſtoralis officii (& infra) Conſultatio-
,, ni tuæ de fratrum noſtrorum conſilio
,, duximus reſpondendum, quod cum delega-
,, to a Principe juriſdictio dandi judicem ſit a
,, lege conceſſa (dummodo ipſe exonerare ſei-
,, pſum malitioſe non quærat) poteſt compel-
,, lere renitentem, eo quod juriſdictio illa nul-
,, lius videretur eſſe momenti, ſi coercitio-
,, nem aliquam non haberet. Delegatus ta-
,, men debet ſollicite providere, ut ſi perſonis
,, ſuperioribus (exigente neceſſitate) negotium
,, duxerit delegandum in coactionibus inferen-
,, dis, dignitati deferat, & perſonæ....

IDEM, *Abbati ſancti Hilarii, & Magiſtro G. Ca. Tarvis.*
,, EX litteris Venerabilis Fratris noſtri Patri-
,, archæ Granden. (& infra) Mandamus qua-
,, tenus, niſi vobis conſtiterit, quod litteræ, quæ
,, ſecundo loco ad Archipreſbyterum Paduanum
,, impetratæ dicuntur, de prioribus litteris ad
,, Primicerium Granden. & Plebanum ſanctæ
,, Sophiæ obtentis, expreſſam fecerint mentio-
,, nem, ut per ſecundas primæ appareant revo-
,, catæ: cum primos judices auctoritate littera-
,, rum noſtrarum juriſdictionem non ſit dubium
,, habuiſſe, quam potuerunt poſtmodum Pa-
,, triarchæ, quoad executionem ſententiæ de-
,, mandare, ex qua coercitionem etiam idem
,, Patriarcha receperat: cum hujuſmodi demanda-
,, data juriſdictio deluſoria videretur, ſi ſubde-
,, legatus hujuſmodi coercitionem aliquam non
,, haberet; interdicti ſententiam ab eodem Pa-
triar-

„ triarcha in Caſtell. Archidiaconum promul-
„ gatam, pro eo quod ejuſdem Patriarchæ exſe-
„ cutionem impediens, ejus litteras, quibus
„ mandatum prædictorum judicum nunciabat,
„ legi in publicum non permiſit, tamdiu fa-
„ ciatis inviolabiliter obſervari, donec eidem
„ Patriarchæ de injuriis irrugatis ſufficienter
„ fueris ſatisfactum; ſi vero conſtiterit primas
„ litteras per ſecundas legitime revocatas: cum
„ appareat primos judices juriſdictionem nul-
„ lam penitus habuiſſe, & ita conſtet per con-
„ ſequentiam, Patriarcham ipſum non recepiſ-
„ ſe juriſdictionem, vel coercitionem aliquam
„ ab eiſdem, prædictam interdicti ſententiam
„ denuncietis irritam, & inanem.

Hoc tamen ſcias, quod pœnas majores, ut decapitare, quantum ad ſorum ſæculare, vel deponere, quantum ad ſorum Eccleſiaſticum, non poſſunt judices, niſi majores, qui etiam dicuntur habere merum imperium, ut Epiſcopus in Eccleſiaſticis: ad ipſum enim pertinent omnia

v. pag. 338 majora negotia. Diſt. 25. c. *Perlectis*, ſſ. *Ad Epiſcopum*, & require ſupra de differ. offic. ſſ. *Epiſcopi ſubſunt*.

Si quæras utrum judex ordinarius poſſit vices ſuas alii delegare;

Reſp. Poſſunt Epiſcopi ea, quæ ſpectant ad ordinationem Epiſcopalem, ſi forte ipſi fuerint ex aliqua legitima cauſſa impediti, delegare aliis Epiſcopis, Coepiſcopis, puta conſecrationem, vel reconciliationem Eccleſiarum, vel Virginum, ordinationem Clericorum, & ſimilia. Extr. de elect. cap. *Suffraganeis*, de offic. jud. ord. cap. *Quod ſedem*, de

v. Iudic. conſec. c. *Aqua*.

Alex. III.
„ SUffraganeis alicujus Metropolitani, ad
„ mandatum ipſius poſt confirmationem
„ electionis ſuæ, etiamſi pallium non recepe-
„ rit, licitum eſt, electum, qui ad ejus juriſdi-
„ ctionem pertinet, conſecrare.

Innoc. III *Turonenſi Archiepiſcopo*.
„ QUod Sedem Apoſtolicam (& infra). Nos
„ ſiquidem conſuluiſti, utrum ſi aliqua
„ infirmitate, vel alia juſta cauſſa detentus, a-
„ liquem ſuffraganeorum tuorum conſecrare
„ non poſſes, alicui Coepiſcoporum tuorum
„ vices tuas committere licitum tibi eſſet (&
„ infra) Conſultationi tuæ taliter reſponde-
„ mus, quod in tali articulo conſtituto, &
„ tuas vices (ut dictum eſt) tibi committe-
„ re licet, & conſecrandus munus debet ab
„ eo conſecrationis accipere, cui eas duxe-
„ ris committendas; dummodo Catholicus
„ habeatur, & impedimentum ei ex ſubtra-
„ ctione gratiæ Apoſtolicæ Sedis non obſi-
„ ſtat.

Item criminales cauſſas Clericorum, in quibus agitur ad pœnam depoſitionis, non poteſt alicui delegare Epiſcopus, niſi forte in caſu, ſcilicet, ſi oporteret eum abeſſe propter Eccleſiæ neceſſitatem, vel aliam ſimilem cauſſam magnam & arduam, cui non poſſet deeſſe; & tunc committeret non definitionem cauſſæ, ſed cognitionem tantum. Arg. ff. de offic. ejus, cui man. eſt jur. l. 1. c. de pedan. Judic. l. 2.

Sunt etiam quædam aliæ cauſſæ, quas propter excellentiam ſuam, licet non ſint criminales, non debent delegare, niſi forte eſſent cauſſa juſta, & neceſſaria impediti: & tunc non idiotis, & levibus, ſed litteratis, & gravibus committant, ut eſt cauſſa matrimonialis, & ſimilis. Extr. de teſtib. c. *Series*, extr. de conſang. & aff. c. *Ex litteris*.

„ SEries qui reſcripti nobis aperuit, quod Clemens III.
„ cum nuper inter filios quorumdam no-
„ bilium tuæ civitatis conjugalis quæſtio
„ tractaretur (& infra) Pars, quæ matrimo-
„ nium accuſabat, teſtes produxit legitimos,
„ qui conſanguinitatem inter prædictos eſſe,
„ firmiter aſſerebant, in primo gradu ponen-
„ do duas perſonas, B. videlicet, & I. dicen-
„ tes illos eſſe fratrem, & ſororem. Pars au-
„ tem oppoſita id falſum dicebat, B. ſcilicet eſ-
„ ſe ſororem I. ad corroborandam aſſertionem
„ ſuam tam teſtes offerens, quam publicum in-
„ ſtrumentum. Unde quia pars accuſantium te-
„ ſtes illos non eſſe recipiendos proponit, &
„ tu non eſſe conſuetudinem Eccleſiæ aſſirmas,
„ ut poſt receptos teſtes, qui conſanguinita-
„ tem ſecundum formam Canonum computant,
„ alii ex oppoſito admittantur; præſenti pagi-
„ na reſpondemus, quod ſi non eſt aliud Ca-
„ nonicum, quod obſiſtat, non obſtante illa
„ conſuetudine, utpote juri contraria, teſtes
„ recipere non omittas.

„ EX litteris tuis accepimus ..... Ceterum Alex. III. *Caſtren. Abbati*.
„ tuam prudentiam volumus non latere,
„ quod non ſunt cauſſæ matrimonii tractandæ
„ per quoslibet, ſed per judices diſcretos, qui
„ poteſtatem habeant judicandi, & ſtatuta Ca-
„ nonum non ignorent.

Credo etiam, ſalvo meliori judicio, quod non debet Epiſcopus committere poteſtatem diſpenſandi cum irregularibus, & alia ſimilia privilegiata, de quibus require ſupra in præall. ſſ. *Epiſcopi ſubſunt*, de differen. offic. De talibus enim dicit lex, quod ea, quæ cauſſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt; abſolutionem tamen excommunicatorum, pro violenta manuum injectione in Clericum, poterit alii committere in caſibus conceſſis a jure, quum viderit expedire. Extr. de offic. jud. ord. c. *His*, *quibus*.

„ HIs, quibus ex officio in certis caſibus com- Greg. IX.
„ petit illos abſolvere, qui pro violen-
„ ta manuum injectione inciduot in Cano-
„ nem ſententiæ promulgatæ, licet aliis hu-
„ juſmodi abſolutionem committere, cum vi-
„ derint expedire.

Alias quoque cauſſas minores, etiam ſpirituales, de jure patronatus, & ſimiles, ſatis credo, quod poſſit delegare, non tamen Laicis, ſed Clericis tantum. Extr. de jud. c. *Decernimus*, & c. *Quanto*.

„ DEcernimus, ut Laici Eccleſiaſtica tra- Ex Synod. *Eugenii Papæ*.
„ ctare negotia non præſumant. Sed E-
„ piſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alii Ec-
„ cleſiarum Prælati de negotiis Eccleſiaſticis
„ (maxime de illis, quæ ſpiritualia eſſe no-
„ ſcuntur) Laicorum judicio non diſponant,
„ nec propter eorum prohibitionem, Eccle-
„ ſiaſticam dimittunt juſtitiam exercere.

„ QUanto divina gratia (& infra) Cauſſa Alex. III. *Illuſtri Regi Anglorum*.
„ vero juris patronatus ita conjuncta eſt
„ & connexa ſpiritualibus cauſſis, quod non
„ niſi Eccleſiaſtico judicio valeat definiri.

Et pecuniarias pœnas poteſt, immo forte debet indiſtincte delegare. Arg. cauſſ. 11. q. 1. c. *Te quidem*.

„ TE quidem oportet irreprehenſibiliter vi- Ex Epist. *Clementis ad Jacobum fratrem Domini*.
„ vere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes vi-
„ tæ hujus occupationes abjicias; ne fidejuſſor
„ exſiſtas; ne advocatus litium fias; neve in ulla
„ aliqua occupatione prorſus inveniaris mundia-
„ lis officii occaſione perplexus. Neque enim ju-
„ dicem

„ dicem, aut cognitorem ſæcularium negotio-
„ rum hodie te ordinare vult Chriſtus, ne præ-
„ ſocatus præſantibus hominum curis, non poſ-
„ ſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis
„ regulam ſecernere bonos a malis. Hæc vero
„ opera, quæ tibi minus congruere ſuperius di-
„ ximus, exhibeant ſibi invicem vacantes Laici:
„ & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ
„ ſalus hominibus datur.

---

§. III.

Judex delegatus non poteſt cauſſam ſibi delegatam alii delegare.

JUdex autem delegatus regulariter non poteſt cauſſam ſibi delegatam alii delegare, niſi in duobus caſibus: unus eſt, ſi lis eſt coram eo conteſtata, ſicut intelligitur extr. de ſent. & re jud. c. *Cum Bertholdus*, & arg. de procurat. *Neque tutores*.

Innoc.III „ CUm Bertholdus miles curiam ſuam P.
„ milIti pignori obligaſſat, eodem P. ſub-
„ lato de medio, A. nepos ejus, qui ſucceſſit
„ eidem, vacante Eccleſia ejuſdem loci aſſerens,
„ quod jus patronatus cum univerſitate tranſ-
„ iſſet in eum, D. Claricum ejuſdem loci Ar-
„ chidiacono ad ſupradictam Eccleſiam præſen-
„ tavit; qui de conſanſu Epiſcopi ipſum inſti-
„ tuit in eadem, in poſſaſſiones eum induci fa-
„ ciens corporalem. Prædictus vero B. dominus
„ fundi, T. Sacerdotem memorato Epiſcopo
„ præſentavit, ſed ipſum Epiſcopus non admi-
„ ſit. Cum autam dictus T. adverſus memo-
„ ratum D. ſuper prædicta Eccleſia depoſuerit
„ quæſtionem; Remen. Epiſcopus Apoſtolicæ
„ Sedis Legatus judicibus negotium delegavit:
„ ad quem cum atteſtationem utrinque rece-
„ ptas per partes poſtmodum remiſiſſent, & præ-
„ ſato D. cum ſuis atteſtationibus accedente,
„ dictus T. nec per ſe, nec per reſponſalem i-
„ doneum comparere curaret; ipſe atteſtationi-
„ bus inſpectis Clerici memorati, ipſum ab im-
„ petitione ſæpe dicti T. ſententialitat reddidit
„ abſolutum, eidem T. imponens ſilentium ſu-
„ per Eccleſia memorata. Poſtmodum autem
„ idem Presbyter ad Archiepiſcopi præſentiam
„ intra breve tempus accedens, juſtam cauſſam
„ abſentiæ allegavit: Archiepiſcopus vero Ar-
„ gentino Electo, & Altæ ſilvæ, & Tudeber-
„ non. Abbatibus dedit ſuis litteris in manda-
„ tis, ut ſi juſtam abſantiæ cauſſam ille oſten-
„ deret coram eis, prædictam ſententiam nul-
„ lius decernerent eſſe valoris, & cauſſam fine
„ debito terminarent; alioquin facarent ſentan-
„ tiam obſervari. Verum dicto Electo, & præ-
„ ſatis Abbatibus committentibus aliis vices
„ ſuas, ipſi ſubdelegati teſtes ſuper prædicto
„ articulo receperunt, a quibus dictus Clericus
„ vocem ad nos appellationis emiſit (& infra)
„ Licet autem juſtam cauſſam abſantiæ minus
„ ſufficienter Presbyter probaviſſet; ne tamen
„ præjudicaret opinio veritati, R. Diaconum
„ Cardinalem eis conceſſimus auditorem, qui
„ cum nobis omnia fideliter retuliſſet, ex te-
„ nore ſententiæ Archiepiſcopum invenimus
„ circumventum; tum quia continebatur in illa,
„ quod par atteſtationem ipſius Clerici fuerat
„ ſufficienter probatum, quod præſatus A. in
„ poſſeſſione juris patronatus extiterat, cum
„ eumdem ad prædictam Eccleſiam præſentavit;
„ cum tamen per atteſtationes illas nihil aliud
„ oſtenſum fuerit, niſi quod pro quodam jure,
„ quod de illa Eccleſia conſuevit exhiberi patro-
„ nis, prædicti P. & A. annuatim decem ſolidos ac-
„ ceperunt: tum etiam quia in eadem ſenten-
„ tia dicitur, quod dictus T. in probatione de-
„ fecit, cum per atteſtationes ſuas appareat i-
„ pſum ſuam intentionem ſufficienter pro-
„ baſſe: tum etiam quia cauſſam non recepit
„ ſufficienter inſtructam, cum unius tantum
„ partis atteſtationes receperit, quæ parum fa-
„ ciebant ad cauſſam. Unde ſententiam ipſam
„ duximus irritandam, memorato T. adjudi-
„ cantes Eccleſiam ſupradictam, cum per at-
„ teſtationes nobis conſtiterit evidenter, i-
„ pſum a vero patrono fuiſſe ad ſæpe dictam
„ Eccleſiam præſentatum.

Alius caſus eſt, quando univerſitas cauſſarum alicujus villæ, vel caſtri, vel Eccleſiæ eſt alicui delegata: tunc enim poteſt unam ca uſſam delegare, ff. de jud. *Cum prætor*.

Fallit hæc ragula in delegato a Papa, vel principe: ille enim poteſt totam cauſſam indiſtincte, vel partem ejus alteri delegare. Extra de offic. deleg. c. *Quamvis*, & *Super quæſtionum*, & *Paſtoralis*.

„ QUamvis ſimus (& infra) Si vero duobus v. *ſupra.* Alex.III. *Vintonien. Epiſc.*
„ cauſſa committitur, etiamſi non appo-
„ natur, ut unus ſine altero procedat in ea;
„ nihilominus unus ex ipſis, ſive ſuo conjudici,
„ ſive alii vices ſuas poteſt committere in hac
„ parte.

„ SUper quæſtionum articulis, de quibus nos Innoc.III. *Cantuar. Archiep.*
„ conſulere voluiſti, taliter reſpondemus,
„ quod per conſtitutionem noſtram coſultatio-
„ ni Alexandri Papæ nullatenus derogatur; ſed
„ illa per iſtam exponitur: immo in iſta ve-
„ tius, quæ in illa fuerant prætermiſſa, ſup-
„ plentur: ipſe namque reſpondit, quod ſi ſuper
„ cauſſa, quæ alicui ex Apoſtolica delegatione
„ committitur, a perſonis Eccleſiaſticis una,
„ vel pluribus, quibus delegatus (ut parcat la-
„ boribus partium, & expenſis) cauſſæ cogni-
„ tionem ipſius, & teſtium examinationes, ſen-
„ tentia ſibi reſervata committit, appellatio fue-
„ rit impoſita, hujuſmodi appellationis intui-
„ tu cauſſam indefinitam relinquere non tene-
„ tur. Nos autem ſtatuimus, quod licet is,
„ cui cauſſa committitur remota appellatione,
„ non poſſit eam aliis ſine provocationis obſta-
„ culo delegare; ſi tamen delegatus a nobis,
„ vel judex quicumque, non tam cognitorem,
„ quam executorem ad aliquem certum articu-
„ lum, quempiam deputaverit; ab eo (niſi mo-
„ dum excedat) non liceat appellari, dummo-
„ do de partium deputetur, vel recipiatur aſ-
„ ſenſu. Quod ſi delegatus a nobis, vel litis
„ exordium, vel cauſſæ finem, necdum totum
„ negotium ei duxerit committendum; ab ipſo
„ tamquam a judice licite provocetur: cum &
„ lis ante judicem debeat conteſtari, & cauſ-
„ ſa per judicem definiri. Intentionis igitur
„ noſtræ fuit (ſicut ex tenore conſtitutionis
„ præmiſſæ poteſt liquide deprehendi) quod, ut
„ judicialis auctoritas liberius valeat exerce-
„ ri, delegatus a nobis licite poſſit & prin-
„ cipium, & finem, & medium cauſſæ ſibi
„ commiſſæ, non ſolum conjunctim, ſed et-
„ iam diviſim alii delegare, non obſtante quod
„ dicitur, quod judex debet cognoſcere per
„ ſeipſum in principio, in medio, & in fine;

„ cum antequam feret ſententiam, univerſa, quæ acta ſunt in judicio, inveſtigare debeat diligenter.

Ille tamen, cui committit Papa Inquiſitionem, vel proviſionem de Eccleſiis, de Prælatis, aut aliis miniſtris faciendam, quia in his caſibus induſtria, & fides perſonæ, cui talia committuntur, eligi videntur: item cui committitur prædicare crucem, excommunicare, & abſolvere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel injungere pœnitentias; non poteſt, ſalva legatorum Apoſtolicæ ſedis auctoritate, alii demandare: quia non ſibi juriſdictio, ſed certum miniſterium committitur potius in hac parte. Extr. de offic. deleg. cap. *Quoniam* 2. *§. Ceterum*.

Gregor. IX.

„ QUoniam .... Ceterum (ſalva legatorum Apoſtolicæ Sedis auctoritate) nulli, cui commiſſum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel abſolvere aliquos, diſpenſare cum irregularibus, vel injungere pœnitentias, liceat hæc de cetero aliis demandare: quia non ſibi juriſdictio, ſed certum miniſterium potius committitur in hac parte.

Item fallunt omnes ſupradictæ diſtinctiones in Papa, qui ex plenitudine poteſtatis poteſt delegare cauſſas criminales, & civiles, immo ſecundum quoſdam, inter quos ſunt Hugotio, & Laurentius, poteſt delegare cuilibet poteſtatem dandi omnia Sacramenta, quæ accepit, verbi gratia, Presbytero poteſtatem conferendi omnes ordines, quos ipſe Presbyter accepit, & ut poſſit confirmare, ſive ſignare in fronte, & ſimilia. Diacono, ut conferat ordinem Diaconatus, & inferiores; & Laico confirmato, ut confirmet. Poteſtatem autem conferendi ordinem, quem non accepit, non poteſt alicui concedere: ſimiliter nulli poteſt concedere poteſtatem conficiendi Corpus Chriſti, niſi ſit Presbyter; quia ſolis Presbyteris dictum eſt: *Hoc facite in meam commemorationem*. Nec poſſet Presbyteris concedere, ut conficerent Chriſma. Pro iſtis facit Gregorius, qui conceſſit quibuſdam Presbyteris poteſtatem confirmandi. Diſt. 95. c. *Pervenit*.

Matth. 26

Lib. 3. Ep. 26.

Gregor. *Januario Epiſc. Caralitano.*

„ PErvenit ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod Presbyteros tangere Chriſmate in fronte eos, qui baptizati ſunt, prohibuimus: & nos quidem ſecundum veterem uſum Eccleſiæ noſtræ fecimus. Sed ſi omnino de hac re aliqui contriſtantur, ubi Epiſcopi deſunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chriſmate tangere debeant, concedimus.

Et quibuſdam Laicis videtur idem Gregorius dediſſe poteſtatem ſuſpendendi Clericos. Diſt. 32. c. *Ad hoc vero*. Sunt etiam circa hoc aliæ opiniones, quæ non proſequor: hic pauca tetigi de delegatione, tum quia per ſe poſſent eſſe utilia, tum quia poterunt valere per ſimile ad quaſdam quæſtiones infra de pœnitentia.

Hæc decret. non invenitur in corpore juris; eſt tamen Gregorii Leoni Epiſc. lib. 3. Ep. 34.

§. IV.

Quæ excuſant a pœna.

SUnt autem multa, quæ excuſant a pœna, videlicet mentis alienatio: talia enim, quæ mente alienata fiunt, impunita ſunt; dicitur autem homo alienatæ mentis tripliciter.

I. Per ſtuporem, ſeu mentis perturbationem: hoc modo videtur excuſare Auguſtinus Loth, de eo, qui filias ſuas voluit proſtituere, ut viros hoſpites liberaret. Diſt. 14. *Quod ait Sodomitis Loth*.

„ QUod ait Sodomitis Loth: *Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum noverunt viros: producam illas ad vos: utimini illis, ſicut vobis placuerit, tantum in viros iſtos ne faciatis iniquum*; quoniam volebat proſtituere filias ſuas hac compenſatione, ut viri hoſpites ejus nihil a Sodomitis tale paterentur. Utrum admittenda ſit compenſatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius gravius malum faciat, an potius perturbationi Loth, non conſilio tribuendum ſit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculoſiſſime admittitur hæc compenſatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ; nullo modo imitanda eſt.

Auguſt. lib. 1. quæſtionum ſup. Geneſ. cap. 42.

II. Per furorem. Cauſſa 15. quæſt. 1. cap. *Aliquos*, & cap. *Illa cavenda*, Cauſſa 3. q. 9. cap. *Inditas*.

„ ALiquos ſcimus ſubito dementes factos, ferro, fuſte, lapidibus, morſibus multis nocuiſſe, quoſdam etiam occidiſſe; captos autem induſtria, & judiciis oblatos, minime reos factos, eo quod non voluntate, ſed impellente vi, neſcio qua, hæc geſſerint neſcientes. Quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit, quid faceret?

Auguſt. lib. quæſtion. vet. & nov. teſtam. q. 2.

„ ILla cavenda ſunt, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta juventutis, & irrationabiles corporis paſſiones. Quorum igitur nos ſumus domini, horum principia extrinſecus non requiramus, nec derivemus in alios; ſed agnoſcamus ea, quæ proprie noſtra ſunt. Quod enim poſſumus non facere, ſi volumus, hujus electionem mali nobis potius debemus adſcribere, quam aliis. Ideo etiam in judiciis iſtis voluntarios reos non ex neceſſitate compulſos culpa conſtringit, pœna condemnat: neque enim ſi per furorem aliquis Innocentē peremerit, obnoxius morti eſt: quin etiam ipſius divinæ legis oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, & refugii facultatem, ut poſſit evadere. Hoc igitur de eo, quod proprie malum videtur, dictum ſit: mala enim non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. Ceterum paupertatem, ignobilitatem, ægritudinem, & mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numeraverit: quia nec contraria iſtis in bonis habentur maximia: quorum nobis alia ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.

Ambroſ. in Examer. in tract. primi diei.

„ INdicas Hermanum Epiſcopum ſuper quibuſdam frequenter fuiſſe accuſatum: pro quibus (quia ex parte ipſius perſonæ deeſt) nos uni parti ad diſcrimen alterius credere proculdubio non poſſumus: quamvis nec uſque adhuc, qui fuerint illi exceſſus, dixeris, nec utrum ſanæ mentis erat idem Antiſtes, necne, cum ipſos exceſſus perpetrabat, evidenter oſtenderis: ſatiuſque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quam ad ipſum pertinere peccatum, cui magis conſulendum ſit, & compatiendum, quam puniendum, vel etiam aliquo modo feriendum.

Nicolaus Papa Gallioni Senenſi Archiepiſcopo.

III. Per ebrietatem excuſatur quis a pœna. Cauſſa 15. q. 1. c. *Inebriaverunt Loth filiæ ejus*.

August. *Contra Fauſtum, lib.* 22. c. 44.

,, INebriaverunt Loth filiæ ejus, & ſe neſcienti miſcuerunt: quapropter culpandus eſt quidem; non tamen quantum ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

Et hoc intelligas, ſi ex toto ſunt alienatæ mentis, ita quod in nullo ſint compotes ſui, & nihil intelligant; alias excuſarentur non a toto, ſed a tanto. Præterea quidam intelligunt hoc ſimpliciter, ut dictum eſt: alii vero diſtinguunt, utrum culpa ſua quis inciderit in furorem, vel ebrietatem, an ſine culpa, ut in primo caſu teneatur, in ſecundo non. Arg. pro iſtis, diſt. 50. c. *Sæpe*. Cauſſa 15. q. 1. cap. *Si quis inſaniens*, §. *Sed hoc*.

Ex Conc. *Vormacienſ. c.* 29.

,, SÆpe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem inciderit, ut aliquis ſubtus ipſam veniens deprimatur: & idcirco ſi voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum eſt; ut homicida pœnitentiæ debet omnino ſubmitti: quod ſi non voto, non incuria illius, non denique ſcientia contigit; ſed dum ille operi neceſſario fortaſſe incumberet, iſte inſperatus occurrens ſub arbore improviſus devenit, & ſub ipſa oppreſſus eſt; inciſor arboris non tenetur pro homicida.

Ex Poenit. *Theodori.*

,, SI quis inſaniens aliquem occiderit, ſi ad ſanam mentem pervenerit, levior ei pœnitantia imponenda eſt.

Gratian. ,, *Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit*.

Prima opinio eſt celebrior, & ſecundum illam videtur expreſſe Auguſtinum, & Ambroſium in præall. c. aliquos excuſaſſe; tamen ſi fuerint liberati, omnibus eſt pœnitentia imponenda, ſed levior, quam ſi ſani tale quid commiſiſſent. Cauſſa 15. q 1. c. *Si quis inſaniens*. (*v. ſupra.*) Hoc autem fit ad cautelam, & ne diſciplina Eccleſiaſtica deſeratur. Cauſſa 34. q. 2. c. *In lectum*. Cauſſa 23. q. 5. c. *Excommunicatorum*. (*v. pag.* 93.)

Item excuſat a culpa, & a pœna coactio; a toto, ſi fuit abſoluta; a tanto, ſi fuit conditionalis. Diſt. 50. c. *Presbyteros*. (*v. pag.* 345.)

Item excuſat deceptio, ſi forte aliquis deceptus per fraudem, vel dolum alterius, vel per errorem facti probabilem, fecit non faciendum, vel omiſit faciendum. Cauſſa 15. q. 6. cap. *Si Sacerdotibus*, ff. de eo, per quem factum, l. 1. §. 2. Cauſſa 34. q. 2. *In lectum*. (*v. pag.* 64. *v. pag.* 93.)

Fallit hoc in his, quæ ſunt contra articulos fidei, præcepta, vel prohibitiones Domini, ſine quorum obſervantia non eſt ſalus; in illis enim nequaquam excuſaretur quis per alterius fraudem, vel dolum, vel etiam per ignorantiam juris. Cauſſa 22. q. 2. cap. *In ipſarum*, 16. q. 1. c. *Si cupis*, & de tali ignorantia dicitur: *Si quis ignorat, ignorabitur*. (*v. pag.* 41. *Cor.* 14.)

Quandoque tamen etiam excuſat in iſtis ignorantia, non a toto, ſed a tanto, ſcilicet quum non fuit affectata, ſed invincibilis, puta quia voluit certificari, ſed non invenit a quo. De talibus Evangelium Luc. 12. *Servus autem ſciens voluntatem domini, & non faciens, vapulabit plagis multis*.

Item multitudo non excuſat aliquem in delictis, ſicut nec conſuetudo, neque aliqua diuturnitas temporis. Require ſupra de ſimon. §. *Item quæritur*, & §. ſequenti. Relevat tamen multitudo a pœna temporali in duobus caſibus ſcilicet quum multitudo eſt in culpa, vel quum delinquens habet ſociam multitudinem. Require ſupra de ſcandalo, §. *Item quid ſiet*.

Item excuſat quandoque ætas, vel a toto, ſi eſt infans non doli capax. Cauſſa 15. q. 1. cap. *Illud*.

Digest. *Tit. de injuriis, lib.* 3.

,, ILlud relatum peræque eſt eos, qui injuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſane ſunt quidam, qui facere non poſſunt, ut puta furioſus, & impubes, qui doli capax non eſt. Namque hi pati injuriam ſolent, non facere. Cum enim injuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequens erit dicere hos, ſive pulſent, ſive convitium dicant, injuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis injuriam, etiamſi non ſentiat, poteſt; facere vero nemo, niſi qui ſcit ſe injuriam facere, etiamſi neſciat cui faciat. Quare ſi quis per jocum percutiat, aut dum certat, injuriarum non tenetur. *Itaque ex præmiſſis*, &c. (*v. pag.* 139)

Quod ideo eſt, quia illa ætas neſcit quid videat, C. de fal. mo. l 1. vel a tanto excuſat, ſi eſt doli capax. Extr. de delic. puer. cap. 1. ſeu, *Pueris*.

Greg. IX.

,, PUeris grandinſculis peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis 14. cum pubeſcere cœperint: quod merito crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furta, mendacia, & perjuria non eſſe peccata? At his plena eſt puerilis ætas; quamvis in eis non ita, ut in majoribus punienda videantur.

Aliæ vero ætates aliquando attenuant ipſa peccata, & pœnas debitas pro peccatis ſecundum varietatem ipſorum ætatum, & eorum, quæ geruntur. Arg. diſt. 86. c. *Tanta*, & require ſupra de Cler. percuſſ. §. *Corporalis*. (*v. pag.* 259)

Item excuſat caſus ſecundum diſtinctionem, quam require ſupra de homicid. §. *Species*, verſ. *Caſus*. Item jocandi, vel certandi facilitas. Cauſſa 15. q. 1. c. *Illud*, & require infra, de ſenc. excomm. §. *Utraque excommunicatio*, circa medium, verſ. *Cum jocoſa levitate*. (*v. ſupra.*)

---

§. IV.

Quæ in aggravatione, vel attenuatione pœnæ conſideranda ſint.

UT autem præter ea, quæ dicta ſunt, ſcias in ſumma, quæ ſunt conſideranda in aggravatione, vel attenuatione pœnæ, & etiam in aliquibus abſolutionibus ab excommunicatione; nota legem canonizatam de pœnit. diſt. 1. Aut facta puniuntur, ut furta, cædeſque; aut dicta, ut convitia, & infidæ advocationes; aut ſcripta, ut falſi, & famoſi libelli; aut conſilia, ut conjurationes, & latronum conſcientia (quod eſt, quum quis ſciens recepit eos in domum ſuam) quoſque alios ſuadendo innuiſſe ſceleris eſt inſtar.

Sed hæc quattuor genera, ſcilicet primo poſita, conſideranda ſunt ſeptem modis, cauſſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, aventu.

Cauſſa, ut in verberibus, quæ impunita ſunt a magiſtro, vel parente illata, quoniam emendationis animo, non injuriæ gratia videntur adhiberi; puniuntur, quum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt.

Perſona dupliciter ſpectatur, ejus qui facit, & ejus, qui paſſus eſt: aliter enim puniuntur ex eiſdem facinoribus ſervi, quam liberi; & aliter, qui quod in Dominum, parentemve auſus eſt, quam qui in extraneum; in Magiſtratum, quam qui in privatum: In hujuſmodi rei conſideratione, ætatis quandoque ratio habetur.

Locus facit, ut idem vel furtum, vel ſacrilegium ſit, & capite luendum, vel minore ſupplicio.

Tempus diſcernit emanſorem a furtivo, & effractorem, vel furem diurnum a nocturno.

Qualitate, quum factum vel atrocius, vel levius eſt, ut furta manifeſta a non manifeſtis diſcerni ſolent, rixæ a graſſaturis, expilationes a furtis, a violentia petulantia.

Quantitas diſcernit furem ab abigeo: nam *Abigeo* dicitur a grege abigendo. qui unum ſuem ſubripuerit, ut fur coercebitur, qui gregem, ut abigeus.

Eventus ſpectatur, ut a dementiſſimo quoqua facta.

---

§. V.

An unus poſſit pro alterius peccato, vel ſine culpa ſua puniri.

SEquitur utrum unus poſſit pro alterius peccato, vel ſine culpa ſua puniri.

Ad hoc dicas, quod pœna æterna non punitur unus pro alio, ſed unuſquiſque damnatus pro ſuo peccato proprio punietur, juxta illud: *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur*. Hoc autem fallit in peccato originali, pro quo ſine culpa ſua puoitor pœna æterna: *Quicumque renatus non fuerit ex aqua, & ſpiritu Sancto*. Quod eſt ideo, ut ait Auguſtinus, quia unus erat cum illo, a quo traxit, quando quod contraxit, admiſſum eſt. Cauſſa 1. q. 4. cap. *Jam itaque*.

August. Ad Bonif. Ep. 23. ,, JAm itaque cum homo in ſeipſo eſt, ab eo
,, qui genuit eum, alter effectus, pecca-
,, to alterius ſine ſua conſenſione non tenetur
,, obnoxius. Traxit ergo reatum, quia unus
,, erat cum illo, & in illo, a quo traxit. Quan-
,, do quod traxit, admiſſum eſt: non autem tra-
,, hit alter ab altero, quando ſua unoquoque
,, propria vita vivente, jam eſt unde dicatur:
,, *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur*: ut au-
,, tem regenerari poſſit per officium volunta-
,, tis alienæ, cum offertur conſecrandus, facit
,, hoc unus ſpiritus, ex quo regeneratur obla-
,, tos.

Pœna aoıem ſpiritualis, ſcilicet excommunicationis, non debet puniri unus pro alio. Cauſſa 24. q. 3. c. *Si habes*. v. pag. 90. & infra.

Quidam tamen dicunt, quod propter enormitatem delicti poſſet excommunicari etiam majori excommunicatione familia pro peccato domini, & civitas, vel caſtrum. Arg. præd. c. *Si habes*, verſ. *Niſi graviſſime commoverer*.

August. Ad Auxiliū Epiſcop. Ep. 75. ,, SI habet de hac re ſententiam certis ratio-
,, nibus, vel ſcripturarum teſtimoniis ex-
,, ploratam, nos quoque docere digneris, quo-
,, modo recte anathematisetur filius pro pecca-
,, to patris, aut pro mariti uxor, aut pro do-
,, mini ſervus, aut quiſquam in domo etiam
,, nondum natus, ſi eodem tempore, quo univer-
,, ſa domus eſt anathemate obligata, naſcatur,
,, nec ei poſſit per lavacrum regenerationis in
,, mortis periculo ſubveniri. Hæc enim fuit
,, corporalis pœna, qua legimus quoſdam con-
,, temtores Dei cum ſuis omnibus, qui ejuſ-
,, dem impietatis participes fuerunt, pariter
,, interfectos: tunc quidem ad terrorem viven-
,, tium mortalia corpora perimebantur, quan-
,, doque etiam moritura. Spiritualis autem
,, pœna, qua fit, quod ſcriptum eſt: *Quæcum-* Matth. 16
,, *que ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in*
,, *cælo*; animas obligat, de quibus dictum eſt:
,, *Anima patris, ita & anima filii mea eſt. A-* Ezech. 18.
,, *nima, quæ peccaverit, ipſa morietur*. Audiſti
,, fortaſſe aliquos magni nominis Sacerdotes
,, cum domo ſua quempiam anathematisaſſe
,, peccantium; ſed forte ſi eſſent interrogati,
,, reperirentur idonei inde reddere rationem.
,, Ego autem, ſi quis a me quæſierit, utrum
,, id recte fiat, quid ei reſpondeam, non inve-
,, nio. Numquam hoc auſus ſum de quorum-
,, dam facere facinoribus unanimiter adverſus
,, Eccleſiam perpetratis, niſi graviſſime com-
,, moverer. Sed ſi tibi, quod juſte id fiat, Do-
,, minus revelavit; nequaquam juvenilem æ-
,, tatem tuam, & honoris Eccleſiaſtici rudi-
,, menta contemno. Eo adſum, ſenex enim a
,, juvene Coepiſcopo, & Epiſcopus tot annorum
,, a collegs necdū anniculo paratus ſum diſcere,
,, quomodo vel Deo, vel hominibus juſtam poſſi-
,, mus reddere rationē, ſi animas innocentes pro
,, ſcelere alieno (ex quo non trahunt, ſicut ex A-
,, dam, in quo omnes peccaverunt, originale
,, peccatum) ſpirituali ſupplicio puniamus. Et-
,, enim Claſſiciani filius, etſi traxit ex patre
,, primi hominis culpam ſacro fonte baptiſma-
,, tis expiandam; tamen quidquid, poſteaquam
,, eum genuit, peccati pater ejus admiſit, ubi
,, particeps ipſe non fuit, ad eum non perti-
,, nere, quis ambigit? Quid dicam de conju- v. pag. 90.
,, ge.... Si ergo de hac re potes reddere ra-
,, tionem, utinam & nobis reſcribendo præ-
,, ſtes, ut poſſimus & nos. Si autem non pot-
,, es, quid tibi eſt inconſulta commotione a-
,, nimi facere, unde, ſi interrogatus fueris,
,, reſponſionem rectam non valeas invenire?
,, Hæc autem dixi, etiamſi filius noſter Claſ-
,, ſicianus aliquid admiſit, quod tibi anathe-
,, mate plectendum juſtiſſime videretur.

Sed dic, quod modus eſt loquendi, ſicut ſolent homines dicere: *Non facerem ego tale quid, niſi extra me ipſum eſſem*: vel dic, quod innuit ibi Auguſtinus, non quid fieri debet, ſed quod de facto aliquando fit, quum homines ſunt turbati. Unde idem Auguſtinus: *Solent quippe homines recentioribus factis turbulentius excitari*. Cauſſa 23. q. 5. cap. 2. ſau, *Pœna illorum*. v. pag. 130

Pœna vero ſpirituali, quæ dicitur interdictum, ſæpe punitur familia, civitas, vel etiam tota provincia, pro peccato domini: & hoc propter magnitudinem peccati, & quia aliter non poteſt compelli ad ſatisfactionem. Extr. de ſponſ. c. *Non eſt vobis*.

,, NOn eſt vobis (ſicut arbitramur) inco- Alexand. III.
,, gnitum, qualiter rex Anglorum pro Archiep. & aliis
,, diſcordia, quæ inter ipſum, & filios ſuos eſt Prælatis
,, ſuborta, uxores eorum detineat (& infra) per Angl. &
,, Nos itaque attendentes juſtum, & honeſtum conſtitu-
,, eſſe, ut viri ſuas petant uxores; mandamus, tis.
,, quatenus eumdem regem ad eas reſtituendas
,, ſollicite moneatis: & ſi juxta commonitio-
,, nem

,, nem vestram filiis ſuis uxores ſuas intra certum terminum non reſtituerit; ex tunc in quacumque parte provinciarum veſtrarũ detinentur, vel transferuntur, donec ibi fuerint, nulla divina officia (præter baptiſmum parvulorum, & pœnitentias morientium) celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.

Aliquando etiam removatur familia ab oblationibus altaris pro peccato domini. Cauſſa 17. (*v. pag. 124*) q. 4. c. *Miror*.

Aliquando etiam removetur filius ab ordine, vel beneficio propter ſimoniam a patre, vel etiam alio in ſua promotione, etiam ipſo ignorante commiſſam. Require ſupra, de ſimonia, *§. Sed numquid Epiſcopus*.

Pœna etiam infamiæ punitur filius pro patre in crimine læſæ Majeſtatis: (*v. pag. 277*) Cauſſa 6. q. 1. c. *Si quis cum militibus*: & omnes illegitime nati pro peccatis parentum ſuorum repelluntur a promotione. Require ſupra de filiis Presbyt. & ceter. illegit. natis.

Pœna corporali, & pecuniaria punitur unus pro alio: nam pro peccato Achan plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita eſt (*Joſ. 7. & 9.*). Item pro peccato Heli & filiorum ejus, populus in manu Philiſthinorum corruit (*1. Reg. 4.*). Item David populum numeravit, pro quo peccato gladius Domini deſævit in populum (*2. Reg. ult.*). Item pro peccato Sodomitarum parvuli eorum cæleſti igne conſumti ſunt (*Geneſ. 19.*): & infinita exempla poſſunt ſuper hoc inveniri.

Amplius pro peccato hominum etiam bruta animalia, & etiam inſenſata leguntur punita, & maledicta a Domino. Nam pro peccato Amalechitarum animalia eorum juſſa ſunt interfici, quibus quia Saul pepercit, audivit a Samuele: *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere* (*1. Reg. 15*). Item pro peccato civium theſauri Hierico anathematizati ſunt, & pro peccato Ægyptiorum poſſeſſiones grandini traditæ, & jumenta, & primogenita eorum morte conſumta ſunt, & multa alia ſimilia.

Quid ergo dicemus in iſtis de ſumma Dei clementia, & bonitate, qui ſic homines, & alia tam ſenſibilia, quam inſenſibilia punit ſine culpa?

Ad hoc reſpondeo primo, quantum ad rationabilia, quod ipſe Dominus quinque cauſſis punit aliquos in hac vita, & notantur cauſſæ iſtis verſibus:

Eſt qui torquetur, ne faſtus ei dominetur.

Ut Paullus, cui datus eſt Angelus Sathanæ, ne magnitudo revelationum extolleret eum.

Eſt qui torquetur, quo purius inde probetur.

Ut Job, & Tobias, & multi alii.

Eſt qui torquetur, Deus ut ſic glorificetur.

Ut cæcus natus, de quo Dominus: *Neque hic peccavit, nec parentes ejus, ſed ut manifeſtetur gloria Dei.*

Eſt qui torquetur, ut perpetuo crucietur.

Ut Herodes, Sodomitæ, Dathan, & Abiron, & ſimiles.

Eſt qui torquetur, ut crimine purificetur.

Ut Maria ſoror Moyſi, filii Iſrael, & quotidie multi Chriſtiani, quos Dominus flagellat, ut convertantur.

Quantum ad animalia, & inſenſibilia, quæ morte perduntur, vel anathematizantur, dicas, quod non fit participatione peccati, ſed cauſſa Sacramenti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquentium. *Cauſſa Sacramenti*, ut theſauri Hierico, & animalia Amalechitarum: Hierico enim interpretatur *Luna*, & ſignificat mundum iſtum. Amalechita interpretatur, *Lingens ſanguinem*, & ſignificat cupidos avaros, & dæmones: ſignificatur ergo per hoc, quod muri vitiorum ſignificati ſunt per lapides & theſauros Hierico.

Item irrationabiles vitiorum motus, ſignificati per animalia Amalechitarum, non debent tranſire in ſortem Iſraelitarum, ſcilicet ſanctorum, qui ſunt viri videntes Deum. *Deteſtatione peccati*, ut pecunia Simonis, quæ damnata eſt, Petro dicente ſibi: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem* (*Act. 7.*), & multa ſimilia. *Flagello delinquentium*, ut animalia Ægyptiorum, poſſeſſiones, & primogenita, ut in illis punirentur Ægyptii flagello Domini, quorum felicitate lætabantur. Et multa alia ſatis plene tractantur 1. quæſt. 4. per totum, & præcipue in *§. E contra Dominus ad Moyſen*.

CAUSSA PRIMA, QUÆST. IV.

,, *Nunc ergo de quarta quæſtione eſt pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quod ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur: ait enim.* (*Gratian.*)

,, Nullius crimen maculat neſcientem. (*Auguſt. Ep. 48. ad Vicen.*)

,, Quis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem? (*Idem Ibidem.*)

,, Placuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur, ne quod non ſuo fecerunt judicio, cum ad Eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint converſi, parentum illos error impediat, quominus promoveantur ſacri altaris miniſtri. (*Idem In Afric. Concilio, c. 14.*)

,, Qui apud Donatiſtas parvuli baptizati ſunt, nondum ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſteaquam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad Eccleſiam Dei Catholicam per univerſum mundum diffuſam, ordine antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus Clericatus non debet impedire nomen erroris (*Sequitur cap.* Quia præſulatus, *ſed v. pag. 362.*) (*In Eodem c. 24.*)

,, Crimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt. Nam unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Idque divi fratres Hierapolitanis reſcripſerunt. (*Digestis Tit. de pœnis, l. Crimen.*)

,, Judæi baptizati, ſi poſtea prævaricantes in Chriſtum qualibet pœna damnati exſtiterint, a rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia ſcriptum eſt: *Filius non portabit iniquitatem patris* (*Ezech. 17.*). (*Sequitur cap.* Jam itaque, *ſed v. pag. 372.*) (*Ex Conc. Tolet. 4. c. 60.*)

,, *Homini, qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filium hominis adjuvabit juſtitia tua.* Humana impietas ei nocet, quem pervertendo inquinat: & rurſus eum adjuvat noſtra juſtitia, quem a pravis actionibus mutat. Nocere enim, vel juvare neſciunt ea, quæ vel a bono corrumpere, vel a malo permutare non poſſunt. (*Gregor. in lib. 26. Moral. c. 8. in c. 35. Job.*)

,, E Contra Dominus ad Moyſen: *Ego ſum Deus Zelotes, qui viſita peccata Patrum in* (*Gratian. Exod. 20.*)

filios

„ *filios uſque in tertiam, & quartam generationem.*
„ Licet non inæqualitate judicii, ſed magnitudi-
„ ne clementiæ Auguſtinus aſſerit hoc dictum,
„ ita dicens: *In tertia, & quarta generatione*
„ *peccatum patrum ſe Dominus comminatur in le-*
„ *ge filiis redditurum, non inæqualitate judicii, ut*
„ *alii peccent, & alii puniantur, ſed magnitudi-*
„ *ne clementiæ; dum ſemper exſpectat ad pœniten-*
„ *tiam, & quod in prima generatione delinquitur,*
„ *non prius corrigit, & emendat, niſi & tertia,*
„ *& quarta generatio venerit*. Cum ergo de bapti-
Supra q. 1. c. viſum. „ zatis ab hæreticis Innocentius ſcribat: *Lex*
„ *eſt Eccleſiæ iis, qui ab hæreticis baptizati ſunt*
„ *per manus impoſitionem; Laicam tantam com-*
„ *munionem præbere, nec ex his aliquem in*
„ *Clericatus honorem, vel exiguum ſubrogare*; po-
„ tet quod infantes, qui ab hæreticis baptizati
„ ſunt, ſola excuſet ignorantia, juxta illud A-
„ fricani Concilii: *Ad ſuſcipiendum Clericatus*
„ *officium non eos impediat nomen erroris*. Item
„ ſicut ſcribit:

August. Ad Auxentium Epiſ. Ep. 75. „ NOn imputantur filiis peccata parentum,
„ quæ poſt eorum nativitatem a parenti-
„ bus committuntur: nec pro peccatis paren-
„ tum ſpirituali pœna filii ſunt plectendi.

Officio autem, vel beneficio privari Eccleſiæ, ſpiritualis pœna eſt: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur, qui ignoranter a ſimoniaco ordinatur, ut ſupra in cap. Urbani legitur; & iſte excuſandus eſt, qui per ignorantiam ſimoniace ordinatur. Sed objicitur illud Gregorii: *(Cauſa 1. q. 1. c. Si quis a ſimoniacis.)*

Gregor. „ ECcleſia, quæ pactione conſecrata fuerit,
„ potius exſecrata, quam conſecrata di-
„ ci debet.

(Joſ. 6. 1. Reg. 15. Exod. 19.) *Item peccato civium, theſauri Hierico anathematizati leguntur: unde Achan, qui regulam aureum, & quædam alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe. Item peccato Amalechitarum, animalia eorum juſſa ſunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audivit a Samuele:* Neſcis quia peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. *Item peccato Ægyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditæ, jumenta, & primogenita eorum, morte conſumta ſunt. Item peccato Iſraelitarum, arca Domini Philiſthæis tradita eſt. Si ergo quæ ſenſu carent, ut Eccleſia, altare, arca Domini, lapides Hierico, vel exſecrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine devaſtantur, ſi ea, quæ vim intelligendi non habent, ut animalia Ægyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet, quod nullum excuſat ignorantia criminis, maxime cum ex eo utilitas deferatur ignoranti: veluti ſi quiſpiam de latrocinio, & rapina filio ſuo ignoranti divitias congreget, non excuſat ignorantia filium, quia poſt mortem patris cogitur reddere male acquiſita. Item peccato Achan plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita eſt. Item peccato filiorum Heli populus in manu Philiſthinorum corruit. Peccato quoque plebis electi eorum ſæpe ſunt impediti, & tandem cum eis Prophetæ ducti ſunt captivi.* *(Joſ. 7. 1. Reg. 4. Pſal. 77.)*

His itaque reſpondetur: Inſenſibilia, & irrationabilia peccato hominum vel exſecrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, ſed cauſſa Sacramenti, vel deteſtatione peccati, vel flagello delinquentium. Cauſſa Sacramenti, ut theſauri Hierico, & animalia Amalechitarum. Hierico enim Luna interpretatur, & ſignificat mundum iſtum: Amalechitæ interpretantur lingentes ſanguinem, & ſignificant cupidos, & avaros, & dæmones. Iſraelitæ interpretantur viri videntes Deum, & ſignificant multitudinem ſanctorum. Lapides ergo, & theſauri Hierico anathematizantur, animalia Amalechitarum interfici jubentur ad examinandam cupiditatem Iſraeliticæ plebis, & ut ſignificaretur, quod muri vitiorum, & hujus mundi theſauri, qui per lapides, & theſauros Hierico deſignantur, irrationabiles quoque vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent tranſire in ſortem ſanctorum. Animalia vero Ægyptiorum, & poſſeſſiones eorum, & primogenita grandine, & morte conſumta ſunt, ut in illis punirentur, quorum felicitate lætabantur, & ut daretur intelligi, quod mundus peribit, & concupiſcentia ejus. Sed & terra Iſraelitarum in ſalſuginem verſa eſt, & ſegetibus eorum imbres adverſi ſunt, animalia eorum ſterilitate, & morbo confecta ſunt, ut auctorem ſuum, quem per beneficia cognoſcere noluerunt, ſaltem inter ſupplicia ſentirent. *(Pſal. 106.)*

In deteſtationem vero peccati, pecunia Simonis damnata eſt, cui dictum eſt: Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.

In deteſtationem quoque ejuſdem criminis altare, & Eccleſia, quæ per ſimoniam conſecratur, non tam conſecrari, quam exſecrari dicuntur: quia qui interventu pecuniæ oleum conſecrationis effundit, non conſecrare, ſed exſecrare dicendus eſt. Hinc eſt, quod Beatus Gregorius Eccleſias ab Arianis conſecratas, iterum conſecrari præcepit; quia ſanctificationem conſecrationis, quæ nonniſi in fide Trinitatis perficitur, præſtare non poterant, qui fide carebant. Arca vero, & Propheta peccato ſuorum civium hoſtibus traditi ſunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam criminis, ſed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc paſſi ſunt. Item populus, qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hoſtium traditus eſt, ſignificat ſubditos corporaliter flagellari, at inter ipſa flagella, peccata Prælatorum feriantur: ſicut Achan ſorte deprehenſus, lapidibus obrutus eſt: ſicut & navicula Jonæ periclitatur, ut fugitivus ſorte deprehenſus fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis Prælatorum depravatur vita ſubditorum, ut Prælatis ſuis ſubditi faventes ad malum cum eis ſimul corruant: ſicut filii Iſrael diu portantes peccata Sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hoſtium. Item David populum numeravit: quo peccato gladius Domini deſævit in populum: ſed in lata gente gloria Regis eſt, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numeroſitate ſuæ gentis ſuperbivit, jure in ejus diminutione punitus eſt. Item parvulos Sodomitarum non excuſavit ignorantia, quin pro paterno ſcelere cæleſti igne conſumerentur: ſed igne hoc pœna illis diminuta eſt, quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt ademta. Pariter etiam demonſtratum eſt, peccatis parentum parvulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idem intelligendum eſt de parvulis, qui peccato Dathan, & Abiron vivi deſcenderunt ad inferos. *(De conſecr. diſt. 1. c. Arianorum. 2. Reg. ult. Num. 16.)*

Item Cham peccante, Chanaan filius ejus maledicitur: Giezi delinquente, lepra tranſmittitur ad poſteros, Judæis clamantibus: Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. *Etiam reliquiæ eorum pœnæ mortis Chriſti addictæ ſunt. Achab quoque peccante, poſteri ejus regni ſolium amiſerunt, & qui de ejus ſemine in regno Juda nati ſunt, uſque ad purgatam labem illius familiæ, a genealogia Do-*

mini

mini ſunt excluſi. Odium quoque Eſau (ut Malachias teſtatur) tranſivit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quod ignorantia peccati non excuſat aliquem.

Sed his exemplis non probatur teneri peccata aliorum, niſi imitatores nequitiæ eorum. Quicumque enim de ſemine Eſau, & ceterorum ad Deum converſi paternam malitiam deteſtati ſunt, non odium, ſed Dei clementiam experti ſunt. Item, ut Ambroſius ait:

Ambroſ. Serm. 2. ,, TUrbatur navicula Petri, in qua erat Ju-
,, das; qoia qui ſuis meritis erat firmos,
,, turbatus eſt alienis.

Gratian. *Ignorabat autem Petrus peccatum Judæ. Non ergo ignorantia excuſavit illum. Sed turbatio hæc non peccati coinquinatio, ſed corporalis perſecutio intelligitur; quia meritis malorum nonnumquam adeo premuntur boni, ut eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus ſimoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data eſt. Non ergo poteſt probari iſte reus criminis, cujus non habuit conſcientiam.*

Notandum quoque eſt, quod non omnis ignorantia aliquem excuſat. Eſt enim ignorantia alia facti, alia juris. Facti alia eſt ejus facti, quod oportuit eum ſcire, alia, quod, non oportuit eum
1. Cor. 10. *ſcire. Quod non oportuit eum ſcire, ſicut Apoſtolus ait:* Si quis infidelium vocaverit vos ad cœnam, & vultis ire; quidquid vobis appoſitum fuerit, comedite nihil interrogantes: ſi quis vobis dixerit: Hoc idolis immolatum eſt, nolite comedere. *Ecce, quod vocatum eſt ad cœnam, non oportuit ſcire carnes ſibi appoſitas fuiſſe idolis immolatas. Quod oportuit eum ſcire, ſicut ignorantia Judæorum, & reliquorum infidelium, qui ea, quæ a Prophetis de Chriſto fuerunt prænunciata, adhuc ignorant eſſe completa: unde a Judæis adhuc exſpectatur venturus. Hæc neminem excuſat.*

Item ignorantia juris; alia naturalis, alia civilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis eſt, jus vero civile aliis permittitur ignorare, aliis non. Juris civilis ignorantia nemini obeſt in damno vitando, ſi negotium inde contigerit, ut ſi minor pecuniam dederit filiofamilias, repetit: in majore vero quaſi delictum eſt.

Item ſi ſucceſſionem etiam tibi majori delatam cum alio ſine judice dividas, putans teſtamentum jure ſubnixum, cum non eſſet; ſolidum ſucceſſionem obtinebis, vel ſi id, quod nulla jure debuiſti, aut jure naturali non debuiſti, ſed civili, tamquam ex Chirographo ſolvus, aut promiſſas, repetis. Non ita, ſi delictum. Nam ſi putat rem ſuam ſibi per legem licere rapere, incidit in conſtitutionem illam Codicis lib. 8. tit. Unde vi.

Imperat. Valentinian. Auguſtus. ,, SI quis in tantam fororis audaciam perve-
,, nerit, ut poſſeſſionem rerum apud fiſcum,
,, vel apud quoslibet homines conſtitutarum an-
,, te eventum judicialis arbitrii violenter inva-
,, ſerit; dominus quidem conſtitutus, poſſeſ-
,, ſionem, quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori,
,, & dominium ejuſdem rei amittat. Si vero
,, alienarum rerum poſſeſſionem invaſit, non
,, ſolum eam poſſidentibus reddat, verum et-
,, iam æſtimationem earumdem rerum reſtitue-
,, re compellatur.

In hoc autem non fuit ignorantia juris, ſed facti, & illius, quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis cum ignorantia excuſat paterni delicti: quod etſi oportuiſſet eam ſcire, infirmitatem tamen ætatis deprehendere non poterat.

§. VI.

Caſus, in quibus quis licite ſine culpa, ſed non ſine cauſſa punitur.

NOta etiam hic propter continuationem materiæ ſex caſus, in quibus aliquis punitur quotidie juſte, ac licite ſine culpa, ſed non ſine cauſſa. Unde verſus:

Paupertas, odium, favor, & vitium, ſcelus, orda,
Perſonas ſpoliant, & loca jure ſua.

Propter paupertatem Eccleſia, quæ conſuevit habere Epiſcopum, perdit ipſum. Cauſſa 16. q. 1. c. *Et temporis.*

,, ET temporis qualitas, & vicinitas nos lo- Gregor. Benenato Epiſcopo l. 7. Ep. 35
,, corum invitat, ut Cumanam, atque Mi-
,, ſenatem unire debeamus Eccleſias, quoniam
,, nec longo a ſe itineris ſpatio ſejunctæ ſunt,
,, nec (peccatis facientibus) tanta multitudo
,, populi eſt, ut ſingulos, ſicut olim fuit, ha-
,, bere debeant Sacerdotes. Quia igitur Cuma-
,, ni caſtri Sacerdos curſum hujus vitæ exple-
,, vit, utraſque nos Eccleſias præſentis aucto-
,, ritatis pagina uniſſe, tibique commiſiſſe co-
,, gnoſce, utrarumque etiam Eccleſiarum ſcito,
,, te eſſe proprium Pontificem. Et ideo te,
,, quæcumque tibi, vel de earum patrimonio,
,, vel Cleri ordinatione, promotioneve juxta
,, Canonum ſtatuta viſa fuerint ordinare, at-
,, que diſponere, habebis ut proprius revera Sa-
,, cerdos liberam ex noſtræ auctoritatis conſen-
,, ſu, atque permiſſione licentiam. Ubi vero
,, commodius, atque utilius eſſe perſpexeris,
,, ibi habitato: ita ſane, ut alteram Eccleſiam,
,, cui corporaliter præſens non es, ſollicita
,, providentique cura diſponas, quatenus illic
,, divina myſteria ſolemniter Domino præſtan-
,, te peragantur.

Propter odium civium contractum ex eo, quod occiderunt duos Epiſcopos proprios ſucceſſive, vel forte ex alia cauſſa ſimili ita enormi perdit ipſa Eccleſia Epiſcopum. Cauſſa 25. q. 2. c. *Ita nos.*

,, ITa nos Scyllacenorum cædes geminata Gelaſius Papa.
,, Pontificum horrendi criminis atrocita-
,, te confundit, ut diu conſtitutio noſtræ de-
,, liberationis hæſitaret; dum & ingerere quem-
,, piam parricidialibus exemplis deteſtaremur
,, Antiſtitem, & Eccleſiam utcumque deſti-
,, tutam, non uſque adeo judicaremus relin-
,, quendam. Quapropter jam velut uſum, con-
,, ſuetudinemque ſacrilegam declinantes, nos
,, eatenus religioni duximus conſulendum, ut
,, parochiæ vice ab extrinſecus poſitis Sacer-
,, dotibus gubernetur, quæ ibidem commoran-
,, tes ferro didicit necare Paſtores, inaudito-
,, que facinore (quod etiam in illis provinciis
,, nuſquam prorſus legitur accidiſſe, quæ bel-
,, lorum continuis diverſiſque incurſionibus af-
,, fliguntur) hæc ſit reperta civitas, quæ præ-
,, ſules miniſtrantes ſibi fidei Chriſtianæ ſacra-
,, menta ſine perſecutore proſternat. Curan-
,, dum eſt igitur, ut illic funeſta pernicies
,, ceſſatione propriorum ſanetur Antiſtitum, at-
,, que ita ſaltem furoris tanti materia ſubtra-
,, hatur: ſi, in quam hæc poſſit acerbitas per-
,, petrari, conſiſtens ibidem perſona defuerit;
,, eoque modo, vel illa civitas, dum in quos
,, deſæ-

Digitized by Google

,, deſæviat, non habebit, ab hujuſmodi temeri-
,, tate deſiſtat, vel aliis imitandi contagie di-
,, ra exemplum non præbeat. Egeat ergo E-
,, piſcopalibus ſubſidiis ſibimet aliunde peoſan-
,, dis, quæ ſacram in ſuo gremio collocatam
,, fuſo crudeliter maculat ſanguine dignita-
,, tem: quia in utroque hac eſt ultione plectenda,
,, ſive inſtinctu domeſtico, ſeu ſuriis incitate
,, nefas hoc committit externis. Præbeat ergo
,, dilectio veſtra in hoc ſtatu poſitæ miniſte-
,, rium viſitationis Eccleſiæ, & aut convenien-
,, do pariter, aut viciſſim, prout qualitas re-
,, rum, cauſſaque popoſcerit, divina miniſte-
,, ria repræſentet ingratis, ne cum davitamus
,, zizaniam, dominica videamur præterire fru-
,, menta.

Propter favorem Conſtantinopolitanæ Civitatis, quam Conſtantinus conſtituit, quaſi novam Romam, transferens ſe ad illam, fuit datus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ primus locus poſt Romanam, & amiſit eum Alexandrina.
v. pag. 319 Diſt. 22. c. *Renovantes*.

Propter vitium lepræ removetur Prælatus ab adminiſtratione Eccleſiæ. Extr. de Cler. ægrot. cap. *Tua nos*.

Clemens III. ,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos
,, (& infra) De Sacerdote, qui divino ju-
,, dicio lepræ morbo repercuſſus, in Parochia-
,, li Eccleſia Prælationis officio fungitur; di-
,, cimus, quod pro ſcandalo, & abominatione
,, populi, ab adminiſtrationis debet officio re-
,, moveri, ita quod juxta facultates Eccleſiæ,
,, ſibi neceſſaria quamdiu vixerit, miniſtren-
,, tur.

Propter ſcelus patris, vel domini ſpoliatur familia communione, ut ſupra eod. §. verſ. *Pœna vero ſpirituali, quæ dicitur interdictum*; & pro peccato Monachi, vel Monachæ, pro quo retruditur in aliud monaſterium, perdit primum monaſterium res, quas occaſione illius perſonæ fuerat conſecutum. Requira ſupra de Apoſtatis, §. *Revertens*, & §. ult.

Propter Sacerdotii ordinem domino ſervus eufertur. Require ſupra de ſer. non ord. § *Si ſervus fuerit*.

Ex prædictis patent cauſſæ, quibus Dominus aliquando punivit, & punit etiam hodie creaturas aliquas tam rationales, quam irrationales, licet non peccaverint; vel ſi vis, quia *Judicia Dei abyſſus multa*. In talibus, quæ tibi fuerint dubia, vel obſcura, dic cum Apoſtolo; *O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c.* Item Auguſtinus: *Si ratione facti profunditatem judicii Dei penetrare non poſſumus; manifeſtiſſime tamen ſcimus verum, quod dixit, & juſtum eſſe quod fecit.*

Auguſtinus de bono perſeverantiæ, c. 14.

In ſumma nota, quod ſive judex puniat, ſive abſolvat, ſemper debet facere propter correctionem. Auguſtinus: *Et plectendo, & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, et vita hominum corrigatur.*
v. pag. 197 Cauſſa 23. q. 5. c. *Prodeſt*. Item ſi ſemel punitur aliquis ſufficienter pro aliquo crimine, non debet pro eodem alia pœna infligi, quia
Naum 1. *Non judicabit Deus bis in idipſum in tribulatione*; & nemo dicitur duplici contritione conteri. Ex-
v. pag. 10. tra, de judic. c. *At ſi*.

Multa contraria poſſent hic aſſignari, in quibus pro eadem culpa imponitur duplex pœna. Cauſſa 5. q. 6. c. *Quia juxta*, extr. de crimin. falſ. c. *Ad falſariorum*, & alia quamplura.

Gregor. in Regiſtr. ,, QUia juxta Patrum ſententias Canonicas,
,, qui calumniam illatam non probat, pœ-
,, nam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus
,, utique ſuſtineret, ac per hoc, quia Subdia-
,, conus crimen Diacono probare non potuit,
,, quoniam impoſitionem manus (qua carere
,, non potuiſſet) non habuit, non ſolum Sacer-
,, dotio, ſed officio caruit, & tamquam revera
,, infamis meruit verberibus caſtigari. Nam cui
,, cum tribus teſtibus veluti Laico crimen quod-
,, libet approbatur, non eſt mirum, quod
,, objecit, dum probare non ſufficit, ſi corporali
,, infamiæ, quemadmodum Laicus ex juris ſi-
,, militudine ſubjugatur. Quod enim eſſet Dia-
,, cono gradum amittere, hoc fuit Subdiacono
,, famæ plenitudine caruiſſe.

,, AD falſariorum confundendam malitiam Innoc. III
,, (& infra) De communi fratrum no-
,, ſtrorum conſilio duximus ſtatuendum, ut
,, qui litteris noſtris uti voluerint, eas primo
,, diligenter examinent: quoniam ſi falſis lit-
,, teris ſe uſos dixerint ignoranter, eorum ſe-
,, ra pœnitentia evitare nequibit pœnas inſe-
,, rius annotatas. Nos enim omnes falſarios
,, litterarum noſtrarum, qui per ſe, vel alios
,, vitium falſitatis exercent, cum fautoribus,
,, & defenſoribus ſuis anathematis vinculo de-
,, cernimus innodatos: ſtatuentes, ut Clerici,
,, qui falſarii fuerint deprehenſi, omnibus of-
,, ficiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuo ſint
,, privati: ita quod qui per ſe falſitatis vitium
,, exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticum ju-
,, dicem fuerint degradati, ſæculari poteſtati
,, tradantur, ſecundum conſtitutiones legiti-
,, mas puniendi: per quam & Laici, qui fue-
,, rint de falſitate convicti, legitime punian-
,, tur. Qui vero ſub nomine noſtro litteris fal-
,, ſis utuntur, ſi Clerici fuerint, officiis & be-
,, neficiis Eccleſiaſticis ſpolientur: ſi Laici,
,, tamdiu maneant excommunicationi ſubjecti,
,, donec ſatisfaciant competenter: ita tamen ut
,, in iſtis, & in illis malitia gravius, quam ne-
,, gligentia puniatur: quod & de his qui falſas
,, litteras impetrant, ſtatuimus obſervandum.

Sed omnia illa intellige, quando una pœna per ſe non erat ſufficiens.

Item quum Clericus punitur pro contumacia, debet pœna incipere ab excommunicatione minori; deinde creſcente contumacia, debet anathematizari, deinde deponi. Ubi vero punitur pro crimine, & crimen exigit, debet primo deponi, & non ultra, ſi eſt corrigibilis: ſi vero eſt incorrigibilis, poſt depoſitionem debet excommunicari excommunicatione minori, deinde creſcente contumacia anathematizari; ſi hoc non prodeſt, exinde per ſæcularem compellendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia pœna legitima inferatur. Iſte eſt ordinarius proceſſus, niſi crimen eſſet adeo enorme, quod non ſufficeret una pœna: tunc enim imponerentur duæ ſimul, vel plures, ut ſupra eod. §. verſ. *Item ſi ſemel probatur iſte proceſſus*. Cauſſa 23. q. 4. c. *Forte*, extr. de judic. c. *Cum non ab homine*. v. pag. 187 & 373.

Item ſemper ab initio, ubi plures pœnæ taxatæ ſunt, vel arbitrio judicis pœna relicta eſt; debet judex pœnam illam imponere, quæ magis timeri debeat, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit protervitas contumacis. Extr. ut lis. non conteſt. c. *Quoniam frequenter*, in fin. v. pag. 113 & 49.

Item de his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non debet accuſatio replicari. Extr. de accuſ. c. *De his*, cauſſa 23. q. 4. c. *Si illic*.

,, De

Digitized by Google

Ex Conc. *Maguntino.*

,, DE his eriminibus, de quibns abſolutus
,, eſt accuſatus, non poteſt accuſatio re-
,, plicari.

Gelasius *Geruntio Jo. Germano, & Petro Epiſc.*

,, SI illic, ubi hæc acta ſunt, præſentibus
,, utriſque conſtiterit, & ſatisfeciſſe Stepha-
,, num, & ſupplicatione ſuſcepta, eum, qui ma-
,, le tractatus eſt, ignoviſſe, ſemel in abla-
,, tione remiſſa punitio tecidivo dolore non
,, debet iterari: divinæ ſcilicet imitatione cle-
,, mentiæ, quæ dimiſſa peccata in ultionem
,, redire non patitur. Sin vero nihil vel
,, de ſatisfactione probabitur, vel de remiſſione
,, tranſactum, dilectionis veſtræ ſermone mon-
,, ſtretur: quatenus ſive nunc ſaltem poterit
,, competens ſatisfactio provenire, illud potius
,, exerceatur, ubi animum ſanare poſſit affli-
,, cti: ſive irremiſſibiliter perſtet acerbitas, ibi-
,, dem nihilominus vindicetur, ubi plectibilis
,, eſt orta præſumtio.

Poſtillator.

QUid de militibus, numquid poſſant retinere emendas, quas levant ſecundum conſuetudines ſuas, & aſſiſas terræ ab illis, inter quos judicant, & ab illis, qui in foreſtis ſuis, & defenſis delinquunt, cum pœna multo major ſit, quam damnum ſit illatum?

℟. *Tam milites, quam perſonæ Eccleſiaſticæ, emendas, quas levant, ſecundum legitimas conſuetudines, & judicia regionis retinere poſſunt, & in ſuos uſus expendere, nec peccant, quando in hac parte ſubeſt cauſſa, & ſervatur juris ordo, nec eſt corrupta intentio, ut ſi propter zelum juſtitiæ hoc faciant, non propter cupiditatem; aliter peccant. Nec obſtat, quod pœna excedit quandoque damnum in magna quantitate; quia pœnæ hujuſmodi non ſolum propter intereſſe, ſed propter coercenda crimina ſtatutæ ſunt; tamen ſunt temperandæ penſatis circumſtantiis negotiorum, & perſonarum; quia culpa eſt, totam proſequi culpam, & judicium ſine miſericordia fiet illi: unde non ſunt laxandæ habenæ maxime militibus, in hac parte in conſilio animarum, quia fræno indigent quoad hoc. Securius tamen eſſet, hujuſmodi emendas in pios uſus erogare.*

TITULUS XXXIII.

De ſententiis præcepti, definitionis, & excommunicationis.

DIctum eſt multipliciter de criminibus, & circumſtantiis eorumdem: ſed quia hoc per ſententiam terminatur; ideo generalis titulus de ſententiis eſt ſupponendus. Nota igitur triplicem ſantentiam, quantum ſpectat ad præſentem materiam, videlicet præceptionis, definitionis, & excommunicationis. De ſingulis breviter videndum.

---

§. I.

De ſententia præcepti.

SEntentia præcepti dicitur, quum major præcipit aliquid minori, circa quod tria ſunt attendenda. Primum, in quibus attendatur majoritas. Secundum, in quibus conſiſtat obedientia. Tertium de virtute, ſeu neceſſitate præcepti.

Majoritas attenditur in prærogativa ordinis, conſecrationis, diſpenſationis, & antiquitatis. Extr. de elect. c. *Dudum* 1.

Innoc. III *Preneſtin. Epiſc.*

,, DUdum ad audientiam noſtram quæſtione
,, perlata, quod vacante Præpoſitura Co-
,, locen. Eccleſiæ, in duo ſe vota eligentium
,, diviſiſſent, cauſſam judicibus duximus com-
,, mittendam (& infra) Ipſi vero partes ad
,, ſuam præſentiam convocaverunt, receperunt
,, teſtes, examinaverunt eligentium conſcien-
,, tias, audiverunt allegationes utrinque. Et
,, quoniam Præpoſitus S. Georgii eorum ſenten-
,, tiæ ſe aſſeruit nolle ſtare, proceſſum ad ſedem
,, Apoſtolicam deſtinarunt (& infra) Cumque
,, nuncii Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorum ſta-
,, tuto termino ad præſentiam noſtram acceſ-
,, ſiſſent, Præpoſitus S. Georgii nec venit, nec
,, pro ſe miſit idoneum reſponſalem (& infra)
,, Geſtis igitur judicum diligenter inſpectis, in-
,, venimus, quod pro Præpoſito ſanctorum Apo-
,, ſtolorum auctoritas, pro Præpoſito vero ſan-
,, cti Georgii numerus eligentium faciebat,
,, cum primus a quattuordecim, tum perſonis,
,, tum Canonicis, qui alios dignitate, ætate,
,, & tempore præcedebant; ſecundus vero a
,, viginti quattuor fuiſſet electus (& infra) Cum
,, autem allegationes pro eodem Præpoſito S.
,, Georgii coram judicibus ipſis propoſitæ, no-
,, bis non fuerint præſentatæ, propter quod non
,, potuimus ſcire per nos, quid objecerit, vel
,, quid reſponderit ad objecta, ſicque cauſſa re-
,, miſſa non fuit ſufficienter inſtructa; ad diffi-
,, nitivam ſententiam non duximus proceden-
,, dum, ſed deciſionem cauſſæ ipſius judicibus
,, commiſimus ſub hac forma, ut vel ſi noto-
,, rium eſſet, vel per ea, quæ jam dicta erant,
,, conſtaret, quod Præpoſitus S. Georgii ele-
,, ctionis tempore pateretur vel in ordinibus
,, vel in ſcientia, vel in ætate defectum, qui
,, eum, juxta Canonum ſanctiones impediret ad
,, hujuſmodi officium promoveri, ei, non obſtan-
,, te ipſius abſentia corporali, ſilentium impo-
,, nentes, Præpoſito ſanctorum Apoſtolorū Præ-
,, poſituram adjudicarent eamdem: alioquin (cum
,, in eum non ſolum plures, ſed duæ pene par-
,, tes convenerint, & impedimentis ceſſantibus
,, appareat, quod eum bono zelo elegerint)
,, Præpoſiti ſanctorum Apoſtolorum electione
,, caſſata, electionem confirmarent ipſius, &
,, ei facerent tamquam Præpoſito reſponderi.

Prærogativa ordinis Presbyter eſt major Diacono. Diſt. 93. c. *Legimus*, in fine, extr. de major. & obed. c. *Statuimus*.

Hieron. *ad Evagrium Epiſc. Epiſt. 85.*

,, LEgimus in Iſaia: *Fatuus fatua loquetur.* Au-
,, dio quemdam in tantam erupiſſe vecor-
,, diam, ut Diacones Presbyteris, id eſt, Epi-
,, ſcopis anteferret. Nam cum Apoſtolus perſpi-
,, cue doceat eoſdem eſſe Presbyteros, quos E-
,, piſcopos; quid patitur menſarum, & viduarum
,, miniſter, ut ſupra eos ſe tumidus efferat, ad
,, quorum preces Chriſti Corpus, Sanguiſque
,, conficitur? Quæris auctoritatem? Audi teſti-
,, monium: *Paullus & Timotheus ſervi Chriſti Je-*
,, *ſu omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Phi-*
,, *lippis, cum Epiſcopis, & Diaconis.* Vis & aliud
,, exemplum? In Actibus Apoſtolorum ad unius
,, Eccleſiæ Sacerdotes ita Paullus loquitur: *At-*
,, *tendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiri-*
,, *tus Sanctus poſuit Epiſcopos, ut regeretis Ec-*
,, *cleſiam Domini, quam acquiſivit ſanguine ſuo.*
,, Ac ne quis contentioſe in una Eccleſia plures
,, Epiſcopos fuiſſe contendat, audi & aliud te-
,, ſtimonium, in quo manifeſtiſſime comproba-

Philipp. 1.

Act. 20.

„ tur eumdem eſſe Epiſcopum, atque Presby-
ad Tit. 1. „ terum: *Propter hoc reliqui te in Creta, ut quæ*
„ *deerant, corrigeres, & conſtitueres Presbyteros*
„ *per civitates, ſicut & ego tibi mandavi. Si*
„ *quis eſt ſine crimine, unius uxoris vir, filios ha-*
„ *beat fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non*
„ *ſubditos. Oportet enim Epiſcopum ſine crimine*
1. ad Tim. 4. „ *eſſe, quaſi Dei diſpenſatorem.* Et ad Timo-
„ theum: *Noli negligere gratiam, quæ in te eſt,*
„ *quæ tibi data eſt per Prophetiam, per impoſitio-*
„ *nem manuum Presbyterii.* Sed & Petrus in pri-
„ ma Epiſtola: *Presbyteros*, inquit, *qui in vo-*
„ *bis ſunt, precor, Compresbyter, & teſtis paſſio-*
„ *num Chriſti, & futuræ gloriæ, quæ revelanda eſt,*
„ *particeps, regite gregem Chriſti, & inſpicite non ex*
„ *neceſſitate, ſed voluntarie juxta Deum.* Quod qui-
„ dem Græce ſignificantius dicitur ἐπισκοποῦντες,
„ id eſt, *ſuperintendentes*: unde & nomen E-
„ piſcopi tractum eſt. Parva tibi videntur tan-
„ torum virorum teſtimonia? Clangat tuba
„ Evangelica, filius tonitrui, quem Jeſus a-
„ mavit plurimum, qui de pectore Salvatoris
„ doctrinarum fluenta potavit: *Presbyter electæ*
„ *dominæ, & filiis ejus, quos ego in veritate diligo.*
„ Et in alia epiſtola: *Presbyter Cajo cariſſimo,*
„ *quem ego diligo in veritate.* Quod autem poſt-
„ ea unus electus eſt, qui ceteris præponere-
„ tur, in ſchiſmatis remedium factum eſt, ne
„ unuſquiſque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam
„ rumperet. Nam & Alexandriæ a Marco E-
„ vangeliſta uſque ad Heraclam, & Diony-
„ ſium Epiſcopos, Presbyteri ſemper unum ex
„ ſe electum in excelſiori gradu collocatum,
„ Epiſcopum nominabant: quomodo ſi exerci-
„ tus ſibi Imperatorem faciat, aut Diaconi e-
„ ligant de ſe, quem induſtrium noverint, &
„ Archidiaconum vocent. Quid enim facit,
„ excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Preſ-
„ byter non faciat? Nec altera Romanæ ur-
„ bis Eccleſia, altera totius mundi exiſtiman-
„ da eſt. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa,
„ & Perſis, & Oriens, & India, & omnes bar-
„ baræ nationes unum Chriſtum adorant, u-
„ nam obſervant regulam veritatis. Si aucto-
„ ritas quæritur, orbis major eſt urbe. Ubi-
„ cumque fuerit Epiſcopus, ſive Romæ, ſi-
„ ve Eugubii, ſive Conſtantinopoli, ſive Rhe-
„ gii, ſive Alexandriæ, ſive Tanis, ejuſdem
„ meriti, ejuſdem eſt & Sacerdotii. Potentia
„ divitiarum, & paupertatis humilitas vel ſub-
„ limiorem, vel inferiorem Epiſcopum non
„ facit: Ceterum omnes Apoſtolorum ſucceſ-
„ ſores ſunt.

„ Sed dicis: Quomodo Romæ ad teſtimonium
„ Diaconi Presbyter ordinatur? Quid mihi
„ præfers unius urbis conſuetudinem? Quid
„ paucitatem, de qua ortum eſt ſupercilium,
„ in leges Eccleſiæ vendicas? Omne, quod ra-
„ rum eſt, plus appetitur. Pulegium apud In-
„ dos pipere pretioſius eſt. Diaconos paucitas
„ honorabiles, Presbyteros turba contemptibi-
„ les facit. Ceterum etiam in Eccleſia Romæ
„ Presbyteri ſedent, & ſtant Diaconi, licet
„ paullatim increbreſcentibus vitiis inter Preſ-
„ byteros abſente Epiſcopo ſedere Diaconum
„ viderim, & in domeſticis conviviis bene-
„ dictiones Presbyteris dare. Diſcant, qui
„ hoc faciunt, non ſe recte facere, & audiant
Act. 6. „ Apoſtolos: *Non eſt dignum, ut relinquentes*
„ *verbum Dei miniſtremus menſis.* Sciant quare
„ Diaconi conſtituti ſunt. Legant Acta Apo-
„ ſtolorum: recordentur conditionis ſuæ. Preſ-
„ byter, & Epiſcopus, aliud ætatis, aliud di-
„ gnitatis eſt nomen. Unde ad Titum, & ad
„ Timotheum de ordinatione Epiſcopi, & Dia-
„ coni dicitur; de Presbyteris omnino retice-
„ tur: quia in Epiſcopo etiam Presbyter con-
„ tinetur. Qui provehitur de minori, ad majus
„ provehitur. Aut igitur ex Presbytero ordi-
„ netur Diaconus, ut Presbyter minor Diaco-
„ no comprobetur, in quem concreſcit ex par-
„ vo, aut ſi ex Diacono ordinetur Presbyter,
„ noverit ſe Laicis majorem, Sacerdotibus eſſe
„ minorem.

„ STatuimus, ut Presbyteri primum locum, GREGOR.
„ Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium, IX.
„ & ſic de reliquis obtineant ordinatim, et- *Archiepiſ.*
„ iamſi poſterius admittantur. Et qui major *S. M. Ma-*
„ eſt ordine, etiamſi poſtea ſit receptus, & *joris de*
„ in portione percipienda potiorem eſſe volu- *urbe.*
„ mus, ac minores facere ſervitia conſueta.

Prærogativa conſecrationis Epiſcopus major eſt Presbytero. Diſt. 95. c. *Olim*, & c. *Epiſcopus in Eccleſia*.

„ OLim idem erat Presbyter, qui & Epi- HIERON.
„ ſcopus; & antequam diaboli inſtinctu *ad c. 1. E-*
„ ſtudia, & ſchiſmata in religione fierent, & *piſt. ad Ti-*
„ diceretur in populis: *Ego ſum Paulli, ego* *tum.*
„ *ſum Apollo, ego autem Cephæ*, communi
„ Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernaban-
„ tur. Poſtquam autem unuſquiſque eos, quos
„ baptizaverat, ſuos eſſe putabat, non Chriſti;
„ in toto orbe decretum eſt, ut unus de Preſ-
„ byteris electus ſuperponeretur ceteris, ad
„ quem omnis Eccleſiæ cura pertineret, &
„ ſchiſmatum ſemina tollerentur (& paullo
„ poſt) Sicut ergo Presbyteri ſciunt ſe ex Ec-
„ cleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi Præpoſitus
„ fuerit, eſſe ſubjectos; ita Epiſcopi noverint
„ ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis
„ Dominicæ veritate Presbyteris eſſe majores,
„ & in commune debere Eccleſiam regere.

„ EPiſcopus in Eccleſia in conſeſſu Presby- Ex Conc.
„ terorum ſublimior ſedeat; intra domum *Carthag.*
„ vero collegam Presbyterorum ſe eſſe cogno- *4. c. 35.*
„ ſcat.

Prærogativa diſpenſationis Archidiaconus eſt major Archipresbytero. Diſt. 25. cap. *Perlectis*, *v. Indic.*
§. *Archipresbyter*.

„ PErlectis..... Archipresbyter vero ſe eſſe INNOCENT.
„ ſub Archidiacono ejuſque præceptis, ſic- *Hiſp. Epiſ.*
„ ut Epiſcopi ſui, ſciat ſe obedire, & quod *ad Ludi-*
„ ſpecialiter ad ejus miniſterium pertinet, ſu- *fredum.*
„ pra omnes Presbyteros in ordine poſitos cu-
„ ram agere, & aſſidue in Eccleſia ſtare; &
„ quando Epiſcopi ſui abſentia contigerit, ipſe
„ vice ejus Miſſarum ſolemnia celebret, & Col-
„ lectas dicat, vel cui ipſe injunxerit.

Prærogativa antiquitatis, qui prius fuit ordinatus, vel alias præcedit tempore, vel ætate Diſt. 75. c. *Ordinationes*, 3. extr. de major. *v. Indic.*
& obed. c. 1. ſeu, *Cum certum*, & in præalleg. Decretali, *Dudum*.

„ CUm certum (& infra) Sit honoris iſta
„ diſtinctio, ut ipſe prior, & major ha- GREGOR.
„ beatur, qui prius communitatis conſilio, & *Auguſtino*
„ concordi fuerit actione ordinatus. *Anglorum* *Epiſc.*

Obedientia vero conſiſtit in tribus, in reverentia, in judicio, & præcepto. Reverentia debetur ei, qui præcedit ordine, vel antiquitate: inferior enim in talibus debet ſuperiori reverentiam, ſcilicet, ut aſſurgat ei, cedat ei primum locum in Choro, in menſa, in ſedendo, in eundo, & hujuſmodi, niſi major diſpenſa-

tio

tio ſit commiſſa minori ordine, vel antiquitate, ut Archidiaconatus Diacono: tunc enim non tantum Presbyteri, ſed etiam Archipresbyteri debent reverentiam Archidiacono. Diſt. 25. c.
v. ſupra. *Perlectis*.

Obedientia judicii, & præcepti debetur ei tantum, qui præeſt conſecratione, vel diſpenſatione: ſententia enim a non ſuo judice lata, nulla
v. pag. 10. eſt. Extr. de jud. c. *At ſi Clerici*: & idem in præ-
v. pag. 247 cepto. Cauſſa 7. q. 1. c. *Quia frater*.

Virtus, ſeu efficacia præcepti eſt, quia ſubditus tenetur de neceſſitate obedire præcepto Prælati ſui, alias peccat mortaliter; immo ariolus, & idololatra dicitur, ut ſupra titulo proximo, §. *Sequitur*, verſ. *Amplius pro peccato hominum*. Et hoc intelligas quoties Prælatus præcipit licitum, ſcilicet ſecundum Deum, & officium ſuum: quod principaliter debet exercere circa correctionem, & ſalutem animarum, ſecundario circa diſcretam, & utilem diſpenſationem rerum Eccleſiaſticarum. Require ſupra de prud. ord. Unde ſi præcipiat aliquid contra Deum, nullo modo eſt obediendum; quia tunc oportet obedire Deo magis, quam hominibus. Si tamen dubitat ſubditus, utrum ſit contra Deum, vel non, illud, quod præcipitur, debet obedire, niſi eſſet tale quid, in quo nullomodo eſſet excuſabilis ignorantia, puta contra articulum fidei, præcepti, vel prohibitionis, vel generale ſtatutum Eccleſiæ. Alias bonum, ſine quo poteſt eſſe ſalus, debet dimittere interdum propter bonum obedientiæ. Cauſſa 11. quæſt.
v. pag. 93. 3. cap. *Quid ergo*. Require ſupra tit. proximo, §. *Sunt autem multa*, verſ. *Item excuſat deceptio*.

Sed quid, ſi Epiſcopus præcipit Clerico, ut eat Romam propter negotium Eccleſiæ, ille autem excuſat ſe, quia alii ſunt ibi magis idonei; numquid poteſt?

Dicas, quod non; quia in legationibus ordo non eſt ſervandus, ff. de legat. *Sciendum*, §. penult. Et require per ſimile ſupra de ætat. & qualit. ordinand. §. *Namquid Epiſcopus*.

Item pone, quod Epiſcopus præcipit Cannonico, vel alii Clerico, quod det libros ſuos nepoti ipſius Epiſcopi, vel renunciat Eccleſiæ, vel beneficio, quia vult conferre nepotulo ſuo, vel ſimiliter; numquid tenetur obedire?

Non, quia non pertinet ad officium ſuum.
v. pag. 247 & 336. Arg. cauſſa 7. q. 1. c. *Quia frater*.

Item pone, quod aliquis habet plures judices, unus præcipit ei aliquid, alius præcipit ſibi aliud; cui obediet? Auguſtinus enim videtur tradere pro regula, quod ſemper in caſu tali
v. pag. 55. obediatur majori. Cauſſa 11. q. 3. c. *Qui reſiſtit*,
v. pag. 199 & diſt. 8. c. *Quæ contra mores*.

Sed multa jura contradicunt: nam ſubditi Epiſcopi tenentur potius obedire Epiſcopo, quam Metropolitano, niſi forte in quibuſdam caſibus. Require ſupra de differ. offic. Et Monachi potius ſunt adſtricti obedire Abbati, quam
v. pag. 336 & 337. Epiſcopo. Diſtinct. 58. cap. 1. & 2. ſeu, *Nullus ad Eccleſiaſticam*, & cap. *Si quis de alterias*.

Ad hoc dicas, quod regula Auguſtini habet locum, quando appellatum eſt ad ſuperiorem. Poteſt etiam intelligi, quando unus judex habet juriſdictionem ab alio. ff. de jud. *Judicium*, C. de off. rector. provinc. *Potioris*: alias tene quod dictum eſt de contrariis.

Sed adhuc objicitur de uxore, quæ potius obedit viro, quam Deo, dum ad mandatum viri frangit votum, quo ſe aſtrinxerat Deo. Require ſupra de votis, §. *Poteſt autem votum*, verſ. *Item uxores*.

Ad hoc dic, quod uxor in talibus obediendo viro, obedit etiam Deo, quia Deus vult ipſam ita facere, dum tamen doleat in animo; quia votum non poteſt implere. Cauſſa 2. q. 5. c.
Noluit. *v. pag. 64.*

In ſumma nota, quod Monachi, & Regulares Canonici longe magis ſunt aſtricti obedire Prælatis ſuis, utpote qui renunciaverunt omnibus, & propriæ voluntati, quam Clerici ſæculares.
Cauſſa 12. q. 1. c. *Non dicatis*, extr. de offic. *v. pag. 320*
ord. c. *Quanta*. *v. pag. 54.*

Item Clerici ſunt magis aſtricti obedire Epi-
ſcopo, quam Laici. Diſt. 71. c. *Primatus*. *v. Indic.*

---

§. II.

De ſententia definitionis.

SEntantia definitionis eſt duplex: nam alia eſt interlocutoria, alia definitiva. Interlocutoria eſt, quæ non ſuper principali, ſed ſuper aliis quæſtionibus profertur, ſcilicet inter principium cauſſæ, & finem, emergentibus, ut de teſte repellendo, vel non, de dilatione danda, val non, & ſimilibus: vel forte dicitur interlocutoria, quia inter partes loquendo profertur ſine ſcripturæ ſolemnitate. Definitiva ſententia eſt, qua principaliter quæſtio definitur, ff. de re jud. l. 1. & debet proferri ſemper ab ipſo judice, & non ab alio: debet etiam ferri in ſcriptis. Cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *In primis*, §. *Quod autem*, & cap. *Statutis*, & cap. *Legum*.

„ IN primis..... Quod autem dicitur, quia „ nihil ſcriptis judicatum eſt; legendus eſt „ tit. 44. lib. 7. Cod. conſtit. ult. quia ſcriptis „ debuit judicari: nam ibi inter alia præcipitur, ut ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, „ nec nomen ſententiæ habere mereatur. GREGOR. *Joan. defenſori, lib. 11. Ep. 50.*

„ STatutis generalibus juſſimus, ut univerſi „ judices, quibus reddendi juris in provinciis permiſimus facultatem, cognitis cauſſis „ ultimas definitiones de ſcripti recitatione „ proferant. Huic adjicimus ſanctioni, ut „ ſententia, quæ dicta fuerit, cum ſcripta non „ eſſet; nec nomen quidem ſententiæ habera „ mereatur, neque ad reſciſſionem perperam „ decretorum appellationis ſolemnitas requiratur. IMP. VAL. *Et Gratian. C. lib. 7. tit. de ſent. ex breviculo recitandis.*

„ LEgum Eccleſiaſticarum conſuetudo, & „ auctoritas taliſeſt, ut in cauſſis geſtorum „ ſemper ſcriptura requiratur, adeo ut qui ad „ ſacrum fontem accedit, ſuum dare nomen „ præcipiatur, qui ad ſummum Sacerdotium „ provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a ſuis ordinatoribus litteras accipere jubetur: qui etiam ab „ Eccleſiaſtica ſocietate quolibet exceſſu diſcinditur, libelli inſcriptione, aut recipitur, aut „ ejicitur, ſed & qui accuſatur, aut excommunicatur, ſeu reconciliatur, per ſcripturam „ accuſari, vel reconciliari jubetur. Et ſic in ceteris hujuſmodi in tantum ſcriptura depoſcitur, „ ut ſicut Beatus Gregorius in commonitorio ad „ Joannem defenſorem ex Romanis legibus ſumens, ſcribit: *Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur*. EX CONC. *Apud S. Medardū 8. c. Hincmarus Rhemorū Archiep. dixit.*

Fallit hoc ultimum In duobus caſibus, videlicet in Epiſcopo, qui inter Clericos ſuos poteſt judicare ſine Scripture in cauſſis pecuniariis, & in quolibet judice in cauſſis modicis. Cauſſa 11. q. 1. c. *Si quis cum Clerico*, auth. de mand. princ. §. *Sit tibi*.

Conſtitut. 74. c. 1.

„ SI quis eum Clerico litigium habuerit, ſiquidem de cauſſa pecuniaris, adeat prius Epiſcopum, cujus judicio ,Clericus ſuppoſitus eſt: ille eoim ſine damno, & ſine dilatione competeotem finem liti impoſiturus eſt: ſin eutem nolnerit Epiſcopus litem dirimere, tune ad civilem judicem diſceptatio cauſſæ perveniat; ubi autem Epiſcopus cauſſam dirimere vult, ſine Scriptura omnia procadant, & definitiva ſantentia ab eodem ſine ſcriptis proferatur. Quod ſi de criminali cauſſa litigium emerſerit; tunc competentes judices in hac eivitate, vel in proviociis interpellati conſentaneum legibus terminum cauſſæ imponsnt; ita tamen ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat, a litis conteſtatione numerandum (Item) In criminalibus vero cauſſis numquam ſine ſeriptura procedere debet; non autem aliter puniatur Clericus, niſi obnoxius reparius, Sacerdotio nudatus fuerit ab Epiſcopo ſuo, vel Clericatus honore. Sin autem crimen Ecclefiaſticum eſt; tunc ſecundum Canones eb Epiſcopo ſuo cauſſæ examinatio, & pœns procedat, nullam communionam aliis judicibus in hujuſmodi cauſſis habentibus.

Dicuntur autem modicæ cauſſæ hodie trecentorum aureorum. Auth. de deſenſ. eivit. §. *Et judicare*, C. de ped. jud. l. ult.

Item debet ferri ſententia ſedendo in loco publico, & honeſto, non in coquina, lupanari, & taberna, vel ſimili. Cauſſa 3. quæſt. 3. cap. *Induciæ*, §. *Spatium*, verſ. *A judice procedente*, ff. de arb. *Si cum dies*, §. *Si arbiter*.

Damasus. Gratian.

„ INduciæ..... *A judice procedente dilationem poſtulari non convenit, etiamſi utraque parte præſente tribuatur, cum non alias niſi cauſſa cognita indulgeri queat, & cognitio cauſſæ non interpellatione plenaria, conſidente magis judice legitimo colligitur, ut ſi forte dilutionis petitio improbata fuerit, ſuſcepta quæſtio per ſententiam judicis dirimatur*. *Conſtitut. 7. in coll. 8.*

Item dabet ferri de die, nullo modo in tenebris, nec in diebus feriatis, & maxime ſolemnibus, vel feſtivis. Require ſupre de feriis, §. *In diebus feſtivis*, & de negot. ſæcul. §. 1. verſ. *Ex tempore*.

Item non debet ferri per venalitatem. Cauſſa 2. q. 6. c. *Ei, qui appellat*, §. *Venales*.

In Auth. Conſtit. 21. coll. 5. Gratian.

„ EI, qui eppellat... *Venales quoque ſententias, quæ in mercedem a corruptis judicibus proferantur, & citra interpoſitæ provocationis auxilium infirmas eſſe, decretum eſt*.

Hæc, & multa alia requiruntur in ſententia, quæ ſi omiſſe fuerint omnia, vel eorum aliquod, ſententia ipſo jure non valet.

Quid, ſi duo judices proferent diverſas ſententias?

Dic, ſi ex juriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo, non pro actore ſententia, niſi in cauſſa ſavorabili, puta matrimonio, dote, libertate, ſive teſtamento pro ipſo fuerit promulgata: ſi vero ex delegata poteſtate, utraque pendet ſententie ex arbitrio delegantis: quod ſi ex compromiſſo, neutra debet habere vigorem. Extr. de ſent. & re jud. c. *Duobus*.

Gregor. IX.

„ DUobus judicibus (ut accepimus) diverſas ſententias proferentibus, ſi ex juriſdictione ordinaria proceſſerunt, tenet pro reo, non pro actore ſententia, niſi in cauſſa ſavorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento pro ipſo fuerit promulgata. Si vero ex delegate poteſtete, utraque pendet ſententia ex arbitrio delegantis. Quod ſi ex compromiſſo, neutre debet habere vigorem.

§. III.

Sententiæ effectus.

EFfectus ſententiæ eſt multiplex. Primus, quia ſententia pro veritate accipitur, & quantum ad forum contentioſum præjudicat etiam veritati quentum ad illos, inter quos late eſt. ff. de reg. juris. *Res judicata*: aliis autem non præjudicat, niſi in quibuſdam caſibus: regulare enim eſt, quod res inter alios acta aliis non præjudicat. Extr. de fid. inſtrum. c. *Inter dilectos*, ad fin.

Innoc. III Mediolan. Archiep.

„ INter dilectos.... Porro ſi legitimum eſſet inſtrumentum ſententiæ, per illam tamen ſententiam nullum Mediolan. Archiepiſcopatui præjudicium poterat generari, cum ipſa ſententia lata fuerit inter alios; & res inter alios acta alii non præjudicet, nec atteſtationes, quæ continebantur in inſtrumento ſententiæ, per quas legitime donatio Luitardi videbatur eſſe probata, poterant eidem Archiepiſcopatui nocumentum aliquod irrogare: cum inter alias perſonas, & in alio judicio receptæ fuiſſent....

Item de defectu ejus eſt, quod mandetur exſecutioni poſt quattuor menſes in perſonalibus actionibus. Extr. de offic. deleg. cap. *Quærenti*, & de ſent. & re jud. cap. *Quod ad conſultationem*. *v. pag. 327*

Innoc. III Conſtant. Epiſc.

„ QUod ad conſultationem (& infra) Quia poſtulaſti, utrum appellationi ſit Clerici deſerandum, qui purgationem indictam ſibi per ſententiam, & ad ipſius receptionem, terminum competentem, puta viginti dies, vel amplius ſine contradictione recipiens, & ad diem veniens conſequenter appellat, cauſſam non exprimens appellandi: nec ſit locus niſi ſuſcipiendæ purgationi, & exſecutioni ſententiæ, a cujus prolatione, & purgatione injuncts ultra decennium dicitur effluxiſſe. Taliter duximus reſpondendum, quod cum poſt decem dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſeat judicatæ: qui ad provocationis ſubſidium intra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegavit: cum per hoc videatur per interpretationem juris latæ ſententiæ paruiſſe: præſertim ubi cauſſa non redditur appellandi. Sed nec exſecutionem ipſius ſententiæ ideo convenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum: quia id arctari poteſt nonnumquam a ſedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recipit terminum breviorem, imputari ſibi poteſt, & debet, cum ex hoc videatur amplius beneficium contemſiſſe; unde talis non auditur appellans, niſi ſorte adverſus eum mo-

„ dus

,, dus exſecutionis Canonicus excedatur.

Cauſſa tamen cognita & arctari, & prorogari poteſt, ut in præalleg. decret. *Quod ad conſultationem*, & ff. eod. l. 2.

In reali vero actione, id eſt, quum res certa petita eſt, ut biblia, codex, vel decretum, equus, ager, vel domus, debet mandari exſecutioni ſtatim poſt decem dies, qui ſunt ſtatuti ad appellandum: & hoc, ſi res eſt in præſentia. Inſtit. de off. jud. in princ. Idem de criminibus; nec enim eſt in eis exſecutio differenda. Cauſſa 2. q. 1. c. *Sicut*.

Gregor. Lib. 8. Ep. 30.

,, SIcut ſine judicio quemquam nolumus condemnari, ita quæ juſte definita ſunt, nulla patimur excuſatione differri.

Fallit in quattuor caſibus, ſcilicet quum princeps ex vindicta ſeverius fert ſententiam; quia tunc differtur exſecutio ad minus per triginta dies, ut locus poſſit eſſe miſericordiæ, vel, ſi res exigeret, etiam pœnitentiæ. Cauſſa 11. q. 3. c. *Cum apud Theſſalonicam*, in fin. C. de pœnis, *Si vindicari*.

Ex Lib. II. Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Ruffini, c. 18.

,, CUm apud Theſſalonicam ſeditione excorta, quidam ex militaribus vir impetu fuiſſet populi furentis extinctus, Theodoſius repentini nuncii atrocitate ſuccenſus ad Ludos Circenſes invitari populum, eique ex improviſo circumfundi milites, atque obtruncari paſſim, prout quiſquam occurriſſet, gladio jubet, & vindictam dari non crimini, ſed furori: ob hoc cum a Sacerdotibus Italiæ redargueretur; agnovit delictum, culpamque cum lacrymis profeſſus, publicam pœnitentiā in totius Eccleſiæ conſpectu egit; & in hoc ſibi tempus adſcriptum abſque regali faſtigio patienter implevit: quibus omnibus illud quoque mirabiliter adjecit, leges ſaxit in poſterum, ut ſententiæ Principum ſuper animadverſione prolatæ, in diem 20. ab exſecutoribus differrentur: quo locus miſericordiæ, vel, ſi res tuliſſet, pœnitentiæ non periret.

Item quum ſententia lata eſt in mulierem prægnantem, differtur uſque ad tempus partus. ff. de pœn. *Prægnantis*.

Item ſi eſt in ſervum lata, differtur exſecutio, quouſque reddiderit ratiocinia adminiſtrationis, quam geſſit. C. de bonis proſcript. l. 1.

Item, quum quis eſt confeſſus de crimine. C. de cuſtod. reorum, l. 2. & forte in aliis ſimilibus, ubi ratio humanitatis hoc expoſceret ex aliqua cauſſa, quam interdum facilius dictat natura, quam excogitare valeat mens humana.

Sunt & alii plures effectus iſtius ſententiæ, quos non proſequor.

---

§. IV.

Quibus auxiliis ſublevatur ſententia.

HOc tamen nota, quod ſententia ſublevatur quattuor auxiliis: ſublevatur quandoque per appellationem, quæ debet fieri intra decem dies a tempore ſententiæ. Cauſſa 2. q. 6. c. 1. ſeu, *Liceat*.

Fabianus Papa Ad Epiſc. Macedon. Epiſt. 21.

,, LIceat appellatori vitiatam cauſſam remedio appellationis ſublevare.

Quandoque per ſupplicationem, ut quum eſt lata a principe, vel etiam ab alio, a quo non licet appellare. Cauſſa 35. q. 9. c. *Veniam*, & c. *Sententiam*.

Innoc. III Papa Ad Epiſc. Macedon. Epiſt. 21.

,, VEniam nunc ad maximum Photinum, quaſi ad quoddam thema, & (quod mihi anxium eſt, ac difficillimum) majorum meorum revolvam ſententias Fuerat de illo quoquo pacto (ut ipſi etiam commeminiſtis) aliquid utique gravius conſtitutum. Verum quoniam id per rumorem falſum, ut aſſeritis, ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demonſtratis; quia res ad ſalutē rediit, veniam nos hanc in tantum vobis annitentibus poſt condemnationem more Apoſtolico ſubrogamus, tantiſque veſtris aſſertionibus, vobiſque tam bonis, tam caris non dare conſenſum omnibus duris rebus durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione, fratres cariſſimi, & ſententia, ac poſtulatione Epiſcopum Photinum habetote (licitum eſt enim ita conſtituere, ut deprecamini) & noſtram in melius converſam ſententiam, labore, vel teſtimonio veſtro compotem vobis ſuſcipite. Euſtachium vero a me ſæpiſſime comprobatum nolite exſpectare, ut Diaconii gradu exſpolietur. Sollicitos enim vos pro ſalute libenter audio: contra caput, etiam ſi faciendum ſit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite.

Nicolaus Papa Ad Michael. Imperat. Ep. 7.

,, SEntentiam Romanæ Sedis non negamus poſſe in melius commutari, cum aut ſibi ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, vel temporum, ſeu gravium neceſſitatum, diſpenſatorie quiddam ordinare decreverit (quoniam & egregium Paullum Apoſtolum diſpenſatorie legimus quædam feciſſe, quæ poſtea reprobaſſe dignoſcitur) quod tamen obſervandum eſt, quando illa, Romana videlicet Eccleſia, diſcretiſſima conſideratione hoc fieri delegerit, non quando ipſa, quæ bene ſunt diffinita, retractare voluerit.

Item per querelam falſi, ne ſi dicatur lata per falſos teſtes, vel alias falſas probationes, judice circumvento. Extr. de teſtib. cap. *Sicut nobis*, de procurat. cap. *In noſtra*, & de probat. cap. *Licet*, C. de falſis, cap. *Querelam*.

v. pag. 85.

Innoc. III Cabilon. & Cathalan. Epiſc.

,, IN noſtra præſentia Tullen. Epiſcopus eſt conqueſtus, quod cum ad cauſſam, quæ inter ipſum, & Decanum Tullen. ſuper dilapidatione, excommunicatione, & perjurio, ac quibuſdam aliis criminibus vertebatur, T. & G. Presbyteros Procuratores inſtituens, ipſos ad Sedem Apoſtolicam duxerit deſtinandos, cum de ipſorum fide poſtmodum titubaſſet mandatum, quod eis dederat, intra modicum temporis ſpatium revocavit: ſed ipſi licet mandati litteras revocatorias recepiſſent, nihilominus in negotio proceſſerunt, & pro Procuratoribus ſe gerentes cum adverſario ingreſſi judicium, cum eo ad Pariſienſem Archidiaconum, & collegas ſuos in ejuſdem præjudicium noſtras litteras impetrarunt (& infra) Cumque prædictus Epiſcopus ad probandum, quod falſi Procuratores fuerant, ab ipſis judicibus inducias poſtulaſſet, ipſi exceptionem oppoſitam inutilem, & ſupervacuam reputantes, ad probationem ipſius, dilationem concedere noluerunt, propter quod ad appellationis beneficium convolavit. Sed iidem nihilominus

,, lite

,, lite non conteſtata, & juris ordine prætermiſſo, teſtes contra eum recipere præſumſerunt, ipſum a Tullen. Eccleſia per ſententiam removendo. Nos vero licet vix fidem adhibere potuerimus, quod dicti judices, utpote viri litterati providi, & honeſti taliter proceſſiſſent, maxime cum in ſua relatione (quam ad noſtram præſentiam tranſmiſere) de hujuſmodi exceptione nullam fecerint mentionem; quia tamen Epiſcopus per viros religioſos, providos, & honeſtos, de quibus non eſt veriſimile, quod ſuæ ſalutis obliti, ac juramenti religione contemta, falſum teſtimonium tulerint, nobis fecit ſuper his, quæ ſunt propoſita, plenam fidem: attendentes etiam, quod falſi Procuratoris exceptio, non ſolum ante ſententiam, verum etiam poſtea poteſt objici, utpote qua probata judicium nullum, & nullius momenti controverſiæ reputantur, proceſſum ſupradictorum judicum ſententialiter duximus irritandum.

Innoc. III Ariminen. Epiſt. ,, LIcet cauſſam, quæ vertitur inter Eccleſiam Raven. & cummune Faventinæ ſuper juriſdictione, honore, atque diſtrictu in villa ſancti P. & Caſtro Arioli, quod de jure ad ſe ſpectare dicta Eccleſia proponebat (& infra) Porro atteſtationibus publicatis ſyndicus Faventinorum propoſuit ſe velle in perſona teſtium ex parte altera productorum quædam objicere, ac probare, œconomo Eccleſiæ aſſerente id fieri non debere, ſuper quo interloquendo decrevimus ipſum nullatenus audiendum: cum infra trium menſium ſpatium in noſtris litteris comprehenſum, teſtes hujuſmodi producere non curaverit, intra quem terminum pars utraque teſtes inducere potuit, tam in perſonas teſtium, quam ſuper negotio principali. Poſt hoc idem objecit in teſtes prædictos, quod corrupti falſa dixiſſent. Unde quia talis exceptio non ſolum ante, ſed etiam poſt ſententiam poteſt opponi, licet nonnulli crederent Faventinorum partem, exceptionem hujuſmodi per excogitatam malitiam ad impediendum proceſſum negotii objeciſſe; quia tamen nolumus a juris tramite declinare, Magiſtris G. & T. præcipimus, ut teſtes, quos ſuper hac exceptione procurator Faventinorum duceret producendos, intra menſem recipere, & examinare curarent, de ſingulis circumſtantiis ſubtiliter inquirentes, ex tunc indulto altero menſe procuratori Eccleſiæ ſupradictæ, intra quem, ſi vellet ad reprobationem teſtium illorum, produceret teſtes coram eis (& infra) Quamquam autem pars Faventinorum teſtes multos produxerit ſuper negotio principali; vix tamen ex illis ſex remanſerunt concordes, cum alii ſibimet in ſerie ſui teſtimonii contradicant, & quidam alii ſint in dicto ſui teſtimonii ſingulares. Ad reprobandum vero quoſdam teſtium Eccleſiæ Raven. etſi ex parte Faventinorum quidam ſint teſtes inducti; plures tamen illorum reprobantur, quia ſibi invicem evidentiſſime contradicunt; quidam vero alii, pauci numero, quamvis non reprobentur expreſſe, uſque adeo tamen malæ famæ ſunt, & levis opinionis, quod eorum dictis nulla, vel modica eſt fides adhibenda. Iidem quoque teſtes Faventinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum ſyndicus ſe adſtrinxit, videlicet quod corrupti falſa dixiſſent, quoniam, etſi de corruptione videantur aliquid dicere, de falſitate penitus nihil dicunt (& infra) Ex præmiſſis... v. pag. 187

QUerela falſi locum habet uſque ad viginti annos, ſed exiguntur tria ſecundum quoſdam: Poſtillator. *corruptio in teſtibus, falſitas in atteſtationibus, & quod judex ſecutus fuerit in ſententia falſitatem atteſtationum. Joannes tamen notavit, Extr. de probat. c.* Licet cauſſam, *quod ſicut ſufficit probare inſtrumentum eſſe falſum, ut C. Si ex falſis inſtr. l. pen. & ult. ita & teſtes; cum par ſit fides teſtium, & inſtrumentorum.*

Item ſublevatur ſententia per integram reſtitutionem. Extr. de reſtit. in integrum, per totum.

---

§. V.

De ſententia excommunicationis.

SEquitur de ſententia excommunicationis, circa quam nota diligenter, quia materia eſt valde utilis, & neceſſaria, quid ſit excommunicatio; quæ ejus ſpecies; a quo, & cui, & pro quibus cauſſis ſit infligenda; a quo, & qualiter tollatur; quæ ſit pœna non ſervantis excommunicationem; & qua pœna feriantur participantes cum excommunicatis. Singula per ordinem proſequamur.

---

§. VI.

Quid ſit excommunicatio, & quæ ejus ſpecies.

EXcommunicatio eſt a qualibet communione, vel legitimo actu ſeparatio. Unde Adam dicitur excommunicatus ab eſu ligni vitæ, dicente Domino: *Videte, ne forte ſumatis de ligno vitæ.* Cauſſa 11. q. 3. c. *Ad menſam, §. Evidenter.* v. pag. 25 Gratian.

,, AD menſam..... *Evidenter itaque ex præmiſſis apparet, quod eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt, ſed ipſius ſententiæ notatio multipliciter intelligitur: aliquando enim arcetur aliquis a liminibus Eccleſiæ, & a communione Corporis, & Sanguinis Chriſti, vel triſte conſcientia, juxta illud Apoſtoli:* Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de Calice bibat; quia qui indigne manducat, & bibit, judicium ſibi manducat, & bibit. *Item illud Proſperi:* Facilius ſibi Deum placabunt, &c. *Require infra cauſſa* 33. Quidam vir in maleficiis impeditus, q. 1. *De pœnit. Vel ſententia Eccleſiaſtica; ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia excommunicatio vocatur: quia a communione Corporis & Sanguinis Chriſti notatum prohibet; ſicut & Adam ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, dicente Domino:* Videte, ne forte ſumatis de ligno vitæ. *Qua ſententia non ſeparatur quis a conſortio fidelium....*

Species excommunicationis infinitæ ſunt: quot enim ſunt ſpecies communionis, tot ſunt, vel eſſe poſſunt ſpecies excommunicationis. Sed de duabus ſpeciebus frequentius tractat Eccleſia, de quibus principaliter eſt hic agendum. Una eſt, quæ ſeparat a Sacramentis ab ingreſſu Eccleſiæ,

& a

& a fidelium communione; & hæc dicitur major excommunicatio, vel anathema. Alia eſt, quæ ſeparat a Sacramentis tantum, & hæc dicitur minor excommunicatio: de utraque cauſſa 3. q. 4. cap. *Engeltrudam*, extr. de ſent. excomm. c. *Si quem*.

Joan. Papa Cuidam Epiſc. ,, ENgeltrudam uxorem Boſonis noveris non ſolum excommunicatione, quæ a fraterna ſocietate ſeparat, ſed etiam anathemate, quod ab ipſo Chriſti corpore (quod eſt Eccleſia) recidit, crebro percuſſam eſſe.

Greg. IX. ,, SI quem ſub hac forma verborum: *Illum excommunico*, vel ſimili, a Judice ſuo excommunicari contingat; dicendum aſt eum non tantum minori (quæ a perceptione Sacramentorum) ſed etiam majori excommunicatione (quæ a communione fidelium ſeparat) eſſe ligatum.

---

§. VII.

A quo, & cui, & pro quibus cauſſis ſit infligenda excommunicatio.

UTraque excommunicatio infligitur quandoque a jure, quandoque a judice. A jure infligitur major excommunicatio in decem, & ſeptem caſibus.

I. Primus eſt, quum quis incidit in hæreſim jam damnatam, ut Arii, Neſtorii, Manichæi, & ſimiles. Cauſſa 24. q. 1. c. 1. 2. & 3. ſeu, c. *Achatius*, 1. c. *Majores*, & c. *Achatius* 2.

Gelaſius Contra Achatium. ,, ACharius non eſt factus inventor novi erroris, ſed veteris imitator: atque ideo non erat neceſſarium, ut adverſus eum nova ſententia prodiret, ſed antiqua tantummodo renovaretur. Factus ſum itaque exſecutor veteris conſtituti, non promulgator novi. Quicumque enim in hæreſim ſemel damnatam labitur, ejus damnatione ſeipſum involvit.

Idem Ad Epiſc. Dardaniæ. ,, MAjores noſtri divina inſpiratione credentes, neceſſario præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæreſim coacta ſemel Synodus pro fidei communione, & veritate Catholica, atque Apoſtolica promulgaſſet, non finerent novis poſt hæc retractationibus mutilari, ne pravis occaſio præberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi; ſed auctore cujuslibet inſaniæ, ac pariter errore damnato, ſufficere judicaverunt, ut quiſquis aliquando hujus erroris communicator exſiſteret, principali ſententia damnationis ejus eſſet obſtrictus (& infra) Sic Sabellium damnavit Synodus: nec fuit neceſſe, ut ejus ſectatores poſtea damnarentur ...; ſed pro tenore conſtitutionis antiquæ, cunctos, qui vel pravitatis illius, vel communionis exſtitere participes, univerſalis Eccleſia duxit eſſe refutandos. Sic Arium, Eunomium, Macedonium, Neſtorium Synodus ſemel geſta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non ſinit.

Felix Pap. ,, ACbatius non fuit novi, vel proprii inventor erroris, ut in eum nova ſcita prodirent, ſed alieno facinori ſua communione ſe miſcuit. Itaque neceſſe aſt, ut in illam recideret juſta lance ſententiam, quam cum ſuis ſucceſſoribus, per convenientiam Synodalem ſuſceperat auctor erroris. *Si ergo Epi-* *Gratian.* *ſcopus ille in hæreſim jam damnatam lapſus eſt, antiqua excommunicatione damnatus, alios damnare non poterat: excommunicatus enim alios excommunicare non valet.*

II. Quum quis confingit novam hæreſim. Ext. de hæret. c. *Ad abolendam*. *v. pag. 31.*

III. Quum quis eſt credens, receptator, defenſor, vel fautor hæreticorum: de quibus require ſupra de hæret. §. *Puniuntur etiam hæretici*.

IV. Quum quis aſſerendo dicit Romanam Eccleſiam non eſſe caput, nec ei obediendum. Diſtinct. 19. c. *Nulli fas*.

,, NUlli fas eſt, vel velle, vel poſſe tranſgredi Apoſtolicæ Sedis præcepta, nec noſtræ diſpoſitionis miniſterium, quod veſtram ſequi oportet caritatem. Sit ergo ruinæ ſuæ dolore proſtratus, quiſquis Apoſtolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, ſed extorris a ſacro fiat miniſterio; nec de ejus judicio quiſquam poſtea curam habeat, quoniam jam damnatus eſt a ſancta, & Apoſtolica Eccleſia, ac auctoritate ſua de inobedientia, & præſumtione a quoquam eſſe non dubitatur; quia majoris excommunicationis dejectione eſt abjiciendus, cui ſanctæ Eccleſiæ commiſſa fuerit diſciplina, qui non ſolum præfatæ ſanctæ Eccleſiæ juſſionibus parere debuit, ſed etiam aliis, ne præterirent, inſinuare. Sicque alienus a divinis, & Pontificalibus officiis, qui noluerit præceptis Apoſtolicis obtemperare. *Gregor. IV.*

V. Quum quis verberat Clericum, Monachum, vel Converſum, vel monialem, vel aliam religioſam perſonam. Cauſ. 17. q. 4. cap. *Si quis ſuadente*.

Innocent. Papa II. in Concil. Lateran. c. 15. ,, SI quis ſuadente diabolo hujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit; anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere (niſi mortis urgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat.

Et hæc pœna videtur extendenda ad conſentientes. Extr. de ſent. excomm. c. *Quantæ præſumtionis*, verſ. *Ne autem ſolos*.

Innoc. III ,, QUantæ præſumtionis, & temeritatis exſiſtat in Rectores Eccleſiæ manus injicere violentas (& infra) Ne autem ſolos violentiæ hujuſmodi auctores aliquorum præſumtio exiſtimet puniendos, facientes, & conſentientes pari pœna plectendos Catholica condemnat auctoritas: eos etiam delinquentibus favere interpretamur, qui cum poſſint, manifeſto facinori deſinunt obviare.

Et ita videtur expreſſum per iſtam conſtitutionem, quod quilibet tenetur defendere Clericum: ratio poteſt eſſe, quia talis defenſio ad jus publicum ſpectat. Diſt. 1. c. *Jus publicum*: vel reſtringas ad poſſe officii, quum Conſules, civitatum Rectores, necnon & alii, qui poteſtatem habere videntur, faciunt collectas, & exactiones indebitas in Clericos, & Eccleſias, juriſdictionem Prælatorum evacuantes, & admoniti nolunt deſiſtere; nec debent abſolvi, donec condignam ſatisfactionem fecerint, vel competentem. Ext. de immun. Eccleſ. c. *Non minus*. *v. pag. 213* *v. pag. 128*

VI. Quum quis incendit Eccleſias. Extr. de ſent. excomm. c. *Tua*.

Clemens III. ,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos (& infra) Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod nō ſolum qui in Clericos temerarias manus injiciunt, ſed etiam incendiarii, ex quo ſunt per Eccleſiæ ſententiam publicati, pro

,, abſo-

Digitized by Google

„ abſolutionis beneficio, ad Apoſtolicam Sedem
„ ſunt mittendi.

Quidam non admittunt hunc caſum, ſed dicunt talem incidere in minorem excommunicationem. Require ſupra, de rapt. §. *Pœna incendiarii*.

VII. Quum quis frangit Eccleſiam, vel intus committit aliquid multum enorme, rapiendo forte Corpus Chriſti de altari, deſtruendo altare, frangendo crucem, vel ſimile. Extr. de ſent. excomm. c. *Conqueſti*, cauſſa 17. q. 4. cap.
v. pag. 120 *Omnes Eccleſiæ*.

CLEMENS III.
„ COnqueſti ſunt nobis Regin. Canonici,
„ quod I. de Malaſrena, & ejus ſequaces,
„ quaſdam Eccleſias Regin. Epiſcopatus vio-
„ lenter confregerunt, eaſque ſpoliari minime
„ dubitarunt. Quoniam igitur gravia ſunt, nec
„ clauſis debent oculis præteriri; mandamus,
„ quatenus ſi eſt ita, memoratos ſacrilegos ex-
„ communicatos nuncietis, & faciatis ſicut ex-
„ communicatos arctius evitari, donec paſſis
„ injuriam congrue ſatisfaciant, & damna pro
„ eis data reſarciant, & cum litteris veſtris rei
„ veritatem continentibus, Apoſtolico ſe con-
„ ſpectui repræſentent.

VIII. Quum quis electus in Papam a minori parte Cardinalium, quam duabus, gerit ſe pro Apoſtolico. Extr. de elect. cap. *Licet*.

ALEX. III. *In Concil. Lateran.*
„ LIcet de vitanda diſcordia in electione Ro-
„ mani Pontificis manifeſta ſatis a præ-
„ deceſſoribus noſtris conſtituta manaverint;
„ quia tamen ſæpe poſt illa per improbæ am-
„ bitionis audaciam gravem paſſa eſt Eccleſia
„ ſciſſuram; nos etiam ad malum hoc evitan-
„ dum, de conſilio fratrum noſtrorum, & ſa-
„ cri approbatione concilii, aliquid decrevimus
„ adjungendum. Statuimus ergo, ut ſi forte
„ (inimico homine ſuperſeminante zizaniam)
„ inter Cardinales de ſubſtituendo ſummo Pon-
„ tifice non poterit eſſe plena concordia, &
„ duabus partibus concordantibus, pars tertia
„ concordare noluerit, aut ſibi alium præſum-
„ ſerit nominare; ille abſque ulla exceptione
„ ab univerſali Eccleſia Romanus Pontifex ha-
„ beatur, qui a duabus partibus concordanti-
„ bus electus fuerit, & receptus. Si quis au-
„ tem de tertiæ partis nominatione confiſus,
„ (quia de ratione eſſe non poteſt) ſibi nomen
„ Epiſcopi uſurpaverit, tam ipſi, quã hi, qui eum
„ receperint, excommunicationi ſubjaceant,
„ & totius ſacri ordinis privatione mulcten-
„ tur, ita ut viatici etiam eis (niſi tantum in
„ ultimis) communio denegetur: & ſi non
„ reſipuerint, cum Dathan, & Abiron (quos
„ terra vivos abſorbuit) accipiant portionem.
„ Præterea ſi a paucioribus, quam a duabus
„ partibus aliquis electus fuerit ad Apoſtolatus
„ officium, niſi major concordia interceſſerit,
„ nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ
„ ſubjaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere.
„ Ex hoc tamen nullum Canonicis conſtitutio-
„ nibus, & aliis Eccleſiis præjudicium genere-
„ tur, in quibus majoris, & ſanioris partis de-
„ bet ſententia prævalere; quia quod in eis in
„ dubium venerit, ſuperioris poterit judicio de-
„ finiri. In Romana vero Eccleſia ſpeciale ali-
„ quid conſtituitur: quia non poterit ad ſupe-
„ riorem recurſus haberi.

Sed quidam non admittunt hunc caſum.

IX. Quum quis falſat litteras Papæ, vel utitur litteris falſis ab alio impetratis. Ext. de crim.
v. pag. 374 falſ. c. *Ad falſariorum*.

X. Quum quis defert arma, ferrum, ligamina, Galeas, & Naves Sarracenis, & hoc omni tempora indiſtincte. Item quum exercet regimen in eorum navibus, vel galeis; vel conſilia, vel ſubſidia eis impendit per ſe, vel per alios, vel alio quocumque modo vel ingenio, & maxime tempore guerræ, in diſpendium terræ Sanctæ, vel Chriſtianorum. Ext. de Judæis, c. *Ita quorumdam*, & cap. *Significavit*, & cap. *Quod olim*, & cap. *Ad liberandam*.

ALEX. III. *In Concil. Lateran. c. 21.*
„ ITa quorumdam animos occupavit ſæva cu-
„ piditas, ut qui gloriantur nomine Chri-
„ ſtiano, Sarracenis arma, ferrum, & ligami-
„ na deferant galearum, & pares, aut etiam
„ ſuperiores in malitia fiunt illis, dum ad impu-
„ gnandos Chriſtianos arma eis, & neceſſaria
„ ſubminiſtrant. Sunt etiam qui pro cupiditate
„ ſua in galeis, & piraticis Sarracenorum na-
„ vibus, regimen, & curam gubernationis exer-
„ ceant. Tales igitur ab Eccleſiaſtica commu-
„ nione præciſos, & excommunicationi ſubje-
„ ctos, rerum ſuarum per principes Catholicos,
„ & conſules civitatum, privatione mulctari,
„ & capientium fiari ſervos cenſemus. Præcipi-
„ mus etiam, ut per Eccleſias maritimarum
„ urbium crebra, & ſolemnis in eos excommu-
„ nicatio proferatur.

CLEM. III.
„ SIgnificavit nobis tua fraternitas, quomo-
„ do aliqui civium tuorum in Alexandriam
„ valeant proficiſci pro recuperandis concivibus
„ ſuis, qui illic in captivitate tenentur. Hoc
„ arbitramur licite poſſe fieri, dummodo nihil
„ in mercibus ſuis, vel alio modo ſecum illuc
„ deferant, unde poſſit Sarracenis (excepto
„ redemtionis articulo) aliquod commodum
„ aut ſubſidium provenire: quod etiam coram
„ te prius juramento firmabunt. Illi quoque,
„ qui poſt treugam in tranſmarinis partibus fa-
„ ctam, cum commercio Alexandriam adive-
„ rint, ſi detulerint merces prohibitas cauſſa
„ lucrandi, excommunicationis vinculum non
„ evadunt: ſicut nec illi, qui in perſonis pro-
„ priis non euntes, merces eis per nuncios de-
„ ſtinarunt. Ad ultimum, illos qui juraverunt
„ ſe amplius in terram Sarracenorum cum mer-
„ cibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chri-
„ ſtianos, & ipſos, & poſt treugam factam ve-
„ nerunt illuc; conditio illa de pace aut treu-
„ ga habenda ab excommunicationis vinculo
„ non abſolvit.

IDEM.
„ QUod olim præceptum fuit (& infra) Sa-
„ ne licet hoc fuerit in Concilio Latera-
„ nen. diſtricte inhibitum; nos tamen omnes
„ illos excommunicationi ſupponimus, qui
„ jam amplius cum Sarracenis mercimonium
„ habuerint, vel per ſe, vel per alios: navi-
„ bus, ſeu quocumque alio ingenio, eis ali-
„ qua rerum ſubſidia, ſeu conſilia, quam-
„ diu inter nos, & illos guerra duraverit,
„ duxerint impendenda. Veſtræ igitur diſcre-
„ tioni mandamus, quatenus nec per vos, nec
„ per veſtras naves, nec alio quocumque mo-
„ do, aut ingenio eis mercimonia, conſilia,
„ vel alia ſubſidia tranſmittatis, ne, ſi aliqui in
„ ſua malitia indurati, ſecus agere præſumſe-
„ rint, non ſolum ipſo jure incidant in excom-
„ municationem illam, verum etiam iram Dei
„ viventis incurrant.

INNOC. III. *In Concil. Generali.*
„ AD liberandam terram ſanctam (& in-
„ fra) Excommunicamus præterea, & a-
„ nathematizamus illos falſos, & impios Chri-

„ ſtianos,

„ ſtianos, qui contra ipſum Chriſtum, & po-
„ pulum Chriſtianum, Sarracenis arma, fer-
„ rum, & ligamina deferunt galearum; eos et-
„ iam, qui galeas eis vendunt, vel naves: qui-
„ que in piraticis Sarracenorum navibus curam
„ gubernationis exercent, vel machinis, aut
„ quibuslibet aliis aliquod eis impendunt conſi-
„ lium, vel auxilium in diſpendium terræ ſan-
„ ctæ: ipſoſque rerum ſuarum privatione mul-
„ ctari, & capientium ſervos fore cenſemus;
„ præcipientes, ut per omnes urbes maritimas
„ diebus Dominicis, & feſtivis, hujuſmodi ſen-
„ tentia publice innovetur. Et talibus gremium
„ non aperiatur Eccleſiæ, niſi totum, quod ex
„ commercio tam damnato perceperint, & tan-
„ tumdem de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ
„ tranſmiſerint, ut æquo judicio, in quo deli-
„ querint, puniantur. Quod ſi forte ſolvendo
„ non fuerint, ſic alias reatus talium caſtige-
„ tur, quod in pœna ipſorum aliis interdicatur
„ audacia ſimilia præſumendi.

Et omnes res talium poſſunt licite occupari a Principibus Catholicis, & Conſulibus civitatum; & ipſi, ſi capti fuerint in hoc, ſervi capientium erunt, ut in præalleg. decret. *Ita quorumdam*, & *Ad liberandam*.

XI. Quum quis Magiſter, & Scholaris tractat cum Bononienſi de conductione hoſpitii, irrequiſitis inquilinis. Extr, de loc. & cond. c. *Ex reſcripto*.

CLEMENS III. „ EX reſcripto litterarum Tuſculan. Epiſco-
„ pi nobis innotuit, quod cum civitatem
„ Bononienſem tempore ſuæ legationis intraſ-
„ ſet (& infra) Conſtitutionem factam ab E-
„ piſcopo Portuen. Apoſtolicæ Sedis Legato,
„ & a prædicto Tuſculan. Epiſcopo poſtmo-
„ dum confirmatam, videlicet ut nullus Magi-
„ ſtrorum, ſeu Scholarium ſuper conducendis
„ aliorum hoſpitiis in læſionem, vel præjudi-
„ cium habitantium, audeat hoſpitem conve-
„ nire, niſi prius conſtiterit tempus conductio-
„ nis elapſum, vel inquilini in hoc ſuum fa-
„ vorem præſtiterint, & conſenſum: cum idem
„ Portuen. ſub excommunicatione hoc prohibu-
„ erit, & alter ſub pœna anathematis idem de-
„ creverit obſervandum; ratam eſſe decerni-
„ mus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus;
„ ſtatuentes ut te, frater Epiſcope, & tuo quo-
„ libet ſucceſſore, hoc ſingulis annis in com-
„ muni audientia Magiſtrorum, atque Schola-
„ rium recitetur.

XII. Quum Monachi, Canonici Regulares, Archidiaconi, Decani, Præpoſiti, Plebani, Cantores, & alii Clerici perſonatus habentes, necnon & Presbyteri leges, vel Phyſicam audiunt.
v. pag. 245 Ext. ne Cler. vel Monachi, c. *Non magnopere*, & c. *Super ſpecula*.

ALEX. III. *In Concilio Turonenſ.* „ NOn magnopere antiqui hoſtis invidia (&
„ infra) Inde mirum eſt, quod in An-
„ gelum lucis ſe more ſolito transfigurans, ſub
„ obtentu languentium fratrum conſulendi cor-
„ poribus, & Eccleſiaſtica negotia fidelius per-
„ tractandi, regulares quoſdam ad legendas le-
„ ges, & confectiones phyſicales ponderandas,
„ de clauſtris ſuis educit. Unde ne occaſione
„ ſcientiæ, ſpirituales viri mundanis rurſus a-
„ ctionibus involvantur; ſtatuimus, ut nulli o-
„ mnino poſt votum religionis, & poſt factam
„ in aliquo loco religioſo profeſſionem ad Phy-
„ ſicam, legeſve mundanas legendas permit-
„ tantur exire. Si vero exierint, & ad clau-
„ ſtrum ſuum intra duorum menſium ſpatium
„ non redierint; ſicut excommunicati ab o-
„ mnibus evitentur, & in nulla cauſſa, ſi pa-
„ trocinium præſtare voluerint, audiantur: re-
„ verſi autem in choro, capitulo, menſa, &
„ ceteris ultimi fratrum exiſtant, & (niſi for-
„ te ex miſericordia Sedis Apoſtolicæ) totius
„ ſpem promotionis amittant.

Sunt, & alii duo caſus, quos quidam recipiunt, quidam non.

XIII. Unus de eo, qui communicat excommunicato in crimine, impendendo ei conſilium, auxilium, favorem. Extr. de ſent. excomm. c. *Nuper*. Et eſt expreſſum jure novo, de ſent. v. pag. 28.
excomm. c. *Si concubinæ*.

„ SI concubinæ publicæ Clericorum Eccleſia- GREGOR. IX. *Aſoricen. Epiſc.*
„ ſticæ cenſuræ diſtrictione notentur, eoſ-
„ dem concubinarios non eſt dubium ſententia
„ majoris excommunicationis involvi, qui poſt
„ latam ſententiam communicant in eodem
„ crimine criminoſis.

XIV. Alius de exercentibus artem baliſtrariam, & ſagittariam contra Chriſtianos. Extr. de ſagit. c. 1. ſeu, *Artem*. Require ſupra de v. pag. 236
ſagit. §. *Pœna*.

XV. Item adde novum caſum, ſcilicet de his, qui ſervari faciunt ſtatuta, edicta, & conſuetudines, vel potius abuſiones introductas contra Eccleſiæ libertatem, niſi ea de capitularibus ſuis intra duos menſes poſt hujuſmodi publicationem ſententiæ fecerint amoveri.

XVI. & XVII. Item ſtatutarii, & ſcriptores ſtatutorum ipſorum, necnon & Poteſtates, HIERON. III. *Epiſcopo Bonoien.*
Conſules, Rectores, & Conſiliarii locorum, ubi de cetero hujuſmodi ſtatuta, vel conſuetudines editæ fuerint, vel ſervatæ: necnon & illi, qui ſecundum ea præſumſerint judicare, vel in publicam formam ſcribere judicata, ut habes hæc de verbo ad verbum extr. de ſent. excomm. c. *Noverit*.

De excommunicatione propter percuſſionem Clerici.

ITem circa illum articulum, *Cum quis verberat Clericum &c.* ſuo loco poſitum ſupra in ordine, nota duas regulas. Prima eſt: Quicumque verberat Clericum, vel aliam Eccleſiaſticam perſonam, eſt excommunicatus. Hoc fallit in ſeptem caſibus.

I. Quum bono zelo, & ratione correctionis percutit, ut Magiſter, vel Prælatus, vel Paterfamilias, vel propinquus.

II. Aut cauſſa devotionis, ut Officialis, vel Clerici ſeniores cum jocoſa levitate. Hi duo caſus probantur extr. de ſent. excomm. c. *Super eo* 1. & c. *Univerſitatis*, & c. *Cum voluntate*, §. *Si qui vero*. Et require ſupra de Cleric. percuſſ. §. v. pag. 250
Corporalis, & ſupra de pœnis, § *Sunt autem*, verſ. *Item jocandi*, & verſ. *Aut facta*.

„ SUper eo vero, quod conſilium poſtulaſti ALEXAND. III. *Senonen. Archiepiſc.*
„ (& infra) Reſpondemus, quod ſi Clerici
„ infra puberes annos ſe ad invicem, aut unus
„ alterum percuſſerit, non ſunt ad Apoſtolicam
„ Sedem mittendi; quia eos ætas excuſat. Nec
„ Clerici, ſi ſunt plenæ ætatis, & non odio, vel
„ invidia, vel indignatione, ſed levitate jocoſa
„ ſe adinvicem percutere contingat: neque Ma-
„ giſter, ſi Scholarem Clericum intuitu diſcipli-
„ næ, vel correctionis percuſſerit, quia non pot-
„ eſt in ipſis injectio manuum violenta notari.
„ Ceterum ſi ex odio iidem Scholares, vel ſæ-
„ culares Clerici ſeſe percuſſerint, pro ſua abſo-
„ lutione debent ad Apoſtolicam Sedem venire.

Ccc „ Ve-

CLEMENS III.

,, VEniens ad Sedem Apoſtolicam I. lator præſentium, ſua nobis aſſertione monſtravit, quod cum matutina officia celebraret, quædam Monialis Eccleſiam ingrediens, cum alio Clerico ludendo, impedimentum præſtabat, quo minus Deo divinum poſſet obſequium exhibere: unde memoratus Sacerdos commotus, ut liberius poſſet circa divinorum celebrationem vacare, manibus in eam appoſitis, ut extra Eccleſiam poneret, eum nollet exire, in trahendo ipſam, coegit eamdem extra Eccleſiam reſidere; ſed tu illum propter hoc tamquam excommunicatum vitaſti, & facis ab aliis evitari. Ideoque mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, eum de cetero non evites, cum ex hoc ipſum excommunicatum nullatenus videamus.

GREGOR. IX.

,, CUm voluntate..... Si qui vero ratione officii, quod in Eccleſia obtinent, aut etiam alii ſeniores zelo devotionis pueros, vel adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos turbantes divinum officium, & hi, qui obtentu Prælationis, vel Magiſterii ſubditos, & Scholares correctionis cauſſa leviter forte percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrunt: quod & de his dicendum eſt, qui aliquos de familia ſua, vel propinquos inferiorum graduum ſimili modo, ut cohibeantur a ſuis inſolentiis, & ſcientia, boniſque moribus informentur, duxerint corrigendos.

III. Quum invenit eum turpiter agentem cum uxore, matre, ſorore, vel filia propria.

Poſtillat.

HOc non ſolum ad coitum credo eſſe reſtringendum, ſed ad amplexus, & deoſculationes, & quando quis ſe præparat ad opus carnis: ſi tamen non in loco ſuſpecto, ſed in publico talia faciat, ſicut fit quandoque ludendo; aliud eſſet, quia verberans incideret in Canonem. Cum autem conſtat per aperta ſigna, quod jam Clericus explevit factum; credo, quod ſi talia ſunt ſigna, & tam propinqua negotia, quod conſtet turpitudinem coitus ibidem expletam; ſtatim non eſt excommunicatus verberans talem, ſi ſit de præfatis perſonis. Si autem non ſint probabilia ſigna, nec incontinenti poſt factum verberat, ſed poſtquam Clericus jam ad alia divertit, & de loco diſceſſerit; verberans incidit in Canonem.

Sed quid, ſi mutilet, aut interficiat Clericum ſic turpiter agentem?

Reſp. Etſi poſſit dici, quod tali parcitur quoad excommunicationem, quaſi tam juſtum dolorem compeſcere non poſſit, C. ad l. Jul. de adult. Graecus, *cum non diſtinguat in hoc caſu Decretalis inter atrocem, & non atrocem injuriam, & pœnæ ſint reſtringendæ; quia tamen Decret. extr. eod. cap.* Si vero 1. *non videtur excuſare, niſi illos, qui ſimpliciter mittunt manus violentas in tales: & diſtinguit inter Oſtiarios, qui Clericos vulnerant, & illos, qui ſine vulneribus eos lædunt; videtur dicendum, quod taliter mutilantes, vel occidentes incidunt in Canonem.*

Quid de illo, qui procurat, quod Clericus vocetur ab uxore ſua ad turpem actum, & taliter vocatum verberat?

Reſp. Quod tam talis, quam uxor incidunt in Canonem; quia non poteſt aliquid imputare Clerico, cum procuraverit, quod vocaretur ad turpitudinem.

Quid de muliere, quæ cum titione ardenti, vel aliquo alio percutit in capite Sacerdotem impetentem eam pro coitu; numquid incidit in Canonem?

Reſp. Si ſolis verbis eam impetat, credo, quod incidat: ſi autem tangat eam invitam turpiter, aut vim inferat corporalem; tunc credo, quod non: ſi illa tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ ſe defendendo eum percutiat ex zelo caſtitatis, & juſta indignatione mota; credo, quod non incidat; ſicut nec ille, qui in Clericum cum uxore, matre, ſorore, vel filia ſua turpiter inventum manus injicit violentas. Securius tamen eſt, quod hujuſmodi mulier ſuper hoc ſe faciat abſolvi per Epiſcopum.

IV. Quum incontinenti vim vi repellit. Ext. de ſent. excomm. c. *Si vero* 1. & require ſupra de rapt. *§. Circa principes*, verſ. *Auctoritas*, ibi, *Cum ſit auctoritate Eccleſiæ*. *v. pag. 173*

V. Quum ignoravit eum Clericum. Extr. de ſent. excomm. c. *Si vero* 2.

ALEX. III.

,, SI vero aliquis in Clericum nutrientem comam manus injecerit violentas, propter hoc non debet Apoſtolico præſentari conſpectui: nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipſum eſſe Clericum ignoraverit; vel ſi hoc dubium fuerit, propria manu dumtaxat præſtiterit juramentum, quod eum eſſe Clericum ignoraſſet, ab illo autem (ſi præſtare noluerit juramentum) quia violentas manus conſtat eum in Clericum injeciſſe, ſicut ab excommunicato, donec de mandato ſummi Pontificis abſolvatur, convenit abſtinere.

VI. Quum invenit eum in Apoſtaſia poſt trinam admonitionem factam ſibi ab Epiſcopo, ut ſe corrigeret. Extr. de ſent. excomm. c. *In audientia*, & c. *Contingit* 2.

CLEMENS III.

,, IN audientia noſtra talis fuit ex parte tua propoſita conſultatio, utrum Clerici, qui arma militaria (relicto habitu Clericali) geſtare nullatenus erubeſcunt, ſi eis fuerit injuria corporalis illata, vel ſe a captione redemerint, illa Clericorum debeant immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum injectione facta in Clericum, excommunicatus quis ipſo jure notatur? Ad hæc tibi breviter reſpondemus, quod cum fruſtra Eccleſiæ imploret auxilium, qui committit in ipſam, & lex ſæcularium Principum huic reſponſo ſatis efficax afferat argumentum, qua manifeſte cautum habetur, matronam, cujus pudicitia attentata fuerit, non poſſe injuriarum agere, ſi in veſte meretricali fuerit deprehenſa: hujuſmodi Clerici, ſi a Prælatis ſuis tertio commoniti militaria noluerint arma deponere, de privilegio Clericorum ſubſidium aliquod habere non debent.

INNOC. III.

,, COntingit interdum (& infra) Sane ſicut accepimus inſinuante Comite Flandren. in diœceſi tua, quidam exſiſtunt, qui nec in modo tonſuræ, nec in veſtimentorum forma, nec in qualitate negotiorum, de Clericatu quidquam oſtendunt, ad pœnæ ſubterfugium ſe Clericos exhibentes: cum enim ſuper exceſſibus, quos ſæculari luxu committunt, ad publica judicia pertrahuntur, circumciſis crinibus, ut poſſint circumvenire vindictam, pro Clericis ſe repræſentant, Clericalia fori privilegium labiis allegantes, qui factis paullo ante negaverant Clericatum (& infra) Verum quia privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, & fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem; volumus, & mandamus, ut tales, ſi

,, ter-

,, tertio a te commoniti ſeipſas contemſerins emendare, illius efficiantur immunitatis extorres, quæ pro Clericorum tutela, & Laicurum violentia coercenda dignoſcitur inſtituta.

VII. Item etiam ſi non fuerit admonitus ab Epiſcopo, dum tamen cum armis, habitu Clericali derelicto, faciens ſeditionam, & guerram, tyrannidi, & enormitatibus ſe immiſceat. v.pag. 49. Extr. de ſent. excomm. C. *Cum non ab homine*, v.pag. 174 & c. *Perpendimus*,

Quidam tamen indiſtincte dicunt, quod eſt trina admonitio ab Epiſcopo præmittenda, quum transfert ſe ad actum prorſus contrarium, quia facit ſe fieri militem, vel tranſit ad bigamiam, v.pag. 52. vel ſimile. Diſt. 84. c. *Quiſquis*. Requira ſupra de apoſt. §. *Quid ſi talis*.

Excommunicatus ob percuſſionem Clerici, a quo abſolvi poteſt.

ALia regula eſt, quod excommunicatus propter percuſſionem Clariei non poteſt abſolvi, niſi a Papa, vel ejus Legato. Hoc fallit ſimiliter in octo caſibus, ſcilicet,

I. Si ſis in articulo mortis. Cauſa 7. q. 4. cap. v.pag. 38. *Si quis ſuadeat*.

II. Si oſtiarius alicujus poteſtatis ſub prætextu officii ſui malignaſus Clericum læſerit, dum tamen non graviter vulneraverit: tunc enim ſi non caſu fortuito, ſed ex deliberatione percuſſit, a Papa debes abſolvi. Extr. de ſent. ex- v. ſupra. comm. c. *Si vero* 1.

III. Si Monachus verberat Monachum, vel regularis regularem, dum tamen vivant in communione. Extr. de ſent. excomm. c. *Monachi*, de vita, & honeſt. Cleric. c. *Quoniam*.

ALEXAND. III. ,, MOnachi vero, & Canonici Regulares, quocumque modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam Sedem mittendi; ſed ſecundum providentiam ſui Abbatis diſciplinæ ſubdantur: & ſi diſcretio Abbatis non ſufficiat ad eorum correctionem, eſt providentia diœceſani Epiſcopi adhibenda.

GREG. VII ,, QUoniam (ut ais Scriptura) *Proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua* (& infra) Statuimus, ut facultatibus Eccleſiarum veſtrarum proventibus, & expenſis diligenter inſpectis, certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum, & ſtatuere, ut bona eorum veniant in commune, in una domo veſcantur, atque ſub uno tecto dormiant, & quieſcant. Si qui vero contradictores extiterint, licitum vobis ſit per ſuſpenſionem officii, & beneficii, aut graviori etiam pœna, ſi opus fuerit, ad hanc obſervantiam eos compellere, appellatione non obſtante. Indulgemus etiam, ut ſi quiſquam illorum, qui ſimul vivunt, pro manus injectione in ſocium a communione meruerit fieri alienus, reconciliandi, & pœnitentiam imponendi poteſtatem plenariam habeatis, niſi forte atrocitas facti pœnam graviorem exſpectet.

Cum diſtinctione tamen Innocentii, quam require infra eod. §. *Si quis poteſt abſolvere*.

IV. Si ſit mulier. Extr. de ſentent. excomm. c. *Mulieres*.

ALEX. III. ,, MUlieres, vel aliæ perſonæ, quæ ſui juris non ſunt, ab Epiſcopo diœceſano abſolvi poſſunt, ſi manus in Clericum injecerint violentas. De his vero, qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quod laborem veniendi ad Sedem Apoſtolicam nequeunt ſuſtinere; reſpondemus, quod ſtatus perſonæ prius, & veritas negotii eſt intimanda Romano Pontifici, & ſecundum conſilium ejus tales erunt de commiſſo ſcelere corrigendi.

MUlier, *non diſtinguitur, utrum ſit fortis, vel debilis, cum non diſtinguatur inter tales, & beneficia Principum latiſſime ſint interpretanda.* Poſtillat.

Sed quid ſi mutilavit, aut occidit Clericum?

Reſp. In poteſtate eſt Epiſcopi mittere ad curiam hujuſmodi mulierem abſolvendam; quia non diſtinguitur circa eas inter atrocem, & non atrocem injuriam, ſicut diſtinguitur de Oſtiario. Extr. eod. c. Si vero 1. *Et ſic diſtinguitur de illis, qui ante ingreſſum Religionis inciderunt in Canonem, ut extr. eod. c.* Cum illorum. *Credo tamen, quod expedit in hoc caſu mulierem hujuſmodi mitti ad curiam, quando fortis eſt, & magna eſt atrocitas facti, nec ſit alii præjudicium ex hujuſmodi miſſione.*

V. Si ſit ſervus, & hoc in duobus caſibus: unus, ſi ſervus vulneravit Clericum in fraudem domini, ut ſic ſubtraheres ſe illius obſequio: alius, ſi dominus propter hoc ſine culpa ſua grave damnum ſuſtineret. Et hos duos caſus intellige, niſi eſſet tam gravis, & enormis, quod propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplum eſſet ad Sedem Apoſtolicam mittendus. Extr. de ſent. excomm. c. *Relatum*, v. ſupra. & c. *Mulieres*.

,, RElatum eſt nobis, quod cum aliqui ſervi propter injectionem manuum in Clericum violentam, in canonem incidunt ſententiæ promulgatæ, allegantibus dominis eorumdem, quod carere mancipiis ſuis nolunt, venire ad Sedem Apoſtolicam abſolvendi non curant, per occaſionem hujuſmodi eludentes Eccleſiaſticam diſciplinam. Quocirca mandamus, quatenus eos venire compellas ad Sedem Apoſtolicam abſolvendos, cum plus ſis Deo, quam homini deferendum, niſi fecerint hoc in fraudem, ut ſubtrahant ſe obſequio dominorum, aut ipſi domini propter hoc ſine culpa ſua grave damnum incurrant; tunc enim in utrolibet caſu poteris eos ex indulgentia noſtra proviſionis abſolvere, cum nimis ſint ab Apoſtolica Sede remoti: ſed in recompenſationem laboris, quem in itinere ſuſtinerent, alia eis ſatisfactio injungatur, dummodo non ſit tam gravis, & enormis exceſſus, ut propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplum, hujuſmodi ſervi ad ſervum ſervorum Dei venire debeant abſolvendi. INNOC. III. Lugdunēſi Epiſc.

VI. Si fueris levis injuria, quam intulit Clerico. Extra, de ſentent. excomm. cap. *Pervenit*.

,, PErvenit ad nos (& infra) De his abſolvendis, qui Clericis non enormem, ſed modicam, & levem injuriam irrogarunt, ſuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum. CLEMENS III.

Sed iſte caſus non recipitur ab omnibus. Dicunt enim quidam decretalem illam continere ſpecialem indulgentiam; & ideo non eſſe trahendam ad conſequentiam.

L*Evis injuria arbitrio judicis boni viri judicanda eſt ex variis perſonarum circumſtantiis, & locorum, & temporum: ſi enim Clerico miniſtranti ſolemniter in altari publice manus injecerit quis* Poſtillat.

leviter, non judicaretur levis injuria, quæ alias levis eſſet: & quædam levis eſt circa puerum, vel in dorſo, ut cum manu, vel cum bacula, vel in occulto, quæ gravis eſſet circa ſenem, vel in capite, vel cum pugno, vel cum caſe, vel cum gladio, vel in manifeſto. Quædam etiam injuriæ ſunt quaſi mediæ inter leves, & enormes, quæ poſſunt appellari graves, quarum gravitas ex variis circumſtantiis penſanda eſt. Credo etiam, quod juramentum accipiendum eſt ab illo, qui abſolvitur de tali injuria levi, niſi forte ſit puer. Dubium etiam eſſe poteſt, utrum levis debeat reputari injuria, quæ infertur Sacerdoti, maxime a Laico; cum in illa Decretali non fiat expreſſa mentio de Sacerdotibus, ſed tantum de Clericis hoc modo: De his abſolvendis, qui Clericis non enormem, ſed modicam injuriam irrogaverunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.

VII. Si ſit infirmus, vel pauper, val impubes, vel ſenex, vel valetudinarius. Extra, de
v. pag. 383 ſent. excomm. cap. 1. ſeu, *Super eo*, & cap. *Quod de his*.

Clem. III. ,, QUod de his (& Infra) Fraternitati tuæ
,, taliter duximus reſpondendum, quod
,, is, qui aſſerit ſe in Canonem latæ ſententiæ
,, incidiſſe, non aliter, quam per Sedem Apo-
,, ſtolicam, vel ejus legatum abſolutionis pot-
,, eſt beneficium obtinere, niſi forte ſit in
,, mortis articulo, vel paupertate, aut infir-
,, mitate, vel ſenectute tanta gravaretur, quod
,, ad Eccleſiam Romanam laborem ſubire non
,, valeat veniendi; vel ab hoc alio impedi-
,, mento Canonico retrahatur. Ceterum ab
,, his in forma ſacramenti exigi conſuevit, ut
,, reſumtis viribus, & opportunitate conceſ-
,, ſa, Romanam Eccleſiam in propria perſona
,, debeant viſitare.

Poſtillat. *INfirmus perpetuum habens ex infirmitate impedimentum, vel temporale, in quo timetur probabiliter de morte feſtinata, ut in acutis febribus, ſquinancia, apoplexia, & hujuſmodi: pro quanta etiam debilitate quis excuſatur, quod non mittatur ad curiam, arbitrio boni viri limitandum eſt.*

Credo circa pauperes limitandum eſſe, quod illi, qui non poſſunt habere expenſas, nec de bonis mobilibus, vel immobilibus, quæ habeat, diſtrahere poſſunt; non ſunt mittendi ad curiam; alias mittendi ſunt: quantæ tamen expenſæ debeant ei ad iter ſufficere, ex variis circumſtantiis perſonæ, & loci limitandum eſt. Nec credo, quod teneantur mendicare, ut vadant ad Curiam; niſi forte tales ſint, quod ſemper conſueverint alias mendicare, & robuſti ſint corpore ad eundum. Et videtur Tancredum notaſſe ext. eod. c. Quod de his, *quod pauper, qui vel expenſas habet, vel laborem poteſt ſuſtinere, mittendus eſt ad Curiam: quod intellige de tali paupere, qui alias mendicare ſemper conſuevit, & corpore robuſtus eſt.*

Licet autem quilibet Regularis pauper ſit, tamen hoc prætextu non excuſatur, quia mittatur ad Curiam, ſi percutiat Clericum ſæcularem; quia etſi pauper ſit, Monaſterium tamen ejus abundat. Et idem credo de filiofamilias, quia etſi nihil habet, habet tamen patrem abundantem: de Regularibus tamen credo, quod ſi levem intulerint injuriam Clerico ſæculari, de qua non ſit ſcandalum, poterunt abſolvi ab Epiſcopo ſuo, non Abbate, ſecundum illos, qui dicunt, quod illa Decretalis, Pervenit, *continet jus commune. De pueris nota, quod, ſi non ſint doli capaces, non incidunt in Canonem de injectione; ſi ſint doli capaces, incidunt in Canonem, ſi animo injuriandi, aut libidine vindictæ Clericos percutiunt; ſi tamen pervenerint ad quintum decimum annum, vel ſextum decimum, aut etiam ultra, ſi adhuc tales ſunt, quod ſine periculo ad Curiam ire non poſſunt propter imbecillitatem corporis, aut defectum diſcretionis; credo, quod ab Epiſcopo poterunt abſolvi; recepto tamen juramento, quod, ſublato hujuſmodi impedimento, Curiæ ſe repræſentabunt.*

Sed numquid pueri, cum abſolvuntur, jurare debent? Arg. quod non, cauſſa 22. q. 5. c. Pueri. *Sed ibi loquitur de juramento teſtis. Tu dicas, quod arbitrio Epiſcopi dimittitur, utrum ſint tales, quod jurare debeant, vel non, & quia juramentum hujuſmodi non pertinet ad abſolutionem, ſed ad ſolemnitatem, ut ext. eod. c.* Cum deſideres, *& ſic notavit Tancredus extr. eod. c.* Pervenit.

De mulieribus autem certum eſt, quia jurare debent, cum abſolvuntur, ſed non ſunt mittendæ ad Curiam, ſive ſint fortes, ſive debiles, licet quidam dixerint, quod fortes mittendæ ſint.

VIII. Si habet inimicitias capitales. Extra, de ſent. excomm. c. *De cetero*.

,, DE cetero noveris, quod ſi quis pro vio- Alex. III.
,, lenta manuum injectione in Clericum *Cenomanenſi Epiſc.*
,, eſt vinculo excommunicationis adſtrictus, ſi
,, habens capitales inimicitias, vel alias juſtas
,, excuſationes, quibus ab itinere rationabili-
,, ter excuſatur, ita quod ſine periculo, Apo-
,, ſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare; li-
,, cet diœceſano Epiſcopo, recepto juramento
,, ſecundum morem Eccleſiæ, ſibi abſolutionis
,, gratiam impertiri. Sed eſt illi ſub juramen-
,, ti debito injungendum, ut quam citius op-
,, portunitatem habuerit, Romanum Pontifi-
,, cem adeat, mandatum Apoſtolicum ſuſce-
,, pturus.

In iſtis octo caſibus poteſt verberans Clericum ab Epiſcopo ſuo abſolvi; in primo tamen caſu, & duobus ultimis, excepto impubere, debet ei, quem abſolvit, injungere ſub debito juramenti, quod primo debet recipere ſecundum formam infra poſitam, quod ceſſante impedimento ad Romanam Eccleſiam, vel ejus legatum accedat, mandatum ſuper talibus recepturus. Extra, de ſent. excomm. c. *De cetero*, & cap. *Ea noſcitur*, & cap. *Quod de his*. v. ſupra.

Clemens III. ,, EA noſcitur (& infra) Conſultationi tuæ
,, taliter duximus reſpondendum, quod mu-
,, lieres, ſenes, valetudinarii, ſeu membrorum
,, deſtitutionibus impediti, licet ad Apoſtolicam
,, Sedem non veniant, ab Epiſcopis valeant
,, fidelium communioni reſtitui, ſatisfacto juxta
,, facultates his, quibus per eos conſtiterit in-
,, jurias irrogatas; alios autem ſive pauperes,
,, ſive divites, Sedi Apoſtolicæ, vel Legato ejus,
,, ut beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe
,, eſt præſentari. Si vero infirmitatis tempore,
,, timore mortis beneficium fuerit abſolutionis
,, indultum, juramento præſtito injungatur
,, eiſdem, ut poſtquam ſanitati fuerint reſti-
,, tuti, ad Romanam Eccleſiam, vel ejus lega-
,, tum accedant, mandatum Apoſtolicum ſuper
,, talibus recepturi.

Omnes iſti caſus continentur extra, de ſentent. excomm. c. *Quamvis incidens*.

,, QUamvis incidens in Canonem latæ ſen- Greg. IX.
,, tentiæ propter violentam manuum in-
,, jectionem juxta proprias facultates eis ſa-
,, tisfaciat, quibus injurias irrogavit; non ta-
,, men aliter, quam per Sedem Apoſtolicam,
,, vel ejus Legatum, abſolutionis poteſt bene-

ficium

„ ficium obtinere, niſi imminente mortis ar-
„ ticulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia,
„ puerili, vel ſenili ætate, fragilitate ſexus,
„ ſeu alia corporis impotentia, ſive quolibet
„ impedimento Canonico retrahatur, quomi-
„ nus Romanum Pontificem poſſit adire, vel
„ niſi juris beneficio a labore hujuſmodi excu-
„ ſetur. Ceterum quibuſdam prædictorum, vi-
„ dalicet qui temporali impedimento laborant
„ (exceptis pueris) ſub debito juramenti (quod
„ ſecundum Eccleſiæ formam præſtare tenen-
„ tur) conſuevit injungi, ut, impedimento ceſ-
„ ſante, ad Apoſtolicam Sedem accedant, man-
„ datum ipſius humiliter ſuſcepturi.

Numquid redit excommunicatio ipſo jure, ſtatim ceſſante impedimento.

Videtur quod ſic, quia ceſſante neceſſitate debet ceſſare quod eſt inductum pro neceſſitate. Cauſſa 1. q. 1. c. *Quod pro neceſſitate*, & arg. ad hoc, cauſſa 26. q. 6. c. *Qui recedunt*, & cap. *De his vero*.

[INNOCEN. *De ordinatis a Bonoſo hæretico*.]

„ QUod pro neceſſitate temporis ſtatutū eſt,
„ ceſſante neceſſitate, debet utique ceſſare
„ pariter quod urgebat, quia alius eſt ordo le-
„ gitimus, alia uſurpatio, quam ad præſens
„ fieri tempus impellit.

[EX CONC. *Arauſico*, c. 3.]

„ QUi recedunt de corpore, pœnitentia ac-
„ cepta, placuit ſine reconciliatoria ma-
„ nus impoſitione eos communicare: quod mo-
„ rientis ſufficit reconciliationi ſecundum dif-
„ finitiones Patrum, qui hujuſmodi commu-
„ nionem congrue viaticum nominaverunt.
„ Quod ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœ-
„ nitentium, ut oſtenſis neceſſariis pœniten-
„ tiæ fructibus, legitimam communionem cum
„ reconciliatoria manus impoſitione recipiant.
„ Clericis quoque deſiderantibus pœnitentia
„ non eſt neganda. Similiter ſubito obmu-
„ teſcens (prout ſtatutum eſt) baptizari, aut
„ pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis
„ præteritæ teſtimonium, aliorum verbis ha-
„ bet, aut præſentis in ſuo nutu. Amentibus
„ etiam, quæcumque pietatis ſunt, conferen-
„ da ſunt.

[EX NICÆNO *Concil.* c. 13.]

„ DE his vero, qui recedunt ex corpore,
„ antiquæ legis regula obſervabitur et-
„ iam nunc: ita ut ſi forte quis recedit ex
„ corpore, neceſſario vitæ ſuæ non defraudetur
„ viatico. Quod ſi deſperatus aliquis recepta
„ communione ſupervixerit, ſit inter eos, qui
„ ſola oratione communicant. De omnibus e-
„ nim his, qui a corpore recedunt, in traden-
„ do eis communionem, cura, & probatio ſit
„ Epiſcopi.

Et multi tenent hoc pro ſolutione; ſed communis opinio eſt in contrarium, ſcilicet, quod non reviviſcat excommunicatio ſemel extincta. [*v. pag. 375*] Arg. cauſſa 23. q. 4. c. *Si illic*, & ff. de ſolut. qui res, §. *Aream*. Et hanc ultimam opinionem amplector; tamen ſi nollet adimplere mandatum, impedimento ceſſante, debet excommunicari: a qua excommunicatione non deberet abſolvi, donec eſſet ſatisfactum mandato.

Quis abſolvere poteſt Regulares.

SEd quis abſolvere poteſt Regulares, ſi propter hujuſmodi violentam injectionem manuum in alios Regulares, vel in Clericos ſæculares, ſunt excommunicati?

Ad hoc diſtingne, quoniam aut verberavit Regularis Regularem, aut Clericum ſæcularem: in primo caſu, ſi verberavit Regularem ejuſdem Clauſtri, Abbas proprius poteſt eum abſolvere, & ſi Abbatis diſcretio non ſufficit, diœceſani Epiſcopi providentia eſt adhibenda: ſi vero verberavit alium Regularem alterius Clauſtri per Abbatem proprium, & ejus, qui paſſus eſt injuriam; debet abſolvi: & hoc intelligas niſi exceſſus eorum exſtiterit difficilis, & enormis, utpote ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum; aut in Epiſcopum, vel Abbatem violenta ſit manus injecta, quum exceſſus tales, & ſimiles nequeant ſine ſcandalo præteriri.

[*Poſtillat.*]

CReda tamen, quod ſi hujuſmodi Monachi ſunt in ſcholis, & ſe invicem ibi percutiant, gaudere debent privilegia ſcholarium, quantum ad hujuſmodi abſolutionem ab Epiſcopo loci obtinendam, etiamſi in ſæculares Clericos manus injecerint, dum tamen ſcandalum non ſit exortum.

Effuſionem Sanguinis non creda eſſe intelligendam de qualibet ſanguinis effuſione: licet autem aliquis, dum Clericum percutit, feriat in aures ejus, aut cum ungue aliquantulum cutem excoriet, ita quod aliquantulum ſanguinis exeat; non creda enormem eſſe exceſſum; ſed tunc demum cum vulnus illatum eſt, quod deſiderat remedium Chirurgiæ, vel Emplaſtrorum, vel aliorum Medicinalium.

In ſecundo autem, ſcilicet quum Regularis verberavit Clericum ſæcularem, ſubdiſtingue: quia aut verberavit eum ante ingreſſum religionis, aut poſt ingreſſum. Si ante, & poſt ingreſſum inter cetera peccata confitetur hoc, dixit Alexander, quod non poteſt abſolvi niſi a Papa. Sed Innocent. ad religionis favorem, & ut evagandi materia ſubtrahatur, Abbatibus talium abſolutionem indulſit, niſi exceſſus eorum eſſet difficilis, & enormis, ut ſupra in caſu proximo eſt diſtinctum. Si vero jam factus Regularis verberat Clericum ſæcularem, nonniſi per Apoſtolicam Sedem, ut ſcandalum evitetur, abſolutionis gratiam poterit promereri.

[*Alexander* in c. *Conſulute*, quod modo non eſt in corpore Decretalium.]

Si autem tales exſiſtentes in excommunicatione fuerint ordinati, diſtingue: quia aut ſunt regulares, aut ſæculares.

In primo caſu, ſi ſcientes ſe excommunicatos faciunt ſe ordinare, a ſuſceptis ordinibus ſunt in perpetuum deponendi. Si vero non recolentes factum, pro quo in Canonem latæ ſententiæ inciderunt, vel factum quidem ſcientes juris ignari neſciebant ſe inde teneri, poterunt Archiepiſcopi, vel Epiſcopi cum talibus diſpenſare de mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, aliter non; quum nec eos poſſint abſolvere a vinculo excommunicationis, quod minus eſt; poterunt tamen hujuſmodi Romani Pontificis auribus intimari, ut ab eo ſecundum rigorem, vel æquitatem reſponſum prodeat, prout ſua diſcretio viderit faciendum.

In ſecundo caſu, ſcilicet ſi ſunt regulares, & ſcienter ſunt ordinati, debent ab exſecutione ſuſcepti ordinis, & officii manere ſuſpenſi: ſi vero ignoranter, puta facti memoriam, vel juris peritiam non habentes, Monaſteriorum utilitate penſata, poſt injunctam, & peractam pœnitentiam Abbates ipſorum poterunt diſpenſare, niſi grave fuerit, & notabile factum, aut is, qui fecit, adultus fuerit, & diſcretus, ut violenter, & valide contra oblivionem, & ignorantiam præſumatur. Præcipitur autem Abbatibus, ut dili-

Digitized by Google

diligenter formam iſtam obſervent, ne privilegium mereantur amittere, ſi permiſſa ſibi abuſi fuerint poteſtate. Colligitur iſta diſtinctio ex Decret. Innocentii extr. de ſent. excomm. cap. *Cum illorum*.

v. pag. 327 Poſtillat. *POterunt Abbates diſpenſare tam cum illis, qui ante ingreſſum religionis inciderunt in Canonem, quam cum illis, qui poſt; quia nec in c.* Cum illorum, *diſtinguitur inter illos, & hos; cum Abbates poſſint abſolvere, & diſpenſare cum illis, qui ante ingreſſum inciderunt in Canonem, quod majus eſt; poſſunt abſolvere, & diſpenſare cum illis, qui poſt, quod minus eſt. Quod patet per id, quod dixit Alexander de abſolutione illorum, qui ante ingreſſum inciderunt in Canonem, quod non conceſſit Abbatibus, licet conceſſerit de illis, qui poſt ingreſſum. Quod autem dictum eſt de irregularitate excommunicati recipientis ordinem, vel miniſtrantis in excommunicatione, intelligas & de ſuſpenſa recipiente ordinem, & miniſtrante in ſuſcepto ordine tempore ſuſpenſionis; ſi tamen ſimpliciter ſuſpenſus eſt ab exſecutione ordinum. Si autem ſpecialiter ſuſpenſus eſt ab exſecutione ordinis Sacerdotalis, non contrabit irregularitatem miniſtrando in ceteris ordinibus a Sacerdotia: & qui ſuſpenſas eſt ab ordine Diaconali tantum, non contrabit irregularitatem in ceteris minoribus ordinibus miniſtrando.*

Quid, ſi regulares non habent Abbatem, ſed Priorem, aut Prælatum alio nomine deſignatum; numquid poterit a tali Prælato abſolvi, ſicut ſupra dictum eſt de Abbate?

Dicunt quidam quod non: alii dicunt quod
ſic, & cum iſtis ſentio. Arg. extra, de ſent.
v. ſupra. excommunic. cap. *Monachi*, & cap. *Cum illo-
rum*: in iſtis enim ſuper hac materia fit men-
tio de Monachis & Canonicis Regularibus,
v. pag. 193 & etiam de Prælatis in illa Decretali, *Cum il-
lorum*. Ad idem eſt argum. extra, de poſtulat.
cap. *Ex parte*, & de ſentent. excommun. cap.
& infra. *Caconica*.

Item quid, ſi aliquis venians ad Monaſterium profitetur, ſe eſſe excommunicatum propter injectionem manuum violentam in Clericum, vel propter aliam cauſſam, & petit, ut recipiatur; numqnid poterit recipi?

Mihi videtur, ſalvo meliori judicio, quod non debent eum recipere, quia nec debent ei communicare.

Poſtillat. *VIdetur contra, quia excommunicata poſſumus communicare in his, quæ pertinent ad abſolutionem ejus: unde cum hujuſmodi receptio via ſit ad abſolutionem obtinendam, videtur quod licita ſit, ſicut licitum eſt accipere juramentum ab illo, qui abſolvendus eſt; videtur tamen ſententia Magiſtri tutior, quia cum excomunicata non licet orare, licet hoc pertineat quodammodo ad ſalutem animæ ſuæ.*

Si tamen ignoranter receperunt eum, poterunt poſtea erga ipſum procedere juxta formam poſitam ſupra, eodem §. *Sed quis poteſt.* Et eſt arg. ad hoc extra, eodem cap. *Cum illo-
v. pag. 327 rum*.

Poſtillat. *NUmquid regulares ita poſſunt abſolvi a Prælatis ſuis a Canone latæ ſententiæ in falſarios litterarum Domini Papæ, aut ab aliis Canonibus, in quibus Papa retinet ſibi abſolutionem, ſicut poſſunt abſolvi a Canone de injectione?*

Reſp. Credo quod non: licet enim iſta Decretalis Cum illorum, *faciat mentionem generaliter de illis, qui in ipſo acta excommunicationis ſententiam incurrunt; in reſponſione tamen non fit mentio, niſi de illis, qui inciderunt in Canonem de injectione: unde non ad falſarios, neque ad ſimiles extenditur beneficium illius Decretalis, nec ad ſententias latas ab homine, ſeu in generali, ſeu expreſſa nomine.*

Item numquid tempore probationis poterit Prælatus eum abſolvere?

Videtur dicendum, quod non; quia non videtur eſſe filius, vel ſubditus ejus, antequam fecerit profeſſionem tacitam, vel expreſſam; maxime ſi fuit proteſtatus, quod liceret ei ad ſæculum redire: multi enim, ſi hoc eſſet, illuderent Prælatos, & religiones, ingredientes pro abſolutione habenda, & ea obtenta recedentes; ſic enim contemneretur excommunicationis ſententia, quod cederet in magnum periculum animarum.

Ad hoc volunt quidam dicere indiſtincte, quod poteſt eum abſolvere Prælatus, ſed ſub conditione, ſcilicet, ſi non redierit ad ſæculum, vel ſi remanſerit in ordine, alias ipſo recedente, rediret excommunicatio.

Sed hoc non placet, unde licet forte de ſtricto jure poſſet dici, quod non poteſt eum abſolvere ante profeſſionem; credo tamen, quod ſi non poteſt reditu ad ſæculum, poſſit eum abſolvere, quia jam eſt aſtrictus religioni, ſaltem in genere. Sortitur ergo forum ratione dubii hic, ubi invenitur, & de iſtius Prælati juriſdictione cenſetur, ſicut & vagabundus, qui certum domicilium non habet, dicitur illum habere judicem, apud quem invenitur, ff. de jud. *Hæres abſens*. Præterea quia non poſſet Prælatus illum recipere ad profeſſionem, ſi ſciret eum excommunicatum. Conſulerem tamen tali ad cautelam, quod poſt profeſſionem faceret iterum ſe abſolvere, ad omnem ambiguitatem tollendam; & hæc maxime intelligo vera eſſe, niſi de longa conſuetudine obtentum eſſet ita in religionibus, Papa ſciente, &
non contradicente: nam ſæpe conſuetudo dat
juriſdictionem. Cauſſa 9. quæſt. 3. c. *Conqueſtus* v. pag. 328

Item numquid Templarii, & Hoſpitalarii poſſint abſolvi a ſuis Prælatis?

Credo quod non; quia non habent ordinem Clericalem, niſi forte haberent hoc de ſpeciali privilegio Sedis Apoſtolicæ. Similiter nec Moniales ab Abbatiſſa, ſed tales debent abſolvi ab Epiſcopis, in quorum Epiſcopatibus ſunt Monaſteria, & ab aliis ſecundum tenorem privilegiorum ſuorum. Extra, de ſentent. v. Indic.
excommunic. cap. *De Monialibus*. Require ſupra de impedimento ſexus. Hodie tamen expreſſum eſt de Regularibus Fratribus Hoſpitalis Hieroſolymitani, quod poſſunt a ſuis Prioribus, qui Presbyteri eſſe debent, abſolvi, ſicut & regulares, extra, de ſent. excomm. c. *Canonica*.

„ CAnonica conſtitutione cavetur, quod Hiaron. *Magiſtro,*
„ Monachi, & Canonici Regulares quo- *& Fratri-*
„ cumque modo ſe percuſſerint, non ſunt ad *bus Hoſpi-*
„ Apoſtolicam Sedem mittendi, ſed ſecundum *talis Hie-*
„ diſcretionem, & providentiam ſui Abbatis, *roſolymi-*
„ diſciplinæ ſubdantur; quod ſi Abbatis diſcretio *tani.*
„ ad eorum correctionem non ſufficiat, provi-
„ dentia eſt diœceſani Epiſcopi adhibenda, niſi
„ exceſſus difficilis fuerit, & enormis, propter
„ quem merito ad Eccleſiam Romanam ſit re-
„ curſus habendus. Nos ergo ad vos ſtatum hu-
„ juſmodi duximus extendendum, auctoritate
„ prædicta ſtatuentes, ut in tali caſu (niſi ma-
„ joris ſit providentia requirenda) per Prioram
„ veſtrum, qui (ſicut audivimus) Presbyter

„ eſſe

,, eſſe debet) Fratribus veſtris abſolutionis bé-
,, neficium impendatur.

Poſt. ilut. *Quid, ſi Templarius unius diœceſis, vel Monachus percutiat Templarium, vel Monachum alterius diœceſis, vel etiam Monachus Clericum alterius Epiſcopatus; quis Epiſcopus abſolvet tales?*

℞. *Epiſcopi illarum diœceſium debent convenire ad impendendum beneficium abſolutionis hujuſmodi; vel alter deleget alteri vices ſuas. Arg. ext. eod. c.* Cum illorum, *verſ.* Si vero Clauſtralis.

A quo infligitur minor excommunicatio.

Minor excommunicatio, ſive ſuſpenſio infligitur ipſo jure, vel ipſo actu, alias quoad Deum, alias quoad Deum & Eccleſiam. Quoad Deum, ſtatim quum quis peccat mortaliter, Sap. 1. *Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo.* Item: *Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*: & ad idem cauſſa 11. q. 3. c. *Audi*. Iſte *v. pag. 343* Euchariſtiam, & cetera Sacramenta recipit ad damnationem, non ad ſalutem. Require ſupra de ſacram. iter. vel non, *§. Effectus*.

Quoad Deum & Eccleſiam infligitur hæc minor excommunicatio ipſo jure in multis caſibus, videlicet,

Quum quis communicat excommunicato. Require infra eod. *§. Sequitur quæ pœna*.

Quum committitur ſacrilegium. Require ſupra de ſacril. *§. Pœna ſacrilegii*.

Quum eſt notorius fornicator, vel ſimoniacus. Require ſup. de ſimon. *§. Circa pœnam*, & ſupra de ſcand. & perplexit. *§. Pœna Clerici*.

Quum quis recipit Eccleſiam de manu Laici ſine conſenſu Epiſcopi, & per hoc intendit ibi eſſe Prælatus. Cauſſa 16. quæſt. 7. cap. *Si quis deinceps*, & arg. extr. de elect. cap. *Quiſquis*, extr. de ſent. excomm. cap. *Tua*.

Tua ibi hodie nihil dicitur de hac materia. Gregor. VII. *In generali Synod. c. 2. & 2.*

,, Si quis deinceps Epiſcopatum, vel Abba-
,, tiam de manu alicujus Laicæ perſonæ
,, ſuſceperit, nullatenus inter Epiſcopos, vel
,, Abbates habeatur: nec ulla ei ut Epiſco-
,, po, ſeu Abbati audientia concedatur. Inſu-
,, per ei & gratiam B. Petri, & introitum Ec-
,, cleſiæ interdicimus, quouſque locum, quem
,, ſub crimine tam inobedientiæ, quam ambi-
,, tionis (ex quo ſcelus idololatriæ cœpit) re-
,, ſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de in-
,, ferioribus Eccleſiaſticis dignitatibus conſtitui-
,, mus.

Innoc. III *In Concil. generali Lateran.*

,, Quiſquis electioni de ſe factæ per ſæcula-
,, ris poteſtatis abuſum conſentire præ-
,, ſumſerit, contra Canonicam libertatem; &
,, electionis commodo careat, & ineligibilis
,, fiat, nec abſque diſpenſatione ad aliquam va-
,, leat eligi dignitatem. Qui vero electionem
,, hujuſmodi, quam ipſo jure irritam eſſe cen-
,, ſemus, præſumſerint celebrare; ab officiis,
,, & beneficiis penitus ſuſpendantur per trien-
,, nium, eligendi tunc poteſtate privati.

Quidam tamen non admittunt hunc caſum per Decretalem, extr. de jur. patron. c. *Cura paſtoralis*, & c. *Præterea*.

Alex. III. *Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Epiſcopatum Eboracen. conſtitutis.*

,, Cura paſtoralis (& infra) Mandamus
,, quatenus ex donatiooe Laicorum, ni-
,, ſi auctoritas diœceſani Epiſcopi, & conſen-
,, ſus adſit, nullus veſtrum aliquas ſibi Ec-
,, cleſias vendicare præſumat, vel retinere ta-
,, liter acquiſitas, niſi legitima fuerit præſcri-
,, ptione munitus, aut diœceſani Epiſcopi ha-
,, buerit poſtea conſenſum. Cum enim Laici
,, non poſſint in alios, niſi jus, quod habēt, trans-
,, ferre, hujuſmodi conceſſiones irritas penitus
,, eſſe cenſemus.

Lucius III.

,, Præterea, quoniam advocati Eccleſiarum
,, jus advocationis, dooationis, vel emtio-
,, nis titulo, aliiſque pro ſua voluntate contra-
,, ctibus, in alios transferre præſumunt, fodrū,
,, albergarias, regium, & ſimilia, tamquam a
,, propriis ruſticis ab Eccleſiis extorquentes;
,, præſenti decreto ſtatuimus, eos ſive advoca-
,, ti, ſive patroni, vel vice-domioi, ſive cuſto-
,, des, vel guardias habentes, ſeu quocumque
,, alio nomine cenſeantur a gravaminibus Ec-
,, cleſiarum ceſſare, nihilque in ipſis præter
,, antiquos, & moderatos reditus a locorum E-
,, piſcopis inſtitutos exigere, aut ſi aliud ex-
,, egerint, excommunicationi ſubdantur. Con-
,, tractus quoque hujuſmodi, quos fecerunt, vel
,, facient in futurum, vim aliquam decernimus
,, non habere.

Ubi dicitur, quod ſunt excommunicandi; ſed in alio caſu loquitur: vel dic illud de majori excommunicatione intelligendum.

Quum quis communicat excommunicato in crimine.

Quum quis exercet contra Chriſtianos artem baliſtrariam, vel ſagittariam. Quidam tamen intelligunt hos duos caſus de majori excommunicatione. Require ſupra eod. *§.* verſ. *Utraque excommunicatio*, & verſ. *Sunt & alii duo caſus*, & ſupra de baliſt. & ſagit.

Item diffidentes, pauperum oppreſſores, manifeſti raptores, publici uſurarii, meretrices. Require ſupra de decim. prim. & oblat. *§. Quæritur, utrum de injuſte, vel turpiter acquiſitis*.

Dicuntur autem iſti excommunicati large, quia non recipiuntur ad altare oblationes ipſorum.

Item quum decedit in torneamento; quia non ſepelitur in cœmeterio, etiamſi pœnituerit de peccato. Require ſupra, de torneam.

Item quandocumque in notorio crimine eſt; quia repellitur a Sacramentis vivus, & mortuus, niſi pœnituerit. Diſt. 88. c. *Neque*, diſt. 95. c. *Illud*, cauſſa 13. q. 2. c. *Pro obeuntibus*, de conſecr. diſt. 2. c. *Pro dilectione*.

v. pag. 220 Gregor. II. *Bonifacio Epiſc. Ep. ult.*

,, Pro obeuntibus quippe conſuluiſſe digno-
,, ſceris, ſi liceat oblationes offerre: ſancta
,, ſic tenet Eccleſia, ut quiſque pro ſuis mor-
,, tuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque
,, Presbyter eorum memoriam faciat: & quam-
,, vis omnes peccatis ſubjaceamus, congruit, ut
,, Sacerdos pro mortuis Catholicis memoriam
,, faciat, & intercedat; non tamen pro impiis
,, (quamvis Chriſtiani fuerint) tale quid a-
,, gere licebit.

Cyprian. *Lucretio fratri lib. 10. Ep. 10.*

,, Pro dilectiooe tua, & verecundia mutua
,, conſulendum me exiſtimaſti, frater ca-
,, riſſime, quid mihi videatur de hiſtrione quo-
,, dam, qui apud vos conſtitutus, in ejuſdem
,, adhuc artis ſuæ dedecore perſeverat, & ma-
,, giſter, & doctor non erudiendorum, ſed per-
,, dendorum puerorum id, quod male didicit,
,, ceteris quoque inſinuat, an talis debeat com-
,, municare nobiſcum. Quod ego puto nec ma-
,, jeſtati divinæ, nec Evangelicæ diſciplinæ
,, congruere, ut pudor, & honor Eccleſiæ tam
,, turpi & infami contagione fœdetur.

Infligitur a Judi.e utraque excommunicatio.

INfligitur ſimiliter utraque eacommunicatio, videlicet major, & minor, a judice. Major ſecundum Hugotionem, & quoſdam alios ab Epiſcopo tantum, non ab aliquo inferiore: hæc eſt enim, ut ajunt, ſpiritualis mucro Epiſcopi. Facit pro iſtis cauſſa 16. q. 2. c. *Viſis*, in fin. verſ. *Fliri mucrone Epiſcopi Sacerdotum piacula reſecentur*; & cauſſa 24. q. 3. *Corripiantur*, verſ. *Qaia & ipſa, quæ damnatio nominatur, quam fa- rit Epiſcopale juditium, qua pœna in Eccleſia nulla major eſt, &c.*

Alii dicunt, & bene, quod noo ſolum Epiſcopi, ſed etiam omnes Prælati, qui præſunt Eccleſiis, ut Abbates, & ſimiles, poſſunt excommunicare majori excommunicatione. Arg. ext. de offic. ord. c. *Cum ab Eccleſiarum*.

ALEX. III. *Florent. Epiſc.*

„ CUm ab Eccleſiarum Prælatis Eccleſiaſtica ſententia in maleſactores aliquos promulgatur, rata debet, & firma conſiſtere, & uſque ad cundignam ſatisfactionem inviulabiliter obſervari. Quapropter mandamus, quatenus ſi quando Plebanus S. Petri in Clericos, vel Laicos Parochianos ſuos interdicti, vel excommunicationis ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam facias inviolabiliter obſervari, & eam ſine congrua ſatisfactione, & abſque ejuſdem Plebani conſcientia non relaxes.

Tertii dicunt, & male, quod quilibet Sacerdos habens Eccleſiam Parochialem, poteſt hoe facere. Cauſſa 2. q. 1. c. *Nemo*, & 15. q. 4. c. 1. ſeu, *Nullus Epiſcoporum* 1. ext. de offic. ord. c. *Si Sacerdos*. v. pag. 111

DE LIBRO *Conſtitutionum.*

„ NEmo Epiſcopus, nemo Presbyter eacommunicet aliquem, antequam cauſſa probetur, propter quam Eccleſiaſt. Canones hoc fieri jubent. Si quis autem adverſus eam conſtitutionem eacommunicaverit aliquem, ille, qui excommunicatus eſt, majoris Sacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communionis redeat: ille autem, qui non legitime eum excommunicavit, in tantum abſtineat tempus a Sacroſancta communiooe, quantum majori Sacerdoti viſum fuerit: ut quod injuſte fecit eum excommunicando, ipſe juſte patiatur.

EUARISTUS PAPA.

„ SI Sacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicujus criminis, vel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit; niſi judiciario ordine quis probare poſſit, non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminate. Sicut dixit Chriſtus: *Unus veſtrum me traditurus eſt.* Sed ſi ille, cui damnum illatum eſt, petierit juſtitiam, poteſt eacommunicare auctorem damni, licet etiam ei confeſſus ſit: ſed tamen non nominatim poteſt eum removere a communione, licet ſciat eum eſſe reum, quia non ut judex ſcit, ſed ut Deus; ſed debet eum admonere, ne ſe ingerat: quia nec Chriſtus Judam a communione removit.

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joann. 13.

Immo etiam Archidiaconus videtur, quod poteſt excommunicare, licet non ſit Presbyter. Arg. diſt. 25. c. *Perlectis*, diſt. 63 c. *Si in plebibus*. Melius eat. de offic. Archidiacon. c. 2. ſeu, *Officium*, de appell. c. *Reprehenſibilis*. v. pag. 258

ISIDORUS *Hiſpal. Epiſc. ad Ludifred.*

„ PErlectis .... Archidiaconus enim imperat Subdiaconis, & Levitis, ad quem iſta pertinent miniſteria; ordinatio veſtiendi altaris a Levitis, cura incenſi, & ſacrificii neceſſaria ſollicitudo. Quis Levitarum Epiſtolam, & Evangelium legat, quis preces dicat, ſeu reſponſoria in Dominicis diebus, aut ſolemnitatibus decantet. Sollicitudo quoque Parochiarum, & ordinatio, & jurgia ad ejuſdem pertinent curam: pro reparandis diœceſanis Baſilicis ipſe ſuggerit Sacerdoti: ipſe inquirit Parochias cum juſſione Epiſcopi, & ornamenta, & res Baſilicarum, vel Parochiarum geſta, & libertatum Eccleſiaſticarum Epiſcopo idem refert: collectam pecuniam de communione ipſe accipit, & Epiſcopo defert, & Clericis partes proprias ipſe diſtribuit.

ISIDORUS *In Lib. officiorum.*

„ SI io plebibus Archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu eainde ejecti fuerint; Archidiaconus quanto ocyus proficiſcatur illuc, & cum Clericis, & populis ipſius plebis electionem faciat, quatenus dignus paſtor domui Dei conſtituatur, & dum ordinatur, ejus providentia ipſa pleba cuſtodiatur.

EX CONC. *Toletano.*

„ OFficium vero Archidiaconi eſt Evangelium, quando voluerit, legere, vel alicui de Diaconis præcipere; & quando Epiſcopus Miſſam canit, ad juſſionem illius induant ſe Levitæ veſtimentis ſacris, qualiter cum Pontifice ad Miſſam procedant (& infra) Omne Eccleſiaſticum officium providendo, lectiones, aut reſponſoria in matrice Eccleſia dare debet, & auſcultare, in tantum, ut nullus Evangelium, aut Epiſtolam, reſponſoria, vel quamlibet io Eccleſia lectionem legat, vel cantet, donec auſcultetur ab ipſo. Acolythos quoque ipſe ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quiſve minorum in Eccleſia aliqua officia agere debeat.

Ad hoc dicas, quod ſolus Epiſcopus poteſt anathematizare cum hac ſolemnitate, quæ habetur cauſſa 11. q. 3. c. *Debent*.

Eacommunicationis forma.

Debent duodecim Sacerdotes Epiſcopum circumſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram, & conculcare eas pedibus ſuis, deinde Epiſtola per Parochias mittatur, continens excommunicatorum nomina, & cauſſas excommunicationis.

Et ſecundum hoc intelliguntur jura, quæ inducit Hugotio; alii vero Prælati, qui præſunt Eccleſiis collegiatis, & habent jurisdictionem ſuper ſubditos ſuos, ut Abbates, Archipresbyteri, vel Plebani, & ſimiles poſſunt eacommunicare, etiam majori excommunicatione, ſed non cum prædicta ſolemnitate: inferiores vero Sacerdotes Parochialium Eccleſiarum, qui non habent jurisdictionem in ſubditos, ut poſſint inter eos cognoſcere, vel judicare ordinaria juriſdictione, non poſſunt eacommunicare majori eacommunicatione, niſi ubi hoc obtineret conſuetudo, nam in talibus conſuetudo dat juriſdictionem. Cauſſa 9. quæſt. 3. cap *Conqueſtus*. v. pag. 328

Minor autem excommunicatio ab Epiſcopis, & aliarum Eccleſiarum Prælatis infligi poteſt ſecundum omnes. Extr. de offic. ord. cap. *Cum ab Eccleſiarum*. v. ſupra.

Item minor excommunicatio aliquando infligitur alicui, non a Prælato, ſed a ſeipſo, ſaltem quoad ſpeciem facti; & hoc quandoque male, quandoque bene. *Male*, quum credit hoc poſſe

ſibi

Digitized by Google

ſibi ſufficere ad pœnitentiam. De hoc habetur de pœnit. diſtinct. 1. c. *Sunt qui arbitrantur*.

AMBROS. I n lib. de pœnit. lib. 1. c. 9. ,, SUnt qui arbitrantur, hanc eſſe pœniten-
,, tiam, ſi abſtineant a Sacramentis cæleſti-
,, bus. Hi ſæviores in ſe judices ſunt, qui pœ-
,, nam præſcribunt ſibi, remedium declinant,
,, quos vel pœnam ſuam conveniebat dolere,
,, quia cæleſti fraudarentur gratia.

Bene, quum facit hoc cauſſa reverentiæ. De conſecr. diſt. 2. cap. *Quotidie*, & de pœnit. diſt. 1. cap. *Sunt qui arbitrantur*, verſ. *Facilius*. Require ſupra de differ. baptiſ. uſque ad infir. in fine.

IDEM In eodem. ,, FAcilius autem inveni, qui innocentiam
,, ſervaverint, quam qui congrue egerint
,, pœnitentiam peccati, ubi acquirendæ ambi-
,, tio dignitatis, ubi vini effuſio, ubi ipſius co-
,, pulæ conjugalis uſus? Renunciandum ſæculo
,, eſt, & ipſi ſomno minus indulgendum eſt,
,, quam natura poſtulat; interpellandus eſt ge-
,, mitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſeque-
,, ſtrandus eſt orationibus, vivendum ita, ut in
,, tali vita huic moriatur uſui, ſemetipſum ſibi
,, homo abneget, & totus immutetur (& in-
,, fra) Nemo in peccatis poſitus arrogare ſibi
,, debet auctoritatem, aut uſurpationem Sa-
Eccleſiaſt. 21. ,, cramentorum, quia ſcriptum eſt: *Peccaſti*,
,, *quieſce* (& paullo poſt) Dicimus ergo &
,, agendam pœnitentiam, & eo agendam
,, tempore, quo culpæ deferveſcat luxuria,
,, & in peccati captivitate poſitos nos reveren-
Exod. 3. ,, tiores, non uſurpatores eſſe debere (& in-
,, fra) Nam ſi Moyſi accedere propius geſtien-
,, ti, ut cognitionem cæleſtis myſterii hauri-
,, ret, dicitur: *Solve calceamentum pedum tuorum*;
,, quanto magis nos animæ noſtræ pedes exue-
,, re vinculis corporalibus, & nexu mundi i-
,, ſtius greſſus omnes debemus abſolvere? (&
,, fra) Nihil eſt, quod tam ſummi doloris ſit,
,, quam ſi unuſquiſque poſitus ſub captivitate
,, peccati recordetur, unde lapſus ſit, atque
,, unde deciderit, & quod ad illa corporea,
,, atque terrena, ab illa ſpecioſa, & pulchra di-
,, vinæ cognitionis intentione deflexerit.

Poteſt Prælatus pœnam iſtam infligere ſub-
v. Indic. dito ſuo, non alieno. Cauſſa 9. q. 2 per totum. Et intelligas ſubditum, non ſolum, qui moratur infra terminum ſuæ diœceſis, vel Parochiæ, ſed etiam quemlibet alium, qui committit crimen in Parochia ſua. Cauſſa 3. q. 6. cap.
v. pag. 159 1. ſeu, *Ibi ſemper*, extr. de rapt. c. 1. ſeu, *De illis autem*.

FABIANUS Papa Hilario Epiſc. Poſtillator. ,, IBi ſemper cauſſa agatur, ubi crimen admitti-
,, tur: & qui non probaverit, quod objece-
,, rit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.

QUid ergo, ſi Epiſcopus excommunicaverit omnes, qui exercebunt uſuras in diœceſi ſua; numquid Parochianus alterius Epiſcopi, ſi eas ibidem exercuerit, incidit in illam ſententiam?

Reſp. Credo quod ſic, quia ſicut habetur in capitulis hic allegatis, ibi ſemper cauſſa agitur, ubi committitur crimen, & qui rapinam facit in aliena diœceſi, excommunicari poteſt ab Epiſcopo illius diœceſis.

Quid, ſi Epiſcopus excommunicat omnes, qui interpellant de turpitudine Moniales, quas conſecrat in ſua diœceſi?

Quid etiam, quando excommunicat aliquem ſubditum ſuum cum omnibus cum eo participantibus in loquendo, comedendo, & ſimilibus; numquid quicumque, & ubicumque venerint aliqui contra hujuſmodi ſententiam, erunt excommunicati, & a quo debent abſolvi?

Reſp. In utroque caſu prædictorum, Parochiani illius Epiſcopi ubicumque contra fecerint hujuſmodi ſententias, ſeu in diœceſi, ſeu alibi, excommunicationis ſententiam incurrent: alieni autem Parochiani in illam ſententiam non incident, niſi fecerint talia in diœceſi excommunicantis; quia cum in alterius Epiſcopi diœceſi hoc faciunt, non ſunt ſubditi excommunicatoris, vel ratione diœceſis, vel ratione loci, in qua talia committunt. Credo autem, quod qui in hujuſmodi ſententias incidunt, ab Epiſcopo excommunicatore abſolvendi ſunt; quia hujuſmodi ſententiæ latæ ſunt ab homine, non a jure; licet quidam dixerint, quod a jure lata ſint, non pro præteritis peccatis, ſed pro futuro. Præterea ſententia lata in hujuſmodi participantes cum excommunicatis acceſſoria eſt principalis ſententiæ; unde ab eodem tollenda eſt, a quo eſt lata.

Pro contumacia infligitur major excommunicatio.

MAjor excommunicatio infligi debet pro contumacia tantum. Cauſſa 11. q. 3. cap. *Epiſcopi*, & cap. *Nemo Epiſcoporum*, & c. *Certum*. v. pag. 230

,, EPiſcopi, ſi Sacerdotali moderatione poſt- Ex Conc. Agathenſ. c. 3.
,, poſita innocentes, aut minimis cauſſis cul-
,, pabiles excommunicare præſumſerint, aut
,, ad gratiam baptiſmatis feſtinantes fortaſſe re-
,, cipere noluerint, a vicinis Epiſcopis ejuſdem
,, provinciæ litteris moneantur, & ſi parere
,, noluerint, communio illis uſque ad tempus
,, Synodi a reliquis Epiſcopis denegetur, ne
,, forte propter excommunicationis peccatum,
,, excommunicati longo tempore morte præve-
,, niantur.
,, CErtum eſt pro his tribus criminibus ali- Ex Conc. Tribur.
,, quem excommunicari debere, cum ad
,, Synodum canonice vocatus venire contemnit,
,, aut ſi poſtquam illuc venerit, Sacerdotalibus
,, reſpuit obedire præceptis, aut ſi ante fini-
,, tam cauſſæ ſuæ examinationem a Synodo
,, abire præſumit.

Hæc autem contumacia invenitur multiplex: nam alia eſt in non veniendo in judicium, ſive quia peremtoria citatione recepta venire contemnit, ſive quia malitioſe ſeipſum occultavit, ſive quia impedit, ne poſſit ad eum citatio pervenire: alia, quando citatus venit ad judicium, ſed non vult ſtare juri, vel ante finitam cauſſæ examinationem contumaciter, & illicentiatus recedit. Alia quando offenſa ejus eſt manifeſta, & juſſus a judice non vult emendare. Probantur hæc extr. ut lit. non conteſt. c. *Quoniam fre-* v. ſupra. *quenter*, §. *Porro*, cauſſa 11. q. 3. c. *Certum*, extr. de verb. ſignif. c. *Ex parte* 1. circa finem.

,, QUoniam frequenter..... Porro ſpeciales Innoc. III.
,, cauſſæ poſſunt occurrere, in quibus ca-
,, ſualiter eſt aliud obſervandum, ut (verbi
,, gratia) ſi ſuper alicujus electione, vel copia
,, maritali quæſtio moveatur: tunc etenim (ne
,, propter longam moram in ſpiritualibus, &
,, temporalibus patiatur Eccleſia læſionem, vel
,, viro, ſive mulieri fornicationis occaſio præ-
,, beatur, maxime cum propinquitatis gradus
,, opponitur lege divina prohibitus) in hujuſ-
,, modi caſibus (ſi contumax apparuerit is, in
,, quem fuit actio dirigenda, ſive quia peremto-
,, ria citatione recepta venire contemnit, ſive
,, quia malitioſe ſeipſum occultat, ſive quia im-
,, pedit, ne poſſit ad eum citatio pervenire) te-

,, ſtes, lite non conteſtata, ſunt merito admit-
,, tendi, & nihilominus (ſi de cauſſa liqueat)
,, ad definitivam ſententiam procedendum....

Innoc. III Abbati ſanctæ Genovefæ, Decano, & Cõſiliario Pariſienſ.

,, EX parte in Chriſto dilectæ filiæ Comitiſ-
,, ſæ Bleſen. (& infra) Propoſuerunt nun-
,, cii Comitiſſæ, quod cum ipſius Præpoſitus
,, quemdam latronem cœperit, & juſtitia fuerit
,, inde facta, latro fuit per capitulum Carno-
,, ten. poſt factam juſtitiam requiſitus, quia eum
,, in terra ſua captum fuiſſe dicebant (& infra)
,, Verum cum ſuper hoc de parendo juri Co-
,, mitiſſa cautionem offerret, Canonici Carno-
,, ten. nihilominus terram ejus fecerunt inter-
,, dicto ſupponi, quod relaxare noluerunt, ni-
,, ſi prius ſolveretur emenda: dicebant enim
,, in Carnoten. Eccleſiæ privilegiis contineri,
,, quod nemini liceat excommunicatis, vel no-
,, minatim interdictis pro Canonicis Carno-
,, ten. abſque congrua ſatisfactione abſolutio-
,, nis beneficium indulgere (& infra) Ad in-
,, telligendam autem clauſulam privilegii me-
,, morati, credimus diſtinguendum, utrum in
,, aliquem interdicti, vel excommunicationis
,, ſententia ſit prolata pro contumacia tan-
,, tum: quia ſcilicet citatus ſtare noluit juri:
,, vel etiam pro offenſa, quia videlicet juſſus
,, noluit maleficium emendare. In primo caſu
,, credimus congrue ſatisfieri, ut ſententia re-
,, laxetur, ſi prius ſufficiens ſtandi juri cautio
,, tribuatur: in ſecundo vero, ſi offenſa eſt
,, manifeſta, non credimus ſatisfieri congrue,
,, ut relaxetur ſententia, niſi prius ſufficiens
,, præſtetur emenda. Si vero dubia eſt offenſa
,, ſufficere credimus ad relaxandam eamdem, ſi
,, parendi mandato Eccleſiæ comperens ſatiſ-
,, factio præbeatur.

1. Reg 16. Quandocumque ergo aliquis fuerit vocatus, vel admonitus tribus edictis, vel uno peremtorio pro omnibus; poteſt, ſi contumax fuerit, excommunicari, non diſtincto, utrum pro modica, vel magna cauſſa fiat citatio, vel admonitio; quia ſemper eſt ibi contumacia, quæ eſt maximum crimen, & genus idololatriæ.

Quidam tamen dixerunt, quod pro magnis criminibus poſſet aliquis excommunicari, etiam ſine citatione. Arg. extr. de verb. ſignif. cap. *Ex parte* 1. v. ſupra.

Sed illorum dictum non approbo, & littera illa facit recte intelligenti pro prima opinione, quam teneas indubitanter.

Minor autem excommunicatio poteſt imponi pro contumacia. Cauſſa 5. q. 2. c. *Præſenti*, & 11. q. 3. c. *Audi*.

v. pag. 343 Silvester Papa

,, PRæſenti decreto cenſemus, ut in primis
,, paternaliter vocentur, & per 7. dies ex-
,, ſpectentur, nullius Eccleſiaſticæ rei interdicta
,, licentia. Huic vero exſpectationi iterum ad-
,, dantur 7. dies, interdicta Eccleſiam intrandi li-
,, centia, & omnia divina officia audiendi; poſt
,, vero addantur duo dies, quibus a pace, &
,, a communione ſanctæ Eccleſiæ ſint ſuſpenſi.
,, Deinde vero iterum aliis duobus diebus ſub
,, eadem exſpectatione deportentur, quibus u-
,, no die ſuperaddito, omni exſpectatione, velu-
,, ti jam deſperata, reus mox anathematis gla-
,, dio feriatur.

Poteſt etiam imponi pro aliis culpis: & hoc duobus modis, ſcilicet nomine pœnæ in judicio a judice infligendæ ad tempus. Diſt. 86. cap. *Tanta*. Et nomine pœnitentiæ infligendæ a Sacerdote. De pœnit. diſt. 1. c. *In actione*. v. pag. 159

August. In Homil. de Pœnit.

,, IN actione pœnitentiæ, ubi tale crimen com-
,, miſſum eſt, ut is, qui commiſit, etiam a Chri-
,, ſti corpore ſeparetur, non tam conſideranda
,, eſt menſura temporis, quam doloris. *Cor* enim
,, *contritum & humiliatum Deus non deſpiciet*. Pſal. 37.
,, Verum, quia plerumque dolor alterius cordis
,, occultus eſt alteri, nec in aliorum notitiam
,, niſi per verba, vel quæcumque alia ſigna pro-
,, cedit, cum ſit coram illo, cui dicitur: *Gemi-* Pſal. 50.
,, *tus meus a te non eſt abſconditus*; recte conſti-
,, tuuntur ab his, qui Eccleſiis præſunt, tem-
,, pore pœnitentiæ, ut ſatisfiat etiam Eccle-
,, ſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: extra
,, eam quippe non remittuntur. Ergo cum tan-
,, ta eſt plaga peccati, atque impetus morbi,
,, ut medicamenta Corporis, & Sanguinis Do-
,, mini differenda ſint, auctoritate Antiſtitis
,, debet ab altario removeri ad agendam pœ-
,, nitentiam, & eadem auctoritate reconcilia-
,, ri.

Quandoque etiam minor excommunicatio poteſt imponi ſine culpa, licet non ſine cauſſa. Require ſupra de pœnis, §. *Sequitur, utrum unus*, verſ. *Nota etiam hic*.

POSTILLATORIS QUÆSITUM.

QUid ſit ſententiam ferri a jure, vel a judice, ſeu ab homine; cum omne jus, & ſententia hominis prolata ſit ab homine?

Reſp. Dixerunt quidam, quod ſententia dicitur lata eſſe a jure, cum fertur in futurum generaliter ſic: Excommunicamus eos omnes, qui hoc, vel illud fecerint: *ab homine vero, vel a judice, cum fertur pro contumacia, vel offenſa præterita: vel generaliter, ſeu particulariter, ut*: Excommunicamus illos, qui hoc fecerunt, vel illum, qui hoc fecit. *Ego ſine præjudicio credo, duobus modis ſententiam latam eſſe a jure; uno modo, quando jus aliquod ſtatutum eſt, per quod adæquantur in pœna aliqui criminoſi aliis, quale eſt illud*: Conſentientes, & facientes par pœna conſtringit: *ex quo ſequitur, quod qui cum excommunicato propter crimen aliquod communicat in crimine illo, eadem ſententia involvitur, ut extr. eod. cap.* Nuper, *&c.* Etſi concubinæ. *Alio modo dicitur ſententia ferri a jure, cum ab eo, qui poteſt conſtitutionem, vel Canonem facere, vel generalem, ut Papa; vel particularem, ut Legatus in Provincia Legationis ſuæ, vel Archiepiſcopus, vel Epiſcopus in diœceſi ſua, vel Concilium provinciale in provincia ſua, animo juris conſtituendi ſtatuitur aliquid in perpetuum, & generaliter in omnes ſubditos ſuos: & ſtatutum illud roboratur per ſententiam excommunicationis, vel aliam in futuros tranſgreſſores illius ſtatuti prolatam ſic*: Excommunicamus omnes hæreticos, vel qui exercebunt uſuras, vel tale quid commiſerint. *Si autem dicatur*: Excommunicamus omnes, qui uſque ad hoc, vel illud tempus ibunt ultra mare, vel torneabunt, vel guerram facient; *ita quod non ſit ſtatutum perpetuum: vel ſi dicatur*: Excommunicamus omnes, qui interpellabunt iſtas, vel illas Moniales de turpitudine, vel eos, qui participabunt cum iſto, vel illo excommunicato, *& ſimilia; ita quod in favorem, vel odium alicujus ſingularis perſonæ, vel perſonarum proferatur; hujuſmodi ſententia dicenda eſt eſſe non juris, ſed hominis. Sententia autem dicitur eſſe judicis, vel hominis, quæ fertur pro contumacia, vel offenſa præterita, vel etiam futura;*

non

non tamen intentione conſtitutionis faciendæ generaliter, aut perpetue, ſed ut alicui particulari perſonæ, vel perſonis ad vitam eorum, vel ut alicui negotio conſulatur ad tempus: & ab hujuſmodi ſententiis latis ab homine non poſſunt abſolvere niſi excommunicatores, aut ſuperiores eorum; qui tamen ſunt ordinarii eorum, qui abſolvendi ſunt: vel illi, qui ab Epiſcopis excommunicatoribus ſuper abſolutione impendenda habent mandatum generale, vel ſpeciale. Generale, *ut quando hujuſmodi excommunicati vadunt ad Scholas, vel in peregrinationem, aut longam viam, vel transferunt domicilium, & ab eiſdem excommunicatoribus impetrant abſque fraude & dolo, quod poſſint abſolvi in locis, ad quæ transferuntur. Fraudem, & dolum intelligo abeſſe, quando eo tempore, quo hoc impetrant, non recolunt ſe hujuſmodi ſententias incurriſſe; aut ſi recolunt, hoc exprimunt ſuis excommunicatoribus.* Speciale, *quando hujuſmodi excommunicatores committunt Prælatis extraneis, vel etiam ſubditis propriis abſolutionem excommunicationum hujuſmodi ſpecialiter.*

ſ. III.

A quo, & qualiter tollatur excommunicatio.

Regulariter teneas, quod ab omni excommunicatione, ſive majori, ſive minori lata a jure, poteſt excommunicatus abſolvi a ſuo Epiſcopo, vel proprio Sacerdote, niſi conditor Canonis reſervaverit ſibi ſpecialiter abſolutionem. Extra, de ſentent. excomm. cap.
v. pag. 31. *Nuper*.

Reſervat autem Papa ſibi abſolutionem talium in ſex caſibus.

Primus eſt de illo, qui verberat Clericum, quem nullus poteſt abſolvere, niſi Papa, exceptis caſibus notatis ſupra eodem, *ſ. Utraque excommunicatio*, verſ. *Alia regula*. Hodie tamen tales poſſunt abſolvere legati miſſi a latere Domini Papæ. Extra, da ſent. excomm. cap. *Ad eminentiam*, extra, de offic. leg. cap. *Quod*
v. pag. 321 *translationem*.

Clemens III.
,, AD eminentiam Sedis Apoſtolicæ (& infra) Sicut ex parte tua noſtris eſt auri-
,, bus intimatum, tibi exſtitit dubium, utrum
,, abſolutionis beneficium aſſequantur, qui pro
,, injectione manuum in Clericos, vel alias re-
,, ligioſas perſonas excommunicationem incur-
,, rerunt, & a Legatis Cardinalibus, qui a la-
,, tere Romani Pontificis deſtinantur pro tem-
,, pore, abſolvuntur: cum iidem Legati man-
,, datum ſuper hoc non oſtendant expreſſum.
,, Super quod id a te volumus obſervari, ut
,, eos habeas abſque omni hæſitationis ſcrupu-
,, lo abſolutos, quos conſtiterit a talibus bene-
,, ficium abſolutionis adeptos.

Legati vero, qui non mittuntur a latere Papæ, dum ſunt extra provinciam Legationis, neminem, ſed exſiſtentes in ea non aliunde accedentes; ſed eos, qui ſunt de ipſa provincia poſſunt abſolvere. Ext. de offic. legat. cap. *Excommunicatis*.

Greg. IX.
,, EXcommunicatis pro injectione manuum
,, violenta, Eccleſiæ Romanæ Legati, qui
,, de ipſius latere non mittuntur, extra provin-
,, ciam ſibi commiſſam, vel ibidem, ſi hujuſ-
,, modi manuum injectores illuc contingat a-
,, liunde accedere: & qui Eccleſiarum ſuarum
,, prætextu Legationis ſibi vendicant dignita-
,, tem, etiam ſubditis (quamvis in provincia
,, ſua exſiſtentes) beneficium abſolutionis im-
,, pertiri non poſſunt, niſi de ſpeciali gratia il-
,, lis, & iſtis amplius a Sede Apoſtolica conce-
,, datur.

Alii autem Legati locales, qui ex privilegio habent Legationem, ut Archiepiſcopus Cantuar. & ſimiles, non poſſunt abſolvere, niſi ſit in privilegio Legationis expreſſum. Ext. de privileg. cap. *Porro*, & in præall. decret. c. *Excommunicatis*. v. pag. 180

Secundus caſus eſt de illo, qui incendit Eccleſiam, & eſt denunciatus, & excommunicatus ab Epiſcopo: nam ante denunciationem ab Epiſcopo poſſet abſolvi.

Tertius caſus eſt, de illo, qui frangit Eccleſiam, & ſimiliter eſt denunciatus excommunicatus.

Quartus caſus eſt de illo, qui ſcienter, & ſponte participat excommunicatis a Papa, & eos recipit in officiis. Require ſupra de differ. offic. verſ. *Solus poteſt excommunicatum a ſe*, &c.

Quintus caſus eſt de illo, qui falſat litteras Apoſtolicæ Sedis. Ext. de crimin. fal. cap. *Dura*, *ſ. Adjicientes*.

,, DUra ſæpe mandata (& infra)... Adjicien- Innoc. III
,, tes ſtatuimus, ut generalem excommu-
,, nicationis ſententiam promulgetis, quam per
,, ſingulas parochias faciatis frequentius innova-
,, ri. Quod ſi quis falſas litteras ſe habere co-
,, gnoſcit, intra viginti dies litteras illas aut
,, deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam excommu-
,, nicationis voluerit evadera; quam (niſi for-
,, ſan in mortis articulo) ſine ſpeciali mandato
,, noſtro, a quoquam nolumus relaxari, nec
,, etiam (ſi præſumta fuerit contra hoc abſo-
,, lutio) quidquam habeat firmitatis.

Sextus caſus eſt de eo, qui communicat excommunicato in crimine: talis, enim quia ratione damnati criminis videtur in eum delinquere, qui damnavit, ab ipſo excommunicatore, vel ejus ſuperiore, licet non ſit alias ſubditus ejus, merito delicti eſt abſolutio requirenda, quia facientem, & conſentientem par pœna conſtringit.

Verum ſi difficile ſit ex aliqua cauſſa juſta, quod ad ipſum excommunicatorem abſolvendus accedat, conceditur indulgentia juris, ut præſtita juxta formam Eccleſiæ juratoria cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, a ſuo abſolvatur Epiſcopo, vel proprio Sacerdote.

Poſtillat.
B*Ene dicit*, Proprio Sacerdote, *quia alii non liceret. Idem creda de excommunicata minori excommunicatione propter participationem locutionis, aut orationis, & ſimilium, quod ab alieno Sacerdote abſolvi non poſſit, quia etiam Hugot. notavit* 11. q. 3. c. Si inimicus, *quod talis a ſimplici Sacerdote poteſt abſolvi, qui ei imponit pœnitentiam. Conſtat autem, quod pœnitentia de mortali, recipienda eſt a proprio Sacerdote. Quidam autem dixerunt, quod quilibet Sacerdos poteſt abſolvere de hujuſmodi minori excommunicatione, licet non poſſit abſolvere de peccato excommunicationis, quod eſt mortale, niſi deſit proprius Sacerdos. Prima ſententia verior eſt, quia expreſſum eſt extr. eod. cap.* Nuper, *quod talis eſt abſolvendus ab Epiſcopo, vel a proprio Sacerdote.*

Sed numquid beneficium illius Decretalis, Nuper, *extendendum eſt ad illos, qui excommunicati ſunt majori excommunicatione propter aliam participatio-*

nem, quam in crimine, ſcilicet quando aliquis excommunicatus eſt cum communicatoribus ſuis, ſicut ſolet fieri, cum aggravatur ſententia?

Reſp. Credo, quod non, nec eſt ſimile; quia licet magis peccet, qui participat in crimine, quam qui in loquendo; tamen primus non eſt ligatus, niſi per ſententiam juris; ſecundus per ſententiam hominis. Præterea hujuſmodi ſententia acceſſoria eſt principaliter, & ideo ab eodem eſt relaxanda, a quo eſt principalis.

A ſententia vero judicis non poteſt abſolvi excommunicatus, excepto in mortis articulo, niſi a ſuo excommunicatore, vel etiam ab ejus ſuperiore, ſi ad illum fuerit appellatum, vel ſi excommunicator negligenter, vel malitioſe differat abſolutionem, & in aliis caſibus, in quibus poteſt judicare de ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, quos require ſupra de different. offic. *§. Patriarcha*, & *§. Metropolitani.*

Sed quid, ſi Archiepiſcopus abſolvat excommunicatos ab Epiſcopo in caſu non conceſſo; numquid tenebit abſolutio?

Videtur quod ſic, ſecundum opinionem illorum, qui dicunt, quod Archiepiſcopus eſt judex ordinarius omnium de provincia ſua, licet juriſdictio ejus ſit ligata, præterquam in caſibus
v. pag. 330 ſpecialibus. Arg. cauſſa 9. q. 3. c. *Per ſingulas.*

Alii dicunt, quod non habet juriſdictionem, niſi in caſibus ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, & ſecundum iſtos non valet abſolutio, tamquam a non ſuo judice facta: hæc opinio eſt commu-
v. pag. 329 nior, & probatur extr. de offic. ordin. c. *Paſtoralis:* & hanc ultimam opinionem teneas.

Secus tamen dico in excommunicatis a Plebano, Clerico, Parochiali, vel ſimili; quia licet tales Epiſcopus non debeat abſolvere ſine congrua ſatisfactione, & abſque conſcientia ipſius
v. pag. 329 excommunicatoris, ut extr. de offic. ord. c. *Cum ab Eccleſiarum*; tamen ſi abſolvat illo irrequiſito, tenet abſolutio: & eſt ratio, quia Epiſcopus eſt judex ordinarius tam Clericorum, quam Laicorum, qui ſunt in Epiſcopatu ſuo. Cauſſa
v. pag. 331 11. q. 1. c. *De perſona*, & arg. auth. de defenſ. civit. in princip.

Licet autem pariſicet hic Magiſter ſimplicem Sacerdotem cum plebano; tamen aliud eſſe credo de Presbytero Parochiali, qui non habet contentioſam juriſdictionem, & qui non conſuevit excommunicare, niſi pro damnis, quorum ignorantur auctores: & credo, quod Epiſcopus, vel ille, qui ſuper hoc gerit vices ſuas, ipſo irrequiſito, ſecta ſatisfactione ante, ſi poteſt commode fieri, vel præmiſſa, cum fieri poterit, poteſt taliter excommunicatum abſolvere.

Quid, ſi ſuſpectus ſit, quod non ſatisfaciet poſt abſolutionem; numquid abſolvetur ſub conditione, ſi ſatisfecerit?

Reſp. Credo, quod ſine conditione abſolvendus eſt, & quod numquam facienda eſt abſolutio ſub conditione futuri eventus; quia taliter abſolutus non eſſet ſimpliciter abſolutus; nec deberet ſe ingerere communioni fidelium, cum hujuſmodi abſolutio pendeat de futuro.

Quid, ſi Epiſcopus, vel Sacerdos det mihi licentiam abſolvendi de omnibus excommunicationibus, quas tulit in ſua diœceſi, vel Parochia in generali; numquid poſſum abſolvere excommunicatum ab eo, cujus abſolutionem non commiſiſſet mihi in ſpeciali, quia excommunicatus erat propter damnum illatum eidem Epiſcopo, vel Sacerdoti?

Reſp. Si intellexerit Epiſcopus, vel Sacerdos dare mihi licentiam de omnibus, & de hoc conſtat; credo, quod talem poſſum abſolvere, in dubio etiam, cum qui omnia dixit, nihil exceperit, præſumerem ipſum intellexiſſe de omnibus: tamen ſi poſſet ſatisfacere de damno, non deberem eum abſolvere, niſi ſatisfactione præmiſſa, vel per ſe, vel per perſonam intermediam, ſi probabiliter eum ſuſpectum haberem, quod poſt abſolutionem non ſatisfaceret.

Quæ attendenda in abſolutione?

IN abſolutione hæc ſunt obſervanda. Excommunicatus majori excommunicatione pro contumacia, id eſt, quia nolebat venire ad judicium, vel ſtare juri, debet abſolvi, recepto prius juramento ab eo, quod ſtabit mandato Eccleſiæ; debet autem mandatum fieri, ut pareat juri. Extr. de ſent. excomm. c. *Per tuas*, circa fin.

„ PEr tuas litteras nobis intimaſti, quod Innoc. III Senonenſ. Archiepiſ.
„ Vener. Frater noſter Altiſſiodoren. Epi-
„ ſcopus in dilectum filium Altiſſiodoren. Archi-
„ presbyterum excommunicationis ſententiam
„ promulgaſſet, Archipresbyter tuo ſe conſpe-
„ ctui præſentavit, & quod ſtaret mandato Ec-
„ cleſiæ, ſufficienter obtulit cautionem, petens
„ humiliter, ut abſolutionis ei beneficium ex-
„ hiberes; tu vero deferre volens Epiſcopo me-
„ morato, ipſum ſæpe monuiſti, ut abſolveret
„ Archipresbyterum memoratum; ſed quia tuis
„ monitis non parebat, excommunicatum ab-
„ ſolvere curaviſti, quem Epiſcopus pro abſo-
„ luto non habet, utpote qui proponit, quod ad
„ te illius abſolutio non ſpectabat; unde quæris,
„ quid in ſimilibus de cetero ſit agendum. Vi-
„ detur aliquibus, quod cum ad Metropolitanum
„ per appellationem quæſtio non defertur, ex-
„ cōmunicatus autem vocem nō habeat appellan-
„ di utpote ab Eccleſia ſeparatus, ſive appel-
„ laverit, ſive non; Metropolitanus ei non de-
„ bet abſolutionis beneficium exhibere. Verum
„ ex verbis cujuſdam epiſtolæ, quam Schola-
„ ſtici ab Alexandro Papa emanaſſe proponunt,
„ habetur, quod ſi ante appellationem in ali-
„ quem excommunicationis ſententia fuerit pro-
„ mulgata; Metropolitanus ante litis ingreſſum,
„ ab eo juramento recepto ſecundum Eccleſiæ
„ conſuetudinem, debet ipſum abſolvere, niſi vo-
„ luerit Epiſcopo diœceſano deferre, ipſumque
„ ad eum remittere abſolvendum: ubi etiam
„ conſequenter infertur, quod nec excommu-
„ nicati ſunt audiendi, priuſquam fuerint abſo-
„ luti, nec ſunt ad illos, a quibus appellaverant,
„ remittendi. In Sardicenſi autē concilio reperi-
„ tur, ut is, qui ab Epiſcopo eſt abjectus, fini-
„ timos Epiſcopos interpellet, & cauſſa ejus au-
„ diatur, & diligentius pertractetur: Epiſcopus
„ autem, qui juſte, vel injuſte abjecit eumdem,
„ patienter accipiat, ut diſcutiatur negotium,
„ quatenus vel probetur ejus a pluribus ſenten-
„ tia, vel etiam emendetur: prius tamen, quam
„ omnia diligenter examinata fuerint, nullus
„ ante cauſſæ cognitionem communioni eum
„ ſociare præſumat, qui fuerat communione
„ privatus. Nos igitur credimus diſtinguendum,
„ utrum quis proponat ſe poſt appellationem
„ legitimam interpoſitam excommunicatione
„ fuiſſe notatum, vel in forma excommunica-
„ tionis intolerabilem errorem fuiſſe patenter
„ expreſſum: in quibus caſibus ad probationem
„ eorum, etiamſi abſolutionem non petat, debet

„ ad-

,, admitti; ſed donec de ipſis conſtiterit, in aliis
,, evitari debet, quamquam Apoſtolica Sedes
,, etiam tales conſueverit abſolvere ad cautelam.
,, Verum in aliis, niſi gratiam abſolutionis im-
,, ploret, non debet audiri: ne ſententiam Ec-
,, cleſiaſticam contemnere videatur, & per hoc
,, amplius ex ſuo contemtu ligetur. Quod ſi
,, abſolutionis beneficium humiliter poſtulave-
,, rit, Metropolitanus eum debet abſolvere, ni-
,, ſi ſuo duxerit ſuffraganeo deferendum: cui
,, tamen, ſi ſuffraganeus abſolutionis benefi-
,, cium juxta formam Eccleſiæ noluerit exhi-
,, bere, ipſe nihilominus illum abſolvat, cau-
,, tione recepta, quod ſuo debeat parere man-
,, dato, ac deinde cauſſam audiat, & quod Ca-
,, nonicum fuerit, juſtitia mediante, decernat.
,, Quod ſi forſan Epiſcopus ſubditum ſuum
,, propter manifeſtum excommunicaſſet exceſ-
,, ſum; Metropolitanus non debet ipſum ab-
,, ſolvere, niſi ſuffraganeus requiſitus malitio-
,, ſe ſibi abſolutionis beneficium denegaret.

Quum vero pro offenſa eſt excommunicatus, aut offenſa eſt manifeſta, per ſententiam, vel facti evidentiam, ita quod non ſit locus inficiationi, aut eſt dubia. In primo caſu debet ante abſolutionem ſufficiens præſtari emenda. In ſecundo vero ſufficit ad relaxandam ſententiam, ſi ſuper mandato competens ſatisfactio præbeatur. Extr. de verb. ſignif. cap. *Ex parte* 1. in
v.pag.392 fine.

Debet etiam mandari ſibi, præmiſſa emenda, vel ſatisfactione debita pro offenſa, quod de cetero ſimilia non committat. Cauſſa 23. q. ult. c.
v.pag.159 *Peſſimum*, niſi quantum eſt a jure ſibi permiſſum: juris enim beneficium non debet removeri propter hoc juramentum. Extr. de ſentent. excomm. cap. *Ex tenore*, ubi dicitur notabiliter, quod

Alex.III. Genuenſi Archiepiſ.
,, *Recepto juramento, ut pareat mandato, ab il-*
,, *lo, qui injecit manus violentas in Clericum, debet*
,, *ſibi præcipi in virtute obedientiæ, & juramenti,*
,, *quod de cetero in Clericum, Monachum, vel ho-*
,, *ſpitalarium, vel alicujus religionis Converſum*
,, *manus non injiciat violentas, niſi ſe defendendo,*
,, *aut de mandato ſuorum fecerit Prælatorum, vel*
,, *niſi ſuper eum Prælationis miniſterium habeat,*
,, *aut magiſterium, aut cum ipſa ſocius fuerit in ea-*
,, *dem Eccleſia.*

Et ita per hoc ultimum verbum notatur, quod non debet injungi alicui ſub debito juramenti, ſi præſumitur, quod non ſervaret. Require ſupra de ſcandal. & perplexit. §. *Pœna Clerici*, ultra med.

Excommunicati autem minori excommunicatione poſſunt abſolvi, & reconciliari abſque juratoria cautione. Extr. de ſent. excomm. c. *Nuper*, circa fin.

v. pag.15. Gregor. IX.
,, De his etiam dicit nova Decretalis, quod
,, *duobus collata poteſtas, ut a minori excommuni-*
,, *catione, ſi in ipſam inciderint, invicem ſe abſol-*
,, *vant, utroque ligata vincula excommunicationis*
,, *hujuſmodi, non exſpirat*. Extr. de ſent. ex-
,, comm. c. *Duobus*.

Item debet dicere judex hæc verba, vel æquipollentia: *Auctoritate, qua fungor, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis*, vel ſpecialiter, *ab excommunicatione, qua ligatus es pro tali facto, vel a tali judice*. Arg. cauſſa 2. q. 6. §. *Diffinitiva quoque ſententia, quæ abſolutionem, vel condemnationem non continet, pro nulla habetur*, ut extr. de verb. ſignific. c. *In iis, quæ*.

Cœleſt. III.
,, IN iis quæ ambiguitatem continent (& in-
,, fra) Innotuit Apoſtolatui noſtro, quod
,, cum inter Magiſtrum M. & Converſos hoſpi-
,, talis ſancti Simpliciani ſuper eodem hoſpitali
,, in præſentia Mediolanen. Archiepiſcopi, quæ-
,, ſtio verteretur; ipſe Archiepiſcopus poſt co-
,, gnitionem cauſſæ in prolatione ſententiæ his
,, verbis non fuit uſus: *Talem partem condemno,*
,, *vel talem abſolvo*, ſed pronunciavit ita: *Sta-*
,, *tuo, & præcipio* (& infra) Attendentes igi-
,, tur, quod hoc verbum, *Statuo*, rem perfe-
,, ctam ſignificat, & cum effectu, non verbo
,, tenus accipitur. Item quia ſecundum Grego-
,, rium, quod præcipitur, imperatur, & quod
,, imperatur, neceſſe eſt fieri, & aliquando ſi
,, non fiat, pœnam habet; conſiderantes nihi-
,, lominus, quod non debet aliquis conſiderare
,, verba, ſed voluntatem, cum non intentio ver-
,, bis, ſed verba intentioni debeat deſervire, in-
,, terpretamur, procuratoribus utriuſque partis
,, præſentibus, & definimus, quod præfati Ar-
,, chiepiſcopi verba tali forma prolata, perpetuo
,, valituræ ſententiæ obtineant firmitatem.

Poſtillat.
BEne dicit: Verba æquipollentia; *quia verba intentioni deſerviunt, non e converſo; & ſermo rei, non res ſermoni eſt ſubjecta: unde ſive dicat quis Prælatus*: Habeo te pro excommunicato, & pro abſoluto; & denuncio te excommunicatum, *vel præcipit, videlicet* prohibeo ſub pœna excommunicationis, *ſi intendat per hæc verba excommunicare, vel abſolvere; tenet excommunicatio, vel abſolutio.* Non enim in talibus, quamvis verba exigantur, eſt præſcripta certa forma verborum, ſicut in Sacramento Baptiſmatis, & Euchariſtiæ. *Nec eſt contra extr. eod. cap.* Cum deſideret, *ubi dicitur, quod non eſt communicandum excommunicato, donec fuerit abſolutus in forma Eccleſiæ; quia non loquitur de iſta, vel illa forma verborum, ſed de juramento, quod tamen non eſt de ſubſtantia abſolutionis.*

Hæc verba a S. Thoma citantur: Opuſc. 23. de abſolutione ſacramẽtali.

Unde non approbo conſuetudinem quorumdam ſimplicium Sacerdotum dicentium: *Denunciamus talem excommunicatum*; tamen non excommunicaverunt eum umquam prius, nec illa verba ſunt apta ad excommunicationem. Similiter dicunt in abſolutione: *Abſolutionem, & remiſſionem excommunicationis, & omnium peccatorum tribuat vobis omnipotens Dominus*, vel ſimilia verba, quæ potius ſunt forma orationis, ut Dominus abſolvat ab excommunicatione, qua erat ligatus quoad ipſum, quam excommunicationis, qua erat ligatus a judice, vel a jure quoad Eccleſiam militantem. Item quum aliquis fuit ab Epiſcopo ſolemniter anathematizatus ſecundum formam poſitam, ſupra eodem, §. *Infligitur*.

Ex Concil. Arauſ. 2.
Si pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit, vel alias ſatisfacit, ut debet; tunc Epiſcopus, qui eum excommunicavit, ante januam Eccleſiæ venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumſtare debent: & ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, & de futuris cautelam ſpondet, Epiſcopus apprehenſa manu ejus dextera, in Eccleſiam illum introducat, communionem Chriſtianam ei reddat, & ſeptem pſalmos pœnitentiales decantet, cum iſtis precibus: *Kyrie eleyſon. Pater noſter. Salvum fac ſervum tuum. Præſta, quæſumus, Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut Eccleſiæ tuæ ſanctæ, a cujus integritate deviaverat peccando, commiſſorum ſuorum veniam conſequendo reddatur innoxius.*

Hæc

Hæc eſt forma canonica ſolemnis reconciliationis, quam habes cauſſa XI. quæſt. 3. cap. *Cum aliquis excommunicatus*, & cap. *Si pœnitentia*.

Alias communiter reconciliantur ſpoliati, & verberati virgis cum hoc Pſalmo: *Miſerere mei Deus.*

---

§. IV.

De pœna non ſervantis excommunicationem.

PŒna non ſervantis excommunicationem eſt, quod ſi Clericus eſt, deponitur, ſi legitime de hoc conſtiterit, niſi cum eo fuerit diſpenſatum. Cauſſa 11. q. 3. c. *Si quis Presbyter.*

Ex Conc. Carthag. 2. c. 8.

„ SI quis Presbyter a ſuo Epiſcopo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſſa poſſit audiri, at per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari: quod ſi non fecerit, ſed ſuperbia (quod abſit) inflatus ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit, anathematizetur, & locum amittat: & ſi querimoniam juſtam habuerit adverſus Epiſcopum, inquirendum eſt.

Si Laicus eſt, tardius abſolvitur. Cauſſa 11, q. 3. c. *Qui jubente.*

Ex Conc. Hilerdenſ. c. 8.

„ QUi jubente Sacerdote pro qualicumque culpa ab Eccleſia exire contemſerit, pro noxa contumaciæ tardius recipiatur ad veniam.

Item ſi aliquis contemnit ſervare ſententiam, eo quod ſit injuſte excommunicatus, propter iſtum talem contemtum incipit juſte excommunicatus eſſe, & ſic de injuſta ſententia fecit juſtam quantum ad ſe. Cauſſa 11. q. 3. c. *Audi*, §. *Cum ergo.*

Gratian.

„ AUdi ... *Cum ergo per ſententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus: cum autem ſolo reatu occultæ excommunicationis contraxerit pœnam; non eſt ab ejus communione ceſſandum. Unde Dominus in Evangelio* (*Matth. 18*) *tunc demum peccatorem dixit habendum ſicut ethnicum, & publicanum, cum Eccleſiam audire contemſerit. Apoſtolus quoque non ait*: Si quis frater eſt fornicator; *ſed*: Si quis frater nominatur fornicator (*1. Cor. 5.*), *ſententiæ nominationem intelligens. Hinc etiam Urbanus Papa II. Gnitmundo Epiſcopo c.* Sane quod ſuper, cauſſa 24. q. 2. *Hinc etiam Chriſti in Evangelio* (*Matth. 13*) *zizania dicit eſſe toleranda uſque ad meſſem.*

Urbanus II. Guitmundo Epiſc.

„ SAne quod ſuper Richardo filio Borelli veſtra fraternitas ſe egiſſe innotuit pro zelo Dei, & animarum caritate, laudamus; ſed non adeo timendum, non adeo eſt vobis ab ejus eleemoſynis abſtinendum. Inter ceteros quippe noſtræ fidei Patres beatus Leo Papa doctor egregius: *Quibus vivis*, inquit, *non communicavimus, nec mortuis communicare debemus*. Conſtat ergo, quoniam quibus vivis (ut ex oppoſito loquamur) communicavimus, mortuis quoque communicare poſſumus. Nos plane inter duo oppugnantia poſiti, inter impios videlicet, & Schiſmaticos, Schiſmaticis ullo modo communicare non poſſumus, aut licet: peccatoribus vero, & prædonibus diſpenſative propterea communicamus, quia & Eccleſiam hactenus ſuſtentaverunt, & ſe fideles in poſterum pollicentur. Alioquin oportet nos de hujus mundi partibus exire. Sub qua etiam ſponſione nos eis nuper in beati Petri Natalitiis abſolutionem indulſimus. Quia ergo prædictus vir neque nominative excommunicatus, neque communicans cum excommunicatis ex nomine exiit, ſed in Domini ſui fide, atque ſervitio permanſit, licet nobis diſpenſative, id eſt, quamdiu eos patimur, ejus eleemoſynis communicare, & defuncti animam Chriſtianæ religionis modis omnibus adjuvare.

---

§. V.

Qua pœna feriantur participantes cum excommunicatis.

CIrca hoc diſtingue: quia aut illi, quibus iſti communicant, erant excommunicati cum omnibus fautoribus, & communicantibus eis; & tunc erunt excommunicati majori excommunicatione ipſi communicantes, ſicut & principales. Cauſſa 11. q. 3. c. *Roga*, extr. de ſent. excomm. c. *Quod in dubiis*, in fin.

Gregor. Clero, & populo Salonit.

„ ROgo, hortor, & moneo, ut a prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis, ne cuiquam Sacerdoti ſupraſcripto Maximo communicanti, contra animam ſuam quiſquam veſtrum communicare præſumat.

Innoc. III Strigon. Archiepiſ.

„ QUod in dubiis (& infra) Reſpondemus, quod excommunicato, licet quod ſtet mandatis Eccleſiæ, juramento firmaverit, communicari non debet, donec per Eccleſiam fuerit abſolutus: alioquin poſt juramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. Nullus autem ſcienter nominatim excommunicato communicare tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregor. Papæ Capitulum, *Quoniam multos*, ſpecialiter excuſantur. Illi autem, qui nominatim excommunicatis præſumtuoſe participant, præter perſonas a dicto Canone adnotatas, niſi ab eorum participatione commoniti forte deſtiterint, excommunicationis vinculo ſunt innodandi. Secus autem, ſi ſcienter communicant ei, qui cum participibus ſuis eſt vinculo excommunicationis ſententialiter innodatus: tunc enim & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt.

Aut erant excommunicati ſimpliciter, non adjecto aliquo de fautoribus, vel ſibi communicantibus; & tunc ſi communicant criminoſo in crimine, puniuntur, ut dixi ſupra eodem, §. *Utraque excommunicatio*, verſ. *Sunt, & duo alii caſus*, & §. *Regulariter*, verſ. *Adjunge quintum caſum*. Si vero communicant criminoſo tantummodo, non in crimine, ſed in oſculo, ſalutatione, ſimplici loquela, oratione, vel menſa; incurrunt ipſo jure minorem excommunicationē. Unde verſus:

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Cauſſa 11. q. 3. c. *Sicut*, & c. *Excommunicatos*, & c. *Cum excommunicato.*

Urbanus II. Guitmundo Epiſc.

„ SIcut Apoſtoli ſtatuerunt dicentes: *Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis averſando regulas ſcienter ſaltem in domo ſimul locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur.*

„ Ex-

Calixtus *Papa* *Ep.* 2. *c.* 2. ,, EXcommunicatos quoſtūque a Saeerdotibus nullus recipiat ante utriuſque partis examinationem juſtam, nec cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut oſculo communicet, nec ave eis dicat, quia quicumque in his, vel aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicaverit, juxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubjacebit.

Isidorus *In regula Mina.b.* c. 18. ,, CUm excommunicato neque orare, naqua loqui, niſi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent, nec veſci licet. Si quis autem cum eo aut palam, aut abſconſe locutus fuerit, ſtatim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

In tertiam autem perſonam non tranſit excommunicatio aliqua. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *v.pag.* 177 *Excellentiſſimas*.

Poſtillat. *QUid eſt eſſa fautorem?*

Reſp. Creda quod favere alicui, quantam ad hoc, eſt ipſam defendere, vel fovere in crimine, quod eſt communicare in crimine criminoſo, cui communicatur in crimine, quando ei quis conſilium impendit, auxilium, vel favorem, ut Extr. *eodem a.* *v.pag.* 11. Nuper.

Sed numquid judex delegatus poteſt excommunicare communicantes loquendo, comedendo, vel contrahendo cum excommunicatis ab ipſo?

Reſp. Creda ſine præjudicia, quod non poteſt; quia quamvis cauſſa alicui delegata intelligantur ei commiſſa omnia ea, ſine quibus eam expedire non poteſt; non tamen omnia ſunt ei commiſſa, quæ poſſunt valere ad cauſſam expediendam. Et ita ſentiebat, & obſervabat Dominus Præneſtinus Epiſcopus Legatus in Francia, qui communicantes cum excommunicatis a delegatis judicibus, qui excommunicaverant aliquem cum taliter ſibi communicantibus, abſolvebat, non tamquam excommunicatos excommunicatione majori, ſed tamquam excommunicatos excommunicatione minori tantam, dicens, quod Dominus Papa non intendebat dare hujuſmodi jurisdictionem ſuis Legatis, cum cauſſam committebat, niſi hoc eſſet expreſſum in ipſa commiſſione. Aliorum tamen eſt apinio, & communior, quod delegati judices poſſunt taliter excommunicar, & quod ſic excommunicati ab eis propter participationem hujuſmodi, valeant abſolutionem petere ab eis, vel a Papa.

Excipiuntur tamen hic a Gregorio duodecim genera perſonarum, quæ intrepide poſſunt communicara cum excommunicatis; dum tamen non in crimine, pro quo ſunt excommunicati. Sunt autem hæc verba Gregorii:

Greg. VII *Cauſ.* 11. *quæſt.* 3. ,, *QUoniam multos, peccatis noſtris exigentibus pro cauſſa excommunicationis, &c.*

v.pag. 165 *v.pag.* 176 Hæc auctoritas recipit interpretationem ab Innocentio, extr. de ſent. excommunic. cap. *Inter alia*, ubi dicitur,

Quud omnes perſonæ numeratæ in auctorit. præmiſſa uſque ad illud verbum, *Quicumque orator*, &c. tenentur communicare ipſis excommunicatis, *propter obnoxietatem, qua eis tenentur aſtrictæ*: aliæ vero perſonæ ſequentes debent abſtinere ab illorum communione, *niſi articulus neceſſitatis immineat*.

Item quod dictum eſt de filiis, intellige, ſi ſunt in patria poteſtate; ſi enim eſſent emancipati, tamquam extranei tenentur vitare patrem excommunicatum.

Item quod dixit, *Orator peregrinus*, pro eodem ſupponunt; vel peregrini, qui ultra mare; Oratores, qui ad Sanctum Jacobum, vel ad cetera ſanctorum loca viſitanda accedunt.

Item quod dicitur de uxoribus, & filiis, & ſervis, aliiſque ſubjectis perſonis, quæ tenentur communicare ſuis majoribus, intelligunt quidam in caſu converſo idem, ſcilicet ſi ipſi minores ſint excommunicati, quod majores ſui teneantur eis communicare. Arg. cauſſa 21. q. ult. c. *De forma*, in fin. ubi dicitur, quod *v.pag.* 170 eadem fide eſt ſuperior inferiori aſtrictus, qua e converſo.

Alii dicunt, quod majores non debent communicare minoribus; & hoc in pœnam ipſorum majorum, qui tenebantur corrigere ſuos minores, ne inciderent in cauſſam anathematis. Arg. optimum, cauſſa 27. quæſt. 1. c. *De filia*: & hæc opinio videtur mihi tutior.

,, DE filia Epiſcopi, val Presbyteri, vel Diaconi, ſi devota fuerit, & maritum du- Ex Conc *Martini. Brachar.* c. 30. xerit, ſi eam pater, vel mater in affectum receperit, a communione habeantur alieni; pater vero in Concilio cauſſas ſe noverit præſtaturum. Mulier vero non ante admittatur ad communionem, niſi, marito defuncto, egerit pœnitentiam: ſi autem, vivente eo, ſeceſſerit, & pœnituerit, vel petierit communionem in ultimo fine vitæ ſuæ deficiens, eam accipiat.

Item quod dicitur de ſervientibus, & aliis, qui non ſunt ita aſtricti certa, vel perpetua obnoxietate, intelligo, quum, ante excommunicationem latam in dominum, obligaverant ſe ſervire illi ad annum, vel ad aliud certum tempus. Idem, ſi poſt excommunicationem, ſi ignorabant, & non poſſent ab illo ſine damno recedere.

CReda tamen, quod ſi ſcireat, nihilominus ab *Poſtillat.* *eis poſſunt recedere, ſicut qui ſcienter amittit exceptionem excommunicationis ab initio, nihilominus eam objicere poteſt poſtea in quacumque parte litis; & hoc multa fortius verum eſt de illa, qui ignoravit talem eſſe excommunicatam; ſed in hoc differentia eſt, quod ignorant non tenetur diſcedere cum damno ſuo; ſed ſcieas tenetur, etiamſi ſuper hoc lata per iniquitatem ſententia fuerit contra eum a judice, ad querimoniam excommunicati ipſius trahentis ipſam ad cauſſam ſuper hujuſmodi obligatione: nec eſt contra, quod ſit factus de familia excommunicati, intranda ſervitium tempore excommunicationis; quia illa ſola familia excuſatur, quæ ante excommunicationem erat familia, aut poſt excommunicationem facta eſt ſine culpa ſua. Item non eſt contra, quod contractus initus cum excommunicata tenet ipſo jure, ut ſi vendatur, vel locetur, vel donetur aliquid excommunicato; cum id, quod debetur excommunicato, poſſit ei ſolvi; nam diſtinguendum eſt, quod ſi talis eſt contractus, quod ex illo tranſit alteruter in poteſtatem alterius, tenet contractus; ut cum aliquis dat ſe in arrogatione alicujus excommunicati; vel quando aliquis vendit ſe in ſervum; vel quando contrahitur matrimonium cum perſona excommunicata: & in his caſibus poſſunt taliter contrahentes ſibi invicem communicare tempore excommunicationis; ſicut cum aliquis excommunicatus recipitur in monaſterio ad profeſſionem, aut recipitur ab excommunicatis; creda, quod poſſunt ſibi invicem communicare tempore excommunicationis ſecundum quod excommunicatis regularibus ſolet ab aliis fratribus communicari. In aliis autem contractibus diſtingue, quod ſi contrahens non obligat ſe ad com-*

Digitized by Google

communicandum cum excommunicato tempore excommunicationis, licet peccet taliter contrahendo, tenet tamen contractus; ut ſi quis vendat, vel vendendo tradat aliquid excommunicato pro pretio ſtatim tradito; ſi autem obligat ſe ad communicandum cum excommunicato tempore excommunicationis in caſu non conceſſo, non tenet contractus; ut ſi quis juret excommunicato, quod vendet ei aliquid, aut locabit, aut ſerviet ei, aut aliquod opus ei faciet tempore excommunicationis, & illicitum eſt, quod ei promittitur. Quod ſi juraret, quod poſt abſolutionem aliquas operas ei faciet, obligaretur, licet peccaret ſic jurando.

Quid, ſi quis recipiat mutuum ab excommunicato ſcienter, & paciſcatur de illo reddendo durante adhuc excommunicatione, aut conducit ab eo prædium, vel rem aliquam mobilem pro pretio reddendo, durante adhuc excommunicatione?

Quid etiam, ſi locat, aut vendit ei aliquam rem mobilem, aut immobilem, non ſtatim traditam, ſed tradendam ex pacto certo tempore, durante tamen excommunicatione; numquid obligatur ex tali pacto?

Reſp. Secundum Hug. qui dicit, quod licitum eſt ſolvere excommunicato, quod ei debetur a debitore, ſive ſolvat ei in propria perſona, ſive per miniſterium alterius perſonæ, videtur dicendum, quod licita eſt hujuſmodi pactio, & obligatoria pro eo, quod non obligat ſe ſic paciſcens, niſi ad licitum; niſi forte dicatur, quod id, quod dicit Hug. intelligitur de debito contracto, vel pactione facta ante excommunicationem, non tempore excommunicationis. Credo tamen, quod idem intelligitur in utroque caſu: ſecundum alios vero, licet teneat contractus ipſo jure in prædictis caſibus, peccat qui ſic contrahit cum excommunicato; non tenet tamen pactis facta de communicando ei tempore excommunicationis; in qua opinione videtur Magiſter infra eod. §. Quid ſi teneor.

Idem, ſi forte ſunt conſanguinei, vel nutricii, vel ſimiles, qui forte non haberent aliter unde viverent, ſi ab eo recederent. Arg. extr. de ſent. excomm. c. *Si vere.*

Innoc. III Univerſis Cruce ſignatis.

„ SI vere vos pœnitet de commiſſo, & plene
„ proponitis ſatisfacere de peccato, Deum
„ vobis credimus, immo novimus jam placatum.
„ Si ergo Veneti ad ſatisfactionem inducti, &
„ abſolutionis beneficium meruerunt obtinere,
„ ſecure cum eis navigare poteritis, & in prælio Domini præliari. Quod ſi Veneti forte nec
„ ſatisfacere voluerint, nec abſolvi, vobis
„ permittimus, ut cum ipſis uſque in terrã Sarracenorum, vel provinciam (juxta quod inter
„ vos convenit & ipſos, vel honeſte convenerit) navigio tranſeatis, quanto minus
„ poteritis, cum dolore tamen, & amaritudine cordis, & ſub ſpe veniæ communicantes

Naulum eſt pretiũ, quod ſolvitur nautis pro vectura.

„ eiſdem. Cum enim jam a vobis majorem
„ nauli receperint quantitatem, nec ad eam
„ poſſint reſtituendam induci, aut etiam coarctari; ſi aliter fieret, videremini vos damnũ
„ ex pœnitentia, ipſi vero præmium ex contumacia reportare. Cum ad hoc debitum exſolvendum ipſi vobis maneant obligati, &
„ ab excommunicatis exigi poſſit, & recipi
„ quod debetur. Eſt autem cautum in jure,
„ quod ſi quiſquam per terram hæreticorum,
„ aut quorumlibet excommunicatorum tranſierit, neceſſaria emere, ac recipere poterit
„ ab eiſdem. Præterea ſi paterfamilias domus
„ excommunicationis ſententia fuerit innodatus, a participatione illius familia excuſatur. Licet ergo dux Venetorum dominus
„ navium tamqoam paterfamilias domus in
„ excommunicatione perſiſtat; vos tamen tamquam ipſius familiam, dum in navibus ejus
„ fueritis, ipſius excommunicatio non contingat: & excuſabiles eritis apud Deum, ſi in
„ excommunicatorum navibus exſiſtentes, cum
„ dolore cordis, ſub ſpe pœnitentiæ communicaveritis ipſis, in quibus eorum communicationem non potueritis evitare.

Omnibus tamen conſulendum eſt, ut laborent pro poſſe inducere dominum ad ſatisfactionem, & cum dolore animi communicent ei.

Item adde unum caſum generalem, in quo quilibet poteſt loqui cum excommoniesto, ſcilicet de correctione, quæ pertinet ad ipſam excommunicationem, vel alias ad ſalutem. Cauſa 11. q. 3. c. *Cum excommunicato*, extr. de ſent. excomm. c. *Cum voluntate.* ** pag. 170*

Gregor. IX.

„ CUm voluntate, ac propoſito maleficis diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrit, qui excommunicato
„ in his, quæ ad abſolutionem, vel alias ad
„ ſalutem animæ pertinent, in locutione
„ participat, licet etiam alia verba incidenter (ut apud eum magis proficiat) interponat.

De iſtis caſibus nota verſus:

Utile, lex, humile, res ignorata, neceſſe,
Hæc anathema quidem faciunt, ne poſſit obeſſe. *Puſillus.*

UTile, *id eſt, militas ex parte excommunicati, ut quando quis loquitur cum excommunicato de his, quæ pertinent ad ſalutem ejus animæ.*

Numquid de ſalute animæ meæ poſſum loqui cum excommunicato, ſicut de ſalute animæ ejus; vel numquid poſſum ab eo quærere conſilium pro utilitate mea, vel neceſſitate temporali?

Reſp. Credo, quod tanta poſſet eſſe neceſſitas, & tam arcta, quod ubi non poſſem habere copiam juriſperitorum, nec res caperet dilationem, poſſem conſilium quærere ab excommunicato hujuſmodi, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus: caſus enim neceſſitatis excuſat in talibus. 11. quæſt. 3. cap. Quoniam multos, *extr. eod. cap.* Si vere. *Pro quanta tamen neceſſitate, aut utilitate liceat quærere conſilium ab excommunicato, arbitrio boni viri limitandum eſt. Item utilitas participantis, cum exigit debitum ab excommunicato.* Lex *autem conjugii excuſat conjuges.* Humile, *id eſt, humilitas, ut in ſervientibus.* Res ignorati, *id eſt, ignorantia facti probabilis.* Neceſſe, *id eſt, neceſſitas, ut in peregrinis, & viatoribus.*

Pone, quod excommunicatus offert ſe ad juſtitiam ſecundum juris formam, adverſarios appellat, ne abſolvatur; numquid differetur abſolutio?

Reſp. Non. Extr. de appel. c. *Qua fronte.*

Alex. III. Cantuar. Archiep.

„ QUa fronte nos in articulis juris conſulere valeas, non videmus, cum in his, quæ
„ tibi nota ſunt, dicaris ordinem juris pervertere, & evidenter libertati Eccleſiaſticæ incurrere, pro qua glorioſus, & inclitus martyr Thomas prædeceſſor tuus ſubire martyrium non
„ expavit: jam enim non in Eccleſia, ſicut eſt
„ canonicum, & honeſtum, non etiam in palatio, non in camera tua; ſed in camera regis
„ contra debitum juris, & Pontificalis officii dignitatem, Epiſcoporum electiones diceris confirmare (& infra) Sane, ſi quis pro contumacia, vel alia qualibet cauſſa interdicto, vel
„ excommunicatione tenetur adſtrictus, & ofſere

Nota eſt hiſtoria, Thomam Cantuar. Archiep. circa annũ Chriſti 1171. ſub Alex. III. a ſceleratis hominibus crudeliter occiſum.

,, fert ſe ad juſtitiam de his, pro quibus ſententiam ipſam excepit, judex eum (ne in excommunicatione decedat) abſolvere poterit, etiamſi pars adverſa, ne abſolvatur, appellationis obſtaculum interponat; ab ipſo tamen ante abſolutionem ſufficienti cautione recepta, quod vel in præſentia Romani Pontificis, ad cujus audientiam appellatur, ſi maluerit adverſarius, vel coram judice, cui cauſſam delegaverit, juris pareat æquitati. De his etiam, qui conqueruntur ſe irrationabiliter excommunicationi, vel interdicto ſuppoſitos, illud idem dicimus, etiam ſi hi, qui hujuſmodi protulerunt ſententiam, ad Sedem Apoſtolicam duxerint appellandum.

Quid, ſi tenetur præſtare emendam ante abſolutionem, & non poteſt, paratus eſt tamen præſtare cautionem: vel quid, ſi non poteſt etiam cautionem præſtare?

Reſpondeo. In primo caſu videtur, quod debeat abſolvi, recepta cautione. Arg. ff. de re jud. l. 4. §. *Ait*.

In ſecundo caſu poteſt dici idem; nam ſatiſfacere videtur, qui facit, quod poteſt. Cauſſa [v. pag. 168] 14. q. 6. c. *Si res*, & arg. C. de Epiſ. & Cler. auth. *Generaliter*.

Arguo contra, quod talis caſus eum non excuſet. [v. pag. 124] Ext. de raptor. c. *Super eo*. Nam quandoque aliquis non abſolvitur propter delictum ſuum, licet velit etiam cautionem præſtare. [v. pag. 396] Cauſſa 21. q. 3. c. *Qui jubente*.

---

§. VI.

Utrum excommunicatus poſſit amplius excommunicari pro eadem, vel aliis cauſſis ab eodem judice, vel diverſis?

SOlutio. Melendus dicit, quod ſemel excommunicatus non poteſt amplius excommunicari, quia nihil ad nos de his, qui foris ſunt. Cauſſa 2. q. 1. c. *Multi*.

[*August. In homil. de pœnitentia c. tat.*] ,, MUlti corriguntur, ut Petrus: multi tolerantur, ut Judas: multi neſciuntur, donec veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum (& infra) Nos vero quemquam prohibere a communione non poſſumus (quamvis hæc prohibitio nondum ſit mortalis, ſed medicinalis) niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo ſive ſæculari, ſive Eccleſiaſtico judicio nominatum, atque convictum. Quis enim ſibi utrumque audeat aſſumere, ut cuiquam ipſe ſit & accuſator, & judex? Cujuſmodi regulam etiam Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios breviter inſinuaſſe intelligitur, cum, quibuſdam commemoratis criminibus, Eccleſiaſtici judicii formam ad omnia ſimilia ex quibuſdam [*1. Cor. 5.*] daret: ait enim: *Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini cum fornicariis. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut raptoribus, aut idolis ſervientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.* Non enim poſſunt homines in hoc mundo manentes niſi cum talibus vivere, nec eos poſſunt lucriſacere Chriſto, ſi eorum colloquium, convictumque vitaverint. Unde Dominus cum peccatoribus, [*Matth. 5.*] & publicanis comedens: *Non eſt*, inquit, *neceſſarius ſanis medicus, ſed male habentibus. Non enim veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*; & ideo conſequenter Apoſtolus etiam adjungit: *Si quis autem frater nominatur* [*1. Cor. 5.*] *in vobis fornicator, aut idolis ſerviens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujuſmodi nec quidē cibum ſumere. Quid enim mihi de his, qui foris ſunt, judicare? Nonne de his, qui intus ſunt, vos judicatis? De his autem, qui foris ſunt, judicabit Deus. Auferte malum a vobis ipſis.* Quibus verbis ſatis oſtendit, non temere, aut quomodolibet, ſed per judicium auferendos eſſe malos ab Eccleſiæ communione: ut ſi per judicium auferri non poſſunt, tolerentur potius, ne perverſe malos quiſque evitando, ab Eccleſia ipſe diſcedens, eos, quos fugere videtur, vinciat ad gehennam: quia & ad hoc nobis in Scripturis ſanctis ſunt exempla propoſita, velut in meſſe, ut palea ſufferatur uſque ad ultimum ventilabrum: vel intra illa retia, ubi piſces boni cum malis uſque ad ſeparationem, quæ futura eſt in littore, id eſt, in fine ſæculi, æquo animo tolerentur. Non enim contrarium eſt illud huic loco, quod alio loco dicit Apoſtolus: *Tu quis es, qui judicas alienum ſervum?* [*Rom. 14.*] *Suo domino ſtat, aut cadit.* Noluit enim hominem ab homine judicari ex arbitrio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario uſurpato judicio; ſed potius ex lege Dei ſecundum ordinem Eccleſiæ, ſive ultra confeſſum, ſive accuſatum, atque convictum, alioquin illud cur dixit: *Si quis frater nominatur aut forni-* [*1. Cor. 5.*] *cator, aut idolis ſerviens, &c.* niſi quia eam nominationem voluit intelligi, quæ fit in quemquam, cum ſententia ordine judiciario, atque integritate profertur? Nam ſi nominatio ſola ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes, quia ſæpe falſo in quoquam crimine nominantur. Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant ſibi comites ad ſupplicia, nec gaudeant, quia plures invenerint ſimiles. Non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.

Et ultra excommunicationem Eccleſia non habet, quid faciat. Extr. de jud. cap. *Cum non ab homine*: & qui eſt extra Eccleſiam, non poteſt [v. pag. 213] magis eſſe extra. Cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Omnis*.

,, OMnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui a Sacerdotibus excommunicatur, Sathanæ [*August. De verbis Apoſt. ſer. 68.*] traditur. Quomodo? quia ſcilicet extra Eccleſiam diabolus eſt, ſicut in Eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab Eccleſiaſtica communione removetur. Unde illos, quos tunc Apoſtolus Sathanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos a ſe eſſe demonſtrat.

Et qui mortuus eſt, interfici non poteſt, ſed anathema eſt æternæ mortis damnatio; ergo, &c. denunciari tamen poteſt excommunicatus, & ita intelliguntur omnia jura, ubi videtur quia ſæpius excommunicari. Si objicitur ei, quod ſecundum hoc excommunicatus videtur melioris conditionis, quam non excommunicatus; inſtant in Judæo, qui licet non poſſit excommunicari, tamen non eſt melioris conditionis.

Alii Doctores, puta Laurentius, Hugotio, & Tancredus, & fere omnes dicunt contra, & cum eis ſentio.

Dicas ergo, quod excommunicari quis poteſt plu-

pluries, & ſemper magis excommunicabitur, & novum vinculum apponetur, ſive pro eadem cauſſa, ſive pro diverſis, ſive ab eodem judice, ſive a diverſis. Et eſt expreſſum, cauſſa 3. qu. 4. c. *Engeltrudam*, 11. q. 3. c. *Excellentiſſimus*, & 11. q. 2. c. *De viro*. v. pag. 381 v. pag. 177

Nicolaus Papa Frotario Archiepiſ. Burdegalenſi.

,, DE viro neſando Burgando nomine, qui
,, rabie inſana commotus diabolicis ſe ir-
,, retire laqueis non dubitavit, atque gentilium
,, more per abrupta itinera, & compita inſi-
,, dians vobis in veſtræ Eccleſiæ villa, una cum
,, Clericis veſtris manentibus, & populum ſalu-
,, bribus inſtruere dogmatum monitis decertan-
,, tibus, paneque ſpiritualis verbi vacua homi-
,, num corda reficientibus, atque laudabile pro-
,, priæ ſalutis deſiderium habentibus, ſancta
,, Apoſtolorum Petri, & Paulli limina viſitare,
,, collectis militiæ ſuæ ſequacibus, & iniquita-
,, tis complicibus neſarias invaſiones, & depræ-
,, dationes violentas inſerre dæmoniaco auſu
,, præſumſit, &, ut epiſtolæ veſtræ textus
,, eloquitur, ſacrum altare, ſacraque Domini-
,, ci Corporis, & Sanguinis vaſa, inſuper & ſan-
,, ctum Chriſma pollutis arripere manibus, qua-
,, ſi vilia, & ad uſum communem apta præ-
,, ſumſit; dilectio nos veſtra conſuluit, ſi i-
,, pſe, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo
,, ſcelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque
,, gratia tracti divina venire voluerint, quo eos
,, pœnitentiæ vinculo conſtringatis, noſtræ in-
,, ſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis. De
,, quibus (ſi tamen ita eſt) jubemus, cum ad
,, pœnitentiam quandoque reverti accelerave-
,, rint, uno anno extra Eccleſiam Dei conſi-
,, ſtere, cujus ſacratiſſima vaſa, extra ritum
,, fidei Chriſtianæ, diripiendo auferre non du-
,, bitaverunt. Secundo vero anno ante fores
,, Eccleſiæ ſine communione maneant. Tertio
,, vero anno Eccleſiam Dei ingrediantur, &
,, inter audientes adſtent ſine oblatione, non
,, manducantes carnem, neque bibentes vinum,
,, præter Natalis, & Reſurrectionis Domini-
,, cæ dies. Quarto præterea anno (ſi his prio-
,, ribus tribus annis eorum fructuoſus fuerit
,, pœnitentiæ labor) communioni fidelium re-
,, ſtituantur, totaque mentis intentione ſponden-
,, tes talia ſe ulterius numquam facturos, Cor-
,, pus & Sanguinem Domini ſuſcipere merean-
,, tur, & uſque ad ſeptimum annum tribus in
,, hebdomada diebus ſine eſu carnium, & vini
,, potatione maneant pœnitentes.

Ad rationes, quas Melendus inducit pro ſe, dicas, quod excommunicatio duos habet effectus: unum ejiciendi extra Eccleſiam, & iſte eſt effectus primæ excommunicationis: alium elongandi ab Eccleſia, vel detinendi extra, & iſte eſt effectus ſecundæ excommunicationis.

---

§. VII.

Sed numquid erunt neceſſariæ tot abſolutiones, quot fuerunt excommunicationes? An poterit una abſolutio tollere omnes excommunicationes?

SOlutio. Diſtingue: aut excommunicatur quis pluries ab eodem judice, aut a diverſis. In primo caſu, ſive pro una cauſſa, ſive pro diverſis fuit excommunicatus: ſi ab eodem, vel ejus ſucceſſore abſolvitur, una abſolutio tollit omnes excommunicationes præcedentes, niſi ſpecialiter dictum ſit in contrarium, vel niſi de una cauſſa excommunicationis tantummodo agebatur in eo caſu, cum pro pluribus cauſſis erat pluries ab eodem excommunicatus. Cauſſa 11. q. 3. c. *Si Epiſcopus* 2. arg. ff. de accept. pluribus, & ff. de tranſact. *Qui cum*. §. 1.

,, SI Epiſcopus ante damnati abſolutionem In Conc. Epaunenſi.
,, obitu rapiatur, correctum, aut pœniten-
,, tem ſucceſſori licebit abſolvere.

In ſecundo caſu abſolutio unius non tollit aliorum excommunicationes, quia non habet imperium par in parem. Diſt. 21. c. *Inferior*, ext. de elect. c. *Innotuit*. Sed ultima abſolutio confirmat præcedentes, & earum effectus clarificat, arg. ff. de ſervit. ruſticorum prædiorum, *Per fundum*, ff. commun. prædiorum, *Receptam*. v. pag. 199 & 238.

Sed contra, ext. de ſent. excomm. c. *Officii*, ubi dicitur, quod *ſupprimenti veritatem abſolutio ſubrepta non prodeſt; & veritatem intelligens, abſolutionem hujuſmodi exhibere non debet*. Sed tu expone, *Non prodeſt*, ſcilicet quantum ad ingreſſum Eccleſiæ: remanet enim ligatus: pro aliis non debet; ſi tamen fiat, tenet, ut ſupra, quoad illam ſententiam.

Tantum fallit hoc in duobus caſibus. Unus quum aliquis excommunicat, & ad petitionem illius alii confirmant: nam tunc ſufficit abſolutio ejus, qui principaliter excommunicavit. Arg. ext. de treuga, & pace cap. 1. ſeu, *Treugas*.

Alex. III. in Concil. Lateranenſi.

,, TReugas a quarta feria poſt occaſum ſo-
,, lis uſque ad ſecundam feriam in ortu
,, ſolis, ab adventu Domini uſque ad octavas
,, Epiphaniæ, & a Septuageſima uſque ad o-
,, ctavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter ob-
,, ſervari præcipimus. Si quis autem treugas
,, frangere præſumſerit, poſt tertiam monitio-
,, nem, ſi non ſatisfecerit, ſuus Epiſcopus
,, ſententiam excommunicationis dictet in eum,
,, & ſcriptam vicinis Epiſcopis annunciet: quo-
,, rum nullus excommunicatum in communio-
,, ne recipiat, immo ſcriptam ſententiam quiſ-
,, que confirmet. Si quis autem hoc violare
,, præſumſerit, ordinis ſui periculo ſubjaceat.
,, Et quoniam funiculus triplex difficile rum-
,, pitur, præcipimus, ut Epiſcopi ad ſolum
,, Deum, & ad ſalutem populi habentes re-
,, ſpectum, omni trepidatione ſepoſita, ad pa-
,, cem firmiter tenendam, mutuum ſibi con-
,, ſilium, & auxilium præbeant, neque hoc a-
,, licujus amore, vel odio prætermittant. Quod
,, ſi quis in hoc opere trepidus inventus fuerit,
,, damnum propriæ dignitatis incurrat

Alius caſus, ſi omnes excommunicatores delegaverunt uni vices ſuas. Si autem abſolvitur a ſuperiore, qui habet jus abſolvendi; aut fuerunt ſibi omnes cauſſæ, & excommunicationes expreſſæ, aut non. In primo caſu unica abſolutio tollit omnes excommunicationes, niſi contrarium dictum ſit, per d. l. *Pluribus*. In ſecundo caſu non tollit, niſi quod expreſſum eſt. Arg. ext. de offic. ord. c. *Ex parte*, ext. de ſent. excomm. c. 1. ſeu, *Super eo*. v. pag. 383

Alexand. III. Cantuarienſi Archiepiſc.

,, EX parte tua (& infra) Quia nos conſu-
,, lere voluiſti, utrum illorum abſolutio
,, teneas (qui occultatis exceſſibus, pro qui-
,, bus excommunicati fuerant) abſolutionis be-
,, neficium per Sedem Apoſtolicam meruerunt,
,, ſuæ excommunicationis cauſſam aliam præ-
,, tendentes; taliter reſpondemus, quod ſi ita
tibi

,, tibi conſtiterit, debes eos Eccleſiaſtica cen-
,, ſura compellere cum litteris tuis rei veri-
,, tatem continentibus, ad Sedem Apoſtolicam
,, redire. Si vero id tibi non conſtiterit, & eos
,, ſuſpectos habueris, quod confeſſi non fue-
,, rint veritatem; ipſos compellere debes exin-
,, de coram te, quod veritatem confeſſi fue-
,, rint, purgationem præſtare.

Niſi forte ipſe ſuperior ſciebat omnes cauſſas, & excommunicationes; quia tunc ſcienter videtur eum abſolvere ab omnibus. Argum. ff. de act. emt. lib. 1. diſt. 93. c. *Si inimicus*, extra, de ſent. excomm. c. *Si aliquando*.

B. Petrus *In ordinatione Clementis, Populum alloquens.*

,, SI inimicus eſt iſte Clemens alicui pro a-
,, ctibus ſuis pravis, & vos nolite exſpecta-
,, re, ut ipſe vobis dicat, cum illo nolite a-
,, mici eſſe; ſed prudenter obſervare debetis,
,, & voluntati ejus abſque communicatione ob-
,, ſecundare, & avertere vos ab eo, cui ipſum
,, ſentitis adverſum; ſed neque loqui his, qui-
,, bus ipſe non loquitur, ut unuſquiſque, qui
,, in culpa eſt, dum cupit omnium veſtrum
,, amicitias ferre, feſtinet citius reconciliari
,, ei, qui omnibus præeſt, & per hoc redeat
,, ad ſalutem, cum obedire cœperit monitis præ-
,, ſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, qui-
,, bus ipſe amicus non eſt, & locutus fuerit his,
,, quibus ipſe non loquitur; unus vel ipſe ex
,, illis, qui exterminare Eccleſiam Dei vo-
,, lunt, & cum corpore videatur eſſe vobiſcum,
,, mente tamen, & anima contra vos eſt, &
,, eſt multo nequior hoſtis hic, quam illi, qui
,, foris ſunt, & evidenter inimici ſunt. Hic e-
,, nim per amicitiarum ſpeciem, quæ inimica
,, ſunt, gerit, & Eccleſiam diſpergit, & va-
,, ſtat. Ideoque, cariſſimi, his Apoſtolicis in-
,, ſtitutis vos monentes inſtruimus, ut effectu
,, certior caritas veſtra ſollicitius deinceps age-
,, re ſtudeat, & cautius, ne perverſi, & infide-
,, les homines, lædendi fideles, & benevolos
,, habeant facultatem.

Innoc. III

,, SI aliquando forte contigerit, quod eis,
,, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excom-
,, municationi ſubjecti, noſtræ litteræ cum ſa-
,, lutationis alloquio deſtinentur; non propter
,, hoc excommunicationis credatur ſententia
,, relaxata: cum per ignorantiam, vel negli-
,, gentiam, aut occupationem nimiam, vel et-
,, iam per ſubreptionem contingat hujuſmodi
,, litteras impetrari.

Et idem credo, ſi ita dixit: *Abſolvo te ab omnibus excommunicationibus iſtis, quas confeſſus es, & ab omnibus aliis, quas non habes in memoria, ſi quæ forte ſunt.*

---

§. VIII.

An teneat excommunicatio, vel abſolutio injuſta.

ITem pone, quod Epiſcopus excommunicat, vel abſolvit aliquem injuſte; numquid tenet excommunicatio, vel abſolutio injuſta? Item quod conſilium dabitur injuſte excommunicato?

Ad evidentiam primæ quæſtionis nota, quod tribus modis dicitur ſententia juſta, vel injuſta, ſcilicet ex animo, ex cauſſa, & ex ordine.

Ex animo, quum ex zelo juſtitiæ, aut ex odio, vel indignatione fertur. Cauſſa 11. q. 3. c. *Epiſcopus*, §. *Si ergo*, & c. *Illa*, & c. *Ira* 2.

Gratian.

,, EPiſcopus... *Si ergo injuſte dejecti, nec et-*
,, *iam per Epiſcopos reparari poſſunt, niſi de*
,, *manibus eorum recipiant, quæ amiſerant; quo-*
,, *modo ſua auctoritate cuique licet injuſte ligatis*
,, *communicare, & eis, non poſita abſolutione ſua*
,, *celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire?*
,, *Ad hoc reſpondendum eſt, quod ſententia ali-*
,, *quando eſt injuſta ex animo proferentis, juſta*
,, *vero ex ordine, & cauſſa: aliquando juſta ex*
,, *animo, & cauſſa; ſed non ex ordine: aliquando*
,, *juſta ex animo, & ordine; ſed non ex cauſſa.*
,, *Cum autem ex cauſſa injuſta fuerit, aliquando nul-*
,, *lam in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit*
,, *damnatione dignum. Aliquando non eſt in eo illud,*
,, *ſupra quod fertur ſententia, ſed ex alio notandus*
,, *eſt. Ex animo eſt injuſta, cum aliquis ſervata in-*
,, *tegritate judiciarii ordinis in adulterinum, vel in*
,, *quemlibet criminoſum non amore juſtitiæ*, ſed li-
,, vore odii, vel pretio, aut ſavore adverſario-
,, rum inductus, ſententiam profert. *Unde Be-*
,, *da ſuper Epiſtol. Jacobi* 1. *ait*: Ira enim viri
,, juſtitiam Dei non operatur; *quia qui iratus*
,, *in aliquem ſententiam profert, etſi ille quantum*
,, *ad ſe juſtam reportet ſententiam; iſte tamen, qui*
,, *non amore juſtitiæ, ſed livore odii in eum ſen-*
,, *tentiam dedit, juſtitiam Dei, in quem pertur-*
,, *batio non cadit, non imitatur.*

Gregor. *Ad Guidiſculum.*

,, ILla Præpoſitorum ſollicitudo utilis eſt; il-
,, la eſt cautela laudabilis, in qua totum ra-
,, tio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtrin-
,, genda ſub ratione poteſtas eſt, nec quidquam
,, agendum prius, quam concitata ad tranquilli-
,, tatem mens redeat: nam commotionis tem-
,, pore juſtum putatur omne, quod fecerit.

Ambros. *De ſancto Joſeph c.* 3. Rom. 12. Luc. 9.

,, IRa ſæpe etiam innocentes in crimen ad-
,, ducit: quia dum juſto amplius iraſcimur,
,, & volumus aliena coercere peccata, graviora
,, committimus. Ideo Apoſtolus ait: *Non vos*
,, *vindicantes, cariſſimi; ſed date locum iræ*, hoc
,, eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat.
,, Unde Dominus Jeſus mittens ad evangeli-
,, zandum Diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſi-
,, ne argento, ſine pecunia, ſine virga, id eſt,
,, ut & incentiva litis, & inſtrumenta eripe-
,, ret ultionis.

Ex cauſſa, quum ſubeſt in veritate certa, & ſufficiens cauſſa, vel non ſubeſt.

Ex ordine, quum ſervatur, vel prætermittitur ordo juris: & notantur iſti tres modi cauſſa 11. q. 3. c. *Si Epiſcopus quis forte*, & in præallegato cap. §. *Si ergo*.

Ex Conc. *Sardicenſi*, c. 17.

,, SI Epiſcopus quis forte iracundus (quod
,, eſſe non debet) cito & aſpere commovea-
,, tur adverſus Presbyterum, ſive Diaconum, &
,, eum de Eccleſia exterminare voluerit; provi-
,, dendum eſt, ne innocens damnetur, aut per-
,, dat communionem. Et ideo habet poteſtatem
,, *is*, qui eſt abjectus, ut Epiſcopos finitimos
,, interpellet, & cauſſa ejus audiatur, ac dili-
,, gentius pertractetur .... Ille vero Epiſcopus,
,, qui juſte, vel injuſte eum abjecit, patienter
,, accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut vel
,, probetur ejus ſententia a plurimis, vel e-
,, mendetur. Tamen priuſquam omnia diligen-
,, ter, ac fideliter examinentur, eum, qui fue-
,, rit communione privatus, ante cognitionem
,, nullus alius debet præſumere, ut commu-
,, nioni ſociet.

Quod dicitur *iracundus*, ad animũ refertur *Cito*, ad ordinem, *Aſpere*, ad cauſſam.

Teneas ergo circa ſententiam excommunicationis indubitanter, quod ſive ſit injuſta ex animo, ſive ex cauſſa, ſive ex ordine, ſive ex animo,

Digitized by Google

cauſſa, & ex ordine ſimul, tenet & ligat quantum ad Eccleſiam militantem; dum tamen ſit lata ab illo judice, qui habebat ſuper hoc Canonicam juriſdictionem: quod dico propter excommunicatos, Hæreticos, & Schiſmaticos, vel apoſtatas, qui omnes, quum ſint excommunicati, non poſſunt alios excommunicare. Cauſſa 24. q. 1. c. *Audivimus*.

Alexan. Papa II. *Valeriano Epiſc. & Martyr.*

,, AUdivimus, quod Henricus Ravennas
,, dictus Archiepiſcopus viſus ſit te ex-
,, communicare: verum quia excommunicatus
,, te excommunicare non potuit; Apoſtolica
,, auctoritate te tuoſque abſolvendo, manda-
,, mus exinde numquam te curare. *Sin autem ex*
Gratian. ,, *corde ſuo novam hæreſim confinxerit, ex quo ta-*
,, *lia prædicare cœpit, neminem damnare potuit:*
,, *quia nec poteſt dejicere quemquam jam proſtra-*
,, *tus: ligandi namque, vel ſolvendi poteſtas ve-*
,, *ris, non falſis Sacerdotibus a Domino tradita eſt.*
,, *Apoſtolis enim dicturus:* Quorum remiſeritis pec-
,, cata, &c. *præmiſit:* Accipite Spiritum Sanctum,
,, *ut evidenter cunctis oſtenderet, eum, qui Spiritum*
,, *Sanctum non habet, peccata non poſſe tenere, vel*
,, *remittere.....*

Item propter intruſos, & ſuſpenſos a juriſdictione, qui ſimiliter non poſſunt excommunicare. Cauſſa 12. quæſt. 2. cap. *Alienationes*,
v. pag. 46. & Indic. & cap. *Precariæ*, extra, de elect. cap *Tranſ-*
v. pag. 189 *miſſam*, extra, de conceſſ. præb. cap. *Quia diverſitatem*.

Ex Conc. *Medioman.*

,, PRecariæ, & commutationes tempore vi-
,, duatarum Eccleſiarum factæ ab his, qui
,, loca Epiſcoporum occupaverant, reſcindan-
,, tur, & cum auctoritate Eccleſiaſtica, vel ci-
,, vili, ſi faciendæ ſunt, fiant.

Si tamen crimen talium occultum eſſet, toleranda eſſet ſententia, licet nulla, quamdiu crimen eſſet occultum, & illi tolerarentur ab Eccleſia. Arg. cauſſa 8. q. 4. c. *Nonne*, cauſſa 3. q. 7. c. *Infamis*, §. *Tria*, extr. de jur. pa-
v. pag. 194 tron. c. *Conſultationibus*.

Symmac. Papa.

,, NOnne directa ſunt verba Canonum: *Qui-*
,, *cumque Clericorum ab Epiſcopo ſuo ante*
,, *ſententiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit*
,, *manifeſtam eum manere cenſuram*. Lex enim
,, Eccleſiaſtica Pontificem ab aliis accuſatum,
,, priuſquam ſub luce objecta conſtiterint, exi-
,, git non relinqui.

Alex. III. ,, COnſultationibus (& infra) Si aliquis Cle-
,, ricus ab ordinario judice in Eccleſia fue-
,, rit inſtitutus ad præſentationem illius, qui
,, ejuſdem Eccleſiæ credebatur eſſe patronus, &
,, poſtea jus patronatus alius evicerit in judi-
,, cio; inſtitutus non debet ab ipſa propter hoc
,, removeri, ſi tempore præſentationis ſuæ il-
,, le, qui eum præſentavit, jus patronatus Ec-
,, cleſiæ poſſidebat: cum ex hoc ei, qui de ju-
,, re debet habere, nullum in poſterum præ-
,, judicium generetur. Si vero non poſſidebat,
,, ſed tantum credebatur eſſe patronus, cum
,, non eſſet, poterit ab Eccleſia removeri.

Quod autem dixi, ſententiam latam ſic injuſte a judice habente Canonicam juriſdictionem tenere, probatur aperte cauſſa 11. quæſt.
v. ſupra. 3. cap. *Si Epiſcopus forte*.

Fallit in duobus caſibus. Unus, quando eſt lata poſt appellationem legitimam: alius, quando continet intolerabilem errorem. In quibus caſibus ad probationem eorum, etiamſi abſolutionem petant, debent admitti; ſed donec de ipſis conſtiterit, in aliis evitari, quamquam tales Apoſtolica Sedes conſueverit abſolvere ad cautelam: verum in aliis, niſi gratiam abſolutionis implorent, non debent admitti, ne ſententiam Eccleſiaſticam contemnere videantur. Extra, de ſent. excomm. c. *Per tuas*. *v. pag. 398*

Errorem autem intolerabilem intelligo, quum ſic dicit: *Excommunico te, quia credis in Deum, quia non furaris, quia non fornicaris, quia es obediens mihi, & aliis Prælatis tuis*, & ſimilia. Quidam tamen dicunt, tunc demum intolerabilem eſſe errorem, quum eſt contra ſubſtantiam excommunicationis, ſcilicet *excommunico te, quia es obediens, vel quia non es contumax*. Prima opinio eſt vera, & illam teneas, & probatur aperte cauſſa 11. quæſt. 3. cap. *Si* *v. pag. 176*
is, qui præeſt, & duobus capitulis ſequentibus, *v. pag. 177*
ſeu cap. *Excellentiſſimus*, & cap. *Quoniam mul-* *v. pag. 165*
tos. Hanc etiam confirmat Apoſtolus dicens: *Si Angeli de cælo evangelizaverint vobis, præ-*
terquam quod vobis evangelizavimus, anathe- *ad Gal. 1.*
ma ſit.

De abſolutione autem dicunt idem fere omnes doctores, quod ſive ſit juſta, ſive injuſta; ſemper tenet quoad Eccleſiam militantem. Arg. extra, de regulis juris: *Omnis res per quaſcumque cauſſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur*.

v. pag. 260

Item quia jura ſunt proniora ad abſolven- Lucius
dum, quam ad condemnandum. Diſt. 50. cap. III.
Ponderet, extr. de probat. c. *Ex litteris*. *Caſtren. Epiſc.*

,, EX literis tuis intelleximus te, & Ar-
,, chidiaconum confines habere præbendas
,, in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis: &
,, prætextu terminorum inter vos controver-
,, ſiam agitari, eo quod dicas eum antiquos fi-
,, nes egreſſum, partemque tui fundi occu-
,, paſſe: illo in contrarium aſſerente, ſe par-
,, tem eamdem fundi poſſediſſe quadraginta
,, annorum ſpatio inconcuſſe: tu autem, quod
,, per idem tempus quiete illam poſſederis, aſ-
,, ſeveras, quare utrum incumbat petitori, vel
,, poſſeſſori probatio, quæſiviſti. Ad quod ſci-
,, re debes, quod judicium finium regundo-
,, rum tale eſt, ut in eo utraque perſona vi-
,, ces duorum habeat, videlicet actoris, & rei.
,, Unde hinc inde teſtes produci poſſunt ad
,, cognitionem judicis inſtruendam: quibus e-
,, xaminatis, judex quos, præcellere intelle-
,, xerit, ad fidem ſibi faciendam admittat.
,, Quod ſi ambarum partium teſtes ſint æque
,, idonei, poſſeſſoris teſtes præferentur: cum
,, promtiora ſint jura ad ſolvendum, quam ad
,, condemnandum, præterquam in liberali cauſ-
,, ſa, in qua ſi utriuſque partis teſtes æquales
,, fuerint, pro libertate ſententia proferetur.
,, Nam poſſeſſori probationem aliquando dari,
,, juris manifeſti eſt: cum jure cautum ſit,
,, quod qui objecerit præſcriptionem longiſſimi
,, temporis, quam nemo recte objicit, niſi qui
,, poſſidet, & eam probaverit, in cauſſa debeat
,, obtinere.

Excommunicato autem injuſte, de quo quæſitum eſt ſupra, eſt conſulendum, ut ſuſtineat excommunicationem patienter, humiliter, ac devote, & præſentet ſe excommunicatori, offerens Canonicam ſatisfactionem, ſi in aliquo offendit, & ſic inſtanter poſtulet abſolvi: ſi ita fecerit, erit ei ad meritum; alias ſi contemneret, peccaret mortaliter. Extr. de ſent. excomm. c. *Per tuas*, & require ſupra eod. §. *Pœna*. *v. pag. 394*

Item poteſt proponere querimoniam contra excommunicatorem coram ſuperiore de injuſta excommunicatione: procedit enim pœna multi-

plex

plex contra eum, qui injuſtam tulit ſententiam. Primo, quia ſi non præmiſit admonitionem Canonicam, & coram idoneis teſtibus, ſtatim quum fert ſententiam, ipſo facto eſt privatus ingreſſu Eccleſiæ per unum menſem; & hoc etiam ſi ſententia eſt alias juſta. Item tenetur actione injuriarum excommunicato. Item tenetur ei ad intereſſe, & ad majorem pœnam, ſi viſum fuerit expedire. Item ſacrilegii facinus incurrit: & hæc maxime vera ſunt, ſi abſque rationabili, & manifeſta cauſſa tulit ſententiam. Probantur hæc extr. de ſent. excomm. c. *Sacro*, cauſſa 11. q. 3. c. *Illud*, & c. *Temerarium*, & 24. q. 3. c. *Non in perpetuum*.

Innoc. III *In generali Concilio.*

,, SAcro approbante Concilio prohibemus, ne
,, quis in aliquem excommunicationis ſen-
,, tentiam, niſi competenti admonitione præ-
,, miſſa, & perſonis præſentibus idoneis, per
,, quas (ſi neceſſe fuerit) poſſit probari moni-
,, tio, promulgare præſumat: quod ſi contra præ-
,, ſumſerit, etiamſi juſta fuerit excommunica-
,, tionis ſententia, ingreſſum Eccleſiæ per men-
,, ſem unum ſibi noverit interdictum, alia ni-
,, hilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit
,, expedire. Caveat etiam diligenter, ne ad
,, excommunicationem cujuſquam abſque ma-
,, nifeſta, & rationabili cauſſa procedat: ad
,, quam ſi taliter forte proceſſerit, & requiſi-
,, tus humiliter proceſſum hujuſmodi non cu-
,, raverit abſque gravamine revocare; grava-
,, tus apud ſuperiorem deponat de injuſta ex-
,, communicatione querelam: qui (ſi abſque pe-
,, riculo moræ poteſt) ad excommunicatorem
,, illum cum ſuo mandato remittat, intra com-
,, petentem terminum abſolvendum: alioquin
,, ipſe per ſe, vel per alium (prout viderit
,, expedire) ſufficienti cautione recepta, mu-
,, nus ei abſolutionis impendat. Cumque ad-
,, verſus excommunicatorem de injuſta excom-
,, municatione conſtiterit, excommunicator
,, condemnetur ad intereſſe excommunicato:
,, alias nihilominus (ſi culpæ qualitas poſtula-
,, verit) ſuperioris arbitrio puniendus, cum non
,, levis ſit culpa tantam infligere pœnam in-
,, ſonti: niſi forſitan erraverit ex cauſſa pro-
,, babili, maxime ſi laudabilis opinionis exſi-
,, ſtat. Verum ſi contra excommunicationis ſen-
,, tentiam nihil rationabile fuerit a conqueren-
,, te probatum; idem & ſuper injuſta excommu-
,, nicationis moleſtia, per pœnam ad intereſſe,
,, vel alias ſecundum ſuperioris arbitrium con-
,, demnetur; niſi forſan & ipſum probabilis
,, error excuſet: & ſuper eo, pro quo fuerit
,, juſta excommunicatione ligatus, per cautio-
,, nem receptam, ſatisfacere compellatur, vel
,, in priſtinam reducatur ſententiam, uſque ad
,, ſatisfactionem condignam inviolabiliter ob-
,, ſervandam. Si vero judex ſuum recognoſcens
,, errorem, paratus ſit talem revocare ſenten-
,, tiam, & is, pro quo lata fuerat, ne abſque
,, ſatisfactione revocet illam, appellet: appellatio-
,, ni non deferat in hac parte, niſi talis ſit er-
,, ror, de quo merito debeat dubitari: & tunc
,, ſufficienti cautione recepta, quod coram eo,
,, ad quem appellatum exſtiterit, vel delegato
,, ab ipſo, juri parebit, excommunicatum ab-
,, ſolvat, ſicque pœnæ præſcriptæ minime ſub-
,, jacebit, cavens omnino, ne voluntate perver-
,, ſa in alterius præjudicium mentiatur er-
,, rorem, ſi diſtrictionis Canonicæ velit effu-
,, gere ultionem.

August.

,, ILlud plane non temere dixerim, quod ſi
,, quiſquam fidelium fuerit anathematiza-
,, tus injuſte, potius ei oberit, qui facit, quam
,, qui hanc patitur injuriam: Spiritus enim ſan-
,, ctus habitat in ſanctis, per quem quiſque
,, ligatur, aut ſolvitur, immeritam nulli in-
,, gerit pœnam: per eum quippe diffunditur ca-
,, ritas in cordibus noſtris, quæ non agit per-
,, peram. Pax Eccleſiæ dimittit peccata, & ab
,, Eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, non ſe-
,, cundum arbitrium hominum, ſed ſecundum
,, arbitrium Dei. Petra enim tenet, Petra di-
,, mittit: columba tenet, columba dimittit: u-
,, nitas tenet, unitas dimittit.

August. *De ſerm. Domini in Monte.*

,, TEmerarium judicium plerumque nihil no-
,, cet ei, de quo temere judicatur: ei au-
,, tem, qui temere judicat, ipſa temeritas ne-
,, ceſſe eſt, ut noceat.

Rabanus *de Eccleſ. preſſuris lib. 1.*

,, NOn in perpetuum damnamur, cum in-
,, juſte judicamur, dicente Pſalmiſta: *Nec*
,, *damnabit illum, cum judicabitur illi*. Multi
,, Sacerdotum culpam zelo Dei ſe perſequi
,, profitentur: ſed dum indiſcrete hoc agitur, *Pſal. 6.*
,, ſacrilegii facinus incurrunt: & dum præcipi-
,, tea quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quo-
,, que multo magis deterius cadunt.

Et hoc intelligas, niſi forte judex erraverit ex cauſſa probabili, maxime ſi bonæ opinionis exſiſtat. Verum ſi ab excommunicato conquerente nihil fuerit rationabile contra ſententiam excommunicationis probatum, compellendus eſt ſimiliter ſolvere intereſſe, vel aliam pœnam ſecundum ſuperioris arbitrium excommunicatori, quem indebite fatigavit; niſi forſan & ipſum probabilis error excuſet, ut in præallegata conſtitut. *Sacro*.

VARII CASUS.

I. QUid, ſi excommunicatus juravit in manu Epiſcopi ſtare mandato Eccleſiæ, & Epiſcopus recepto juramento communicat ei; numquid intelligitur eum abſolvere?

Dico quod non, niſi abſolverit eum per ſententiam; immo incidunt in excommunicationem tam Epiſcopus, quam alii ſibi communicantes, quum conſtet illum adhuc eſſe excommunicatum. Extr. de ſent. excomm. c. *Cum deſideres*. Secus in Papa, qui ſcienter ſalutando excommunicatum, intelligitur ipſum abſolvere. Arg. diſt. 93. c. *Si inimicus*, extra eodem, c. *Si aliquando*: & hoc intelligo, ſi per hoc intendebat eum abſolvere. v. pag. 326 v. pag. 405

II. Quid, ſi Epiſcopus communicat excommunicato a ſe; numquid incidit in excommunicationem?

Videtur quod non, quia nullus poteſt eſſe judex ſui ipſius. Cauſſa 4. q. 4. c. 1. ſeu, *Nullus umquam*. v. pag. 194 v. pag. 11.

Sed contrarium eſt verum, quia non ligatur ſententia ſua, ſed juris. Extr. de ſent. excom. c. *Nuper*. Idem intelligo, ſi excommunicavit aliquem cum omnibus fautoribus ſuis, & ipſe poſtea favet ei: ſecus enim eſſet, ſi antea faviſſet: tunc enim nullo modo eſſet ligatus, quia nemo poteſt ſe ſua ſententia ſolvere, vel ligare, ut infra dicetur. Item ſi communicat ei in crimine, quia in omnibus iſtis caſibus eſt excommunicatus non ſua ſententia, ſed juris. Arg. illius decret. *Nuper*.

Sed quis abſolvet eum, quum excommunica-

to

to a ſe communicat in crimine?

Videtur, quod ipſemet, qui eſt excommunicator, per illam Decreralem, *Nuper*.

Sed hoc non poteſt eſſe, quia nemo poteſt ſe abſolvere, vel ligare, ff. de Jud. *Julianus* 2. & de arbitr. l. penultima.

Solutio. Superior abſolver eum. Arg. in præali. Decret. *Nuper*.

III. Quid, ſi teneor juramento ſolvere aliquid in certo termino, & interim excommunicatur creditor; numquid ſolvam ei adveniente termino?

Videtur quod non, quia non debeo ſibi communicare, niſi in certis caſibus, inter quos non eſt iſte. Require ſupra eod. §. *Sequitur qua pœna*. Item quia intelligo ſub hac conditione juraſſe, ſi res in eodem ſtatu permaneat. Cauſſa 22. q. 2. c. *Ne quis*, §. *Illud vera*. Item, licet ego poſſim petere ab excommunicato quidquid tenetur mihi ſolvere, vel facere, ne alias de malitia ſua lucrum reportet, ut extra eod. c. *Si vere*, & de exceptionib. c. *Cum inter*, cauſſa 4. q. 1. c. 1. ſeu, *Diffinimus*.

v. pag. 98.

v. pag. 398
v. pag. 193
INNOC. III
Monachis Farſea.

,, CUm inter Priorem, & Conventum de
,, Argentoilio ex parte una, & nobilem
,, virum S. de Malileone diœceſis Pictavienſis
,, ex altera, ſuper damnis, & aliis coram vo-
,, bis ex delegatione noſtra quæſtio verteretur,
,, procuratore ipſius nobilis veſtrum volente
,, declinare judicium, eo quod duos ex vobis
,, habebat ſuſpectos; procurator monaſterii al-
,, legavit parti ejuſdem nobilis (cum eſſet vin-
,, culo excomunicationis adſtrictus) exceptionis
,, hujuſmodi beneficium interdictum (& infra)
,, Inquiſitioni veſtræ duximus reſpondendum,
,, quod prædicto nobili legitima defenſio in ju-
,, dicio reſervatur, & maxime judicis recuſa-
,, tio, cum periculoſum ſit coram ſuſpecto judi-
,, ce litigare, ac ſuſpectis judicibus Sedes Apo-
,, ſtolica cauſſam de certa conſcientia non com-
,, mittat; unde in talibus non excommunicati
,, favor attenditur, ſed æquitas judicantis, cum
,, non debeat claudicare judicium, ac ſatis vi-
,, deatur abſurdum, ſi actore impugnante, reo
,, defenſionis copia denegetur: quia ſic conde-
,, mnaretur multoties abſolvendus. Porro cum
,, excommunicato, quando in cauſſa abſolutio-
,, nis exſiſtit, non ſit juſta deneganda ſenten-
,, tia, nec interdici debet eidem appellationis
,, remedium, ſi contra juſtitiam condemnetur,
,, qua ratione, in uno eodemque negotio ipſi
,, alia legitima ſubtrahantur ſuffragia, non
,, videmus. Ceterum non ſic in reconventione
,, ſentimus, ne quod in defenſionis remedium
,, ſuſtinetur, ad impugnationis materiam ex-
,, tendatur.

Tamen non teneor ei perſolvere; quia ipſe non poteſt a me petere: dixit enim lex: *Quod ubi nulla petitio, nulla mora*, ff. de verb. obl. *Si pupillus*.

Solutio. Dicunt quidam, quod licet ille non poſſit petere, ego tamen debeo ei perſolvere: ſimile de uſurario, cui promiſi interpoſito juramento ſolvere uſuras. Require ſupra de uſuris, §. *Patet ex præmiſſis*.

Alii dicunt, quod non debeo perſolvere, ſed debeo deponere in æde ſacra, donec ille ſit abſolutus, & ſic utiliter agetur ejus negotium, ut per hoc citius veniat ad ſatisfactionem. Hæc ultima opinio bona eſt, & ſecura: vel ſi vis tenere primam, conſulo, quod veniat debitor cum teſtibus ad domum creditoris, & dicat: *Sitis mihi teſtes, quod pono hic pecuniam, quam ſibi debeo; vel numero eam uxori ſuæ, vel filio, vel ſervo, vel ballivo accipienti nomine ipſius*, & ipſo præſente, & non contradicente, & ſic liberatur: vel dic, quod ſi ipſe factus eſt hæreticus, vel alias hoſtis, & perſecutor Eccleſiæ, pauperum, pupillorum, & viduarum, vel alias miſerabilium perſonarum, & propter hoc eſt excommunicatus; tunc nullomodo eſt ei ſolvendum, ſed eſt faciendum juxta ſecundam opinionem, niſi in caſu, ſcilicet, ſi pagani, vel hoſtes reipublicæ venirent in ſorti brachio ad patriam deſtruendam, & iſte excommunicatus ſe opponeret ex adverſo, pugnans pro patria: tunc enim eſſet ei ſolvendum, & vaſalli jurati ſui deberent eum ſequi. Arg. 11. quæſt. 3. cap. *Julianus*. *v. pag. 50.*

Pone, quod aliquis, dum in his, quæ pertinent ad excommunicationem, vel alias ad ſalutem, participat in locutione cum excommunicato, & interponit alia verba incidenter, ut apud eumdem excommunicatum magis proficiat; numquid incidit in minorem excommunicationem, vel peccat propter talia verba ex tali intentione interpoſita?

Videtur, quod ſic, quia non ſunt facienda mala, ut veniant quomodocumque bona. Contrarium tamen eſt verum, quod nec incidunt in Canonem, nec peccant. Extra, de offic. deleg. c. *Præterea*, cauſſa 23. q. 4. c. *Recedite*, cauſſa 11. q. 3. c. *Quod prædeceſſor*.

,, REcedite, exite inde, & immundum ne *v. pag. 226*
,, tetigeritis; ſed contactu cordis, non cor- AUGUST. *De verb.*
,, poris. Quid eſt enim tangere immundum, niſi *Evan.*
,, conſentire peccatis? Quid eſt autem exire in- *Iſaia. 52.*
,, de, niſi facere quod pertinet ad correctio-
,, nem malorum, quantum pro uniuſcujuſque
,, gradu, atque perſona, ſalva pace, fieri pot-
,, eſt? Diſplicuit ſibi, quod quiſque peccaverit?
,, Non tetigiſti immundum? Redarguiſti, cor-
,, ripuiſti, monuiſti, adhibuiſti, etiam ſi res
,, exigit, congruam, & quæ unitatem non vio-
,, let, diſciplinam? Exiſti inde (& infra) Clamavit
,, Moyſes iſta, clamavit Iſaias, clamavit Hie-
,, remias, clamavit Ezechiel. Videamus, ſi
,, dimiſerunt populum Dei, & ſe ad gentes a-
,, lias tranſtulerunt. Quam multa, & quam
,, vehementer Hieremias increpavit in pecca-
,, tores, & ſceleratos populi ſui! Inter eos ta-
,, men erat, unum cum eis templum intrabat,
,, eadem Sacramenta celebrabat, in eadem ſce-
,, leratorum hominum congregatione vivebat:
,, ſed clamando exibat inde. Hoc eſt exire in-
,, de, hoc eſt immundum non tangere, & vo-
,, luntate non conſentire, & ore non parcere.
,, QUod prædeceſſor noſter beatæ memoriæ ZACHAR.
,, Gregorii hujus Sedis Apoſtolicæ Præſul, *Bonifacio*
,, dum ad prædicandum verbum Evangelii tuam *Martyr.*
,, miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus,
,, & gentibus illis paganis, verbo pollicitatio-
,, nis illam voluit ante eſſe munitam, ita ut Or-
,, thodoxos Epiſcopos, Presbyteros, vel quoſ-
,, cumque reperire potuiſſet in verbo exhorta-
,, tionis perfectos, amplius confirmares, & eis
,, communicares (quod & factum eſt) Si quos
,, vero ſeductores Epiſcopos aut pſeudo-Presby-
,, teros a recto fidei tramite deviantes reperiſſes,
,, nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te
,, Deo ſolatiante uſque ad præſens ſpiritualiter
,, ſervaſſe confeſſus es: vel ſi omnino propter
,, principalem, & humanum favorem gentis
,, Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corpora-

„ liter abſtinere non potuiſti, cogente Eccleſiarum Dei neceſſitate; attamen in eorum conſilio, & communionis conſenſu anima tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis converſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo.

Et eſt expreſſum jure novo. Extr. de ſent. excomm. c. *Cem voluntate*. Conſulo tamen talibos, quod non laxent in hoc habenas, ſed cum dolore; & ita diſcrete hoc faciant, quod aliorum corda, qui forte ipſorum intentiooes ignorant, quantum in eis eſt, non lædantur.

IV. Quid, ſi aliquis communicat excommunicato in caſu non conceſſo; numquid peccat mortaliter?

v. pag. 178

Credo quod ſic, ſi ſcienter communicat ei, & in caſu non conceſſo, ut dictum eſt, maxime ſi novit jus, vel ſi eſt Clericus: de talibus enim ait Nicolaus: *Illos, qui ſtudio ſuo obligantur, ex contemtu interdicta noſtra poſtponunt, nonniſi digna ſatisfactione præveniente volumus a te prorſus abſolvi*, 11. q. 3. c. *Excellentiſſimus*, in fin.

v. pag. 177

Item Urbanus eos, qui aut ſponte, aut negligenter inciderint, ſub ea volumus diſciplinæ coercitione ſuſcipi, ut ceteris metus incutiatur. 11. q. 3. c. ult. ſeu, *Sanctis*, & eſt expreſſa Decretalis Innocentii, cujus verba ſunt hæc:

Diſtinguimus, utrum is, qui communicat excommunicatis invitus, ſit per coactionem aſtrictus, aut per metum inductus: in primo caſu talem credimus excommunicatione nō teneri, cum magis pati, quam agere videatur. In ſecundo vero licet metus culpam attenuet, quia tamen non eam prorſus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere; talem excommunicationis labe credimus inquinari. Extr. quod metus cauſſa cap. *Sacris*, & ad idem cauſſa 32. q. 5. c. *Itane*.

v. pag. 51.
v. pag. 87.

Plerique tamen dicunt contrarium, volentes blandiri peccatoribus in ſtragem magnam, & periculum animarum.

Peccat etiam excommunicatus, ſi ingerat ſe communioni aliorum. Cauſſa 6. q. 2. cap. *Si tantum*.

Ex Conc. *Valenſ.* 1. c. 8.

„ SI tantum Epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium noverit, quamdiu probare non poteſt, nil proferat, ſed cum ipſo ad compunctionem ejus ſecretis correctionibus elaboret. Quod ſi forte correptus pertinacior fuerit, & ſe communioni publicæ ingeſſerit, etiamſi Epiſcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probatione deficiat, indemnatus (licet ab his, qui nihil ſciverint, ſecedere ad tempus pro perſonæ majoris auctoritate jubeatur) ille tamen, quamdiu nihil probari poteſt, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanebit.

Innoc. III Herbipol. Capitulo.

Facit ad idem c. *Illud*. extr. de Cler. excomm. min. circa finem, verſ. *Excommunicata non vitare, multo magis, quam non vitari, periculoſum exſiſtat: non vitare ſiquidem (cum in eo ſit) excommunicatus ſine delicto non poteſt; ſed cum ex aliis pendeat, ſine ſua delicto poterit non vitari.*

VARIÆ QUÆSTIONES

Simul expoſitæ.

ITem quæritur, utrum excommunicatus poſſit aliquo tempore intrare Eccleſiam. Item, ſi intraverit, an omnes alii teneantur exire ſtatim. Item, utrum Sacerdos indutus ad Miſſam ſimiliter teneatur exire. Item utrum Clericus excommunicatus poſſit dicere officium ſuum ſaltem extra Eccleſiam. Item, ſi unus ſocius in hoſpitio, vel in Clauſtro ſit excommunicatus, utrum alii teneantur ſtatim exire, an poſſint ei communicare.

Solutio. Ad primum dicas, quod excommunicati majori excommunicatione, vel interdicti, ſive ſuſpenſi ab ingreſſu Eccleſiæ, nullo tempore debent intrare Eccleſiam, quamdiu ſunt in ſententia. Arg. cauſſa 33. q. 4. c. *Vir cum propria*, diſt. 21. c. *Cleros*, in fin.

v. pag. 595
Gregor. *In Reſp. 10. ad interrog. Auguſt.*

„ VIr cum propria uxore dormiens, niſi lotus aqua Eccleſiam intrare non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet (& infra) Quamvis diverſæ hominum nationes de hac re diverſa ſentiant, atque alii alia cuſtodire videantur; Romanorum tamen ſemper ab antiquioribus uſus fuit poſt admiſtionem propriæ uxoris, & lavacri purificationem quærere, & ab ingreſſu Eccleſiæ paullulum reverenter abſtinere. Nec hoc dicentes culpam putamus eſſe conjugium; ſed quia ipſa licita commiſtio conjugum ſine voluptate carnis fieri non poteſt; ideo a ſacri loci ingreſſu eſt abſtinendum: quia voluptas ipſa ſine culpa nullatenus eſſe poteſt. Non enim de adulterio, vel fornicatione, ſed de legitimo matrimonio ſuſceptus fuerat, qui dicebat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum &c.* (& infra) Oportet itaque legitimam carnis eſſe copulam, ut cauſſa prolis ſit, non voluptatis; & carnis commiſtio creandorum liberorum ſit gratia, non ſatisfactio vitiorum. Si quis ergo ſua conjuge, non cupidine voluptatis captus, ſed ſolummodo creandorum liberorum gratia utitur; ipſe profecto ſive de ingreſſu Eccleſiæ, ſeu de ſumendo Dominici Corporis Sanguiniſque myſterio, ſuo eſt judicio relinquendus: quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus, neſcit ardere. Cum vero non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas dominatur in opere commiſtionis; habent conjuges etiam de commiſtione ſua, quod defleant (& paullo poſt) Tunc autem vir, qui poſt admiſtionem conjugis aqua lotus fuerit, etiam ſacræ communionis valet myſterium accipere: cum ei ſecundum præfinitam ſententiam, Eccleſiam etiam licuerit intrare.

Pſal. 50.

Si vero eſt excommunicatus minori excommunicatione tantum, tutius facit, ſi non intraverit, antequam ſit abſolutus; ſi tamen intraverit cauſſa orandi, non videtur peccare, quia non eſt remotus, niſi a Sacramentis; immo forte poteſt intrare ad horas, dum tamen non ad Miſſam: ſed primum ſecurius eſt, ut dictum eſt.

Ad ſecundum autem dico, quod excommunicato intrante Eccleſiam, ſi manifeſtum eſt eum excommunicatum; debent ſtatim exire omnes. Cauſſa 11. q. 3. c. *Sicut Apoſtoli*, 24. q. 1. c. *Omnis, qui*.

Fabianus *Epiſc. Epiſt. 1.*

„ SIcut Apoſtoli ſtatuerunt dicentes: *Cum excommunicatis non eſt communicandum, & ſi quis cum excommunicatis, avertendo regulas ſcienter ſaltem in domo ſimul locutus fuerit, vel oraverit, ille communione privetur.*

Beda *Sup. Joan. Ep. c. ult.*

„ OMnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti; hic Deum non habet.

„ Qui

,, Qui permanet in doctrina Chriſti, hic & fi-
,, lium, & Patrem habet. Si quis venerit ad
,, vos, & hanc doctrinam non affert, nolite
,, eum recipere in domum, nec *Ave* ei dixeri-
,, tis. Qui enim illi dicit *Ave*, communicat il-
,, lius operibus malis. Hæc enim Joannes de
,, Schiſmaticis, ſive hæreticis vitandis, quæ ver-
,, bis docuit, & factis exhibuit. Narrat enim
,, de illo auditor ejus ſanctiſſimus vir, & mar-
,, tyr fortiſſimus Polycarpus Smyrneorum An-
,, tiſtes, quod tempore quodam cum apud E-
,, pheſum balneas lavandi gratia fuiſſet ingreſ-
,, ſus, & vidiſſet ibi Cerinthũ, exilierit continuo,
,, & diſceſſerit non lotus, dicens: Fugiamus hinc,
,, ne & balneæ ipſæ nos corrumpant, in qui-
,, bus Cerinthus lavatur inimicus veritatis. I-
,, dem Polycarpus Marcioni cum aliquando oc-
,, curriſſet dicenti ſibi: Agnoſcis nos? reſpon-
,, dit: Agnoſco primogenitum Sathanæ.

Si eſt occultum, ſi qui ſunt, qui ſciant ſecrete eum excommunicatum, exibunt, ſi poſſunt caute, ita quod non timeatur ſcandalum, vel proditio; alias non exibunt, quia in ſecreto debent illum vitare, & non in publico. Cauſſa 6. q. 2. c. *Si tantum*, ext. de ſent. excomm.
v. ſupra. v. pag. 49. c. *Cum non ab homine*.

Ad tertium dicunt plerique, quod Sacerdos, ſi incœpit Miſſam, non debet dimittere, quia non debet relinquere officium inexpletum. Cauſſa 7. q. 1. c. *Nihil*.

Ex Conc. Toletano 7. c. 2.
,, NIhil contra ordinis ſtatutum temeritatis
,, auſu præſumatur; neque illa, quæ ſum-
,, me veneratione cenſetur, vel minimo præ-
,, ſumtionis actu ſolvantur; cum ad hoc tan-
,, tum fieri juſſa ſunt, ne interrupta noſcantur,
,, vel languoris proventu robore ſalutis natura
,, privetur. Non ergo ſolum fragilitati huma-
,, næ conſulitur, ſed etiam ſacro honori mini-
,, ſteriorum provida Dei cavetur ſollicitudine.
,, Cenſuimus igitur convenire debere, ut cum
,, a Sacerdotibus Miſſarum tempore ſacra my-
,, ſteria conſecrantur, ſi ægritudinis acciderit
,, quilibet eventus, quo cœptum nequeat con-
,, ſecrationis expleri myſterium, ſit liberum
,, Epiſcopo, vel Presbytero alteri conſecratio-
,, nem exſequi cœpti officii. Non enim aliud ad
,, ſupplementum initiatis myſteriis convenit,
,, quam aut incipientis, aut ſubſequentis
,, benedictio completa Sacerdotis; quia nec
,, perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis or-
,, dine compleantur. Cum enim ſimus o-
,, mnes unum in Chriſto, nihil contrarium
,, perſonarum diverſitas format, ubi efficaciam
,, proſperitatis unitas fidei repræſentat. Quod et-
,, iam conſultum cuncti ordinis Clerici indivi-
,, duum ſibi eſſe non ambigant; ſed, ut præ-
,, miſſum eſt, præcedentibus libenter alii pro
,, complemento ſuccedant: ne tamen quod na-
,, turæ languoris cauſſa conſulitur, in præ-
,, ſumtionis perniciem convertatur, nullus
,, poſt cibum, potumque quemlibet minimum
,, ſumtum Miſſas facere præſumat, nullus abſ-
,, que proventu patentis moleſtiæ miniſter,
,, vel Sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia
,, præſumat omnino relinquere. Si quis hæc
,, temerarie præſumſerit, excommunicationis
,, ſententiam ſuſtinebit.

Vel dicas hoc verum eſſe de plano, ſi eſt occultum; ſed ſi eſt manifeſtum, moneat eum publice, ut exeat: ſi non vult exire, & nondum inchoavit Canonem, poteſt dimittere. Arg.
v. ſupra. Cauſſa 24. q. 1. cap. *Omnis, qui*. Si vero inchoavit Canonem, & poſtea intrat Eccleſiam excommunicatus, vel poſtea videt eum, quem prius non viderat, licet in Eccleſia eſſet, procedat, & terminet; eo tamen, finito Canone, admonito, ut exeat: de conſ. diſt. 2. c. *Relatum*.

,, RElatum eſt nobis, quoſdam de Sacerdo- Ex Conc. Toletano 12. c. 5.
,, tibus non tot vicibus communionis ſan-
,, ctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in uno
,, die videntur offerre: ſed ſi uno die plurima
,, per ſe offerunt ſacrificia, in omnibus ſe obla-
,, tionibus e communione ſuſpendant, & in ſo-
,, la tantum extrema ſacrificii oblatione com-
,, munionis ſanctæ gratiam ſumant, quaſi non
,, ſit toties illi vero, & ſingulari ſacrificio par-
,, ticipandum, quoties Corporis & Sanguinis
,, Domini noſtri Jeſu Chriſti immolatio facta
,, conſtiterit. Nam ecce Apoſtolus dicit: *Nonne* 1. Cor. 10.
,, *qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris?* Cer-
,, tum eſt, quod hi, qui ſacrificantes non edunt,
,, rei ſunt Dominici Sacramenti. Quicumque
,, ergo Sacerdotum deinceps divino altario Sa-
,, crificium oblaturus acceſſerit, & ſe a com-
,, munione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe inde-
,, center privavit, gratia communionis anno
,, uno repulſum ſe noverit. Nam quale erit il-
,, lud Sacrificium, cui nec ipſe ſacrificans par-
,, ticeps eſſe cognoſcitur? Ergo modis omnibus
,, tenendum eſt, ut quotieſcumque ſacrificans
,, Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Jeſu
,, Chriſti immolat, toties perceptionis Corporis
,, & Sanguinis Chriſti participem ſe præbeat.

Ad quartum dico, quod poteſt, & debet Clericus excommunicatus dicere horas, extra Eccleſiam orando, & in ſilentio. Arg. 11. q. 3. cap. *Si quis Epiſcopus* 2. ext. de pœn. & remiſſ. cap. *Quod in te*. v. pag. 542

,, QUod in te (& infra) In illo enim verbo, per Innoc. III
,, quod pœnitentiam morientibus non ne-
,, gamus, viaticum etiam, quod vere pœniten-
,, tibus exhibetur, intelligi volumus, ut nec
,, ipſum decedentibus denegetur. Licet autem
,, per generale interdictum denegetur omnibus
,, tam unctio, quam Eccleſiaſtica ſepultura;
,, concedimus tamen ex gratia, ut Clerici de-
,, cedentes, qui tamen ſervaverint interdictum,
,, in cœmeterio Eccleſiæ, ſine campanarum
,, pulſatione ceſſantibus ſolemnitatibus omni-
,, bus, cum ſilentio tumulentur, & in conven-
,, tualibus Eccleſiis bini, & bini, vel ſimul
,, tres, horas Canonicas valeant legere, non
,, cantare, januis clauſis, interdictis & ex-
,, communicatis excluſis, & voce ita remiſſa,
,, quod exterius audiri non poſſint: cum & re-
,, gularibus ſecundum privilegium Sedis Apo-
,, ſtolicæ ſit indultum, ut cum generale inter-
,, dictum terræ fuerit, liceat eis, januis clau-
,, ſis, excommunicatis & interdictis excluſis,
,, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce cele-
,, brare divina. Recipientibus autem ſignum
,, Crucis non negamus, quominus eis ob reve-
,, rentiam Crucifixi pœnitentia, cum poſtula-
,, verint, injungatur: quod & aliis peregrinis
,, poteſt miſericorditer indulgeri.

Ad quintum & ultimum dicas, ſicut dixi in ſecundo, ut diſtinguas, utrum ſit occultum, & tunc vitetur in occulto, & non in publico; an manifeſtum, & tunc vitetur ubique.

Hoc tamen notatur, quod tunc dicitur quis ſcire aliquem excommunicatum, quum vidit illum verberare Clericum in caſu non conceſſo, vel ſimile, vel erat præſens, vel etiam audivit ferri ſententiam, vel ipſemet excommunicatus,

vel

vel Prælatus excommunicati ipſius, maxime ſi ſit Epiſcopus, dixit ei, vel eſt publica fama ipſum eſſe excommunicatum; alias propter levem famam non debet ſibi formare conſcientiam.
v.pag. 90. Cauſſa 22. q. 5. c. *Hoc videtur*, extr. de ſent.
v.pag.326 excumm. c. *Cum deſideres*, cauſſa 2. q. 1. c. *Pri-*
v.pag.258 *mo*, 11. q. 3. c. *Non ſolum*, 1. & c. *Curæ*, diſt. 86. c. *Si quid vero*.

Melch. *Papæ* ,, PRimo ſemper umnia diligenter inquirite,
,, ut cum juſtitia, & caritare diffiniatis:
,, nemiuem condemnetis ante verum & juſtum
,, judicium: nullum judicetis ſuſpicionis arbi-
,, trio: ſed primum probate, & poſtea carita-
,, tivam ſententiam pruferte, & quod vultis
,, nun vobis fieri, alteri nolite facere.

Ex 8.Syn. ,, NOn ſulum ille reus eſt, qui falſum de alio
,, profert, ſed etiam is, qui aurem cito
,, criminibus præbet.

Ex Decr. *Honorii Papæ.* ,, CUræ ſit umnibus Epiſcopis excommuni-
,, catorum omninu numina tam Epiſcopis
,, vicinis, quam ſuis parochianis pariter indica-
,, re, eaque in celebri loco poſita præ foribus
,, Eccleſiæ cunctis convenientibus inculcare:
,, quatenus in utraque diligentia, & excom-
,, municatis ubique Eccleſiaſticus aditus exclu-
,, datur, & excuſationis cauſſa omnibus auſe-
,, ratur.

Circa percuſſionem Clerici varii Caſus.

ITem circa illos, qui injecerunt manus violentas in Clericum, quæritur, ſi aliquis ratione officii ſui, puta Cautor, Sacriſta, Oſtiarius, & ſimiles: item, ſi Clerici ſeniures zelu devotiunis, pueros adoleſcentes in minoribus urdinibus conſtitutos, turbantes divinum ufficium, leviter correctionis cauſſa percuſſerint. Item, ſi aliqui Clericos de familia ſua, vel propinqnos inferiorum graduum ſimili modo, ut cohibeantur a ſuis inſolentiis, & ſcientia, boniſque moribus informentur, duxerint corrigendos, quæritur, inquam, utrum tales ſententiam excommunicationis incurrant?

Ad hoc quidquid jure antiquo notatum fuerit, vel diſtinctum, dicas jure novu, quod non ſunt excommunicati. Extr. de ſent. excomm. c.
v.pag.384 *Cum voluntate*, §. *Si qui vero*, & require ſupra eod. §. *Utraque excommunicatio*, verſ. *Cum bono zelo*.

Conſulo tamen omnibus, ut ab hujuſmodi injectionibus arceant manus ſuas, ne dum propter nimiam pronitatem, occaſione vel exceſſus, vel corruptæ intentionis in culpam, vel ſententiam incidant; & quod proviſum eſt ad concordiam, tendat ad noxam.

Item quid de pueris, qui dum eſſent impuberes, injecerunt manus violentas in Clericos, poſtea facti jam puberes petunt abſulutionem; numquid poteſt Epiſcopus tales abſulvere?

Reſpondeo: Poteſt jure novo. Extr. eod. c. *Pueris*: quam require infra inter novas Conſtitutiones.

Greg. IX. ,, PUeris, qui in Canonem inciderunt ſenten-
,, tiæ prumulgatæ, ſive ante, ſive poſt puber-
,, tatem poſtulent ſe abſolvi; poteſt diœceſanus
,, Epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri:
,, cum propter defectum ætatis, in qua fuit
,, commiſſus exceſſus, rigor ſit manſuetudine
,, temperandus.

Quid de his, qui magnæ potentiæ ſunt, & ita delicati, vel debilitati, quod laborem eundi ad curiam nequeunt ſuſtinere.

Dic, quod Papa eſt conſulendus, intimatis ſibi circumſtantiis criminis, & perſunæ, & juxta ipſius conſilium erunt corrigendi. Extr. de ſent. excomm. c. *Mulieres*. v.pag.385

Quid, ſi aliquis non percutit Clericum, ſed ſpuit ſuper eum, vel effundit ſuper eum aquam, vel oleum, vel ſimile?

Item quid, ſi includit eum in domo, claudendo ſibi oſtium, vel ponendu ibi armatos ad capiendum eum, ſi exierit de dumo? Item quid, ſi invenit eum in via, & accepit equum per habenas, vel aliud ſimile, vel rumpit cingulum ſellæ, ut ſic vel cadat, vel invitus deſcendat Clericus: vel etiam non tangit in aliquo, ſed minis, & terroribus facit eum ſtare in uno loco in itinere, vel facit eum ſecum ire quaſi captum?

Iſtos omnes ſentiunt quaſi communiter doctores eſſe excommunicatus. Extr. de ſent. excom. v.pag.326
c. *Cum deſideres*, circa fin. Non enim refert quantum ad hoc, utrum injiciat manus in eum, vel in rem ſibi taliter cohærentem: arg. de David, 1.Reg.24.
qui præcidit uram Chlamydis Sauli: & de Oſa, 2.Reg 6.
qui apponens manum ad arcam percuſſus eſt, & de re Eccleſiæ cohærente, quæ eodem gaudet privilegio, quo & ipſa Eccleſia. Cauſſa 17. q. 4.
c. *Si quis contumax*. v.pag.113

Item quid, ſi aliquis iratus veniat coutra Clericum elevato pugno, vel vibret haſtam, aut enſem ſuper caput ejus, quaſi eum percuſſurus, vel rumpit veſtimenta ejus, vel ſimile?

Videtur, quod incidat in Canonem, quia peccat, & tenetur injuriarum. De pœn. diſt. 1. c. *Quiſquis*, & c. *Si quis necandi*, & c. *Si quis pulſatus*, & c. *Si propterea*.

,, QUiſquis cum militibus, &c. cugitaverit Lib. 9. tit.
,, (eadem enim ſeveritate voluntatem ſce- ad legem
,, leris, qua effectū puniri jura voluerunt)... *Item* Julian.
,, *ad legem Corneliam de ſicariis*. Si quis cum te- Majeſtat.
,, lo ambulaverit hominis necandi cauſſa, ſicut
,, qui huminem occiderit, vel cujus dolo malo
,, factum fuerit commiſſum, legis Corneliæ de
,, ſicariis pœna coerceatur.

,, SI quis necandi infantis piaculum aggreſſus Val. Imp.
,, fuerit, ſciat ſe capitali ſupplicio eſſe pu- *in Gratianus.*
,, niendum.

,, SI quis pulſatus quidem non eſt, verum ma- L. Apud
,, nus adverſus eum levatæ, & ſæpe territus *Labeonem.*
,, eſt, quaſi vapulaturus, nun tamen percuſſit;
,, utili injuriarum actione tenetur.

,, SI propterea nun facis furtum, quia times, August.
,, ne videaris, intus in corde feciſti, reus *Lib. 50.*
,, furti teneris, & nihil tuliſti. *Homil.*

Sed contra Canon dicit: *Si quis violentas manus injecerit*. Sed iſte non injicit; ergo non incidit.

Item quia hæc inſtitutio, quum ſit pœnalis, non eſt amplianda, ſed arctanda; unde verba in ea ſcripta cum effectu ſunt accipienda. De pœn. diſt. 1. c. *Hæc autem verba*.

Hæc autem verba: *Quod ſtatuerit, qui juriſdictioni præeſt*, cum effectu accipimus, non *Lib. 2 tit.* quod
verbo tenus: & ideo ſi cum vellet ſtatuere, quiſque
prohibitus ſit, nec effectum decretum habuit, juris, l. 2.
ceſſat edictum. Nam *Statuit* verbum rem perfectam ſignificat, & conſummatam injuriam, non cœptam. Pœnæ, *ſicut in Digeſtis, titul. de pœnis legitur*, legum interpretatione molliendæ ſunt potius, quam nimis exaſperandæ. *Atque ideo proprium caſum non excedunt*.

Solutio. In primis duobus caſibus non incidit,

in excommunicatiooem. In tertio, ſcilicet de veſtimentis, videtur, quod incidat, ſi hoc facit animo injuriandi, quum ille tenet veſtes ſupra ſe, per ea, quæ dicta ſunt ſupra ℱ. proximo: alias ſecus, ſcilicet ſi veſtes eſſent ab eo ſeparatæ, puta in porticu, vel alibi.

Item pone, quod aliquis verberat laicum, credit tamen verberare Clericum. Item mandat aliquis alicui, ut ille verberet Clericum; quum ille mandatarius receſſit animo adimplendi mandatum, mandator pœnitet, mittit nuncium poſt illum, ut revocet mandatum, ſed mandatarius, veniente ad eum nuncio revocationis, jam impleverat mandatum; quæritur utrum incidit in Canonem mandator?

Item aliquis verberat Clericum, qui tibi fuerat injuriatus, tu hoc audiens gaudes, & habes ratum; quæritur utrum incidas in Canonem?

Solutio. Ad primum dico, quod licet regulariter in maleficiis attendatur intentio, juxta illud, *voluntas, & propoſitum diſtinguit maleficia*; tamen iſte non eſt excommunicatus: hoc autem dico propter litteram Canonis, quæ exigit actum, quum dicit: *Si quis injecit manus violentas in Clericum*.

Item quia dicit lex: ſi credens verbarare Titium, verbero Seium, non illi, quem verbero, teneor injuriarum, ff. de injur. *Cum qui*, ℱ. *Si injuria*.

Ad ſecundum dicunt quidam indiſtincte ipſum mandatorem non incidere in Canonem. Arg. ff. manu. vind. *Si pater*, ff. de divort. *Si pœnituit*.

Alii vero, cum quibus ſentio, diſtinguunt, utrum mandatarius, antequam perveniret ad eum revocatio, verberavit, an poſt. In primo caſu eſt mandator excommunicatus. In ſecundo
v.pag.379 non. Arg. extr. de procurat. c. *Ex inſinuatione*,
v.pag.385 & c. *In noſtra præſentia*, extr. de ſent. excomm. c. *Mulieres*, in fin.

Clemens III.
„ EX inſinuatione Archidiaconi Sagien. accepimus, quod cum inter ipſum, & magiſtrum G. ſuper quadam præbenda Lexon. Eccleſiæ controverſia mota fuiſſet (& infra) Licet ab eodem Archidiacono procuratori ſuo, duobus Clericis præſentibus expreſſe fuiſſet inhibitum, ne cauſſæ cognitionem ſuſciperet; ipſe nihilominus in cauſſa procedens, ſententiam contrariam reportavit. Ceterum quia alter de prædictis Clericis dicitur obiiſſe, mandamus, quatenus ſi per ipſius Archidiaconi, & ſuperſtitis Clerici juramentum conſtiterit de præmiſſis, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante, præbendæ prædictæ poſſeſſionem, cum fructibus inde perceptis (ſi ejus reſtitutioni aliud Canonicum non obſtat) auctoritate noſtra reſtitui faciatis eidem: reſtitutione vero facta, ſi Archidiaconus ipſe ſuam Canonicam inſtitutionem probare potuerit, ipſam ratam permanere appellatione poſtpoſita decernatis.

Ad tertium dicit Alanus talem non incidere in Canonem, licet alias peccet; quia in ſua ratihabitione non fuit, niſi pura voluntas, quæ non proceſſit ad actum. Joan. Gal. dicit idem, ſi nomine ejus non fuit Clericus verberatus: ſed ſi nomine ejus, & haberet ratum, incideret: dicit enim lex, *quod factum alterius, non poſſum facere meum per ratihabitionem, niſi ſit nomine meo geſtum*, ff. de negot. geſt. *Si pupilli*, ℱ. *Sed ſi ergo*; & ſic intelligitur regula illa, *Ratihabitio, retrotrahitur, & mandato comparatur*, extr. de reſt. ſpol. c. *Cum ad Sedem*, & de ſimonia, c. *Sicut ſuis*. v.pag.577 v. pag. 8.

Fuerunt etiam alii, qui indiſtincte dixerunt, illum incidere. Secunda opinio Joannis Galenſ. plus placet mihi.

Quid, ſi Epiſcopus ita ferat ſententiam: *Excommunico omnes, qui furtum fecerint*; numquid ſubditi ſui tantum incident in hanc ſententiam, an etiam alii undecumque, dum tamen in ſuo Epiſcopatu furtum committant?

Solutio. Dic, quod ſi intendebat excommunicare omnes in ſuo Epiſcopatu delinquentes, undecumque eſſent, omnes incident in excommunicationem: & idem videtur tenendum eſſe in dubio, quum ſcilicet nihil ſcitur de intentione ipſius; & hoc ideo, quia omnes tales ratione delicti fiunt ejus ſubditi. Require ſupra eod. ℱ. *Poteſt Prælatus*. Et ſic legitur, & exponitur Decretalis, extr. de ſent. excomm. c. *A nobis* 1.

„ A Nobis fuit ex parte tua quæſitum, utrum ſi quis ita pronunciaverit: Quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit: hæc generalis clauſula ad ipſius excommunicatoria ſubditos referatur; an generaliter extendatur ad omnes, qui non ſunt de juriſdictione illius? Ad quod dicimus, quod hac ſententia nonniſi ſubditi obligantur, niſi forte plus contulerit major, & largior auctoritas delegantis. Clemens III.

ℱ. IX.

Quid nomine cenſuræ intelligitur.

IN ſumma nota, quod nomine cenſuræ Eccleſiaſticæ intelligitur ſententia interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis. Extr. de verb. ſignific. c. *Quærenti*. Et nota differentiam inter v.pag.363
iſta tria: nam proprie excommunicatur perſona, 11. q. 3. c. *Certum*, 3. q. 4. c. *Engeltrudam*, extr. v.pag.391
de verb. ſignif. c. *Ex parte* 1. v.pag.381 v.pag.360

Suſpenditur ſimiliter perſona a beneficio, quandoque ab officio, quandoque ab utroque. Cauſſa 2. q. 4. c. *Presbyter* 2. extr. de purg. Canon. c. *Inter ſollicitudines*. v.pag.196 v.pag.377

Interdicitur locus, puta civitas, caſtrum, regnum, Eccleſia. Extr. de verb. ſignif. c. *Cum in partibus*.

Innoc. III *Colubrib. & aliis Epiſc. in regno Portugalliæ conſtitutis.*
„ CUm in partibus veſtris ſæpe contingat diverſa loca interdicto ſupponi, quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium revocari: cum illi, qui ab Eccleſia Romana decorari privilegio meruerunt, videlicet ut cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis januis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare: interdicto particulari ſe aſſerant non arctari, dicentes interdictum generale dumtaxat, cum regnum, vel ſaltem provincia tota ſubjicitur interdicto (& infra) Cum autem in privilegiis de regno, vel provincia nihil expreſſe dicatur, nomine terræ non ſolum regnum, vel provinciam intelligi volumus, verum etiam Villam, & Caſtrum, ut & in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

Interdum tamen ponitur unum pro alio; quia & per-

& perſona dicitur interdicta, & civitas excommunicata. Extr. de ſent. excom. c. *Reſponſo*, extr. de privileg. c. *Cum & plantare*, ſ. *Quod ſi templarii*.

Innoc. III *Ferrarienſ. Epiſcop.*
,, RESponſo noſtro poſtulas edoceri, an cum
,, Ferrarien. cives, excommunicationis, &
,, interdicti ſententiis ſint ligati, liceat tibi vi-
,, ros, & mulieres ſemel in hebdomada, vel
,, in menſe apud aliquam Eccleſiam convocare,
,, quibus prædices verbum Dei, & eoſdem ad
,, correctionem inducas. Super quo responde-
,, mus, quod ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc fa-
,, cere poteris, cum videris expedire; dummodo
,, contra formam interdicti nullum eis officium
,, divinum celebretur. Præterea quæſiviſti, cum
,, Ferrarien. civitas ſit interdicto ſuppoſita, &
,, ideo ſint ibidem (præter baptiſma parvulo-
,, rum, & pœnitentias morientium) univerſa
,, Sacramenta Eccleſiaſtica interdicta, an li-
,, ceat tibi baptizatos pueros in frontibus con-
,, ſignare. Super quo reſpondemus, quod ſicut
,, baptizari poſſunt pueri; ſic & baptizati ad
,, confirmationem in frontibus a te poſſunt ſa-
,, cro Chriſmate deliniri.

Alexand. III. *In Concil. Lateran. c. 18.*
,, CUm & plantare . . . . *Quod ſi Templa-*
,, *rii, vel Hoſpitalarii ad Eccleſiam venerint*
,, *interdictam*; nonniſi ſemel in anno ad Eccleſia-
,, ſticum officium admittantur, nec tunc ibi
,, ſepeliantur corpora defunctorum.

Item nota, quod quum generale interdictum poſitum eſt in terra, villa, vel caſtro, privilegium indultum a Sede Apoſtolica pleriſque religioſis, ſcilicet ut clauſis januis, excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſuppreſſa voce poſſint celebrare divina, extenditur hodie ad Epiſcopos, niſi & hoc ipſum eis ſpecialiter fuerit prohibitum, vel qui cauſſam directe, vel fraudulenter indirecte præſtiterint interdicto. Extr. de privileg. cap. *Quod nonnullis*.

Innocent. III. *In Concil. Generali.*
,, QUod nonnullis eſt religioſis indultum,
,, in favorem Pontificalis officii ad Epi-
,, ſcopos extendentes concedimus, ut cum com-
,, mune terræ interdictum fuerit, excommuni-
,, catis & interdictis excluſis, poſſint quandu-
,, que januis clauſis ſuppreſſa voce, & non pul-
,, ſatis campanis divina celebrare officia, niſi
,, & hoc ipſum eis expreſſe fuerit interdictum.
,, Verum hoc illis concedimus, qui cauſſam a-
,, liquam non præſtiterint interdicto, nec quid-
,, quam doli, vel fraudis ingeſſerint, tale com-
,, pendium ad iniquum diſpendium pertrahen-
,, tes.

Item in generali interdicto debent iſta conferri ab Eccleſia, ſcilicet baptiſma parvulorum, pœnitentia morientium. Poteſt etiam Epiſcopus parvulos baptizatos confirmare. Item ſemel in menſe, vel ſeptimana populum interdictum ad Eccleſiam convocare, & prædicare eis. Extra, de ſent. excom. c. *Reſponſo*. Item dicit quædam Decretalis, quod morientibus, ſi digne pœniteant, poteſt dari Euchariſtia; quod confirmat nova Decretalis, de ſent. excomm. cap. *Permittimus*.

v. ſupra. c. Quod in te, de pœnit. & remiſſ.

Greg. IX.
,, PErmittimus Eccleſiarum miniſtris ſemel
,, in hebdomada tempore interdicti, non
,, pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, januis clau-
,, ſis, excommunicatis & interdictis excluſis,
,, Miſſarum ſolemnia celebrare, cauſſa confi-
,, ciendi Corpus Domini, quod decedentibus in
,, pœnitentia non negatur.

Item quod Clerici decedentes, qui bene ſervaverint interdictum, in cœmeterio Eccleſiæ ſuæ abſque Campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus, cum ſilentio tumulentur: ſed quidam intelligunt hoc de regularibus, vel aliis, qui ſuper hoc habent privilegium ſpeciale.

Intelligunt. Sed male, quia Decretalis indiſtincte loquitur, & favore ſunt ampliandi.

Item in conventualibus Eccleſiis bini & bini, & ſimul tres horas Canonicas valent legere potius, quam cantare, januis clauſis, interdictis excluſis, & voce ita demiſſa, quod exterius non poſſit audiri: per quod patet, quod interdicti, & multo fortius excommunicati non debent auſcultare horas extra Eccleſiam.

Item peregrinis accipientibus ſignum Crucis, ob reverentiam Crucifixi, non eſt pœnitentia deneganda: quod etiam aliis peregrinis poteſt miſericorditer indulgeri. Extr. de pœn. & remiſſ. c *Quod in te*.

v. pag. 406

Item nota, quod ſententia excommunicationis non ſuſpenditur per appellationem ſequentem: & eſt triplex ratio.

Prima, quia Chriſtus ligat, a quo non poteſt appellari. Joan. Chryſoſtomus. *Nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica: non enim eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, & homines fecit dignos tanti honoris*, 11. q. 3. c. *Nemo contemnat*.

Secunda ratio, quia nemo excommunicatur, niſi pro contumacia, & contumax non auditur appellans. Cauſa 2. quæſt. 6. cap. *Ei, qui appellat*, ſ. *Eſt autem quando*, verſ. *Sunt etiam quorum*.

In Authent. *Conſtit. coll. 5. Gratian.*
,, EI, qui appellat . . . . *Eſt autem quando* . . . .
,, *Sunt etiam, quorum appellationes non recipiun-*
,, *tur: non enim poteſt recipi ejus appellatio, qui*
,, *per contumaciam abſens eſt, cum ad agendam*
,, *cauſſam, negotio prius ſummatim perſcrutata, vo-*
,, *catus eſſet; condemnatus eſt*.

Tertia ratio, quia ſecum trahit executionem. De appell. c. *Paſtoralis*, §. *Verum*.

Innoc. III. *Epiſcopo Helienſi.*
,, PAſtoralis officii diligentia (& infra) . . . .
,, Verum quia multoties quis ad tempus
,, per appellationem legitimam a judicis ſui,
,, quoad aliquem certum articulum, eximitur
,, poteſtate, conſuluiſti, nos, utrum ſi quis
,, excommunicationis ſententia innodatus, an-
,, te denunciationem ipſius ab ea, tamquam
,, minus rationabiliter promulgata, in eo caſu,
,, in quo ante ſententiam appellatio vires ob-
,, tinuiſſet, curaverit provocare, eo quod per
,, appellationem interpoſitam excommunican-
,, tis videtur juriſdictio dormitaſſe, ipſe denun-
,, ciare poſſit eumdem, & ad tempus Eccleſia-
,, ſticis beneficiis Clericum ſpoliare; nos i-
,, taque reſpondemus, quod cum executionem
,, excommunicatio ſecum trahat, & excommu-
,, nicatus per denunciationem amplius non li-
,, getur, ipſum excommunicatum denunciare
,, potes, ut ab aliis evitetur. Et illi proventus
,, Eccleſiaſtici merito ſubtrahuntur, cui Eccle-
,, ſiæ communio denegatur.

Fallit hoc in caſu, ſcilicet quum judex ita tulit ſententiam: *Niſi Titio infra viginti dies ſatisfeceris, te excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas*, & ille, in quem fertur ſententia, medio tempore appellans, non ſatisfacit ad diem; non eſt excommunicatus. Extr. de appell. c. *Præterea*.

Cæleſt. III.
,, PRæterea requiſiti fuimus, ſi quis judex ita
,, protulerit ſententiam, niſi Sempronio in-
,, tra viginti dies ſatisfeceris; te excommunicatū,
,, vel ſuſpenſum, aut interdictum eſſe cognoſcas;

„ ille, in quem fertur ſententia medio tempore
„ appellans, ad diem ſtatutum minime ſatisfe-
„ cerit, utrum ille ſententia tali ligetur, aut
„ interpoſitione appellationis tutus exſiſtat.
„ Videtur autem nobis, quod hujuſmodi ſen-
„ tentiam appellationis obſtaculum debeat im-
„ pedire.

Item excommunicatus majori excommunica-
tione non admittitur ad aliquem legitimum a-
ctum, nec poteſt eligi, nec eligere. Extra de
elect. c. *Cum inter* 1. & c. *Illa quotidiana*, & de
offic. deleg. c. *Cum ſuper*.

Innoc. III *De Cella S. Petri, & Mulinen. Abbatibus.*

„ CUm inter R. ſeniorem, & R. juniorem
„ ſuper Abbatia Schaphuſen. quæſtio
„ verteretur (& infra) Bonæ memoriæ Cæle-
„ ſtinus prædeceſſor noſter prædictum R. ſenio-
„ rem ſententiam cum inſtantia poſtulantem,
„ ad componendum coegit invitum: & ſic Ab-
„ batiæ renuncians, de manu ejus Cuſtodiam
„ & Prioratum recepit, ab eo, dum viveret,
„ poſſidendos. Cui ordinationi licet conſenti-
„ ret invitus; domum tamen reverſus (adver-
„ ſariis compoſitionem ipſam nolentibus obſer-
„ vare) non potuit, quæ conceſſa ſunt, obti-
„ nere (& infra) Nos attendentes, quod ex
„ conſenſu compoſitionis receptæ jus (ſi quod
„ ſibi competierat) R. ſenior amiſiſſet, ac per
„ hoc, ne Monachi ad electionem procederent,
„ de jure minime appellare potuiſſet, cum
„ niſi quorum intereſt, audiri non ſoleant
„ appellantes, appellationem illam dicimus
„ legitimam non fuiſſe: unde per eam electio
„ non potuit impediri (& infra) Sane quam-
„ vis Præpoſitus, & capitulum Conſtantienſe
„ de interdicto, quod Cardinalis poſuerat,
„ in ſuis litteria inſeruerint; quia tamen per
„ id, quod R. juniori diœceſanus Epiſcopus
„ munus benedictionis impendit, ei videtur,
„ quod præmiſimus, obviare: unde vel ſcriptu-
„ ra factis, vel factum ſcripturæ præjudicat, nec
„ probatum fuit (licet objectum) quod ab in-
„ terdicto electio fuerit celebrata, ipſam non
„ potuimus irritare (& infra) Ideoque cauſſam
„ ipſam vobis duximus de conſenſu patrum
„ committendam, ut ſi conſtiterit, quod
„ electio fuerit facta a ſuſpenſis, ea omni-
„ no caſſata, ipſi Monaſterio (poſt ſatisfa-
„ ctionem condignam, ſuſpenſionis, & inter-
„ dicti ſententia relaxata) de perſona idonea
„ conſulatur.

Idem.

„ ILla quotidiana inſtantia (& infra) Quia
„ pro certo didicimus electionem Canoni-
„ cam exſtitiſſe, ipſam auctoritate Apoſtolica
„ duximus confirmandam, ſupplentes de ple-
„ nitudine poteſtatis, ſi quis in ea ex eo fuiſ-
„ ſet defectus, quod quidam interfuerunt e-
„ lectioni ejuſdem, qui ex ſola participatione
„ in ſimplicis excommunicationis laqueum in-
„ ciderunt.

Idem *Conventui de Cicbis.*

„ CUm ſuper Abbatia Monaſterii veſtri in-
„ ter vos & S. quondam Abbatem veſtrum
„ fuiſſet quæſtio agitata, demum ſuper ea ad
„ Leſionenſem Epiſcopum, & Abbatem de Bec-
„ co noſtræ fuerant litteræ deſtinatæ (& infra)
„ Quamvis ſolus Abbas antequam appellaretur
„ ab eo, juxta formam litterarum noſtrarum
„ procedere potuiſſet; quia tamen pro eo, quod
„ cum ipſo Epiſcopo interlocutus eſt, appella-
„ tionem prius ab eodem Epiſcopo interpoſi-
„ tam non teoniſſe de jure ſine ipſo, cum
„ poſſet, & nolet negotio intereſſe; per con-
„ ſequentiam confeſſus eſt, ſe non poſſe man-
„ datum Apoſtolicum adimplere: nec ſuæ inten-
„ tionis exſtitit, ut ſine conjudice ſuo ali-
„ quid definiret: & cum eo, qui jam judex
„ eſſe deſierat, aliquid ſuper prædicto ne-
„ gotio recte diſponere non valebat, volunta-
„ te ac poteſtate ſibi mutuo adverſantibus,
„ cum noluerit, quod potuerit, & quod volue-
„ rit adimplere, nequiverit: quod a duobus fa-
„ ctum fuerat, effectum non potuit de jure
„ obtinere.

Similiter nec ſuſpenſus, nec interdictus, ut
in præalleg. Decretali c. *Cum inter*.

Conſtitutiones etiam, vel ſententiæ, quæ
fiunt ab hujuſmodi excommunicatis, vel ipſo-
rum mandato, irritæ ſunt ipſo jure, & in nul-
lo umquam tempore valituræ. Nec prodeſt a-
licui ſuſtinere intra tempus ſui regiminis ana-
thema pro his, quæ commiſit in ſuo regimine,
quaſi depoſito regimine non ſit ad ſatisfactio-
nem debitam compellendus: nam & ipſum, qui
ſatisfacere recuſavit, & ſuceſſorem ipſius, ni-
ſi ſatisfaciant infra menſem, dicit expreſſe De-
cretalis, excommunicatione concludi, donec Ec-
cleſiæ ſatisfaciat, quum ſuccedat in onere, qui
ſubſtituitur in honore. Extr. de immun. Ec-
cleſ. c. *Adverſus Conſules*.

Innoc. III *In Concil. generali.*

„ ADverſus Conſules, & rectores civitatum,
„ vel alios, qui Eccleſias, & Eccleſiaſti-
„ cos viros talliis, ſeu collectis, & exactionibus
„ aliis aggravare nituntur, volens immunita-
„ ti Eccleſiaſticæ Lateranenſe Concilium pro-
„ videre, præſumtionem hujuſmodi ſub anathe-
„ matis diſtrictione prohibuit: tranſgreſſores,
„ & fautores eorum excommunicationi ſubjace-
„ re præcipit, donec ſatisfactionem impenderint
„ competentem. Verum ſi quando forte Epiſco-
„ pus ſimul cum Clericis tantam neceſſitatem,
„ vel utilitatem perſpexerit, ut abſque ulla coa-
„ ctione ad relevandas utilitates, vel neceſſitates
„ communes, ubi Laicorum non ſuppetunt fa-
„ cultates, ſubſidia duxerit per Eccleſias confe-
„ renda; prædicti Laici humiliter, & devote
„ recipiant cum gratiarum actione; propter im-
„ prudentiam tamen quorumdam Romanus
„ Pontifex prius conſulatur, cujus intereſt com-
„ munibus utilitatibus providere. Quia vero nec
„ ſic quorumdam malitia contra Dei Eccleſiam
„ conquievit, adjicimus, ut conſtitutiones, &
„ ſententiæ, &c.

Item excommunicatus, vel ſuſpenſus nō pot-
eſt eligi, nec poteſt ſibi beneficium conferri,
nec debet percipere fructus ſtipendiorum, quæ
prius fuerunt ſibi collata. Ext. de ætat. & qualit.
Cleric. c. *Cum bonæ*, de Cleric. excomm. c. *Po-
ſtulaſtis*, & extr. de conſuetud. c. *Cum dilectus*,
de appell. c. *Paſtoralis*.

v. ſupra. Cæleſt. III.

„ CUm bonæ memoriæ Clemens Papa præ-
„ deceſſor noſter I. Buccarum, & quoſdam
„ alios Baran. Clericos vocaviſſet, ut ad præ-
„ ſentiam ipſius accederent, H. Archidiacono
„ ſuo, quem graviter læſerant, reſponſuri; quia
„ venire juxta mandatum Apoſtolicum contem-
„ ſerunt, in eos fecit ſententiam ſuſpenſionis
„ promulgari: in qua triennio permanentes,
„ quidam ex ipſis ſuſpenſi, aliud beneficium Ec-
„ cleſiaſticum ſunt adepti. Et quia utrum bene-
„ ficia ſic recepta poſſint rationabiliter retine-
„ re, nos conſulere voluiſti; reſpondemus, quod
„ non licet eis illa, quæ habuerunt beneficia,
„ vel quæ poſtmodum ſunt adepti, aliquatenus
„ retinere. Unde Baran. Archiepiſcopo dedimus
„ in mandatis, ut eos pro tanta pertinacia, &
„ con-

„ contemtu Apoſtolico, beneficiis, quæ habent,
„ non differat ſpoliare.

Innoc. III Decano & Priori B.. lea.

„ POſtulaſtis per Sedem Apoſtolicam edoceri
„ (& infra) Conſultationi veſtræ reſpon-
„ demus, quod cum excommunicatis commu-
„ nicari non debeat, & Clericis excommuni-
„ cationis vinculo innodatis, Eccleſiaſtica be-
„ neficia conferri non poſſunt, nec illi valent
„ ea retinere licite, niſi forſitan cum eis fue-
„ rit miſericorditer diſpenſatum, cum ea non
„ fuerint canonice conſecuti. Illi vero, qui
„ ſcienter illa beneficia talibus contulerunt,
„ tamdiu debent a beneficiorum collatione ſuſ-
„ pendi, donec ſuper hoc veniam conſequi
„ mereantur, ut puniantur in hoc, in quo de-
„ linquere præſumſerunt. Quæſiviſtis præterea,
„ qualiter puniri debeant Clerici, Monachi, vel
„ Moniales Eccleſiarum conventualium, qui
„ poſt latam interdicti ſententiam, in locis
„ ſuppoſitis interdicto præſumſerunt hactenus,
„ & adhuc etiam non verentur divina officia
„ celebrare, quamvis propter hoc ſint excom-
„ municationis vinculo innodati. Ad hoc bre-
„ viter reſpondemus, quod Clerici, qui talia
„ præſumſerunt, ſunt Eccleſiaſticis beneficiis
„ ſpoliandi; Monachi vero, vel Moniales in
„ arctioribus monaſteriis ad peragendam pœ-
„ nitentiam detrudendi.

Gregor. Decano Salesberien. Archidiacono, & Magiſtro P. Penetel. Canonico Pariſienſ.

„ CUm dilectus Filius Guilliel. Andren. Ec-
„ cleſiæ monachus, qui pro Clerico ejuſ-
„ dem Eccleſiæ ſe gerebat, & G. procurator
„ monaſterii Karoſen. ſuper jure eligendi Ab-
„ batem in Andren. monaſterio, & ejuſdem
„ electione in noſtra præſentia adinvicem liti-
„ garent, idem Guil. electionem ſuam a fra-
„ tribus Andren. Eccleſiæ concorditer celebra-
„ tam, auctoritate Apoſtolica petiit confirma-
„ ri, aſſerens tam de jure communi, quam de
„ privilegio ſpeciali, eis ab Alexandro Papa
„ conceſſo, & a nobis poſtmodum confirmato,
„ liberam eligendi auctoritatem ad eoſdem fra-
„ tres tantummodo pertinere (& infra) Di-
„ ctus vero procurator propoſuit ex adverſo,
„ quod cum olim ad petitionem patronorum
„ Eccleſiæ a Morien. Epiſcopo fuerit conſtitu-
„ tum, quod ſi præfatus locus divino munere
„ adeo pullularet, ut Prior, aut Abbas con-
„ ſtitueretur ibidem, electio ejus penes fratres
„ ejuſdem loci, & Capitulum Karoſen. pen-
„ deret, & obtentu hujuſmodi ſtatuti ſic fue-
„ rit longe retroactis temporibus obſervatum,
„ ut, monaſterio Andren. vacante, Andren.
„ fratres in Karoſen. capitulo, aliquem de gre-
„ mio monaſterii Karoſen. ſibi eligerent in Ab-
„ batem; electio prædicti G. tam contra ſta-
„ tuti tenorem, quam etiam contra conſuetu-
„ dinem approbatam (quæ optima eſt legum
„ interpres) minus canonice attentata, meri-
„ to caſſari debebat (& infra) Quia nobis con-
„ ſtitit electionē ipſam a ſuſpenſis, & de ſuſpen-
„ ſo etiam celebratam, eam juſtitia caſſavimus
„ exigente. Ceterum cum ſupradictum ſtatu-
„ tum ita ſane poſſet intelligi, quod per illud
„ nec juri communi, nec privilegio derogetur,
„ ut videlicet ad ſæpedictos fratres electio ſpe-
„ ctet Abbatis, & ad Karuſen. Capitulum con-
„ firmatio; mandamus, quatenus ſi ex parte
„ Karoſen. Cœnobii talis fuerit conſuetudo pro-
„ bata, quæ juri communi præjudicet, in hac
„ parte vos ſecundum illam decernatis electio-
„ nem Andren. Abbatis de cetero faciendam:
„ alioquin Andren. monachis jus eligendi Ab-
„ batem adjudicare curetis, ut ſic de cetero
„ liberam habeant facultatem, vel de gremio
„ Eccleſiæ ſuæ, vel etiam aliunde, per ele-
„ ctionem Canonicam eligendi perſonam ido-
„ neam in Abbatem præſentandam Karoſen.
„ Capitulo, ut ab eo (ſi fuerit Canonica) con-
„ firmetur.

Hoc tamen ultimum, ſcilicet, *quod non debet percipere fructum ſtipendiorum, quæ prius fuerant ei collata*, intelligo, quando eſt in mora petendæ abſolutionis; alias non. Extra, de conceſ. præb. cap. *Quia diverſitatem*. Si tamen poſt abſolutionem eum injuſte fuiſſe excommunicatum conſtiterit, debet recuperare omnes fructus medii temporis. Cauſſa 2. quæſt. 4. cap. *Super cauſſa*. *v. pag. 189*

„ SUper cauſſa Guillandi Presbyteri tui de
„ morte Epiſcopi prædeceſſoris tui infama-
„ ti, in medium conſuluimus. Itaque circum-
„ ſtantium fratrum unanimi conſenſu tuæ di-
„ lectioni reſcribimus, præfatum Guillandum
„ Presbyterum ante te præſentandum, ubi ſi
„ certi accuſatores defuerint; tunc dictante ju-
„ ſtitia ſine omni controverſia Presbyter, quæ-
„ cumque ob hoc injuſte amiſit, ac Sacerdo-
„ tium accipiat, & integra beneficia.

Si autem juſte fuerit excommunicatus, nihil recuperabit, ne propter ſpem reſtitutionis, diſciplina Eccleſiaſtica contemnatur. Diſt. 50. c. 8. ſeu, c. *Si lapſis*, & in præalleg. Decret. c. *Quia diverſitatem*. *v. pag. 338*

Ceterum minori excommunicatione ligatus, nec eligere prohibetur, nec ea, quæ ratione juriſdictionis ſibi competunt, exercere: ſi tamen ſcienter talis electus fuerit, ejus eſt electio irritanda, & ſi celebrat, graviter peccat; ſed nullam propter hoc notam irregularitatis incurrit. Extra, de Cler. excomm. min. c. ultimo, ſeu, *Si celebrat*,

Gregor. IX. Raynaldo Camano Epiſcopo.

„ SI celebrat minori excommunicatione liga-
„ tus, licet graviter peccet; nullius tamen
„ irregularitatis notam incurrit, nec eligere
„ prohibetur, vel ea, quæ ratione juriſdictionis
„ ſibi competunt, exercere: ſi tamen ſcienter
„ talis electus fuerit, ejus electio eſt irritanda,
„ pro eo quod ad ſuſceptionem eorum eligi-
„ tur, a quorum perceptione a ſanctis Patribus
„ eſt privatus. Peccat autem conferendo Ec-
„ cleſiaſtica ſacramenta; ſed ab eo collata, vir-
„ tutis non carent effectu: cum non videatur a
„ collatione, ſed participatione Sacramento-
„ rum (quæ in ſola conſiſtit perceptione) re-
„ motus. Dummodo non in contemtum Ec-
„ cleſiaſticæ diſciplinæ, videlicet contra prohi-
„ bitionem ſuperioris, communioni excommu-
„ nicatorum pertinaciter ſe ingeſſerit, in quo
„ caſu eſt anathemate feriendus.

Hoc etiam teneas, quod licet verberans Clericum amicabiliter componat cum Clerico verberato, vel reconcilietur ei; nihilominus eſt tamquam excommunicatus vitandus. Idem, ſi arripuit iter eundi ad Curiam. Idem, ſi nondum eſt denunciatus excommunicatus. Nam omnes tales excommunicati ſunt. Extr. de ſent. excomm. c. *Cum deſideres*, & c. *A nobis* 2. *v. pag. 356 & infra.*

Item nota, quod in articulo mortis poteſt abſolvi excommunicatus quacumque excommunicatione teneatur, a ſimplici Sacerdote. Arg. de pœnit. diſt. 1. c. *Quem pœnitet*, de ſent. excomm. c. *Non dubium*.

Alex. III.

„ NOn dubium eſt, quod hi, qui violentas
„ manus in Clericos, vel Canonicos, aut

cujuſ-

Digitized by Google

„ cujuslibet religionis Converſos injiciunt, ex
„ conſtitutionn Concilii ſententiam excommu-
„ nicatioois incurrunt, nec niſi in articulo mor-
„ tis ſine Romano Pontifice, abſolutionis poſ-
„ ſunt beneficium impetrare.

Immo etiam volunt plerique dicere, quod a Laico. Argum. de conſecr. diſt. 4. cap. *Sanctum*.

Augusт. ad Fortunatum.

„ SAnctum eſt baptiſma per ſeipſum, quod
„ datum eſt in Nomine Patris, & Filii,
„ & Spiritus Sancti, ita ut in eodem Sacra-
„ mento ſit etiam auctoritas traditionis per
„ Dominum noſtrum ad Apoſtolos; per illos
„ autem ad Epiſcopos, & alios Sacerdotes et-
„ iam Laicos Chriſtianos ab eadem origine,
„ & ſtirpe venientes. Nam cum illa hiſtoria
„ narratur, omnes, qui audiunt, prope ad la-
„ crymas movet. Cum in navi quadam nullus
„ fidelis eſſet præter unum pœnitentem, &
„ naufragium cœpit imminere, erat ibi qui-
„ dam non immemor ſuæ ſalutis, & Sacra-
„ menti vehementiſſimos flagitator: nec erat
„ aliquis, qui dare poſſet, niſi pœnitens ille:
„ acceperat enim; ſed pro peccato, de quo age-
„ bat pœnitentiam, amiſerat ſanctitatem, ſed
„ non amiſerat Sacramentum. Nam ſi hoc a-
„ mittunt peccantes, cum reconciliantur poſt
„ pœnitentiam, quare non iterum baptizan-
„ tur? Dedis ergo quod acceperat: & ne peri-
„ culoſe finires vitam, non reconciliatus petiit
„ ab eo ipſo quem baptiaaverat, ut eum re-
„ reconciliaret, & factum eſt: & ſic naufra-
„ gium evaſerunt. Cognitum habes, quod fe-
„ cerunt. Nemo extitit eorum, qui non pium
„ animum ita crederet, ut conſiliis eorum in
„ illo periculo Dominum crederet affuiſſe: mo-
„ tus enim animus religioſus, & ſupplex ab
„ homine exegit Sacramentum, a Deo ipſe
„ impetravit ſanctitatem. Quod ſi forte hoc,
„ quod narravi de his, qui naufragio imminen-
„ te periclitabantur, non vult aliquis credera
„ (non enim hoc divinarum ſcripturarum au-
„ ctoritas, ſed incerto auctore fama commendat)
„ non repugnabo, ſed interrogabo: Si tale ali-
„ qoid contingat, quid futurum eſt? Non poteſt
„ enim quiſquam dicere relinquandum eſſe il-
„ lum, qui morte imminente petit baptizari:
„ quem baptizatum a pœnitente quiſquis non
„ credit contigiſſe, oportet, ut credat poſſe con-
„ tingere.

Si tamen non fuerit abſolutus, & ita moritur, ſi apparuerint in eo ſigna contritionis, poterit abſolvi poſt mortem, ſed non niſi ab eo, qui eumdem vivum & ſanum potuit abſolvere. Extra eodem c. *A nobis* 2.

Innoc. III Abbati ſancti Andreæ.

„ A Nobis eſt ſæpe quæſitum, utrum ſi ali-
„ quis excommunicatus, in quo indicia
„ fuerint pœnitentiæ manifeſta, nec per eum
„ ſteterit, quominus reconciliaretur Eccleſiaſti-
„ cæ unitati, non ſuſcepto beneficio abſolutio-
„ nis deceſſerit, pro abſoluto ab Eccleſia ſit ha-
„ bendus: & utrum pro tali recipienda ſit elee-
„ moſyna, & a fidelibus ſit orandum (& infra)
„ Nos igitur conſultationi tuæ breviter reſpon-
„ demus, quod judicium Dei, veritati, quæ non
„ fallit, nec fallitur, ſemper innititur: judi-
„ cium autem Eccleſiæ nonnumquam opinio-

Nota.

„ nem ſequitur, quam & fallere ſæpe contin-
„ git, & falli: propter quod contingit inter-
„ dum, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud
„ Eccleſiam ſit ſolutus: & qui liber eſt apud
„ Deum, Eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus.
„ Vinculum ergo, quo peccator ligatus eſt apud
„ Deum, in culpæ remiſſione diſſolvitur: illud
„ autem, quo ligatus eſt apud Eccleſiam, cum
„ ſententia remittitur, relaxatur. Quod in ſuſci-
„ tatione Lazari ſermo Evangelicus manifeſtat,
„ quem prius Dominus ſuſcitavit, & Apoſtolis
„ præcepit poſtmodum ſolvere ſuſcitatum. Un-
„ de quantumcumque ſe quis juramento præſti-
„ to, quod Eccleſiæ mandato pareret, humili-
„ tate curaverit, quantumcumque pœnitentiæ
„ ſigna præceſſerint; ſi tamen morte præven-
„ tus, abſolutionis non potuerit beneficium ob-
„ tinere, quamvis abſolutus apud Deum fuiſſe
„ credatur; nondum tamen habendus eſt apud
„ Eccleſiam abſolutus: poteſt tamen, & debet
„ ei Eccleſiæ beneficio ſubveniri, ut ſi de ipſius
„ viventis pœnitentia per evidentia ſigna conſti-
„ terit, defuncto etiam abſolutionis beneficium
„ impendatur. Nec obſtat, quod Eccleſiæ legi-
„ tur attributa poteſtas ligandi, atque ſolven-
„ di homines ſuper terram, tamquam non poſ-
„ ſit ſolvere, & ligare ſub terra ſepultos: &
„ quod legitur: *Non communicetur mortuo, cui non*
„ *eſt communicatum*, *& vivo*, cum etſi communi-
„ catum non fuerit, communicandum tamen illi
„ fuiſſet, quem non contemtus religionis, ſed
„ neceſſitatis articulus impedivit, & in certis
„ caſibus a Canonibus denotatis ligaſſe legatur
„ Eccleſia mortuos, & ſolviſſe. Ut autem in
„ uno pariter, & eodem negotio & ſervemus
„ rigorem, & manſuetudinem oſtendamus;
„ ſtatuimus, ut illius mortui abſolutio a Sede
„ Apoſtolica requiratur, qui cum viveret, ab
„ ea fuerat abſolvendus: aliorum autem abſolu-
„ tionem ex præmiſſa cauſſa ceteris indulge-
„ mus, a quibus, dum viverent, fuerant abſol-
„ vendi. Abſolutionis autem forma ſervetur, ut
„ fiat cum pœnitentiali pſalmo, & tam oratione
„ Dominica, quam alia conſueta. Hæredes quo-
„ que ipſius ad ſatisfaciendum pro ipſo, ſi mo-
„ nitione præmiſſa noluerint, per diſtrictionem
„ Eccleſiaſticam compellantur.

Item ſi judex excommunicet ſubditum ſuum ſub hac forma, *Excommunico illum*, vel ſimili; dicendum eſt, ſublatis opinionibus, eum non tantum minori, quæ a perceptione Sacramentorum; ſed etiam majori excommunicatione, quæ a communione fidelium ſeparat, eſſe ligatum. Extra, de ſent. excomm. c. *Si quem*. *v. pag. 381 Poſtillat.*

QUid ergo de illo, qui credit, aut timet ſe communicaſſe tum excommunicato, tum ſuis participantibus, aut alias incurriſſe excommunicationem majorem, de qua tamen non eſt certus, utrum ſit lata, necne, vel utrum inciderit in eam, necne?

Reſp. Si ſuper hoc conſcientiam habet ſcrupuloſam nimis, & levem, & temerariam opinionem, deponat eam ad conſilium alicujus boni viri; quam ſi non poſſit, vel nolit deponere, vel ſi habeat de hoc probabilem opinionem, faciat ſe abſolvi, ut hic dicitur, ad cautelam ab illo, qui ſuper hoc poteſt eum abſolvere. Arg. extr. eod. c. Inquiſitioni. *v. pag. 57.*

Item in dubio, ſemper in judicio animæ debet eligi tutior via, ut ſcilicet præſumatur, & ita petat abſolutionem ad cautelam: melius eſt enim, ut non excommunicatus faciat ſe abſolvi, quam ſi decederet excommunicatus non petita abſolutione. Cauſſa 13. quæſt. 2. cap. *Non æſtimemus*.

Augusт. In lib. de agenda Cura pro mortuis.

„ NOn æſtimemus ad mortuos, pro quibus
„ curam gerimus, pervenire, niſi quod
„ pro eis, ſive orationum, ſive eleemoſynarum
„ ſa-

Digitized by Google

„ ſacrificiis ſolemniter ſupplicamus. Quamvis enim non pro quibus fiunt, omnibus proſint, ſed his tantum, quibus, dum vivunt, comparatur, ut proſint: ſed quia non diſcernimus qui ſint; oportet ea pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint, & debeant pervenire. Melius enim ſuperetunt iſta his, quibus nec obſunt, nec proſunt, quam eis deerunt, quibus proſunt; diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſariis ſuis, quo pro illo fiat ſimiliter a ſuis: corpori autem humano quidquid impenditur, non eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium ſecundum affectum, quo nemo umquam carnem ſuam odio habet. *Ephes. 5.* Unde oportet, ut quam poteſt pro carne proximi, curam gerat, cum ille inde receſſerit, qui gerebat: & ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem non credunt; quanto magis debent facere, qui credunt? ut corpori mortuo, ſed tamen reſurrecturo, & in æternitate manſuro impenſum ejuſmodi officium ſit etiam quodammodo ejuſdem fidei teſtimonium. Quod vero quiſque apud memorias martyrum ſepelitur, hoc tantum mihi videtur prodeſſe defuncto, ut commendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo ſupplicationis augeatur.

Poſt mortem tamen præſumerem contrarium, & ita orarem pro tali. Arg. extr. de Presbyt. non bapt. c. 2. ſeu, *Apoſtolicam*.

Innoc. III Epiſcopo Cremon. „ APoſtolicam Sedem conſulere decreviſti (& infra) Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemos, Presbyterum, quem ſine unda baptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſignificaſti; quia in ſanctæ matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeveraverit, ab origioali peccato ſolutum, & cæleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum aſſerimus incunctanter. Lege ſuper 8. lib. Auguſtini de Civitat. Dei, ubi inter cetera legitur: *Baptiſmus invisibiliter miniſtratur, quem non contemtus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit*. Librum etiam B. Ambroſii, de obitu Valeotiniani, idem aſſerentis revolve. Sopitis igitur quæſtionibus Doctorum, Patrum ſententias teneas, & in Eccleſia tua juges preces, hoſtiaſque Deo offerri jubeas pro Presbytero memorato.

Item nota Leonis regulam: *Quibus vivis communicavimus* (& communicare debuimus, ſupple) *& mortuis communicare debemus*; & econtrario: *Quibus vivis non communicavimus* (nec communicare debuimus, ſupple; quia per hoc ſolvuntur multa contraria) *nec mortuis communicare debemus*. Cauſſa 24. q. 2. c. *De communione*, & c. *Sane quod*.

Leo Papa Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo Epiſt. 90. „ DE commuoione privatis, & ita defunctis, horum cauſſa judicio Dei reſervanda eſt, in cujus manu fuit, ut talium obitus non uſque ad communionis remedium differretur: nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non poſſumus.

Urbanus II. Guitmundo Epiſc. „ SAne quod ſuper Richardo filio Borelli fraternitas veſtra egiſſe innotuit pro zelo Dei, & animarum caritate, laudamus; ſed non adeo timendum, non adeo eſt vobis ab ejus eleemoſynis abſtinendum. Inter ceteros quippe noſtræ fidei Patres B. Leo Papa doctor egregius: *Quibus vivis*, inquit, *non communicavimus, nec mortuis communicare debemus*. Conſtat ergo, quoniam quibus vivis (ut ex oppoſito loquamur) communicavimos, mortuis quoque communicare poſſumus. Nos plane inter duo oppugnantia poſiti, inter Impios videlicet, & Schiſmaticos, & Schiſmaticis ullo modo communicare non poſſumus, aut licet: peccatoribus vero, & prædonibus diſpenſative propterea communicamus, quia & Eccleſiam hactenus ſuſtentaverunt, & ſe fideles in poſterum pollicentur. Alioquin oportet nos de hujus mundi partibus exire. Sub qua etiam ſponſione nos eis nuper in B. Petri Natalitiis abſolutionem indulſimus. Quia ergo prædictus vir neque nominative excommunicatus, neque communicans cum excommunicatis ex nomine exiit, ſed in Domini ſui fide, atque ſervitio permanſit; licet nobis diſpenſative, id eſt, quamdiu eos patimur, ejus eleemoſynis communicare, & defuncti animam Chriſtianæ religionis modis omnibus adjuvare.

Hæc de ſententia excommunicationis tamquam utilia, & neceſſaria notavi, aliqua etiam dimiſi propter prolixitatem vitandam.

Item circa ſententias conditionales, quædam utilia invenies notata cauſſa 11. q. 3. cap. *Si is, qui præeſt*, *§. Cum ergo ſubditi*, & extra, de appell. c. *Praterea* 2.

v. pag. 410 Isidorus. Grattan.

„ SI is, qui præeſt.... *Cum ergo ſubditi excommunicantur ideo, quia ad malum cogi non poſſunt; tunc ſententia non eſt obediendum, quia juxta illud Gelaſii, nec apud Deum, & nec apud Eccleſiam ejus, quemquam gravat iniqua ſententia*.

De hac etiam materia require ſupra de hæreticis, §. *Puniuntur*, & *§. Punitur*. Item ſupra de ſchiſm. *§. Puniuntur*, in fin. de Apoſt. *§. Pœna*. Item de Sacrileg. de Immun. Eccleſ. de ſagit. & multis aliis locis.

TITULUS XXXIV.

De Pœnitentiis, & Remiſſionibus.

POſt abyſſum, & laqueos Babylonis, de quibus ſuperius aliqua memoravimus ad cautelam, videlicet, ut cognoſcantur, & cognita melius evitentur; reſtat, ut ad portum quietis, ac ſerenitatis æternæ ſolliciti feſtinemus, inquirentes viam rectam, neceſſariam, & infallibilem, quæ quidem eſt pœnitentia: circa quam videndum quid ipſa ſit, & unde dicatur; de tribus actionibus pœnitentiæ; de tribus ſpeciebus ejuſdem; quæ ſint neceſſaria in vera pœnitentia; de Clavibus, de remiſſionibus, de impedimentis pœnitentiæ; & aliqua alia dubitabilia interponemus circa iſtam materiam.

---

§. I.

Quid eſt pœnitentia, & unde dicatur.

POEnitentia eſt, ut ait Ambroſius, *mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere*. Item Auguſtinus: *Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe*. *August. de dogmatibus Eccl. c. 54.*

Dicitur autem pœnitentia, quaſi *pœnæ tentis*,

a puniendo, quia per illam quis punit illicita, quæ commiſit. Probantur hæc de pœnit. Diſt. 3. circa princip. & præſertim cap. *Pœnitentia*, 2. & c. *Si Apoſtolus*.

v. infra. August. *L. de vera & falſa pœnit. c. 8.*

,, PŒnitentia eſt quædam dolentis vindicta,
,, puniens in ſe quod dolet commiſiſſe (&
,, infra c. 29.) Continue dolendum eſt de pec-
,, cato, quod declarat ipſa dictionis virtus.
,, Pœnitere enim eſt pœnam tenere, ut ſemper
,, puniat in ſe ulciſcendo, quod commiſit pec-
,, cando. Pœna enim proprie dicitur læſio,
,, quæ punit, & vindicat, quod quiſque com-
,, miſit. Ille igitur pœnam tenet, qui ſemper
,, punit, quod commiſiſſe dolet.

Ambroſ. lib. 2. de pœn. c. 11.

Occaſione illius verbi poſiti in auctoritate Ambroſii, *& plangenda iterum non committere*, dixerunt quidam, quod ſi aliquis vere pœnitet, numquam poſtea peccabit mortaliter: & ſi contigerit ipſum peccare poſtea, probatur per hoc, quod prima non fuit vera pœnitentia: muniunt ſe aliis auctoritatibus. Iſidorus: *Irriſor eſt, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet, nec videtur Deum poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus.* Item Auguſtinus: *Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat.* Item: *Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata.*

Isidorus *Lib. de ſummo bono c. 16.* *Aug. in lib. ſoliloquiorum.*

Ad hoc dicendum, quod verba poſita in auctoritate prædicta Ambroſii, & ſimilibus, non ad diverſa tempora, ſed ad illud, in quo quis pœnitet, ſunt referenda, ſcilicet ut tempore, quo plangit commiſſa mala, non committat opere, vel voluntate flenda: & hoc aperte innuit Gregorius dicens: *Pœnitentiam agere eſt præterita mala plangere, & plangenda non committere. Nam qui ſic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſſimulat. Quid enim prodeſt, ſi peccata luxuriæ quis defleat, & tamen adhuc avaritiæ æſtibus anhelat?* Item Iſidorus, poſt illa verba, *Irriſor eſt, &c.* ſtatim ſubjunxit, exponens quod dixerat: *Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt, & peccare non deſinunt: quoſdam accipere lacrymas ad pœnitentiam cerno, & effectum pœnitentiæ non habere.*

Gregor. in æſtivum tempus, hom. 34. Evang.

Poſtillat.

COntrarium dixit Philoſophus: Peccat qui diffinit id, quod eſt in quiete, per id, quod eſt in motu; ſed pœnitentia dicit habitum, plangere actum; ergo, &c.

Solutio. Habitus cognoſcuntur per actus; tamen hic non accipitur, ut eſt in motu, ſed ut eſt in quiete. Unde non dicitur plangere, *quia ſemper ſit in actu plangendi, ſed quia eſt habilis ad plangendum; & ſic accipitur in quiete.*

Sufficit ergo ad veritatem pœnitentiæ, ut quis plangat præterita, & proponat in animo plangenda iterum non committere.

Occaſione etiam dictorum verborum: *Dixerunt plerique doctores, quod pœnitentia non poteſt iterari.* Quia ſi vera fuit, numquam poſtea fracta fuit; ſi fracta fuit, pœnitentia non fuit. Item quod caritas ſemel habita non poteſt amitti.

De primo require infra eodem, §. *Species pœnitentiæ.*

In ſecundo fundant intentionem ſuam multis & validis auctoritatibus. Apoſtolus: *Caritas numquam excidit.* Auguſtinus: *Caritas, quæ deſeri poteſt, numquam vera fuit.* Idem: *Radicata eſt caritas, ſecurus eſto, nihil mali procedere poteſt.* Item Proſper in lib. de contemplativa vita: *Caritas eſt, ut mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præſentibus prorſus adverſa, juncta Deo inſeparabiliter, & ignita igne quodam Spiritus Sancti, a quo eſt, & ad quem refertur, incontaminata, inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa, affectionum omnium potentiſſima, divinæ contemplationis avida, in omnibus ſemper invicta, ſumma actionum bonorum, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, ſanctarum mentium arma, cauſſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo complacuit, cum qua non potuit aliquis peccare, nec poterit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeverantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quidquid eſt boni operis, vivit.* Idem in eodem: *Si Deum ex toto corde diligamus; nihil erit in nobis, unde peccati deſideriis ſerviamus.*

1. Cor. 14. Aug. lib. de vera, & falſa pœnitentia, c. 8.

De pœn. diſt. 2. *Caritas*, verſ. *Item igitur.*

Item Auguſtinus: *Caritas eſt aqua, de qua Dominus in Evangelio:* Qui biberit ex aqua, quam ego dedero, vel dabo ei, non ſitiet in æternum.

Auguſt. in Pſal. 103. ad verſ. Qui regis aquis.

Item Ezech. 1. *Pennata animalia minime revertebantur, cum inciderent, ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.*

Item Salomon: *Juſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem.*

Prov. 4.

Solutio. Hæc, quæ dicta ſunt de caritate, de perfecta intelligi poſſunt: dicitur enim caritas perfecta in via, alia quoad ſufficientiam, quia ſufficit ad vitam æternam habendam. De pœnit. diſt. 3. cap. *Quamvis caute*, §. *Hac auctoritate.*

Auguſt. *Ad Macedonium Epiſt. 54.*

,, QUamvis caute, & ſalubriter proviſum
,, ſit, ut locus illius humillimæ pœniten-
,, tiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medici-
,, na vilis minus utilis eſſet ægrotis, quæ
,, tanto magis ſalubris eſt, quanto minus con-
,, temtibilis fuerit; quis tamen audeat dicere
,, Deo: Quare huic homini, qui poſt primam
,, pœnitentiã rurſus ſe laqueis iniquitatis aſtrin-
,, git, adhuc iterum parcis? *Hac auctoritate &*
,, *illud Ambroſii determinatur, & iterum pecca-*
,, *tori per primam pœnitentiam veniam dari mon-*
,, *ſtratur: alioquin nequaquam iterum parceret*
,, *Deus, qui necdum pepercisset.* Satisfactio quo-
,, que pœnitentiæ: *&*: Vade, amplius noli pec-
,, care, *eumdem cum definitione intellectum habent.*
,, *Illud autem, quod in libro de pœnit. dicitur,*
,, *de perfecta eſt intelligendum. Sicut enim cari-*
,, *tas alia eſt incipiens, alia eſt proficiens, a-*
,, *lia eſt perfecta; ſic & pœnitentia, alia eſt in-*
,, *cipientium, alia proficientium, alia perfecto-*
,, *rum. Sicut autem caritati, licet nondum perfectæ*
,, *in baptiſmo datur venia peccatorum, ut quam-*
,, *vis poſtea graviter aliquis ſit peccaturus; tunc*
,, *tamen intelligatur eſſe renatus, non aqua tantum*
,, *(ſicut Jovinianus tradidit) ſed aqua; & ſpiri-*
,, *tu (ſicut Hieronymus contra eum ſcribit) ſic, &*
,, *incipientium pœnitentiæ venia non negatur, quæ*
,, *quadam ratione perfecta poteſt dici, quia toto*
,, *corde gemit, & dolet: licet & alia ratione pot-*
,, *eſt dici imperfecta, quia non uſque in finem du-*
,, *ratura. Secundum primum modum perfectionis*
,, *intelligitur illud Joannis os aurei:* Perfecta pœ-
,, nitentia, &c. *juxta ſecundum modum perfectio-*
,, *nis illud Auguſtini intelligitur:* Pœnitentia eſt
,, vindicta ſemper puniens in ſe quod dolet
,, commiſiſſe. *Illud autem*, ſi pœnitentia finitur
,, nihil de venia relinquitur, *dupliciter intelligi*
poteſt.

Gratian c. Reperiuntur.

c. Satisfactio.

Joann. 8.

v. infra.

v. ſupra.

,, *poteſt. Si enim juxta quorumdam ſententiam pec-*
,, *cata dimiſſa redeunt, facile eſt intelligere*, Nihil
,, de venia relinqui, *quoniam peccata, quæ prius*
,, *erant dimiſſa, iterum replicantur. Sicut enim il-*
,, *le, qui ex juſta ſervitute in libertatem manumit-*
,, *titur, interim vere liber eſt, quamvis ob ingra-*
,, *titudinem in ſervitutem poſtea revocetur; ſic & pœ-*
,, *nitenti peccata vere remittuntur, quamvis ob in-*
,, *gratitudinem veniæ eiſdem poſtea ſit implicandus,*
,, *ſi autem peccata dimiſſa non redeunt, dicitur:*
,, Nihil relinqui de venia, *quia nihil relinquitur*
,, *ſibi de vita munditia, & ſpe æternæ beatitudinis,*
,, *quam cum venia aſſecutus eſt. Sicut enim argen-*
,, *tum perfecte purgata nihil ſui decoris relinquitur,*
,, *ſi ſequenti ærugine fœdatur, non tamen prima,*
,, *ſed ſequenti ſordidatur; ſic expiato per pœniten-*
,, *tiam*, nihil de venia, *dicitur*, relinqui, *cum*
,, *tamen jam non deletis, ſed adhuc expiandis co-*
,, *inquinetur.*

Alia dicitur perfecta caritas quoad effectum, vel ſignum: Joan. 15. *Majorem caritatem nemo habet, &c.* id eſt majus ſignum caritatis. Alia quoad perſeverantiam finalem. Auguſtinus: *Firmum fundamentum Dei ſtat immobile habens ſignaculum hoc: ſcit Deus, qui ſunt ejus. Horum fides, quæ per dilectionem operatur, perfecte autem omnino non deficit, aut ſi qui ſunt, quorum deficit, reparantur, antequam vita finiatur iſta, & deleta iniquitate, quæ intercurrerat, uſque ad finem perſeverantia reparatur.* Idem: *Nullus eorum ex bono in malum commutatus finit hanc vitam.*

2. Tim. 2.

Galat. 5.

Vocat autem *Firmum fundamentum* prædeſtinationem, ſive prædeſtinatos: & quod ſequitur poſtea, *Nullus eorum*, expone, ſcilicet, *prædeſtinatorum*; & ſecundum hanc ultimam acceptionem poſſunt intelligi auctoritates præmiſſæ, vel de caritate perfecta, quæ eſt in patria; vel intelligas eas conjunctim, quia durante caritate, non poteſt peccare homo habens caritatem.

Illud vero Auguſtini, *Caritas, quæ deſeri poteſt, numquam vera fuit;* intelligitur ſic: Non fuit vera, id eſt, incommutabilis: vel ſic: Non fuit vera in comparatione caritatis Dei: ſæpe enim comparatione facta ad Deum talia leguntur, ut illud: *Aſtra non ſunt munda in conſpectu ejus*, & illud: *Omnis homo mendax*, & illud: *Vanitas vanitatum, &c.* Et ita caritas ſemel habita, non poteſt amitti, ſcilicet, ſi eſt perfecta: ſi autem eſt imperfecta, amitti poteſt. Hoc patet in Adam, qui habuit caritatem, poſtea amiſit. De pœnitent. diſtinct. 2. cap. *Non eſt tam injuſtus*, §. *Adam*, & cap. *Quomodo*, & cap. *Princeps*, & capit. *Quando*, & cap. *Primus homo*, & cap. *Illa anima*.

Auguſt. de correct. & gratia, c. 8.

Job 23.

Apostol. Ad Galatas, c. 5. Gratian.

,, NOn eſt tam injuſtus Deus, ut obliviſca-
,, tur operis veſtri, &c. *Adam vero, cum*
,, *in virili ætate a Domino creatus ſit, antequam*
,, *a diabolo tentaretur, dum de latere ejus uxor for-*
,, *mabatur, dum in extaſi raptus angelicæ curiæ*
,, *intererat, dum evigilans futura Chriſti, & Eccle-*
,, *ſiæ Sacramenta vaticinabatur; aut caritatem, aut*
,, *odium habebat: ſi autem odium habebat, non fuit*
,, *diabolus auctor noſtri peccati. Item ſi ſine carita-*
,, *te a Deo creatus eſt, ejus ſimilitudinem in creatio-*
,, *ne ſui nequaquam accepit. Item ſi ſine caritate*
,, *creatus eſt juſtus, & innocens a Deo factus non*
,, *eſt: Creatura namque rationis capax, & liberi*
,, *arbitrii, juſtitiæ, & innocentiæ ſine caritate par-*
,, *ticeps eſſe non poteſt. Colligitur ergo, quod Adam*
,, *antequam peccaret, caritatem habuit, ſine qua*
,, *juſtus & innocens eſſe non potuit.*

,, QUomodo renovari dicimur, ſi non hoc
,, recepimus, quod perdidit primus homo,
,, in quo omnes moriuntur? Hoc plane rece-
,, pimus, quia juſtitiam, ex qua in peccatum
,, lapſus eſt (Et paullo poſt) ... Exſpoliantes vos
,, veterem hominem cum actibus ſuis, induite
,, novum, qui renovatur in cognitione ei, ſe-
,, cundum imaginem ejus, qui creavit eum.
,, Hanc imaginem in ſpiritu mentis impreſſam
,, perdidit Adam per peccatum (Et poſt pau-
,, ca) Stola prima illa juſtitia eſt, unde lapſus
,, eſt Adam.

Auguſt. In Geneſ. ad litterã lib. 6. c. 24 Coloſſ. 3.

,, PRinceps vitiorum omnium, dum vidit
,, Adam ex limo terræ ad imaginem Dei
,, factum, pudicitia ornatum, temperantia
,, compoſitum, caritate ſplendidum; primos
,, parentes illis donis, ac tantis bonis ex-
,, ſpoliavit pariter, ac peremit. Namque cum
,, homini abſtuliſſet pudicitiam, continen-
,, tiam, caritatem, immortalitatem, ſuo do-
,, minio eum obſtrinxit (Et paullo poſt) A-
,, dam amiſſa temperantia factus eſt intem-
,, perans; perdita caritate malus inventus
,, eſt.

Joan. Homil. 3.

,, QUando Adam ſolus erat, non eſt præ-
,, varicatus, quia mens ejus adhærebat
,, Deo.

Ambros. Ad Sabinum Epiſt. 43.

,, PRimus homo erat recens Dei opus,
,, conſabulator aſſiduus, civis ſanctorum
,, Angelorum complantatus erat virtutibus.

Idem. ad eumdẽ cap. 42.

,, ILla anima a Deo pingitur, quæ habet
,, in ſe virtutum gratiam renitentem,
,, ſplendoremque pietatis. Illa anima bene
,, picta eſt, in qua elucet divinæ operatio-
,, nis effigies. Illa anima bene picta eſt, in
,, qua eſt ſplendor gloriæ, & paternæ ima-
,, go ſubſtantiæ. Secundum hanc imaginem,
,, quæ refulget, pictura pretioſa eſt. Secun-
,, dum hanc imaginem Adam ante peccatum
,, depictus fuit; ſed ubi lapſus eſt, depo-
,, ſuit imaginem cæleſtis, ſumſit terreſtris ef-
,, figiem.

Idem In Hexameron. 6. c. 7.

Item poteſt poni exemplum de Moyſe, Aaron & David, & multis aliis, quod conſtat habuiſſe caritatem, & poſtea peccaſſe, & amiſiſſe illam. De pœnit. diſt. 2. cap. *Ut cognoverunt*, §. *Opponitur*.

,, UT cognoverunt, quod nudi eſſent) Et
,, ante quidem nudi erant; ſed non ſi-
,, ne virtutum integumentis. (Opponitur et-
,, iam illud, quod omnis clamat auctoritas:
,, Si ſic permanſiſſet, ut erat ante peccatum,
,, eſſet translatus in gloriam, quam habituri
,, ſunt ſancti. Sed nemo adultus ſine caritate
,, intrat: caritatem ergo habebat. *Item oppo-*
,, *nitur de Moyſe, cujus fidem Apoſtolus in epiſto-*
,, *la ſua ad Hebræos commendans, dignis præco-*
,, *niis ejus merita prædicavit, dum ſe negavit eſſe*
,, *filium filiæ Pharaonis, malens affligi cum fra-*
,, *tribus, quam perfrui jucunditate temporalis pa-*
,, *latii, dum fratri compatiens, Ægyptium ſabu-*
,, *lo obruit: dum veritus animoſitatem regis, Ægy-*
,, *ptum reliquit: dum divino vallatus auxilio, regis*
,, *furorem contemſit, atque in virtute ſignorum po-*
,, *pulum de Ægypto eduxit. Quæ omnia quibus lau-*
,, *dibus ſunt efferenda, ſi tunc caritas in eo non e-*
,, *rat, cum non habeat aliquid viriditatis in ſe ra-*
,, *mus boni operis, niſi procedat ex radice carita-*
,, *tis? Quomodo autem caritatem non habebat, cui*

Ambros. In lib. de Paradiſo, c. 13. Gratian.

Hebr. 11.

Exod. 33.

Exod. 31.

„ *Dominus facie ad faciem loquebatur, ſicut homo*
„ *ſolet loqui cum amico ſuo? Quomodo caritatem*
„ *non habebat, qui pro populo ſupplicans dicebat:*
„ Aut dimitte eis noxam hanc, aut me dele
„ de libro tuo? *Annon proximam diligebat, qui pro*
„ *populo ſuo ſe objiciens, illum ab interitu libera-*
„ *vit? Annon diligebat Deum, qui pro eo in vitu-*
„ *li cultores deſæviens, ipſius vituli caput in pul-*
„ *verem comminuit, atque ut in ſeceſſum projicere-*
„ *tur, aqua mixtum Iſraelitis bibendum dedit,*
„ *nonnulos ex ejus cultoribus gladio feriri præcipiens,*
„ *ut populum, cujus erat interitus major futurus,*
Num. 11. „ *reconciliaret Domino? Annon caritatem habe-*
„ *bat, de cujus ſpiritu Dominus accepit, & ſuper*
„ *ſeptuaginta ſeniores Iſrael præpoſuit? Qui tamen*
„ *ad aquam contradictionis de Dei potentia, ſive*
„ *de ejus benignitate dubitans; cum cetera certa*
Num. 20. „ *fide promiſiſſet, producturus aquam de petra,*
„ *diffidenter excrepuit dicens:* Numquid de petra
„ hac poterο vobis educere aquam? *Quod nulli*
„ *leve videatur, cum in pœnam delicti ejus, ſibi*
„ *& Aaron a Domino dictum ſit:* Quia non exau-
„ diſtis vocem meam, ut glorificaretis me co-
Exod. 4. „ ram filiis Iſrael, non introducetis populum
„ hunc in terram, quam dedi eis. *An carita-*
Exod. 32. „ *tem non habebat Aaron, quando fratri coad-*
„ *jutor datus eſt, ut eſſet os ejus ad populum,*
„ *ut per eum ſigna fierent in Ægypto? Qui ta-*
„ *men in cultura vituli poſtea conſenſum populo adhi-*
Num. 23. „ *buit. An caritatem non habebat, quando ex omni*
„ *multitudine filiorum Iſrael, ſolus a Deo electus*
„ *eſt, ut Pontificatu ante eum fungeretur? Si ca-*
„ *ritatem non habebat, bonus non erat; ſi au-*
„ *tem bonus non erat, cur præ ceteris a Domi-*
„ *no in Pontificem electus eſt? An caritatem non*
„ *habebat, quando pro populo cum thuribulo in-*
Num. 16. „ *cendio ſe oppoſuit, & iram Dei placavit? & ta-*
„ *men, ut præmiſſum eſt, ad aquas contradi-*
1. Reg. 16. „ *ctionis iram Dei adverſum ſe poſtea provocavit.*
„ *Numquid etiam David caritatem non habuit,*
„ *ſuper quem Spiritus Domini a die unctionis di-*
„ *rectus eſt? An forte dicetur directus eſſe ſuper*
„ *eum, ut ex tunc gratiam prophetandi haberet,*
„ *non ut ex eo gratiam divinæ dilectionis accipe-*
Act. 13. „ *ret? Quod abſurdum plane videtur de eo ſentire,*
„ *de quo Dominus ait:* Inveni hominem ſecun-
1. Reg. 24. „ dum cor meum. *Quomodo etiam caritatem non*
„ *habebat, qui quærenti animam ſuam pepercit?*
„ *Qui oram chlamydis ſuæ præcidit? poſtea cor*
2. Reg. 1. „ *ſuum graviter percuſſit clamans:* Quem perſe-
„ queris, Rex Iſrael, canem mortuum, & cu-
2. Reg. 23. „ licem unum? *Quomodo caritatem non habebat,*
„ *qui quærenti animam ſuam pepercit? qui mor-*
„ *tem inimici ſui tam graviſſime tulit? Quomodo*
2. Reg. 6. „ *caritatem non habebat, qui aquam de Ciſter-*
„ *na Bethleem ſuorum periculo ſibi oblatam, non*
„ *bibit, ſed coram Domino libavit? Quomodo*
„ *caritatem non habebat, qui irriſus a Michol fi-*
Pſal. 7. „ *lia Saul, eo quod ante arcam Domini cytharam,*
„ *& pſalterium percutiens ſaltaſſet, ait;* Ludam,
„ & vilior fiam in oculis meis? *Si caritatem*
„ *non habebat, qua conſcientia ſecurae imprecaba-*
„ *tur ſibi ipſi dicens:* Si reddidi retribuentibus mi-
„ hi mala, decidam merito ab inimicis meis in-
Pſal. 25. „ anis? *Si caritatem non habebat, qua temeritate*
Pſal. 30. „ *juſte ſe judicari rogabat dicens:* Judica me, Deus,
„ ſecundum juſtitiam meam, & ſecundum in-
„ nocentiam meam ſuper me? *Idem:* Judica
„ me, Domine, quoniam ego in innocentia mea
„ ingreſſus ſum. *Et tamen poſt tot & innumera*
„ *alia divinæ, & ſupernæ dilectionis judicia, quam*
„ *graviter deliquerit, nullus ignorat, qui Bethſa-*
„ *beæ adulterium, & Uriæ homicidium audivit.*
„ *Cujus pœnitentiam ſi ſine caritate Domino obtu-*
„ *lit, veram cordis contritionem non habuit. Quo-*
„ *modo ergo ſacrificium cordis contriti, & ſpiritus*
„ *contribulati Domino promittere audebat dicens:*
„ Si voluiſſes, ſacrificium dediſſem utique, ho- Pſal. 50.
„ locauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo
„ ſpiritus contribulatus, &c. *Denique cum fal-*
„ *ſæ pœnitentiæ nulla a Deo promittatur remiſſio;*
„ *quomodo a Propheta audire meruit:* Dimiſſum
„ eſt tibi peccatum tuum, *ſi veram cordis con-*
„ *tritionem non habuit? Evidenter itaque apparet,* 2. Reg. 12.
„ *eum tunc caritatem habuiſſe, & ex caritate ſa-*
„ *crificium cordis contriti, & ſpiritus contribulati*
„ *Domino obtuliſſe: alioquin temerarie poſtulaſſet:*
„ Averte faciem tuam a peccatis meis, &c. *niſi* Pſal. 50.
„ *odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœ-*
„ *nitentiæ illum provocaſſet....*

Item ex prædictis patet, gradus eſſe non ſolum inter ipſas virtutes, ſed etiam in ſingulis virtutibus; quod probat Gregorius multipliciter, exponens verbum illud Ezechiel 40. *Et veniebat ibi ad portam, quæ reſpiciebat ad Orientem, & aſcendit ſuper gradus ejus.* De pœnit. diſt. 2. c. *Cum ſanctam.*

„ CUm ſanctam Eccleſiam Dominus ſuſcipit, Gregor. *ſuper Ezech.*
„ in gradibus ejus dignoſcitur, quia ejus
„ gloria per illius incrementa declaratur. Quan-
„ tum enim ſancta Eccleſia aſcendendo proficit,
„ tantum Deus hominibus ex ejus virtutibus in-
„ noteſcit.

Item Auguſtinus: *Si quis tantam habuerit caritatem, ut paratus ſit etiam pro fratribus mori; perfecta eſt in illo caritas. Sed numquid mox ut naſcitur, jam prorſus perfecta eſt? Non; ſed ut perficiatur, naſcitur, nata nutritur, nutrita roboratur, cum fuerit roborata, perficitur, cum ad perfectum venerit, quid dicit? Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Idem: *Caritas in quibuſdam perfecta, in quibuſdam imperfecta; perfectiſſima autem in hac vita haberi non poteſt.* [*Auguſtinus de gratia, & lib. arb. c. 17.*]

---

§. II.

De tribus actionibus pœnitentiæ.

ACtiones autem pœnitentiæ, ut ait Auguſtinus, ſunt tres: Una eſt, quæ novum hominem parturit, & fit ante Baptiſmum: niſi enim baptizandus pœniteat vitæ veteris, novam vitam inchoare non poteſt; ſed ſi baptizetur, recipit caracterem, ſed non gratiam, & peccatorum remiſſionem, donec recedat fictio de corde ſuo: non tamen tenetur iſte ad exteriorem pœnitentiam agendam, quia ſufficit ei pœnitentia interior.

Ab hac pœnitentia, quum baptizantur, ſoli parvuli ſunt immunes, eo quod non poſſunt uti libero arbitrio.

Altera vero pœnitentia eſt, ſive actio pœnitentiæ, quam quis poſt baptiſmum facit de mortalibus peccatis.

Tertia eſt, quæ fit de peccatis venialibus quotidianis. De hac Auguſtinus: *Pœnitentia humilium, & bonorum fidelium, pœna quotidiana.* Probantur hæc omnia de pœnit. diſt. 3. cap. *Tres* [*Aug. in lib. 50. homil. ult. c. 3.*]

ſunt

ſunt actiones. De conſecr. diſt. 4. c. *Tunc valere*, & c. *Agunt*, & c. *Ne quod abſit*, & c. *Sine pœnitentia*.

v. pag. 307

August. In lib. 50. homil. ult. c. 3.

,, TRes ſunt actiones pœnitentiæ, quas mecum veſtra eruditio recognoſcit. Sunt enim uſitatæ in Eccleſia, & diligenter attendentibus notæ. Una eſt, quæ novum hominem parturit, donec per baptiſma ſalutare omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum (Et paullo poſt) Omnis enim, qui jam ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum veteris vitæ pœniteat, novam inchoare non poteſt. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, ſoli parvuli immunes ſunt: nondum enim poſſunt uti libero arbitrio; quibus tamen ad conſecrationem, remiſſionemque originalis peccati prodeſt eorum fides, a quibus offeruntur (& infra) Altera vero pœnitentia eſt, cujus actio per totam vitam iſtam, quam in carne degimus mortali, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt. Primo, quia nemo vitam æternam, incorruptibilem, immortalemque deſiderat, niſi eum vitæ hujus temporalis, corruptibilis, mortaliſque pœniteat. Non enim ſic quiſque in novam vitam per ſanctificationem baptiſmi naſcitur, ut quemadmodum ibi deponit omnia peccata præterita; ita etiam ſtatim mortalitatem ipſam carnis, corruptionemque vitæ deponat (& infra) Tertia eſt actio pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis ſubeunda eſt, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apoſtolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt*. In hac ergo pœnitentia majorem quiſque in ſe ſeveritatem debet exercere, ut a ſeipſo judicatus, non judicetur a Deo, ſicut idem Apoſtolus ait: *Si enim noſmetipſos judicaremus; a Domino non utique judicaremur* (& infra) Eſt etiam pœnitentia humilium, & bonorum fidelium pœna quotidiana, in qua pectora contundimus dicentes: *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Neque enim ea dimitti nobis volumus, quæ dimiſſa in baptiſmo non dubitamus: ſed illa utique, quæ humanæ fragilitati, quamvis parva, tamen crebra ſubrepunt; quæ ſi collecta contra nos fuerint, ita nos gravabunt, & oppriment, ſicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim intereſt ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis operiatur, & obruatur, an paullatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentium culpam derelicta, atque contemta impleat navem, atque ſubmergat? Propter hæc jejunia, eleemoſynæ, & orationes invigilant: in quibus cum dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* manifeſtamus nos habere, quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliantes animas noſtras, quotidianam quodammodo agere pœnitentiam non ceſſamus.

1. Cor. 11.

Luc. 11.

Matth. 6.

August. Lib. 1. de Bapt.

,, TUnc valere incipit ad ſalutem baptiſmus, cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio perſeverante, peccatorum abolitionem non ſinebat fieri.

August. Ad Seleucianam, Epiſt. 108.

,, AGunt homines ante baptiſma pœnitentiam de ſuis prioribus peccatis, ita tamen, ut etiam baptizentur, ſicut ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum, loquente Petro ad Judæos, ac dicente: *Agite pœnitentiam, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti*.

Act. 2.

Gregor. Fantino defenſori lib. 7. Epiſt. 24.

,, NE, quod abſit, longa dilatio retro poſſit animos Judæorum revocare, cum fratre noſtro Epiſcopo loci ipſius loquere, ut pœnitentia, ac abſtinentia 40. dierum indicta, aut die Dominica, aut, ſi celeberrima feſtivitas occurrerit, eos omnipotentis Dei miſericordia protegente baptizes.

Ambroſius ſup. Epiſt. ad Romanos.

Sine pœnitentia dona ſunt, & vocatio Dei, quia gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum, neque planctum, vel aliquod opus, ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat.

Circa ſecundam autem actionem eſt, quantũ ad præſentem materiã, principaliter inſiſtendum.

---

§. III.

De tribus pœnitentiæ ſpeciebus.

SPecies pœnitentiæ ſunt tres: nam alia eſt ſolemnis, alia publica, alia privata.

Solemnis eſt, quæ fit in capite quadrageſimæ cum ſolemnitate, quæ eſt diſt. 50. c. *In capite*. v. pag. 306

Dicitur etiam, *Solemnis*, licet non ita proprie, quando aliquis invitus ad pœnitentiam agendam mittitur in monaſterium, diſt. 50. cap. *Si ille*. v. pag. 62.

Hæc debet imponi ab Epiſcopo tantum, vel de mandato ejus, a Sacerdote, & debet imponi pro crimine publico, & vulgariſſimo, quod totam commoverit urbem.

Item non debet imponi Clerico, niſi depoſito, qui ſemel egit eam, non debet poſtea promoveri, nec miniſtrare in ordine ſuſcepto.

Item non debet contrahere matrimonium; ſi tamen contraxerit, tenebit. Probantur hæc diſt. 50. c. *Confirmandum*, & c. *Illud*, & c. *Alienum* cauſſa 26. q. 6. c. ult. ſeu, *Presbyter*.

v. pag. 305 v. pag. 267 & 306

Leo Papa Ruſtico Narb. Epiſt. 90. c. 2.

,, ALienum eſt a conſuetudine Eccleſiaſtica, ut qui in Presbyterali honore, aut Diaconii gradu fuerint conſecrati; hi pro crimine aliquo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendit, ſecundum quod ſcriptum eſt: *Sacerdos ſi peccaverit, quis orabit pro eo?* Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei privata eſt expetenda ſeceſſio, ubi illis ſatisfactio, ſi fuerit digna, ſit etiam fructuoſa.

Require hæc & alia de hac materia ſupra de ſolemn. pœnit. & ſupra de Sacram. non iterand. §. *Circa publica*.

Dicitur quandoque, quæ ſupra dicta eſt, *Solemnis*, ideo quia publice fit; proprie tamen dicitur illa, quæ fit in facie Eccleſiæ, non cum prædicta ſolemnitate, ſed quum injungitur peregrinatio per mundum cum baculo, cubitali, & Scapulari, vel veſte aliqua ad hoc conſueta. Hanc poſſet imponere quilibet Sacerdos ſuo parochiano; quia non invenio ſibi prohibitum, niſi conſuetudo eſſet contraria in aliqua Eccleſia. v. pag. 364

Item non debet imponi Clerico, niſi depoſito, nec debet imponi, niſi pro crimine enormi, & manifeſto. De pœnit. diſt. 6. c. *Sacerdos*.

Item ſolemnis pœnitentia non debet iterari; alia quælibet & debet, & poteſt iterari, quoties homo peccat. Diſt. 3. de pœnit. c. *Reperiuntur*, & c. *Septies*, & c. *Adhuc inſtant*.

Ambros. In lib. de unica pœnitentia, cap. 10.

„ REperiuntur, qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere in Chriſto pœnitentiam agerent, iterandam poſtea non putarent: quia ſicut unum baptiſma, ita & unica pœnitentia. Verum præteriti ſemper nos debet pœnitere peccati; ſed hoc delictorum leviorum. At ego facilius inveni, qui recte ſervaverit innocentiam, quam qui congrue egerit pœnitentiam.

Hieron. Ad Ruſticum, de pœnitent. Matth. 18.

„ *SEpties in die cadit juſtus, & reſurgit*. Si cadit, quomodo juſtus? ſi juſtus, quomodo cadit? Sed juſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit: & non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties delinquenti, ſi convertatur ad pœnitentiam, peccata donantur: *Cui plus dimittitur, plus diligit*.

Privata dicitur illa pœnitentia, quæ ſingulariter fit quotidie, & quum quis peccata ſua ſecrete Sacerdoti confitetur.

---

§. IV.

Quæ ſint neceſſaria in vera pœnitentia.

SEquitur videre quæ ſint neceſſaria in pœnitentia vera, & perfecta: & quidem tria, videlicet cordis contritio, oris confeſſio, operis ſatisfactio. Joannes os aureum: *Perfecta pœnitentia cogit peccatorem libenter ſufferre omnia: in corde enim contritio, in ore confeſſio, in opere tota humilitas. Hæc eſt fructifera pœnitentia*, de pœnit. diſt. 1. c. *Perfecta*. Quia enim in tribus modis Deum offendimus, cogitationis ſcilicet delectatione, impudentia locutionis, & ſuperbia operis, ſecundum regulam, ut contraria contrariis curentur; tribus modis oppoſitis ſatisfaciamus. *Joannes Chryſoſt.*

Hieronym. ad c... Amos. De his etiam Hieronymus exponens verba Amos ait: *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quattuor non convertam eum. Juxta tropologiam hoc poſſumus dicere. Primum peccatum, eſt cogitaſſe, quæ mala ſunt; ſecundum, cogitationibus acquieviſſe perverſis; tertium, quod mente decreveris, opere compleviſſe; quartum eſt, poſt peccatum non agere pœnitentiam, ſed ſuo ſibi complacere delicto*. De pœnit. diſt. 1. c. *Super tribus*.

Matth. 9. Luc. 7. Joan. 11. Et iſti ſunt tres mortui, quos legitur Dominus ſuſcitaſſe, ſcilicet, filia Archiſynagogi, filius viduæ, & Lazarus. Puellam ſuſcitavit in domo, ecce peccatum cogitationis; puerum in porta Civitatis, ecce peccatum locutionis; Lazarum in ſepulcro quatriduanum, & fœtentem, ecce peccatum operationis: vel dic per puerum, peccatum operationis, in quo includitur peccatum locutionis; per Lazarum, peccatum conſuetudinis. Item, puellam verbo, puerum motu, Lazarum fremitu, clamore, & lacrymis ſuſcitavit. Unde verſus:

Mens mala mors intus, malus actus mors foris, uſus,
Tumba, puella, puer Lazarus iſta notant.
Hanc verbo, hunc motu, lacrymando ſuſcitat illum,

Exod. 5. ſcilicet Chriſtus. Hæc pœnitentia eſt illud felix triduum, de quo ait Moyſes: *Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in ſolitudine, ut ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte accidat nobis aut peſtis*, id eſt, culpa in præſenti, *aut gladius*, id eſt, pœna in futuro. In hoc triduo quæſivit Virgo Maria filium, & invenit: hæc eſt ſcala cum tribus gradibus, quam vidit Jacob, erectam a terra uſque in cælum, & Dominum innixum ſcalæ propter tria. Primum, ut gigas nomine ſubſtantiæ fortiter eam ſuſtineat. Secundum, ut manum, ſi neceſſe fuerit, aſcendenti per eam porrigat. Tertium, ut aſcendens, quum laboraverit, & fatigatus fuerit, in ipſum reſpiciat, jactans totam curam ſuam in eum: non enim eſt ita crudelis, ut ait Auguſtinus, ut ipſum cadere permittat. In prima dieta, ſive gradu eſt dolor, in ſecunda pudor, in tertia labor: ſingulas dietas per ordinem proſequamur. *Luc. 2. Geneſ. 28.*

De Contritione.

PRima dieta eſt contritio, circa quam quattuor ſunt conſideranda, ſcilicet, quid ipſa ſit, quæ ſint cauſſæ inductivæ ipſius, qualis debeat eſſe, & quis ejus effectus.

Contritio eſt dolor pro peccatis aſſumtus, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Hoc præcipitur a Domino per Prophetam, ubi dicitur: *Scindite corda veſtra, &c.* Iſte dolor debet eſſe triplex, ut ait Bernardus, acer, acrior, acerrimus. *Acer*, quia offendimus Dominum, & creatorem omnium. *Acrior*, quia patrem noſtrum Cæleſtem, qui nos paſcit multipliciter. *Acerrimus*, quia redemtorem noſtrum, qui nos liberavit proprio ſanguine a vinculis peccatorum, a crudelitate dæmonum, & acerbitate gehennæ. *Joel. 2.*

Cauſſæ inductivæ contritionis ſunt ſex, cogitatio, & ex ea pudor de peccatis commiſſis. Deteſtatio vilitatis ipſius peccati. Timor judicii, & pœnæ gehennæ. Dolor de amiſſione patriæ cæleſtis, & multiplici offenſa creatoris, & ſpes triplex, veniæ, gratiæ, & gloriæ. *Veniæ*, qua remittuntur peccata. *Gratiæ*, qua bene operabitur. *Gloriæ*, qua pro bono opere adhuc remunerabitur.

De primo, ſcilicet de cogitatione, Ezechias: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. De ſecundo, ſcilicet de pudore, Job: *Res dignas confuſione agunt*. Nahum 3. *Revelabo pudenda tua in facie tua*. Hierem. in Thren. 4. *Denigrata eſt facies illorum ſuper carbones*. De tertio, ſcilicet deteſtatione peccati, propter cujus vilitatem peccator vilis factus eſt, Hierem. *Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas*. Petrus in Can. *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati*. Auguſtinus: *Appende te ex pretio, ne tibi vileſcas*. Philoſophus: *Major ſum, & ad majora natus, quam ut fiam mancipium corporis mei*. Seneca: *Si ſcirem Deos ignoſcituros, homines ignoraturos; tamen abhorrerem peccatum*. De quarto, ſcilicet timore de die judicii, & pœnarum inferni, Hieron. *Quoties diem illum conſidero, toto corde contremiſco*. Idem: *Sive comedo, ſive bibo, ſive aliquid aliud facio, ſemper videtur in auribus meis illa tuba terribilis, &c.* Auguſtinus: *Aſcendat homo adverſum ſe tribunal mentis ſuæ, conſtituat ſe ante faciem ſuam, atque conſtituto in corde ſuo judicio, adſit accuſatrix cogitatio, & teſtis conſcientia, carnifex timor; inde quidam ſanguis per lacrymas effluat, poſtremo ab ipſa mente talis ſententia proferatur, ut ſe indignum homo participatione Corporis, & Sanguinis Dominici judicet*. Gregorius: *Quid faciet virgula deſer-* *Ezech. 38. Joan. 8. Aug. 1. Cor. 11. Hieron. ad cap. 7. Oſeæ. Auguſtin. Ibidem. Gregor. ſup. Job. c. 26.*

deſerti, ubi concutietur cedrus Paradiſi? Petrus in Can. c. 4. *Si juſtus vix ſalvabitur, impias & peccator abi apparebunt?* Apoc. 18. *Apprebenſa rſt beſtia, & cum ea Pſeudo-Propheta, qui fecit ſigna coram ipſo, quibus ſeduxit eos, qui acceperunt caracterem beſtiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus, vivi miſſi ſunt bi duo in ſtagnum ignis, &c.* Item Apoc. 21. *Timidis autem, & incredulis, & exſecratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit iu ſtagno ardenti, igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Item Apoſt. ad Rom. 6. *Stipendia peccati mors.*

De quinto, ſcilicet de amiſſione cæleſtis gloriæ, Apoc. 3. *Tene, quod babes, ut nemo accipiat coronam tuam.* In eodem cap. 16. *Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videat turpitudinem ejus.* Et require ſupra eodem, §. circa princ. in auctoritate Bernardi.

De ſexto, ſcilicet de ſpe, ipſemet Dominus:
Apoc. 3. *Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit me, & aperuerit mibi januam, introibo ad illum, & cænabo cum illo, & ille mecum. Qui vicerit,*
Matth. 4. *dabo ei ſedere mecum iu throno meo.* Item, tam ipſe, quam præcurſor ejus clamant in ſuæ prædicationis exordio: *Pænitentiam agite,* & ſtatim ſubjungunt de præmio, dicentes: *Appropinquabit enim regnum cælorum.* Item: *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pænitentiam.* Attende etiam, peccatrix anima, quod non ſolum Dominus; ſed etiam tota illa cæleſtis curia cum ipſo Domino tam pie, tam dulciter te hortantur ad pœnitentiam, dicentes Cant. 6. *Revertere, revertere Sulamitis, revertere, revertere, ut intueamur te.*

Nota: quater dicunt, *revertere*, propter quattuor genera peccatorum. Dicunt ergo, *Sulamitis*, id eſt, anima captiva, quam ſcilicet diabolus propter delicias hujus mundi captivam trahit ad inferos, *revertere* a peccato pravæ cogitationis, *revertere* a peccato locutionis, *revertere* a peccato operationis, *revertere* a peccato pravæ conſuetudinis. Item, *revertere* per cordis contritionem, *revertere* per oris confeſſionem, *revertere* per operis ſatisfactionem, *revertere* per bonæ vitæ continoationem: quoniam qui perſeveraverit uſque in finem, hic
Matth. 10. ſalvus erit. *Ut intueamur te*, id eſt, ut ſic poſſimus videre in te imaginem, & ſimilitudinem Dei, quod ferventi animo, & deſiderio optamus. Item Dominus per Oſe. 2. ad animam peccatricem: *Sponſabo te mibi in fide, ſponſabo te mibi in judicio, & juſtitia, & iu miſericordia, & in miſerationibus, & ſponſabo te mibi iu ſempiternum.*

Nota, quod ter dicit *ſponſabo*, ad notandum triplicis dilectionis triplex teſtimonium, ſcilicet cordis, oris, & operis; onde ter quæſitum eſt a Petro, an diligeret Dominum. Item dicit ter, *ſponſabo*, quia tripliciter ſponſatur peccatrix anima Chriſto, ſcilicet per confeſſione, contritionem, & ſatisfactionem. Nec eſt prætermittendum, quod dicit Hieronymus his verbis: *Nota miſericordiam Dei: meretrix diu fornicata ad virum revertitur, nec reconciliari viro, ſed ſponſari dicitur: & vide diſtantiam inter Dei, & hominum conjugia: homines de virginibus, non virgines faciunt, ſed Deus meretricibus junctus, virgines reddit.*

Item qoum ſecundo dicit *ſponſabo*, doas apponit determinationes pertinentes ad juſtitiam, & duas pertinentes ad miſericordiam; & tamen privilegium notator ex parte miſericordiæ, quom pluraliter dicitur, *miſerationibus.*

Item ſi adhuc dubitas de venia, curre ad exempla David, Mariæ Magdalenæ, Petri, Matthæi, Paulli, & aliorum quam plurium, quos poſt peccata graviſſima miſericorditer reſpexit miſericors, & miſerator Dominus.

Noli igitur cum Cain deſperare de venia; quia plus poteſt Deus dimittere, quam homo poſſit peccare, nec cum Origene nimis præſumere de Dei miſericordia; ſed ita granom, id eſt, animam tuam conteras inter duas molas has, ſcilicet timoris, & ſpei, ut ex farina ſic trita, baracello diſcretionis mundata, aqua lacrymarum commixta, bonum panem in Clibano cordis, igne caritatis decoctum facias hoſpiti pulſanti, & tecum cœnare volenti, de quo ſupra eodem. Iſto etiam cibo reficitur Chriſtus hoſpes. Joann. 5. *Ego cibum babeo manducare, quem vos neſcitis,* & exponens ſubjunxit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, &c.* Iſtum etiam cibum clamabat in
Cruce dicens: *Sitio*, Joan. 19. & Pſalm. *Cucurri* Pſalm. 61.
in ſiti. Facit etiam gaudere Cæleſtem curiam:
Quia gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore Luc. 15.
pænitentiam agente.

Si autem modo nolis conteri, contereris poſtea irremeabiliter in inferno, juxta illud: *Contritio & infelicitas in viis eorum, qui viam pacis non cognoverunt. Via pacis* eſt contritio, ſive pœnitentia, per qoam reformatur pax inter ſervum, & dominum: & in via iſtius pacis amaritudo mentis eſt neceſſaria. Ezechias: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima; amara,* quia delectatus ſum in cogitatione illicita; *amarior*, quia conſenſi; *amariſſima*, qoia opus illicitum perpetravi.

Qualis debeat eſſe contritio, & quis ejus effectus.

SEqoitur qoalis debeat eſſe contritio, ſcillcet, quod ſit univerſalis, & continua, habens propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi. Hæc probantur in auctoritate prædicta: *Recogitabo tibi*
omnes annos meos, &c. Item: *Lavabo per ſingulas* Pſalm. 6.
noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Item: *Quoniam ego iu flagella paratus ſum,* Pſalm. 37.
& dolor meus iu conſpectu meo ſemper. De hoc require infra de confeſſione, & ſatisfactione.

Sequitur quis ſit ejus effectus. Patet autem effectus ejus in parte ex vi ipſius nominis: dicitur enim contritio, quaſi *ſimul*, vel *ex toto tritio*, quod & paſſive intelligendum eſt, & active. *Paſſive*, quia totum cor ad litteram quaſi teritur, & ſcinditur præ nimia anguſtia, dolore, ira, & indignatione, quæ concepit circa ipſa
peccata. Unde Dominus per Prophetam: *Scin-* Joel 2.
dite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Un-
de Pſalm. *Sacrificium Deo ſpiritus contribula-* Pſalm. 50.
tus, cor contritum, & bumiliatum, &c. Punge igitur, & percute cor tuum, etiam ſi neceſſe fuerit, ſæpius clavis, & lancea, & aliis, quibus ipſe Chiſtus fuit pro te punctus in Cruce. *Active*, quia tamquam fortiſſima machina conterit congeriem peccatorum, quæ quaſi quidam murus ſeparant nos a Deo. Iſai. 59. *Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum.* Item hoc conterit laqueos, & catenas Diaboli. Pſalm.

La-

Pſal. 123. *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Item Judic. 17. hoc deſtruit carcerem infernalem, quem dæmones paraverant in inferno animæ peccatrici, & vires dæmonum enervat. Unde Samſon, poſtquam creverant capilli ejus, viribus reſtitutis concuſſit duas columnas, & corruit domus, ita quod ipſe cum Philiſthæis eſt mortuus; ſic peccator quum reparaverit capillos, id eſt, dona Spiritus Sancti per contritionem, vires ſibi reſtituuntur, ita quod duas peſſimas columnas, id eſt, concupiſcentiam carnis, & ſuperbiam vitæ concutit, veterem hominem in ſe interficit, domum infernalem diruit, dæmonum vires enervat: iſta conterit brachium peccatoris, & maligni Diaboli. Item iſta reparat muros Hieruſalem, quos deſtruxerat Nabu- 4. Reg. ult. zardam. Pſalm. *Benigne fac, Domine, in bona vo-* Pſal. 50. *luntate tua Sion*. In contritione a te ſolo gratis data, vel danda. *Sion*, id eſt, animæ; *ut ſic ædificentur*, ſcilicet per eam, *muri Hieruſalem*.

Et breviter iſta mundat animam a reatu culpæ, liberat a pœna gehennæ, ab horrenda dæmonum ſocietate, & a viliſſima peccati ſervitute; reſtituit bona ſpiritualia, quæ amiſerat per peccatum, & ſocietatem, & ſpiritualem communionem Eccleſiæ, bonorumque omnium, quæ in eo fiunt, participationem, de filio iræ filium gratiæ, de filio Diaboli filium efficit Dei, & per conſequens participem hæreditatis æternæ.

Qualiter autem hoc ſit intelligendum, utrum ſcilicet ſola contritio ſine confeſſione tollat peccata, an contritio cum confeſſione, variæ ſunt opiniones.

Dicunt enim quidam, quod ſicut tribus modis Deum offendimus, corde, ore, & opere; ita tribus modis neceſſario ſatisfaciendum: alias non dimittitur peccatum. Arg. de pœn. diſt. 3. cap. v. pagin. 1230. *Perfecta*.

Auctoritates autem, quæ dicunt peccatum dimitti ſola cordis contritione, aſſerunt intelligendas eſſe, quum articulus neceſſitatis excludit oris confeſſionem, & ſatisfactionem.

Alii dicunt conditionalem fieri remiſſionem per cordis contritionem. Arg. de pœn. diſt. 3, c. *Sane*, in fin.

Auguſt. Enchyridion, c. 70.
,, SAne cavendum eſt, ne quiſquam exiſti-
,, met neſanda illa crimina, qualia qui a-
,, gunt, regnum Dei non poſſidebunt, quoti-
,, die perpetranda, & eleemoſynis quotidie re-
,, dimenda. In melius eſt quippe vita mutanda,
,, per eleemoſynas peccatis præteritis eſt propi-
,, tiandus Deus, non ad hoc emendus quodam-
,, modo, ut ea ſemper liceat impune committere.
,, Nemini enim dedit laxamentum peccandi:
,, quamvis miſerando deleat jam facta peccata,
,, ſi non ſatisfactio congrua negligatur.

Tertii vero dicunt ſola cordis contritione dimitti peccatum cuilibet adulto, ſi vere conteritur, & proponit ab aliis abſtinere, & illud confiteri, & de eo ſatisfacere ſecundum judicium Eccleſiæ. De pœn. diſt. 1. c. *Magna*.

Auguſt. exponens Pſal. 31. dixi cõfitebor, &c.
,, MAgna pietas Dei eſt, ut ad ſolam promiſ-
,, ſionem peccata dimiſerit. Nondum pro-
,, nunciat ore; & tamen jam Deus in corde
,, audit: quia ipſum dicere, quaſi quoddam pro-
,, nunciare eſt. Votum enim pro opere repu-
,, tatur.

Hæc ultima opinio celebrior eſt; verum non intelligas, quod contritio dimittat peccatum proprie loquendo; ſed ipſe Deus in contritione. Ambroſius, de pœn. diſt. 1. *Verbum Dei dimit-* Ambroſius *tit peccata his, qui invocant eum*. Item Auguſt. de conſecr. diſt. 4. *Nemo tollit peccata mundi, niſi ſolus Chriſtus, qui eſt Agnus Dei tollens peccata mundi: tollit autem & dimittendo quæ facta ſunt, ubi & originale continetur, & adjuvando ne fiant, & perducendo ad vitam æternam, ubi omnino fieri non poſſunt*. Aug. contra Julianum lib. 2. de conſec. diſt. 4. cap. Nemo.

Quod autem dicit *ſolus Chriſtus*, non excludit Patrem, neque Spiritum Sanctum: nam & illi dimittunt, præſertim quum ſint inſeparabilia opera Trinitatis. Cauſſa 11. q. 3. c. *Illud* v. pag. 403 *plane*, de conſecr. diſt. 3. c. *Omnes*.

Auguſt. Lib. 2. de Trin. cap. 10.
,, OMnes, quos legere potui, qui ante me
,, ſcripſerunt de Trinitate, quæ Deus eſt,
,, divinorum librorum veterum, & novo-
,, rum Catholici tractatores hoc intenderunt
,, ſecundum Scripturas docere, quod Pater,
,, & Filius, & Spiritus Sanctus unius ejuſ-
,, demque ſubſtantiæ inſeparabili æqualitate
,, divinam inſinuent unitatem; ideoque non
,, ſunt tres dii, ſed unus Deus, quamvis
,, Pater Filium genuerit, & ideo Filius non
,, ſit, qui Pater eſt; Filiuſque a Patre ſit
,, genitus; & ideo non ſit Pater, qui Fi-
,, lius eſt; Spirituſque Sanctus nec Pater ſit,
,, nec Filius, ſed tantum Patris, & Filii
,, Spiritus, Patri, & Filio etiam ipſe coæ-
,, qualis, & ad Trinitatis pertinens unita-
,, tem: non tamen eamdem Trinitatem na-
,, tam de Maria Virgine, & ſub Pontio Pila-
,, to crucifixam, & ſepultam tertia die re-
,, ſurrexiſſe, & in cælum aſcendiſſe, ſed tan-
,, tummodo Filium: nec eamdem Trinitatem
,, deſcendiſſe in ſpecie columbæ ſuper Jeſum
,, baptizatum: aut die Pentecoſtes poſt Aſcen-
,, ſionem Domini ſonitu facto de cælo, quaſi
,, ferretur flatus vehemens, & linguis diviſis,
,, velut ignis ſediſſe ſuper unumquemque eo-
,, rum, ſed tantummodo Spiritum Sanctum:
,, nec eamdem Trinitatem dixiſſe de cælo: *Tu*
,, *es filius meus*, ſive cum baptizatus eſt a Joan-
,, ne, ſive in monte, quando cum illo erant
,, tres Diſcipuli, quando ſonuit vox, dicens:
,, *Et clarificavi, & iterum clarificabo*; ſed tan-
,, tummodo Patris vocem fuiſſe ad Filium fa-
,, ctam, quamvis Pater, & Filius, & Spiritus
,, Sanctus, ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſepa-
,, rabiliter operentur.

Quod iſta opinio etiam ſit vera, patet per exempla Lazari, quem primo ſuſcitavit Do- Joan. 11. minus, quam a Diſcipulis ſolveretur, & per Luc. 7. 10. leproſos, qui in via, antequam venirent ad Sacerdotes, mundati ſunt. Pſalm. *Dixi confitebor,* Pſal. 31. *& tu remiſiſti impietatem peccati mei*. *Dixi*, id eſt, firmiter in animo propoſui.

Circa hoc etiam notabis tria, quæ ſimul ſunt tempore, ſcilicet juſtificationem, contritionem, & peccatorum remiſſionem.

ALibi: in juſtificatione impii ſolent quattuor con- Poſtillat. *ſignari, quæ ſimul ſunt tempore, ſcilicet gratiæ infuſio, & motus liberi arbitrii, contritio, peccati remiſſio. Primam nec meremur, nec illa meremur. Secundum non meremur, ſed illo meremur. Tertium & meremur, & illo meremur. Quartum meremur, ſed illo non meremur.*

Quædam tamen ex his naturaliter præcedunt: neceſſe enim habeo intelligere, quod quis prius habeat gratiam, quam conteratur: præcedit ergo gratia, ſequitur dilectio; quoniam qui gratiam habet, diligit: ſequitur contritio: qui enim diligit, conteritur: ſequitur remiſſio, &

iſte

Digitized by Google

iſte proceſſus colligitur, de pœn. diſt. 1. c. *Omnis, qui non diligit, manet in morte*, & Auguſtinus: *Sine caritate, quomodo verum cordis contritionem quis habere poterit, quomodo ergo delictorum remiſſionem?*

Item circa iſta nota, quare confeſſio ſine pœnitentia dicitur ſacramentum: ſunt enim tria ibi notanda, ſcilicet confeſſio, contritio, & mundatio. Confeſſio eſt *ſignum* tantum, ſcilicet contritionis: contritio eſt *res*, & *ſignum* mundationis. Mundatio eſt *res*, & *ſignum* tantum contritionis.

De Confeſſione.

SEcunda dicta eſt confeſſio, circa quam ſunt 7. conſideranda, videlicet, quid ipſa ſit, an neceſſario ſit facienda, & cui; quæ ſint neceſſaria ad veram contritionem; utrum, & de quibus, & qualiter ſint interrogationes faciendæ, & de pœna Sacerdotis revelantis confeſſionem.

I. Confeſſio eſt coram Sacerdote legitima peccatorum declaratio: & dicitur confeſſio, quaſi *ſimul*, vel *ex toto*, vel *undique faſſio*. Nam ille confitetur, qui totum fatetur.

[*Poſtillat.*] UNdique) *id eſt, de omnibus peccatis, quæ occurrunt memoriæ, & de circumſtantiis eorumdem, ſi tales ſunt, quod multum aggravant peccatu, vel ponunt illa in alio genere; ut cum aliquis percutit aliquem in Eccleſia, vel aliquid furatur ibi, circumſtantia loci facit, quod hujuſmodi percuſſio, & furtum ſunt ſacrilegia, & ita tranſeunt ad aliud genus peccati.*

II. Tenetur pœnitens neceſſario peccata ſua confiteri: & breviter hæc tria, contritio, confeſſio, & ſatisfactio ſunt in præcepto. Contritio præcipitur in Joel. 30. *Scindite corda veſtra*. Confeſſio in Thren. *Effunde ſicut aquam cor tuum*. Item Pſal. *Effundite coram illo corda veſtra*, & Jacobus c. ult. [*Matth. 4.*] *Confitemini alterutrum peccata veſtra*. Satisfactio in Joanne: *Facite dignos fructus pœnitentiæ*. Item omnia hæc præcipiuntur a Domino, quum dicit: [*Matth. 4.*] *Pœnitentiam agite*. Ergo videtur, quod non eſt ſalus ſine confeſſione: quod verum eſt, ubi quis poteſt habere, cui confiteatur; alias ſecus. Require infra eod. §. *Sed numquid in articulo mortis*.

III. Debet quilibet regulariter confiteri Sacerdoti; nam Sacerdotibus dedit Dominus poteſtatem ligandi & ſolvendi, quum dixit, Joan. 11. *Quorum remiſeritis, &c.* de pœn. diſt. 1. c. *Verbum*.

[AMBROS. *Lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.*]
„ VErbum Dei dimittit peccata? Sacerdos
„ eſt judex; Sacerdos quidem ſuum offi-
„ cium exhibet, & nullius poteſtatis jura exer-
„ cet. *Et lib. 1. de pœn. c. 2.* Dominus par jus
„ & ſolvendi eſſe voluit, & ligandi, qui utrum-
„ que pari conditione permiſit: ergo qui ſol-
„ vendi jus non habet, nec ligandi habet (&
„ infra) Certum eſt, quod Eccleſiæ utrum-
„ que licet, hæreſi utrumque non licet: jus e-
„ nim hoc ſolis permiſſum eſt Sacerdotibus.
„ Recte igitur Eccleſia hoc vendicat, quæ veros
„ habet Sacerdotes: hæreſis vendicare non pot-
„ eſt, quæ Sacerdotes Dei non habet.

[*Poſtillat.*] SAcerdotibus) *ſupple ſolis. Quomodo poſſunt ergo excommunicare, vel abſolvere judices delegati, qui non ſunt Sacerdotes?*

Reſp. Duplex eſt abſolutio, una pertinens ad forum contentioſum, quæ poteſt committi Diacono, & inferioribus Clericis, & etiam ſecundum Hugot. Papa poteſt tam excommunicationem, quam abſolutionem Laicis delegare, & hæc abſolutio eſt potius juriſdictionis, quam ordinis. Alia eſt, quæ pertinet ad forum pœnitentiale, quæ fit cum pſalmo, & oratione, ut Extr. de excom. c. A nobis 2. *in fin. & cum pertinet ad ordinem, non debet, nec poteſt committi, niſi Sacerdotibus; ſicut nec abſolutio de peccatis in foro pœnitentiali; quando autem judex excommunicavit aliquem, poteſt abſolvere illum, & reſtituere communioni Eccleſiæ per ſeipſum, licet non ſit Sacerdos: illam autem abſolutionem, quæ pertinet ad forum pœnitentiale, & fit cum pſalmo, & oratione, ut dictum eſt, non debet, nec poteſt committere, niſi Sacerdoti, nec illam debet dare per ſe, ſi non eſt Sacerdos; & ſic poteſt committere, quod non poteſt facere; ſicut Epiſcopus electus in Archiepiſcopatum ante pallii ſuſceptionem poteſt demandare conſecrationem ſui ſuffraganei, quum tamen per ſe non debet impendere. Extr. de elect. cap. Suf-* v pag. 366 fraganeis.

Sed quære non eſt duplex excommunicatio, ſicut duplex eſt abſolutio?

Reſp. Abſolutio aliqua pertinet ad pœnitentiam, quæ eſt unum de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ; ſed nulla excommunicatio pertinet ad aliquod de illis ſeptem Sacramentis.

Non tamen cuilibet Sacerdoti debet confiteri: licet enim omnes Sacerdotes æque in ordinatione recipiant; hanc poteſtatem; ligata eſt tamen ita, quod non poſſunt eam exſequi, niſi data ſibi auctoritate, & poteſtate ab Epiſcopo diœceſano, vel ab Apoſtolica Sede.

Hoc autem intelligas de Sacerdotibus religioſis, ac recluſis, quia nec illi poſſunt injungere pœnitentias, nec baptizare, nec prædicare, & ſimilia, quæ pertinent ad curam animarum, niſi fuerint electi a populo, & ab Epiſcopo cum conſenſu ſui Abbatis, vel alterius Prælati inſtituti. Cauſſa 16. q. 1. c. *Alia*, & c. *Pervenit*, & c. *Adjicimus*, §. *Ecce in hoc*, & c. *Generaliter*, §. *Hæc idem*.

„ ALia cauſſa eſt Monachorum, alia Cleri- [HIERON. *Ad Elio-*
„ corum. Clerici oves paſcunt, & ego pa- *dorum.*]
„ ſcor. Illi de altari vivunt, mihi ſecuris quaſi
„ ad radicem infructuoſæ arboris ponitur. Si
„ munus ad altare non deſero (& infra) mihi
„ ante Presbyterum ſedere non licet. Illi, ſi
„ peccavero, licet me tradere Sathanæ in inte-
„ ritum carnis, ut Spiritus ſit ſalvus in die
„ Domini Jeſu.

„ PErvenit ad nos (unde valde miramur) [PASCHAL. *Victori Bo-*
„ quod quidam Monachi, & Abbates in Pa- *nonienſi*
„ rochia veſtra contra ſanctorum Patrum decre- *Epiſc.*]
„ ta Epiſcopalia jura, & officia ſibi arrogantes
„ vendicant: videlicet pœnitentiam dare, &
„ remiſſionem peccatorum, reconciliationem
„ pœnitentium, decimas, & Eccleſias, cum abſ-
„ que proprii Epiſcopi licentia, vel Apoſtolicæ
„ Sedis auctoritate hoc nullatenus præſume-
„ re debeant: ſicut in Chalcedonenſi Concilio
„ de hujuſmodi a ſanctis Patribus ſtatutum eſt,
„ & ſub anathematis vinculo Monachis omni-
„ bus prohibitum. Mandamus itaque dile-
„ ctioni tuæ, ut eos convenias, & ne ta-
„ lia deinceps præſumant, omnino prohi-
„ beas.

„ ADjicimus illud etiam, quod nobis pro- [LEO PAPA. *Ad Theod.*
„ pter improbitatem quorumdam Mona- *Epiſc. Cy-*
„ chorum religionis veſtræ verbo mandaſtis per *pri.*]
„ Vicarios noſtros, & hoc ſpecialiter ſtatuentes,
„ ut præter Domini Sacerdotes nullus audeat

„ præ-

Digitized by Google

,, prædicare, ſive Monachus, ſive Laicus ille ſit, qui cujuslibet ſcientiæ nomine glorietur.

,, Ecce in hoc Capite & vitium eſt expreſſum, & generali Conſtitutinne evacuatum. Quod vero pœnitentiam dare prohibentur; inde eſt, quod nulli Sacerdotum liceet alterius Parochianum ligare, vel ſolvere. Monachi autem, etſi in dedicatione ſui Presbyteratus (ſicut & ceteri *Sacerdotes*) baptizandi, prædicandi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficiis Eccleſiaſticis perfruendi rite poteſtatem accipiant, ut amplius, & perfectius agant ea, quæ Sacerdotalis officii eſſe ſanctorum Patrum Conſtitutionibus comprobantur; tamen exſecutionem ſuæ poteſtatis non habent, niſi a populo fuerint electi, & ab Epiſcopo cum conſenſu Abbatis ordinati. Eccleſiaſticas vero atque ſæculares actiones attrectare prohibentur, ut non præſumant ſibi patrocinia cauſſarum, niſi ab Epiſcopo commoniti ſnerlut; nec ſæcularibus cauſſis occupentur, ut reſideant cognitores dirimendarum litium. *v. pag. 220 Gratian.*

,, GEneraliter..., (Hoc idem datur intelligi de verbis Beati Silveſtri, qui obedientiam minorum erga majores aſſignans ait: *Abbas Oſtiario, Monachus Abbati ſit ſubditus*. Supra in tractatu ordinandorum. Oſtendit ergo Hieronymus, quod ſimpliciter Monachis nihil liceat agere ſine concilio Presbyterorum; nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine auctoritate Clericorum, niſi forte ſint divina gratia intus commoniti; ſicut B. Gregorius refert in dialogo de B. Benedicto, qui homines Montis-Caſſini ad fidem adduxit, & aram Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubvertit. Et de quodam Equitio, cui Angelus in ſomnis apparuit, & eum ad prædicandum miſit, qui cum de vitio linguæ conquereretur, Angelus phlebotomo linguam ejus tetigit, & totum illud vitium curavit. Quod vero Hieronymus ſeipſum talibus connumerat, tale eſt, quale illud Apoſtoli ad Philipp. 4. *Quicumque imperfecti ſumus, hoc ſentiamus*, ſeipſum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi ait: *Natus in paupere domo, & tuguria ruſticano* (& infra) *Nos ſuffarcinati auro*, ſe ſamelicum ſaſtidientibus mella, pauperem divitibus connumerans, ſupra ubi agitur de Clericis, qui propria relinquere nolunt, c. *Gloria Epiſcopi*. Ecce ſufficienter monſtratum eſt, quod Monachis Presbyterii honore decoratis, a populo electis, ab Epiſcopo inſtitutis eadem liceant, quæ & aliis Sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex ſimilitudine conſecrationis: non enim in conſecratione eorum aliud dicitur, & aliud in conſecratione aliorum. Utriſque enim in commune a Domino benedictionem infundi Epiſcopus obnixe depoſcit, & dum conſecrat, cunctis Sacerdotibus ſigillatim dicit: *Conſecrentur, & ſanctificentur, Domine, manus iſtæ, ut quidquid conſecraverint, conſecratum ſit, & quæcumque benedixerint, benedicta ſint*. Ecce communis eſt benedictio: unde igitur divortium? Sicut ergo in benedictione utrique communem nanciſcuntur poteſtatem, ita in inſtitutione communiter aſſequuntur poteſtatis exſecutionem. Ceterum abſque Epiſcoporum licentia non ſolũ Monachis, ſed & omnibus generaliter Clericis poteſtatis exſecutio interdicitur.)

Item poſito, quod alicui data eſt ab Epiſcopo poteſtas, non propter hoc poteſt judicare Parochianos alterius, quia non debet mittere falcem in meſſem alienam. Cauſſa 9. q. 2. per totum. Tenetur ergo pœnitens confiteri proprio Sacerdoti, de pœn. diſt. 6. c. *Placuit*, de pœnitent. & remiſſ. c. *Omnis utriuſque*. *v. pag. 228*

,, PLacuit, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine ejus conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi pro ignorantia illius, cui pœnitens prius conſeſſus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere tentaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit. *Urbanus II.*

PRoprium Sacerdotem quoad hoc intelligo illum Sacerdotem, qui habet curam animæ ejus ordinariam, ſicut Papa, Legatus Papæ, Epiſcopus proprius: unde aliquis poteſt plures habere proprios Sacerdotes. Credo tamen, quod niſi ſubſit rationabilis cauſſa, propter quam Parochianus nolit confiteri proprio Sacerdoti Parochiali, debet ei confiteri, vel alii de licentia ejus generali, vel ſpeciali. Si autem ſubſit cauſſa rationabilis, quia forte interfecit aliquem occulte de conſanguineis ejus, aut machinatus eſt in mortem Sacerdotis, aut damnificavit eum, aut aliquid aliud fecit, de quo timetur ſcandalum Sacerdotis, ſi ei ſint confeſſa, aut merito ſuſpectus habetur de revelatione confeſſionis; poteſt hujuſmodi ſubditus confiteri Superiori, & ab eo abſolvi, nec tenetur confiteri hujuſmodi peccatum proprio Sacerdoti: ille tamen Sacerdos non tenetur ei credere, quod taliter ſit abſolutus, & quod ſit confeſſus ſuperiori, niſi conſtiterit ei de hoc per litteras ſuperioris, vel alio modo legitimo. Nec credo, quod ſola erubeſcentia ſit cauſſa ſufficiens, quare pœnitens abſolvi debeat, ne confiteatur proprio Sacerdoti. *Poſtillat.*

Et eſt ratio, quia ipſe, qui eſt Prælatus ſuus, tenetur reddere rationem de anima ejus, & tradere ſibi Euchariſtiam, & alia Sacramenta, in quorum collatione periculum ſibi vertitur, niſi faciat poſſe ſuum, ut ſciat cui det: & ideo dicitur ei per Salomonem: *Agnoſce vultum pecoris tui*. Qualiter autem debeat procedere Sacerdos, quum ſcit ſubditos in mortali manifeſto, vel occulto, require ſupra de ætat. ordin. §. *Quid, ſi Clericus*. *Prov. 27.*

Fallit regula ſupradicta in quinque caſibus, in quibus poteſt, cui eſt data poteſtas imponendi pœnitentias, in aliqua Parochia ab Epiſcopo, audire confeſſiones alterius Parochiani, videlicet quum ille extraneus peccavit in Parochia ſua.

HUnc caſum non credo generaliter recipiendum; quia ſi quis fornicatus ſit, vel adulteratus occulte, vel aliud crimen commiſit in Parochia aliena, propter quod crimen non ſit excommunicatus a Prælato illius loci; debet de illo peccato confiteri proprio Sacerdoti: ſi autem ſit excommunicatus propter illud peccatum, ſicut conſuevit fieri de furtis, & rapinis, & hujuſmodi, in quibus ignorantur auctores; mittendus eſt talis ad excommunicatorem abſolvendus ab excommunicatione hujuſmodi; quia non poteſt ab illo abſolvi per proprium Sacerdotem: & quod dicit jus, quod ſortitur quis forum ratione delicti, intelligendum eſt quoad illa, quæ pertinent ad forum contentioſum; quia poteſt ibi conveniri, judicari, & puniri de crimine ibi commiſſo. *Poſtillat.*

Item ſi mutavit ibi domicilium. Item ſi eſt vagabundus. Item ſi petiit, & obtinuit licentiam a Sacerdote ſuo, quem videbat impetitum,

&

& inſufficientem, volent adire alium diſcretum, vel quia arripiebat longum iter, petebat licentiam confitendi in itinere. Item in articulo neceſſitatis. Probantur hæc cauſſa 6. quæſt. 3.
v. pag. 158 cap. *Placuit*, extr. de decim. cap. *Apoſtolicæ*, de
v. pag. 128 Jud. *Hæres abſens*, de pœnit. diſt. 6. cap. *Pla-*
v. ſupra. *cuit*.

Sed numqnid in his caſibus poterunt audire confeſſionem illi Sacerdotes, quibus non eſt data poteſtas ab Epiſcopo?

Reſpondeo: Dico indiſtincte, quod non in primis quattuor caſibus; & eſt ratio duplex. Una, quia iſti non ſunt modi dandi juriſdictionem ei, qui alias non habet: alia, quia licet ipſi pœnitentes ſint abſoluti, quod poſſint confiteri; non tamen ſunt iſti abſoluti, quod poſſint audire. Item proprius Sacerdos non potuit talibus dare juriſdictionem, ſive poteſtatem talem, ſed Epiſcopus ſolus poteſt illis, qui ſunt in ſuo Epiſcopatu; non tamen aliis, qui ſunt in aliis Epiſcopatibus. Arg. cauſſa 16. q. 1. c.
v. ſupra. *Pervenit*, & c. *Generaliter*; §. *Ecce in hoc*, & c. *Adjicimus*, §. *Hoc idem*.

Poſtillat. *SEd quid de Sacerdotibus Parochialibus, qui Capellanos, quibus nulla cura commiſſa eſt ab Epiſcopo, aut Monachos, aut alios regulares vocant ad audiendum confeſſionem Parochianorum ſuorum, maxime in Quadrageſima, quando non ſufficiunt ad audiendam multitudinem?*

Reſp. Ubi eſt talis conſuetudo, quod Epiſcopi ſciunt, & non reprobant, propter quod approbare eam videntur, poſſunt taliter vocati audire confeſſiones hujuſmodi; quia conſuetudo dat juriſdictionem, quandoque ei, qui alias eam non habet, ut ſupra de ſent. excomm. §. Intelligitur.

In quinto vero caſu ſecus dico; quia, ut ait Auguſtinus, tanta eſt vis confeſſionis, ut ſi immineat articulus neceſſitatis, vel quia infirmatur ad mortem, qui confiteri vult, vel debet intrare bellum juſtum, & deeſt Sacerdos; confiteatur proximo, & ita non ſolum Clerico, ſed etiam Laico, vel ſocio, poſſet tunc confiteri. De pœn. diſt. 1. c. *Quem pœnitet*, de conſecr. diſt. 4. c. *Sanctum*.

Confiteatur Clerico, de conſilio, non de præcepto.

v. pag. 412

Auguſt. In lib. de pœn. c. 10.

„ QUem pœnitet, omnino pœniteat, & do-
„ lorem lacrymis oſtendat: repræſentet
„ vitam ſuam Deo per Sacerdotem, præveniat
Luc. 17. „ judicium Dei per confeſſionem. Præcepit e-
„ nim Dominus mundandis, ut oſtenderent o-
„ ra Sacerdotibus, docens corporali præſentia
„ confitenda eſſe peccata, non per nuncium,
Levit. 6. „ non per ſcriptum manifeſtanda. Dixit enim,
„ *ora monſtrate*, & *omnes*, non unus pro omni-
„ bus: non alium ſtatuatis nuncium, qui pro
„ vobis offerat munus a Moyſe ſtatutum; ſed
„ qui per vos peccaſtis, per vos erubeſcatis.
„ Erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſ-
„ ſionis: ex miſericordia enim hoc præcepit
„ Dominus, ut neminem pœniteret in occul-
„ to. In hoc enim, quod per ſeipſum dicit Sa-
„ cerdoti, & erubeſcentiam vincit timore of-
„ fenſi, venia fit criminis. Fit enim veniale
„ per confeſſionem, quod criminale erat in o-
„ peratione; & ſi non ſtatim purgatur, fit ta-
„ men vitale, quod commiſerat mortale. Mul-
„ tum enim ſatisfactionis obtulit, qui erube-
„ ſcentiæ dominans, nihil eorum, quæ com-
„ miſit, nuncio Dei denegavit. Deus enim
„ miſericors, & juſtus eſt: ſicut conſervat
„ miſericordiam in juſtitia, ita & juſtitiam in
„ miſericordia: opus enim eſt miſericordiæ,
„ peccanti peccata dimittere: ſed oportet, ut
„ juſtus miſereatur juſte: oportet enim, ut
„ non ſolum quid, ſed in quo doleat, conſi-
„ deret, ſi dignus eſt, non dico juſtitia, ſed
„ miſericordia. Juſtitia enim ſola damnat: ſed
„ dignus eſt miſericordia, qui ſpirituali labore
„ petit gratiam. Laborat enim mens patiendo
„ erubeſcentiam: & quoniam verecundia ma-
„ gna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit
„ dignus miſericordia. Unde patet, quod quan-
„ to pluribus confitebitur in ſpe veniæ turpi-
„ tudinem criminis, tanto facilius conſequitur
„ gratiam remiſſionis. Ipſi enim Sacerdotes plus
„ jam poſſunt proficere, plus confitentibus par-
„ cere: quibus enim remittunt, remittit Domi-
„ nus. Lazarum enim de monumento jam ſuſci-
„ tatum obtulit Dominus diſcipulis ſolvendum,
„ per hoc oſtendens poteſtatem ſolvendi con-
„ ceſſam Sacerdotibus. Dixit enim: *Quodcum-* *Joan. 21.*
„ *que ſolveritis ſuper terram, ſolvetur & in cælis*.
„ Hoc eſt, Ego Deus, & omnes cæleſtis militiæ
„ ordinas, & omnes ſancti in gloria mea lau-
„ dant vobiſcum, & confirmant, quos ligatis,
„ & ſolvitis: non dixit, quos putatis ligare,
„ aut ſolvere; ſed in quos exercetis opus ju-
„ ſtitiæ, aut miſericordiæ. Alia autem opera
„ veſtra in peccatores non agnoſco. Quare, qui
„ confiteri vult peccata, ut inveniat gratiam;
„ quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & ſolve- *Item, c. Qui vult, diſt. 6. de pœnitent.*
„ re, ne cum negligens circa ſe exſtiterit, ne-
„ gligatur ab illo, qui eum miſericorditer mo-
„ net, & petit, ne ambo in foveam cadant,
„ quam ſtultus evitare noluit. Tanta itaque vis
„ confeſſionis eſt, ut ſi deeſt Sacerdos, confi-
„ teatur proximo. Sæpe enim contingit, quod
„ pœnitens non poteſt confiteri coram Sacer-
„ dote, quem deſideranti nec locus, nec tem-
„ pus offert. Et ſi ille, cui confitebitur, pote-
„ ſtatem ſolvendi non habet; fit tamen dignus
„ venia ex deſiderio Sacerdotis, qui ſocio con-
„ fitetur turpitudinem criminis. Mundati enim *Luc. 18.*
„ ſunt leproſi, dum irent oſtendere ora Sa-
„ cerdotibus, antequam ad eos pervenirent,
„ Unde patet Deum ad cor reſpicere, dum ex
„ neceſſitate prohibentur ad Sacerdotes perve-
„ nire. Sæpe quidem eos quærunt ſani, & læ-
„ ti; ſed dum quærunt, antequam ad eos per-
„ veniant, moriuntur. Sed miſericordia Dei eſt
„ ubique, qui & juſtis novit parcere, etſi non tam
„ cito, ſicut ſi ſolverentur a Sacerdote. Qui er-
„ go confitetur omnino, Sacerdoti meliori quam
„ poteſt, confiteatur: & ſi peccatum occultum
„ eſt, ſufficiat referre in notitiam Sacerdotis, ut
„ grata ſit oblatio muneris. Nam in reſuſcitatio-
„ ne filiæ principis pauci interfuerunt, qui vide-
„ rent: nondum enim ſepulta erat, nondum ex-
„ tra portam civitatis delata, nondum extra do-
„ mum in notitiam deportata: intus reſuſcitavit,
„ quam intus invenit, relictis ſolis Petro, & Joan- *Luc. 17.*
„ ne, & Jacobo, & Patre, & Matre puellæ, in qui-
„ bus figuraliter continentur Sacerdotes Eccle-
„ ſiæ. Quos autem extra invenit, an advertenu-
„ dum eſt, quomodo ſuſcitavit. Flebat enim turba
„ poſt filium viduæ; flevit Martha, & Maria
„ pro fratre ſupplicantes. Flebat etiam turba,
„ quæ Mariam fuerat ſecuta, lacrymis Mariæ
„ admonita. In quo docemur publice peccantibus
„ non proprium, ſed Eccleſiæ ſufficere meritum.

Item nota, quod licet non poſſint Sacerdotes, quibus data eſt poteſtas audiendi confeſſiones, audire Parochianos alienos, niſi in caſibus

pſædictis; poſſunt tamen dare eis conſilium, quod atiam licat cuilibet diſcreto: poſſunt atiam dare pœniteotiam nomine Prælati ajus, qui vult confiteri, ponaotes ſpam in ratihabitiona ipſins: & tunc debet Sacerdos iſte dicere pœoitanti, ut quam cito poterit, repræſentet ſa Prælato ſuo, & confiteatur ei: poſtea dicat ai pœnitentiam, quam iſte poſuit ſub ſpe præmiſſa: ſi habuit ratum, bene aſt, ſin autem, accipiat ab illo, quod ſibi conſultius eſt. Itam conſulo, quod in omni caſu, ſcilicet in quo aliquis poteſt audira Parochianum alterius confitentem, dicat ai, quod quum potarit, confiteatur Prælato ſuo, cui antaa, ſi potaſt, vel ſaltem poſt, debat ſeipſum maoiſaſtare. De pœnit. diſt. 6. *Placuit*.

v. pag. 422 Poſtillat.

NUmquid Sacerdos abſolvere poteſt vicinum Sacerdotem a majori, ſine licentia Superioris?

Reſp. Credo, quod non poteſt ſine licentia Saperioris generali, vel ſpeciali, tacita, vel expreſſa. Tacita dico; quia ſi Epiſcopus ſcit talia communiter fieri a Sacerdotibas, & noa reclamat, ſed ſaſtinet, quod ſic fiat; eo ipſo præſumendum eſt, ipſum tacite approbare bujuſmodi abſolutiones, & licentiam dare bujaſmodi Sacerdotibus de ſe invicem abſolvendis.

Numquid in articulo neceſſitatis tenetur quis confiteri Hæretico, vel Schiſmatico, vel ſimili, ſi non poteſt invenire Catholicum.

CRedo, qood non, immo, ſalvo maliori judicio, conſulerem, quod nullo modo coofiteratur ai, ſed doleret de peccatis, & quia tantum diſtulit confeſſionem, & confiteatur in corde, & ſuffieit ei: tales anim ponerent ipſum da facili in aliquo arrore, val deſperationa, ſicut Phariſæi Judam, dicentes, quum confiteretur ais peccatum: *Quid ad nos? ta videris.* De pœnit. diſt. 6. c. 1 ſeu c. *Qui vult*, & diſt. 32. c. *Præter hoc*, verſ. *Ceteram*.

Matth. 27.

v. ſupra, c. Quem pœn. diſt. 1. de pœn. Auguſt. In lib. de pœn. cap. 10.

,, QUi vult...... Laborat itaque pœnitans in Ecclaſia eſſe, & ad Ecclaſiæ unitatem tendare: niſi enim unitas Ecclaſiæ ſuccurrat, niſi, quod deeſt peccatori, ſua operatione complaat, de manibus inimici non aripiatur anima mortoi. Credendum eſt enim (& piatas fidei expoſtulat credere) quod omnes alaemoſynæ totius Eccleſiæ, & orationes, & opera juſtitiæ, & miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam ad convarſionem: ideoque namo digna pœnitere poteſt, quam non ſuſtineat unitas Ecclaſiæ: idaoqoa noo petat Sacardotes per aliqnam culpam ab unitate Ecclaſiæ diviſos. Judas anim pœnitens ivit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolos, nihill iovenit auxilii, ſad augmantum deſperationis: dixerunt enim: *Quid ad nos? ta videris*. Si peccaſti, tibi ſit: non tibi ſuccurrimus: non peccata tua caritative ſuſcipimus, non comportanda promittimus, non qualiter deponas onus, docemus. Quid enim nobis aſt, & miſericordiæ, qui nec opera ſequimur juſtitiæ? Iſſet ad fratres, iſſet ad illos, qui oravarant pro ſocru Patri ſebricitante, qoi Chananæam improbam miſericordiæ obtulerant. Interrogaiſſet Patrum pro ſa effundentem lacrymas; non fugiſſet Mariam, & Martham, qoæ vitam Lazaro impatravarant, oon turbam plorantem, quæ uoicum filium acquiſierat viduæ; ivit ad diviſos, & diviſus pariit (& infra) Sacerdos itaque, cui omnis offertur peccator, aote qnam ſtatuitur omois languor; in nullo eorum ſit judicandus, quæ in alio judicara eſt promtus. Jodicans enim alium, qui aſt judicandus, condemnat ſaipſum. Cognoſcat igitur ſe, & purget in ſa, quod alios videt ſibi offarre. Caveat argo, ut a ſe projiciat quidquid damnoſum in alio reperit. Aoimadvartat quod dicitur: *Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat*. Ideo enim liberavit peccatricem, quia noo erat, qui juſte projiceret lapidam. Quomodo lapidarat, qui ſa lapidandum cognuſceret? oullus anim erat ſina peccato in quo intalligitor omnas arimine fuiſſe reos. Nam venialia ſampar ramittabantur per cæramonias. Si quod argo io eis peccatum arat, criminala arat: dateriores itaque in hoc Sacerdotes ſunt, ſa prius noo ædificantas illis, qui Domioom obſervabant inſidiis: in hoc itaqua patentiſſimum eſt crimen Sacerdotum, & ultra modum detaſtabile, qui non prius ſe judicant, & alios alligant: deberent enim in ſe timara crimen, quod in aliis timuarunt, & detaſtabila cenſuerunt. Illi qnidem adeo erant cæci, quod ſummam ſapientiam ſperabant capere ſuis inſidiis. Quod illis patuit; quod tunc quiſqua vitavit, vitat Sacerdos, qui in huc arrora pejor illis judæis axſtiterit. Caveat ſpiritualis judax, ut ſicot noo commiſit criman nequitiæ, ita non careat mnoere ſcientiæ. Oportet anim, ut ſciat cognuſcara quidquid debet jodicare. Judiciaria anim poteſtaa hoc poſtulat, ut quod debet judicara, diſceroat. Diligens igitur inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator ſapienter, & quaſi aſtuta intarroget a peccatore, quod forſitan ignorat, val verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, variatates ejus non dubitet ioveſtigara, & locum, & tempus, & cetera, quæ ſupra diximus in exponendo eorum qualitates: quibus cognitis adſit banavulus, paratus arigere, & ſecum nnus portare: habaat dulcedinam in affectiona, piatatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate: adjuvet confitaotem orando, eleemoſynas dando, & cetera bona pro ao faciando: ſemper eum juvet leniando, conſolando, ſpam promittendo, & cum fuarit opus, atiam increpando. Doleat loqueodo, inſtruat operaodo, ſit particeps laboris, qui particaps vult fiari gaudii. Doceat perſeverantiam: cavaat, na corruat: na juſta perdat poteſtatem judiciariam, licet enim, &c....

Luc. 4. Matth. 15. Joan. 11. Luc. 7. Joan. 8.

v. pag. 349

,, PRæter hoc...... (Ceterum Schiſmaticorum, & Hæreticorum Sacramanta, qnoniam axtra Eccleſiam ſunt, juxta ſanctorum Patrum traditionas, ſcilicat Pelagii, Gregorii, Cypriani, Auguſtini, & Hieronymi, formam quidem Sacramantorum; non autam virtutis effectum habere profitamur, niſi eum ipſi, val eorum Sacramentis initiati, par maons impoſitiooam ad Catholicam redierint unitatam. Sciendum vero aſt, quod Cannnes Apoſtolorom (quorum auctoritate Orientalis, & ex parte Romana utitur Eccleſia) etiam inſignis Cyprianus Martyr, & octoginta Epiſcopi cum eodem, baptiſma Hæreticorum lavacrum diaboli appellant: Stephanus vero, & Cornelius Martyres, & Pontificas Romani, & Veoerabilis Auguſt. in libro de baptiſmo aum-

Gratian.

,, dam

,, dem Cyprianum, & præſatos Epiſcopos ob
,, hanc cauſſam vehementer redarguunt: affir-
,, mantes baptiſma ſive ab Hæretico, ſive Schi-
,, ſmatico, Eccleſiaſtico more celebratum, ra-
,, tum eſſe: & merito; quia alia in baptiſmo,
,, & alia in reliquis Sacramentis conſideratio
,, eſt: quippe cum & ordine prior eſt, & ne-
,, ceſſarior ſit fides; ſubito enim morituro prius
,, baptiſmate, quam Dominici Corporis com-
,, munione, vel aliis Sacramentis conſulitur,
,, & dum forte Catholicus non invenitur, ſa-
,, tius eſt ab Hæretico baptiſmi Sacramentum
,, ſumere, quam in æternum perire: & hanc
,, ſententiam præſcriptorum Pontificum Cor-
,, nelii, Stephani, & Auguſtini ſecuti ſunt Si-
,, ricius, Innocentius, Leo, Anaſtaſius, & ma-
,, gnus Gregorius, & omnis Eccleſia Catholi-
,, ca tenet.)

Idem credo de excommunicato. Require ſupra de Sacram. non iterand. §. *In ſumma*, verſ. *In quantum*.

Item numquid Parochialis Sacerdos, vel alius, cui Epiſcopus dedit poteſtatem audiendi Confeſſiones, poterit imponere pœnitentiam de omni crimine, an tenetur ad Epiſcopum aliquos remittere?

Ad hoc dico, quod de omni poteſt imponere, niſi in caſibus quinque. Unus, de his, quibus eſt ſolemnis pœnitentia imponenda. Require ſupra eod. §. *Species*.

Alius de excommunicatis, quos poteſt aliquando abſolvere, aliquando non, ſecundum diſtinctionem, quam require ſupra de ſent. excomm. §. *Regulariter*, & in ſequenti §. plene invenies de hoc.

Tertius caſus eſt, ubicumque invenit irregularitatem contractam; quia propter illam debet pœnitentem mittere ad Epiſcopum, ut vel ipſe diſpenſet eum eo, ſi poteſt, vel cum litteris ſuis mittat eum ad Papam. De hoc require ſupra de diſp. §. *Circa prædictas*, de ſim. §. *Reſtat videre*, & §. *Sed numquid*, & de pœnit. §.
v. pag. 159 & 160. *Nunc videndum*.

Quartus eſt de incendiariis. Cauſſa 23. qu. ult. *Si quis membrorum*, & c. *Peſſimam*.

Quintus, ſi ſit conſuetudo in aliquo Epiſcopatu, quod aliqua certa crimina ad Epiſcopum referantur, ſicut obtinet conſuetudo in pleriſque Eccleſiis, de homicidiis, ſacrilegis, falſariis, violatoribus immunitatis Eccleſiaſticæ, & aliis enormitatibus. Horum etiam aliqui mittuntur ab Epiſcopis ad Sedem Apoſtolicam, propter enormitatem criminum, & ad terrorem.

Caſus. Pone, quod Epiſcopus alicui delegat vices ſuas circa pœnitentias imponendas, & ſimilia; numquid poterit facere delegatus iſta majora? vel numquid poterit iſta, vel alia alteri ſubdelegare?

Ad hoc, credo quod Epiſcopus non intelligatur delegare hujuſmodi majora in ſimplici delegatione, niſi expreſſe dictum ſit; quum ad ipſius correctionem videantur ſpecialiter ſpectare: nec videtur, quod debeat delegare, præcipue diſpenſationes, & abſolutiones excommunicationum, in quibus interveniunt juramenta, & reſtitutiones, niſi forte ipſe eſſet impeditus; & tunc committeret alicui diſcreto, & perito, qui cognoſceret perſonas, & ſciret circumſtantias factorum, & rerum. De his tamen require per ſimile ſupra de pœnit. §. *Nunc videndum*, verſ. *Si quæras*.

QUid, ſi Epiſcopus dicat: Committo vobis poteſtatem meam in foro pœnitentiali, ut poſſitis abſolvere in omnibus caſibus, in quibus poſſim? *Poſtillat.*

Reſp. Licet qui omnia dixit, nihil excepit, diſt. 19. c. Si Romanorum; *non eſt tamen tutum propter hujuſmodi conceſſionem generalem uſurpare ea, quæ a jure Epiſcopo ſunt reſervata ſpecialiter; niſi certum ſit, quod Epiſcopus per hujuſmodi verba generalia intenderit committere hujuſmodi ſpecialia: ea tamen, quæ in Synodo ſua Epiſcopus ſibi reſervare conſuevit, ſatis credo, quod per hujuſmodi generalia verba debeant intelligi eſſe commiſſa. Abſolutiones tamen excommunicationum, quæ fiunt a Sacerdotibus pro furtis, & damnis, quorum ignorantur auctores, cum non ſolum pertineant ad forum pœnitentiale, ſed quoad quid ſpectant ad contentioſum, ut dictum eſt, non ſunt intelligendæ delegari per hujuſmodi generalia verba; & multo fortius nec abſolutiones illorum, qui in forma judicii excommunicati ſunt pro contumacia, & pro re judicata, aut pro offenſa. Quantamcumque etiam generaliter, & expreſſe Epiſcopus committat vices ſuas quoad forum pœnitentiale alicui, non propter hoc poteſt ille, ſine ſpeciali mandato, mutare vota, aut relaxare juramenta, de quibus certum eſt, quod poſſint, vel de quibus dubium eſt, an poſſint licite obſervari, licet de tranſgreſſione voti jam facta, & de perjurio poſſit pœnitentiam injungere.*

Non videtur etiam, quod debeat delegare abſolutiones excommunicationum, in quibus interveniunt juramenta, *de parendo mandato Eccleſiæ, vel aliquo faciendo, vel non faciendo. Credo autem, quod quilibet excommunicatus majori excommunicatione cum juramento abſolvendus eſt. De reſtitutionibus credo, quod pauperibus facienda eſt reſtitutio, quando neſcitur, cui factum eſt damnum. Si modica eſt ſumma, poteſt pœnitens ad arbitrium Confeſſoris illam pauperibus erogare; ubi autem magna eſt ſumma, de arbitrio Epiſcopi ſervari, qui pauperum eſt diſpenſator, niſi alicui diſcreto ſpecialiter ſuper hoc committeret vices ſuas.*

Sed numquid poteſt Epiſcopus, vel ſuperior præter ſui ſuperioris licentiam, eligere confeſſorem, qui ipſum in foro pœnitentiali poſſit de peccatis ſuis abſolvere?

Reſpondeo: poteſt, dum tamen diſcretum; & idem dico de aliis Prælatis exemtis, qui ſubſunt immediate Domino Papæ; ne propter dilationem pœnitentiæ, periculum immineat animarum. Extr. de pœnit. c. *Ne pro dilatione*.

,, NE pro dilatione pœnitentiæ periculum Gregor. IX.
,, immineat animarum, permittimus E-
,, piſcopis, & aliis Superioribus, necnon mi-
,, noribus Prælatis exemtis, ut etiam præter
,, ſui ſuperioris licentiam providum & diſcre-
,, tum ſibi poſſint eligere confeſſorem.

Hoc autem intelligo, niſi ſit excommunicatus majori excommunicatione. Arg. extra, de Cleric. excommunic. miniſtr. capit. *Si celebrat*. *v. pag. 433*

(*Niſi ſit excommunicatus*) *Ille*, qui eligitur in confeſſorem; quia tunc non poſſet eum abſolvere ſic ligatus: ſi enim eſſet excommunicatus minori excommunicatione tantum, nihilominus tamen poſſet eum abſolvere. Arg. illius capit. *Si celebrat*. Hoc etiam poteſt intelligi de ille qui eligit ſibi confeſſorem, qui, ſi ſit excommunicatus majori excommunicatione, non poteſt eligere confeſſorem, qui eum abſolvat de excommunicatione illa, ſecundum quod *Poſtillat.*

Magiſter videtnr innuere, ut dictum eſt, quod tamen poſſet, ſi eſſet excommunicatus tantummodo minori excommunicatione. Arg. illius c. *Si celebrat*, ubi dicitur, quod excommunicatus minori excommunicatione poteſt eligere: de hoc tamen credo quod notatum eſt ſupra de proximo.

Quid de venialibus; numquid & illa tenetur quis confiteri Sacerdoti?

Beda ſuper Joan. c. 1. Jac. ult. AD hoc dicit Beda, quod non, exponens illum locum: *Confitemini alterutrum peccata veſtra*: ait enim: *Coæqualibus quotidiana, & levia; graviora vero Sacerdoti pandimus, &c. (& infra) Sed & graviora coæqualibus pandenda ſunt, cum deeſt Sacerdos, & urget periculum; venialia etiam Sacerdotis ablata copia, licet confiteri coæqualibus*. Et hoc ſufficit, ut dicunt plerique doctores; ſi tamen ex contemtu non prætermittatur Sacerdos. Alii vero dicunt, & credo tutius, quod utriuſque generis peccata Sacerdotibus ſunt pandenda, quibus eſt conceſſa poteſtas ligandi, & ſolvendi, ſi habeatur eorum copia.

Si autem quæras, quæ peccata ſint mortalia, & quæ venialia; potes notare in primis mortalia peccata omnes transgreſſiones Decalogi. Item quædam numerantur ab Apoſt. in Epiſt. ad Rom. c. 1. ut eſt, *idololatria, vitium contra naturam, iniquitas, malitia, fornicatio, avaritia, nequitia, invidia, homicidium, contentio, dolus, malignitas, ſuſurratio, detractio, contumelia, ſuperbia, elatio, inventio malorum, inobedientia, inſipientia, incompoſitio*, quibus adjungit illos, *qui ſunt ſine affectione, abſque fœdere, & ſine miſericordia*. Poſtea ſubjungit, quod *qui talia agunt, digni ſunt morte æterna*.

Item in Epiſt. ad Galat. 5. *Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, avaritia, luxuria, &c.* multa etiam enumerat Auguſtinus mortalia, & venialia, diſt. 25 cap.
v. pag. 98. & 214. *Unum orarium*, & ſupra in ſingulis tractatibus poteris invenire. Unum tamen conſulo, quod non ſis nimis pronus judicare mortalia peccata, ubi tibi non conſtat per certam Scripturam eſſe mortalia; ſed potes dicere eſſe peccata, & inducere homines ad pœnitentiam de talibus: alias enim poſſent induci homines cito in deſperationem.

Quæ ſint neceſſaria ad veram confeſſionem?

SEquitur, quæ ſint neceſſaria ad veram confeſſionem.

Ad hoc dicas, quod quattuor, videlicet, quod ſit amara, feſtina, integra, & frequens.

De primo, ſcilicet de amaritudine, Hier. 31. *Statue ſpeculam tibi, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam*.

Signa hujus amaritudinis ſunt quinque, verecundia, humilitas, lacrymæ, fortitudo vincens pudorem, & pronitas obedientiæ.

Aug. de vera & falſa pœn. De primo ſigno, ſcilicet verecundia, Auguſtin. *Laborat mens patiendo erubeſcentiam; & quoniam verecundia eſt magna pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia*. De pœnit. diſt. 1. c.
v. pag. 424 *Quem pœnitet*.

(Quid de Sacerdote habente focariam Parochianam ſuam; numquid debet eam admittere ad confeſſionem, de illo peccato maxime? *Poſtillat.*

℟. Credo quod non; quia aufertur ei erubeſcentia, quæ eſt maxima pars pœnitentiæ; quia non erubeſceret ita coram eo, ſicut coram alio: debet ergo eam mittere ad alium Sacerdotem, ſicut notavit Hugut. circa Presbyterum, & uxorem propriam. Idem credo de omni peccato, in quo Presbyter fuit conſentiens, vel cooperator: ſi tamen in hujuſmodi caſibus abſolvat Parochianum pœnitentem, abſolutus erit: nec eſt contra, quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ſimonia cum ipſo commiſſa; quia diſpenſatio eſt dignitatis, abſolutio neceſſitatis; & ideo non tam facile amittit quis poteſtatem abſolvendi, ſicut diſpenſandi.)

De ſecundo, ſcilicet de humilitate, Apoſtolus: *1. Petr. c. 5.*
Humiliamini ſub potenti manu Dei, &c. Unde Publicanus non audebat ad cælum levare oculos.

De tertio, ſcilicet de lacrymis, Hierem. in Thren. c. 2. *Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceant pupillæ oculi tui*. Item Joan. Chryſoſtomus, de pœnit. diſt. 1. *Lacrymæ lavant delictum, quod pudor eſt confiteri*, id eſt, cum pudore, & verecundia eſt confitendum. Item Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*.

De quarto, ſcilicet fortitudine, exemplum Mariæ Magdalenæ, Luc. 8. quæ adeo fortis erat in confitendo propter amaram interius compunctionem, quod nullo pudore obſtante, publice fuit confeſſa turpitudinem peccatorum.

De quinto, ſcilicet pronitate obedientiæ, e- *Philipp. 2.*
xemplum Domini, *qui factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*. I- *lib. de vera, & falſa pœn. cap. 14.*
tem Auguſtinus: *Ponat ſe pœnitens omnino in poteſtate judicis, in judicio Sacerdotis, nihil reſervans ſibi, ut omnia eo jubente paratus ſit facere pro recipienda vita animæ, quæcumque faceret pro evitanda corporis morte; & hoc cum deſiderio, quia vitam recuperat infinitam, ut Deus: cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus*. De pœn. diſt. 5. c. *Conſideret*.

v. infra. Eccleſ. 6. Item debet eſſe feſtina confeſſio. Salom. *Ne tardes converti ad Deum, ne differas de die in diem: ſubita enim veniet ira ejus, & in tempore vindictæ diſperdet te*. Debet ergo feſtinare propter quinque. Primum, propter incertitudinem horæ mortis, Luc. 12. *Veniet Dominus ſervi illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet*.
Item diviti promittenti ſibi vitam longam, *Luc. 12.*
dictum eſt: *Stulte, hac nocte repetent a te animam tuam, quæ autem congregaſti, cujus erunt?*

Secundum eſt, quod morans in peccato ſemper accumulat peccatum peccato, & per conſequens pœnam pœnæ. Apoc. c. ult. *Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc*. Apoſtolus; *An ignoras,* *Ad Rom. 8.*
quoniam benignitas Dei ad miſericordiam te adducit; ſecundum duritiam autem tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua? Item Oſeæ cap. 4. *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit*.
Gregorius: *Peccatum, quod per pœnitentiam non* *Lib. 1 Moral. c. 24.*
dilui-

Digitized by Google

diluitur, mox pondere ſuo ad aliud trahitur.

Tertium eſt, quod quanto majorem moram fecerit in peccato, tanto magis elongabitur a Domino, & per conſequens tanto difficilior erit converſio.

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Et Pſal. *Domine, qui elongant ſe a te, peribunt.*

Quartum, quia in extrema *ægritudine vix poteſt aliquis pœnitere*, vel etiam cogitare. Hieronymus: *Cum ægritudine opprimeris, vix potes aliud cogitare, quam quod ſentis, & illuc rapitur intentio mentis, ubi eſt vis doloris. Multa enim*, ut

Lib. 5. homil. 41.

ait Auguſtinus, *occurrunt tunc impedimenta: nam morbus urget, pœna terret, filii, quos illicite dilexit, uxor, & mundus eum ad ſe vocant: tene ergo certum, & dimitte incertum, id eſt, age pœnitentiam, dum ſanus es, & non differas uſque ad infirmitatem.* De pœn. diſt. 7. c. *Si quis poſitus*, & c. *Nullus exſpectet.*

v. infra. August. De differentibus pœnitentiam.

„ SI quis poſitus in ultima neceſſitate ſuæ
„ ægritudinis, voluerit accipere pœniten-
„ tiam, & accipit, & mox reconciliatur, &
„ hinc vadit; fateor vobis, non illi nega-
„ mus quod petit, ſed non præſumimus, quod
„ bene hinc exit, ſi ſecurus hinc exierit, ego
„ neſcio: pœnitentiam dare poſſumus, ſecu-
„ ritatem autem dare non poſſumus: numquid
„ dico: Damnabitur? Sed non dico, liberabitur.
„ Vis ergo a dubio liberari? vis, quod eſt incer-
„ tum, evadere? Age pœnitentiam dum ſanus
„ es: ſi ſic agis, dico tibi, quod ſecurus es, quia
„ pœnitentiam egiſti eo tempore, quo & pecca-
„ re potuiſti: ſi autem vis agere pœnitentiam,
„ quando jam peccare non potes, peccata te
„ dimiſerunt, non tu illa.

Quintum, quia niſi in vita præſenti exaudierit Dominus clamantem, clamabit ipſe poſt-

Luc. 17.

ea ad Dominum, & non audietur: clamavit enim dives in inferno ſepultus, & non eſt exauditus etiam in gutta aquæ. Item clamabant

Matth. 25.

virgines fatuæ: *Domine, Domine, aperi nobis, & reſpondit Dominus: Amen dico vobis, neſcio vos.*

Cap. 11.

Item de talibus Dominus per Hieremiam: *Ecce inducam mala ſuper eos, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.* Feſtina ergo, & noli procraſtinare, dicens: Sine

Aug. lib. 5. Homil. homil. 41.

modo, ſine modo, quia, ſicut ait Auguſtinus, illud *modo* non habet modum.

IV. Item debet confeſſio eſſe *frequens*: quod dupliciter eſt intelligendum. Uno modo, ut ſi frequenter ceciderit per peccatum etiam mortale, frequenter reſurgat per pœnitentiam. Require ſupra eodem §. *Species*, verſ. *Item ſolemnis*. Alio modo, ut etiam eadem peccata frequenter confiteatur; non tamen tenetur quis niſi in caſibus, quos require Inſ. § *Sed numquid peccata*. Auguſtinus: *Quando pluribus confitebitur quis ſub ſpe veniæ turpitudinem criminis, tanto facilius conſequetur gratiam remiſſionis*, de pœ-

v. ſupra.

nit. diſt. 1. cap. *Quem pœnitet*. Item Iſaiæ 23. *Sume cytharam, circui civitatem, meretrix oblivioni tradita, bene cane, frequenta Canticum, ut memoria tui ſit.*

Item nota Conſtitutionem emanaſſe contra negligentes confiteri peccata, ſcilicet, quod ſaltem ſemel in anno teneatur quilibet, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, confiteri omnia peccata ſua, & ſuſcipere reverenter ad minus ad Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de conſilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſſam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abſtinendum; alioquin & vivens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Unde hoc ſalutare ſtatutum debet frequenter in Eccleſiis publicari, ne quiſquam ex ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Item nota, quod ſtatutum eſt, & præceptum a Papa Innocentio medicis corporum, *ut infirmos, ad quos vocati fuerint, ante omnia moneant, & inducant, quod medicos advocent animarum, ut poſtquam fuerit de ſalute animarum proviſum, ad corporale medicinæ remedium ſalubrius procedatur, ut, ceſſante cauſa, ceſſet effectus: ſi quis autem medicorum, poſtquam per Prælatos locorum fuerit hæc conſtitutio publicata, tranſgreſſor extiterit, tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter: prohibetur etiam ſub interminatione anathematis, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægro ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur.* Hæ Conſtitutiones ſunt extra, de pœnit. cap. *Omnis utriuſque*, & cap. *Cum infirmitas*. *v. pag. 654*

Item debet confeſſio eſſe *integra*, ſcilicet ut peccata omnia dicat integra, non dividendo etiam ea inter diverſos Sacerdotes, ſed uni: Dominus enim ſumme bonus opus imperfectionis non novit, aut totum hominem ſanat, aut nihil. Auguſtinus: *Caveas, ne verecundia ductus, dividas confeſſionem.* Ad idem Hierem. in Thren. c. 2. *Effunde ſicut aqua cor tuum ante conſpectum Domini.* Item Pſal. *Effundite coram illo corda veſtra.*

Ad hoc autem, ut integra ſit confeſſio iſta, novem exiguntur, ſcilicet quod ſit voluntaria, fidelis, propria, accuſatoria, vera, nuda, diſcreta, pura, moroſa.

Voluntaria debet eſſe, ut non ſit ſicut confeſſio Achor, ſed ſicut confeſſio dextri Latronis in Cruce: licet enim dolere debeat propter peccata, quæ commiſit; debet tamen gaudere propter vitam, quam recuperat: unde ſimul eſſe contingit dolorem & gaudium in eodem ſubjecto, Pſalm. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

Joſue 7.
Luc. 23.

Fidelis, ſcilicet, ut tam ipſe confitens, quam Sacerdos, cui confitetur, ſint in fide Catholica, & fiat confeſſio ſecundum doctrinam Eccleſiæ, & non ſecundum doctrinam hæreticorum. Item, quod fiat ſub ſpe veniæ, alias non valeret. De pœnit. diſt. 1. cap. *Quem pœnitet*, & diſt. 6. c. *Qui vult*. *v. ſupra.*

Propria, ut ſeipſum tantum accuſet, & non alium, Pſalm. 76. *Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitatus ſum, & ſcopebam ſpiritum meum.* Item: *Deus, vitam meam annunciavi tibi.* Alias ſi crimen alterius diceret, non eſſet erroris illius corrector, ſed proditor, vel detractor. Fallit hoc, ubi circumſtantia facti talis eſt, quod alias non poſſet confiteri peccatum; ut ſi cognovit matrem, vel filiam, vel ſimile: & tunc non eſt dicendus proditor, quia non dicit, ut alium prodat, vel gravet; ſed ut ſe liberet, quod alias facere non poſſet.

Pſal. 55.

Accuſatoria, ut dicat ſe commiſiſſe peccatum ex propria malitia, accuſando ſe fortiter, non prætendens excuſationes in peccatis, ſicut primi parentes. Salom. in Parab. c. 18. *Juſtus prior eſt accuſator ſui; venit amicus ejus, & inveſtigabit eum.* Niſi modo accuſet ſe coram iſto amico,

id eſt,

id eſt, Deo, vel Sacerdote Dei Vicario, in futuro habebit accuſatores Deum, propriam conſcientiam, diabolum, peccata, & totum mundum. *Quia pugnabit orbis terrarum contra inſenſatos*. Si vero modo accuſet ſe, Deus excuſabit eum. Auguſtinus ſuper Pſal. *Veritas de terra orta eſt*, id eſt, confeſſio de homine, ut ſe accuſet. *Et ſic juſtitia de cælo proſpexit*, quaſi Deus dicat: Parcamus huic, quia non parcit ſibi, ignoſcamus, quia ignoſcit: *de cælo* ergo *juſtitia proſpexit*, id eſt, a Deo data eſt juſtificatio pœnitenti.

Vera, id eſt, non tacens verum, nec admiſcens falſum, etiam humilitatis cauſſa. Auguſtinus: *Cum humilitatis cauſſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod devitaveras*. Item: *Non eſt veritas, niſi ita te dixeris peccatorem, ut etiam eſſe recognoſcas; veritas autem ipſa eſt, ut quod eſt, dicas*. Sed cootra dicit Joann. in Canon. 1. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. Item Gregorius: *Bonarum mentium eſt, ibi culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt*. Sed dic, quod debet ſe dicere peccatorem in genere: quia nemo ſine crimine vivit: in ſpecie vero non dicat perpetraſſe peccatum, niſi ſciat, vel credat ita eſſe.

Objicitur etiam de generali confeſſione, in qua Sacerdotes, & alii confitentur, & interdum ſpecialiter ſe omnia commiſiſſe peccata.

Sed dic, quod taliter confitens loquitur in perſona Eccleſiæ; vel quia, ſicut ait Auguſtinus; *In uno peccato multa peccata poſſunt notari*. Quod autem dicitur: *In omnibus vitiis, quibus miſer homo, &c.* ibi comprehendit genera ſingulorum, & non ſingula generum, quaſi dicat, peccavi *cogitatione, locutione, opere*, & *omiſſione*.

Nuda, quia non debet confiteri per nuncium, nec per epiſtolam, ſed viva voce, & ore proprio, & præſentialiter, ut qui per ſe peccavit, per ſeipſum erubeſcat: præcepit enim Dominus mundatis, ut oſtenderent ſe Sacerdotibus, & Auguſtinus de pœnit. diſt. 1. cap.
v. ſupra. *Quem pœnitet*.

Poſtillat. N*Umquid ſufficit, ſi aliquo pœnitente præſente coram Sacerdote, alias dicat peccata ejus in præſentia ejus?*

Reſp. Credo quod non; quia dicitur hic: Non per nuncium. *Si tamen Sacerdos interroget pœnitentem, & ille ad interrogata reſpondeat, ſufficit quantum ad ea, de quibus interrogatur, niſi talis quis prius dimitteret confiteri, quam ore proprio confiteretur peccatum: hoc enim ex ſuperbia eſt, ut*
v. infra. *de pœn diſt. 5. c. 1. ſeu, c.* Conſideret, *verſus finem. Similiter non debet per epiſtolam confiteri, nec debet abſolutio fieri per epiſtolam, ſed præſens confitens a præſente Sacerdote debet abſolvi*.

Sed numquid unus poteſt audire pœnitentem, & alius abſolvere?

Reſp. Credo quod non; quia Sacramentum pœnitentiæ non eſt dividendum, ſicut dicitur de Epiſcopo, qui manum imponebat in ordinatione, & alius
v.pag.283 *Sacerdos verba proferebat. Diſt. 22. cap.* Quorumdam. *Concedo tamen, quod poteſt audiri confeſſio per interpretem, dum Sacerdos non intelligit idioma confitentis, præſente tamen eo, qui confitetur*.

Editor. A*T geminata quæſtio de confeſſione per nuncium, aut per epiſtolam facienda, & de abſolutione iiſdem artibus danda, inter eas, quæ diſputationi Theologorum tradi dicuntur, amplius locum non obtinendiſſe: eſt enim, & plene inſigni decreto Clementis VIII. cum omnis Catholicus, qua par eſt humilitate, & obedientia obtemperaturus eſt, & cujus tenorem ob ſui brevitatem hic duximus collocandum.*

DECRETUM

SS. D. N. PAPÆ CLEMENTIS VIII. Contra Propoſitionem aſſerentem,

Licere per litteras, ſeu internuncium confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, &c.

,, SAnctiſſimus D. N. D. Clem. Papa VIII. &c.
,, Auditis votis Plurium Theologorum, & ro
,, cum Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis Do-
,, minis Cardinalibus, contra hæreticam pravi-
,, tatem generalibus inquiſitoribus, mature ac
,, diligenter conſiderata,

,, Hanc propoſitionem, ſcilicet *licere per lit-*
,, *teras, ſeu internuncium confeſſario abſenti pecca-*
,, *ta ſacramentaliter confiteri*, & *ab eodem abſen-*
,, *te abſolutionem obtinere*, adminus uti falſam,
,, temerariam, & ſcandaloſam damnavit, ac
,, prohibuit. Præcepitque, ne deinceps iſta pro-
,, poſitio publicis, privatiſve lectionibus, con-
,, cionibus, & congreſſibus doceatur, neve un-
,, quam tamquam aliquo caſu probabilis deſen-
,, datur, imprimatur, aut ad praxim quovis
,, modo deducatur; quod ſi quis illam docue-
,, rit, deſenderit, imprimi fecerit, aut de ea
,, diſputative tractaverit (niſi forſan impugnan-
,, do) vel ad praxim directe, ſeu indirecte de-
,, duxerit, præter excommunicationem latæ
,, ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & a
,, qua non poſſit (præterquam in articulo mor-
,, tis) ab alio quacumque etiam dignitate ful-
,, gente, etiam S. R. E. Majori Pœnitentiario,
,, niſi a pro tempore exiſtenti Romano Pon-
,, tifice abſolvi, aliis etiam pœnis arbitrio in-
,, fligendis ſubjaceat.

,, In generali congregatione ſanctæ Romanæ,
,, & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio
,, Apoſtolico in Monte-Quirinali, die 20. menſis
,, Julii 1602.

Quintilianus Adrianus Not.

,, Anno a Nativitate Domini 1602. Indict. 15.
,, die 21. menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſimi
,, in Chriſto Patris, & D.N.D. Clementis, divi-
,, na providentia Papæ VIII. an. 11. Supradictæ
,, litteræ Apoſtol. affixæ & publicatæ fuerunt in
,, valvis Baſilicæ Principis Apoſtol. de urbe, Can-
,, cell. Apoſt. & aciei Campi-Floræ, ut moris eſt,
,, per nos Catherinum Menandi Apoſtol. Curſ.

Gaſpar de Bonis pedibus Mag. Curſ.

Item quia non debet confiteri verbis, vel nominibus criminum palliatis, ſed quodlibet peccatum ſuo proprio nomine, quantumcumque turpi exprimat; & non ſolum ipſa peccata, ſed omnes circumſtantias quantumcumque turpes, vel abominabiles, ut ſic tota ſanies apoſtematis expellatur. Item debet confiteri circumſtantias concomitantes ipſum peccatum, & etiam præceden-

cedentes, atque allicientes ad peccandum: dicuntur autem circumſtantiæ concomitantes, qualitas eriminis, locus, tempus, perſeverantia, & ſimiles: præcedentes ſive allicientes dicuntur eircumſtantiæ, de quibus Dominus in Iſaia 3. *Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus occulorum, &c.*

Item nota, quod quædam circumſtantiæ adhærent proprie ipſi peccato, quædam perſonæ ipſius peccantis, quædam nec peccatu, nec perſonæ, ſed extrinſecus conſiderantur. *Peccato* adhærent deteſtatin, ut in Sodomico; horribilitas, ur in homicidio; qualitas, nt in peccato occulto, vel manifeſto; quantitas, ut in parvo, mediocri, vel enormi, & ſimili. *Perſonæ*, ut dignitas, libertas, ſcientia, ætas, ſexus. *Nec peccato, nec perſonæ*, ut locus, & tempus, & ſimiles. Tales circumſtantias debent umnes confiteri pro poſſe, & de omnibus dolere, ac pœnitere. De pœu. diſt. 5. c. 1. ſeu, *Conſideret*.

August. *In lib. de pœnitent.*

,, CONſideret qualitatem eriminis in loco,
,, in tempore, in perſeverantia, in varie-
,, tate perſonæ, & quali ſecerit hoc tentatio-
,, ne, & in ipſius vitii multiplici exſecutione. O-
,, portet enim pœnitere ſornicantem ſecundum
,, excellentiam ſui ſtatus, aut officii, & ſe-
,, cundum modum meretricia, & in modo ſui
,, operis, & qualiter ſuam turpitudinem pere-
,, git, ſi in loco ſacro, aut cui debuit excellen-
,, tiam fidei (ut ſunt dumus dumiorum, &
,, aliorum multorum) ſi in tempore orationi
,, conſtituto, aut in ſeſtivitare ſanctorum, & in
,, tempore jejunii. Conſideret, quantum perſe-
,, veraverit, & defleat, quod perſeveranter pec-
,, caverit, & quanta virtus fuerit In pugnatione.
,, Sunt enim qui non ſolum non vincuntur, ſed
,, ultro ſe peccato offerunt, nec exſpectant teo-
,, tationem, ſed præveniunt voluptatem, &
,, pertractant ſecum, quam multipliei actione
,, vitii delectabiliter peccent. Omnis iſta va-
,, rietas confitenda eſt, & deflenda, ot eum
,, agnoverit, quod peccatum eſt multum, cito
,, Inveniat Deum propitium. Io cognoſcendu
,, augmentum peccati, inveniat ſe, cujus æ-
,, tatis fuerit, cujus ſapientiæ, & ordinis,
,, & ſtatum omnem alterius non peccaotis. Im-
,, moretur in iſtis ſingulis, & ſentiat modum
,, criminis, purgans laerymis umnem quali-
,, tatem vitii: defleat virtutem, qua ioterim
,, caruit.

,, Dolendum eſt enim, & dolore purgandum
,, non ſolum quia peccavit; ſed etiam quod ſe
,, virtute privavit. Nam licet ſperet ſe conſe-
,, cuturum veuiam; dolere tamen poteſt, quia
,, non promeruit, unde remunerari confidat.
,, Anxietur, & doleat, quod modo effugiens
,, de præteritis pœnam, miſer non inde exſpe-
,, ctet gluriam, cujus omne tempus, quoniam
,, breviſſimum eſt, debuit decertaſſe ad conſe-
,, quendum præminm. Defleat etiam, quoniam
,, in uno offendens, factus eſt omnium per in-
,, gratitudinem reus. Ingratus enim exſtitit,
,, qui plenus virtutibus Deum omnino non ti-
,, muit. In hoc enim quiſque peccaro fit cul-
,, pabilior, quo eſt Deo acceptior. Ideo enlm
,, Adam plus peccavit, quia omni bono abun-
,, davit. Etiam alio modo uffendens in uno reus
,, eſt omnium; quia omnis virtus patitur detri-
,, mentum ab onu vitio. Nam ſi quis cadit in
,, avaritiam, largitatem deſtruit, & etiam ca-
,, ſtitarem minoravit: amore enim pecuniæ vel
,, violaret caſtitatē, vel ſaltem minus amaret. Si
,, enim propter Deum tanta adhuc caſtitas ineſt,
,, ut nolit eam perdere; tamen ſaltem minori
,, gaudio, minori affectu tuetur eam, ubi videt
,, inde procedcre damnum pecuniæ: ſicque &
,, in aliis, quæ etiamſi non expellantur, tamen
,, per conceptionem unius vitii, vel ſatis, vel pa-
,, rum minuuntur, vel intentione deteriorantur.
,, Unde umnis virtus cuicumque crimini eſt de-
,, flenda, & de omnibus indulgentia eſt petenda.

,, Animadvertere etiam uportet, & animad-
,, vertendo deflere animam proximi, quam
,, ſornicator Deo eripuit, vel erepram in ma-
,, lo eonfirmavit; etiam quod exemplum exſti-
,, tit mali in uperatiooe ſui eriminis: cul ma-
,, gis profuiſſet, ſi aliis fuiſſet cauſſa converſio-
,, nis; gemat itaque aliorum vitam in ſua cor-
,, ruptam, vel Incorruptam non conſervatam,
,, & commodum proximi, quod dediſſet exem-
,, plo boni. Doleat de triſtitia, quam peccandu
,, bonis intulit, & de lætitia, quam eis non ad-
,, bibuit. Et non ſolum cogitet, quid, & quali-
,, ter feeerit, ſed quam injuſte Deum, ut dixi-
,, mus, peccando offenderit. Timeat illam veri-
,, tatis ſententiam: *Non poteſtis duobus Dominis*
,, *ſervire*. Timeat ergu, ne omnia bona, quæ ſe-
,, cit, dum in uno peccato perſeveraverit, ex
,, contaminatione mali perdiderit: ut qui ſervi-
,, vit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit,
,, amiſerit ſervirutem. Pium eſt tamen ctedere,
,, ut recepta Dei gratia, quæ in eo deſtruit ma-
,, la priura, etiam remuneret bona, ut cum de-
,, ſtruxerit, quod ſuum non Invenit, amet & dI-
,, ligat bonum, quod etiā In peccante plantavit.

,, In his omnibus doleos aut ſæculum derelin-
,, quat, aut ſaltem illa, quæ ſine admixtione
,, mali non ſunt adminiſtrata: ot mercatura, &
,, militia & alia, quæ utentibus ſunt ooeiva, ut
,, adminiſtrationes ſæcularium poteſtatum, niſi
,, his utatur ex obedientiæ licentia. Ponat ſe
,, omnino in poteſtate Judicis, io judieio Sacer-
,, dotis, nihil ſibi reſervans ſui: ut umnia eo ju-
,, bente paratus ſit facere pro reparanda animæ
,, vita, quæcumque faceret pro vitanda corporis
,, morte, & hoc eum deſiderio: quia vitam recu-
,, perat infinitam, ut Deus. Cum gaudio enim
,, debet ſacere Immortalis ſuturus, quæ faceret
,, pro differenda morte moriturus. Semper de-
,, precetur Deum, certus de venia, quia omnibus
,, modis, & ſine tædin dubius rogaret poteſta-
,, tem terrenam. Abſtinear a multis licitis, qui
,, per libertatem arbitrii commiſit Illicita. Sem-
,, per offerat Deo mentem, & cordis contritio-
,, nem, & deinde quod poteſt de poſſeſſiooe; tonc
,, quod offert, ſecurus offerat: *Reſpexit enim Domi-*
,, *nus ad Abel, & ad munera ejus*; ſed prius reſpexit
,, ad Abel, quam ad munera: ſumens enim men-
,, tem, quam cognovit humilem, & puram, re-
,, muneravit ejus largitatis munera; ad Cain ve-
,, ro nō reſpexit, neque ad ejus munera. Mentē
,, enim ejus, quam viderat, quoniam nō cogno-
,, vit, ejus munera nuo recepit: in judieio enim
,, cordis conſideranda eſt eleemoſyna tribuentis:
,, nec jam conſiderandum eſt quantum, ſed qua
,, mente, qua affectione dat, quod poteſt. Vi-
,, dua enim duobus, quæ habuit, larga minutis,
,, plus omnibus miſit. Qui ergo vult ſua peccata
,, redimere temporalium oblatione, caveat, ut
,, offerat mentem prius.

,, Cautus ſit, ne verecundia ductus, dividat a-
,, pud ſe confeſſionē, ut diverſa diverſis velit Sa-
,, cerdotibus manifeſtare. Quidam enim uni ce-
,, lant, quæ alii manifeſtanda reſervant, quod

,, eſt,

,, eſt ſe laodare,& ad hypocriſim tendere,& ſem-
,, per venia carere, ad quam per fruſta putat
,, totam pervenire. Caveat præterita, quem ve-
,, ra delectat pœnitentia: non prins ad Domi-
,, ni Corpus accedat, quam conſortetur bona
,, conſcientia: ſed in hac ſeparatione tremen-
,, dum Dei judicium cogitet, ubi & majus,& ter-
,, ribilius impœnitentes ſeparabit in ignem. Ge-
,, mat, quod nondum audet ſumere, quem
,, multum deſiderat cibum ſalutarem. Iſti ſunt
,, digni fructus pœnitentiæ animam captivam
,, elaqueantes,& in libertate ſervantes. Cohibeat
,, ſe præterea a ludis, & a ſpectaeulis ſæculi,
,, qui perfectam vult conſequi gratiam remiſſio-
,, nis. Nam Dina, ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos
,, remanſiſſet, ab extraneo raptore corrupta
,, non fuiſſet. Tanto igitur magis ſibi caveat,
,, & cohibeat ſe anima, quæ ſæpe, vel ſemel
,, corrupta eſt,& rapta: timeat jam docta ex-
,, perimento, quod ignoravit virgo; eligat,
,, quem imitetur; oon ſequatur, quem animus
,, ſuus damnat. Se eoim judicat, qui fructus
,, pœnitentiæ non habentem a ſe noo elongat;
,, laudet enim,& amet quos digne fructificare
,, non ignorat: quærat fructus dignos, etſi non
,, dignos pœnitentiæ: ſunt enim fructus di-
,, gni, virtutum fructus, qui non ſufficiunt
,, pœnitentibus. Pœnitentia enim graviores ex-
,, poſtulat, ut ſic pacetur Eccleſia, ut paca-
,, ta dolore, & gemitibus, mortuis impetret
,, veniam.

Ad idem facit quod leguntur Angeli dixiſſe Loth, Geneſ. 19. *Salva animam tuam, noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni via circa regionem, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas*. Item David: *Ego ſum qui peccavi, qui inique egi: iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt?* Item Job 7. *Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei, confabulabor in amaritudine animæ meæ*. Item Iſa. 14. *Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, ait Dominus. Nomen Babylonis perdam*, id eſt, ipſius peccati nomen in confeſſione non tacebo, nec palliabo, ſed expreſſe nomioabo, & condemnabo, *& reliquias*, id eſt, memoriam dulcem, freqoentiam, tactom, confabulationem, & ſimilia, *& germen*, id eſt, initium peccati, ſeu malam voluntatem, *& progeniem*, id eſt, malæ voluntatis ſequelam; *perdam*, inquam, hæc omnia per confeſſionem, ſive per pœnitentiam.

Diſcreta ſimiliter debet eſſe confeſſio, ſcilicet, ut diſtincte, ac ſeparatim confiteatur ſingula peccata, non coofuſe, juxta illud: *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum*, id eſt per ſingula peccata conſcientiam meam. Item ut eligat peritum judicem. Auguſtinus: *Sacerdotem quære, qui te ſciat ligare, & ſolvere.* *Lib. de pœn. c. 10.*

Sed quid, ſi Sacerdos ſuus imperitus, & indiſcretus non vult ei dare licentiam eundi ad alium diſcretum; numquid poterit ire auctoritate propria?

v. pag. 282 *v. pag. 422* Non videtur. Arg. extr. eod. c. *Omnis utriuſque*, & de pœn. diſt. 6. c. *Placuit*. Tutius ergo eſt ei ire ad Superiorem. Extr. de jur. Patrun. c. *Nullus Laicus*. Require de his alia ſupra eod. §. *Debet quilibet*.

Alex. III. ,, NUllus Laicus decimas, aut Eccleſiam, aut
,, quidquid Eccleſiaſtici juris eſt, ſine con-
,, ſeſſione ſui Pontificis Monaſteriis, vel Ca-
,, nonicis conferat. Et ſi quis Epiſcopus im-
,, probitatis, vel avaritiæ cauſſa conſentire no-
,, luerit, Romano Pontifici nuncietur, &
,, quod offerendum eſt, tunc ejus licentia of-
,, feratur.

Item ut ſecreta peccata, non publice, ſed ſecrete confiteatur, manifeſta manifeſte. De pœn. diſt. 1. cap. *Quem pœnitet*, in fin. & cap. *Quamvis*. *v. pag. 422*

Leo Papa *Epiſt. 78.* ,, QUamvis plenitudo fidei videatur eſſe lau-
,, dabilis, quæ propter Dei timorem apud
,, omnes homines erubeſcere non veretur; ta-
,, men quia non omnium hujuſmodi ſunt pec-
,, cata, ut ea, qui pœnitentiam poſcunt, non
,, timeat publicare; removeatur tam improba-
,, bilis conſuetudo, ne multi a pœnitentiæ re-
,, mediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut
,, timeot inimicis ſuis ſua facta reſerare, pro
,, quibus poſſunt legum percelli conſtitutione:
,, ſufficit enim illa confeſſio, quæ primum
,, Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro
,, delictis pœnitentium peccator accedit. Tunc
,, enim demum plures ad pœnitentiam poterunt
,, provocari, ſi populi auribus non publicetur
,, conſcientia confitentis.

Pura, quoad intentionem, ut non ad vanam gloriam, vel hypocriſim, vel timore ſervili, ſed filiali fiat, & ſine omni fictione. De pœn. diſt. 1. c. *Quem pœnitet*, c. *Quis aliquando*, §. *Item taciturnitas*. *v. pag. 422*

Gratian. ,, QUis aliquando..... (Item taciturnitas
,, peccati ex ſuperbia naſcitur cordis: ideo
,, enim peccatum ſuum quiſquam celare deſi-
,, derat, ne iniquitas ſua aliis manifeſta fiat,
,, ne talis reputetur apud homines foris, qua-
,, lem ſe jam dudum exhibuit divino conſpe-
,, ctui. Qood ex fonte ſuperbiæ naſci, nulli
,, dubium eſt. Species etenim ſuperbiæ eſt ſe
,, velle videri juſtum, qui peccator eſt, atque
,, hypocrita convincitur, qui ad imitationem
,, primorum parentum, tergiverſatione verbo-
,, rum peccata ſua levigare contendit, vel ſicut
,, Cain peccatum ſuum reticendo penitus ſuppri-
,, mere quærit. Ubi autem ſuperbia regnat, vel
,, hypocriſis, humilitas locum habere non pot-
,, eſt. Sine humilitate vero alicui veniam ſpe-
,, rare non licet. Nec ergo ubi eſt taciturnitas
,, confeſſionis, venia eſt ſperanda criminis.)

Item moroſa, ut non dicantur peccata in tranſcurſu, ſicut camſores, vel computatores computant nummos, ſed cum mora, & deliberatione, ut ex hoc accendatur devotio, & major habeatur contritio, & verecundia.

Confiteatur ergo integre pœnitens juxta formam prædictam explicans omnia. Hierem. 2. *Scito quid feceris curſor levis, explicans vias tuas*. Alioquin ſi noluerint hic lavare aoimas ſuas per integram confeſſionem, fiet eis, prout dicitur Amos 4. *Levabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis ferventibus, & projiciemini in Armon*. *Matth. 14* *Levabunt*, ſcilicet dæmones, *vos in contis*, ſicut fit de porco depilato, qui ſuſpenditur per pedes *in conto*, id eſt, in pertica: dicitur enim proprie *contus* pertica ad commovendum aoguillas in luto depreſſas apta: *& reliquias veſtras*, id eſt, peccata, quæ in confeſſione reliquiſtis, & noluiſtis confiteri, *in ollis ferventibus*, id eſt, in pœnis perpetuis: deinde *projiciemini in Armon*, quaſi dicat: Sicut porcus projicitur in arcam ad ſaliendum, ita vos *projiciemini in Armon*, id eſt, in infernum, *ubi erit fletus, & ſtridor dentium*. *Armon* enim anathema mœroris, vel imago triſtitiæ interpretatur: habebunt autem pro ſale ſulphur inferius, & vermes ſuperius. Job. 18. *Aſpergatur in tabernacula ejus ſulphur*

phur. Idem 21. *Vermes operient eum: ſocii ejus e. runt dæmones*. Job. 18. *Habitent in tabernaculo illius ſocii ejus, qui non eſt, id eſt, dæmones*. Qui ſunt ſocii luciſeri, qui receſſit a vero *eſſe*.

An ſint faciendæ interrogationes in Confeſſione a Sacerdote, & de quibus, & qualiter?

SEquitur, utrum ſint faciendæ interrogationes in confeſſione a Sacerdote, & de quibus, & qualiter?

Ad primum, licet quidam dicant, quod Sacerdos non debet interrogare pœnitentem; quia tamen ſententia talis videtur mihi plena periculo propter ſimplicitatem, & verecundiam hominum, credo contrarium, ſcilicet quod debet facere interrogationes. Auguſtinus ſuper

Joan. 8.

illum locum: *Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat: Caveat*, inquit, *ſpiritualis judex, ut ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ: oportet quod ſciat, &c.*.. De pœn. diſt. 6. c. *Qui vult*. Ad idem Salom.

v. pag. 424

Juſtus prior, &c. Require ſupra, ſ. *Item debet*

Gregor. in c. 15. 3ui paſtoralis.

confeſſio, verſ. *Accuſatoria*. Item Gregorius: *Clavis itaque apertionis eſt ſermo correctionis; quia increpando culpam detegit, quam ſæpe neſcit ipſe*

v. pag. 254 Job 26.

etiam, qui perpetravit. Diſt. 43. c. *Sit rector*. Et ita ſubtiliter educendus de ſinu peccatoris, *obſtetricante manu coluber tortuoſus*.

Ad aliud, ſcilicet de quibus ſint faciendæ interrogationes, jam patet ex præmiſſis, quia de peccatis, & circumſtantiis eorumdem. Circumſtantias autem iſtas, quas præcipue debet attendere, nota in his verſiculis:

Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando
Quilibet obſervet, animæ medicamina dando.

Quis, ſcilicet peccator, utrum ipſe peccator fuerit maſculus, vel ſemina, juvenis, vel ſenex; nobilis, aut ignobilis; liber, vel ſervus; in dignitate, ſeu officio cōſtitutus, an privatus; ſanæ mentis, vel inſanus; ſciens, vel ignorans; ſolutus, vel conjugatus; Clauſtralis, Clericus, vel Laicus; conſanguineus, an affinis, an extraneus, Chriſtianus, Hæreticus, vel Paganus, & ſimilia.

Quid, ſi commiſit adulterium, vel fornicationem, vel homicidium, & ſimilia. Item utrum peccatum, quod perpetravit, ſit enorme, mediocre, vel parvum. Item utrum ſit manifeſtum, vel occultum. Item utrum quatriduanum, & fœtens, an recens, & ſimilia.

Ubi, ſcilicet utrum in loco ſacro, an in profano; in domo dominorum, aut alibi.

Per quos, ſcilicet mediatores, & internuncios; quia omnes tales ſunt participes criminis, & damnationis, & ipſe eſt reus, & obligatus pro peccatis eorum. Item *per quos*, id eſt, cum quibus, & pro quibus, & contra quos.

Quoties: debet enim peccator, ſi poteſt, confiteri, & Sacerdos interrogare, non ſolum ipſa peccata, ſed & vices, & iterationes, ut dicat, quoties cognovit ſornicariam, vel adulteram; & utrum unam, vel plures; quoties dixerit proximo verba contumelioſa; quoties iteravit in-

Auguſt. de pœn. diſt. 3. c. Inanis.

jurias, & ſimilia. *Quia vulnus iteratum tardius ſanatur*.

Cur, ſcilicet quali tentatione hoc fecerit: & utrum prævenit ipſam tentationem, vel fuit præventus ab ea; utrum ſponte, vel coacte, aut quaſi, coactione conditionali videlicet, an abſoluta. Item utrum cupiditate, an paupertate; utrum ludo, an nocendi animo, & ſimilia.

Quomodo, ſcilicet de modo agendi, vel patiendi, & melius actu, quam lectione ſcitur.

Quando, utrum in tempore ſacro, puta feſtis, quadrageſima, & aliis jejuniis; aut in non ſacro, ut in aliis diebus profeſtis. Item utrum ante acceptam pœnitentiam, vel etiam poſt, frangendo ipſam pœnitentiam.

Debet etiam peccator dolere, & confiteri de bonis omiſſis, quæ ſcilicet potuit facere, & non fecit: talia enim dicuntur proprie delicta, quaſi *derelicta*. Item de tempore male expenſo. Item quia animas proximorum non ſolum Deo eripuit, ſed & etiam ereptas a ſe, vel ab alio, in malo confirmavit. Item quia multis fuit exemplum mali, & quia non fuit exemplum boni. Item de triſtitia, quam intulit bonis peccando, & de lætitia, quam eis non adhibuit. Item non ſolum cogitet quid, & qualiter fecerit, ſed quam injuſte Deum offenderit. Probantur hæc omnia ab Auguſtino de pœnit. diſt. 5. cap. *Conſideret*, & ab Alexandro, extr. de homi- v. pag. 420
cid. cap. *Sicut dignum*, & require ſupra de v. pag. 346
pœnis, ſ. *Sunt autem multa*, per totum, & ſupra eod. ſ. *Item confeſſio debet eſſe integra*.

Item nota, quod ſicut pœnitens non debet nominatim ſpecificare perſonam, cum qua peccavit, nec circumſtantias, per quas intelligi poſſit, niſi eſſet forte notorium, vel alias non poſſet recte confiteri, ut dixi ſupra eod. ſ. *Item debet confeſſio eſſe integra*, verſ. *propria*; ita ſimiliter Sacerdos non debet ſpecificare perſonam in interrogatione; ſed uterque inſiſtat caute circa qualitatem perſonæ, ſcilicet ſi erat virgo, vel corrupta; vidua, vel meretrix; conjugata, vel conſanguinea, vel ſanctimonialis, & ſimilia. Item credo, quod non debet interrogare in genere de crimine inuſitato; ſed alias poteſt caute inveſtigare, utrum etiam crimen tale commiſerit.

NOn debet ſpecificare perſonam, *id eſt, non* Poſtillat.
tenetur: ſi tamen exprimat eam bona intentione pœnitentiario, qui eſt perſona, quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe, non ut prodat ipſum peccatorem, ſed ut pœnitentiarius oret pro ipſo, aut ſecrete laboret ad correctionem ejus; non peccat, ſed potius mereatur. Arg. cauſſa 22. *quæſt.* 5. *cap.* Hoc v. pag. 90.
videtur. *Similiter, ſi pœnitentiarius inquirat de illa perſona, bona fide, ut oret pro ea, aut corrigat eam in occulto; non credo, quod peccet; dum tamen nullo modo confitentem cogat ad nominandam illam perſonam, aut ejus expreſſionem extorqueat ab invito.*

Ad tertium, ſcilicet qualiter faciendæ ſint interrogationes, & de officio Sacerdotis erga pœnitentem, jam liquet in parte per auctoritatem Auguſtini poſitam ſupra eod. ſ. in princ. Debet enim in primis interrogare pœnitentem, utrum ſciat, *Pater noſter*, *Credo in Deum*, *Ave Maria*; & ſi neſciat, inſtruat eum, & ſaltem moneat, ut addiſcat. doceat etiam eum de forma confeſſionis. Extr. de pœn. cap. *Deus, qui*.

„ DEus, qui Eccleſiam ſuam (& infra) Innoc. III
„ Ceterum cum pœnitentia non tam ſe- *Lugdun. Epiſc. & ſis*
„ cundum quantitatem exceſſus, quam pœni- *qui cum*
„ tentis contritionem, per diſcreti Sacerdotis *ipſo ſunt*
„ arbitrium ſit moderāda, penſata qualitate per- *fratribus.*

Digitized by Google

„ ſonæ, ſuper fornicatione, adulterio, homicidio, perjurio, & aliis criminibus, conſideratis circumſtantiis omnibus, & præſertim novitate Livonien. Eccleſiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout ſaluti eorum videritis expedire. Apoſtoli autem veſtigiis inhærentes, dicentis: *Lac vobis potum dedi, non eſcam*, paullatim eos inſtruatis in fide, confeſſionis formam, orationem Dominicam, ſymbolum illos ſollicite edocentes. Interim tamen Corporis, & Sanguinis Domini Sacramentum renatis fonte Baptiſmatis conſuetis feſtivitatibus, & in mortis articulo tribuatis.

Deinde dicat ei, quod genuflectat ad pedes Sacerdotis, quoties confitetur. Item, ſi femina eſt, inſtruat eam, quod ſemper genuflectat ex tranſverſo. Item non reſpiciat faciem mulieris Sacerdos in confeſſione, quia ut dicitur in Habacuc 1. *Facies mulieris ventus urens*, & in Oſeæ 2. *Auferat fornicationes a facie ſua, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum*. Debet exinde pio, dulci, & ſuavi alloquio inducere ipſum ad confeſſionem, & compunctionem, proponens ei beneficia, quæ contulit ſibi Deus, & præcipue circa paſſionem. Item quia *non venit propter juſtos, ſed propter peccatores*. Item quia illi, qui bene pœnitent, magis poſtea diliguntur, & exaltantur a Deo: quod patet in Petro, Paullo, Latrone, & multis aliis. Promittat veniam; exponat Chriſti caritatem ſupereminentem, juxta illud Thren. c. 1. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut, &c.* Item: *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſinthii, & fellis*. Item Iſai. 49 *Numquid oblivisci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui: & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te; muri tui coram oculis meis ſemper*. Item ſuadeat ei, quod non verecondetur confiteri, quia non homini confitetur, ſed Deo. Item quia in pœnitentia confeſſus pro abſoluto habetur. Si vero non vult confiteri, proponat ei terrores judicii, pœnas inferni. Sophon. c. 1. *Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis: dies illa, dies iræ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies magna, & tribulationis, & anguſtiæ, tenebrarum, & caliginis, dies nebuloſa, turpida, dies tubæ, & clangoris*. Iſai. 13. *Unuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum*. Et invenies de his multa ſupra eod. *§. Prima dieta*, & *§. Item debet eſſe feſtina*.

Matth. 9. / Matth. 26. / Act. 9. & Luc. 23. / Thren. c. 3.

Poſt hoc audiat ſimpliciter confeſſionem ſuam, qua audita incipiat interrogare ordinate, & diſtincte, ut ſupra: conſulo tamen, quod interrogationibus non deſcendat ad ſpecialia peccata, & ad ſpeciales circumſtantias; quia multi forte poſt multas tales interrogationes delinquerent, qui etiam aliter neſcirent cogitare. Interroget ergo ſemper in genere ſic: *Fuiſti ſuperbus, qualiter, & quibus modis, in quibus cauſſis, contra quos, quoties?* ſi diu perſeveraverit, utrum continue, & ex prava conſuetudine ſit ſuperbus, an aliunde interpolate tumeat; & quæ ſit cauſſa tumoris ejus; non tamen ipſe Sacerdos determinet qualitatem, modos, & alia, quæ prædixi, ſed ita ſub quodam involucro interroget, & ſecundum hoc poteſt procedere interrogatio in quolibet crimine capitali.

Sunt autem iſta ſeptem crimina capitalia, quæ continentur in hoc verſu.

Luxus, guſtus, avet; triſtis, furit, invidet, ambit.

Ut autem ſcias propagationem iſtorum criminum, nota doctrinam, quam tradit Gregorius ſuper Job. Radix totius mali eſt ſuperbia, &c. quod de hac radice, ſcilicet ſuperbia, ſeptem principalia vitia oriuntur, ſcilicet inanis gloria, invidia, ira, triſtitia, avaritia, ventris ingluvies, & luxuria. Et quia his ſeptem vitiis nos captos docuit Redemtor noſter, idcirco ad Spiritualis prælii luctamen gratia ſeptiformis ſpiritus venit plenus.

Greg. ſup. Job. c. 39.

Sed habent hæc ſingula contra nos exercitum ſuum. Nam de inani gloria oriuntur hæc ſeptem vitia, ſcilicet inobedientia, jactantia, hypocriſis, contentio, pertinacia, diſcordia, novitatum præſumtio.

De invidia naſcuntur hæc quinque, odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis, afflictio in proſperis proximi.

De ira pullulant iſta ſex, rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ.

De triſtitia procedunt ſimiliter ſex, malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor erga præcepta, negatio mentis circa illicita.

De avaritia naſcuntur ſex, proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo, & circa miſeros cordis obduratio.

De ventris ingluvie propagantur quinque, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſuum circa intelligentiam.

De luxuria generantur octo, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror, vel deſperatio futuri ſæculi.

Item interroget Sacerdos, ſi aliquando tentetur, & qua tentatione, qualiter reſiſtat, quid tunc cogitet, vel operetur in reſiſtendo: & ſic indirecte aperiet forte confitens peccatum, quod celaret. Interroget etiam de ſociis, cum quibus converſatur, de terra, unde eſt oriundus, ubi nutritus, ubi ſtuduit, ubi moram alias fecit. Item cujus ordinis, profeſſionis, ſcientiæ; de moribus, vita, ſtatu, conſuetudine ſua, & regionis. Item ſi exerceat officium aliquod, & quod; vel ſi ſit homo vagus; & ſpecialiter interroget de circumſtantiis pertinentibus ad officium, quod dixerit ſe habere, ut ſic per iſtas interrogationes, & alias, quas uſus docebit, & unctio inſpirabit, ſpiritualis medicus, morbis, morborum cauſſis, eorumque diverſitate penſatis, poſſit plane percipere, qualiter diverſitati culparum diverſa remedia opponantur.

Verum quia religioſi ſunt a ſæcularibus actibus ſeparati, circa eos nota interrogationes, & examinationem faciendam ſpecialiter ſuper duodecim abuſiones clauſtri, quibus frequenter regularis ſtatus corrumpitur: ſunt autem Prælatus negligens, diſcipulus inobediens, juvenis otioſus, ſenex obſtinatus, Monachus Curialis, Monachus, ſeu Canonicus regularis cauſidicus, habitus pretioſos, cibus exquiſitus, rumor in Clauſtro, lis in Capitulo, diſſolutio in Choro, irreverentia juxta altare. In iſtis delinquunt clauſtrales; & ideo de his poterit interrogare Sacerdos.

Item interroget eos de tribus ſubſtantialibus regulæ, ſcilicet obedientia, paupertate, caſtitate, ſeu continentia; utrum videlicet circa iſta,

vel

vel aliquod iſtorum commiſerint. Item de ſimonia, & aliis, quæ a talibus frequentius committi ſolent. Item circa Clericos ſæculares ſpecialiter ſunt inveſtiganda hæc crimina, ſimonia, negotiatio, & alia, quæ pertinent ad avaritiam. Item dilapidatio, ſi habet adminiſtrationem aliquam. Item utrum interſit divinis officiis, ſi portat coronam, & habitum congruentem. Item de luxuria, & de venatione, de irregularitate, de continentia, ſi eſt in ſacris ordinibus. Item de advocatione, de ludo alearum, quibus ſæpius ſolent offendere. Item circa Principes, de juſtitia; circa milites, de rapina; circa mercatores, necnon & officiales artes mechanicas exercentes, de perjurio, mendacio, furto, dolo, & ſimilibus. Circa burgenſes, & cives communiter de uſuris, & pignoribus; circa ruſticos de invidia, furto, maxime circa decimas, primitias, tributa, & cenſus: licet enim forma generalis ſupra poſita circa omnes ſit tenenda; tamen ſecundum diverſitatem perſonarum, & officiorum, ſtudioſius & ſpecialius eſt circa ſpecialia crimina inſiſtendum.

Poſtillat. *NUmquid tenetur confeſſor reducere ad memoriam confitentis peccata, quæ audivit, vel ſcivit ipſum commiſiſſe?*

Reſp. Si de hoc habet certam ſcientiam, aut probabilem opinionem de hujuſmodi peccato, reducere debet ei ad memoriam, ſi de hoc recolit confeſſor, & confitens nondum ſuper hoc confeſſus eſt; quia poteſt timere Sacerdos, ne confitens ſuper hoc craſſa laboret ignorantia, quæ non excuſat; vel quod non adhibeat debitam diligentiam ad recolenda ſua peccata.

Quid, ſi Parochialis Sacerdos ſciat, vel credat impedimentum eſſe perpetuum in matrimonio aliquorum ſuorum Parochianorum; numquid tenetur eis revelare in foro pœnitentiali, vel extra?

Reſp. Aut ſcit, aut probabiliter credit, quod illud impedimentum poſſit probari, aut non. In primo caſu debet eis revelare, ut ipſi procurent divortium, vel ſe habeant ut frater, & ſoror: vel ipſe Sacerdos denunciet hoc ſuperiori, & ſubminiſtret probationes, ſi oportet; quia cum ſit Prælatus, tenetur ad illud præceptum, Si peccaverit, &c. *Si autem ſcit, aut probabiliter credit, quod probari non poſſit, non tenetur eis dicere, niſi credat, quod ſuper hoc laborent craſſa ignorantia, quæ non excuſat: in quo caſu debet eis dicere, ſi probabiliter credat, quod parati ſint ſuper hoc acquieſcere conſilio bonorum; alias eis dicere non tenetur.*

De ſatisfactione.

REſtat, ut de ſatisfactione, quæ pœnitentia exterior dicitur, aliqua ſupponamus: videamus ergo in quibus conſiſtat ſatisfactio, deinde viſuri, qualiter Sacerdos debeat procedere circa ipſius impoſitionem.

Conſiſtit ſatisfactio in tribus, ſcilicet oratione, jejunio, & eleemoſyna; ut iſte ternarius contra nefarium diaboli ternarium opponatur: oratio contra ſuperbiam, jejunium contra carnis concupiſcentiam, eleemoſyna contra avaritiam. Aliter etiam poteſt dici, videlicet quod ſatisfactio conſiſtit in duobus, ſcilicet in largitione eleemoſynæ, & carnis maceratione. Eleemoſyna autem eſt triplex. Prima conſiſtit in cordis contritione, quando aliquis ſe offert Deo

Eccl. 30. juxta illud: *Miſerere animæ tuæ placens Deo*: de hac cantatur in Eccleſia: *Sicut aqua extinguit ignem, &c.* Eccl. 3. Secunda conſiſtit in compaſſione proximi, qua compatimur alienis adverſitatibus, tamquam noſtris: de hac Job 31. *Mecum convaluit miſeratio, & ab utero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Tertia conſiſtit in largitione manuali, advocatione, cura corporali, & ſpirituali, & breviter in quocumque conſilio, & ſubſidio, quod impendimus proximo. De hac Dominus in Evangelio: *Date eleemoſynam, &* Luc. 11. *ecce omnia munda ſunt vobis*: & Ambroſius: diſtinct. *Paſce fame morientem, niſi paveris, occides.* Pri- 86. cap. Paſce., ma eleemoſyna major eſt aliis. Nam in illa offert ſe homo Deo tamquam holocauſtum, id eſt, totum incenſum; ſed in aliis duabus offert ſe quaſi ſacrificium, id eſt, hoſtiam particularem. Alia multa pertinentia ad eleemoſynam require ſupra de negot. ſæcular. §. *Item quæritur, utrum de illicite acquiſitis*, & ſex §. ſequentibus, & ſupra de hoſpit. ordin. per totum.

NOta, ad hoc, quod eleemoſyna ſit ſatisfactoria, Poſtillat. *oportet, quod ille, qui tribuit, juſto eam titulo habeat, & tenere, & poſſidere poſſit: ſi autem alius habeat, potius tenetur reddere, quam dare: unde oportet eleemoſynam dari de propriis: proprium autem habere dicitur duobus modis, vel quia aliquis habeat principale dominium alienandi; ſic quilibet habens proprium poteſt dare eleemoſynam: vel quia habet officium ſibi commiſſum adminiſtrandi; ſic poteſt dare Monachus. Oportet etiam, quod ſit de juſte acquiſitis, videlicet de illis, quorum transfertur dominium, & non competit repetitio, ut eſt de pretio proſtibuli, vel lucro hiſtrionis. Sed tales eleemoſynæ non debent recipi in oblationem, ſi ſit peccatum offerentiam publicum, propter reverentiam altaris, & confuſionem peccati, ut reſipiſcant. Deuter. 23.* Non offeres mercedem proſtibuli. *De iſta materia quære ſup. de negotiis ſæcularibus.*

Debet etiam fieri ex neceſſariis; & hoc dicitur dupliciter: uno modo eſt neceſſarium ſecundum arctitudinem vitæ; hoc modo eleemoſyna non debet de neceſſariis imponi ei, qui peccat, quia hoc eſt perfectionis illorum, qui totum victum exſpectant a Chriſto, cujuſmodi ſunt viri perfecti: ideo ſi debet fieri eleemoſyna, debet dari de eo, quod ſupereſt huic neceſſario, & bene eſt ſatisfactoria: alio modo dicitur neceſſarium ſecundum communem modum vivendi, de quo dicit Auguſtinus, quod multa ſuperflua habere prohibemur, ſed ſola neceſſaria tenemus; & de tali fit proprie eleemoſyna ſatisfactoria; non ſic de ſuperfluo, quantum eſt de rigore juſtitiæ. Credo tamen, quod divinæ miſericordiæ benignitas tanta eſt, quod totum acceptat, & quod pro nihilo nos ſalvat.

Carnis autem maceratio conſiſtit in quattuor, ſcilicet orationibus, vigiliis, jejuniis, & flagellis.

De primo Apoſtolus 1. ad Theſſ. 5. *Sine intermiſſione orate*, id eſt, non intermiſſis Canonicis horis, de quibus Pſalm. 118. *Septies in* Auguſt. *die laudem dixi tibi*: alias *ſine intermiſſione ora-* ſuper *te*, id eſt, ſemper juſte vivite, & æterna deſi- Matth. 9. derate: juſtus numquam deſinit orare, niſi deſinat juſtus eſſe: ſemper orat, qui ſemper benefacit. Item Auguſtinus: *Ipſum deſiderium boni oratio eſt, & ſi continuum eſt deſiderium, continua eſt oratio.*

Eſt autem oratio pius affectus mentis in Deum tendens, plerumque, ne animus pigritetur, in vocem prorumpens: vel ſic: Oratio eſt congeries

vocum ad aliquid impetrandum in Deum tendentium. Item non debent peti in oratione tẽporalia, ſaltem principaliter, ſed æterna ſupernaturalia, & ad ſalutem pertinentia: unde Dominus in Evangelio: *Primum quærite regnum Dei, & omnia adjicientur vobis*. Conclnſit autem iſta, quæ petenda ſunt, ipſe Dominus, & Magiſter in 7. petitionibus, quum docuit nos orare, dicens: *Pater noſter, &c.*

Item alibi reſtrinxit ad tria, ſcilicet fidem, ſpem, & caritatem, quæ præcipue ſunt petenda. Luc. 11. *Quis autem ex vobis Patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piſcem, numquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ovum, numquid porriget illi ſcorpionem? In pane* caritas, *in piſce* fides, *in ovo* ſpes intelligitur. Item exiguntur in oratione iſta 13. ſcilicet, quod ſit fidelis, ſecura, humilis, diſcreta, devota, verecunda, pura, lacrymoſa, ſecreta, attenta, operoſa, fœcunda, & aſſidua, quæ non proſequor ultra, quia trita ſunt. Valet autem oratio præcipue contra vitia ſpiritualia. Unde Hieronymus ſuper illum locum: *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, niſi in oratione, & jejunio*, ait ſic: *Medicina cuilibet morbo eſt adhibenda; non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum: in jejunio ſanantur peſtes corporis; oratione vero ſanantur peſtes mentis.*

De ſecundo, ſcilicet de vigiliis, Dominus in Evangelio, Matth. 26. *Vigilate, & orate, ut intretis in tentationem*, & Luc. 2. *Et erant in regione illa paſtores cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum*. Item illud: *Sobrii eſtote*. 1. Pet. c. ult. *Et vigilate in oratione, &c.* Item Luc. 12. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus exſpectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis* (& infra) *Et ſi in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati ſunt ſervi illi.*

De tertio, ſcilicet de jejuniis, nota quod eſt triplex jejunium. Primum eſt corporis a cibo materiali; ſecundum affectus, a gaudio temporali; tertium ſpirituale a peccato mortali: & hoc triplici jejunio debemus caſtigare jumentum, id eſt, corpus noſtrum: parum enim prodeſt jejunare a cibo, niſi jejunetur a peccato. Iſai. 58. *Quare jejunavimus, & non aſpexiſti, humiliavimus animas noſtras, & neſciſti* (& infra) *Ecce ad lites, & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie* (& infra) *Numquid tale eſt jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam?* (& infra) *Nonne hoc eſt majus jejunium, quod elegi? diſſolve colligationes impietatis; ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe, frange eſurienti panem tuum, &c.*

Poſtillat. *DEo jejunat, qui pro amore ejus ſe macerat, & quod ſibi ſubtrahit, pauperi largitur: & Iſidorus: Perfectum jejunium eſt, & rationabile, quando homo exterior a cibis abſtinet, & interior orat. De diverſis intentionibus jejunantiam nota verſum:*

Abſtinet æger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtus.

Æger *abſtinet, quia non poteſt comedere, vel propter medicinam*. Egens, *quia non habet, quod comedat*. Cupidus, *ne expendat*. Gula, *id eſt, guloſus, ut poſtea avidius comedat*. Simia, *id eſt, hypocrita, ut laudetur*. Virtus, *id eſt, virtuoſus, ut mereatur.*

Item nota, quod Dominus inſtituit primo jejunium in paradiſo, & poſtea ſanctificavit, quum jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in deſerto. Item ſemper jejunium debent hæc quattuor concomitari, ſcilicet largitas, lætitia, hora, & menſura.

De primo, ſcilicet largitate, Hieronymus: *Quæ manducaturus eras, ſi non jejunares, da pauperibus, ut jejunium tuum ſit ſaturitas animæ, non marſupii lucrum.*

De ſecundo, ſcilicet de lætitia, Dominus in Matth. *Cum jejunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.*

De tertio, ſcilicet hora, legitur in 1. Reg. 14. quod Jonathas, quia prævenit horam, adjudicatus fuit morti, & ſimilia multa.

De quarto, ſcilicet menſura, Auguſtinus: *Mens aviditate ciborum laſſata, perdit orationis virtutem*. Et require ſupra de ſobriet. ordinand. per totum.

De quarto, & ultimo, ſcilicet de flagellis, nota, quod quadripartita ſunt. Primum conſiſtit in armis pœnitentialibus, ſcilicet in cinere, cilicio, & lacrymis. Secundum in pectoris tunſione, jugi genuflexione, & diſciplinis. Tertium in afflictione peregrinationis. Quartum in tribulatione, & cujuslibet ægritudinis afflictione, qualia flagella ſuſtinuit Job cap. 2. De his etiam Salom. *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit*. Unde Sacerdos debet dicere pœnitenti, quod omnia iſta ſatisfactionis opera ſunt ei pro parte pœnitentiæ, & valebunt ei omnia, ſi adſit devota pœnitentia. Arg. de pœnit. Diſt. 1. cap. *In actione*. Prov. 3. v. pag. 391

Nunc videndum eſt qualiter debeat procedere Sacerdos circa impoſitionem ſatisfactionis. Unde primo inquiramus de falſa ſatisfactione. Secundo de gradibus peccatorum. Tertio de menſura pœnarum ſecundum varietatem culparum.

De falſa ſatisfactione.

DE primo, ſcilicet de falſa ſatisfactione, Innocentius: *Epiſcopos noſtros, & Presbyteros admonemus, ne falſis pœnitentiis Laicorum animas decipi, & in infernum detrahi patiantur: falſam autem pœnitentiam eſſe conſtat, cum, ſpretis pluribus, de uno ſolo pœnitentia agitur; aut cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio: unde ſcriptum eſt: Qui totam legem obſervaverit; offendat autem in uno, factus eſt omnium reus, quantum ad vitam æternam: ſicut enim ſi peccatis omnibus eſſet abſolutus; ita, ſi in uno tantum maneat, æternæ vitæ januam non intrabit: falſa enim eſt pœnitentia, cum pœnitens ab officio, vel curiali negotio non recedit, quod ſine peccatis agi nullatenus prævalet; aut ſi odium in corde geſtetur, aut ſi non offenſo cuilibet ſatisfiat, aut ſi offenſus offendenti non indulgeat; aut ſi arma quis contra juſtitiam gerat*. Innoc. II. De pœnit. diſt. 5. c. Fratres. Item Gregorius: *Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur; ideoque quicumque miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, ſi culpa graviori irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius injuſte detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe veram pœnitentiam non poſſe agere, per quam ad æternam vitam pervenire valeat, niſi negotium relinquat, vel officium deſerat, vel odium ex corde di-* Gregor. de pœnit. diſt. 5. c. Falſas in Romano Synodo, ann. 1073. c. 8.

dimittat; bona quidem, quæ injuſte abſtulit, reſtituat, arma deponat, ulteriuſque non ferat, niſi conſilio religioſorum Epiſcoporum pro defendenda juſtitia: ne tamen deſperet, interim quidquid boni poterit facere, hortamur, ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

Ad illud, quod dictum eſt, quod non liceat pœnitentibus exercere militiam, officium, vel negotium priſtinum; dico, quod poteſt intelligi de ſolemniter pœnitentibus, qui non debent ſæculariter vivere. De pœn. diſt. 5. cap.

v. pag. 266 *Contrarium*, & diſt. 50. c. *Illud*.

Leo Papa. ,, CОntrarium omnino eſt Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ,, ad militiam ſæcularem, cum Apoſtolus dicat: *Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis*. Unde non eſt liber a laqueis ,, diaboli, qui ſe militiæ mundanæ voluerit ,, implicare.

Poteſt etiam intelligi, quando deliquit in ipſo officio; vel planius, quando ſibi eſt injunctum in pœnitentia: tunc enim ſi redierit, & eſſet manifeſtum, debet excommunicari. De pœnit. diſt. 5. c. *De his*.

Ex Conc. *Aurelianenſi 1. c. 13.* ,, DE his, qui ſuſcepta pœnitentia, religionem ſuæ profeſſionis obliti, ad ſæcularia relabuntur, placuit eos & a communione ſuſpendi, & ab omnium Catholicorum ,, conviviis ſeparari: quod ſi poſt interdictum ,, cum eis quiſquam præſumſerit manducare: ,, & ipſe communione privetur.

Vel dic, quod honeſta poterit exercere poſt pœnitentiam peractam; dum tamen vitet in eis

Leo Papa de pœnit. diſt. 5. c. Qualitas. peccatum; turpia vero non: unde Leo Papa: *Qualitas lucri negotiantem aut excuſat, aut arguit; quia & honeſtus quæſtus eſt turpis: attamen pœnitenti utilius eſt diſpendia pati, quam periculo negotiationis aſtringi; quia difficile eſt inter vendentis, & ementis commercium non intervenire peccatum.* Item

Greg. homil. 24. Evangel. Gregorius: *Negotium, quod ante converſionem ſine peccato exſtitit, hoc etiam poſt converſionem repetere, culpa non fuit.* De pœn. diſt. 5. c. *Qualitas*, & c. *Negotium*.

Utrum autem admittenda ſit confeſſio illius, qui ab uno vult recedere, & in alio remanere; require ſupra eodem §. *Item quid, ſi aliquis*

Gregorius ubi ſupra. *pœnitet*. Item quod ait Gregorius: *Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem ſanctorum Patrum, &c.* expone, id eſt, non conſideratis circumſtantiis, vel ubi certa pœnitentia ſtatuitur: ſi minor imponatur, falſa eſt, niſi ex cauſſa temperetur.

De gradibus peccatorum.

DE ſecundo, ſcilicet de gradibus peccatorum, nota, quod dupliciter dicuntur eſſe gradus in peccato. Uno modo circa idem peccatum, quod dicitur gravius, vel levius, ſecundum plures, vel pauciores, fortiores, vel debiliores circumſtantias: & intelligas idem peccatum, quando ex circumſtantia non mutat nomen. Alio modo inter diverſa peccata, & hoc dupliciter; aliquando inter peccata ejuſdem generis, puta luxuriæ, vel ſimilis; aliquando inter peccata diverſorum generum, ut homicidium, & fornicatio, furtum, & ſimilia. De

Aug. lib. 1. de ſer. Domini in monte cap. 21. primo dicit Auguſtinus: *Sicut tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu; ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, & in conſuetudine, tamquam tres mortes, &c.* Item Gregorius: *Sciendum quippe eſt, quod peccatum tribus modis admittitur:* *Greg. lib. 2 Moral. c. 16.* *nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio perpetratur, & gravius infirmitate, quam ignorantia; ſed multo gravius ſtudio, quam infirmitate peccatur*, De pœnit. diſt. 2. c. *Sicut tribus*, & *v. ſupra.* *Sciendum*.

Item ſcias, quod auctoritati Gregorii contradicit Ambroſius, dicens: *Graviter peccat, qui* *Ambr. ſup. Epiſt. 2. ad Cor. c. 6.* *promittit ſibi impunitatem, gravius qui contemnit, graviſſime qui ignorat*. Sed dic, dictum illud eſſe ad terrorem; vel expone *graviſſime*, id eſt, periculoſiſſime, quia ſpiritualis pœnitentia non agitur de peccato, quod ignoratur. Unde Joann. Chryſoſtom. *Nullum invenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria*. De pœnit. diſt. 3. c. *Judas*.

,, JUdas pœnituit, ſed male: laqueo namque *Joannes Chryſoſt. in Epiſt. ad Hebr. c. 12.* ,, ſe ſuſpendit. Pœnituit etiam Eſau, ſed ,, male: magis autem iſte neque pœnituit: lacrymæ quippe illæ non erant pœnitentiæ, ,, ſed animi violenti, & indignationis internæ: ,, quod ex ejus operibus aperitur (& infra) ,, Non igitur negemus, obſecro, peccata noſtra, ,, neque nos impudentia duros efficiat: ſponte ,, noſtra puniamus peccata, ne pendamus, non ,, ſponte, ſupplicia. Audivit Cain a Deo: *Ubi* *Geneſ. 4.* ,, *eſt Abel frater tuus?* & dixit: *Neſcio, numquid* ,, *cuſtos fratris mei ſum ego?* Vides, quomodo ex ,, hoc peccatum reddiderit gravius? verum non ,, ita pater ejus audiens: *Adam ubi es?* dixit: *Geneſ. 3.* ,, *Audivi, Domine, vocem tuam, & timui, quia* ,, *nudus ſum, & abſcondi me*. Magnum bonum ,, eſt, ut quis peccata ſua agnoſcat, & memoriam eorum perſeveranter retineat. Nullum ,, invenitur delictorum tale remedium, ſicut ,, eorum continuata memoria.

Et hoc intelligas, quum hoc recordatur ad *Aug. de adulterinis conjugiis. Cauſ. 32. q. 7. c. Adulterii.* contritionem, non ad delectationem. De ſecundo Auguſtinus: *Adulterii malum vincit fornicationem; vincitur autem ab inceſtu: pejus eſt enim cum matre, quam cum aliena uxore concumbere: & omnium horum peſſimum eſt, quod contra naturam fit, ut ſi vir membro mulieris non ad hoc conceſſo voluerit uti: uſus enim naturalis, ſi ultra modum prolabitur, in uxore quidem veniale peccatum eſt, in meretrice damnabile; ſed iſtud, quod eſt contra naturam, exſecrabiliter fit in meretrice, ſed exſecrabilius in uxore.* Cauſſa 32. quæſt. 7. cap. *Adulterii*.

De tertio modo dicit Auguſtinus: *Gravius eſt homicidium, quam adulterium*. Cauſſa 33. qu. 2. cap. *Si (quod verius*.

,, SI (quod verius dicitur) non licet homini *Auguſt. De adulter. conjugiis lib. 2. cap. 15.* ,, Chriſtiano adulteram conjugam occidere, ſed tantum dimittere; quis eſt tam ,, demens, qui dicat ei, fac quod non licet, ut ,, liceat tibi, quod non licet? Cum enim utrumque ſecundum legem Chriſti illicitum ſit, ſive adulteram occidere, ſive alteram ducere, ,, ea vivente, ab utroque eſt abſtinendum, non ,, illicitum pro illicito faciendum: ſi enim facturus eſt, quod non licet, jam faciat adulterium, & non faciat homicidium, ut vivente uxore ſua, alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat. Quod ſi eſt utrumque nefarium, non debet alterum pro altero ,, perpetrare, ſed utrumque vitare.

Similiter ſacrilegium gravius eſt, quam fractio voti. Cauſſa 17. q. 4. c. *Sicut*, 3. 27. q. 1. c. *Nuptiarum*.

,,Sicut

Pius Papa. ,, SIcut qui Eccleſiam Dei devaſtat, & ejus
,, prædia, & donaria ſpoliat, & invadit, fit
,, ſacrilegus; ſic ille, qui ejus Sacerdotes inſe-
,, quitur, ſacrilegus judicatur. Non ergo gra-
,, vius peccatum eſt fornicatio, quam ſacrile-
,, gium; & ſicut majus peccatum eſt, quod in
,, Deo committitur, quam quod in homine;
,, ſic gravius eſt ſacrilegium agere, quam for-
,, nicari.

Et alia poſſunt inveniri majora; ſed contradicit Clemens, cauſſa 32. q. 7. c. *Quid in omnibus peccatis adulteria eſt gravius?* Sed illud *Quid* nõ infert negationem, ſed raritatem: vel expone, *Gravius*, id eſt communius: ſecundum has igitur diverſitates judicabis crimina, vel majora, vel minora.

De menſura pœnarum.

SEquitur de tertio, ſcilicet de menſura pœnarum. Circa hoc videtur per multas auctoritates dicendum, quod arbitrio Sacerdotis pœnæ omnes taxentur, conſideratis circumſtantiis criminis, quantitate, & dignitate, & qualitate. Item perſonæ dignitate, officio, paupertate, infirmitate, ſeu debilitate, complexione, conſuetudine, ſocietate, lacrymis, & devotione. Item regionis, & temporis qualitate, necnon & aliis circumſtantiis ſupra poſitis. Unde Leo Papa: *Tempora pœnitudinis, habita moderatione, conſtituenda ſunt tuo judicio, prout converſorum animas perſpexeris eſſe devotos, &c.*

Item in VIII. Synodo: *Hoc ſit poſitum in judicio eorum, qui præſunt, vel quanto tempore, vel quali modo pœnitere debeant, qui delinquunt, &c.* Cauſſa 26. quæſt. 7. capit. *Tempora*, & capit.
v. ſupra. *Hoc ſit*.

Item dicit Hieronymus, de pœnit. diſt. 1. c. *Menſuram*.

Hieron. c. 23. Ep. ,, MEnſuram autem temporis in agenda pœ-
,, nitentia, idcirco non ſatis aperte præ-
,, figunt Canones pro unoquoque crimine, ut
,, de ſingulis dicant, qualiter unumquodque e-
,, mendandum ſit; ſed magis in arbitrio Sacer-
,, dotis intelligentis relinquendum ſtatuunt:
,, quia apud Deum non tam valet menſura tem-
,, poris, quam doloris: nec abſtinentia tantum
,, ciborum, quam mortificatio vitiorum: pro-
,, pter quod ipſa tempora pœnitentiæ pro fide,
,, & converſatione pœnitentium abbrevianda
,, præcipiunt, & pro negligentia protelanda.
,, Exſtant tamen pro quibuſdam culpis pœni-
,, tentiæ modi impoſiti, juxta quos ceteræ per-
,, pendendæ ſunt culpæ; cum ſit facile per eoſ-
,, dem modos vindictam & cenſuram Cano-
,, num æſtimare.

Si hoc dicas, inſurgunt contraria multa ſupra eod. §. *De prima*, verſ. *Falſas pœnitentias dicimus, &c.* Sed ſupra ſolutum eſt.

Item contra idem Gregorius de pœn. diſt. 3. c. *Productior*.

* August. Tract. 124. in c. 21 Joann. ,, PRoductior eſt enim pœna, quam culpa,
,, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa fi-
,, niretur & pœna: ac per hoc, vel ad demon-
,, ſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendatio-
,, nem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſ-
,, ſariæ patientiæ temporaliter detinet homi-
,, nem pœna; etiam quem jam ad damnatio-
,, nem æternam reum non detinet culpa (&
,, infra) Ira Dei non eſt ut hominis, id eſt, per-
,, turbatio concitati animi, ſed tranquilla ju-
,, ſti ſupplicii conſtitutio.

Ubi dicitur, quod productior debet eſſe pœnitentia, quam fuit culpa: ſed illud intellige de interiori pœnitentia; quia quotieſcumque recordatur, debet dolere, quod commiſit illud: vel illud intellige de pœna, quam ſuſtinemus pro peccato primi hominis, quia illa eſt productior. Item dic, ut Gregorius, *Gregor. l. Moral. c. 23. in c. 26. Job.*
& Hieronymus: *Tanta tempore debet eſſe in pœnitentia, quanta tempore fuit in culpa*, diſt. 47. cap. *Omnes*, verſ. *Humanum dico*, de pœnitent. diſtinct. 1. cap. *Vide benignum Dominum*. *v. pag. 427*

,, VIde benignum Dominum miſericordiam Hieron.
,, cum ſeveritate miſcentem, & ipſius pœ- *In Daniel. c. 4.*
,, næ modum juſta & clementi liberatione pen-
,, ſantem. Non in perpetuum tradidit pœnæ de-
,, linquentes; ſed quanto, inquit, tempore ſervie- *Jud. 3.*
,, runt Balaam, tanto ſerviant Chuſarſaton, hoc
,, eſt, 8. annis. Diſce & hoc, o tu auditor, quiſ-
,, quis ille es, qui tibi conſcius es alicujus erroris;
,, & quanto tempore erraſſe te noſti, & quan-
,, to tempore deliquiſti; tanto nihilominus
,, tempore humilia te ipſum Deo, & ſatisfa-
,, cito ei in confeſſione pœnitentiæ; non ex-
,, ſpectes, ut humiliet te Chuſarſaton, & in-
,, vito neceſſitas extorqueat pœnitentiam; ſed
,, ipſe præveni iſtius tortoris duritiam: quia
,, ſi te ipſe emendaveris, ſi te ipſe correxeris;
,, pius eſt Dominus, & miſericors, qui vindi-
,, ctam temperet ab eo, qui illam pœnitendo
,, prævenit. Sed illud conſideremus, quia do-
,, nec ſervierunt Chuſarſaton, qui traditi
,, pro delictis ſuis fuerant, & non clamaverunt
,, ad Dominum; nemo ſuſcitatus eſt, qui eos
,, ſalvare poſſet: cum vero clamaverunt ad Do-
,, minum, tunc ſuſcitavit Dominus ſalvatorem
,, Iſrael, & ſalvavit eos.

His, & aliis multis modis videntur jura, & ſancti ſibi adverſari. Solve ut ſupra eodem §. *Item quod ait Gregorius falſas pœnitentias*. Sed hæc ſolutio non eſt uſquequaque ſufficiens. Ut ergo ſcias qualiter debeat procedere arbitrium Sacerdotis,

Nota, quod regulariter pro adulterio, & perjurio, fornicatione, homicidio voluntario, & ceteris criminalibus vitiis, ſeptennis eſt pœnitentia imponenda. Cauſſa 33. quæſt. 2. cap. *Hoc ipſum*, §. *Hoc autem*, & cauſſa 22. q. 1. cap. *Prædicandum*.

,, HOc ipſum, quod Canonum cenſura, Innocentius
,, poſt 7. annos pœnitentem remeare in *Ad Maſonem Epiſc.*
,, priſtinum ſtatum præcipit, &c. *ut in tractatu ordinandorum de lapſis*; non hoc ex electio-
,, ne proprii arbitrii ſancti Patres, ſed potius ex
,, ſententia divini judicii ſanxerunt. Nam legi-
,, tur, quod Maria Soror Aaron propheteſſa, dum
,, detractionis adverſus Moyſem incurriſſet de-
,, lictum, illico ſtigmate Lepræ perfuſa eſt:
,, cumque peteret Moyſes, ut emundaretur, Num. 12.
,, præcepit eam Deus extra caſtra ſeptem diebus
,, egredi, & poſt emendationem rurſus eam in
,, caſtra admitti. Maria ergo Soror Aaron, caro
,, intelligitur Sacerdotis, quæ dum ſuperbiæ
,, dedita, ſordidiſſimis cogitationum maculatur
,, contagiis; extra caſtra ſeptem diebus, hoc eſt,
,, extra collegium Eccleſiæ ſeptem annis proji-
,, citur, ut poſt emendationem vitiorum, loci
,, vel priſtinæ dignitatis recipiat meritum (&
,, poſt pauca) In fine autem epiſtolæ hoc ad-
,, jiciendum putavi, ut quotieſcumque in geſtis
,, Conciliorum diſcors ſententia invenitur, il-
,, lius ſententia magis teneatur, cujus antiquior
,, &

,, & potlor exſtat auctoritas.
Gratiae. ,, Hoc autem quamquam de Sacerdotibus
,, videatur ſpecialiter dictum, generaliter ta-
,, men de omnibus pœnitentibna oportet intel-
,, ligi; ad imitationem namque illius Domini-
2. Reg. 12. ,, cæ ſententiæ David de adulterio, & homi-
,, cidio reprehenſus, nuius hebdomadæ jejunium
,, In ſatisfactiune admiſſi ſceleris Deo legitur
,, obtuliſſe. Hinc etiã Eccleſiaſtica conſuetudine
,, eſt uſurpatum, ut majorũ criminum pœnitentia
,, 7. annorum ſpatio concludatur; niſi vel officii
,, excellentia, vel criminum magnitudo vulga-
,, rem conſuetudinem excedens (veluti dum
,, contra naturam humanæ ſocietatis parenti-
,, bus, vel liberis, vel aliis hujuſmodi perſonis
,, impudice adhæremus, vel dum relicto natu-
,, rali uſu contra naturam more Sodomitico ſor-
,, nicamur, vel uſque ad coitum brutorum ani-
,, malium prolabimur) præmiſſum ſpatium tran-
,, ſcendere cogat.
Eutych. Papa. ,, PRædicandum eſt etiam, ut perjurium fi-
,, deles caveant, & ab hoc ſummopere abſ-
,, tineant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, &
,, in lege, & in Prophetis, & in Evangelio
,, prohibitum. Audivimus enim quoſdam par-
,, vipendere hoc ſcelus, & levem quodammo-
,, do perjuris pœnitentiæ modum imponere,
,, qui noſſe debent talem de perjurio pœni-
,, tentiam imponi debere, qualem & de adul-
,, terio, & de fornicatione, & de homicidio
,, ſponte commiſſo, & de ceteris criminalibus
,, vitiis. Si quis vero perpetrato perjurio, aut
,, quolibet criminali peccato timens pœniten-
,, tiam longam, ad confeſſionem venire no-
,, luerit, ab Eccleſia eſt repellendus, ſive a com-
,, munione, & conſortio fidelium, ut nullus
,, cum eo comedat, neque bibat, nequn oret,
,, neque in domo ſua eum recipiat.
Et hoc duplici ratione. Una, quia Dominua
præcepit Num. 12. Mariam Sororem Aaron ſtig-
mate lepræ percuſſam extra caſtra ſeptem die-
bua egredi, & poſt emundationem rurſus eam
in caſtra admitti. Hæc ratio ponitur in præal-
legato c. *Hoc ipſum*: & ſecundum hoc per *diem*
intelligimus annum. Alia ratio eſt, ſicut pro-
pter peccatum ſeptiformem Spiritus Sancti gra-
tiam amiſit, ita per pœnitentiam ſeptennem
recuperet. Verumtamen licet pro ſingulis pec-
catis talibus, ſcilicet criminalibus ſit ſtatuta pœ-
nitentia ſeptennis, magis, vel minus aſpera
debet imponi, prout majoritas, vel minoritas
criminis cum ceteris circumſtantiis hoc expo-
ſcit, ut patet in ſequentibus.
Ab iſta regula excipiuntur plerique caſus, in
quibus propter peccantis dignitatem, vel cri-
minum enormitatem imponitur major pœniten-
tia. Nam Preabyter ſi fecerit fornicationem,
debet agere pœnitentiam decem annorum ſe-
v. pag. 137 condum formam traditam, diſt. 82. c. *Presby-*
ter. Quod intelligunt quidam de ſimplici for-
nicatione. Alii, & forte verius, de adulterio,
& inceſtu; quia cognovit conjugatam, conſan-
guineam, vel affinem. Item Presbyter ſi cogno-
ſcat filiam ſuam ſpiritualem, quam baptizavit,
vel de ſacro fonte, vel in confirmatione ſuſce-
pit, vel quæ peccata ſibi confeſſa fuit, debet a-
gere pœnitentiam 12. annorum, & etiam de-
bet deponi: & hoc, ſi crimen eſt manifeſtum:
ſi eſt Epiſcopus pœniteat duodecim annis; ipſa
vero mulier debet omnia derelinquere, res ſuas
pauperibus tradere, & converſa in Monaſterio
Deo uſque ad mortem ſervire. Cauſſa 30. q. 1.
c. *Si quis Sacerdos*, & c. *Non debet*.
,, SI quis Sacerdos cum filia ſpirituali forni- *Calixt.*
,, catus fuerit, ſciat ſe grave adulterium
,, commiſiſſe. Idcirco femina, ſi laica eſt, o-
,, mnia derelinquat, & res ſuas pauperibua
,, tradat, & converſa in Monaſterio, Deo uſ-
,, que ad mortem ſerviat. Sacerdos autem, qui
,, malum exemplum dedit hominibus, ab o-
,, mni officio deponatur, & peregrinando 12.
,, annis pœniteat: poſtea vero ad Monaſteriũ va-
,, dat, ibique cunctis diebus vitæ ſuæ Deo ſerviat.
,, NOn debet Epiſcopus, aut Presbyter com- *Idem*
,, miſceri cum mulieribus, quæ ei ſua
,, fuerint confeſſæ peccata. Si forte (quod ab-
,, ſit) hoc contigerit, ſic pœniteat quomodo
,, de filia ſpirituali: Epiſcopus 15. annos, Preſ-
,, byter 12. & deponatur; ſi tamen in conſcien-
,, tiam populi devenerit.
Item qui cognovit Monialem, agat pœniten-
tiam decem annorum, & ipſa ſimiliter ſecun-
dum formam poſitam cauſſa 27. q. 1. c. *De fi-*
lia, & c. *Devotam*. *v. pag. 397*
,, DEvotam peccantem non recipiendam eſ- *Ex Conc. Toletan. 1. c. 16.*
,, ſe in Eccleſia cenſemus, niſi pecca-
,, re deſierit: & ſi deſinens pœnitentiam e-
,, gerit aptam annis decem, recipiat com-
,, munionem: prius autem, quam in Eccle-
,, ſia recipiatur ad orationem, ad nullius
,, convivium Chriſtianæ mulieris accedat. Quod
,, ſi admiſſa fuerit; etiam hæc, quæ eam recepe-
,, rit, habeatur abſtenta. Corruptorem et-
,, iam par pœna conſtringat; quæ autem ma-
,, ritum acceperit, non admittatur ad pœni-
,, tentiam, niſi aut adhuc vivente marito ca-
,, ſta vivere cœperit, aut poſtquam ipſe de-
,, ceſſerit.
De vitio Sodomitico patet per auctoritatem
Auguſtini ſupra eodem §. verſ. *Adulterii ma-*
lum, quod longe majus crimen eſt, quam co-
gnoſcere matrem. Item quam ſit deteſtabile,
patet per pœnam Sodomitis inflictam. Item
hoc peccatum ſpecialiter clamat vindictam ad
Duminum; quia, ut ait Auguſtinus: *Per il-* *Aug. lib 3.*
lud violatur ſocietas, quæ nobis cum Deo eſſe de- *Conf. c. 8.*
bet, cum eadem natura, cujus ipſe eſt auctor, li-
bidinis perverſitate polluitur. Cauſſa 32. q. 7. cap.
Flagitia. *v pag. 199*
Item tales ſunt adverſarii totius cæleſtis cu-
riæ, deſtructores humani generis, & infinita ma-
la de hoc ſcelere poſſunt dici. De hoc loquitur
Apoſtolus ad Rom. 1. *Propterea tradidit illos*
Deus in paſſiones ignominiæ, &c. Quocumque au-
tem modo tale factum exerceatur, præterquam
inter hominem, & feminam ordinate, & in va-
ſe debito, vitium contra naturam, & Sodomi-
ticum dicatur. Item quia non ſolum actus, ſed
etiam ipſa prolatio os loquentis, aures audientis,
& ipſa quodammodo polluit elementa. Inter o-
mnia crimina, de iſto credo circa interrogatio-
nes cum cautela, & timore loquendum. Item
Matricida debet pœnitere decem annis ſecun-
dum formam ſatis aſperam poſitam cauſſa 33.
q. 2. c. *Latorem*.
,, LAtorem præſentium Matricidam eſſe co- *Nicolaus Papa*
,, gnovimus; cui præcipimus, ut ſub pœni- *Rhotald. Epiſc.*
,, tentiæ jugo permaneat, ita ut per annum in- *Argento-*
,, tegrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante *ratenſi.*
,, fores Baſilicæ ſtans, orans, & deprecans Deum
,, perſeveret, qualiter tanto eripiatur piaculo:
,, completo vero anni circulo introeundi in Ec-
,, cleſiam licentiam habeat; tamen inter au-
,, dientes ſtet, ſed nondum communicet. Com-
,, pletis

,, pleris autem trium annorum curriculis, ſacræ
,, communionis ei gratia concedatur: oblatio-
,, nes vern non offerat, niſi prius aliorum 7.
,, annorum curricula expleantur. His autem o-
,, mnibus annis, atque temporibus carnem non
,, manducet, nec vinum bibere præſumat, ex-
,, ceptis feſtis diebus, atque Dominicis, &
,, a Paſcha uſque ad Pentecoſtem: & quocum-
,, que ire voluerit, nullo vehiculo deducatur:
,, ſed pedibus proficiſcatur, arma non ſumat,
,, niſi contra paganos: jejunet autem tribus dia-
,, bus per hebdomadã uſque ad veſperam: a pro-
,, pria quidẽ, ac legitima conjuge non ſeparetur,
,, ne in furnicationis voraginem corruat; quod
,, ne fiat, optamus. Si autem ante annorum
,, trium curſum finis vitæ illius appropinqua-
,, verit, Corporis & Sanguinis Domini noſtri
,, particeps fiat: ſin autem, ut ſupra ſtatuimus,
,, efficiatur: tamen ſi illius converſionem, &
,, lacrymarum fontem in omnibus videritis flo-
,, ridis actionibus, & optimis operibus pullulare;
,, humanius circa eum veſtra ſollicitudo pervi-
,, gil appareat, mitiſque omnibus demon-
,, ſtretur.

Uxoricidæ imponitur adhuc gravior pœniten- tia. Cauſſa 33. q. 2. c. *Admonere*. v. pag. 74.

STEPHAN. V. *Haſtulphe.*

,, ADmonere tecum lacrymis, & multo ge-
,, mitu cordis curamus, fili Haſtulphe:
,, ſed non filius debes dici, qui tam crudeliter
,, homicidium perpetraſti: nam occidiſti uxo-
,, rem tuam.... Exhortamur, ut omnibus die-
,, bus, quibus pœnitere debes, vinum, & ſice-
,, ram non bibas, carnem numquam ullo tem-
,, pore comedas, præterquam in Paſcha, & in
,, die Natalis Domini: in pane, & aqua, &
,, ſale pœnitentiam age: in jejuniis, & vigiliis,
,, & orationibus, & eleemoſynis omni tempo-
,, re perſevera. Armis numquam cingere, nec
,, in quolibet loco litigare præſumas: uxorem
,, numquam ducere, concubinam numquam ha-
,, bere, nec adulterium committere audeas: in
,, balneis numquam laveris, in conviviis lætan-
,, tium numquam te miſceas: in Eccleſia ſegre-
,, gatus ab aliis Chriſtianis poſt oſtium, & poſtes
,, humiliter te repone, ingredientium, & egre-
,, dientium ſuppliciter orationibus commenda
,, te: communione Corporis & Sanguinis Domini
,, cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſti-
,, mes: in ultimo tamen exitus vitæ tuæ die, ſi
,, merueris, pro viatico, ſi ſit, qui tribuat tan-
,, tummodo venialiter, ut accipias, tibi conce-
,, dimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis du-
,, rius, & ſatis acrius erant juxta magnum pon-
,, dus peccati, infelix, adjicienda; ſed ſi hæc
,, omnia, quæ tibi miſericorditer ſupra dicta ſunt,
,, perfecto corde, Domino auxiliante, fece-
,, ris, & cuſtodieris; confidimus de immenſa
,, Dei clementia remiſſionem habiturum te tuo-
,, rum peccatorum, & ſecundum dictum ju-
,, ſti, benique paſtoris reſolvet te ſancta Ec-
,, cleſia ab hoc vinculo peccati in terris, ut
,, per ipſius gratiam, qui eam ſuo Sanguine
,, acquiſivit, ſolutus ſis in cælis. Sin autem
,, aliter feceris, & ſanctæ matris Eccleſiæ tam
,, ſalubrem admonitionem deſpexeris, ipſe tibi
,, ſis judex, & in laqueo diaboli, quo irretitus
,, teneris, permanebis, & ſanguis tuus ſu-
,, per caput tuum; nos alieni a conſortio tuo,
,, pro aliorum filiorum Dei ſalute, ipſo opi-
,, tulante, omni ſollicitudine nitimur deſudare,
,, & Domini miſericordiam attentius quotidie
,, implorare.

Per quod dicit Hugo. quod majus peccatum eſt uxoricidium, quam matricidium, ſecundum regulam illam: Quis dubitat ſceleratius eſſe commiſſum, quod eſt gravius vindicatum? Cauſta 24. q. 1. c. *Non afferamus*. v. pag. 44.

Alii vero communiter dicunt contrarium: imponitur tamen major pœnitentia uxoricidæ quam matricidæ; quia homines proniores ſunt ad occidendas uxores, quam matres. Item pro homicidio caſuali imponenda eſt pœnitentia quinque annorum, ſi culpa præceſſit caſum; alias nulla, niſi forte ad cautelam. Diſt. 50. cap. *Eos vero*, & duobus capitulis ſequentibus, ſeu cap. *Si qua femina*, & cap. *Si quis voluntate*.

Ex Conc. *Neocæſarien.*

,, EOs vero, qui non voluntate, ſed caſu ho-
,, micidium fecerint, prior quidem regula
,, poſt 7. tantum annorum pœnitentiam com-
,, munioni ſociavit ſecundum gradus conſtitu-
,, tos: hæc vero humanior quinquennii tempus
,, tribuit.

Ex Conc. *Eliberitano c. 5.*

,, SI qua femina zeli furore accenſa, flagel-
,, lis verberaverit ancillam ſuam, ita ut in-
,, tra tertium diem animam cum cruciatu emit-
,, tat, eo quod incertum ſit voluntate, an ca-
,, ſu occiderit; ſi voluntate, poſt 7. annos; ſi
,, caſu, poſt 5. annorum tempora (acta legitima
,, pœnitentia) ad communionem placuit ad-
,, mitti: quod ſi intra conſtituta tempora fue-
,, rit infirmata, accipiat communionem.

Ex Conc. *Martini Papæ.*

,, SI quis voluntate homicidium fecerit, ad
,, januam Eccleſiæ Catholicæ ſemper jaceat,
,, & communionem in exitu vitæ ſuæ recipiat.
,, Si autem non voluntarie, ſed caſu aliquod
,, homicidium fecerit; prior Canon 7. annis a-
,, gere pœnitentiam juſſit; ſecundus Canon
,, quinque mandavit.

Et forte eadem diſtinctio fieri poteſt in neceſſario. Arg. diſt. 50 c. *De his vero*, & extr. de homicid. c. *Interfeciſti*. v. pag. 138

Item qualem pœnitentiam debeant agere parentes, qui filios opprimunt, require ſupra de homicid. §. *De parentibus*. v. pag. 267

Qui autem intelligantur homicidæ voluntate, neceſſitate, vel caſu, vel quæ pœna talibus imponatur, & cetera ad homicidium pertinentia, require ſupra in titulo ſpeciali de homicidio. Item pœnitentiam ejus, qui violat Eccleſiam, Chriſma, & Calicem ſacrum pollutis manibus accipit; & ſimilia ſacrilegia enormia committit; require cauſſa 12. q. 2. cap. *De viro*. v. pag. 400

Item ſi ſanguinis ſtilla cadat ſuper terram, vel altare, vel pallas altaris, quid agendum ſit, tam de pœnitentia, quam de ſtilla, docemur ex decreto Pii Papæ, cujus verba ſunt hæc: *Si per negligentiam aliquid de ſangine ſtillaverit in terram, lingua lambatur, & tabula radatur: ſi non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corrodatur, & igne conſumatur, & cinis intra altare condatur, & Sacerdos quadraginta diebus pœniteat: ſi ſuper altare calix ſtillaverit, ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pœniteat: ſi ſuper linteam altaris, & ad aliud ſtilla perveniat, quattuor diebus pœniteat: ſi uſque ad tertiam, novem diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & juxta altare condatur.* Pius Papa.

De illo autem, qui evomit Euchariſtiam, vel verius ſpecies, docemur ex pœnitentiali Bedæ Presbyteri, dicentis: *Si quis per ebrietatem, aut* Beda c. de ebrietate.

voraci-

voracitatem Eucbariſtiam evomerit, quadraginta diebus pœniteat; Epiſcopi nonaginta: ſi pro infirmitatis cauſſa evomerit, ſeptem diebus pœniteat. *v. ſupra.* De conſecr. diſt. 2. c. *Si per negligentiam*, & c. *Si quis per ebrietatem*. Debet etiam ſumi in hoc ultimo caſu diligenter, & cremari, & cineres juxta altara recondi, ut ſupra in alio caſu proximo.

Item quanti temporis, & eujus aſperitatis pœnitentia ſit imponenda pro perjurio voluntario, ſive per compulſionem, ſiva per ignorantiam juris, vel facti craſſam, & ſupinam commiſſo, ſeu per auctoritatem, conſenſum, vel cooperationem; require cauſſa 22. q. 5. cap. *v. pag. 81, 87. & 89.* *Qui compulſus*, & tribus capitulis ſequentibus, ſcilicet, c. *Qui perjurat*, & c. *Si quis coactus*, & c. *Ille, qui hominem*.

Alia multa pertinentia ad hanc materiam require ſupra de juramen. & perjur. §. *Sequitur videre*, cum ceteris §§. ſequentibus, uſque in finem.

Item da pœnitentia, & forma ajuſdem pœnitentiæ, quam debent agere rebaptizati, ſive ab hæreticis, ſive ab aliis ſacundum varietatem perſonarum; require de conſecr. diſt. 4. cap. *v. pag. 305* *Qui bis*, & cap. *Eos, quos*.

Illorum etiam pœnitentiam, qui dant, vel accipiunt communionem de manu hæretici; vel qui recipiunt hæreticum ad divinum officium celebrandum, vel qui labuntur in hæreſim, ſecundum varias circumſtantias; require cauſſa 24. q. 1. c. *Si quis dederit*.

Julius Papa.
,, Si quis dederit, aut acceperit communio-
,, nem da manu hæretici, & neſcit, quod
,, Catholica Eccleſia contradicit, poſtea intelli-
,, gens, unum annum integrum pœniteat. Si
,, autem ſcit, & neglexerit, & poſtea pœniten-
,, tiam egerit, decem annos pœniteat; alii ju-
,, dicant ſeptem, & quidam humanius, ut quin-
,, que annos pœniteat. Si quis permiſerit hæ-
,, reticum Miſſam ſuam celebrare in Eccleſia
,, Catholica, & neſcit; 40. dies pœniteat; ſi
,, pro reverentia ejus, annum integrum pœni-
,, teat: ſi pro damnationa Eccleſiæ Catholicæ,
,, & conſuetudinis Romanorum, projiciatur ab
,, Eccleſia ſicut hæreticus, niſi habeat pœniten-
,, tiam: ſi habuerit, decem annos pœniteat.
,, Si receſſerit ab Eccleſia Catholica in con-
,, gregatione hæreticorum, & aliis perſuaſerit,
,, & poſtea pœnitentiam egerit, duodecim an-
,, nos pœniteat, tres extra Eccleſiam, ſeptem
,, inter audientes, & duos adhuc extra commu-
,, nionem.

Cetera vero pertinentia ad hæreſim, ſchiſma, vel Apoſtaſiam, require ſupra in titulis ſpecialibus.

Item qui frangit ſolemnem pœnitentiam, ſive redeundo ad crimina priora, vel ſimilia; ſive redeundo ad negotiationem, vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta; debet pœnitere ſecundum formam, quam habes cauſſa 33. quæſt. 2. capit. *De his vero*, de pœnitent. diſtinct. 3. cap. *Si qui vero*, & *v. pag. 435* cap. *De his*.

Siricius Papa. Ep. 1. ad Himerium Epiſc. c. 5.
,, De his vero non incongrua dilectio tua
,, Sedem Apoſtolicam eradidit conſulan-
,, dam, qui, acta pœnitentia, tamquam canes,
,, & ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra red-
,, euntes, & militiæ cingulum, & ludicras vo-
,, luptates, & nova conjugia, & inhibitos de-
,, nuo appetivere concubitus, quorum impro-
,, feſſam continentiam generati poſt abſolutio-
,, nam filii prodiderunt; da quibus, quia jam
,, ſuffugium non habent pœnitendi, id duximus
,, decernendum, ut ſola circa Eccleſiam fideli-
,, bus oratione jungantur, ſacris myſteriorum
,, celebritatibus (quamvis non mereantur) in-
,, terſint: a Dominicæ autem menſæ convi-
,, vio ſegregentur, ut hac ſaltem diſtrictione
,, correcti, & ipſi in ſe ſua errata caſtigent, &
,, aliis exemplum tribuant, quatenus ab obſcæ-
,, nis cupiditatibus retrahantur: quibus tamen
,, (quoniam carnali fragilitata ceciderunt)
,, viatico munere, cum ad Dominum cœpe-
,, rint proficiſci, per communionis gratiam
,, volumus ſubveniri: quam formam & circa
,, mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus
,, pollutionibus devinxerunt, eſſe ſervandam
,, cenſemus.

,, SI qui vero per gratiam Dei vocati, primo *Ex Nicæn. Conc. c. 11.*
,, quidem oſtenderunt fidem ſuam, depoſi-
,, to militiæ cingulo: poſt hæc autem ad pro-
,, prium vomitum ſunt reverſi, ut etiã pecunias
,, darant, & ambitent redire rurſus ad militiam;
,, iſti decem annis ſint inter pœnitentes poſt
,, primum triennium, quo fuerint intar au-
,, dientes: ab omnibus vero præcipue illud
,, obſervetur, ut animus eorum, & fructus
,, pœnitentiæ attendatur: quicumque enim cum
,, omni timore, & lacrymis perſeverantibus,
,, & operibus bonis converſionem ſuam non
,, verbis ſolis, ſed opere, & veritate demon-
,, ſtrant, cum tempus ſtatutum etiam ab his
,, fuerit impletum, & orationibus jam cœpe-
,, rint communicare, licebit Epiſcopo huma-
,, nius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui
,, vero indifferenter habuerint lapſum, & ſuffi-
,, cere ſibi, quod Eccleſiam introierint, arbi-
,, trantur; iſti omnimodo ſtatuta tempora
,, complebunt.

Ex diligenti inſpectione prædictæ regulæ, cum exceptionibus ſuis, poterit ſtudioſus & diligens indagator invenire proceſſum, ad ſatisfactionem pro diverſis criminibus ſecundum pœnitentiales Canonas imponendam; nec debet Sacerdos a forma prædicta recedere, niſi propter cauſſam: & in hoc conſiſtit ejus arbitrium, ſcilicet pro qua, vel pro quibus circumſtantiis, & quantum, & quando poſſit augeri, vel minui pœna Canonica. Et hæc eſt opinio quorumdam, & facit pro hac opinione de pœnit. diſt. 1. c. *Menſuram*, in fin. verſ. *Tamen pro quibuſdam culpis pœnitentiæ modi ſunt impoſiti*, & de pœn. *v. pag. 436* diſt. 5. cap. *Falſas*, in princ. *v. pag. 434*

Alii vero dicunt indiſtincte omnes pœnitentias arbitrarias per cap. præalleg. ſupra eod. §. *Sequitur de tertio, ſcilicet de menſura, &c.* & hanc ultimam opinionem videtur amplecti conſuetudo; prima tamen eſt tutior, licet difficilior. *Revera hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, 26 q. 7. c. Tempora pœnitudinis.*

Verum quamcumque opinionem teneas, nota, quod tria ſunt crimina, quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, & ſex, quæ impediunt, ſed non dirimunt. Require in ſumma de matrimon. in tit. de impediment. criminis. Illis ſex adjunge ſeptimum, ſcilicet de illo, qui contraxit matrimonium de facto cum Moniali: tali enim interdicitur in perpetuum contrahere matrimonium; ſi tamen contraxerit, tenebit. Cauſſa 27. q. 1. c. *Ii ergo*.

,, II ergo, qui ſanctimonialibus ſcientes ma- *Ex Conc. Tribur.*
,, trimonio ad injuriam Chriſti copulati ſunt,
,, juxta cenſuram zeli Chriſtiani ſeparentur, &
,, numquam eis concedatur conjugali vinculo
,, religari; ſed in pœnitentia lacrymis ſe vehe-

„ menter, dum vivunt, afficiant.

Item quædam crimina ſunt, de quibus non poteſt quis agere pœnitentiam, niſi reſtituat, vel renunciet, ſi tamen poteſt, quod male accepit, videlicet ſimonia, rapina, ſive prædatio, incendium, furtum, ſacrilegium, uſura, turpis & doloſa negotiatio. De his omnibus, & multis aliis circa idem invenies plene ſupra in tit. ſpecialibus.

Item ſemper debet Sacerdos injungere pœnitentiam per contrarium reſpondentem ipſi peccato, ut puta ſuperbo orationem & humilitatem; avaro eleemoſynarum erogationem & largitionem; guloſo abſtinentiam; luxurioſo jejunium & orationem, & ſi videatur expedire, peregrinationem, vel alias loci mutationem, ut ſic maceretur caro, & non refricetur ad delectationem memoria facti ex aſpectu loci, vel perſonæ, in qua, vel cum qua perpetratum eſt
v. pag. 12. peccatum. Diſt. 81. c. *Valet*, cauſſa 15. q. 1. c. *Mulier*.

August. Sup. cap. 20. Levit. q. 74.
„ MUlier, *quæ acceſſerit ad omne pecus, &*
„ *vult aſcendi ab eo, interficietis mulierem,*
„ *& pecus: morte moriantur, rei enim ſunt*. Quæ-
„ ritur, quomodo ſit reum pecus, cum ſit ir-
„ rationale, nec ullo modo capax legis eſt
„ (& infra) Item pecora inde credendum eſt
„ juſſa interfici, quia tali flagitio contaminata,
„ indignam refricant facti memoriam.

Item circa perſonas obnoxias aliis aliquo vinculo ſervitutis caveat pro poſſe Sacerdos, ne imponat eis talem pœnitentiam, per quam fieret præjudicium illis, quibus tenentur aſtricti, & præcipue circa conjugatos.

Item nota, quod in foro pœnitentiali appellantur legitimæ feriæ tres dies ſeptimanæ, ſcilicet feria ſecunda, quarta, & ſexta. Diſt. 82. c. *Presbyter*, de conſecr. diſt. 3. c. *Jejunia*.

v. pag. 55.
„ PResbyter ſi fornicationem fecerit ... Tan-
„ tum autem diebus Dominicis, & præ-
„ cipuis feſtis modico vino, & piſciculis, at-
„ que leguminibus recreetur, ſine carne, &
„ ſanguine, ovis, & caſeo utatur, ſacco indu-
„ tus humi adhæreat .... Deinde vero uſque
„ ad expletionem ſeptimi anni, omni quidem
„ tempore, exceptis Paſchalibus diebus, tres
Legitimæ feriæ ſunt, 2. 4. & 6.
„ legitimas ferias in unaquaque hebdomada in
„ pane, & aqua jejunet, expleto ſeptimi an-
„ ni circulo, ſi fratres, apud quos pœnituit,
„ ejus congruam pœnitentiam laudaverint, E-
„ piſcopus in priſtinum honorem juxta beati
„ Calixti Papæ auctoritatem eum revocare
„ poterit.

Ex Dictis S. Apollonii.
„ JEjunia ſane legitima, id eſt, quarta, &
„ ſexta feria non ſunt ſolvenda, niſi grandis
„ aliqua neceſſitas fuerit; quia quarta feria Ju-
„ das de traditione Domini cogitavit, & ſexta
„ feria crucifixus eſt Salvator. Videbitur ergo,
„ qui in his diebus ſine aliqua neceſſitate ſolve-
„ rit ſtatuta jejunia, vel cum tradente tradere
„ Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifi-
„ gere. Die autem Dominica, nihil aliud agen-
„ dum eſt, niſi Deo vacandum. Nulla opera-
„ tio in illa die ſancta agatur, niſi tantum hy-
„ mnis, & Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus
„ dies illa tranſigatur.

Varii circa ſatisfactionem Caſus.

REſtat, ut aliqua dubitabilia ſupponamus. Pone quod Sacerdos habet aliquos Parochianos ſurdos, vel mutos, cæcos, furioſos, vel dæmoniacos, & ſimiles, & ſcit eos eſſe in peccato mortali; quid faciet? ſi enim vocat ſurdum ad pœnitentiam, non prodeſt, quia non audit; ſi mutum; non poteſt confiteri: & ſi aliquis talium eſt cæcus, tunc non poterit legere admonitionem, ſaltem per ſcripturam factam, ſi ſciat litteras; nec poterit videre ſigna, vel nutus. Alii propter infirmitatem nihil intelligunt.

Solutio. Debet Sacerdos facere poſſe ſuum, ut inducat eos ad contritionem, & pœnitentiam plenariam ſecundum quod eſt poſſibile, ſcilicet verbis, vel ſcriptis, nutibus, & ſignis, & aliis modis, quibus poſſit. Si non poteſt proficere, oret ad Dominum, & faciat orare populum ſuum, ut Dominus illuſtret corda ipſorum ad pœnitentiam; & quum nihil omiſerit de contingentibus, tunc non imputabitur ſibi. Ezech.
Si annunciaveris iniquitatem ſuam populo meo, & ipſe te non audierit, &c. Item Apoſtolus in Act. Ezech. 3. & 33. Act. 20.
Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine omnium, non enim, &c. In iſtis etiam tradit Auguſtinus pro regula, quod *divinum officium per alicujus revelationis oraculum concordi oratione & gemitibus eſt implorandum*. De conſecr. diſt. 4 c. *Solet etiam quæri*. August. de unico baptiſm. lib. 7. cap. 53.
Eſt tamen caſus, in quo teneretur Sacerdos, videlicet ſi negligentia ſua præceſſerit hujuſmodi caſus. Arg. ſupra de homicid. §. *Species*, ubi caſus: & §. *Diſpenſantur*, & §. *De parentibus*, & de decim. §. *Quid, ſi aliquis furtive*.

Item quid, ſi aliquis pœnitet de peccatis, vel dicit ſe pœnitere, non tamen vult ſubire onus pœnitentiæ, dicens ſe tenerum, valetudinarium, vel male complexionatum, vel ſimilia. Item quid de eo, qui confitetur peccata, & tamen in poſterum non vult abſtinere, vel vult ab uno abſtinere & in alio remanere; numquid tales ſunt admittendi ad pœnitentiam?

Videtur quod non: de primo, quia *Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ſufferre, &c.* Require ſupra eod. §. *Sequitur videre, quæ ſint neceſſaria in pœnitentia*. Item quia caritas omnia vincit. Cant. ult. *Fortis eſt ut mors dilectio, &c.* Et Apoſtolus ad Rom. 3. *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an miſeria, an periculum, an gladius, &c.* Require hoc ſupra eod. §. 1. verſ. *In ſecundo fundant intentionem*. Quum ergo iſte non ſit paratus omnia libenter ſufferre, patet, quod nec habet caritatem, nec pœnitet.

Ad hoc dico, quod ſi dicit ſe pœnitere de peccatis, & proponit de cetero abſtinere, quum allegans fragilitatem recuſat ſatisfationis aſperitatem, debet Sacerdos primo ipſum inducere, ut animum habeat paratum ad omnem ſatisfactionem, oſtendendo ſibi magnitudinem peccatorum, quot, & quanta bona amiſit propter iſta peccata, quæ omnia recuperabit per pœnitentiam: oſtendat etiam, quantam pœnam ſuſtinuit Adam, & etiam totum genus humanum uſque in finem ſæculi, tantummodo, quia guſtavit de pomo ligni vetiti; quanta ergo pœna debetur tantis, quæ tu commiſiſti? Conſidera alia utilia ad iſtam inductionem, quæ invenies ſupra eod. §. *Poſtquam vidimus*. Si non poteſt ad hoc eum inducere, imponat ei talem ſatisfactionem cum voluntate ſua, quam utiliter poſſit portare, ne forte poſtea frangendo, deterius peccet.

Invitant nos ad hoc multa. Primo exemplum Domi-

Digitized by Google

Domini, qui numquam legitur gravem pœnitentiam injunxiſſe, niſi Joan. 8. *Vade, & amplius noli peccare*. Item Joan. Chryſoſtomus ſuper illum locum: *Alligant onera gravia, & importabilia: Si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam rationem da-* v. pag. 157 *re, quam propter aliquam crudelitatem?* Cauſſa 26. q. 7. cap. *Alligant*. Item in Evangelio: *Nolite mittere vinum novum in utres veteres, &c.*

Ad hoc autem præciſe laboret, ut peccator cauſſas & radices removeat, & omnem occa- Aug. lib. pœn. c. 27. ſionem peccandi pro poſſe tollat. Auguſtinus: *Satisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſſas excidere, nec ſuggeſtionibus earumdem additum indulgere*. Item ſi non poteſt gaudere Sacerdos de omnimoda ejus purgatione, gaudeat ſaltem, quia ipſum liberatum a gehenna, ad purgatorium poſſit tranſmittere: de quo require infra eodem §. *Item quid de his*, verſ. *Aliud eſt*.

De ſecundo & tertio videtur, quod non ſint omnino admittendi; quia, ut ait Iſidorus, *irriſor eſt, non pœnitens, &c.* Require ſupra eod. §. *Nunc videndum*.

Ad hoc dico, quod Sacerdos debet iſtorum confeſſionem accipere, & eis de criminibus conſilium exhibere; & licet non ſit vera pœnitentia, admittenda eſt, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda eſt. Ext. de pœn. & remiſ. c. *Quod quidam*.

Alex. III. Beluacen. Epiſcopo. „ Quod quidam ad confeſſionem de criminibus veniunt, & quamvis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt abſtinere non poſſe; conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod eorum confeſſionem recipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere: quia licet non ſit vera hujuſmodi pœnitentia; admittenda tamen eſt eorum confeſſio, & crebris & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda.

Item talis confeſſio, jejunia, eleemoſynæ, peregrinationes, & cetera, quæ conſilio Sacerdotis iſti facient cum devotione, & timore Dei, licet infirmi, quamvis non valeant directe ad vitam æternam obtinendam; tamen valebunt eis ad tria, vel ad aliquod iſtorum trium, ſcilicet ad extremi judicii ſupplicium tollerabilius ſubeundum. De pœn. diſt. 3. c. *Si quis autem non habens caritatem*.

August. In lib. de pœn. c. 16. „ Si quis autem non habens caritatem, quæ pertinet ad unitatem ſpiritus, & vinculum pacis, quo Catholica Eccleſia congregata connectitur, in aliquo Schiſmate conſtitutus, ne Chriſtum neget, patitur tribulationes, anguſtias, famem, ſitim, nuditatem, perſecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium, vel flammas, vel beſtias, vel ipſam crucem timore gehennæ, & ignis æterni. Nullomodo iſta culpanda ſunt, immo vero & hæc laudanda patientia eſt (non enim dicere poterimus: melius ei fuiſſet, ut Chriſtum negando nihil eorum pateretur, quæ paſſus eſt confitendo) ſed exiſtimandum, fortaſſe tolerabilius ei futurum judicium, quam ſi Chriſtum negando
1. Cor. 13. cuncta illa vitaret. Unde illud, quod ait Apoſtolus: *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt*. Nihil prodeſſe intelligitur ad regnum cælorum obtinendum, non ad extremi judicii tolerabilius ſupplicium ſubeundum (& infra) Hæc propter caritatem ſcripta ſunt, ſine qua in nobis eſſe non poteſt vera pœnitentia, quoniam eſt in bonis caritas Dei, quæ tolerat omnia.

Ad temporalem proſperitatem obtinendam valebunt. De pœn. diſt. 3. cap. *Cavendum*, & v. pag. 102 cauſſa 22. q. 2. c. *Si quælibet*.

Gregor. In hom. de divite, & Lazaro. Matth. 6. „ Cavendum nobis eſt, ut ſi forte aliquid boni agimus, in præſenti ſæculo remunerationem accipiamus, ne forte dicatur nobis: *Receperunt mercedem ſuam*. Niſi enim dives iſte aliquid boni egiſſet, unde in præſenti ſæculo remunerationem accepiſſet, nequaquam ei Abraham diceret: *Recepiſti bona in vita tua*. Luc. 16.

Vel valebunt ad hoc, ut citius illuſtretur cor ejus ad pœnitentiam. De pœn. diſt. 5. c. *Falſas*, in fine. v. pag. 444

Item valent ad alia duo, ſcilicet ad aſſuefactionem bonorum operum, ſicut dicitur de baptiſmo Joannis, quod non valuit ad remiſſionem peccatorum, ſed ad aſſuefactionem. De conſecr. diſt. 4. c. *Non regenerabantur*.

August. In Enchiridon. cap. 49. „ Non regenerabantur, vel renaſcebantur, qui baptizabantur baptiſmo Joannis; ſed quodam præcurſorio illius miniſterio, qui dicebat: *Parate viam Domino*; huic uni, in quo ſolo renaſci poterant, parabantur: hujus enim baptiſmus eſt non in aqua tantum, ut fuit Joannis; verum etiam in Spiritu Sancto, ut de illo Spiritu regeneretur, ſi quis in Chriſtum credit; de quo Chriſtus regeneratus, regenerationem non cognovit (& paullo inferius) In aqua baptizari voluit a Joanne, non ut ejus iniquitas ulla dilueretur; ſed ut magna commendaretur humanitas: ita quippe nihil in eo baptiſmus habuit, quod ablueretur; ſicut mors nihil, quod puniret, invenit.

Item credendum eſt quod diabolus non habeat in eo tantam poteſtatem, quantam, ſi continue mala exerceret; quod patet ex eo, quod refert Gregorius in dial. de Judæo, qui ſignaverat ſe ſigno crucis, & ideo dæmones non potuerunt ei nocere; immo qui primo eum invenerat, retulit majori dæmoni & ceteris hæc verba: *Inveni vas vacuum, ſed ſignatum*.

Quæſita.

Item circa idem quæritur, utrum hi duo ultimi, de quibus ſupra dictum eſt, teneantur iterum, quum venerint ad veram pœnitentiã, confiteri, & ſatisfacere, non ſolum pro his peccatis, ſed etiam pro illis, quæ jam fuerunt confeſſi, & pro quibus, licet informiter, ſatisfecerunt?

Item utrum hujuſmodi opera de genere bonorum, quæ vel fuerunt facta in caritate, & poſtea mortificata per ſequens mortale; vel fuerunt facta in mortali, & per conſequens mortua, reviviſcant, quum ipſe peccator venerit ad veram pœnitentiam?

Item utrum peccata ſemel dimiſſa alicui per veram pœnitentiam, redeant, illo poſtmodum relabente?

Solutio ad primum quæſitum: credo illum, qui numquam abſtinuit, nec propoſuit abſtinere, licet confiteretur, & jejunaret, teneri nunc ſine quæſtione ad confeſſionẽ, & ſatisfactionem: alium vero, qui de uno peccato fuit confeſſus, & ſatisfecit, & non de alio, dicunt fere omnes ſimiliter teneri ad confeſſionem, & ſatisfactionem; quia confeſſio & ſatisfactio non fuerunt facta in caritate, quum ipſe remaneret in alio

peccato; ergo, impoſſibile ſibi fuit peccatum dimitti; ergo ſi non eſt dimiſſum, oportet confiteri, & ſatisfacere. Auguſtinus: *Scio Dominum inimicum omni crimino ſo; quomodo ergo, qui crimen reſervat, de alia reciperet veniam?* de pœn. diſt. 3. cap. *Sunt plures*.

August. lib. 1. de pœn. c. 9. ,, SUnt plures, quos peccaſſe pœnitet; ſed
,, non omnino reſervantes ſibi quædam, in
,, quibus delectentur: non animadvertentes
,, Deum ſimul mutum & ſurdum a dæmonio
Matth. 12. ,, liberaſſe, per hoc docens nos numquam,
,, niſi de omnibus ſanari. Si enim vellet pec-
Matth. 16. ,, cata ex parte reſervari, habenti 7. dæmo-
Marc. 5. ,, nia, manente uno, potuerat & proficere
,, ſex expulſis; expulit autem 7. ut omnia cri-
,, mina ſimul ejicienda doceret. Legionem au-
,, tem ab alio ejiciens, neminem reliquit ex o-
,, mnibus, qui liberatum poſſideret, oſtendens,
,, quod etiamſi peccata ſint mille, oporteret
,, de omnibus pœnitere. Laudatus enim eſt
,, Dominus, quando, ejecto dæmonio, locutus eſt
,, mutus. Numquam aliquem ſanavit, quem
,, omnino non liberavit: totum enim homi-
,, nem ſanavit in ſabbatho; quia & corpus ab
,, infirmitate, & animam ab omni contagione
,, liberavit, indicans pœnitentem oportere ſi-
,, mul dolere de omni crimine orto in anima,
,, & in corpore: ſcio enim Deum inimicum o-
,, mni crimino ſo; quomodo ergo, qui crimen
,, reſervat, de alio recipiet veniam? Sine a-
,, more Dei conſequeretur veniam, ſine quo
,, nemo umquam invenit gratiam. Hoſtis enim
,, Dei eſt, dum offendit perſeveranter. Quæ-
,, dam enim impietas infidelitatis eſt, ab illo,
,, qui juſtus, & juſtitia eſt, dimidiam ſperare
,, veniam. Jam enim foret ſine pœnitentia inve-
,, nire gratiam. Pœnitentia enim vera ad Ba-
,, ptiſmi puritatem confitentem conatur adduce-
,, re. Recte enim pœnitens quidquid ſordium
,, poſt purificationem contraxit, oportet, ut
,, abluat ſaltem lacrymis mentis: ſed ſatis du-
,, rus eſt, cujus mentis dolorem oculi carnis
,, nequeunt declarare; ſed ſciat culpabiliter ſe
,, durum, qui deflet damna temporis, vel
,, mortem amici, & dolorem peccati lacrymis
,, non oſtendit. Non eſt itaque, ut quis ex-
,, cuſet ſe non habere fontem lacrymarum, qui
,, nonnumquam oſtendit lacrymis dolorem tem-
v. pag. 423 ,, poralium. Quem ergo pœnitet, omnino pœ-
,, niteat, &c.

Hanc opinionem credo veram. Quidam tamen dicunt, quod fuit ſatisfactio in veritate; ſed ejus fructus non percipitur impediente peccato, quod nondum deſeritur; percipietur autem, cum ejus pœnitentia fuerit ſubſecuta, ſicut dicitur de Baptiſmo, de conſec. diſt. 4. c. *Tunc valere*. Inducunt pro ſe, quod ait Naum
v. pag. 427 Propheta: *Non judicabit Deus bis in idipſum*, vel ſecundum aliam translationem, *non conſurget duplex tribulatio*: ſi ergo iſte eſt jam judicatus, & punitur temporaliter a Sacerdote, qui eſt Vicarius Chriſti; non ulterius punietur. Un-
Hieronym. In Naum cap. 1. de Hieronymus ſuper eumdem locum, quod *genus humanum diluvio, Sodomitas igne, Ægyptios mari, Iſraelitas perdidit in eremo; ſcitote ideo temporaliter pro peccatis puniſſe, ne puniret in æternum, quia non judicabit Deus bis in idipſum: qui ergo puniti ſunt, poſtea non punientur; alias mentiretur Scriptura (quod nefas eſt dicere.)*

Sed hoc, quod dicit Hieronymus, intelligitur de his, qui inter ipſa flagella pœnitentiam egerunt: & ſic probat idem Hieronymus cauſa 23. q. 5. c. *Quid ergo*.

,, QUid ergo, ait, contra Dominum cogi- Hieron. In Naum cap. 1.
,, tatis? ipſe eſt, qui creavit mundum, &
,, conſummationem ejus faciet; quod ſi vobis
,, videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quod Geneſ. 7.
,, in diluvio genus delevit humanum, ſuper Geneſ. 19.
,, Sodomam & Gomorram ignem & ſulphur Num. 14.
,, pluit, Ægyptios ſubmerſit in fluctibus, I-
,, ſraelitarum cadavera proſtravit in eremo;
,, ſcitote eum ideo ad præſens reddidiſſe ſup-
,, plicium, ne in æternum puniret. Certe aut
,, vera ſunt, quæ Prophetæ loquuntur, aut
,, falſa: ſi vera ſunt, quæ de ſeveritate ejus vi-
,, dentur dicere, ipſi dixerunt: *Non judicabit* Naum 1.
,, *bis in idipſum in tribulatione*. Sin autem falſa
,, ſunt, & falſum eſt hoc, quod dicitur: *Non*
,, *conſurget duplex tribulatio*: falſa eſt ergo, &
,, crudelitas, quæ in lege deſcripta eſt. Quod
,, ſi verum eſt, ut negare non poterunt, di-
,, cente Propheta: *Non judicabit Deus bis in id-*
,, *ipſum in tribulatione*; ergo qui puniti ſunt,
,, poſtea non punientur: ſi autem illi poſtea
,, punientur, Scriptura mentitur (quod nefas
,, eſt dicere) Receperunt ergo & qui in dilu-
,, vio perierunt, & Sodomitæ, & Ægyptii,
,, & Iſraelitæ in ſolitudine mala ſua in vita
,, ſua. Quærat ergo hic aliquis, ſi fidelis, qui
,, deprehenſus fuerit in adulterio, decolletur;
,, quid de eo poſtea fiat? aut enim punietur,
,, & falſum eſt hoc, quod dicitur: *Non judica-*
,, *bit Deus bis in idipſum in tribulatione*: aut non
,, punietur, & optandum eſt adulteris, ut im-
,, præſentiarum brevi & cita pœna cruciatae
,, fruſtrentur æternos. Ad quod reſpondebimus
,, Deum ut omnium rerum, ita ſuppliciorum
,, quoque ſcire menſuras, & non præveniri
,, ſententia judicis, nec illi in peccatorem ex-
,, ercendæ dehinc pœnæ auferri poteſtatem; &
,, magnum peccatum magnis diuturniſque lui
,, cruciatibus. Si quis autem punitus ſit, ut
,, ille in lege, qui Iſraelitis maledixerat, &
,, qui in ſabbatho ligna collegerat, tales poſtea
,, non puniri, quia culpa levis præſenti ſuppli-
,, cio compenſata ſit.

Require de pœn. diſt. 3. c. *Sceleratior*, §. *His auctoritatibus*, & c. *Ignis*.

,, SCeleratior omnibus, o Juda, & infelicior Leo Papa.
,, exſtitiſti, quem non pœnitentia revoca-
,, vit ad Dominum; ſed deſperatio traxit ad
,, laqueum. Exſpectaſſes conſummationem cri-
,, minis tui, & donec Sanguis Chriſti pro omni-
,, bus funderetur peccatoribus, informis lethi
,, ſuſpendium diſtuliſſes. (His auctoritatibus Gratian.
,, quæ ſit vera, quæ ſit falſa pœnitentia, oſtendi-
,, tur, & falſæ nulla indulgentia dari probatur:
,, in quo illorum ſententia deſtruitur, qua eum,
,, qui pluribus irretitus fuerit peccatis, aſſeritur
,, unius delicti pœnitentia, ejuſdem veniam con-
,, ſequi a Domino ſine alterius pœnitentia: quod
,, etiam multis auctoritatibus probare conantur,
,, quarum prima eſt illa Naum Prophetæ: *Non*
,, *judicabit Deus bis in idipſum*. Sed quem Sa-
,, cerdos judicat, Deus judicat, cujus perſo-
,, nam in Eccleſia gerit. Qui ergo a Sacerdo-
,, te ſemel pro peccato punitur, non iterum
,, pro eodem peccato a Domino judicabitur.
,, IGnis ſuccenſus eſt in furore meo, & arde- August. In Cantico.
,, bit uſque ad inferni noviſſima. Hoc eſt Deuteron.
,, vindicta hic incipiet, & ardebit uſque ad ex-
,, tremam damnationem. (Hoc contra illos no-
,, tandum eſt, qui dicunt: *Non judicabit Deus* Gratian.

,, *bis*

Digitized by Google

„ *bis in idipſum*, ad omnia pertinere flagella; „ quia quidsm hie flagellis emendautur, alii „ & hie, & in æteruum puniuntur, ſicut An„ tiochua, & Herodes. Quod autem ſuper „ eumdem locum de adultero fideli Hierony„ mus ſeutire videtur, ex ejuſdem verbia „ ſalſum eſſe probstur. Exemplo enim illins, „ qui Iſraelitis maledixerat, & qui ligna in „ ſabbatho collegerat, oſtendit parva pecca„ ta brevibus & temporalibus ſuppliciia pur„ gari; magna vero diuturnis & æternia ſup„ pliciia reſervari.)

Gregor.

Item pro eia eſt Gregorius ſup. Amos 4. *Pluit ſuper unam civitatem, & ſuper aliam non pluit; pars una compluta eſt, & pars, ſuper qua non pluit, aruit: cum ille, qui proximum odit, ab aliis vitiis ſe corrigit, una eademque civitas ex parte compluitur, & ex parte arida manet: quia ſunt quidam, qui cum quædam vitia reſecant, in aliis graviter perdurant. Sed hoc non ad criminis veniam, ſed ad operis deſertionem, & deteſtationem referendum eſt; ut ideo pars civitatis dicatur eſſe compluta, quia ab actu, & delectatione peccati, cui antea ſerviebat, modo ceſſat; & crimen, quod dilexerat, deteſtari incipit; non quod ejus veniam conſequatur*. De pœn. diſt. 3. c. *Pluit*, & §. *Illud autem*.

Gratianus in c. Quæ rat. §. Illud.

Ad illud, quod fuit ſecundo quæſitum, dicendum eſt breviter, quod opera viva, quæ fuerunt in vera caritate, mortificantur per ſequens mortale peccatum; & ſi poſtea ſequitur vera pœnitentia, reviviſcunt illa: quæ vero numquam fuerunt viva, puta quæ in peccato mortali fuerunt facta, numquam reviviſcent: unde verſus:

Illa reviviſcunt, quæ mortificata fuerunt.
Vivere non poſſunt, quæ mortua nata fuerunt.

Et ſecundum hoc ſunt exponendæ auctoritates de hac materia loquentes. Auguſtinus: *Pium eſt credere, quod noſtra fides hoc expoſtulat, ut cum gratia Chriſti in homine deſtruxerit mala priora, etiam remuneret bona, & cum deſtruxerit, quod ſuum non invenit, amat & diligit bonum, quod in peccante plantavit*. Item Hieronymua: *Si quando videris inter multa mala opera peccatorem quemquam facere aliqua, quæ juſta ſunt, non eſt tam injuſtus Deus, ut propter multa mala obliviſcatur paucorum bonorum*.

Aug. lib. de corr. & grat. c. 8. & 9. de pœn. diſt. 3. c. Piũ. Hieronym. de pœnit. diſt. 3. c. Si quãdo.

Prima auctoritas intelligitur ſatis plane de operibus factis in caritate, quæ, mortificata poſtea per peccatum, dum vera agitur pœnitentia, reviviſcunt. Secunda vero de operibus factis in peccato mortali, quorum Deus non obliviſcitur, quia remunerat ea, ſecundum illa, quæ dixi ſupra eod. §. proximo, verſ. *De ſecundo & tertio*: & habentur hæc omnia de pœnit. diſt. 3. cap. *Pium*, & ſequentibus §§. & capitulis, uſque ad §. *Pœnitentia ergo*, ſcilicet c. *Cavendum*, & c. *Si quis non habens caritatem*.

v. ſupra. & infra pro omnibus.

Quod autem dictum eſt, opera mortua multipliciter remunerari a Deo, licet non reviviſcant; idem intelligas de operibus quondam vivis, nunc mortificatis per culpam, quæ non expiabuntur per pœnitentiam, ſicut in prædictis; quia licet non reviviſcant, nec proſint ad vitam, proderunt tamen ad illa, quæ ſupra dicta ſunt.

Cap. 18. & 33.

Contra Ezech. *Si avertit ſe juſtus a juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, numquid vivet? Omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur in prævaricatione, quam prævaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit, & in ipſis morietur*. Super hunc etiam locum ait Gregorius: *Hoc nobis maxime conſiderandum eſt, quia cum mala committimus, ſine cauſſa ad memoriam bona noſtra tranſacta revocamus; quoniam in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum*; ſed ſupple, *quantum ad vitam æternam*, niſi ſecuta fuerit pœnitentia; alias proderunt, ut ſupra dictum eſt.

Gregor. de pœn. diſt. 4. c. Hoc nobis.

Ad tertium quæſitum, ſcilicet, utrum peccata dimiſſa redeant, non eſt mihi facile reſpondere, quum plures ſint ſuper hoc opiniones, quibus magni, & probati favent doctores.

Quidam enim dicunt ſimpliciter peccata redire & quoad reatum, & quoad pœnam, & quoad omnia. Iſti muniunt ſe teſtimoniis Evangelii: *Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi* (& infra) *Iratus Dominus tradidit eum tortoribus, quouſque redderet univerſum debitum; ſic & pater meus cæleſtis faciet vobis*. Rabanus ſuper hunc locum ait: *Conſiderandum eſt, quod dicit*, univerſum debitum, *quia non ſolum peccata, quæ poſt baptiſmum homo egerit, reputabuntur ei ad pœnam; verum etiam peccata originalia, quæ in baptiſmo ei dimiſſa ſunt*.

Matth. 18.

Rabanus de pœnit. diſt. 4. c. Conſiderãdum.

Nota quod dicit originalia redire, & quia dicit originalia in plurali, videtur, quod plura ſunt originalia in homine; ſed hoc eſt propter diverſos effectus, quos habet in hominibus originale: quoſdam enim facit invidos, quoſdam avaros, &c. vel propter varias appellationes, quas habet: dicitur enim lex membrorum, ſtimulus carnis, Angelus Satanæ, fomes peccati, &c. vel ponitur plurale pro ſingulari. Arg. ff. de orig. jur. l. 2. §. Exactis deinde regibus, *id eſt*, rege.

Poſtillat. & Gloſſ.

Item Auguſtinus: *Si Judas teneret illud, ad quod vocatus eſt, nullo modo ad eum, vel ſua præterita, vel parentum iniquitas pertineret: ſed quia non tenuit adoptionem in familia Dei, iniquitatem vetuſti generis potius elegit, rediit iniquitas Patrum ejus in conſpectu Domini, ut in eo etiam ipſa puniretur, & peccatum matris ejus non deleretur*.

Auguſt. in lib. Pſal. de Pœnit. diſt. 4. c. Si Judas.

Item illud: *Ad memoriam redeat iniquitas Patrum ejus, &c.* & multa alia poſſunt induci de pœnit. diſt. 4. capit. 1. ſeu, *Si Judas*, & multis capitulis ſequentibus, ut capit. *Conſtat*, & capit. *Dixit*, & cap. *Qui divini*, & cap. *Quemcumque*, & cap. *Revertar*, & cap. *Peccatum*.

v. ſupra.

„ Conſtat ex dictis Evangelii, quod ſi hoc, „ quod in nos delinquitur, ex corde non „ dimittimus; & illud rurſus exigitur, quod „ nobis jam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe „ gaudebamus.

Gregor. lib. 4. dialog. c. 20.

„ Dixit Dominus, *dimitte, & dimittentur tibi*. „ Si ego prior dimiſi, dimitte vel poſtea: „ nam ſi non dimiſeris, revocabo te: & quid„ quid tibi dimiſeram, replicabo tibi.

Auguſt. In homil. 50. Luc. 16.

„ Qui divini beneficii oblitus, ſuas vult „ vindicare injurias, non ſolum de futu„ ris peccatis veniam non merebitur; ſed et„ iam præterita, quæ jam ſibi dimiſſa credebat, „ ad vindictam ei replicabuntur.

Auguſt. Ibidem.

„ Revertar *in domum meam, unde exivi*: ti„ mendus eſt iſte verſiculus, non expo„ nendus; ne culpa, quam in nobis extinctam „ credebamus, per incuriam nos vacantes op„ primat.

Beda ſupra Luc. &c.

„ Quem-

IDEM. „ QUemcumque enim poſt baptiſma, ſive „ pravitas hæretica, ſeu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium proſternet in „ ima vitiorum.

AUGUST. In lib. q. Deuteron. quæſt. 41. „ PEccatum, quod ex Adam contrahitur, „ temporaliter redditur; quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in æternum eis, qui fuerint per gratiam ſpiritualiter regenerati, in eaque uſque in finem „ permanſerint.

Alii autem dicunt contrarium, ſcilicet quod non redeunt; ſed ideo dicuntur dimiſſa redire, & imputari, quia propter ingratitudinem ita reus, & peccatur conſtituitur, ut ante fuerat. Iſti inducunt pro ſe illud Naum, cap. 1. *Non judicabit Deus bis in idipſum*. Require ſupra eodem *§. Item circa*, verſ. *Ad primam quæſitum*.

Proſper de pœn. diſt. 4. c. Qui recedit. Item Proſper: *Qui recedit a Chriſto, & alienus a gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem vadit? Sed non in id, quod remiſſum eſt, recidit: nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter poſtrema crimina ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimiſſa debebatur*. De pœn. diſt. 4. c. *Qui recedit*.

Tertii dicunt, quod non redeunt, ſed quum committimus peccata ejuſdem generis, dicuntur redire quadam ſimilitudine, ſicut flores redeunt in Vere.

Quarti dicunt, quod redeunt in quattuor caſibus tantum. Unus, ſcilicet propter odium fraternum, ut in Evangelio: *Serve nequam, &c.* Secundus propter crimen apoſtaſiæ, vel hæreſis, de pœnit. diſt. 4. c. *Quemcumque*. Tertius propter pœnitentiam pœnitentiæ. Arg. Cauſſa 17. q. 4. c. *Sunt, qui opes*. v. ſupra.

AMBROS. In lib. de pœn. cap. 9. „ SUnt, qui opes ſuas tumultuario mentis „ impulſu, non judicio perpetuo, ubi Eccleſiæ contulerint, poſtea revocandas putaverunt, quibus nec prima merces rata eſt, „ nec ſecunda; quia nec prima judicium habuit, & ſecunda habuit ſacrilegium. Sunt, „ quos pœnituerit opes ſuas diviſiſſe pauperibus: ſic eos, qui pœnitentiam agunt, hoc ſolum timere oportat, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam.

Quartus, ſi contemnit quis pœnitentiam ſibi injunctam adimplere. Arg. de pœn. diſt. 3. c. *Si Apoſtolus*.

AUGUST. In lib. de pœn. c. 13. „ SI Apoſtolus etiam peccata per Baptiſma „ dimiſſa continue plorat, nobis etiam ſuper fundamentum Apoſtolorum poſitis quid „ prætar plorare raſtat? Quid, niſi ſemper dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia; ſi autem pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu enim gaudeat, & ſperet de gratia, quamdiu „ ſuſtentatur a pœnitentia: dicit enim Dominus: *Vade, & amplius noli peccare*: non dixit, (Joan. 8.) „ nec peccea; ſed nec voluntas peccandi in te „ oriatur. Quod quomodo ſervabitur, niſi dolor in pœnitentia continue cuſtodiatur? Hinc „ ſemper doleat, & de dolore gaudeat, & de „ doloris pœnitentia, ſi contigerit, ſemper doleat, & non ſit ſatis, quod doleat, ſed ex „ fide doleat, & non ſempee doluiſſe doleat.

Primæ duæ opiniones ſunt magis ſolemnes, & quantum ad efficaciam videntur tendere ad eumdem finem; ſed ſecunda vidatur aliquatenus tutior, alige quam volueris.

Sed numquid peccata ſemel confeſſa tenetur quis iterum confiteri?

Dicas, quod non regulariter, de pœn. diſt. 1. c. *Quis aliquando*, verſ. *Non ita*.

Gratian. „ QUis aliquando.... (Non ita intelligendum eſt, ut ſine confeſſione oris peccata dicantur dimitti, ſed ſine publica ſatisfactione; ſecreta namque peccata ſecreta „ confeſſione, & occulta ſatisfactione purgantur: nec eſt neceſſe, ut quæ ſemal Sacerdoti confeſſi fuerimus, denuo confiteamur, ſed lingua cordis, non carnis apud „ judicem verum ea jugiter confiteri debemus.)

Solent tamen excipi quattuor caſus, in quibus tenetur iterum confiteri. Primus quum Sacerdos ſuus, cui eſt confeſſus, eſt imperitus; quia tunc debet eum illius licentia iterum confiteri perito. Require ſupra eod. *§. Item debet confeſſio eſſe integra, vera, & diſcreta ſimiliter*. Secundus pro contemtu ſatisfactionis. Arg. de pœnit. diſt. 3. cap. *Si Apoſtolus*. Tertius, quum pro enormitate delicti Sacerdos audito crimine remittit eum ad ſuperiorem, qui iterum ſibi crimine expoſito, pœnitentiam ei imponat. Arg. cauſſa 33. quæſt. 2. c. *Latorem*, extra, de pœnit. & remiſſ. c. *Significavit*. v. ſupra. v. pag. 437

ALEXAND. III. Mediolanenſi Archiepiſc. & ſuffraganeis. „ SIgnificavit nobis vir nobilis P. quod F. „ dicto Imperatori, eum olim rediret ab „ urbe, Caſtrum Vernicæ negavit (& infra) „ Unde contigit, quod 4. caſtris deſtructis, „ pluſquam duo millia domorum deſtructa fuerunt, multi homines interfecti, & alia mala ibi commiſſa, quæ longum eſſet per ſingula enarrare. Quoniam igitur præfatus P. „ Deo exinde reconciliari deſiderat; mandamus quatenus ipſi pœnitentiam (ſecundum „ quod viſum fuerit) miſericorditer imponatis: attendentes, quod pro libertate ſua, & „ Eccleſiæ devotione hoc fecit. Quare in his „ debetis talem diſcretionem habere, ut alii, „ & ipſe idem pro auſteritate pœnitentiæ, a „ ſervitio Eccleſiæ nullatenus retardentur, „ nec aliquod ſalutis periculum debeant formidare.

Quartus caſus eſt ſupra eod. §. proximo, verſ. *Solutio, ad primum quæſitum*.

Poſtillat. AD primum quæſitum. *De illo ſcilicet, qui numquam abſtinuit, nec abſtinere propoſuit: & ſicut dictum eſt de illo caſu, dicas & de iſto, qui contemnit ſatisfacere, & oblitus eſt pœnitentiam ſibi injunctam, ſcilicet quod ſi confiteatur tali Sacerdoti, qui vel non recolit, vel alias non audivit in confeſſione peccata ejus, tenetur totum confiteri: aliter enim Sacerdos neſciret quantam pœnitentiam ei injungere deberet. Si autem recolit Sacerdos, non oportet, quod iteret illud, quod ante confeſſus ei eſt: ſi autem recolit pœnitens de pœnitentia ſibi ante injuncta, quam tamen facere contemſit; credo, quod ſufficiat, quod idem pœnitens eam exprimat Sacerdoti, cui de novo confitetur: & in hoc caſu non tenetur confiteri peccata, quæ alias confeſſus eſt, & de quibus ei indicta fuit pœnitentia illa. Nec obſtat, ſi objiciatur, quod Sacramentum pœnitentiæ unum eſt, & ideo ſimul concomitari ſe debent contritio, & confeſſio, pœnitentiæ injunctio, & abſolutio; ne fiat diviſio Sacramenti: quoniam Sacramentum pœnitentia tantam non exigit continuationem dicendorum, & agendorum, quantam exigunt cetera Sacramenta: unde pœnitentiarii quandoque aliquem pro parte audiunt una die, & pro parte in craſtinum: quandoque una die audiunt confeſſionem, & in craſtinum injungunt pœnitentiam, & impendunt abſolutionem; quandoque etiam abſolvunt de quibuſ-*

dam

dam peccatis, ſea excommunicationibus, & de aliis mittunt eos ab aliis abſolvendos.

Sed quid de illa, qui completa pœnitentia patitur recidivam; numquid tam illud recidivum, quam omnia, quæ alias commiſit, tenetur confiteri, maxime ſi confiteatur tali, qui numquam alias audivit eam?

Reſp. Credo, quod non tenetur dicere ſpecialiter, & diſtincte ea, quæ antea confeſſus eſt; ſed confiteri ſufficiat in generali de illis, exprimendo ingratitudinem ſuam, & dicendo: De multis, & magnis peccatis liberaverat me Dominus per pœnitentiam, & ego ingratus exſiſtens nihilominus ſic offendi eum. *Et ſi forte neſcit exprimere, aut non exprimit nomen* ingratitudinis, *non nocet; dum talia dicat verba, ex quibus Sacerdos ingratitudinem illam poſſit intelligere.*

Q U Æ S I T A.

Item quid de his, qui in fine pœnitent, vel etiam in ſanitate, ſed non complent hic pœnitentiam? Quid etiam de eo, qui ſatisfactionem ei injunctam complevit, quæ per negligentiam Sacerdotis minor debito fuit; numquid iſti ſunt prorſus liberati, an debent tranſire per ignem purgatorii, ut ibi compleant, quod hic minus fecerunt? Item numquid infirmis in periculo mortis poſitis, eſt pœnitentiæ ſatisfactio imponenda, aut reconciliatio deneganda?

SOlutio. Ad tria primo quæſita quaſi unica eſt reſponſio: duo tamen ſunt præmittenda: unum, quia tempus pœnitendi eſt ſemper uſque ad extremum vitæ periculum: unde Leo Papa: *Nemo eſt deſperandus, dum in hoc corpore conſtitutus eſt; quia nonnumquam quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiori perficitur.* Exemplum etiam ad idem de Latrone, Luc. 23. cujus pœnitentia ſera fuit, ſed non fuit ſera indulgentia; ſed tamen quia difficile eſt, & tunc contritionem habere periculoſiſſimum eſt, uſque ad tempus illud differre, ut ſupra eod. §. *Item debet eſſe feſtina*, verſ. *Quartum, quia in extrema.*

Aliud eſt, quia tanta poſſet eſſe contritio, quæ ſufficeret ad delendam omnem pœnam, ita quod omnino purgatus volaret ad patriam ſine interpoſitione pœnæ: quod patet in Latrone, qui licet juſte propter ſcelera ſua ſuſpenſus eſſet; tamen quia inter ipſas mortis anguſtias ad Dominum converſus exſtitit, & contritus audire meruit: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Verum quia ſolius Dei eſt (*quem*, ut ait Auguſtinus, *nec peccati qualitas, nec peccantis fallit affectus*) videre contritionis cujuslibet intentionem, pariter & menſuram: diſpenſatores Eccleſiæ, quibus non eſt datum occulta cordium cognoſcere, debet vigilanti ſtudio ad hoc intendere, ut per circumſtantias, & ſigna exteriora, interim majorem, vel minorem deprehendant intentionem doloris, & ſecundum hoc majorem, vel minorem ſatisfactionem injungant.

His prælibatis, dicendum eſt, quod quidquid in talibus remanſit purgandum, purgabitur in igne purgatorii: Deus enim quum ſit miſericors, & juſtus, & miſericordia pœnitenti ignoſcit, non reſervans peccatum ad pœnam æternam; ex juſtitia vero impunitum non dimittit delictum: aut enim homo punit, aut Deus. De talibus Auguſtinus: *Et ſi converſus vita vivat, & non moriatur; non promittimus, quod evadat omnem pœnam.* Nam prius purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum converſionis; is autem ignis, etſi æternus non ſit, miro modo eſt gravis: excellit enim omnem pœnam, quam umquam aliquis paſſus eſt in hac vita: numquam in carne iſta pœna inventa eſt, licet mirabilia Martyres paſſi ſint tormenta. De pœnit. diſt. ult. cap. ult. ſeu, *Nullus.*

„ NUllus exſpectet, quando jam peccare „ non poteſt: arbitrii enim quærat liber- *August. In lib. de pœn. cap. 17.*
„ tatem, ut dolere poſſit commiſſa, non neceſ-
„ ſitatem. Qui prius itaque a peccatis relinqui-
„ tur, quam ipſe relinquat ea, non libere, ſed
„ quaſi ex neceſſitate condemnat: licet enĩ latro *Luc. 23.*
„ veniam meruiſſet in fine de omni ſuo crimine,
„ non tamen dedit baptizatis peccandi, & per-
„ ſeverandi auctoritatem: tunc enim baptizatus
„ eſt, qui tunc primum in cruce Chriſtum con-
„ feſſus eſt. Pœnitentia enim ſi in extremo
„ vitæ hiatu advenerit, ſanat, & liberat in ab-
„ lutione baptiſmi, ita quod nec purgatorium
„ ſentiunt, qui in fine baptizantur: ſed ipſi
„ ditati bonis ſanctæ Matris Eccleſiæ, receptu-
„ ri ſunt multiplex bonum in vera beatitudi-
„ ne. Illi autem, qui cum potuerunt, num-
„ quam converti voluerunt, confitentes, cum
„ jam peccare nequeunt, non ſic facile acqui-
„ runt, quod volunt: oportet enim, ut pœniten-
„ tia fructificet ad hoc, ut vitam mortuo impe-
„ tret. Scriptum eſt, ſine caritate neminem *1. Cor. 13.*
„ ſalvum eſſe. Non itaque in ſolo timore vivit
„ homo: quem ergo ſero pœnitet, oportet non
„ ſolum timere Deum judicem, ſed juſtum
„ diligere: non tantum timeatur de pœna, ſed
„ ametur pro gloria; debet enim dolere de
„ crimine, & de omni ejus prædicta varieta-
„ te.

Item exponens verba illa Apoſtoli: *Si quis ſuper hoc fundamentum ædificarit ligna, & fœnum & ſtipulam*, ait: *Multi ſunt, qui lectionem iſtam male intelligentes falſa ſecuritate decipiuntur, dum credunt, quod ſi ſuper fundamentum Chriſti capitalia crimina ædificant, peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari, & ipſi poſtea ad vitam perpetuam pervenire. Intellectus iſte, fratres, corrigendus eſt; quia ipſi ſe ſeducunt, qui ſibi ſic blandiuntur: illo enim tranſitorio igne, de quo dixit Apoſtolus:* Ipſe ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem; *non capitalia, ſed minuta peccata purgantur.* Diſt. 25. c. *Unum orarium*, §. *Alias ea demum.* Ad idem Gregorius in eadem diſt. *Qualis hinc quiſque egreditur, talis in judicio apparebit.*

1. ad Cor. 3. Auguſt. in Homil. de igne purgatorio.

Gregor. in Dialog. lib. 4. cap. 39.

Ad illud, quod quarto quæſitum fuit, ſcilicet, qualiter circa infirmos ſit procedendum, tenenda eſt forma ſuper hoc a Theodoro definita, videlicet: *Ab infirmis in periculo mortis poſitis pura eſt confeſſio peccatorum inquirenda; non tamen illis imponenda eſt quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſublevandum, ſi forte migraverint, ne obligati, a communione, & conſortio veniæ fiant alieni: a quo periculo, ſi divinitus ereptus convaluerit, pœnitentiæ modum ſibi a Sacerdote impoſitum diligenter obſervet; & ideo ſecundum auctoritatem Canonicam, ne illis janua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſola-*

Theodorus Cantuar. Archiepiſ. in pœnitentiali ſuo.

ſolationibus Eccleſiaſticis, ſacra unctione olei inuncti, ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum communione viatici reficiantur, Cauſſa 26. q. 7. c. 1. ſeu, *Ab infirmis*.

Julius Papa.

Illud autem conſtat, quod nec pœnitentia, nec reconciliatio eſt talibus deneganda: ait enim Julius Papa: *Si Presbyter pœnitentiam abnegaverit pœnitentibus morientibus, reus erit animarum; quia Dominus dicit, quacumque hora peccator converſus fuerit ad pœnitentiam, vita vivet, & non morietur: vera enim confeſſio in ultimo poteſt eſſe*. Cauſſa 26. q. 6. c. *Si Presbyter*, & c. *Agnovimus*, & c. *Presbyter*: & require ſupra eod. §. verſ. *Unum quia tempus*.

v. pag. 306
Cæleſt. Papa.

„ AGnovimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum deſideriis annui,
„ qui obitus ſui tempore hoc animæ ſuæ cupiunt ſubveniri remedio. Horremus, fateor,
„ tantæ impietatis aliquem inveniri, ut de Dei bonitate deſperet, quaſi non poſſit
„ ad ſe quovis tempore concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum
„ hominem redimere, quo ſe expediri deſiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud eſt,
„ quam morienti mortem addere, ejuſque animam ſua crudelitate, ne abſoluta poſſit eſſe,
„ occidere, cum Dominus ad ſubveniendum paratiſſimus invitans ad pœnitentiam ſic

Ezech. 18. & 33.

„ promittat peccatori; *In quacumque hora*, &c.
„ & item: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur, & vivat?* Salutem ergo homini
„ adimit quiſquis mortis tempore pœnitentiam ſibi denegat, & deſperat de miſericordia
„ Dei; qui cum ad ſubveniendum morienti ſufficere, vel in momento poſſe non credit.
„ Perdidiſſet utique latro in Cruce præmium ad dexteram Chriſti pendens, ſi illum unius
„ horæ pœnitentia non juviſſet: cum eſſet in pœna, pœnituit, & per unius profeſſionem ſermonis,
„ habitaculum Paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum converſio
„ in ultimis poſitorũ mente potius eſt æſtimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter aſſerente:
„ *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris*. Cum ergo Dominus ſit cordis inſpector,
„ quovis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti, cum ille ſe obliget
„ judici, cui occulta omnia noverit revelari.

Quod vero dicit Julius: *Quod reus erit animarum*, intelligas quantum eſt in ſe; aliter, ſi non potuit habere cui confiteretur ipſe moriens, & non ſtetit per eum, & habuit contritionem, ſalvus erit. Require ſupra eodem §. *Prima dicta*, verſ. *Quis ſit ejus effectus*.

Item ſi infirmus petiit Sacerdotem, & iterum, dum veniret, obmutuit, vel factus eſt amens, vel phreneticus, Sacerdos veniens, ſive ad nutum infirmi, ſive ad teſtimonium illorum, qui audierant ipſum pœnitentiam petentem, vel Sacerdotem, debet ei quidquid poteſt humanitatis impendere, abſolvendo, reconciliando, & ſi poteſt fieri ſine periculo, Euchariſtiam ori ejus infundendo: ſi ſupervixerit, admoneatur a prædictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos probaverit. Cauſſa 26. q. 6. c. *Si quis de corpore*, & c. *Qui recedunt*, & c. *Is, qui in infirmitate*, & c. *His, qui tempore*. Et require de hoc ſupra de ſepulturis, §. *Prohibentur*.

v. pag. 387

Ex Conc. Mart. Brac. cap. 82.

„ SI quis de corpore exiens noviſſimum & neceſſarium communionis viaticum expetit,
„ non ei denegetur; quod ſi in deſperatione
„ poſitus poſt acceptam communionem iterum ſanus fuerit factus, tantum in oratione particeps
„ ſit; Sacramentum vero non accipiat, donec conſtitutum pœnitentiæ impleat tempus.
„ Qui ergo in exitu mortis ſunt, & deſiderant accipere Sacramentum, cum conſideratione,
„ & probatione Epiſcopi accipere debent.

Ex Conc. Carthag. 4. cap. 76.

„ IS, qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit,
„ oppreſſus infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium,
„ qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus,
„ reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit,
„ admoneatur a ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ
„ legibus, quamdiu Sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit. *Item c.* 78. Pœnitentes,
„ qui in infirmitate Viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine
„ manus impoſitione, ſi ſupervixerint.

Leo Episc. ad Theodorum Epiſt. 89.

„ HIs, qui tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ,
„ & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio
„ deneganda; quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire;
„ apud quẽ nullas patitur veniæ moras converſio, dicente Dei Spiritu per Prophetã:

Iſai. 30. apud 70.

„ *Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris* (& infra) Quod ſi aliqua ægritudine ita fuerint
„ aggravati, ut quod paullo ante poſcebant ſub præſentia Sacerdotis ſignificare non valeant;
„ teſtimonia eis fidelium, & circumſtantium prodeſſe debebunt, ut ſimul & pœnitentiæ,
„ & reconciliationis beneficium conſequantur; ſervata tamen regula Canonum paternorum
„ circa eorum perſonas, qui in Deum a fide diſcedendo peccarunt.

QUÆSITA.

Utrum ea, quæ fiunt a vivis, proſint defunctis, & quibus. Item quibus ſuffragiis, ſeu beneficiis deleantur venialia inter vivos?

Auguſtinus de agenda cura pro mortuis cap. ult. Gregorius Bonifacio Epiſcopo, Epiſt. ult.

SOlutio. Ad primum dicendum eſt animas defunctorum quattuor beneficiis adjuvari a vivis. Auguſtinus: *Non æſtimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, pervenire, niſi quod pro eis ſive altaris, ſive orationum, ſeu eleemoſynarum ſacrificiis ſolemniter ſupplicamus*. Item: *Quattuor modis*, dicit Gregorius, *animæ defunctorum abſolvuntur, aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut carorum eleemoſynis, aut jejuniis cognatorum*. Cauſſa 13. q. 2. c. *Non æſtimemus*, & c. *Animæ*. Item Machab. 2. in fin. *Vir fortiſſimus Judas collatione facta, duodecim millia dracmas argenti miſit Hieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium*, &c.

Circa ſecundũ autem, quibus defunctis proſint iſta prædicta, ſunt opiniones. Dicunt enim quidam, quod iſta nihil penitus proſunt his, qui ſunt in inferno, ſed tantum his, qui ſunt in Purgatorio. Pro eis faciunt multa, in primis illud: *In inferno nulla eſt redemtio*. Item quia Eccleſia non orat, niſi pro fidelibus defunctis: quod videtur intelligendum de his, qui deceſſerunt in fide formata, operante ſcilicet per dilectionem.

Item

Digitized by Google

Item quia Eccleſia non pro civibus Babylonis, ſed pro ſuis tantummodo orat, vel laudat Deum, quum dicitur, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*, quaſi dicat *Sanctus*, pro his, qui regnat in cælo; *Sanctus*, pro his, qui patiuntur in purgatorio; *Sanctus*, pro his, qui peregrinantur in mundo: propter etiam eamdem cauſſam hoſtia conſecrata dividitur in tres partes in altari.

Alii vero dicunt, quod proſunt omnibus regeneratis, qui dum viverent, meruerunt, quod talia poſſent eis prodeſſe poſt mortem, non diſtincto utrum deceſſerint in mortali, vel non: & quia nos non poſſumus ad plenum diſcernere, qui meruerunt hoc, vel qui non; debemus generali oratione pro omnibus regeneratis orare: *Melius enim ſupererunt iſta his, quibus nec proſunt, nec obſunt, quamcis deerunt, quibus proſunt*. Cauſſa 13. quæſt. 2. cap. *Non æſtimemus*, & cap. *Tempus*. Nam, ut ait Auguſtinus in dictocap. *Tempus*: *Eſt quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat iſta, nec tam malus, ut ei iſta poſt mortem non proſint. Eſt vero talis in bono, ut hæc non requirat: & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cum hæc vita tranſierit, adjuvari. Quocirca omne hic meritum comparatur, quo poſſit poſt vitam relevari quiſpiam, vel gravari* (Et poſt pauca) *Cum ſacrificia altaris, ſive quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis omnibus offerantur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde malis propitiationes ſunt; ſed pro valde malis, etſi nulla ſunt adjumenta mortuorum, tamen vivorum conſolationes ſunt: quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, ut ſit plena remiſſio, aut certe, ut tolerabilior fiat ipſa damnatio*.

Aug. de agenda cura pro mortuis, c. ult.

Licet autem Auguſtinus ponat hic quattuor genera; dicunt tamen primi, quod non ponit niſi tria: nam mediocriter boni, & mediocriter mali ii ſunt, ſcilicet, qui deſcendunt in purgatorium, & exponunt litteram Auguſtini ſecundum hoc. Item ſecundi reſpondent ad illud: *In inferno nulla eſt redemtio*, ſcilicet, ſalvans. Licet autem ſecunda opinio videatur magis pia; prima tamen videtur magis Catholica, quam etiam expreſſe confirmat gloſſa ad Theſſal. ſuper illum locum: *Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut & ceteri, qui ſpem non habent*; dicit Gloſſa: *Qui ſine fide operante per dilectionem, ejuſque Sacramentis de corporibus exierunt, fruſtra illis a ſuis hujuſmodi pietatis impenduntur officia, cujus dum hic eſſent, pignore caruerunt, non miſericordiam ſibi theſaurizantes, ſed iram*. Hunc articulum non ultra proſequor, quia longam habet diſputationem.

Ad Theſſ. 3.

Ad illud vero, quod tertio quærebatur, reſpondeo, quod venialia delentur ſex modis, ſcilicet per dignam Euchariſtiæ ſumtionem. De conſecr. diſt. 2. c. *Cum omne crimen*, & c. *Si quotieſcumque*, & c. *Iteratur*.

Julius Papa Epiſcopis per Ægyptum.

,, CUm omne crimen, atque peccatum ob-
,, latis Deo ſacrificiis deleatur; quid de
,, cetero pro delictorum expiatione Domino
,, dabitur, quando in ipſa ſacrificii oblatione
,, erratur?

Ambros. Lib. 4. de Sacram. c. ult.

,, SI quotieſcumque effunditur Sanguis Chri-
,, ſti, in remiſſionem peccatorum effundi-
,, tur, debeo illum ſemper accipere, ut ſem-
,, per mihi peccata dimittantur. Qui ſem-
,, per pecco, debeo ſemper accipere medici-
,, nam.

Paschas. Papa.

,, ITeratur quotidie hæc oblatio, licet Chri-
,, ſtus ſemel paſſus in carne per unam,
,, eamdemque mortis paſſionem ſemel ſalvave-
,, rit mundum: ex qua morte idem reſurgens
,, ad vitam, mors illi ultra non dominabitur;
,, quia profecto ſapientia Dei Patris neceſſarium
,, hoc pro multis cauſſis providit. Primo quidem,
,, quia quotidie peccamus, ſaltem in peccatis,
,, ſine quibus mortalis infirmitas vivere non
,, poteſt: quia licet omnia peccata ſint donata
,, in baptiſmo; infirmitas tamen peccati adhuc
,, in carne remanet. Unde Pſalmiſta: *Benedic*
,, *anima mea Domino, qui propitiatur omnibus ini-*
,, *quitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates*
,, *tuas*. Et ideo quia quotidie labimur, quotidie
,, Chriſtus myſtice pro nobis immolatur, & Paſ-
,, ſio Chriſti in miniſterio traditur, ut qui ſemel
,, moriendo mortem vicerat, quotidie recidiva
,, delictorũ per hæc Sacramenta Corporis & San-
,, guinis peccata relaxet. Unde oramus: *Dimitte*
,, *nobis debita noſtra, &c.* Quia, *ſi dixerimus, quod*
,, *peccatum non habemus, nos ipſi ſeducimus, &*
,, *veritas in nobis non eſt (Item & infra eod. cap.)*
,, Iteratur hoc myſterium ob commemoratio-
,, nem Paſſionis Chriſti. Sicut ipſe ait: *Hoc*
,, *quotieſcumque feceritis, in meam commemoratio-*
,, *nem facite. Quotieſcumque ergo hunc Panem ſu-*
,, *mitis, & bibitis hunc Sanguinem, mortem*
,, *Domini annuntiabitis, donec veniat*; non uti-
,, que ſic eſt accipiendum, donec Chriſti mors
,, veniat: quia jam ultra non moritur: ſed do-
,, nec ipſe Dominus ad judicium veniat. Inter-
,, dum autem ſemper eſt mors Chriſti, per ſæ-
,, culi vitam poſteris annuncianda, ut diſcant
,, qua caritate dilexit ſuos: qui pro eis mori
,, dignatus eſt, cui omnes vicem debemus re-
,, pendere caritatis; quia ad hoc nos prior di-
,, lexit, cum eſſemus gehennæ filii, ut diligere-
,, mus eum jam a morte liberati.

De Corpore & Sanguine Chriſti, c. 9. Rom. 6. — *Pſal. 102.* — *Matth. 6.* — *1. Joan. 1.* — *Luc. 22.* — *1. Cor. 11.*

Item delentur venialia per aquæ benedictæ aſperſionem. De conſecrat. diſt. 3. cap. *Aquam*.

Alex. V. Ep. 1. c. 5

,, AQuam ſale conſperſam populis benedici-
,, mus, ut ea cuncti aſperſi ſanctificen-
,, tur, & purificentur. Quod & omnibus Sa-
,, cerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam
,, ſi cinis vitulæ ſanguine aſperſus populum
,, ſanctificabat, atque mundabat; multo magis
,, aqua ſale aſperſa, diviniſque precibus ſacrata
,, populum ſanctificat, atque mundat: & ſi ſa-
,, le aſperſo per Eliſæum Prophetam, ſterilitas
,, aquæ ſanata eſt, quanto magis divinis pre-
,, cibus ſacratus, ſal ſterilitatem rerum auferet
,, humanarum, & coinquinatos ſanctificat, &
,, purgat, & cetera bona multiplicat, & inſi-
,, dias diaboli avertit, & a Phantaſmatum ver-
,, ſutiis homines defendit?

Item delentur venialia per eleemoſynarum erogationem. Diſt. 82. c. *Presbyter*, in fin. verſ. *Unum denarium*, de pœnit. diſt. 1. cap. *Medicina*, & cap. *Quamobrem*, & diſt. 3. cap. *Sane cavendum*. *v. pag. 420*

,, PResbyter... Sane ſciendum eſt, quod ſecun-
,, dum feriam unum pſalterium canendo,
,, aut unum denarium pauperibus dando, ſi o-
,, pus eſt, redimere poterit...

Ambros. In Serm. Domini in Dominica de Abraham.

,, MEdicina miſericordiæ tollit peccata magna:
,, habemus etiam plura ſubſidia, qui-
,, bus peccata noſtra redimamus. Pecuniam ha-
,, bes, redime peccatum tuum. Non venalis eſt
,, Dominus, ſed tu ipſe venalis es. Peccatis tuis
,, venumdatus es, redime te operibus tuis, redi-
,, me te pecunia tua. Vilis eſt pecunia, ſed pre-
,, tioſa eſt miſericordia. Eleemoſyna, inquit, a

„ peccato liberat. Crimina ergo eleemoſyois re-
„ dimuntur.

Hieron. Sup. David, c. 4.

„ **Q**Uamobrem, Rex, *conſilium meum placeat ti-*
„ *bi, & peccata tua eleemoſynis redime,*
„ *& iniquitates tuas in miſericordiis pauperũ, for-*
„ *ſitan ignoſcet Deus delictis tuis.* Si prædixit ſen-
„ tentiam Dai, qoæ mutari non poteſt, quomo-
„ do hortatur ad eleemoſynas, & miſericordias
„ pauperum, ot Dei ſententia permutetur:
„ quod facile ſolvitor exemplo regis Ezechiæ
„ (quem Iſaias dixerat eſſa moriturum) & Ni-
„ oivitarum, quibus dictum fuerat: *Adhuc* *4. Reg. 20. Iſai. 38. Jon. 3.*
„ 40. *dies, & Ninive ſubvertetur*; & tamen ad
„ precea Ezechiæ, & Ninive, Dei ſententia
„ eommutata eſt, noo vanitate judicii, ſed eo-
„ rom converſione, qui meruera indulgeotiam:
„ alioquin & in revereotiam loquitur Deua ſe
„ mala minari ſuper geotem; & ſi bona ſecerit,
„ minas in elementiam commutare. Rurſum
„ booa agenti ſe aſſerit polliceri indulgentiam: &
„ ſi male ſecerit, dixit ſe ſuam mutare ſantentiã
„ non in homioea, ſed in opera, quæ mutata ſunt.
„ Neque enim Deus hominibus, ſed vitia ira-
„ ſcitur, quæ cum io homioe ooo ſuerint, ne-
„ quaquam punit, quod motatum eſt. Dica-
„ mus quidem & aliter: fecit itaque Nabu-
„ chodonoſor rex juxta Danielis coofilium miſe-
„ ricordias in pauperes, & idcirco uſque ad
„ menſem 12. in eum dilata eſt ſententia. Sed
„ quia poſtea ambulaos in aula Babylonis glo-
„ riatur, & dicit: *Nonne hæc eſt Babylon ma-* *Daniel. 4.*
„ *gna, quam ædificavi in domo regis, & in robore*
„ *fortitudinis meæ, & gloria nominis mei?* bo-
„ num miſericordiæ perdidit malo ſuperbiæ:
„ *Forſitan ignoſcet Deus delictis tuis.* Cum Bea-
„ tus Daniel præſcius futurorum de ſententia
„ Dei dubitet; rem temerariam faciunt, qoi
„ audacter peccaotibus veniam pollicentur. Et
„ tameo ſciendum eſt, quod ſi Nabuchodono-
„ ſor regi bona opera facienti venia repromit-
„ titur, multo magis aliis promittitor, qui le-
„ viora peccata commiſerunt.

Item deleotur venialia per oratiooem, præcipue Domioicam, ſcilicet, *Pater noſter.* De pœn. diſt. 3. c. *De quotidianis.*

Auguſt. In Enchirid. c. 72.

„ **D**E quotidianis brevibus, levibuſque pec-
„ catis, ſine quibus hæc vita non duci-
„ tur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit: eo-
„ rum eſt enim dicere: *Pater noſter, qui es in*
„ *cælis,* qui jam taliter patri regenerati ſuot
„ ex aqua, & Spiritu Sancto. Delet omnino
„ hæc oratio miotma, & quotidiana peccata;
„ delet & illa, a quibus vita fidelium ſcelera-
„ te etiam geſta, ſed pœnitendo, in melius
„ commutata diſcedit, ſi quemadmodum di-
„ citor veraciter: *Dimitte nobis debita noſtra,*
„ quoniam noo deſunt, quæ dimittuntur; ita
„ veraciter dicatur: *Sicut & nos dimittimus de-*
„ *bitoribus noſtris,* id eſt, ſi fiat, quod dicitur:
„ quia & ipſa eleemoſyna eſt, veniam petenti
„ homini ignoſcere.

Item deleotur per generalem confeſſionem, quæ fit quotidie in Eccleſia, obi noo ſolum veoialia, ſed etiam mortalia oblita credendum eſt deleri. Auguſtinus: *Si a mente pœnitentis aliqua exciderint, confitetur veritatem Deo, cum generaliter dixeris: Deus, qui noſti occulta cordis, opera mea, & delicta mea a te non ſunt abſcondita, quibus veniam largiaris, & hæc eſt veritas confitentis, quam diligit Deus.* Unde *Pſal.* Ecce enim veritatem dilexiſti. *Auguſtin. Homil. 41.*

Item deleotor peccata veoialia per Epiſcopalem, ſive per Sacerdotalem benedictionem, quod ſatis videtur probari ex eo, quod ait Dominus in Num. 6. ad Moyſem, & Aaron: *Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, ego Dominus benedicam eos,* & Dominus per Malachiam 2. *Maledicam benedictionibus veſtris,* ſcilicet qui eſtis fideles. Require expoſitionem infra eod. *§. Item quæritur,* verſ. *Non obſtat ſententia*: & hoc intelligo, quum quis facit, vel accipit iſta, vel eorum aliqua cum devotione.

Item videtur, quod non ſolum per iſta ſpecialiter oumerata; ſed etiam per quodlibet bonum opus deleantur peccata venialia. De pœn. diſt. 1. cap. *Medicina,* verſ. *Redime te operibus tuis.* *v. ſupra.*

De pœna Sacerdotis revelantis Confeſſionem.

DE pœna Sacerdotis revelaotis Cooſeſſionem ait Gregorius: *Sacerdos ante omnia caveat, ne de iis, qui ei confitentur peccata ſua, alicui recitet, quod ei confeſſus eſt, non propinquis, non extraneis, neque, quod abſit, pro aliquo ſcandalo: nam ſi hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat.* De pœn. diſt. 6. c. *Sacerdos.* *Gregorius Homil. 24. Evangel.*

Innoceotius in nova Conſtitutione: *Caveat omnino Sacerdos, ne verbo, aut ſigno, vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorem, ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſonæ caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumſerit revelare, non ſolum a Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium retrudendum.* Ext. de pœn. c. *Omnis utriuſque.* *Innoc. III. In Concil. generali.* *v. pag. 282*

POSTILLATORIS QUÆSITA.

QUid de Sacerdote, qui audivit confeſſionem alicujus de aliquo peccato, ſi poſtea producatur in teſtimonium contra eum in forma judicii in cauſa inquiſitionis, vel denunciationis, vel etiam cum criminaliter accuſatur ſuper illo peccato? *Poſtillat.*

Reſp. Si Sacerdos hujuſmodi alio modo ſciat veritatem, quam per confeſſionem; tunc poteſt dicere, quod aliter novit de illo negotio, non revelando aliquid de Confeſſione ſibi facta: ſi autem nihil ſcit, niſi per confeſſionem, non tenetur ex juramento, quod præſtitit, ſicut teſtis, illud revelare, etiamſi judex præcipiat, aut excommunicet, niſi revelaveris; immo etiamſi expreſſe juraſſet, quod revelaret, non eſt obligatorium hujuſmodi juramentum. Credo etiam, quod ſi judice malitioſe inſiſtente, & inquirente, an ſciret Sacerdos aliquid ſeu per confeſſionem, ſeu aliquo modo de negotio, & non poſſet Sacerdos evadere, transferendo ſermonem ad aliud, vel aliquo modo iniquum judicem deludendo; poſſet reſpondere ſophiſtice, dolum malum pro dolo excludendo: Nihil enim ſcio omnino, *ſubintelligendo,* Nihil ſcio, ut homo: *& etiam:* Nihil ſcio per confeſſionem, *vel ſubintelligendo, nihil ſcio tibi revelandum, ſicut dicitur Matth.* 13. De die illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli in cælo, neque filius. *Et ſubintelligitur, quod filius nihil ſcit ad revelandum nobis.*

Quid, ſi quis revelat Sacerdoti in confeſſione & ea, quæ debet, & ea, quæ ſibi debentur, & Sacerdos omnia recepit ſub ſigillo confeſſionis?

Quid etiam, ſi aliquis habeat pecuniam alienam in depoſito receptam ſub ſigillo confeſſionis; ſi fiat

inqui-

Digitized by Google

inquiſitio de prædictis a Sacerdote de debito, vel depoſito, quid fiet?

Reſp. Si quis confitetur Sacerdoti ſe habere pecuniam per furtum, vel alias per peccatum, tenetur celare Sacerdos: ſi autem aliquis ea, quæ debet, vel quæ ſibi debentur, dicit Sacerdoti, non debet illud recipere ſub ſigillo confeſſionis: ſi tamen per indiſcretionem ſuam ſic receperit, non tenetur celare, niſi per modum conſilii, vel ſecreti, & jura, quæ puniunt revelantes confeſſiones, non extendunt ſe, vel extenduntur, niſi ad peccata. Unde ſi auctoritate Epiſcopi, vel judicis ſuper hoc poteſtatem habentis compellatur Sacerdos jurare, vel dicere veritatem de hujuſmodi debito taliter ſibi revelato, vel depoſitarius de pecunia penes ſe depoſita; tenetur uterque dicere veritatem, quocumque modo juſte per judicem fiat inquiſitio hujuſmodi debitorum, aut rerum depoſitarum; videlicet quia ceſſit bonis, cui debetur debitum, vel qui depoſuit; aut aliqua juſta ratione confiſcantur, aut occupantur hujuſmodi bona, non obſtante, quod per diſcretionem ſub ſigillo confeſſionis talia ſunt recepta; quia qui ſic recepit, de hoc caſu non cogitavit; & ſi cogitaſſet, vel etiam juraſſet, quod non revelaret, in hujuſmodi caſu illicitum eſſet juramentum, nec eſſet obligatorium, aut ſervandum in præjudicium juris alieni. Si autem per prædonem, vel tyrannum requireretur injuſte hujuſmodi debitum, vel depoſitum, conſcius hujuſmodi debiti, vel depoſiti, requiſitus deberet tacere, vel transferre ſermonem ad aliud, vel reſpondere ſophiſtice, ut ſupra de mendacio, ſ. Solet dubitari. *Peccatum commiſſum ſubintellige non committendum; quia ſi quis confitetur Sacerdoti, quod vult interficere hominem, vel aliquid nequiter operari, non tenetur Sacerdos omnino celare, ſed tali perſonæ revelare debet, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe. Cauſſa* 22. *q.* 5. *c.* Hoc videtur. *Debet etiam præmonere, quantum poterit, ſine peccato, & ſcandalo illum, cui alius proponit inferre damnum vel injuriam, & dicere ei, quod hujuſmodi nequam propoſitum ſibi confeſſus eſt, quod nec recepit, nec tenetur recipere ſub ſigillo confeſſionis: hic autem intelligo de illo, qui habet firmum propoſitum aliquid nequiter perpetrandi. Secus eſt de illo, qui confitetur ſe tentari ſuper aliquo flagitio, vel facinore perpetrando, & ſe aliquando diſſentire; & in hoc caſu non debet facile revelare.*

Quantum tamen in hoc caſu debeat Sacerdos procedere, penſatis circumſtantiis negotii, & quantitate, & qualitate periculi imminentis, arbitrio boni viri, & unctioni, quæ docet de omnibus, potius relinquendum eſt, quam per doctrinam aliquam limitandum.

Pone, quod aliquis confitetur ſe incidiſſe in hæreſim, & alia peccata, vult ceſſare ab aliis peccatis, ſed non ab hæreſi, vel recedit; ipſe tamen non vult oſtendere, vel nominare alios, quos ſcit hæreticos eſſe, vel credentes, receptores, vel fautores eorum, vel forte nominat Sacerdoti, ſed non vult, quod ipſe detegat alii; hoc autem dicit ſe facere, quia timet perjurium, vel proditionem, eo quod juraverit tenere ſecretum; vel quia in ſecreto, vel judicio animæ fuit ſibi revelatum; vel timet fieri particeps homicidii, ſi forte illi occiderentur; quid faciet iſte Sacerdos?

Ad hoc dicunt quidam, quod debet adire Epiſcopum, & dicere: *Cuſtodi, vigila ſuper oves tuas, quia lupus eſt in grege*: vel, ſi placet, dic, quod poſſit revelare talibus, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe. Require ſupra de juramen. ſ. *Quid, ſi audit.*

Præterea quantum ad primum præciſe videtur, quod non ſit aſtrictus Sacerdos propter vim pœnitentiæ; tum quia ille non agit pœnitentiam, tum quia non ſervat fidem, quum ſit hæreticus, & infidelis: ideo tali non eſt fides ſervanda. Cauſſa 23. q. 1. c. *Noli*, & multæ alia rationes poſſent induci. Et idem in ſimilibus. v. pag. 98.

ſ. V.

De Clavibus, & Remiſſionibus.

ITem quæritur, quid remittit Sacerdos in pœnitentia? Utrum fiat remiſſio æque per malum miniſtrum, & per bonum?

Item quid valeant remiſſiones, quas faciunt Prælati in dedicationibus Eccleſiarum, & conferentibus ad ædificationem pontium, hoſpitalium, & ſimilium?

Item utrum Sacerdotes poſſint commutare pœnitentiam alicujus pœnitentis?

Circa primum videtur, quod nihil remittit Sacerdos. Nam in contritione Dominus delevit peccatum, & mundavit animam per ſeipſum ſine miniſterio Sacerdotis. Require infra eod. ſ. verſ. *His prælibatis.* Quum ergo mundatus ad eum accedat, quid in mundato mundatur? Quid operantur claves, quas Dominus conceſſit, dicens Sacerdotibus: *Quorum remiſeritis peccata, &c.*

Ad iſtius articuli intelligentiam nota, quod claves dicuntur in hoc loco ſcientia diſcernendi inter peccatum & peccatum, & poteſtas ligandi, atque ſolvendi. Diſt. 20. ſ. primo, 2. p.

„ (In negotiis definiendis non ſolum eſt ne- Gratian.
„ ceſſaria ſcientia, ſed etiam poteſtas: unde
„ Chriſtus dicturus Petro: *Quodcumque ligaveris*
„ *ſuper terram, erit ligatum & in cælis*, prius
„ dedit ſibi claves regni cælorum; in altera
„ dans ei ſcientiam diſcernendi inter lepram
„ & lepram, in altera dans ſibi poteſtatem
„ ejiciendi aliquos ab Eccleſia, vel recipien-
„ di....)

Item dicunt quidam, quod ſunt duæ claves, ſcientia una, poteſtas alia: & hoc ſatis aperte colligitur in præallegato ſ. Item ex verbo plurali, quo uſus eſt Dominus, dicens Petro: *Tibi dabo claves &c.* Secundum iſtos contingit ſæpe, quod aliquis habet unam clavem ſine alia: multi enim litterati habent ſcientiam, ſed non habent poteſtatem, & econverſo multi ſimplices Sacerdotes habent poteſtatem, qui non habent ſcientiam; ad iſtud ultimum non poſſunt reſpondere, quia ſimpliciter verum eſt; ad primum vero reſpondent, quod ſcientia non eſt clavis, niſi in eo, qui habet poteſtatem; alii autem dicunt, & credo verius, quod non eſt niſi una clavis, & eſt poteſtas, ſeu juriſdictio; dicuntur tamen pluraliter claves propter plures effectus, qui ſunt ligare, ſolvere, claudere, & aperire ad inſtar clavis materialis: quod autem alicui poteſtati invenitur ſcientia conjuncta, non eſt ideo quod ſit clavis, ſed quia neceſſaria eſt poteſtatem habenti, ſicut lucerna in tenebris ambulanti, ne alias ſequatur quod ait Dominus: *Si cæcus cæcum ducat &c.* Matth. 15.

Item nota, quod ſolis Sacerdotibus data eſt a Domino hæc poteſtas, ut ait Joan. 20. *Quorum remiſeritis, &c.* Nec obſtat, quod ſingulariter

Digitized by Google

dixerit Petro: *Tibi dabo claves Regni Cælorum*, quia illud fecit Dominus ad denotandam Eccleſiæ unitatem; & ut omnes a Petro, ac quolibet ejus ſucceſſore acciperent ſuæ poteſtatis originem, eique in omnibus tamquam membra capiti obedirent. Cauſſa 24. q. 1. c. *Quodcumque*, & c. *Loquitur*.

August. Sup. Joan. Tract. 50. ad c. 12.

„ Q*Uodcumque ligaveris ſuper terram, erit li-*
„ *gatum & in cælis*. Si hoc Petro tantum
„ dictum eſt, non hoc facit Eccleſia: ſi autem
„ & in Eccleſia fit (utique quæ in terra ligantur,
„ in cælo ligentur, & quæ ſolvuntur in terra,
„ ſolvantur in cælo: quia cum excommunicat
„ Eccleſia in terra, in cælo ligatur excommu-
„ nicatus: cum reconciliat Eccleſia, & in cæ-
„ lo ſolvitur reconciliatus) ſi ergo hoc in Ec-
„ cleſia fit, Petrus, quando claves accepit,
„ Eccleſiam ſanctam ſignificavit; ſi ergo in per-
„ ſona Petri ſignificati ſunt in Eccleſia boni,
„ & in Judæ perſona ſignificati ſunt in Eccle-
„ ſia mali.

Cyprian. Papa. Matth. 16.

„ L*Oquitur Dominus ad Petrum: Ego dico*
„ *tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc pe-*
„ *tram ædificabo Eccleſiam meam*. Super unum
„ ædificat Eccleſiam: & quamvis Apoſtolis o-
„ mnibus poſt reſurrectionem ſuam parem po-

Joan. 20.

„ teſtatem tribuat, & dicat: *Sicut miſit me Pa-*
„ *ter, & ego mitto vos, accipite Spiritum ſan-*
„ *ctum*; tamen, ut unitatem manifeſtaret,
„ unitatis ejuſdem originem ab uno incipien-
„ tem auctoritate ſua diſpoſuit: hoc utique e-
„ rant ceteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus,
„ pari conſortio præditi, & honoris, & pote-
„ ſtatis; ſed exordium ab unitate proficiſcitur,
„ ut Eccleſia Chriſti una monſtretur: quam
„ unam Eccleſiam in Cantico quoque Cantico-
„ rum Spiritus Sanctus ex perſona Chriſti Do-

Cant. 6.

„ mini deſignat, & dicit: *Una eſt columba mea,*
„ *perfecta mea: una eſt matris ſuæ, electa genitri-*
„ *ci ſuæ*. Hanc Eccleſiæ unitatem, qui non
„ tenet, tenere ſe fidem credit? Qui Eccleſiæ
„ renititur, & reſiſtit, in Eccleſia ſe eſſe con-
„ fidit? Quando & beatus Apoſtolus Paulus
„ hoc idem doceat, & Sacramentum unitatis

Ephes. 4.

„ oſtendat, dicens: *Unum corpus, & unus ſpiri-*
„ *tus, una ſpes vocationis noſtræ, unus Dominus,*
„ *una fides, unum baptiſma, unus Deus*. Quam
„ unitatem tenere firmiter, & vendicare debe-
„ mus, maxime nos Epiſcopi, qui in Eccleſia
„ Dei præſidemus, ut Epiſcopatum quoque
„ ipſum unum, atque indiviſum probemus.
„ Nemo fraternitatem mendacio fallat. Nemo
„ fidei veritatem perfida prævaricatione cor-
„ rumpat. Epiſcopatus unus eſt, cujus a ſin-
„ gulis in ſolidum pars tenetur. Eccleſia
„ una eſt, quæ in multitudinem latius incre-
„ mento fœcunditatis extenditur. Quomodo
„ ſolis multi radii ſunt, ſed unum lumen: &
„ rami arboris multi ſunt, ſed robur unum
„ radice tenaci fundatum: & cum de fon-
„ te uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas
„ licet diffuſa videatur exundantis copiæ largi-
„ tate; unitas tamen ſervatur integra in ori-
„ gine. Avelle radium ſolis a corpore, divi-
„ ſionem lucis unitas non capit: ab arbore fran-
„ ge ramum, fructus germinare non poterit.
„ A fonte præcide rivum, præciſus areſcet: ſic
„ & Eccleſia Domini luce perfuſa, per totum or-
„ bem radios ſuos porrigit; unum tamen lumen
„ eſt, quod ubique diffunditur, nec unitas corpo-
„ ris ſeparatur. Ramos ſuos in univerſam ter-
„ ram copia ubertatis extendit: profluentes lar-
„ giter rivos latius pandit; unum tamen ca-
„ put eſt, & una origo, & una mater eſt fœ-
„ cunditatis ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu
„ naſcimur, illius lacte nutrimur, ſpiritu ejus
„ animamur. Adulterari non poteſt ſponſa
„ Chriſti: incorrupta eſt, & pudica. Unam
„ domum novit: unius cubiculi ſanctitatem
„ caſtu pudore cuſtodit.

Solus Deus dimittit peccata principaliter, Sacerdos autẽ miniſterialiter. D. Th. opuſ. 23. c. 3.

His prælibatis, dicendum eſt fere ſecundum omnes, quod pure, vere, ac proprie ſolus Deus dimittit peccata, & debitum æternæ pœnæ. Hieronymus: *Quibus Deus dimittit peccata, tegit, ne in judicio revelentur*. Item Ambroſius: *Verbum Dei dimittit peccata, Sacerdos eſt judex; Sacerdos quidem officium ſuum exhibet, ſed nullius poteſtatis jura exercet*. Item: *Ille ſolus dimittit peccata, qui ſolus pro peccatis noſtris mortuus eſt*.

Hieronym. ſup. c. 7. Oſeæ. Ambroſ. lib. 2. de pœnit. c. 11.

Quidam tamen dicunt, quod Deus mundat animam a macula peccati; Sacerdos autem ſolvit eam poſtea a vinculo æternæ pœnæ. Hoc non intelligo; quare primam opinionem amplector. De Sacerdotibus autem non eſt dubium, quin habeant poteſtatem dimittendi & retinendi peccata. Auguſtinus: *Sacerdotes poſſunt confitentibus parcere, quibus enim remittunt, remittit Deus*. Idem: *Cum veraciter ad Deum converſo peccata dimittantur ab eis, quibus ipſe veraci converſione conjungitur, Spiritus ſanctus ea dimittit*. Item: *Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos; ipſam vero gratiam non, niſi per ſeipſum, vel per ſanctos ſuos: & ideo remiſſionem peccatorum, vel per ſe ipſum facit, vel per ipſius columbæ membra, quibus ait: Si cui dimiſeritis, &c.*

Aug. lib. de vera pœn. c. 7. De pœnit. diſt. 1. c. Quem pœnitet. De conſ. diſt. 4. c. Quomodo.

Ostendunt ſolutum. Non ſignificando tantũ, ſed efficiendo, alias ſimilitudinem Leproſorum &c. Magiſter nimis extenderet. D. Th. opuſc. 23. c. 2.

Dicuntur autẽ Sacerdotes ligare, & ſolvere tribus modis. Primo ligant, & ſolvunt, id eſt, oſtendunt aliquem ligatum, vel ſolutum; unde Dominus leproſos prius reſtituit ſanitati, deinde ad Sacerdotes miſit, quorum judicio oſtenderentur mundati. Item Lazarum primo reſuſcitavit, deinde mandavit diſcipulis ſolvere ſuſcitatum. Nam etſi aliquis apud Deum ſit abſolutus, non tamen in facie Eccleſiæ abſolutus habetur, niſi per judicium Sacerdotis: & ſecundum hoc intelligitur, & exponitur illud Ambroſii: *Quantuslibet ergo ſit fœtor mortui, aboletur omnis, ubi ſacrum redoleverit unguentum, & ſurgit defunctus, & ſolvi jubetur ejus vincula, &c.* de pœn. diſt. 1. c. *Quantuslibet*.

Secundus modus ligandi eſt, quum ſatisfactionem pœnitentiæ confitentibus imponunt; vel ſolvendi, quum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos, ad communionem ſanctorum admittunt. Unde Leo Papa. *Chriſtus hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, ut confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent, & eoſdem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent*. Quod autem hoc pertineat ad claves Eccleſiæ, dicit Auguſtinus: *Fruſtrat claves Eccleſiæ, qui ſine arbitrio pœnitentiam agit, ſi ſine confeſſione oris criminis indulgentia impetratur*.

Ambroſius, lib. de pœnit. c. 7. De pœnit. diſt. 1. c. Multiplex. Lib. 50. Homil. 49. de pœnit.

Tertius modus eſt, qui fit per excommunicationem. De quo plene notavi ſupra de ſentent. excomm. §. *Utraque excommunicatio*; & in aliis §§. ſequentibus uſque ad §. *Pœna non ſervantis*.

Juxta omnes modos eſt illa auctoritas exponenda: *Quodcumque ſolveris ſuper terram, &c.* Non tamen ſimpliciter; quia interdum Sacerdos immeritos damnat, & juſte ligatos abſolvit; ſed tunc demum quum juſte judicat, ſive ligan-

Oſtendit eſſe ſolutum, non ſolum ſignificando, ſed etiam faciendo oſtendit: verba enſ Sacramētalia efficiunt, quod ſignificant. D. Th. *o*puſc. 23. c. 5. Sic textus Magiſtri debet intelligi.

gando, ſive ſolvendo: unde diſtingue, quantum ad hoc, triplex judicium. Primum Dei, ſecundum Petri in Eccleſia militanti, tertium ſurſum in curia cæleſti. Primum eſt, quo Deus mundat animam in contritione, & hoc præcedit alia dun tempore, dignitate, & effectu: eſt enim ejus, qui claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit. Secundum, quod ſequitur poſt illud, eſt judicium Sacerdotis, qui auctoritate clavium ligat & ſolvit in terris, id eſt, oſtendit eſſe ligatum, vel ſolutum a Deo, & poſt hoc ſequitur tertium, quod eſt judicium approbationis, ſcilicet cæleſtis curiæ, & Angelorum. Secundum hunc ergo ordinem expone ſic: *Quodcumque ligaveris ſuper terram* judicio Petri, vel juſte, vel clave non errante, *erit ligatum & in cælis*, ſcilicet per approbationem cæleſtis curiæ; quia quod in his pars Eccleſiæ militantis facit in terris, approbat pars ejuſdem Eccleſiæ triumphantis in cælis.

Gregorius Homil. 26. in Evang.

Leo Papa.

Hunc intellectum probant Gregorius, & Leo, cauſſa 11. quæſt. 3. c. *Tunc vera eſt abſolutio præſidentis, cum æterni ſequitur arbitrium judicis*, & cauſſa 24. q. 1. c. *Manet Petri privilegium, ubicumque ex ipſius æquitate fertur judicium, nec nimia eſt vel ſeveritas, vel remiſſio, ubi nihil erit ligatum, vel ſolutum, niſi quod Beatus Petrus aut ligaverit, aut ſolverit.*

Utrum autem excommunicationis ſententia injuſte lata liget, ſaltem quoad Eccleſiam militantem, require ſupra de ſenteut. excomm. §. *Item pone, quod Epiſcopus*. Item nota, quod hanc poteſtatem accipit quilibet, quum ordinatur in Sacerdotem, ſed executionem non habet, niſi poſtea ab Epiſcopo ſibi conferatur. Require ſupra eodem §. *Debet quiſque regulariter*.

An fiat remiſſio per malum, ſicut & bonum Miniſtrum?

REſtat videre de ſecundo, ſcilicet utrum remiſſio fiat per malum, ſicut & bonum miniſtrum.

Auguſt. ad Julianū. De conſ. diſt. 4. Ambroſius ſup. Beati Immacul. Ser. 3. q. 7. & 20. Gregor. in Job. c. 3. Cauſſa 3. q. 7. c. In gravioribus.

Quidam dicunt, quod nullo modo fit, niſi per bonum. Auguſtinus: *Remiſſionem peccatorum omnium, vel per ſeipſum facit Deus, vel per ipſius columbæ membra*. Origenes: *Hæc poteſtas ſoli Petro conceſſa eſt, & imitatoribus Petri*. Ambroſius: *Judicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in ſe ipſo condemnet*. Gregorius: *In gravioribus peccatis quis poſitus, dum ſuis premitur, aliena non diluit: cunctis enim liquet, quia cum is, qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, quod fit, cum ſcienter indigno cura animarum committitur, irati animus ad deteriora provocatur.*

Aliorum ſententia eſt, & vera, quod boni remittunt ex officio, & vitæ merito: mali vero non ex vitæ merito, nec ad utilitatem ſui, quum ſint indigni; ſed remittunt ex officio, quamdiu ab Eccleſia tolerantur, nec ſubditos mala vita eorum lædit, ſi faciunt bona, quæ illi dicunt. Ad hoc facit, quod Dominus dicit in Evangelio:

Matth. 24.

Auguſtin. lib. quæſt. veter. Teſtam. c. 11. Cauſſa 1. q. 1. c. Dictum 1.

Super Cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi, quæcumque dixerint, facite, &c. Auguſtinus: *Dictum eſt a Domino in Numeris ad Moyſem, & Aaron Sacerdotem: Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, ego Dominus benedicam eis, ut gratiam traditam per miniſterium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas Sacerdotis obeſſe, vel prodeſſe poſſit, ſed meritum benedictionis poſcentis*. Idem: *Sacrificia impiorum eis oberunt, qui offerunt impie: nam unum quidem, atque idem ſacrificium eſt propter nomen Domini, quod ibi invocatur, & ſemper eſt ſanctum; & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum acceſſerit: qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit: non aliis, ſed ſibi* (& infra) *Hoc pene in omnibus talibus quæſtionibus intelligendum eſſe admonemus; quia ſimul omnia Sacramenta, cum obſint indigne tractantibus, proſunt tamen per eos digne ſumentibus*. Idem, cauſſa 1. q. 1. c. *Per Iſaiam*, ſuper illum locum Sap. 1. *Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*: poſt alia ſubjungit: *Miniſterium tamen ejus, ſcilicet ficti, non deſerit Spiritus ſanctus*, ſupple, *quia per eum ſalutem operetur aliorum*.

Auguſtin. lib. 2. contra Epiſt. Parmeniani. Cauſſa 1. q. 1. c. Per Iſaiā

Non obſtat iſti ſententiæ, quod ait Dominus per Malachiam, cap. 2. *Maledicam benedictionibus veſtris, &c.* quia illud explicatur a Gregorio ſic: *Maledicam, &c. Quia qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo ſint divites*; vel intelligatur de hæreticis, ſchiſmaticis & excommunicatis, quorum benedictiones fiunt maledictiones his, qui eorum ſequuntur errores.

Non obſtat etiam illud Ezech. 12 *Væ iis, qui vivificant animas, quæ non moriuntur*: illud enim intelligitur de malis, qui juſte ligant, vel ſolvunt; in quo, quantum in ſe eſt, dicuntur mortificare, & vivificare. Gregorius: *Non morientem quidem vivificat, qui juſtum damnat, & non victurum vivificare nititur, qui reum a ſupplicio ſolvere conatur*. Alia ad hunc articulum pertinentia require ſupra de doct. ordinand. & de ſcandalo, §. *Pœna Clerici*.

De generalibus remiſſionibus Pontium.

AD tertium, quod fuit quæſitum, de generalibus remiſſionibus Pontium, & ſimilibus, ad quid proſint?

Diverſi diverſa ſentiunt. Quidam enim dicunt, quod valent quoad delicta ignorantiæ; alii, quoad venialia; alii, quoad pœnitentiam negligenter peractam; alii, quoad diminutionem pœnæ in Purgatorio.

Verum alia ſententia eſt favorabilis, & magis communis, & illam approbo, videlicet quod valeant, ſicut ſonant. Quum enim Papa ſit vocatus ad plenitudinem poteſtatis, inferiores autem Prælati partem ſollicitudinis, cauſſa 2. quæſt. 6. cap. *Qui ſe ſcit*, extra, de uſu pall. cap. *Ad honorem*; durum eſſet contra tantam poteſtatem clavium diſputare. De pœnitentia, diſt. 1. cap. *Agite pœnitentiam*, diſtinct. 50. cap. *Ponderet*.

v. pag. 319

v. pag. 321 Auguſt. *De pœn. l. 50. Homil. 40.*

„ AGite pœnitentiam, qualis agitur in Ec-
„ cleſia, ut oret pro vobis Eccleſia. Ne-
„ mo dicat ſibi, occulte ago, apud Deum ago.
„ Novit Deus, qui mihi ignoſcit, quæ in corde
„ ago. Ergo ſine cauſſa dictum eſt: *Quæ ſolveri-*
„ *tis in terra, ſoluta erunt & in cælo*, ergo ſine
„ cauſſa claves datæ ſunt Eccleſiæ Dei, fruſtra-
„ mus verba Chriſti. Si promittimus vobis, quod
„ ille negat, nonne vos decipimus? Job dicit:
„ *Si erubui in conſpectu populi peccata mea confi-*
„ *teri*; atque ideo ſi non potuiſtis, vel noluiſtis
„ habere pudicitiam conjugalem, ſeu continen-
„ tiam, & deviaſtis a propoſito, vel vinculo con-
„ jugali, vel devotione continentiæ, ſit in vo-
„ bis dolor, & humilitas pœnitentiæ. Apertius

„ dico

,, dico. Nemo dicat, non intellexi; qui poſt
,, uxores veſtras illicito concubitu vos macula-
,, ſtis, ſi præter uxores veſtras cum aliqua con-
,, cubuiſtis, agire pœnitentiam, &c.

CÆLEST. Papa Ad Epiſt. Galliarũ. ,, POnderet unuſquiſque ſermones ſuos, &
,, quod ſibi loqui non vult, alteri non lo-
,, quatur; unde bene Sacra Scriptura ait: *Quod*
,, *tibi non vis fieri, alteri ne facias*. Nos enim
,, tempore indigemus, ut aliquid maturius a-
,, gamus: nec præcipitemus conſilia, & opera
,, noſtra, neque eorum ordinem corrumpamus;
,, ſed ſi aliquis lapſus quocumque modo fuerit,
,, portemus eum, & fraterno corripiamus affe-
Galat. 6. ,, ctu, ſicut ait beatus Apoſtolus: *Si præoccu-*
,, *patus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpi-*
,, *rituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu le-*
,, *nitatis, alter alterius onera portantes, & ſic ad-*
,, *implebitis legem Chriſti*. Porro Sanctus Da-
Matth. 26. ,, vid de mortiferis criminibus pœnitentiam e-
,, git, & tamen in honore permanſit. Beatus
,, quoque Petrus amariſſimas lacrymas fudit,
,, quando Dominum ſe negaſſe pœnituit, ſed
,, tamen Apoſtolus permanſit; & Dominus per
Ezech. 33. ,, Prophetam pollicetur dicens: *Peccator in qua-*
,, *cumque hora converſus fuerit, & ingemuerit,*
,, *omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius*.
,, Errant itaque, qui putant, quod Sacerdotes
,, poſt lapſum, ſi condignam egerint pœniten-
,, tiam, Domino non poſſe miniſtrare, & ſuis
,, honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam du-
,, xerint, & ſuum Sacerdotium digne cuſtodie-
,, rint: & ipſi qui hoc putant, non ſolum er-
,, rant, ſed etiam traditas Eccleſiæ claves de-
,, ſpicere videntur; de quibus dicitur: *Quod-*
,, *cumque ſolveritis ſuper terram, erit ſolutum &*
,, *in cælis*, alioquin hæc ſententia, aut Domi-
,, ni non eſt, aut vera eſt.

Nota ergo, quod pro quolibet peccato mortali duplex pœna debetur, temporalis videlicet & æterna: æterna remittitur per cordis contritionem. Require ſupra eod. §. verſic. *His prælibatis*: remanet poſtea temporalis ab Eccleſia infligenda. De pœnit. diſtinct. 1. cap. *Si peccatum David*, & diſtinct. 7. cap. ult. ſeu, v. pag. 445 *Nullus exſpectet*.

GREGOR. Lib. 9. Moral. c. 27. ,, SI peccatum David tam deteſtabile Domi-
,, nus tranſtulit; quid eſt, quod poſt omnia
,, quæ de eodem peccato per Prophetam ei a Do-
,, mino dicta ſunt, poſtmodum tanta tolera-
,, vit? ſed procul dubio Dominus delictum ſi-
,, ne ultione non deſerit; aut enim ipſe hoc
,, in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum ho-
,, mine vindicans percutit. Nequaquam igitur
,, peccato parcitur; quia nullatenus ſine vindi-
,, cta laxatur. Sic enim David audire poſt con-
2. Reg. 12. ,, feſſionem meruit: *Dominus tranſtulit peccatum*
,, *tuum*, & tamen poſt multis cruciatibus affli-
,, ctus, ac fugiens reatum culpæ, quam perpe-
,, traverat, exſolvit; ſic nos ſalutis unda a culpa
,, primi hominis abſolvimur; ſed tamen rea-
,, tum hujus ejuſdem culpæ diluentes, abſoluti
,, quoque adhuc carnaliter obimus: quia deli-
,, cta noſtra ſive per nos, ſive per ſemetipſum
,, reſecat etiam, cum relaxat; ab electis e-
,, nim ſuis iniquitatum maculas ſtudet tempo-
,, rali afflictione tergere, quas in perpetuum
,, non vult in eis videre.

Si ergo aliquis recte contritus eſt, & confeſſus, & Papa facit generalem remiſſionem pro ſubſidio terræ ſanctæ, vel ſimili; ſi aliquis undecumque ſit, fecerit eleemoſynam, habens piam, & catholicam devotionem, credens ſimpliciter ac pure illud; *Quodcumque ſolveris, &c.* valet ſibi talis eleemoſyna ad onus pœnitentiæ ſublevandum: & hoc propter duo, ſcilicet propter devotam erogationem; & quia obligat eum, qui facit remiſſionem, immo & totam Eccleſiam, ut ſuffragetur ei. Numquid igitur ſi erat pœnitentia ſeptennis, & dedit in primo die ſeptem nummos ſucceſſive habentibus remiſſiones annales, erit continuo totaliter liberatus, an in parte, & in quota parte? Hoc omnino neſcio, nec credo aliquem mortalem ſcire, niſi eſſet alicui divinitus inſpiratum.

POSTILLATORIS QUÆSITA.

SEd quid de remiſſione generali omnium peccatorum, quam facit proficiſcentibus in ſubſidium terræ ſanctæ, vel alias pugnam ſuſcipientibus contra hæreticos, aut quoslibet alios infideles, aut mittentibus pro ſe bellatores; numquid ſi ſtatim aſſumta cruce deceſſerint, aut poſtquam iter arripuerint, habebunt indulgentiam, ita quod nullam in purgatorio patiantur pœnam pro peccatis ante commiſſis? Poſtillat.

Reſp. Credo ſine præjudicio, quod ex ſola crucis ſuſceptione, & propoſito proficiſcendi non conſequitur quis illam plenam indulgentiam, niſi quantitas contritionis, & devotionis, quam habet ad negotium, qui ſuſcepit crucem illam, mereatur indulgentiam; recurrendum eſt tamen ad formam indulgentiæ, & intentionem Papæ, ut ſecundum hoc judicetur, utrum pro ſola ſuſceptione crucis, & propoſito proficiſcendi, & pro quanto labore aſſumtæ peregrinationis, aut pro quanta mora in executione negotii facienda conſequatur quis indulgentiam illam. Papa enim, cum habeat plenitudinem poteſtatis, & Eccleſia generalis ab antiquo hujuſmodi indulgentiam approbaverit, multum poteſt in talibus; & latiſſime interpretanda eſt hujuſmodi indulgentia generalis; præſertim cum ex magnitudine fidei, & caritatis videatur procedere, quod quis aſſumat, vel recipiat hujuſmodi peregrinationem tot, & tantis periculis, & mortibus plenam.

Quid, ſi poſt aſſumtam crucem peccet quis mortaliter ante iter arreptum, vel in ipſo itinere; numquid de illo peccato tenebitur ad pœnitentiam ſpiritualem?

Reſp. Credo quod ſic; ſicut ingreſſus religionem, de peccato poſtea commiſſo tenetur agere pœnitentiam ſpiritualem; minor tamen pœnitentia eſt indicenda utrique; iſti propter aſſumtam crucem, illi propter onus religionis.

Quomodo ergo valent hujuſmodi remiſſiones ſicut ſonant, ut dictum eſt ſupra? Videtur magiſter contrarius ſibi ipſi aſſumtum.

Dic, ſi placet, & ſic videtur ſenſiſſe Cancellarius, extr. de pœnit. & remiſſ. c. Quod autem. *Quod hujuſmodi particulares remiſſiones, ſive fiant a Papa, ſive ab Epiſcopis quantum ad ſubditos ſuos, valent quantum ad liberationem, & exonerationem pœnitentiæ ab Eccleſia inflictæ, vel infligendæ, ita quod non tenentur ii, quibus fiunt hujuſmodi indulgentiæ, facere pœnitentiam exteriorem pro ea parte, quæ per hujuſmodi indulgentias eſt eis remiſſa, vel etiam pro toto, ſi tota pœnitentia per hujuſmodi indulgentias in totum eſt remiſſa: hujuſmodi tamen remiſſiones non præjudicant divinæ juſtitiæ, quin cujuslibet peccatum ſufficienter puniatur, vel hic, vel in purgatorio, aut pœna ejus ſufficienter redimatur per eleemoſynas, vel orationes, & cetera ſuffragia, vel amicorum, vel Eccleſiæ facta pro*

ſatiſ-

Digitized by Google

ſatisfactioni hujuſmodi peccati. Dicunt etiam aliqui, & probabiliter, quod hujuſmodi particulares remiſſiones fiunt illis, qui ſecundum facultates ſuas conferunt eleemoſynas propter hujuſmodi remiſſiones conſequendas, alioquin tantam remiſſionem haberet Rex pro uno denario, quantam quilibet pauper: unde quia non poteſt eſſe certum de facili danti, utrum dederit ſecundum facultates ſuas, non poteſt eſſe certus de facili, an facta ſit remiſſio; nec debet dimittere, quia agat pœnitentiam ſibi injunctam.

Sed numquid tenetur eam agere?

Reſp. Si bona fide, & pia devotione dedit hujuſmodi eleemoſynam pœnitens, & credens hujuſmodi remiſſionem, credo ſine præjudicio, quod non erit tranſgreſſor, ſi pœnitentiam injunctam non fecerit.

Siendum tamen, quod majoritas, & minoritas remiſſionis pœnitentiæ attenditur ſecundum tria, ſcilicet ſecundum majorem & minorem devotionem ipſius pœnitentis, & ipſorum, qui ſuffragantur, & ſecundum majorem & minorem numerum eorumdem ſuffragantium: quum igitur nullus poſſit ſcire menſuram, vel numerum talium, nec per conſequens poteſt ſcire remiſſionis menſuram. Arg. ad iſta, de conſecrat. diſtinct. 4. cap. *Quæris*, verſ. *Non enim ſic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per Sancti Spiritus unitatem &c.* De pœnit. diſtinct. 1. cap. *Quem pœnitet*, in fin. de conſecr. diſt. 5. cap. *Non mediocriter*, & cauſſa 3. quæſt. 7. c. *In gravibus*.

Hieron. „ NOn mediocriter errant, qui bono ma-
„ gno præferunt mediocre bonum. Non-
„ ne rationabilis homo dignitatem amittit, qui
„ vel jejunium caritati, aut vigilias præfert
„ ſenſus integritati, ut propter abſtinentiam,
„ immoderatam, atque indiſeretam Pſalmo-
„ rum, vel officiorum decantationem, aut a-
„ mentiæ, aut triſtitiæ notam incurrat? Num-
„ quid verborum multitudine flecti Deus, ut
„ homo poteſt? Non enim verbis tantum, ſed
„ corde orandus eſt Deus: quapropter melior
„ eſt 5. Pſalmorum decantatio cum cordis pu-
„ ritate ac ſerenitate, quam totius Pſalterii
„ modulatio cum anxietate cordis, atque tri-
„ ſtitia. Dum igitur pro cunctis animabus Pſal-
„ mus, vel Miſſa dicitur, nihilo minus quam
„ ſi pro uno quolibet ipſorum diceretur, acci-
„ pitur. Audiant itaque, qui ea, quæ neceſſaria
„ ſunt, corpori ſubtrahunt, illud, quod per
Iſai. 61. „ Prophetam Dominus loquitur: *Ego Domi-*
„ *nus odia habens rapinam holocauſtorum*: de ra-
„ pina vero holocauſtum offert, qui ſive cibo-
„ rum nimia egeſtate, vel ſomni penuria corpus
„ ſuum immoderate affligit. Videat itaque quod
Rom. 13. „ Apoſtolus dicat: *Carnis curam ne feceritis in*
Galat. 5. „ *concupiſcentiis, &c.*
Gregor. „ IN gravibus peccatis quis poſitus, dum ſuis
Præf. in „ premitur, aliena non diluit: cunctis e-
Job. c. 3. „ nim liquet, quia cum is diſplicet, qui ad
„ intercedendum mittitur, irati animus procul-
„ dubio ad deteriora provocatur. Scriptum
Prov. 15. „ quippe eſt: *Victimæ impiorum abominabiles*
„ *Deo ſunt, vota juſtorum placabilia*. Neque
„ enim in omnipotentis Dei judicio quid, ſed
„ a quo datur, inſpicitur: hinc eſt, quod ſcri-
Geneſ. 4. „ ptum eſt: *Reſpexit Deus ad Abel, & ad mu-*
„ *nera ejus; ad Cain vero, & ad ejus munera*
„ *non reſpexit*: dicturus quippe quia Domi-
„ nus reſpexit ad munera, præmiſit ſollicite,
„ quia reſpexit ad Abel. Ex qua re paten-
„ ter oſtenditur, quia non offerens a mune-
„ ribus, ſed munera ab offerente placuerunt.
„ *Dona quippe iniquorum non probat Altiſſimus*, Eccl. 34.
„ *nec reſpicit in oblationes eorum: nec in multi-*
„ *tudine ſacrificiorum eorum propitiabitur pecca-*
„ *tis*.

Valent ergo hæ remiſſiones ad diminutionem pœnæ, ut dictum eſt. Item valent ad venialium deletionem. Require ſupra eodem, §. *Item quæritur, utrum ea*, verſ. *Ad illud vero, quod tertio*.

Item valent peccatori offerenti ex pia devotione, licet informi ad gratiæ impetrationem. Ad hoc enim valent quælibet aliæ eleemoſynæ, & quodlibet bonum opus. Require ſupra eod. §. *Item quid, ſi aliquis*, verſ. *De ſecundo, & tertio*.

Quod autem per orationes & ſuffragia Eccleſiæ fiant hæc, &, acquiratur etiam prima gratia peccatori, qui eam mereri non poterat, patet
per multa exempla. Nam per orationes Da- Dan. 10.
nielis ſolutus eſt populus Iſrael a captivitate:
per orationem Moyſi remiſit Deus iram popu- Exod. 32.
lo Iſrael: ad orationem David removit Deus 2. Reg. 1.
plagam a populo ſuo. Multum enim valet, teſte Jacobo, oratio juſti aſſidua.

Item numquid per hujuſmodi ſuffragia, & eleemoſynas, quas pro eiſdem remiſſionibus dant aliqui pro animabus parentum, vel aliorum fidelium defunctorum; liberabuntur tales animæ a purgatorio, quum hoc ipſum contineatur in litteris remiſſionis?

Credo quod ſic, ſecundum modum prædictum: & require ſupra eod. §. *Item quæritur, utrum ea*, in princ.

CUm Eccleſia ligare habeat, & ſolvere ſuper Poſtillat.
terram, non ſub terra, extr. de ſent. excomm. cap. A nobis 2. *& cum tales divino judicio relicti ſint, non videntur hujuſmodi indulgentiæ ad eos extendendæ, vel quod poſſint evolare de purgatorio, donec aut per ipſos, aut per alios pœnæ, quarum ſunt debitores, fuerint perſolutæ: Papa tamen generalem Eccleſiam, ceteri vero Epiſcopi particulares Eccleſias ſuas obligare poſſunt ad orandum pro talibus: ſi tamen Papa talibus faciat indulgentiam, nolo ponere os in cælum, de plenitudine poteſtatis ejus temere dubitando.*

Hæc de remiſſionibus Papæ.

De remiſſionibus Epiſcoporum.

DE remiſſionibus autem, quas faciunt Epiſcopi, idem quoad ſubditos ipſius Epiſcopi, quoad alios non valebit, niſi ut ſimplex eleemoſyna, & non plus, niſi quibus, ut prodeſſe poſſent, proprii judices ſpecialiter indulſerunt. Extr. de pœnit. cap. *Quod autem*.

„ QUod autem conſuluiſti, utrum remiſſio- Alexand.
„ nes, quæ fiunt in dedicationibus Eccle- III.
„ ſiarum, aut conferentibus ad ædificationem Archiepiſ.
„ pontium, aliis proſint, quam his, qui remit- Cantuar.
„ tentibus ſubſunt; hoc volumus tuam frater-
„ nitatem tenere, quod cum a non ſuo judice
„ ligari nullus valeat, vel abſolvi, remiſſiones
„ prædictas prodeſſe illis tantummodo arbitra-
„ mur, quibus, ut proſint, proprii judices ſpe-
„ cialiter indulſerunt.

Numquid ergo poterit pœnitens poſt collectio-

tionem talis eleemoſynæ ceſſato ab exſecutione ſatisfactionis ſibi ab Eccleſia impoſitæ?

Non credo; tum quia non eſt certus, utrum ſit adhuc tota illa pœna remiſſa, ut ſupra; tum quia ſaltem ex honeſtate debet per jejunia, & alia bona opera ſatisfacere Eccleſiæ, quam læſit ſcandalizando eam, ſi fuit peccatum manifeſtum, & etiam ſi fuit occultum, ſubtrahendo ſeipſum, quum propter peccatum reddideris, vel crederet ſe inutilem.

Sed quid, ſi omnes Clerici, qui ſuffragantur pro iſto offerente, ſunt in mortali peccato; numquid valebunt iſti ſuffragia illorum?

Joan. 20. Non videtur, quia *peccatores non exaudit Deus*. Require ſupra eod. §. verſ. *Reſtat videre*.

Solutio. Dicendum eſt, quod valent per ea, quæ dicta ſunt ſupra eod. §. *In prædicto*, verſ. *Reſtat*, ibi, *Aliorum ſententia eſt*, &c. Item quia tria dicuntur eſſe in Eccleſia, quæ ſemper invariabilem retinent efficaciam, ſcilicet virtus verborum, virtus Sacramentorum, & deſiderium Eccleſiæ. Quia etſi tota Eccleſia militans eſſet in mortali, tamen iſta valerent his, pro quibus fierent. De virtute verborum. Pſal. *Dabit virtutem voci ſuæ*. Item: *Vox Domini confringentis cedros*, &c. Item Hierem. 23. *Nonne verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram?* Similiter de virtute Sacramenti Euchariſtiæ habetur cauſſa 15. q. ult. c. ult. ſeu, *Sciſcitantibus*. De deſideriis Eccleſiæ patet ex eo, quod una eſt Eccleſia, cujus pars militat in terris, & pars triumphat in cælis; & tota Eccleſia deſiderat iſtos, qui devote, ac reverenter accedunt adjuvari. De conſ. diſt. 1. c. *Hi duo*. Et require ſupra eod. §. *Prima dicta*, verſ. *De ſexto*, *ſcilicet ſpe*. v. pag. 232

Leo X. „ HI duo ſolummodo hymni ab Angelis in novo Teſtamento inveniuntur decantati: *Alleluja: Gloria in excelſis Deo*. Quos pariter in Septuageſima intermittimus, quia peccato veteris hominis a conventu Angelicæ jubilationis expulſi, in hujus miſeræ vitæ Babylonem, ſuper flumina ejus ſedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. Quod novem hebdomadibus, *Alleluja*, intermittimus, non incongrue novem ordines Angelorum accipimus: quorum decimus ordo per ſuperbiam corruens, Angelicum numerum minuit, & a felicitate perturbavit, qui condolentes ſuæ diminutionis, & parem ruinam ſibi timentes, a perfecta laude creatoris ſunt præpediti. Quorum reparationi, & conſolationi, conſulens omnipotens Deus creator, primum hominem de limo terræ formavit, qui ſui generis multiplicatione damna cæleſtis patriæ reſarciret, atque Angelorum gaudia suppleret: qua ſpe Angelicus Chorus non modicum lætatus eſt. Nec mirum, ſi ex lapſu ipſius hominis fuit perturbatus; unde novem ordinum concensus in laude Dei creatoris permanſit imperfectus; donec in Chriſto reſurgente reſurrexit lapſus ille prothoplaſtus, ibi augmento ſui collegii, & ſpe meliori Angelicus exercitus gaviſus, in novum *Alleluja* conſurrexit totus, & in eo perſtat devotus: quem & nos pro modulo noſtro imitantes, a Septuageſima (quando lapſus prothoplaſti in Eccleſia recitatur) *Alleluja* novem hebdomadas intermittimus, ſcilicet uſque ad Paſcha: ubi Chriſtus reſurgens a mortuis triſtitiam noſtram in gaudium vertit, & *Alleluja* nobis reddit.

De Quæſtoribus.

QUid de iſtis Quæſtoribus, qui diſcurrunt per Eccleſias cum litteris remiſſionum, prædicans abuſiones, vacant commeſſationibus, & ebrietatibus? Numquid recipiendi ſunt talea?

De iſtis, ſi vis ſcire qualiter ſit procedendum, require in conſtit. Innoc. extra de pœnit. c. *Cum ex eo*.

„ CUm ex eo (& infra) Eleemoſynarum quoque Quæſtores, quorum quidam ſe alios mentiendo, abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti (niſi Apoſtolicas, vel diœceſani Epiſcopi litteras veras exhibeant) prohibemus, & tunc præter id, quod in ipſis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam vero, quam communiter talibus Apoſtolica Sedes indulget, duximus exprimendam, ut ſecundum eam Diœceſani Epiſcopi ſuas litteras moderentur. Ea ſiquidem talis eſt: Quoniam (ut ait Apoſtolus) omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum: oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem, fiduciamque rectam tenentes: quoniam qui parce ſeminat, parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum, & egenorum ad tale confluentium hoſpitale, propriæ non ſuppetant facultates; univerſitatem veſtram monemus & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias eleemoſynas, & grata eis caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram ipſorum inopiæ conſulatur, & vos per hæc bona, & alia, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis gaudia pervenire. Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint, & diſcreti; nec in tabernis, aut in aliis locis incongruis hoſpitentur; nec inutiles faciant aut ſumtuoſas expenſas, caventes omnino, ne falſæ religionis habitum geſtent. Ad hæc, quia per indiſcretas, & ſuperfluas indulgentias, quas quidam Eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claves Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentialis ſatisfactio enervatur; decernimus, ut cum dedicatur Baſilica, non extendatur indulgentia ultra annum, ſive ab uno ſolo, ſive a pluribus Epiſcopis dedicetur: ac deinde in Anniverſario dedicationis tempore 40. dies de injunctis pœnitentiis indulta remiſſio non excedat (& infra) Hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet caſibus aliquoties conceduntur, cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueverit obſervare.

Innoc. III In Concil. generali.

Rom. 14.

2. Cor. 9.

De

De Commutationibus ſatisfactionis.

ITem ad illud, quod quarto quærebatur, ſcilicet utrum Sacerdotes poſſint facere commutationes jejuniorum, vel alterius ſatisfactionis ad petitiones ipſorum pœnitentium.

Credo breviter quod ſic; dum tamen diſcrete, & propter cauſſam, & cites ſubditos ſuos;
v. pag. 55. alias non. Diſt. 82. c. *Presbyter*. Non tamen hoc extendo ad vota, in quibus ſtrictius proceditur. Requira ſupra de votis, *§. Circa redemtionem*, & *§. Sequitur videre*.

Poſtillat. *DIſtingue, quia ſi pœnitens petit commutari pœnitentiam, vel relaxari per illum eumdem, qui ei eam injunxit, aut per ſucceſſorem ejus: ſi primus amotus eſt ab officio, poterit ille commutare, vel relaxare: & idem dicas de ſuperiori illius, qui injunxit, ſi eſt ordinarius judex ipſius pœnitentis quoad hoc: quod dico, quia Archiepiſcopus videtur eſſe ordinarius quoad forum pœnitentiale ſubditorum ſuffraganei ſui, quamvis non ſit ordinarius quoad forum contentioſum, niſi in caſibus expreſſis a jure. Extr.*
v. pag. 188 *de offic. ord. c.* Paſtoralis. *Quod autem ſit ordinarius ipſius ſubditi quoad forum pœnitentiale, probatur per hoc, quod Archiepiſcopus per provinciam ſuam poteſt concedere remiſſionis litteras generales. Extr. de pœn. & remiſſ. c.* Noſtro.

Hieron. III. „ NOſtro poſtulaſti certificari reſponſo, utrum per tuam provinciam poſſis concedere remiſſionis litteras generales: Nos igitur tuæ fraternitati breviter reſpondemus, quod per provinciam tuam libere potes hujuſmodi concedere litteras; ita tamen, quod ſtatutum generalis concilii non excedas.

Certum eſt autem, quod nullus Epiſcopus poteſt facere remiſſionem ſuam, niſi ſubditis, aut aliis de voluntate Prælatorum ſuorum. Extr. de pœnit. &
v. pag. 453 *remiſſ. c.* Quod autem. *Erga ſubditi ſuffraganeorum quoad hoc ſunt ſubditi Archiepiſcopi: ſi autem pares ſunt ille, qui injunxit pœnitentiam, & ille, a quo petitur relaxari, & mutari, diſtingue: vel ſunt ita pares, quod ſunt pœnitentiarii ejuſdem Epiſcopi, vel ſunt duo ſacerdotes de pari, & in ſolidum, de conſuetudine curam habentes ejuſdem Parochiæ; vel duo Epiſcopi, in quorum utriuſque diœceſi domicilium habet pœnitens, ita quod eſt Parochianus utriuſque. Si pœnitentia publica, & ſolemnis indicta fuerit, ne ſcandalizetur primus confeſſor, requirendus eſt primo aſſenſus ejus, vel ſucceſſoris ejus, ſi de facili poſſit requiri, maxime ſi pœnitens publice inchoaverit pœnitentiam ſibi injunctam a primo: ſi autem non de facili poſſit requiri, aut ſi pœnitentia injuncta fuerit occulta, poterit ſecundus confeſſor commutare, & relaxare, non obſtante ſubtilitate juris, quo dicitur, quod duobus procuratoribus in ſolidum datis, melior eſt conditio occupantis; quia illud locum habet in contentioſa juriſdictione, non in voluntaria. Si autem ita pares ſunt, quod uterque Confeſſor & Sacerdos Parochialis, vel Epiſcopus, & pœnitens tranſtulit domicilium de Parochia in Parochiam, & de diœceſi in diœceſim; poterit ſecundus confeſſor relaxare, vel commutare pœnitentiam a prima injunctam, non obſtante, quod dici ſolet, quod ſententiam unius Epiſcopi non poteſt par Epiſcopus revocare; quia illud habet locum in ſententia excommunicationis, & ſuſpenſionis, & ceteris ad forum contentioſum pertinentibus, non ad pœnitentialem: non enim ſunt omnino ſimiles voluntaria, & contentioſa juriſdictio, cum judex non poſſit revocare ſententiam, quam tulit, quamvis injuſtam; Confeſſor autem poteſt revocare ſententiam, quam injunxit.*

Quid, ſi Papa, vel pœnitentiarius ejus, vel Epiſcopus injunxit pœnitentiam, modo petitur relaxari, vel mutari per inferiorem?

Reſp. Si pœnitentia injuncta eſt in caſu reſervato ſuperiori, non poteſt inferior relaxare, vel commutare abſque licentia ejus, qui injunxit, niſi urgeat neceſſitas, aut ſuadeat utilitas. Pium enim eſt interpretari, quod ſuperior in hujuſmodi caſibus conceſſerit inferioribus poteſtatem commutandi, vel relaxandi: ſi autem non erat caſus reſervatus ſuperiori, ſi talis erat, de quo ab initio poſſet inferior pœnitentiam injungere, inferior relaxare, vel commutare poterit; niſi certum ſit, quod ſuperior reſervaverit ſibi relaxationem, vel commutationem.

§. VI.

De impedimentis pœnitentiæ.

POſtquam vidimus, quid ſit pœnitentia, & quæ partes ejus; conſequenter, quia ſerpens antiquus paratus eſt ad impediendam pœnitentiam, homo autem incautus plerumque ad reſiſtendum, de impedimentis pœnitentiæ pauca ſupponamus.

Sunt enim quattuor præcipua impedimenta, ſcilicet, timor, pudor, ſpes, & deſperatio: de ſingulis per ordinem videndum.

Pudor, ſcilicet confitendi: hic quidem pudor retrahit multos a pœnitentia, ſed præcipue hypocritas, & ſuperbos, qui vellent apparere hominibus ſani, & pulchri, quum tamen infirmi, & turpiſſimi ſint; exterius ornati, & picti, quum tamen ſint intus ſpurcitia repleti.

Contra hoc impedimentum opponitur triplex remedium, ſcilicet conſideratio rationis, virtus divinæ intuitionis, comparatio futuræ confuſionis. Conſideratio rationis; quia rationabile eſt, ut propter pudorem non differas confiteri peccata tua; quod eſt honeſtum, & utile, qui propter pudorem non dubitaſti ea committere, quod inhoneſtum, & inutile, immo & pernicioſum eſt.

De ſecundo Apoſtolus: *Omnia nuda ſunt, & aperta oculis ejus, ad quem nobis ſermo*. Non ergo te pudeat confiteri Sacerdoti, immo potius Deo, cujus vicarius eſt, quum ipſe virtute divina ſine tua confeſſione jam videat. Ad Hebr. 4.

De tertio Salom. *Eſt confuſio adducens peccatum, eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam.* Eccleſ. 4.
Auguſtinus: *Eſt confuſio temporalis, quæ eſt ad horam, quæ quidem prodeſt, ſcilicet perturbatio animæ reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horrentis, & horrore erubeſcentis, & rubore corrigentis: tali confuſione volo confundi, non æterna, a qua peccator cupio liberari*. Sophon. cap. 1. *Scrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis*. Item Nahum cap. 3. *Revelabo pudenda tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam*. Item Hierem. c. 20. *Confundantur vehementer, qui non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod numquam delebitur.* Aug. ſup. illud Rom. 6. *Quem ergo fructū habuiſtis?*

Timor, ſcilicet ſatisfaciendi: cogitant enim,

quod non poſſent ferre pœnitentiam, quæ eis imponeretur.

Ad tollendum hoc impedimentum tria ſimiliter adhibentur, ſcilicet præſentis pœnæ modicitas, levitas, & momentanea brevitas: ex oppoſito vero futuræ pœnæ incomparabilis magnitudo, intolerabilis acerbitas, & infinalis æternitas. Evangel Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Hierem. 20. *Qui fugit arma ferrea, incidit in arcum æneum.* Job. 6. *Qui timet pruinam*, id eſt, temporalem pœnam, *irruet ſuper eum nix*, id eſt pœna æterna. Item Iſaiæ 33. *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?* Idem cap. 30. *Præparata eſt ab heri Tophet, a Rege præparata profunda, & dilatata, nutrimenta ejus, ignis, & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Tophet* eſt carcer inferni, & interpretatur gehenna pavoris, vel plena pœna ſtultorum.

Spes, ſcilicet triplex, diu vivendi, acquirendi temporales divitias, in quibus quieſcat; & de nimia Dei miſericordia, quæ neminem velit damnare.

Contra primum opponit remedium Jac. c. 4. *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Job. *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis, &c.* Apoſtol. 1. ad Theſſal. 5. *Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient.* Item Dominus Marc. 13. *Vigilate: neſcitis enim quando Dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an gali cantu, an mane, ne, cum venerit nocte repente, inveniat vos dormientes.* Item Job 20. *Laus impiorum brevis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti: ſi aſcenderit uſque ad cælum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur.*

Contra ſecundum dat remedium ipſe Dominus Luc. 12. *Hominis cujuſdam divitis uberes fructus ager attulit, &c. Ecce, anima, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare; dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quæ autem paraſti, cujus erunt?* Job 27. *Dives cum dormierit, nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet, apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas, tollet eum ventus urens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo, &c.*

Contra tertium Gregorius: *Ad magnam juſtitiam judicantis pertinet, ut numquam careant ſupplicio, qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.* Et require ſupra eod. §. verſ. *Timor, ſcilicet ſatisfaciendi.* Hæc duo impedimenta, ſcilicet timor, & ſpes, retrahunt præcipue uſurarios, & avaros, qui nihil vellent reſtituere, & ſine fine vellent acquirere: unde comparantur inferno. Proverb. 27. *Infernus, & perditio numquam implentur; ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles.*

Deſperatio eſt duplex, prima veniæ, ſecunda perſeverandi poſt veniam obtentam. Primam inducunt tria, ſcilicet peccati quantitas, frequentia, & diuturnitas.

Contra primum opponitur Paſſio Chriſti, quæ fortior eſt ad diſſolvendum, quam peccatum aliquod ad ligandum. Job. 6. *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in ſtatera, quaſi arena maris hæc gravior appareret.*

Contra ſecundum Hieronymus, de pœn. diſt. 3. *Septies in die cadit juſtus, & reſurgit, non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties delinquenti, ſi convertatur ad pœnitentiam peccata donantur: cui plus donatur, plus diligit.* Et require eodem §. *Prima dicta*, verſ. *De ſexto, ſcilicet ſpe.*

Contra tertium. Pſalm. *Miſericordia Domini ab æterno uſque in æternum ſuper timentes eum.* Ezech. 18. *Quacumque hora peccator fuerit converſus, &c.* Item Leo Papa: *Pœnitentia*, quæ dilata eſt, cum ſtudioſius petita fuerit, non negetur, ut eo modo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perveniat. Item Auguſtinus exponens illum verſum Pſalm. *Non abſorbeat me profundum, neque urgeat ſuper me puteus os ſuum*, ait: *Sic puteus eſt profunditas humanæ iniquitatis, in quam ſi cecideris, non claudet ſuper te os ſuum, ſi tu non clauſeris tuum; confitere ergo, & dic: De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam, & evades.* Et require de hoc ſupra eodem §. *Item quid de his, qui in fine*, circa princ.

Item circa ſecundam deſperationem, ſcilicet perſeverandi poſt veniam obtentam, apponuntur tria remedia. Primum hoſtis debilitas; ſecundum vigor proprius ex gaudio proprio, libertate, armatura, ſocietate; tertium ipſe Deus illuminans, protegens, & ſalvans.

De primo, debilis eſt hoſtis, qui non poteſt vincere niſi volentem; immo legio dæmonum non potuit intrare etiam gregem porcorum, niſi permiſſa a Domino. Unde Iſai. 52. in perſona hoſtis ad animam: *Incurvare, ut tranſeamus. Reſiſtite ergo diabolo, & fugiet a vobis.* Matth. 18 / Jacob. 4.

De ſecundo, ſcilicet de vigore, patet: nam vigor maximus concipitur, & nutritur, quum quis gaudet depoſito peccati pondere. Salom. *Animus gaudens ætatem floridam facit; ſpiritus vero triſtis deſiccat oſſa.* Item: *Secura mens quaſi juge convivium: omnes dies peccatoris mali.* Item qui de catena & ſervitute diaboli eripitur, in libertatem Dei convertitur: quod fit, quando Pharaon cum omnibus Ægyptiis ſubmergitur in mari rubro, id eſt, in amara aqua lacrymarum rubricata per memoriam Paſſionis Chriſti. Item, quia primo inermis, modo armatus armatura Dei. Apoſtol. ad Epheſ. 6. *Induite vos armatura Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli; quia non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus principes, & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, &c. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, &c.* Item infra ad Theſſ. 5. *Sobrii ſimus, induti loricam fidei, & caritatis, & galeam ſpem ſalutis.* Item quia primo ſolus, modo aſſociatus exercitui omnium juſtorum, qui ſunt in Eccleſia, & omnium ſanctorum, & Angelorum qui ſunt in cælo. De hac ſocietate Judith. 15. *Quoniam Aſſirii non adunati in fugam ibant præcipites; filii autem Iſrael uno agmine perſequentes debellabant omnes, quos invenire potuiſſent.* Prov. 11. / Prov. 17. / Exod. 14.

De

De tertio, quod eſt illuminans Deus, Pſal. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* Item Job cap. 17. *Libera me, Domine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me*, & Apoſt. ad Rom. 8. *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Cum igitur hoſtis ſit in tantum depreſſus, & tu ſic multipliciter vigoratus; noli deſperare, ſed jacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enutriet.*

Poſſent etiam aſſignari quædam alia impedimenta, ſcilicet levigatio propriæ culpæ cum aggravatione alienæ.

Proverb. 20. Contra hoc Salom. *Pondus & pondus, menſura & menſura, utrumque abominabile eſt apud Deum.*

Item conſideratio culpæ majorum, & maxime Prælatorum, contra quos Eccl. 23. *Pravus homo vitabit correctionem, & juxta voluntatem inveniet ſibi comparationem.*

Auguſtinus cauſa 2. q. 3. c. Multi. Item conſideratio multitudinis delinquentium: contra quod Auguſtinus: *Non ideo minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.*

Item conſuetudo peccandi: contra quod require ſupra de ſimon. §. *Item quæritur, utrum conſuetudines.*

Luc. 17. Item ſuperbia cordis: contra quod exemplum Phariſæi, qui ait: *Non ſum ſicut ceteri homines, &c.*

Item delectatio peccati: quod ſpecialiter habet locum in luxuria, & gula: contra hoc dicitur Joel 1. *Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo.*

Expeditis jam per Dei gratiam non per me, ſed potius per orationes, & merita fratrum variis, necnon & intricatis articulis ad pœnitentiæ judicium, & multa conſilia pertinentibus; donet Dominus, ut univerſi & ſinguli per hanc portam anguſtam intrare juxta conſilium Domini attendamus: hæc eſt enim feneſtra, quam Dominus juſſit in arca fieri: quicumque non introierit per eam, peribit regnante diluvio. Hæc eſt enim, ut ait Hieronymus, ſecunda tabula poſt naufragium, ſine qua primam baptiſmi tabulam deſerentes per culpam, nullomodo poterunt pervenire ad portum, De pœnit. Diſt. 1. cap. *Secunda*, & cap. *Quia divinitatis*, cap. *Ne forte*, & cap. *Prædixerat*.

(Margin: Matth. 7. — Geneſ. 6. — Hieronymus.)

Hieron. Epiſt. 65. ad Pammach. & Oceanum.

„ SEcunda poſt naufragium tabula eſt, cul-
„ pam ſimpliciter confiteri. Imitati eſtis er-
„ rantem; imitamini & correctum. Erravimus
„ juvenes, emendemur ſenes: jungamus gemi-
„ tus, lacrymas copulemus, ploremus, & con-
„ vertemur ad Dominum, qui fecit nos: non
„ exſpectemus diaboli pœnitentiam. Vana eſt
„ illa præſumtio, & in gehennæ trahens pro-
„ fundum: hic aut quæritur vita, aut amitti-
„ tur.

Idem

„ QUia divinitatis natura clemens eſt, &
„ pia, magiſque ad indulgentiam, quam
„ ad vindictam prona; quia non vult mortem
„ peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat; ſi
„ quis poſt lapſum peccatorum ad veram pœni-
„ tentiam ſe converterit, cito a miſericorde
„ judice veniam impetrabit.

Idem In c. 12. Oſeæ.

„ NE forte peccati memores, tardius rever-
„ tantur: *Adhuc*, inquit, *ſedere vos fa-*
„ *ciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtivitatis*;
„ ut quod facit baptiſma, hoc faciat pœniten-
„ tia, & habitent in tabernaculis Salvatoris,
„ hoc eſt, in Eccleſiis.

Idem In c. 9. Danielis.

„ PRædixerat Hieremias ſeptuaginta annos
„ deſolationis templi, poſt quos rurſus ve-
„ niret populus in Judæam, & ædificaretur
„ templum, & Hieruſalem. Quæ res Danie-
„ lem non facit negligentem; ſed magis pro-
„ vocat ad rogandum, ut quod Deus per ſuam
„ promiſit clementiam, per horum impleat
„ preces, ne negligentia ſuperbiam, & ſuper-
„ bia pariat offenſam. Denique in Geneſi le-
„ gitur centum viginti annos pœnitentiæ con-
„ ſtitutos ante diluvium, qui quia tanto tem-
„ pore, hoc eſt centum annis noluerunt age-
„ re pœnitentiam, nequaquam exſpectat, ut &
„ viginti alii compleantur: ſed infert ante,
„ quod poſtea fuerat comminatus. Unde & ad
„ Hieremiam dicitur ob duritiam cordis po-
„ puli Judæorum: *Nec ores pro populo hoc, quia*
„ *non audiam te*: & ad Samuel: *Uſquequo luges*
„ *ſuper Saul, & ego abjeci eum*. In cinere igi-
„ tur, & ſacco poſtulat impleri, quod promi-
„ ſerat Deus: non quod eſſet incredulus futu-
„ rorum, ſed ne ſecuritas negligentiam, & ne-
„ gligentia pareret offenſam.

Ingrediamur igitur arcam per hanc feneſtram, feſtinantes apprehendamus hanc tabulam, & apprehenſam fortiter teneamus; quoniam non qui inceperit, ſed qui perſeveraverit, ſalvus erit, Matth. 10. Luc. 20. Firmetur facies noſtra in Hieruſalem, intueamur Jeſum Chriſtum, regem regum, & Sacerdotem magnum, Dominum, & Magiſtrum noſtrum, qui ſemel aſcendens crucem, noluit ultra deſcendere, ſed in ea pro ſalute noſtra animam ponere, nobis relinquens exemplum, ut conſtanter per varias pœnitentiæ anguſtias, & labores, necnon, ſi neceſſe fuerit, per ignominiam Paſſionis, ſequamur ipſum ad gloriam Reſurrectionis, & per Confeſſionis cantilenam mereamur audire in die Domini dulcem, & ineffabilem jucunditatis vocem illam Matth. 25. *Venite, benedicti, percipite regnum.*

SACRI CONCILII TRIDENTINI DOCTRINA.

De neceſſitate Sacramenti Pœnitentiæ.

Seſſion. 14. cap. 1.

„ SI ea in regeneratis omnibus gratitudo er-
„ ga Deum eſſet, ut juſtitiam in baptiſmo
„ ipſius beneficio & gratia ſuſceptam, con-
„ ſtanter tuerentur, non fuiſſet opus, aliud ab
„ ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum
„ remiſſionem eſſe inſtitutum. Quoniam autem
„ Deus, *dives in miſericordia, cognovit figmen-*
„ *tum noſtrum*; illis etiam vitæ remedium con-
„ tulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſervitutem,
„ & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacra-
„ mentum videlicet pœnitentiæ, quo lapſis poſt
„ baptiſmum, beneficium mortis Chriſti appli-
„ catur. Fuit quidem pœnitentia univerſis ho-
„ minibus, qui ſe mortali aliquo peccato inqui-
„ naſſent, quovis tempore ad gratiam, & juſti-
„ tiam aſſequendam neceſſaria; illis etiam, qui
„ baptiſmi Sacramento ablui petiviſſent, ut per-
„ verſitate abjecta, & emendata, tantam Dei
„ offenſionem cum peccati odio, & pio ani-
„ mi dolore deteſtarentur. Unde Propheta ait:
„ *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omni-* Ezech. 18.
„ *bus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in*
„ *ruinam iniquitas*. Dominus etiam dixit: *Niſi*

Luc. 13. ,, *pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis*. Et
,, princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus ba-
,, ptiſmo initiendis pœnitentiam commendans
,, dicebat: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſ-*
,, *quiſque veſtrum*. Porro nec ante adventum
,, Chriſti pœnitentia erat Sacramentum, nec
,, eſt poſt adventum illius aliquam ante bapti-
,, ſmum. Dominus autem Sacramentum pœ-
,, nitentiæ tunc præcipue inſtituit, cum a mor-
,, tuis excitatus, inſufflavit in diſcipulos ſuos,
,, dicens: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum re-*
,, *miſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum re-*
,, *tinueritis, retenta ſunt*. Quo tam inſigni facto,
,, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remit-
,, tendi & retinendi peccata, ad reconcilian-
,, dos fideles poſt baptiſmum lapſos, Apoſto-
,, lis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe
,, communicatam, univerſorum Patrum con-
,, ſenſus ſemper intellexit: & Novatianos, re-
,, mittendi poteſtatem olim pertinaciter negan-
,, tes, magna ratione Eccleſia Catholica tam-
,, quam hæreticos exploſit, atque condemna-
,, vit. Quare veriſſimum hunc illorum verbo-
,, rum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus pro-
,, bans, & recipiens, damnat eorum commen-
,, titias interpretationes, qui verba illa ad po-
,, teſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti
,, Evangelium annunciandi, contra hujuſmodi
,, Sacramenti inſtitutionem falſo detorquent.
,, Ceterum hoc Sacramentum multis rationi-
,, bus a baptiſmo differre dignoſcitur; nam
,, præterquam quod materie & forma, quibus
,, Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſime diſ-
,, ſidet; conſtat certe baptiſmi miniſtrum judi-
,, cem eſſe non oportere, cum Eccleſia in ne-
,, minem judicium exerceat, qui non prius in
,, ipſam per baptiſmi januam fuerit ingreſſus;
,, *Quid enim mihi*, inquit Apoſtolus, *de iis, qui*
,, *foris ſunt, judicare?* Secus eſt de domeſticis fi-
,, dei, quos Chriſtus Dominus lavacro bapti-
,, ſmi ſui corporis membra ſemel effecit: nam
,, hos ſi ſe poſtea crimine aliquo contaminave-
,, rint, non jam repetito baptiſmo ablui, cum
,, id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat;
,, ſed ante hoc tribunal, tamquam reos ſiſti
,, voluit, ut per Sacerdotum ſententiam non
,, ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad
,, ipſum pœnitentes confugerint, poſſent libe-
,, rari. Alius eſt præterea baptiſmi, alius pœ-
,, nitentiæ fructus; per baptiſmum enim Chri-
,, ſtum induentes, nova prorſus in illo effici-
,, mur creatura, plenam & integram peccato-
,, rum omnium remiſſionem conſequentes: ad
,, quam tamen novitatem, & integritatem per
,, Sacramentum pœnitentiæ, ſine magnis noſtris
,, fletibus, & laboribus, divina id exigente ju-
,, ſtitia, pervenire nequaquam poſſumus, ut
,, merito pœnitentia laborioſus quidam bapti-
,, ſmus a ſanctis Patribus dictus fuerit: eſt au-
,, tem hoc Sacramentum pœnitentiæ lapſis poſt
,, baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, ut non-
,, dum regeneratis ipſe baptiſmus.

FINIS LIBRI TERTII.

SUM-

SUMMÆ SANCTI RAYMUNDI DE PENNAFORT

TEXTU SACRORUM CANONUM, QUOS LAUDAT, AUCTÆ, ET LOCUPLETATÆ

LIBER QUARTUS.

Quoniam in foro pœnitentiali frequenter dubitationes circa matrimonium, immo etiam perplexitates occurrunt, ad honorem Dei, & animarum profectum poſt ſummam de pœnitentia, ſpecialem de matrimonio ſubjeci tractatum. Primo de ſponſalibus, & matrimoniis. Secundo de quindecim impedimentis matrimonii. Tertio qualiter ad matrimonium conjungendum, vel disjungendum agatur. De filiis inſuper legitimis, & dotibus, & donationibus propter nuptias, ordinate oſtendens rubricas in locis debitis, & dubitationes diverſas ad rubricas ſingulas pertinentes. Hi ſunt tituli

1. *De ſponſalibus*. 2. *De matrimonio*. 3. *De errore perſonæ*. 4. *De impedimenta conditionis*. 5. *De voto*. 6. *De cognatione carnali*. 7. *De cognatione ſpirituali*. 8. *De cognatione legali*. 9. *De impedimento criminis*. 10. *De diſpari cultu*. 11. *De impedimento violentiæ, ſive metus*. 12. *De impedimento ordinis*. 13. *De impedimenta ligationis*. 14. *De publicæ honeſtatis juſtitia*. 15. *De affinitate*. 16. *De impotentia coeundi*. 17. *De matrimonio contra interdictum Eccleſiæ contracto*. 18. *De impedimento feriarum*. 19. *Quando, & qualiter mulier poteſt aliquem petere in virum, vel reſtitutionem viri, ſi fuerit ſpoliata, & econverſa*. 20. *De divortio propter conſanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum*. 21. *Qualiter accuſatio ſit facienda in matrimonio*. 22. *De divortio propter fornicationem*. 23. *De numero teſtium, tam in matrimonio, quam in aliis caſibus*. 24. *Qui filii ſint legitimi, & qui non*. 25. *De dotibus, & donationibus propter nuptias*.

TITULUS PRIMUS.

De ſponſalibus.

Quoniam matrimonium ſponſalia præcedere conſueverunt, ideo primo loco de ſponſalibus eſt agendum. Videndum ergo quid ſint ſponſalia, unde dicantur, qualiter contrahantur, qua ætate contrahi poſſunt, quis ſit effectus ſponſalium, utrum ſponſalia poſſint diſſolvi.

---

§. I.

Quid ſint ſponſalia, unde dicantur, & qualiter contrahantur.

Sponſalia ſunt futurarũ nuptiarum promiſſio. Cauſſa 30. q. 5. c. *Noſtrates*, ff. de ſponſal. lib. 1.

„ Noſtrates tam mares, quam feminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compoſitam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt; ſed poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa, fœdera quoque conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur, & poſtquam arrhis ſponſam ſibi ſponſus per digitum fidei annulo inſignitum deſponderit, dotemque utrique placitam ſponſus ei cũ ſcripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum, tale quid fieri præſumatur) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur: & primum quidem in Eccleſia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, ſtatuuntur: ſicque demum benedictionem, & velamen cæleſte ſuſcipiunt. Item hæc ſunt præter alia, quæ ad „ me-

NICOLAUS *Ad conſulta Bulgarorum c. 3.*

Digitized by Google

dederit ei fidem, ut dictum eſt, non credo eſſe præſumendam pro matrimonio, licet illa tacuerit ex ſimplicitate forte, vel verecundia.

Item contrahuntur ſponſalia detis arris ſponſalitiis, ſcilicet elique pecunia, vel eliis rebus. C. de ſponſal. l. *Arris*.

De anuli ſubarratione, quæ vulgo dicitur deſponſatio, ſed proprie ſubarratio nuncupatur, habetur cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Si quis deſponſaverit*, 2.

JULIUS *Papa*

,, SI quis deſponſaverit uxorem, vel ſubarreverit, & ſive præveniente mortis die, ſive irruentibus quibuſdā aliis cauſſis minime eam cognoverit, neque ejus ſuperſtes frater, neque ullus de conſanguinitate ejus eamdem ſibi tollat in uxorem ullo umquam tempore.

De juramento habetur extr. de ſponſal. c. *De illis*, & c. *Præterea*, 2.

ALEX. III. *Panormit. Archiep.*

,, DE illis eutem, qui præſtito juramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis, dimittunt terram, ſe ed partes elias transferentes; hoc tibi volumus innoteſcere, quod liberum erit mulieribus ipſis (ſi non amplius in facto eſt proceſſum) ad elia ſe vota transferre, recepte temen de perjurio pœnitentia, ſi per eat ſteterit, quominus fuerit matrimonium conſummatum.

ALEX. III *Epiſcopo S. Agathæ.*

,, PRæterea de muliere, quæ e viro impetitur, cujus conſanguineus cum ea ſe deliquiſſe proponit, ſed hoc publice confiteri recuſat propter metum, & potentiem mulieris; taliter reſpondemus, ut matrimonium ipſum fieri (niſi juramentum intervenisſet) diſtricte prohibeas, ne deterius inde contingat.

---

§. II.

Qua ætate contrahi poſſint ſponſalia.

SEquitur videre, qua ætete contrehi poſſint ſponſalia. Poſſunt contrahi poſt ſeptennium; quoniam tunc dicuntur habere diſcretionem tam pueri, quam puellæ; & ex tunc placere conſueverunt eis ſponſalia. Extr. de deſponſat. impub. cap. *Litteras*.

ALEX. III *Herfordẽ. Epiſcopo.*

,, LItteras tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quod cum quidam eſſet perfectæ ætatis, quemdam puellam in cunabulis deſponſavit: procedente vero tampore metrem puellæ cognovit, & eam in uxorem accepit (& infre) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi præfatus vir matrem puellæ, antequam ſeptimum ennum compleſſet, in uxorem acceperit, matrimonium non diſſolvas; cum deſponſationes hujuſmodi nullæ ſint, quæ in cunabulis fiunt. Verum ſi poſtquem puella ſeptimum ennum complevit, prædictus vir matrem ejus eccepit uxorem, cum ſponſalia ex tune placere conſueverint; inter eos ſententiam divortii non differas promulgare, nec ipſum filiem, ſeu matrem habere permittas.

Si vero ante ſeptennium pueri, vel parentes eorum nomine contrahunt ſponſalie, nihil agunt. Cauſſa 30. q. 2. c. *Ubi non eſt conſenſus*.

NICOLAUS *Papa*

,, UBi non eſt conſenſus utriuſque, non eſt conjugium; ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econverſo, nihil faciunt, niſi uterque puerorum poſtquem venerit ed tempus diſcretionis, conſentiat; etiam ſi pater, & mater hoc voluerint, & fecerint.

Sed licet ante ſeptennium contrehantur, vel in cunabulis; ſi tamen dum veniunt ed ſeptennium incipiunt eis placere, ex tunc valent; ita quod, quamvis ſponſus eam non cognoſcat carnaliter, conſanguineam ejus habere non poterit in uxorem, nec econverſo. Extr. de deſponſ. impub. cap. *Litteras*, & cap. *Acceſſit*, & cap. *Duo pueri*. *v. ſupra.*

ALEX. III *Eboracen. Archiep.*

,, ACceſſit ad præſentiam noſtram (& infra) Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod puella non eſſet ſeptennis, quando G. deſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem G. ab hujuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus, matrimonium inter eumdem Gu. & matrem puellæ celebratum præcipias inviolabiliter obſervari, & eorum prolem denuncies eſſe legitimam: quia deſponſationes, & matrimonia ante ſeptem ennos fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſtea non accedit. Sane ſi præfate puella ante deſponſationem ſeptimum annum compleverat, licet prædictus vir a deſponſatione ipſius puellæ ipſo jure fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire noluerit; inhoneſtum temen videtur, ut matrẽ ejus habeat, cujus filia fuit ſibi deſponſata.

CLEMENS III.

,, DUo pueri Guilielmus, & Guilielme matrimonialiter ſunt conjuncti, puero 6. puellæ vero 7. ennum agente, qui ſimul per tres annos manſerunt: tunc pater puellæ ſubtrahens eam ſponſo, ipſam alteri M. nomine copulavit, cum quo per ſeptem ennos quiete permenſit; ipſe vero tunc reliquit eamdem, quia credebat eam elium virum habere, Guilielmum ſcilicet, cui prius fuerat deſponſata. Prior eutem ſponſus ad ennos diſcretionis perveniens, a prædeceſſore tuo contrahendi cum alia licentiam impetravit, qui quamdam nomine S. conſobrinam prioris in uxorem eccepit, & cum ee per eliquod tempus exſiſtens, eam, ut ipſe fatetur, carnaliter non cognovit, licet illa ſe ab eo cognitam aſſeveret. Cum autem Pater memoratæ Guilielmæ eam vidiſſet e ſecundo viro relictam, prænominatum Guilielmum, cui prius eam deſponſaverat, compulit, ut S. neptam ſuam omnino dimitterat, & ad Guilielmam deſponſatam ſuam rediret, qui poſtmodum per biennium cohabitavit eidem. Quia igitur, quid tibi faciendum ſit, poſtulas edoceri; breviter reſpondemus, quod impediente puerili ætate matrimonium inter G. & G. non fuit: & licet idem poſtquam illa nupſit alii, potuerit aliam ducere in uxorem; tamen quia dictam S. duxit conſobrinam mulieris ejuſdem, ſive eam cognoverit, ſive non; non debet temen cum eadem S. propter publicæ honeſtatis juſtitiam remanere, nec ad primam hebere regreſſum, quia altari fuit legitime copulata (& infra) Cum vero vir ſit caput mulieris, & Guilielmus dicat ſe non cognoviſſe prius S. ſupradictam, eliam, ſi voluerit, poterit ducere in uxorem, & S. viro legitimo copulari: poſt ſeparationem vero, pro vitando populi ſcandalo, utrique ed tempus eſt pœnitentia injungenda: ſi vero legitime conſteret ipſam S. ab eo ſive poſt, ſive antea cognitam exſtitiſſe, neutri, vivente altero, dabitur licentia contrahendi. Remanebit ergo Guilielma

,, cum

,, cum M. impoſita ipſi M. ad tempus pœnitentia
,, competenti, qui pro ſua opinione ſola Gui-
,, lielmam (judicio Eccleſiæ non requiſito) di-
,, miſit.

Ceterum ætas ad contrahendum matrimonium apta eſt in puella duodecim annorum, in puero quattuordecim. Extr. de deſp. imp. cap. *Puberes*, & c. *Continebatur*. Et ſi ante conjunguntur, non eſt matrimonium.

Iſidorus Lib. 11. Etymol.
,, PUberes a pube ſunt vocati, id eſt, a pu-
,, dentia corporis nuncupati; quia hæc lo-
,, ca primo lanuginem ducunt. Quidam tamen
,, ex annis pubertatem exiſtimant, id eſt, eum
,, eſſe puberem, qui 14. annos impleverit, quam-
,, vis tardiſſime pubeſcat. Certum autem eſt,
,, eum puberem eſſe, qui ex habitu corporis pu-
,, bertatem oſtendit, & generare jam poteſt.
,, Et puerperæ ſunt, quæ in annis puerilibus
,, pariunt.

Alex. III. Xe-vic. Epiſcopo.
,, COntinebatur in litteris tuis, quod cum
,, quædam puella intra nubiles annos cui-
,, dam in uxorem tradita fuerit, & ab ipſo tra-
,, ducta; hæc ad nubiles annos perveniens, a-
,, lii nubendi licentiam poſtulavit, aſſerens ſe
,, in eumdem nullatenus conſenſiſſe (& infra)
,, Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod
,, cum in decretis habeatur expreſſum, quod ſi
,, vir dixerit, quod uxorem ſuam cognoverit,
,, & mulier negaverit, viri ſtandum eſt verita-
,, ti; præfato viro, qui dicit ſe mulierem ipſam
,, cognoviſſe, fides eſt adhibenda, ſi id firma-
,, verit juramento: ſi autem fuerit ætati pro-
,, xima, ut in 11. vel circa 12. annum, & cum
,, ſuo aſſenſu deſponſata, & cognita ab eodem
,, viro, ſeparari non debet: præſertim cum pa-
,, rentes ejus ipſam fuiſſe ætatis legitimæ fa-
,, terentur. Si vero puella intra nubiles annos,
,, alicui deſponſata fuerit, non licet alicui de
,, conſanguinitate ipſius, cui deſponſata fuerit,
,, eam ducere in uxorem, nec fas eſt eidem
,, ſponſo de conſanguinitate ſponſæ ſibi ali-
,, quam copulare.

Nonnulla, circa ſponſalia, moventur dubitabilia.

I. POſſent hic moveri quædam dubitabilia. Pone, quod puer & puella contrahunt matrimonium per verba de præſenti: quæritur, utrum aliquid agatur: non enim videtur contrahi matrimonium, impediente ætate, nec ſponſalia; quia forma verborum non competit ſponſalibus, ſed matrimonio.

Ad hoc diſtinguo: aut intendunt contrahere per illa verba matrimonium tantum, ita quod non ſponſalia: aut intendunt contrahere ſimpliciter id, ſecundum illud: Si quod ago, non valet, ut ago, valeat, ut valere poſſit. In primo caſu nihil agitur: non matrimonium; quia illud contrahere non poſſunt: non ſponſalia; quia nolunt. In ſecundo caſu tenent ſponſalia de futuro: & ſic poteſt intelligi extr. de deſponſ. imp. cap. *Tuæ nobis*, & argum. extra eodem, cap. *Duo pueri*, & extra de condit. appoſ. cap. *Super eo*. *v. ſupra.*

Innocent. III. Epiſc. Abbaten.
,, TUm nobis exhibitæ litteræ continebant,
,, quod quidam filiam ſuam circiter 12.
,, annos habentem, cuidam nobili deſponſavit,
,, qui ſubarravit eamdem, conſenſu mutuo ac-
,, cedente (& infra) Quia vero nobis conſtare
,, non potuit, cujus ætatis eſſet puella, cum ei-
,, dem viro extitit deſponſata, cum dicatur,
,, quod circiter 12. annos habebat, utrum ne
,, prudentia tunc in illa suppleret ætatem; re-
,, ſpondemus, quod ſi puella nubilis non erat
,, ætatis, cum ſæpe præfatus vir deſponſavit
,, eamdem, & ætatem in ea prudentia non ſup-
,, plebat, procul dubio inter eos non conju-
,, gium; ſed ſponſalia contracta fuerunt: quam-
,, vis ab ipſo viro eadem fuerit ſubarrata.

Urbanus III.
,, SUper eo vero, quod poſtulaſti, utrum ille
,, qui in quamdam mulierem conſenſit, ſi
,, pater ejus ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad
,, conſummandum matrimonium compellendus;
,, reſpondemus, quod cum conſenſus liber di-
,, ci non poſſit, qui in alieno arbitrio reſerva-
,, tur, ac conditionem ipſam Canonica non im-
,, probent inſtituta; niſi voluntas patris poſt-
,, modum intercedat, nequaquam cogendus eſt
,, ad matrimonium contrahendum. Nam licet
,, Alexander Papa reſponderit, quod ſponſalia
,, interpoſita conditione contracta, ipſa non
,, impleta, ſi conſenſus de præſenti intercedat,
,, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolvi non
,, debent, ſed firmiter obſervari; nequaquam
,, eſt noſtræ diffinitioni adverſum, cum hujuſ-
,, modi conſenſus non ſit de præſenti habendus,
,, licet per verba de præſenti evidenter expri-
,, matur, qui in alieno arbitrio non habito,
,, ſed habendo, conſiſtit.

II. Pone, quod pueri ante ſeptennium ſponſalia, vel matrimonium, per verba de præſenti videlicet, contrahunt, vel poſt ſeptennium, ſed ante pubertatem matrimonialiter, per verba de præſenti videlicet, conjunguntur. Numquid ex tali acto confirmantur ſponſalia poſt ſeptennium quoad primos, vel matrimonium poſt inchoatam pubertatem, quoad alios?

Ad hoc dicas, quod ſi adveniente ætate legitima intelligunt, quod actum eſt, & habent ratum expreſſe, vel etiam tacite (quod præſumitur hoc ſolo, quod non contradicunt) ratificati videntur ſponſalia, vel matrimonium, præſertim ſi ſimul morabantur. Extr. de deſponſ. impub. cap. *Litteras*, & cap. *Acceſſit*, & cap. *Duo pueri*, extr. de condition. appoſ. cap. *Super eo*. Idem, & per eadem jura credo, ſi parentes contraxerant ſponſalia, vel matrimonium pro filiis, ſive nomine filiorum: & facit ad hoc cauſſa 32. quæſt. 2. cap. *Non omnis*, & §. *Cum ergo*. *v. ſupra.*

Leo Papa Ad Ruſtic. Narbon. Epiſc. Ep. 90. c. 4.
,, NOn omnis mulier viro conjuncta uxor
,, eſt viri; quia nec omnis filius eſt hæ-
,, res patris. Nuptiarum autem fœdera inter
,, ingenuos legitima ſunt, & inter coæqua-
,, les, multo prius hoc ipſum Domino con-
,, ſtituente, quam initium Romani juris ex-
,, ſiſteret. Itaque aliud eſt uxor, & aliud con-
,, cubina: ſicut aliud eſt ancilla, & aliud libe-
,, ra. Propter quod etiam Apoſtolus ad mani-
,, feſtandam harum perſonarum diſcretionem
,, teſtimonium ponit ex Geneſi, ubi dicitur
,, Abrahæ: *Ejice ancillam, & filium ejus. Non e-* *Geneſ. 21.*
,, *nim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ* (&
,, *infra*) Igitur cujuslibet loci Clericus ſi filiam
,, ſuam viro habenti concubinam in matrimo-
,, nium dederit; non ita accipiendum eſt, quaſi
,, eam conjugato dederit, niſi forte illa mulier,
,, & ingenua facta, & dotata legitime, & publi-
,, cis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbi-
,, trio feminæ viris junctæ carent culpa; ſi mulie-
,, res, quæ a viris habebantur, in matrimonio
,, non fuerint: quia aliud eſt uxor, aliud con-
,, cubina.

,, (Cum

Gratian.

(Cum ergo dicitur : *Paterno arbitrio feminæ junctæ viris*, datur intelligi, quod paternus conſenſus deſideratur in nuptiis, nec ſine eo legitimæ nuptiæ habeantur, juxta illud Evariſti Papæ: *Aliter non fit legitimum conjugium, niſi a parentibus tradatur*).

Eſto, quod adultus contrahit per verba de præſenti cum puella minore, nubili tamen ætati proxima, vel e converſo, vel ambo impuberes, vicini tamen pubertati contrahunt; numquid tenet matrimonium?

Dic, quod ſi prudentia ſupplet ætatem, & mutuo conſenſu carnaliter ſunt conjuncti, aut ex habitu corporis, quem prætendunt, appareat eos poſſe carnaliter commiſceri, tenet matrimonium.

v. ſupra.

Extr. de deſponſ. impub. c. *Puberes*, & cap. *Continebatur*, & c. *A nobis*, & c. *De illis* 2. & c. *Atteſtationes*, & c. *Ex litteris*, & c. ult. ſeu, c. *Tuæ*.

Alex. III Barbonid. Epiſc.

„ A Nobis tua diſcretio requiſivit, utrum iis, qui intra annos nubiles matrimonii nomine conjunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perveniant, liceat a matrimonio tali diſcedere. Ad quod reſpondemus, quod pro eo, quod ante nubiles annos conjugalem conſenſum non habent, uſque ad legitimam ætatem exſpectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut (ſi ſimul eſſe noluerint) ſeparentur, niſi carnalis commixtio ante intervenerit; cum interdum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis.

Alex. III. Gennenſ. Epiſc.

„ DE illis, qui in minori ætate deſponſantur (& infra) Reſpondemus, quod ſi ita fuerint ætati proximi, quod potuerint copula carnali conjungi, minoris ætatis intuitu ſeparari non debent, ſi unus in alium viſus fuerit conſenſiſſe, cum in eis ætatem ſuppleviſſe malitia videatur: ſed cujuſcumque ſint ætatis, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat.

Urbanus III. Cenoman. Epiſc.

„ ATteſtationes ſuper cauſſa matrimonii, quæ inter H. juvenem, & G. mulierem vertitur, accepimus, & ipſis inſpectis nobis innotuit, quod prædictus juvenis nondum duodecimum annum attigerat, cum præfatam G. accepit uxorem: & licet niſus fuiſſet (ſicut uterque confeſſus eſt) ipſam corrumpere, mulier tamen credit ſe virginem evaſiſſe: verum ipſe antequam ad annum decimum quartum perveniſſet, a memorata muliere receſſit: quem cum decem & ſeptem annos habeat, eadem pro viro ſibi vendicare contendit (& infra) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi mulier per idoneos teſtes probare nequiverit, quod poſt decimum quartum annum ætatis ſuæ, vel circa finem decimi quarti anni prædictus juvenis conſenſiſſet in eam, ab ipſo juramento recepto, quod poſtquam ad legitimam ætatem pervenit, ipſam habere non conſenſit in uxorem, ab impetitione mulieris eum potes, & debes abſolvere, & ad alia vota utrique dare licentiam tranſeundi.

Idem Piſano Epiſc.

„ EX litteris tuæ fraternitatis accepimus, quod puella quædam anno duodecimo jurata fuit, & deſponſata cuidam puero novem, vel decem annorum: & tempore procedente, de voluntate parentum potius, quam de ſua (ſicut aſſerit) ad domum patris pueri adducta: ubi dolens, & invita, minis parentum impulſa, moram fecit per annum, & amplius; & tandem inde recedens, ad domum propriam eſt regreſſa (& infra) Cum autem dictus puer nondum ad decimum quartum annum pervenerit, nec ad eamdem carnaliter acceſſum habuerit; diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi puella commonita, ut donec compleat idem puer annum decimum quartum, exſpectet, non duxerit exſpectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt, accipiendi alium virum liberam tribuas facultatem.

Mutuo conſenſu ideo dixi, quia ſi per violentiam invita puella cognoſceretur, non videretur per hoc ſibi fieri præjudicium, ut in illa Decret. *Continebatur*, & cauſſa 32. q. 5. c. *Propoſito*, & c. *Ad Deum*.

Auguſt. De Civit. Dei, lib. 1. c. 18.

„ PRopoſito animi permanente, per quod etiam corpus ſanctificari meruit; nec ipſi corpori non aufert ſanctitatem violentia libidinis alienæ, quam ſervat perſeverantia ſuæ continentiæ. An vero, ſi aliqua femina mente corrupta, violatoque propoſito, quod Deo voverat, pergat vitianda ad ſuum deceptorē, adhuc eam pergentem ſanctam, vel corpore dicimus ea ſanctitate animi, per quam corpus ſanctificabatur, amiſſa atque deſtructa? Abſit hic error; & hinc potius admoneamur, ita non amitti corporis ſanctitatem, manente animi ſanctitate, etiam corpore oppreſſo, ſicut amittitur corporis ſanctitas, violata animi ſanctitate. *Idem c. 19.*

„ Lucretiam certe matronam nobilem, veteremque Romanam pudicitiæ magis efferunt laudibus. Hujus corpore cum violenter oppreſſo Tarquinii regis filius libidinoſe potitus eſſet; illa ſcelus improbiſſimi juvenis marito Collatino, & propinquo Bruto viris clariſſimis, & fortiſſimis indicavit, eoſque ad vindictam conſtrinxit: deinde fœdi in ſe commiſſi ſceleris ægra, atque impatiens ſe peremit. Quid dicemus? adultera hæc, an caſta dicenda eſt? Quis in hac controverſia judex laborandum putaverit? Egregie quidam ex hoc, & veraciter declamans ait: *Mirabile dictu: duo fuerunt, & adulterium unus admiſit*. Splendidiſſime, atque veriſſime; intuens enim in duorum corporum commixtione unius inquinatiſſimam cupiditatem, alterius caſtiſſimam voluntatem, & non quid conjunctione corporum, ſed quid animorum diverſitate gereretur, attendens: *Duo*, inquit, *fuerunt*, & *unus adulterium commiſit*.

Auguſt. Victorian. Ep. 122.

„ AD Deum ingemiſcentibus omnino ſuis aderit, qui ſuis adeſſe conſuevit; & aut nihil in earum caſtiſſimis membris libidini hoſtili perpetrari permittet, aut ſi permittit, cum earum animus nulla conſenſionis turpitudine maculetur, etiam carnem ſuam defendit a crimine: & quidquid in ea nec commiſit, nec permiſit libido patientis, ſolius erit culpa facientis: omniſque illa violentia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere deputabitur: tantum enim valet in mente integritas caſtitatis, ut illa inviolata, nec in corpore poſſit pudicitia violari, cujus membra potuerint ſuperari.

Videtur autem, quod non debent diſtare a pubertate ultra ſex menſes, licet alia concurrant, quæ ſupra dixi. Arg. extr. de deſponſ. impub. c. *Continebatur*, & c. *Tuæ*, ff. de excuſ. tut. *Non tantum*., in princ. Hoc dicunt pleique doctores ſim- *v. ſupra.*

ſimpliciter, & ego credo verum, niſi eſſent de communi conſenſu carnaliter copulati: tunc enim credo tutius pro matrimonio judicandum, etiamſi ultra ſex menſes a legitima ætate diſtarent. Extr. de deſponſ. impub. c. *A nobis*, & c.
v. ſupra. *De illis*.

---

§. III.

Quis ſit effectus ſponſalium.

SUbſequenter videndum eſt, quis ſit effectus ſponſalium. Ad quod nota, quod ſponſalia quandoque contrahuntur ſub conditione, quandoque pure; de hoc autem quid tenendum ſit, require infra de Impedimento conditionis, *§. Circa conditiones*.

In ſumma vero non eſt prætermittendum, quod licet ſponſalia poſſint contrahi ſub conditione promiſſæ pecuniæ, ut dictum eſt; non tamen in modum pœnæ pecunia promitti poteſt; & ſi promiſſa fuerit, non tenet promiſſio pœnæ, nec poterit peti; ut ſi ita dicatur: *Dabo tibi centum Marchas*. Quoniam adjectio pœnæ non valet, quum libera debeant eſſe conjugia. Extr. de ſponſal. cap. *Requiſivit*, & cap. *Gemma*.

LUCIUS III. *Rapolenſi Epiſcop.* „ REquiſivit a nobis tua fraternitas, qua „ cenſura mulier compelli debeat, quæ „ jurisjurandi religione neglecta nubere renuit, „ cui ſe nupturam interpoſito juramento fir„ mavit (& infra) Ad quod bene responde„ mus, quod cum libera debeant eſſe matri„ monia, monenda eſt potius, quam cogenda, „ cum conditiones difficiles ſoleant exitus fre„ quenter habere.

GREG. IX. „ GEmma mulier nobis expoſuit, quod cum „ T. filia ejus cum C. contraxit matrimo„ nium, B. de Alſerin ea occaſione, quod inter „ P. filium ſuum, & prædictam puellam intra „ ſeptennium conſtitutos, ſponſalia contracta „ fuerunt, pœnam ſolvendam a parte, quæ con„ traveniret in ſtipulatione appoſitam, ab ipſa „ nititur extorquere. Cum itaque libera matri„ monia eſſe debeant, & ideo talis ſtipulatio, „ propter pœnæ interpoſitionem ſit merito im„ probanda; mandamus, quatenus, ſi eſt ita, „ eundem B. ut ab extorſione prædictæ pœnæ „ deſiſtat, Eccleſiaſtica cenſura compellas.

Si vero pure contrahuntur ſponſalia, aut ſunt ambo majores, ſcilicet adulti, aut ambo minores, infra duodecimum, vel quattuordecimum annum, & ſupra ſeptennium: aut unus major, & alter minor, ita tamen quod ſponſalia tenuerunt: quoniam ſi non tenuerunt, quia non erant ſeptem annorum, poſſunt petere abſolutionem ante tempus pubertatis. Extr. de deſponſ.
v. pag. 463 imp. c. *Acceſſit*. Si ſunt ambo majores, & intervenerunt juramenta, & poſtmodum alter vult reſilire: omiſſis multis, & variis opinionibus, quæ ſuper hoc ſcriptæ ſunt; credo, ſalvo meliori judicio, quod ſi probabiliter poteſt præſumi, quod per excommunicationis ſententiam inducetur ad juramentum ſervandum, vel forte timetur guerra, aut grave ſcandalum, niſi juramentum ſervetur: & ſi contraxerit etiam coacta, non timetur veriſimiliter uxoricidium, vel ſimile periculum, debet ad hoc Eccleſiaſtica cenſura compelli; aliter non eſſet medicinalis excommunicatio, ſed mortalis, quod eſſe non debet. Cauſſa 2. quæſt. 1. cap. *Multi*. *Sive enim plectendo, ſive ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur*. Cauſſa 23. q. *v. pag. 399*
5. c. *Prodeſt*. Et ita poteſt intelligi, extr. de ſponſ. *v. pag. 197*
c. *Ex litteris* 2. & de deſponſ. impub. c. *Ubi non eſt conſenſus*.

„ EX litteris Silvani Epiſcopi accepimus, ALEX. III. *Pictavien. Epiſc.*
„ quod cum duo nobiles viri ſui Epiſcopa„ tus, G. ſcilicet de Monſtra, & B. filios, & „ filias impubeſcentes haberent, inter ſe con„ venerunt, quod eos ad invicem matrimo„ niis copularent: & hoc tam patres, quam fi„ lii ſub juramento ſe promiſere facturos: inter „ quos, ſi quidem G. filiam alterius conſentien„ te patre, ſe ſemel, & iterum juravit ducere „ in uxorem: quo volente ad alia vota migrare, „ eum Epiſcopus compellare voluit, ut quod „ juraverat, adimpleret (& infra) Quia igitur „ prædicto G. periculoſum eſt contra ſuum ju„ ramentum venire; fraternitati tuæ manda„ mus, quatenus, ſi hoc tibi conſtiterit, eum mo„ neas: & ſi non acquieverit monitis, Eccleſia„ ſtica cenſura compellas, ut ipſam (niſi ra„ tionabilis cauſſa obſtiterit) in uxorem reci„ piat, & maritali affectione pertractet.

„ UBi non eſt conſenſus (& infra) diſtri- NICOLAUS *Papa*
„ ctius inhibemus, ne aliqui, quorum u„ terque, vel alter ad ætatem legibus, vel Ca„ nonibus determinatam non pervenerit, con„ jungantur: niſi forte aliqua urgentiſſima ne„ ceſſitate interveniente, utpote pro bono pa„ cis talis conjunctio toleretur.

Alioquin, quum coactiones frequenter ſoleant difficiles exitus, maxime in matrimoniis, habere, puella volens reſilire monenda eſt potius, quam cogenda. Extr. de ſponſal. c. *Requiſivit*, *v. ſupra.*
& c. *Cum locum*, extr. de ſponſ. duorum, cap. ult. ſeu, *Tuas dudum*. *v. pag. 460*

Et ita eſt caſus, in quo exſiſtens in peccato mortali, non cogitur ad pœnitentiam, propter periculum, quod timetur.

Item ſi talis excommunicetur, & poſtea contrahat cum alia per verba de præſenti, injungetur ei pœnitentia de fide mentita, & contumacia, & abſolvetur, licet non ſatisfaciat ſuper eo, pro quo fuit excommunicatus; quod eſt, quia non poteſt ſatisfacere: ſoluta ſunt enim ſponſalia propter fortius vinculum matrimonii ſuperveniens. Extr. de ſponſalib. c. *De illis*. *v. pag. 461*

In aliis duobus caſibus ille, qui major eſt, vel qui prius pervenit ad ætatem adultam, tenetur exſpectare minorem, donec perveniat ad ætatem legitimam ad matrimonium contrahendum; & tunc ſi ille, qui minor erat tempore illo, quo fuerunt contracta ſponſalia, vel ambo, ſi ambo erant minores, reclamaverint, vel conſentire noluerint, judicio Eccleſiæ poterunt adinvicem ſeparari. Extr. de deſp. impub. c. *De illis* 1. & c. *A nobis*. *v. pag. 64.*

Quidam tamen illas Decretales aliter intelligunt; ſed quod dixi, verius videtur, & ipſa littera declarat hoc manifeſte.

NOn diſtinguit hic Magiſter, utrum ſponſalia fuerint juramento, vel fide firmata, necne; unde videtur ſentire idem eſſe dicendum in utroque caſu. *Poſtillat.*

Sed numquid peccat, qui altero invito reſilit poſt fidem interpoſitam, vel juramentum?

Reſp. Hugo. notavit, quod talis peccat mortaliter, & compellendus eſt conſummare matrimonium. compelli autem non debet ex toto, ſed per admonitionem,

Digitized by Google

nem, vel increpationem, vel per comminationem judicii divini; ſi tamen perſiſtunt in tali voluntate, abſolvendi ſunt: & idem dicis de pubere, qui contrahit cum impubere, cum alter illorum, vel uterque vult reſilire a ſponſalibus: poſtquam impubes pervenit ad ætatem, dicit Hugot. quod uterque peccat reſiliendo. Sed major magis, quam minor: utrique tamen conceditur ab Eccleſia reſilire; quia non compellitur conſummare matrimonium. Finaliter, & ex toto poteſt dici, quod in hoc caſu, quem ponit hic magiſter, neuter peccat reſiliendo, ſive juramentum intervenerit, ſive non; quia præſumitur juraſſe de contrahendo ſub conditione, niſi videlicet diſſentiant, & reſiliant, cum pervenerint ad legitimam ætatem; cum hoc concedatur eis a jure.

Sed numquid qui factus jam pubes, ſive major contraxit ſponſalia, vel matrimonium cum impubere, poterit reſilire, quum ille, qui minor fuerat, ad ætatem perveniens legitimam, vult matrimonium conſummare?

Dicas quod non; quia ex quo ſemel conſenſit in illud, non poterit amplius diſſentire.
v. pag. 64. Extra, de deſponſ. impub. cap. *De illis* 1.

Non tamen intelligas, quod teneat matrimonium, quum claudicare non poſſit, & conſenſus non concurrerint; ſed eſt obligatus ex ſua promiſſione contrahere.

---

§. IV.

An ſponſalia poſſint diſſolvi? & octo caſus diſſolutionis expenduntur.

Ultimo videndum eſt, utrum ſponſalia poſſint diſſolvi. Ad quod nota, quod ſponſalia ſemel contracta ſemper tenent, & ligant, ita quod ſi contrahat ſponſus ſponſalia poſtmodum cum alia, compellendus eſt redire ad primam, & econverſo. Extra de ſponſal. cap. *Sicut ex litteris.*

Innoc. III. Ferrarien. Episc. ,, Sicut ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, cum Lau. parochianus tuus P. mulierem ſe ducturum in conjugem, in manus patris ejuſdem P. jurantis, quod eam ſibi traderet in uxorem, proprio firmaverit juramento, nec per virum ſteterit, ſed per mulierem potius, quo minus inter eos matrimonialis ſolemnitas ſit ſecuta; quattuor poſtmodum, vel quinque annis elapſis, idem L. E. mulierem per verba de præſenti (ut ejus conſanguinei aſſerunt) deſponſavit (& infra) Poſtulationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi tibi conſtiterit, quod idem L. P. per verba de futuro, E. vero deſponſaverit per verba de præſenti, impoſita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit (niſi forſan in juramento ſuo certum terminum, intra quem dictam P. duceret in uxorem, præfixit, nec per eum ſtetit, quin ad ſtatutum terminum matrimonium conſummaverit) matrimonium ſecundo loco contractum legitimum judices, & ad illud ſervandum compellas eumdem. Quod ſi forte per verba de futuro ſponſalia cum utraque contraxit, juramentum primum, ſicut licite factum eſt, ipſum ſervare compellas, de ſecundo ei pœnitentiam injuncturus. Quod ſi de his non conſtat ad plenum, tamdiu adhuc cognoſcas de cauſſa, donec ſuper his ſufficienter inſtruaris.

Fallit hoc in caſibus, in quibus ſolvuntur ſponſalia. Primus eſt, ſi alter ſponſorum tranſeat ad religionem, quod poteſt facere, etiam altero invito, ante carnalem copulam; & ille, qui remanet in ſæculo abſolvitur a vinculo ſponſalium, etiamſi fuerint ſponſalia de præſenti. Extr. de converſ. conjug. c. *Verum*, & c. *Ex publico*. *v. pag. 56.*

Secundus eſt, quando ſponſus non invenitur, & transfert ſe ad aliam regionem, recepta tamen de perjurio, vel promiſſione non ſervata, pœnitentia, ſi per eum ſteterit, quo minus matrimonium fuerit conſummatum. Extra, de ſponſal. c. *De illis autem*. *v. pag. 461*

Tertius, ſi alter ſponſorum poſt contracta ſponſalia incurrit lepram, vel paralyſim, aut oculos, aut naſum amiſit, ſeu quidquid ei turpius evenit. Extra, de conjug. leproſ. cap. *Litteras*, & de jurejur. cap. *Quemadmodum*. *v. pag. 87.*

,, Litteras (& infra) Quia poſtulaſti, utrum ſi poſt ſponſalia de futuro inter legitimas perſonas contracta, antequam a viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad conſummandam copulam maritalem compelli debeat? Reſpondemus, quod ad eam accipiendam cogi non debet, cum nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum. *Urbanus III. Episcopo Florent.*

Quartus, ſi superveniat affinitas, puta quia ſponſus cognovit conſanguineam ſponſæ, vel econverſo. Cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Si quis ſponſam filii.*

,, Si quis ſponſam filii ſui oppreſſerit, & poſtea filius ejus eam duxerit, pater poſtmodum non habeat uxorem, nec mulier virum; filius, qui patris facinus ignoravit, aliam accipiat (Si illa, quam vir ſororis ſuæ cognoverit, perpetuo copulari prohibetur; hic vero, qui ſponſam fratris ſui corruperat, peracta pœnitentia matrimonium contrahere permittitur; apparet hanc non fuiſſe conjugem fratris ejus.) *Ex Conc. Tiburien.* *Gratian.*

Et ad hoc ſufficit probare ſolam famam. Extra, de conſang. & affin. cap. *Super eo.*

,, Super eo, quod juvenem aſſeris puellam quamdam nondum nubilem fide interpoſita deſponſaſſe, quæ jam facta nubilis eum repetit, & ille excipit, dicens, ſe non debere eam ducere, pro eo quod, poſtquam puellam affidavit eamdem, carnaliter propinquam ipſius cognovit; inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi manifeſtum eſt, juvenem cognoviſſe propinquam prædictæ puellæ, vel ſi non eſt manifeſtum, fama tamen loci hoc habet, cum eſſet ſponſa tantummodo de futuro, idem ab ejus impetitione debet abſolvi. *Urbanus III. Burdigal. Archiepiſ.*

Quintus, ſi mutuo ſe abſolverint. Extr. de ſponſal. c. *Præterea*. Quidam tamen iſtum caſum non recipiunt, & dicunt, quod illa non eſt Decretalis, vel de promiſſione comparativa intelligitur. *v. pag. 95.*

Sextus eſt, ſi alter eorum fuerit fornicatus. Extr. de jurejur. c. *Quemadmodum*. *v. pag. 89.*

Septimus eſt, quando ſponſa de futuro cum alio, vel quum ſponſus cum alia contrahit per verba de præſenti, vel per verba de futuro, & ſequitur carnalis copula: tunc ſolvuntur prima ſponſalia propter majus vinculum ſuperveniens; ſed debet agere pœnitentiam de fide, vel promiſſione mentita. Extr. de ſponſal. c. *Si inter virum*, *v. pag. 469*

rum, & de ſponſ. duorum, c. 1. ſeu *Duobus*.

Sed quid, ſi cum prima contraxit ſponſalia de futuro ſimpliciter, cum ſecunda ſponſalia ſimiliter de futuro, ſed interpoſito juramento?

Credo, quod debet redire ad primam, & agere pœnitentiam de perjurio, quod commiſit jurando illicitum: juramentum enim non poteſt eſſe vinculum iniquitatis. Extra, de jurejur. cap. *Quanto*, & de ſponſal. cap. *Sicut ex litteris*, & cauſſa 22. quæſt. 4. cap. *In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi vota muta decretum.*

v. ſupra.

Innoc. III Illuſtri Regi Aragoniæ.

„ QUanto perſonam tuam (& infra) Quidam conſiliarii tui (immo potius deceptores) tuum animum induxerunt, ut jurares irrequiſito aſſenſu populi uſque ad certum tempus, patris tui conſervare monetam, quæ tamen circa mortem ejus fuerat legitimo pondere defraudata. Cum autem adeo ſit diminuta, & minoris valoris effecta, quod grave propter hoc ſcandalum in populo generatur, tu, quod egeras, indiſcrete cupiens revocare, ac neceſſitati populi ſatisfacere, ab obſervatione juramenti prædicti poſtulaſti ſuppliciter a nobis abſolvi. Super quo diligens indagator poſuiſſes facile intueri, quod non tam erat abſolutio neceſſaria, quam interpretatio requirenda: quoniam cum juramentum feciſti, monetam aut falſam, aut legitimam eſſe credebas: ſi falſam, juramentum fuiſſet illicitum, & nullatenus obſervandum, & pro eo eſſet tibi pœnitentia injungenda; cum juramentum, non ut eſſet vinculum iniquitatis, fuerit inſtitutum: ſi vero legitimam eſſe credebas, juramentum licitum fuit, & uſquequaque ſervandum. Et ut irreprehenſibiliter obſervetur, conſulimus, & mandamus, ut reprobata moneta, quæ a legitimo pondere fuerat defraudata, alia ſub nomine patris tui munera cudatur, quam ad legitimum pondus reducas ſecundum eum ſtatum, quem tempore patris tui habuit meliorem, ita quod antiqua moneta, quæ ab illo ſtatu falſata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & diſpendium vitari poterit, & juramentum ſervari. Veruntamen, ſi monetam ipſam in præſtatione juramenti credebas a legitimo pondere diminutam, & tua ſuper hoc conſcientia te remordeat; tuum humiliter confitere peccatum, & ſatisfactionem injunctam tibi pro illicito juramento ſtudeas adimplere.

Octavus caſus eſt, quando minor venit ad ætatem adultam, & petit abſolvi a vinculo ſponſalium, & dari ſibi licentiam nubendi alii. Extra, de deſp. imp. c. *De illis* 1. & *A nobis*.

v. pag. 64. & ſupra.

Et nota, quod omnes iſti caſus, præter primum, ſcilicet, quando vult tranſire ad religionem, intelligendi ſunt tantum de ſponſalibus de futuro: quoniam tunc vere & pure dicuntur ſponſalia. Item in duobus caſibus prædictis ipſo jure ſolvuntur ſponſalia, ſcilicet, quando intrat alter religionem, & quando contrahit matrimonium cum altero, vel altera: in ceteris vero caſibus ſolvenda ſunt per judicium Eccleſiæ.

Editor.

NOta, Sancti Raymundi ætate, clandeſtina matrimonia, etſi illicita, valida tamen fuiſſe; ea propter non aliud in matrimonio contrahendo, præter liberum utriuſque partis conſenſum, ceteris etiam prætermiſſis, petitum fuiſſe docendit S. Magiſter tum ſacris tunc vigentibus Canonibus; ſed creſcentibus vitiis, quæ e ſecretis oriebantur fœderibus, ſuccedente tempore nonnullas in legitimo conjugio contrahendo apponere conditiones neceſſum fuit, quarum omiſſione matrimonia irrita eſſe, declarant Concil. Later. 4. & Concil. Trid. Sicque multas ea in re caſus a S. Magiſtro propoſitos, ac reſolutos in conſequentiam trahi non poſſe, conſtat, decreto præſertim S. Concil. Trid. de reform. matrimonii; quod hic edendum exiſtimavimus, ut iis conditionibus, ad diſciplinam utpote ſpectantibus, a Sacra Synodo præſcriptis, velut ob oculos exhibitis, quæ valida, quæve licita nunc habentur matrimonia, extemplo videat lector candidatus.

S. CONCILII TRIDENTINI

DECRETUM.

De reformatione Matrimonii.

„ TAmetſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea irrita non fecit: & proinde jure damnandi ſint illi, ut eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant; quique falſo affirmant matrimonia a filiis familias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe; nihilominus ſancta Dei Eccleſia ex juſtiſſimis cauſſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit. Verum cum ſancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodeſſe; & gravia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis conjugiis ortum habent; præſertim vero eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum, priora uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt: cui malo cum ab Eccleſia, quæ de occultis non judicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur; ideirco ſacri Lateranenſis Concilii ſub Innocentio III. celebrati veſtigiis inhærendo, præcipit, ut in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho, tribus continuis diebus feſtivis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Eccleſiæ procedatur; ubi Parochus, viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*: vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuſcujuſque provinciæ ritum. Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat; vel ſaltem Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur; deinde ante illius conſummationem denunciationes in Eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius de-

„ tegan-

„ tegantur, niſi ordinarius ipſe expedire judica-
„ verit, ut prædictæ denunciationes remittan-
„ tur: quod illius prudentiæ, & judicio ſancta
„ Synodus relinquit. Qui aliter, quam præſen-
„ te Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Paro-
„ chi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel
„ tribus teſtibus matrimonium contrahere at-
„ tentabunt, eos S. Synodus ad ſic contrahen-
„ dum omnino inhabiles reddit: & hujuſmodi
„ contractus irritos, & nullos eſſe decernit,
„ prout eos præſenti decreto irritos facit, &
„ annullat. Inſuper Parochum, vel alium Sa-
„ cerdotem, qui cum minore teſtium numero,
„ & teſtes, qui ſine Parocho, vel Sacerdote
„ hujuſmodi contractui interfuerint; nec non
„ ipſos contrahentes graviter arbitrio Ordina-
„ rii puniri præcipit. Præterea eadem ſancta
„ Synodus hortatur, ut conjuges ante benedi-
„ ctionem Sacerdotalem, in templo ſuſcipien-
„ dam, in eadem domo non cohabitent; ſta-
„ tuitque benedictionem a proprio Parocho fie-
„ ri, neque a quoquam, niſi ab ipſo Parocho,
„ vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam be-
„ nedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi
„ poſſe, quacumque conſuetudine, etiam im-
„ memorabili, quæ potius corruptela dicen-
„ da eſt, vel Privilegio non obſtante. Quod
„ ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſive
„ Regularis, ſive ſæcularis ſit, etiamſi id ſibi
„ ex privilegio, vel immemorabili conſuetudi-
„ ne licere contendat, alterius Parochiæ ſpon-
„ ſos ſine illorum Parochi licentia, matrimo-
„ nio conjungere, aut benedicere auſus fuerit,
„ ipſo jure tamdiu ſuſpenſus maneat, quam-
„ diu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimo-
„ nio intereſſe debebat, ſeu a quo benedictio
„ ſuſcipienda erat, abſolvatur. Habeat Paro-
„ chus librum, in quo conjugum, & teſtium
„ nomina, diemque, & locum contracti matri-
„ monii deſcribat; quem diligenter apud ſe cu-
„ ſtodiat. Poſtremo ſancta Synodus conjuges
„ hortatur, ut antequam contrahant, vel ſal-
„ tem triduo ante matrimonii conſummatio-
„ nem, ſua peccata diligenter confiteantur, &
„ ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pie
„ accedant. Si quæ provinciæ aliis, ultra præ-
„ dictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cære-
„ moniis hac in re utuntur, eas omnino reti-
„ neri ſancta Synodus vehementer optat. Ne
„ vero hæc tam ſalubria præcepta quemquam
„ lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut cum
„ primum potuerint, curent hoc decretum po-
„ pulo publicari, ac explicari in ſingulis ſua-
„ rum diœceſum Parochialibus Eccleſiis, idque
„ in primo anno quam ſæpiſſime fiat; deinde
„ vero quoties expedire viderint. Decernit in-
„ ſuper, ut hujuſmodi decretum in unaquaque
„ Parochia ſuum robur poſt triginta dies ha-
„ bere incipiat, a die primæ publicationis, in
„ eadem Parochia factæ, numerandos.

TITULUS II.

De Matrimonio.

POſtquam ſufficienter eſt tractatum de ſponſalibus, conſequenter de matrimonio eſt agendum: & primo videndum eſt, quid ſit matrimonium, & unde dicatur; qualiter contrahatur, & quando fuerit inſtitutum, & ubi, & quibus verbis; quæ cauſſa inſtitutionis; qui poſſint contrahere matrimonium; quis effectus matrimonii; quæ bona matrimonii; & qualiter excuſet a peccato; & quæ ipſum impediant.

---

§. I.

Quid ſit Matrimonium, & unde dicatur.

MAtrimonium eſt viri, & mulieris conjunctio individuam vitæ conſuetudinem retinens. Cauſſa 27. q. 2. §. 1. extr. de præſumt. c. *Illud*, inſtit. de patr. poteſtat. in princ.

„ (Hic primo videndum eſt, an conjugium *Gratian.*
„ ſit inter eos? Secundo, an poſſint invicem di-
„ ſcedere? Eos autem eſſe conjuges & ex diffi-
„ nitione conjugii, & auctoritate multorum fa-
„ cile probatur: ſunt enim nuptiæ, ſive matri-
„ monium, viri mulieriſque conjunctio indivi-
„ duam vitæ conſuetudinem retinens.)
„ ILlud quoque nobis innotuit, quod cum Alex. III.
„ quædam libera mulier per decem annos, *Genuenſ.*
„ & ultra cuidam ſervo ſcienter cohabitaverit, & *Archiep.*
„ ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum
„ aſſerit ſuum non eſſe maritum. Verum vir eam
„ vendicans in uxorem, oſtendit publicum in-
„ ſtrumentum, in quo ſeſe conjuges nominant,
„ & per quod ipſum ei donationem propter
„ nuptias feciſſe apparet. Mulier vero inſtru-
„ mentum illud aſſerens vitioſum, ut ſervo do-
„ minus fraudaretur, plures produxit teſtes,
„ quod ille ab amicis ejus ſæpe rogatus, ut eam
„ deſponſaret, nec deſponſaſſe, nec deſponſa-
„ turum ſe ipſam firmiter aſſerebat: vir autem
„ nonniſi prædicto inſtrumento, & quibuſdam
„ teſtibus, qui viderant eam annulos deferentē,
„ ipſam probavit uxorem; ſed mulier de more
„ illarum, quæ panes vendunt, ſe annulos de-
„ tuliſſe dicebat. Verum quia in hujuſmodi
„ dubietate, fama viciniæ magis debet attendi;
„ ſi fama loci habet, quod vir ipſam in lecto,
„ & in menſa, ſicut uxorem tenuerit (cum
„ matrimonium ſit maris & feminæ conjunctio,
„ individuam vitæ conſuetudinem retinens)
„ cogenda eſt mulier, ut eidem viro affectu
„ ſerviat conjugali, præſertim ſi præſcriptum
„ inſtrumentum ab eo conditum fuerit, qui
„ officium ſuum fideliter adimplavit.

Matrimonium eſt viri, & mulieris. Non dicit, *Virorum & mulieris*, nec, *Viri & mulierum*; quia nec unus vir plures uxores, nec una mulier plures viros ſimul habere poteſt. Require infra de diſpari cultu, §. *Quid, ſi infidelis.*

Conjunctio, ſcilicet animorum, & matrimonialis. Require infra eod. §. *Contrahitur.*

Individuum vitæ conſuetudinem retinens. Hoc eſt, quod neutar abſque conſenſu alterius poteſt continentiam profiteri, & orationi vacare, & quod inter eos, dum vivunt, vinculum permanet conjugale, ut neutri liceat ſe alteri copulare; & ut ad invicem alter alteri exhibeat, quod quiſque ſibi. Require infra eod. §. *Effectus.*

N*Ota: hæc definitio intelligitur de matrimonio conſummato per carnalem copulam, & de matrimonio fidelium; quia nec matrimonium infidelium, etiam conſummatum, nec matrimonium fidelium ante carnalem copulam eſt omnino indiſſolubile, cum poſ-*

poſſit ſeparari in certo caſu: ſi tamen exponatur, individuam vitæ conſuetudinem retinens, *id eſt, apta retinere; poteſt illa definitio intelligi de omni matrimonio de præſenti; & expone* retinens, *id eſt, retinendam exigens*.

Poteſt etiam aliter diffiniri. Matrimonium eſt maris, & feminæ conjunctio; conſortium communis vitæ, divini, & humani juris communicatio, ff. de ritu nupt. l. 1.

Sæpe denominatio ſequitur debiliorem partem.

Dicitur autem Matrimonium, quaſi *Matris munium*, id eſt, officium; quia dat mulieribus eſſe matres; vel ideo denominatur magis a matre, quam a patre, quoniam ejus officium plus apparet in matrimonio, quam officium viri.

---

§. II.

Qualiter contrahatur matrimonium?

COntrahitur autem matrimonium ſolo conſenſu, qui ſolus ſi defuerit, cetera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. Extr. de ſponſ. duor. cap. *Tuas*, cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Sufficiat*, & cap. *Conjuges verius*, & cap. *Conjux*. *v. pag. 460*

Nicolaus Papa

,, SUfficiat ſolus ſecundum leges conſenſus
,, eorum, de quorum conjunctionibus agi-
,, tur: qui conſenſus, ſi in nuptiis ſolus forte
,, defuerit, omnia cetera etiam cum ipſo coi-
,, tu celebrata fruſtrantur.

Isidorus Etymolog. l. 9. cap. 7.

,, COnjuges verius appellantur a prima de-
,, ſponſationis fide, quamvis adhuc igno-
,, retur inter eos conjugalis concubitus.

August. De bono conjugali.

,, COnjux vocatur a prima deſponſationis
,, fide, quam concubitu non agnoverat,
,, nec fuerat cogniturus, nec perierat, nec men-
,, dax manſerat conjugis appellatio, ubi nec
,, fuerat, nec futura erat carnalis ulla commix-
,, tio (& infra) Propter quod fidele conju-
,, gium ambo parentes Chriſti vocari merue-
,, runt, non ſolum illa mater; verum etiam
,, ille pater ejus, ſicut conjux matris ejus: u-
,, trumque mente, non carne.

Ex quo enim vir conſentit per verba de præſenti in mulierem maritali affectu, & mulier in virum, ſive verbis conſuetis, quum dicit: *Accipio te in meam*, & illa reſpondet: *Accipio te in meum*, vel ſic, *Volo te de cetero habere in uxorem*, & ille dicit: *Volo te habere in virum*, vel quibuſcumque aliis verbis, vel etiam ſignis exprimatur conſenſus; ſtatim eſt matrimonium. *Signis* ideo dico, quia mutus & ſurdus poſſunt contrahere matrimonium. Extr. de ſponſ. duor. c. *Tuas dudum*, extr. de ſponſal. c. *Si inter*, & c. *Cum apud*. *v. pag. 460*

Innoc. III Arelatenſ. Epiſcop.

,, CUm apud Sedem Apoſtolicam (& infra)
,, Sane conſuluiſti nos, utrum mutus & ſur-
,, dus alicui poſſint matrimonialiter copulari. Ad
,, quod taliter reſpondemus, quod cum prohibi-
,, torium ſit edictum de matrimonio contrahen-
,, do, ut quicumque non prohibetur, per con-
,, ſequentiam admittatur, & ſufficiat ad matri-
,, monium ſolus conſenſus illorum, de quorum
,, quarumque conjunctionibus agitur; videtur,
,, quod ſi talis velit contrahere, ſibi non poſſit,
,, vel debeat denegari. Cum quod verbis non
,, poteſt, ſignis valeat declarare.

Verumtamen, ſi loqui poſſunt contrahentes, neceſſaria ſunt verba quantum ad Eccleſiam mutuum conſenſum exprimentia. Extr. de ſponſ. c. *Tuæ fraternitati*.

Innoc. III Brixienſ. Epiſc.

,, TUæ fraternitati (& infra) Poſtulaſti,
,, utrum ex ſolis verbis, & ex quibus ma-
,, trimonium contrahatur. Nos igitur inquiſi-
,, tioni tuæ taliter reſpondemus, quod matri-
,, monium in veritate contrahitur per legiti-
,, mum viri & mulieris conſenſum; ſed neceſ-
,, ſaria ſunt quantum ad Eccleſiam verba con-
,, ſenſum exprimentia de præſenti. Nam ſur-
,, di, & muti poſſunt contrahere matrimonium
,, per conſenſum mutuum ſine verbis: & pueri
,, ante annos legitimos per verba ſola non con-
,, trahunt, cum intelligantur minime conſentire.

Quæri ſolet, utrum hoc intelligatur de conſenſu cohabitationis, aut de conſenſu carnalis copulæ.

Dicas, quod de neutro ſimpliciter: nam ſi de conſenſu cohabitationis intelligeretur, inter fratrem & ſororem, inter filium & matrem eſſet matrimonium; ſi de conſenſu carnalis copulæ, inter Mariam & Joſeph non fuiſſet matrimonium: propoſuerat enim Beata Virgo in virginitate permanere, niſi Deus aliter revelaret ei. Intelligitur ergo de conſenſu matrimoniali, ſeu conjugalis ſocietatis: quod patet ex primæ mulieris formatione, quam Dominus non formavit de capite viri, ne domina videretur, nec de pede, ne ancilla reputaretur; ſed de latere, ut collateralis, & ſocia haberetur: & hoc conſenſu, ſeu conjugali ſocietate oportet eos cohabitare, & individuam vitæ conſuetudinem obſervare. Require ſupra eod. *§. Matrimonium*, & cauſſa 27. q. 2. c. *Sufficiat*, *§. Cum ergo*. *v. ſupra.*

Gratian.

,, SUfficiat...... (Cum ergo inter iſtos con-
,, ſenſus interceſſerit, qui ſolus matrimo-
,, nium facit; patet hos conjuges fuiſſe. Sed
,, quæritur quis conſenſus faciat matrimonium,
,, an conſenſus cohabitationis, an carnalis co-
,, pulæ, an uterque. Si cohabitationis conſen-
,, ſus matrimonium facit, tunc frater cum ſo-
,, rore matrimonium contrahere poteſt: ſi car-
,, nalis copulæ, inter Mariam & Joſeph non fuit
,, conjugium. Voverat enim Maria ſe virginem
,, perſeveraturam; unde ait Angelo: *Quomodo*
,, *fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* id eſt,
,, me non cognituram propoſui: neque enim
,, quia tunc virum non cognoſcebat, neceſſe e-
,, rat inquiri, quomodo poſſet filium habere;
,, ſed quia numquam ſe cognituram propoſue-
,, rat. Si ergo contra ſuum propoſitum poſtea
,, conſenſit in carnalem copulam; rea facta eſt
,, voti virginalis mente, etſi non opere viola-
,, ti: quod de ea ſentire nefas eſt.)

Caſus.

Pone, quod aliquis deſponſat aliquam, non habens propoſitum contrahendi, ſed decipiendi, ut ſic poſſit ab ea copulam extorquere carnalem; numquid ſtabit hoc pro matrimonio?

In hoc caſu diverſi diverſa ſentiunt; mihi tamen videtur, ſalvo meliori judicio, quod ſi ille nõ propoſuit eam ducere in uxorem, nec umquam conſenſit in eam, non debet ex illo facto matrimonium judicari, quum in eo ſubſtantia conjugalis contractus non valeat inveniri. Quoniam ex altera parte dolus ſolummodo adfuit, & defuit omnino conſenſus, ſine quo cetera nequeunt fœdus efficere conjugale. Hæc reſponſio habetur expreſſe extr. de ſponſal. c. *Tua nos*.

Innoc. III

,, TUa nos duxit fraternitas conſulendos (&
,, infra) Conſequenter quæſiviſti, cum
,, quamdam mulierem quidam aliter induce-
,, re nequiviſſet, ut ſibi commiſceretur carna-

,, liter,

„ liter, niſi deſponſaſſet eamdem, nulla ſo„ lemnitate adhibita, vel alicujus præſentia, „ dicit illi: *Te Joannes deſponſat*, cum ipſe Jo„ annes non vocaretur, ſed finxit ſe vocari „ Joannem, non credens eſſe conjugium, eo „ quod ipſe non vocaretur hoc nomine, nec „ haberet propoſitum contrahendi, ſed copu„ lam tantum exſequendi carnalem; utrum in„ ter prædictos ſit matrimonium celebratum, „ cum mulier conſenſerit in eumdem, & ille „ diſſenſerit, & diſſentiat, nec aliud quidquam „ egerit, quam ſuperius eſt expreſſum, niſi „ quod cognovit eamdem? Super quo tibi „ reſpondemus, quod cum præfatus vir prædi„ ctam deſponſaverit mulierem in propria per„ ſona, & ſub nomine alieno, quo tunc vo„ cari ſe finxit, & inter eos ſit carnalis copu„ la ſubſecuta, videtur forte pro conjugio præ„ ſumendum, niſi tu nobis expreſſe ſcripſiſſes, „ quod ille nec propoſuit, nec conſenſit illam „ ducere in uxorem; quod qualiter tibi con„ ſtiterit non videmus. Nos autem, quid juris „ ſit reſcribentes, diximus, quod ſi res ita ſe „ habet, videlicet, quod ille eam non propo„ ſuit ducere in uxorem, nec umquam con„ ſenſit in prædictam perſonam, non debet ex „ illo facto conjugium judicari, cum in eo ſit „ nec ſubſtantia conjugalis contractus, nec „ forma contrahendi conjugium valeat inve„ niri: quoniam ex altera parte dolus ſolum„ modo adfuit, & defuit omnino conſenſus, „ ſine quo cetera nequeunt fœdus perficere „ conjugale.

Piſtillat. C*Landeſtinum dicitur matrimonium tribus modis. Uno modo, cum non habentur teſtes: ſupra cap. proximo. Secundo modo, cum non ſit cum ſolemnitate. Tertio modo, cum ſit contra tenorem hujus Conſtitutionis, non præmiſſa denunciatione.*

Numquid ſuper hoc debet eſſe idem judicium in foro pœnitentiali, & etiam in foro cauſſarum.

Reſp. Dicunt quidam, quod cum quis, poſt datum fidem de contrahendo cum aliqua, cognoſcit eam, refert utrum hoc faciat animo conſummandi matrimonium, utendo ea, ut jam ſua, ſicut conſummatur matrimonium; dum tamen & illa ſimilem intentionem habeat: & ſi tranſit ad alia vota, tenetur redire ad primam, tam ſecundum judicium fori pœnitentialis, quam fori cauſſarum: aut ea utatur intentione fornicaria, vel ut ſua in futuram, non ut ſua in præſenti; & tunc non eſt judicandum in foro pœnitentiali matrimonium eſſe conſummatum; & ſi tranſivit jam ad ſecunda vota per conſenſum de præſenti, non eſt conſulendum, quod revertatur ad primam, ſed quod remaneat cum ſecunda; quia primus contractus, qui non pervenit ad effectum matrimonii, non videtur poſſe irritare ſecundum. Arg. extr. de ſponſ. Veniens: *in foro autem cauſſarum judicabitur in hoc caſu, quod revertatur ad primam, cum qua præſumit Eccleſia matrimonium fuiſſet conſummatum: alii dicunt, quod licet non ſit verum, ſed tantum præſumtum matrimonium poſt fidem datam animo decipiendi: & carnalem copulam poſt ſecutam animo fornicandi, non animo conſummandi matrimonium; tamen hæc duo, ſcilicet fides data, & carnalis copula ſubſecuta inter legitimas perſonas ad contrahendum, ex Conſtitutione Eccleſiæ, impediunt, & dirimunt matrimonium poſtea contrahendum: & videtur hoc eſſe expreſſum hodie extr. de ſponſ. cap.* Is, qui fidem. *Ubi dicitur, quod nec verum, nec aliquod cenſetur matrimonium, quod de facto poſtmodum eſt contractum. Poteſt tamen Papa, vel Eccleſia ex multis cauſſis facere perſonas illegitimas ad contrahendum, ſicut patet in machinatione mortis viri, vel uxoris, quia non impedivit matrimonium inter David, & Berſabeam; quod tamen hodie impediret, & dirimeret matrimonium; & ſecundum hanc opinionem, idem eſt judicium in pœnitentiali foro, & cauſſali de illo, qui poſt fidem hujuſmodi, & carnalem copulam tranſivit ad ſecunda vota, ſcilicet quod nullum eſt matrimonium cum ſecunda, & debet reverti ad primam; quia dolus ſuus non debet ei patrocinari, licet ſecundum judicium fori Pœnitentialis, & ſecundum veritatem non fuit matrimonium cum prima verum, ſed tantum præſumtum. Hanc opinionem credo ſine præjudicio eſſe veriorem, & tenendam. Neque eſt contra, extr. de ſponſal. cap.* Veniens, *& cap.* Cum in Apoſtolica. *Quia primum matrimonium nullum erat, nec poterat eſſe, quia perſonæ illegitimæ erant ad contrahendum invicem; & ideo matrimonium illud de facto contractum non diſſolvit ſecundum matrimonium.*

Quid, ſi poſt hujuſmodi fidem, & carnalem copulam deceptoriam tranſeat deceptor, aut deceptus ad religionem; numquid admittendus eſt ad profeſſionem? aut ſi fuerit admiſſus, numquid tenebitur exire, cum ille, qui remanet in ſæculo, repetat taliter ingreſſum, aut profeſſum?

Reſp. Credo ſine præjudicio, quod hujuſmodi fides, & carnalis copula ſubſecuta deceptoria, ut dictum eſt, ſicut impedit & dirimit ſecundum matrimonium, ita & impedit ingreſſum religionis, & profeſſionem impedit faciendam, & ſolvit jam factam, eodem modo, quo verum matrimonium penitus occultum, & carnaliter conſummatum, talia impediret, & ſolveret; unde neutra perſonarum, quæ talia contraxerunt, ad religionem, reliqua vivente, tranſire poteſt, aut recipi ſcienter debet; niſi in his caſibus, in quibus poſt verum matrimonium, & carnaliter conſummatum, intrare, recipi, & remanere poſſet in Religione.

Iſte vero deceptor, ſi veram vult agere pœnitentiam, neceſſe habet illam ſine fictione ducere in uxorem, quantum in eo eſt, ſi poteſt; vel dare ei virum ſibi convenientem, vel aliter ſatisfacere ſibi, juxta teſtimonium veritatis, Matth. 6. *Si offers munus tuum ante altare, &c.*

H*Ic dicit magiſter ſecundum opinionem illorum, qui dicunt aliud eſſe judicium in foro cauſſarum, & aliud in foro pœnitentiali, quando poſt datam fidem ſequitur carnalis copula, affectu fornicario, non conjugali: vel loquitur ex hypotheſi, videlicet, ſi conſtiterit in foro cauſſarum de fraude, & animo deceptoris; de qua tamen ibi conſtare poſſe non credo, ut dictum eſt; quia etſi proteſtatus fuerit coram pluribus, quod omnia, quæ dicit, vel facit, non faciat animo contrahendi matrimonium; ſi tamen poſtea dicat mulieri,* Conſentio in te, *& de hoc conſtet judici, pro matrimonio judicabit: quia recurrendum eſt ad communem intelligentiam verborum, & quia interpretatio facienda eſt contra eum, qui dolum adhibet, & quia quamvis probes proteſtationem prædictam; tamen potuit poſtea recedere ab illa voluntate, & conſentire in illam: vel dic, quod ubi quis contrahendo matrimonium, vel ſponſalia animo decipiendi tantum, utitur verbis conſuetis, dicendo,* Accipiam, *vel* Accipio te in uxorem; *& ſequitur carnalis copula animo fornicandi, contra hujuſmodi præſumtum matrimonium, non admittitur probatio in contrarium; nec tenet ſecundum matrimonium, neque ſecundum judicium fori pœniten-* Poſtillat.

Digitized by Google

tentialis, & cauſſarum, ut dictum eſt ſupra: quando autem taliter contrahens non utitur conſueta forma verborum, ſed dicit: Joannes, vel, Petrus te deſponſat, *ſicut contigit in caſu illius Dec.* Tua nos; *tunc contra hujuſmodi præſumtum matrimonium, propter carnalem copulam ſubſecutam admitti poteſt probatio in contrarium, ad probandam fraudem, licet difficile ſit eam probare, qua probata, pronunciabitur, nullam fuiſſe matrimonium, & poterit tranſire ad alia vota: nec negatur in illo cap.* Tua nos, *quod fraude hujuſmodi conſtare non poſſit; ſed dicitur tantum: qualiter tibi conſtiterit, non videmus; non qualiter conſtare potuerit: & in hoc caſu poteſt tranſire ad alia vota, dicendo, quod deceptor hujuſmodi debet convenientem virum dare mulieri, quam decepit.*

§. III.

Quando fuerit inſtitutum Matrimonium, & ubi, & quibus verbis.

NUnc videndum, quando fuerit inſtitutum matrimonium, & ubi, & quibus verbis; & dicendum, eſt quod in Paradiſo, & ante peccatum. Cauſſa 32. q. 2. c. *Sicut non omnis*, *§. His ita reſpondetur.*

Hieron. ſup. Oſeā, lib. 1. ad c. 1. „ SIcut non omnis congregatio hæreticorum „ Chriſti Eccleſia dici poteſt, nec caput „ eorum Chriſtus eſt; ſic non omne matrimo„ nium, quo non viro ſuo ſecundum præcepta „ Chriſti uxor jungitur, rite conjugium appel„ lari poteſt, ſed magis adulterium.

Gratian. Geneſ. 2. „ § His ita reſpondetur: Prima inſtitutio „ conjugii in Paradiſo facta eſt, ut eſſet imma„ culatus thorus, & honorabiles nuptiæ: ex „ quibus ſine ardore concupiſcentiæ conciperent, ſine dolore parerent. Secunda propter „ illicitum motum eliminandum extra Paradi„ ſum facta eſt, ut infirmitas prona in ruinam „ turpitudinis, honeſtate exciperetur conjugii.

1. Cor. 7. „ Unde Apoſtolus ſcribens ad Corinthios ait: „ *Propter fornicationem unuſquiſque habeat ſuam* „ *uxorem, & unaquaque habeat virum ſuum.* Ex „ hac itaque cauſſa fit, ut conjugati ſe ſibi in„ vicem debeant, nec ſe ſibi negare poſſint;

Ibidem. „ unde Apoſtolus: *Nolite fraudare invicem, niſi* „ *forte ex conſenſu, & ad tempus, ut expeditius* „ *vacetis orationi: & iterum revertimini in idipſum,* „ *ne forte tentet vos Sathanas: hoc autem dico* „ *propter incontinentiam veſtram.* Qui ergo pro„ pter incontinentiam in naturalem redire u„ ſum monentur, patet, quod non propter fi„ liorum procreationem tantum miſceri juben„ tur; non tamen ideo nuptiæ malæ judican„ tur: quod enim præter intentionem gene-

Veniale, id eſt, dignum venia. „ randi fit, non eſt nuptiarum malum, ſed „ eſt veniale propter nuptiarum bonum, quod „ eſt tripartitum: fides videlicet, proles, & „ Sacramentum.

Quibus autem verbis fuerit inſtitutum matrimonium, quidam dicunt, quod illis: *Creſcite & multiplicate, & replete terram, &c.* Sed non credo eſſe verum: fuerunt enim potius verba illa benedictio nubentium; unde dicendum eſt, quod verbis Adæ ore Prophetico prolatis inſtitutum fuit primo ad officium naturæ, quum di-

Matth. 19. xit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: propter hanc, vel hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una;* ſicut legitur extr. de divort. cap. *Gaudemus*. Poſt peccatum vero & extra Paradiſum fuit inſtitutum ad remedium, ut carnis vitium cohiberetur. v. pag. 155

§. IV.

De cauſſis inſtitutionis Matrimonii.

CAuſſæ inſtitutionis matrimonii ſunt duæ principales, & multæ ſecundariæ. Principales cauſſæ ſunt ſuſceptio ſobolis educandæ ad cultum Dei, & vitatio fornicationis. Cauſſa 32. q. 2. *§. His ita.* Propter primam inſtituit Dominus matrimonium in Paradiſo, quum dixit: v. ſupra. *Creſcite, & multiplicate.* Secunda cauſſa eſt propter peccatum, unde Apoſtolus: *Propter fornicationem unuſquiſque uxorem ſuam habeat, & unaquaque virum ſuum.* Geneſ. 1. 1. Cor. 7. Secundariæ ſunt multæ; pacis reformatio, pulchritudo uxoris, divitiæ, & ſimilia.

Sed numquid tenet matrimonium contractum propter cauſſas hujuſmodi inhoneſtas, videlicet pulchritudinem, vel divitias?

Dicas, quod tenet: licet enim cauſſa movens ſit turpis, vel inhoneſta; tamen, ex quo intendunt contrahere matrimonium, & conſentiunt in hoc per verba de præſenti, ſufficit. Cauſſa 32. q. 2. c. *Solet quæri.*

„ SOlet quæri: cum maſculus, & femina, Auguſt. Lib. de bono conjug. c. 5. „ nec ille maritus, nec illa uxor alterius, „ ſibimet non filiorum procreandorum cauſſa, „ ſed pro incontinentia, ſolius concubitus cauſſa „ copulantur; ea fide media, ut nec ille cum „ altera id faciat, nec illa cum altero; utrum „ nuptiæ ſint vocandæ? Et poteſt quidem forſan „ taſſe, non abſurde hoc appellari connubium, „ ſi uſque ad mortem alicujus eorum id inter „ eos placuerit, & prolis generationem, quamvis „ vis non ea cauſſa conjuncti ſint; non tamen „ vitaverint, ut vel nolint ſibi naſci filios, „ vel opere aliquo malo agant, ne naſcantur. „ Ceterum, ſi vel utrumque, vel unum horum „ deſit, non invenio quemadmodum has nu„ ptias appellare poſſimus: etenim ſi aliquam „ ſibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam „ dignam vel honoribus, vel ſuis facultatibus „ inveniat, quam in conjugium ducat, animo „ ipſo adulter eſt, nec cum illa, quam cupit „ invenire, ſed cum iſta, cum qua ſic cubat, „ ut cum ea non habeat maritale conſortium.

Patet etiam ex eo, quod ſicut legitur in Geneſ. 29. *Videns Jacob, quod Rachel eſſet decoræ faciei, & venuſto aſpectu, eam diligens, ait ad Laban: Septem annis ſerviam tibi pro Rachel:* & in Deut. 21. *Si videris mulierem pulchram in medio captivorum, & adamaveris eam, volueriſque uxorem habere, introduces eam in domum tuam.* Vita enim mala, vel intentio alicujus perverſa non contaminat conjugii Sacramentum.

§. V.

§. V.

Qui poſſunt contrahere Matrimonium.

POteſt contrahere matrimonium omnis homo, qui conſentire poteſt in conjugalem affectum, & carnis copulam, niſi expreſſe prohibeatur. Hoc ideo dixi, ſcilicet: *Qui conſentire poteſt*, quoniam puer licet infra legitimam ætatem conſtitutus, hoc eſt, infra quattuordecimum annum, vel infra duodecimum, puellam ducat aptam ad matrimonium contrahendum; tamen quia conſentire non poteſt, nullum eſt matrimonium. Extr. de ſponſal. cap.
v. pag. 470 *Tuæ fraternitati*.

Et ille, qui caret utroque teſticulo, conſentire non poteſt. Extr. de frigid. & malef. cap. *Quod ſedem*.

Alex. III Ambianenſ Epiſcopo. ,, QUuod Sedem Apoſtolicam conſuluiſti ſuper his, quæ tibi dubia exſiſtunt, gratum gerimus, & acceptum, & tua exinda fraternitas noo parum commendata videtur. Ex tua ſiquidem parte nobis eſt intimatum, quod quædam mulier tui Epiſcopatus cuidam viro nupſerit, aſſerens quod ob utriuſque inguinis rupturam genitalia ejus abſciſſa fuiſſent, nec dum ab eo congnita fuiſſet; qui utique factus leproſus ſe pariter, & ſua domui reddidit infirmorum. Muliar vero ad domum patris reverſa, ſicut aſſeris, juvenis, alii viro nubere deſiderat, & conjugali affectu conjungi. Unda licet Romana Eccleſia non conſueverit propter talem infirmitatem, vel propter alia maleficia legitime conjunctos dividere; ſi tamen conſuetudo generalis Gallicanæ Eccleſiæ habet, ut hujuſmodi matrimonium diſſolvatur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundum eamdem conſuetudinem eidem mulieri, cui volueris, nubendi in Domino conceſſeris facultatem. Sicut enim puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio; ſic qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

Similiter ſi furioſus, & inſanus dicat illa verba, noo contrahit, quia animo conſentire non poteſt. Cauſſa 32. q. 7. c. *Neque furioſus*.

…ANUS Papa. ,, NEque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt: ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur.

Et hoc verum eſt, quamdiu eſt in furore conſtitutus, quoniam ſi habet dilucida intervalla, & aliquando redit ad ſanam mentem; & nubere poteſt, & teſtari, & omnia, quæ alii poſſunt. Et eſt arg. cauſſa 3. q. 9. cap. *Indicas*
…pag. 370 *Hermannum*, cauſſa 7. q. 1. c. *Quamvis ſit triſte*, & C. de codicil. *Nec codicillos*.

Gregor. … regiſt. lib. 11. ad Eleuthe… …um Epiſ. Epiſt. 7. ,, QUamvis triſte nobis ſit valde, quod loquimur, atque fraterna nos compaſſio flere potius urgeat, quam aliquid de auditis diffinire permittat: ſuſcepti tamen ſollicitudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos Eccleſiis cura proſpicere, & ne qua earum poſſit utilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, diſponere. Pervenit igitur ad nos quibuſdam referentibus, quemdam Epiſcopum, ita paſſionem capitis incurriſſe, ut quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente Paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Eccleſiæ ipſius utilitates depereant; cauta nos neceſſe eſt proviſione tractare: & ideo quia viventem Epiſcopum ab officio ſuo neceſſitatis infirmitatis, non crimen abducit, alium loco ejus (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari: ſed ſi intervalla ægritudinis habere eſt ſolitus; ipſe data petitione non ſe ulterius ad hoc miniſterium intellectum habere, nec ad alia officia ſubvertente infirmitate poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum. Quo facto omnium ſolemniter electione, alter, qui dignus fuerit, Epiſcopus ordinetur: ſic tamen, ut quouſque eumdem Epiſcopum in hoc ſæculo vita tenuerit, ſumtus ei debiti de eadem Eccleſia miniſtrentur. Enim vero ſi nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium, perſona fidelis, ac probabilis vitæ eſt eligenda, quæ ad regimen Eccleſiæ idonea poſſit exſiſtere, atque de animarum utilitate cogitare, inquietos ſub diſciplinæ vinculo reſtringere, Eccleſiaſticarum rerum curam gerere; & maturum, atque efficacem ſe in omnibus exhibere; qui etiamſi Epiſcopo, qui nunc ægrotat, ſuperſtes exſtiterit, loco ejus debeat conſecrari.

Quod vero ſupra dictum eſt, *Niſi expreſſe prohibeatur*, ideo additum eſt, quoniam edictum de matrimonio contrahendo eſt prohibitorium, id eſt, omnis, qui non prohibetur, admittitur, & contrahere poteſt. Extr. de ſponſal. c. *Cum* *v. ſupra.*
apud Sedem. Prohibentur enim aliqui propter votum, propter ordinem, & propter alia impedimenta, de quibus infra dicetur.

Sed numquid inter abſentes per procuratores poteſt contrahi matrimonium?

Dico quod poteſt. Cauſſa 32. q. 2. c. *Non o-* *v. pag. 463*
mnis, *§. Cum ergo*.

Quid, ſi aliquis conſentit in abſentem per verba de præſenti, deinde mittit procuratorem ad illam, & antequam illa ſimiliter conſentiat, ipſe diſſentit; poſt vero illa conſentit, credens illum in primo conſenſu perdurare? *Sed melius in c. ſeq. c. fin. Honorius.*

Solutio. Credo, ſalvo meliori judicio, quod ſi iſte revocavit mandatum, & revocatio pervenit ad procuratorem, re integra, id eſt, antequam mulier conſentiret, nihil actum eſt. Arg.
extr. de procur. c. *In noſtra*. Si vero pervenit, *v. pag. 381*
poſtquam jam conſenſerat mulier, non tenet ſimiliter matrimonium; quia nec vere, nec interpretative concurrerunt conſenſus: ſi tamen conſtet Eccleſiæ de primo conſenſu viri, & de mandato procuratorio, & conſenſu mulieris ſubſecuto, & non conſtet de diſſenſu præfato; cogetur vir propter probationis defectum conſentire matrimonio: ſi autem poſtquam miſit procuratorem, non conſenſit, nec diſſenſit, tradens forte factum hujuſmodi oblivioni, propter occupationem, vel aliam cauſſam; videtur ſimpliciter ſtandum eſſe pro matrimonio, tum propter ejus favorem, tum quia non habet obicem contrariæ voluntatis. Extr. de ſent. & re judic.
c. *Duobus*, extr. de bapt. & ejus effect. c. *Ma-* *v. pag. 380*
jores, in fin. *v. pag. 17.*

,, MAjores..... Tunc ergo characterem Sacramentalia imprimit operatio; cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obſiſtentem.

§. VI.

De effectibus matrimonii.

Effectus matrimonii eſt, ut ex quo ſemel eſt conjugium, ſive matrimonium inter aliquos, numquam deſinat eſſe, etiamſi alter conjugum efficiatur hæreticus. Cauſſa 32. q. 2. c. 1. & 2. ſeu, *Pudor*, & c. *Sicut non omnis*, extr. de divort. c. *Quanta*.

v. pag. 472

Ambros. Super Lucam ad c. 1. — *Gratian.*

„ Pudor eſt feminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola cauſſa eſt nubendi. *Idem*. Dum conjugii præmium, & gratia nuptiarum partos ſit feminarum, non mediocris cauſſa eſt, ut virginitas Mariæ falleret principem mundi (Qui ergo non cauſſa procreandæ ſobolis, ſed explendæ libidinis, ſibi invicem copulantur, non tam conjuges, quam fornicarii videntur.)

Innoc. III Ferrariens. Epiſ.

„ Quanto te novimus in Canonico jure peritum, tanto fraternitatem tuam amplius in Domino commendamus, quod in dubiis quæſtionum articulis ad Sedem Apoſtolicam recurris, quæ, diſponente Domino, cunctorum fidelium mater eſt, & magiſtra, ut opinio, quam in eis quondam habueras, dum alios Canonici juris peritiam edoceres, vel corrigatur per Sedem Apoſtolicam, vel probetur. Sane tua fraternitas intimavit, quod altero conjugum ad hæreſim tranſeunte, qui relinquitur, ad ſecunda vota deſiderat convolare: quod utrum poſſit fieri, per tuas nos duxiſti litteras conſulendos. Nos igitur conſultationi tuæ reſpondentes diſtinguimus, licet quidam prædeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur: an ex duobus infidelibus alter ad fidem Catholicam convertatur: vel ex duobus fidelibus alter labatur in hæreſim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur; altero, vel nullo modo, vel non ſine blaſphamia divini nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota tranſibit: & in hoc caſu intelligimus, quod ait Apoſtolus: *Si infidelis diſcedit, diſcedat: frater enim, vel ſoror non eſt ſervituti ſubjectus in hujuſmodi*. Et Canonem etiam, in quo dicitur: Contumelia creatoris ſolvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur. Si vero alter fidelium conjugum, vel labatur in hæreſim, vel tranſeat ad gentilitatis errorem; non credimus, quod in hoc caſu is, qui relinquitur, vivente altero, poſſit ad ſecundas nuptias convolare, licet in hoc caſu major appareat contumelia creatoris. Nam etſi matrimonium verum inter infideles exſiſtat, non tamen eſt ratum; inter fideles autem verum, & ratum exſiſtit: quia Sacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, numquam amittitur, ſed ratum efficit conjugii Sacramentum, ut ipſum in conjugibus illo durante perduret. Nec obſtat, quod a quibuſdam forſan objicitur, quod fidelis relictus non debeat jure ſuo ſine culpa privari, cum in multis caſibus hoc contingat, ut ſi alter conjugum incidatur. Per hanc reſponſionem quorumdam malitiæ obviatur, qui in odium conjugum, vel quando ſibi invicem diſpliecerent, ſi eas poſſent in tali caſu dimittere, ſimularent hæreſim, ut ab ipſa (nubentibus conjugibus) reſilirent. Per hanc ipſam reſponſionem illa ſolvitur quæſtio, qua quæritur, utrum ad eum, qui ab hæreſi, vel infidelitate revertitur, is, qui permanſit in fide, redire cogatur.

1. Cor. 7.

Nec poteſt maritus dimittere uxorem, ſive leproſa, ſive cæca efficiatur, vel aliquid ſimile incurrat, nec uxor virum. Cauſſa 32. q. 5. c. *Horrendus*, & c. *Si uxorem*.

Ambros. In Exameron. lib. dies 4.

„ Horrendus & incultus eſt vir: ſemel placuit: numquid vir frequenter eligendus eſt? Comparem ſuum bos requirit, & ſi mutetur alius, trahere jugum neſcit compar alterius, & ſe non totum putat. Tu jugalem tuum repudias, & ſæpe putas mutandum? & ſi uno defecerit die, ſuperducis rivalem: & ſtatim incognita cauſſa, quaſi cognitam pudoris exſequeris injuriam?

August. De ſerm. Dom.

„ Si uxorem quis habet ſterilem, ſive corpore deformem, ſive debilem membris, vel cæcam, vel claudam, vel ſurdam; vel ſi quid aliud ſive morbis, ſive laboribus, doloribuſque confectam, & quidquid (excepta fornicationis cauſſa) cogitari poteſt vehementer horribile; pro ſocietate, fideque ſuſtineat.

Niſi cauſſa fornicationis: ſed ſi tunc dimittit, maneat ſine conjuge, vel reconcilietur uxori. Cauſſ. 32. q. 1. c. *Dixit Dominus*.

Hieron. Ad c. 19. Matth.

„ Dixit Dominus in Evangelio: *Quicumque dimiſerit uxorem, niſi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur*. Sola fornicatio eſt, quæ uxoris vincit affectum: immo cum illa unam carnem in aliam diviſerit, & ſe fornicatione a marito ſeparaverit; non debet teneri, ne virum quoque ſub maledicto faciat, dicente Scriptura: *Qui tenet adulteram, ſtultus & impius eſt*. Ubicumque igitur fornicatio eſt, vel fornicationis ſuſpicio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere, ut aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptialem veteri copulæ crimen impingeret; ſic priorem dimittere jubetur uxorem, ut prima vivente, ſecundam non habeat.

Item alius effectus; quia mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir; & vir poteſtatem non habet ſui corporis, ſed mulier. Unde fit, quod poſtquam eſt inter eos ſecuta carnalis copula, nec religionem poteſt alter eligere, altero invito, nec continentiam profiteri. Cauſſa 27. q. 2. c. *Sunt qui dicunt*, & c. *Scripſit nobis*, 33. q. 5. c. 1. 2. 3. & 4. ſeu, c. *Si dicat*, & c. *Notificaſti*, & c. *Quod Deo*, & c. *Mulier*.

v. pag. 65.

Gregor. Theoctiſtæ patriciæ. — *Matth. 16.* — *Geneſ. 2.*

„ Sunt qui dicunt religionis gratia conjugia debere diſſolvi. Verum ſciendum eſt, quia etſi hoc lex humana conceſſit; lex tamen divina prohibuit: per ſe enim veritas dicit: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*, qui etiam ait: *Non licet dimittere uxorem, excepta cauſſa fornicationis*. Quis ergo huic cæleſti legiſlatori contradicat? Scimus, quia ſcriptum eſt: *Erunt duo in carne una*. Si ergo vir, & uxor una caro ſunt, & religionis cauſſa dimittit vir uxorem, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel etiam forraſſe ad illicita vota migrantem; quæ eſt iſta converſio, in qua una, & eadem caro ex parte tranſit ad continentiam, & ex

parte

Digitized by Google

parte manet in pollutione? Si vero utriſque conveniat continentem vitam ducere; hoc quis audeat accuſare? cum certum eſt, quod omnipotens Deus, qui minora conceſſit, majora non prohibuit. Et quidem multos ſanctorum novimus cum ſuis conjugibus, & prius continentem vitam duxiſſe, & poſtmodum ad ſancta Eccleſiæ regimina migraſſe: duobus enim modis ſancti viri etiam a licitis abſtinere ſolent; aliquando, ut merita apud Deum omnipotentem ſibi augeant; aliquando, ut anteactæ vitæ culpas detergant (& infra) Proinde cum boni conjuges aut meritum augere deſiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere, ut ſe ad continentiam adſtringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam, quam vir appetit, uxor non ſequitur, aut quam uxor appetit, vir recuſat; dividi conjugium non poteſt: quia ſcriptum

1. Cor. 7.
eſt: *Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir: ſimiliter & vir poteſtatem ſui corporis non habet; ſed mulier.*

Nicolaus Papa Carolo Reg.

SCripſit nobis Thietberga regina, ſe regia dignitate, vel maritali copula velle exui, & ſola vita privata aſſe contentam deſiderare. Cui nos ſcripſimus, non aliter hoc fieri poſſe, niſi eamdem vitam conjux ejus Lotharius elegerit. Nam licet ſit ſcriptum:

Geneſ. 2. Matth. 19
Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet; Deus tamen, & non homo ſeparat, quando divini amoris intuitu ex conſenſu utriuſque conjugis matrimonia diſſolvuntur: aliter autem fieri mutuam ſeparationem veſtram prohibemus.

Auguſt. ſup. Pſ. 49.

SI dicat vir: continere jam volo: nolo autem, uxor; non poteſt. Quod enim tu vis, non vult illa. Numquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam? Si alii nupſerit te vivo, adultera erit: non vult Deus tale damnum tali lucro compenſare: redde debitum, & ſi non exigis, redde; pro ſatisfactione perfecta Deus tibi computabit, ſi non quod tibi debetur, exigis; ſed reddis, quod debetur uxori.

Alex. III Landulpho in Corſica.

NOtificaſti te morte tenus informatum, & peccatorum tuorum recordatione, & terrore valde pavefactum anxie quæſiiſſe Monachum fieri, & a tua uxore minis, & terroribus eam occidendi ad hoc licentiam extorſiſſe; & ſic te Monaſticam veſtem ſine Abbate ſumſiſſe, & Monaſterium petiiſſe: poſtea vero cum ſanus factus eſſes, tuæ uxoris reclamationibus, ejuſque ejulationibus, & planctibus, tuæque familiæ diſperſionibus, utpote pœnitens, devictus, domum remeaſſe, & poſt multos dies, quorumdam ſapientum conſilio ad jam dictæ mulieris cubile rediiſſe. Nunc autem, ſi tibi tua uxore uti liceat, noſtrum requiris conſilium. Si ita denique eſt, ut tuus nuncius narrat, non videtur nobis rationabiliter, neque ſana mente id factum, quoniam cum omni homini ad Monaſticam tendenti vitam legaliter, juſte, & ſancte ſit peragendum; tu contra leges minaciter, & violenter a tua uxore partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, devia ſecutus, nulla, ut dicitur, licentia accepta receſſiſti, & Monaſterium petiiſti. Non enim violentia, ſed ex pari voluntate, & conſenſu (ſicut ſancti patres dicunt) hoc fieri debet: neque vir Monaſterium eligere, aut profeſſa continentia habitum cum feſtinatione debet mutare.

Ex Conc. III. Apud compendium.

MUlier, ſi ſine licentia mariti ſui velum in capite miſerit, ſi viro placuerit, recipiet eam iterum ad conjugium.

Eſt & alius effectus; quia compellendus eſt reddere debitum vir uxori, licet numquã cognoverit eam; & e converſo, non obſtante affinitate inique ſuperveniente. Extr. de eo, qui cogn. conſ. uxor. ſuæ, c. *Diſcretionem*, & c. *Tuæ fraternitatis devotio*.

Innocent. III. Præpoſito Magdeburg.

DIſcretionem tuam (& infra) Sane ex parte tua fuit propoſitum, quod quidam cum muliere quadam legitime per verba de præſenti contraxit, quam poſtmodum a ſe incognitam, cuidam conſanguineo ſuo tradidit, in quantum potuit, renitentem. Ille vero cum ipſa, licet invita, matrimonii ſolemnia celebravit, ſed mulier quam cito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & ſe priori viro reſtitui poſtulavit. Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod & viro pro tam turpi facinore gravis eſt pœnitentia injungenda, & mulier propter publicam honeſtatem eſt monenda ſollicite, ut nec primum repetat, cujus conſanguineus eam licet invitam cognovit; nec redeat ad ſecundum, cui non poteſt propter reatum adulterii commiſceri; ſed in continentia maneat, donec prior fuerit viam univerſæ carnis ingreſſus. Quod ſi forſitan ad id induci nequiverit, vir prior cogatur redire ad ipſam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non poſſit objicere, qui eam adulterandam tradidit, præſertim invitam. Nam & ſi ſecundum Evangelicam veritatem numquam, niſi propter fornicationis cauſſam, aut vir uxorem, aut uxor poſſit dimittere virum; non tamen ſemper propter cauſſam eamdem, vel uxor virum, vel vir dimittere poteſt uxorem, cum poſſit exceptione, vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quæ poſt contractum legitime matrimonium inter virum & uxorem inique contrahitur, ei debet officere, quæ hujuſmodi iniquitatis particeps non exſiſtit, cum ſuo jure non debeat ſine ſua culpa privari: quamquam a quodam prædeceſſore noſtro dicatur in ſimili caſu fuiſſe diſtinctum, utrum inceſtus, vel adulterium manifeſtum fuerit, an occultum: aliis aſſerentibus inter gradum proximum, & remotum eſſe potius diſtinguendum.

Innoc. III Archiep. Strigon.

TUæ fraternitatis devotio poſtulatur, utrũ is, qui cum ſorore legitimæ conjugis fornicatur, cum uxore poſſit poſtmodum commorari, & exigere debitum, & ſolvere requiſitus. Nos igitur reſpondemus, quod uxor, ut a commixtione viri abſtineat propter publicam honeſtatem, & in continentia maneat, donec vir viam univerſæ carnis ingreſſus fuerit, diligentius eſt monenda. Quod ſi forte commonitioni parere recuſans talis fuerit, ut de lapſu timeatur ipſius, vir ejus poterit, & debebit cum Dei timore debitum ei ſolvere conjugale: cum affinitas poſt matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exſiſtit.

Sed numquid peccant conjuges exigendo, vel reddendo debitum in ſolemnitatibus, diebus jejuniorum, vel in loco ſacro?

Ad hoc dicas, quod exactus debet ſemper reddere, niſi caute, & ſine adulterii periculo poſ-

ſet differre; exigere tamen non debet in prædictis temporibus. Unde Apoſtolus talibus loquitur, dicens 1. ad Cor. 7. *Nolite fraudare invicem, niſi forte de conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi, & iterum revertimini in idipſum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam veſtram: hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non imperium.*

Cauſſa 33 quæſt. 4. c. Christiano.

Et Auguſtinus: *Chriſtiano cum uxore ſua aliquando licet convenire, aliquando non; propter proceſſionis enim dies, & jejuniorum aliquando convenire non licet; quia etiam a licitis abſtinendum eſt ad tempus, ut facilius impetrari poſſit, quod poſtulatur.* Idem: *Quotieſcumque, vel dies Nativitatis, vel reliquæ feſtivitates advenerint, non ſolum a concubinarum conſortio, ſed etiam a propriis uxoribus eſt abſtinendum.*

Piſillat.

NUmquid peccat mortaliter, qui in hujuſmodi diebus exigit debitum?

Reſp. Seu hoc faciat cauſſa prolis, ſeu cauſſa incontinentiæ, peccat venialiter: qui autem reddit, nullo modo peccat: qui autem cauſſa exſaturandæ libidinis petit debitum, ſemper peccat mortaliter ſecundum Hugot. ſed plus peccat in diebus jejuniorum, & feſtis, quam alio tempore. Similiter qui petit cauſſa incontinentiæ quocumque tempore, ſecundum Hugot. peccat venialiter; ſed magis peccat in hujuſmodi diebus petendo: ſed videtur contradicere Auguſt. lib. de bono conjug. ubi dicit: Concubitum, qui non fit cauſſa prolis, nuptiæ non cogunt fieri, ſed impetrant ignoſci; ſi tamen non ſit ita nimius, ut tempora impediat orationi deputata, *ſed ſolvit Hugot. dicens, quod Auguſtin. loquitur de conſilio, vel ad terrorem, vel de coitu, qui fit cauſſa libidinis explendæ.*

De coitu tempore menſtruorum notavit Hugot. Diſt. 6. cap. Ad ejus, *quod tam mulier, quam vir, qui exigit debitum tempore menſtruorum ſcienter, peccat mortaliter; quia præceptum de non coeundo tempore menſtruorum morale eſt: ſicut etiam hodie multi Theologi dicunt; & videtur expreſſe haberi ex gloſſa Hieronymi Ezech. 18. & ex gloſſa ſuper Levit. 15. 18. 20. Dicit etiam Hugot. qui reddit exactus debitum hoc tempore, non peccat; poteſt tamen ſine peccato denegare, niſi videat exigenti fornicationis periculum imminere: dicit etiam, quod mulier tenetur revelare menſtruum marito, ſi exigat ab ea debitum; & etiamſi non exigat ab ea debitum, ne forte ad exactionem illius mulieris vir reddat ei debitum, nihil ſciens de menſtruo. Alii tamen dicunt, quod exigere in menſtruo debitum ſcienter, non eſt peccatum mortale inter conjugatos, ſed tantum veniale; prima tamen opinio videtur verior, & magis conſonat auctoritatibus ſanctorum; in talibus autem in foro pœnitentiali non eſt præcipitanda ſententia, nec deneganda abſolutio, ſi nolit conjugatus tempore menſtruorum continere; ſed via tutior eſt conſulenda, & terror ex periculo incutiendus.*

Numquid cognoſcere uxorem prægnantem, aut poſt partum, ante purificationem, eſt peccatum mortale?

Credo quod non; licet videatur contra Diſt. 5. c. Ad ejus concubitum, *& cauſſa 32. quæſt. 4. cap.* Origo, *& quæſt. 8. cap.* Non ſolum. *Sed illa capitula quantum ad hoc loquuntur de honeſtate, & conſilio: qui autem in hujuſmodi temporibus debitum reddit, nullo modo peccat; ſed qui exigit, venialiter peccat.*

Sed numquid reddendum eſt debitum in loco ſacro?

Reſp. Si poteſt alias locus haberi, peccat mortaliter reddens in loco ſacro: ſi alius haberi non poteſt, non. Idem quod dictum eſt de loco, dicas ſecundum Hugot. de tempore orationis, & jejuniorum.

Pone quod vir accuſat uxorem de adulterio, uxor petit debitum, lite pendente, numquid tenetur reddere? vel ſi reddit ſpontaneus, vel etiam ab Eccleſia compulſus, numquid efficitur irregularis, ut deinceps promoveri non poſſit?

Solutio. Circa primum diſtinguo; aut eſt notorium illam eſſe adulteram, aut non. In primo caſu, nec reddere, nec exigere debet debitum, niſi ipſa velit abſtinere, & pœnitentiam agere. Cauſſa 32. quæſt. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & ſex. cc. ſequentibus ſeu, cap. *Sicut crudelis*, & cap. *Dixit Dominus*, & cap. *In conjugio*, & cap. *Si quis uxorem*, & cap. *De benedicto*, & cap. *Si quis uxorem* 2. & cap. *Quod autem*, & cap. *Non erit turpis*, & cap. *Cum renunciatur*, & cap. *Apud miſericordem*, & extra, de divort. cap. *Significaſti*, & de adult. capit. *Si vir.*

v. ſupra. *v. pag.* 66. *v. pag.* 69.

„ SIcut crudelis, & iniquus eſt, qui caſtam dimittit uxorem; ſic ſtatuus, & injuſtus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis ejus eſt, qui celat crimen uxoris.

I. Chryſoſt. *Sup. Matth. c.* 19.

„ IN conjugio quis poſitus, quæcumque peccata fecerit, non propriam infuſcant conjugem; ſed fornicatio uxorem coinquinat, ut jam non ſit viro ſuo licita, ſed quaſi adultera.

Hieron. *In epiſt. ad Cor.* 1. *c.* 6.

„ DE Benedicto quoque, quem uxorem alienam indicaſti facinoroſo ſuſtuliſſe ſpiritu, & in ſuum haſtenus præſumere detinere conſortium; ſi hoc rerum veritas habet, jubemus experientiæ tuæ, ut eum cum ipſa quoque adultera diſtricte non differas mactare, & calvatos ab invicem ſeparare, & illum quidem ad Lucium deſenſorem in Apuliæ provinciæ patrimonium ſine dilatione fac migrare. Illam vero, ſiquidem maritus ſuus ſine aliquo dolo forte accipere voluerit, tua ordinatione ſub cautela recipiat, nullum ei nihil dumtaxat de cetero ſimile committenti, periculum illaturus: ſi vero omnino eam recipere noluerit, in alium quemdam locum, in quo ei non liceat male vivere, provida eam diſpenſatione conſtitue.

Pelagius Papa *Melleo Subdi.*

Calvati, id eſt, pannis abſciſſis, id eſt, dehoneſtati, & conſuſati, ſicut moris eſt in quibuſdã locis, quia veſtes, & capilli in eis ſcidũtur in ignominiã ante & retro. *Gloſſa.*

„ SI quis uxorem ſuam, ſcit adulteram, & non vult dimittere eam, ſed in matrimonio habere, tribus annis pœniteat: & quamdiu pœnitet, abſtineat ſe ab illa.

Ex Pœnit. *Theodori.*

„ QUod autem tibi durum videtur, ut poſt adulterium reconcilietur conjugi conjux ſi fides adſit, non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros, quos credimus, vel baptiſmate ablutos, vel pœnitentia eſſe ſanatos? Hæc crimina in veteri Dei lege nullis ſacrificiis mundabantur, quæ in lege novi Teſtamenti ſine mundatione legali mundantur. Et ideo tunc omnino prohibitum erat, ab alio contaminatam viro recipere uxorem: quamvis David Saulis filiam, quam pater ejuſdem mulieris ab eo ſeparatam dederat alteri, tamquam novi Teſtamenti præfigurator ſine cunctatione receperit. Nunc autem poſtquam Chriſtus ait adulteræ: *Nec ego te condemnabo, vade, deinceps noli peccare*; quis non intelligat maritum debere ignoſcere, quod videt ignoviſſe Dominum amborum? nec jam ſe debere adulteram dicere, cujus pœnitentis crimen divina credit miſeratione deletum?

August. *Ad Pollentium lib.* 2. *c.* 6. *de adult. conjug.*

2. Reg. 18. *Joann.* 8.

„ Non

Digitized by Google

August. De Adulterinis conjugiis lib. 8. NOn erit turpis, neque difficilis etiam poſt patrata, atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves regni cælorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum; non ut poſt viri divortium adultera revocetur; ſed ut poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur.

Ambros. De Cain, & Abel l. 2. c. 4. CUm renunciatur improbitati, ſtatim adſciſcitur virtus: egreſſus enim malitiæ, virtutis operatur ingreſſum; eodemque ſtudio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.

Gregor. Homil. 29. Evang. APud miſericordem namque judicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem revertitur, etiam poſtquam mentitur; quia omnipotens Deus dum libenter noſtram pœnitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo judicio hoc, quod erravimus, abſcondit. (*Gratian.* Quod ſi in adulterio perſeverare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinii reus maritus habebitur, niſi eam adulterii ream facere voluerit: unde in 9. lib. C. tit. de adulter. & ſtupro. Imperatores Severus, & Antoninus: Crimen lenocinii contrahunt, qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerint, non qui ſuſpectam habuerint adulteram. Hoc in mulieribus, non obtinet, non enim eis permittitur maritos ſuos adulterii reos facere. Unde in lib. eod. & tit. eod. Iidem Imperatores: Publico judicio non habere mulieres adulterii accuſationem, quamvis de Matrimonio ſuo violato queri velint, Lex Julia declarat: quæ cum maſculis jure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem feminis privilegium detulit. Si ergo, ut ex his colligitur auctoritatibus, adulteram retinere nulli permittitur; multo minus in conjugium duci licebit, cujus pudicitiæ nulla ſpes habetur: debet enim inter conjuges ſervari fides, & Sacramentum: quæ cum defuerint, non conjuges, ſed adulteri appellantur.)

Ex Conc. Arelaten. SI vir ſciens uxorem ſuam deliquiſſe, quæ non egerit pœnitentiam, ſed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps. Quod ſi mulier dimiſſa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum ſuum reverti, debet, ſed non ſæpe, recipere peccatricem.)

Poſtillat. *SEd numquid peccat mortaliter in hoc caſu exigens debitum ab uxore?*

Reſp. Hugot. notavit cauſſa 32. quæſt. 1. cap. Si quis uxorem, *quod ſi alter conjugum exigat debitum a reliquo in adulterio perſeverante, ſive in occulto, ſive in manifeſto, & ſcienter exigat, peccat mortaliter exigendo, quia facit contra Conſtitutionem Eccleſiæ; peccat etiam mortaliter reddendo, ſi celebratum eſt divortium judicio Eccleſiæ, aut ſi publice moratur in adulterio: ſi neutrum iſtorum ſit, non peccat reddendo; quia tenetur ad hoc. Si autem propter incontinentiam, & fragilitatem carnis exigit debitum, peccat mortaliter; quia facit contra Conſtitutionem Eccleſiæ; minus tamen peccat, cum adulterium eſt occultum. Alii dicunt, quod impotentia continendi a copula carnali excuſat exigentem in hoc caſu, quorum ſententia benignior eſt, licet forte non verior.*

Vel niſi ipſi ſimiliter fuerit fornicatus, tunc enim paria crimina pari compenſatione tolluntur. *v. pag. 69.* Extr. de divort. c. *Significaſti*, extr. de adult. c. penultimo, & ult. ſeu, c. *Intelleximus*, & c. *Tua fraternitas*,

Innoc. III Turon. Epiſc. INtelleximus, quod cum S. Laicus H. uxorem ſuam a maritali conſortio depuliſſet, diœceſanus eorum audiens eamdem cum quodam adultero fornicari, eam, & illum vinculo excommunicationis adſtrinxit: quæ tandem adulterum abjurans, abſolutione recepta coram Epiſcopo memorato, prædictum virum ſibi reſtitui poſtulavit: at ille objiciens ei adulterium, & quod ab ipſo non expulſa, ſed ſpontanea receſſiſſet, reſtitutionem ſui propoſuit non eſſe faciendam: quod mulier inficians, replicavit in ipſum, quod fuerat fornicatus (& infra) Quocirca mandamus quatenus (niſi tibi conſtiterit, vel per evidentiam rei, vel per confeſſionem legitimam mulieris, quod adulterata ſponte fuiſſet) adulterii etiam, quod vir dicitur commiſiſſe, probatione ceſſante, ipſum recipere compellas eamdem. Quod ſi prædicto modo de mulieris fornicatione conſtiterit (niſi teſtes, per quos viri adulterium eſt probatum, fuerint reprobati, cum matrimonii jus in utroque læſum conſiſtat, & paria delicta mutua compenſatione tollantur) nihilominus eum cogas, ut eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin mulieri ſilentium imponere non poſtponas.

Innoc. III Epiſcopo Ambianenſi. TUa fraternitas requiſivit, utrum aliquo denegante uxori ſuæ in adulterio deprehenſæ debitum conjugale, ſi poſtmodum ipſe cum alia perpetrat adulterium manifeſtum, cogi debeat, ut eamdam maritali affectione pertractet (& infra) Super quo taliter reſpondemus, quod cum paria crimina compenſatione mutua deleantur, vir hujuſmodi fornicationis obtentu, ſuæ uxoris nequit conſortium declinare.

Aug. lib. 1. de ſer. Domini in Monte. Auguſtinus: *Nihil iniquius, quam cauſſa fornicationis dimittere uxorem, ſi & ipſe convincitur fornicari: occurrit enim illud Apoſt. ad Rom. 2. In quo alteram judicas, te ipſum condemnas; eadem enim agis, quæ tu judicas: quapropter quiſquis fornicationis cauſſa vult abjicere uxorem ſuam, prior debet eſſe a fornicatione purgatus, & immunis: quod ſimiliter etiam de femina dixerim.* Cauſſa 32. q. 6. c. *Nihil*, & quattuor ſequentibus cc ſeu, c. *Si dictari*, & c. *Iniquum*, & c. *Indignantur*, & c. *Non Mœchaberis*.

August. De verbis Domini, Tract. 46. SI ducturi eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris: quales vultis eas invenire, tales & ipſæ inveniant vos. Quis juvenis eſt, qui non caſtam velit ducere uxorem? Et ſi accepturus eſt virginem, quis non intactam deſideret? Intactam quæris, intactus eſto; puram quæris, purus eſto: non enim illa poteſt, & tu non potes.

Idem. Epiſt. ad Palentiū Comitem Aria. INiquum eſt, ut quiſque de alio judicare velit, & judicari de ſe nolit.

Idem De adulterin. conjugiis. INdignantur mariti, ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris feminis pœnas: cum tanto gravius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere feminas.

Idem De decem cordis c. 3 NOn mœchaberis, id eſt, non ibis ad aliquam aliam præter uxorem tuam: tu autem exigis hoc ab uxore, & non vis hoc reddere uxori? & cum debeas in virtute præcedere uxorem tuam (quoniam caſtitas virtus eſt) tu ſub uno impetu libidinis cadis? & vis uxorem tuam victricem eſſe, & tu victus jaces? & cum tu caput uxoris tuæ ſis, præce-

„ det te ad Deum, cujus caput es? vis tuam domum capite deorſum pendere? Caput enim mulieris vir eſt: ubi autem melius vivit mulier, quam vir, capite deorſum pendet domus. Si caput eſt vir, melius debet vivere vir, quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis uxorem ſuam, ut illa imitetur virum, & ſequatur caput ſuum.

In ſecundo caſu debet petenti debitum reddere, quia non debet eum ſpoliare ante ſententiam. Extr. de divort. c. *Porro*, extr. ut lit. pen-
v. pag. 402 dente, c. *Laudabilem*. Cauſſa 8. q. 4. cap. *Nonne*.

Alex. III Ambian. Episc. „ PORRO de comite Pontini, qui B. uxorem ſuam abſque judicio Eccleſiæ dimiſit, quia eam cognatam fuiſſe uxoris defunctæ proponit; prudentia tua cognoſcat, quod ſi etiam parentela eſſet publica, & notoria, abſque judicio Eccleſiæ ab ea ſeparari non potuit: quare ipſum ad eam recipiendam, quæ petit reſtitutionem ipſius, diſtricte compellas: quam ſi recipere noluerit, eum, & ſuperinductam vinculo excommunicationis adſtringas. Præterea de H. qui cognatam ſuam duxit uxorem; reſpondemus, quod non apparentibus accuſatoribus, & parentela manifeſta, ſeu publica exſiſtente (quod credibile non eſt, niſi eſſent in primo gradu, vel ſecundo) tui officii intereſt, matrimonia illa adhibita gravitate diſſolvere, quæ illicite contracta noſcuntur.

Clemens III. „ LAudabilem (& infra) Quæris, quando matrimonium accuſare contingit, an ſtatim ſit carnale commercium ſuſpendendum, (aut quamdiu diſſimulari poſſit, vel potius ſuſtineri. Ad quod breviter reſpondemus, quod cum Alexand. III. aperte prohibeat, ne ab invicem, donec juſtæ fiat cauſſæ examinatio, ſeparentur, & Symmachi Papæ contineat inſtitutum, ut Prælatus aliquis accuſatus antequam ea, quæ objiciuntur, luce clareſcunt, relinqui non debeat a ſubjectis in præſenti articulo) quod conjugum alterutter accuſatus, ante probatam accuſationem, jure, quod habet in altero, privari non poteſt.

Sed numquid incontinenti commiſſo adulterio amittit ipſo jure jus petendi debitum?

Videtur, quod ſic, quantum ad judicium animæ ſaltem; quia peccando in lege matrimonii, reddit ſe indignum; & ideo non debet petere, niſi purgata culpa per pœnitentiam: ſi tamen petat, iſte debet reddere, ut dictum eſt.

Ad aliud, quod quæſitum eſt, utrum videlicet efficiatur irregularis, qui taliter reddit debitum; credo, quod ſic. Require in ſumma de pœnitent. in tit. de Bigamis, §. *Item quid, ſi maritus*.

Poſtillat. *SEd quomodo tenetur reddere, ſi ille non debet petere?*

Reſp. Uterque conjugum (ſicut notavit Hugo. Cauſſa 27. q. 2. c. Agathoſa) *quodammodo duplex habet jus in reliquo, ſcilicet jus exigendi debitum, & jus, quod ſibi reddi debeat exigenti. Primum amittit fornicando, ſed non ſecundum. Sic & Prælatus non habet jus imperandi ſubdito aliquod illicitum, etiam de quo dubium eſt, an ſit illicitum; ſubditus tamen debet ei obedire in dubio illicito: & hoc jus habet Prælatus in eo, licet non habeat jus imperandi; ſed peccat imperando in hoc caſu: cauſſa 23. q. 1. c.* Quid culpatur. *Auguſt. 27. q. 2. cap.* Omne itaque.

§. VII.

Quæ bona Matrimonii.

BOna Matrimonii principaliter ſunt tria, fides, proles, & Sacramentum. In fide attenditur, ne poſt vinculum conjugale cum alio, vel alia coeatur. In prole, ut amanter ſuſcipiatur, & religioſe educetur. In Sacramento, ut conjugium non ſeparetur: licet enim ſeparatio corporalis fiat interdum cauſſa fornicationis, vel ex communi conſenſu cauſſa orationis, ſeu religionis; Sacramentalis tamen ſeparatio non poteſt fieri, niſi quum deſinit eſſe vinculum matrimonii: quod inter fideles numquam contingit, niſi per ingreſſum religionis, ante copulam carnis, vel poſt carnalem copulam per mortem utriuſque, vel alterius conjugum.

Sed numquid hæc tria ſunt adeo neceſſaria, ut, ſi aliquod iſtorum defuerit, non teneat matrimonium?

Ad hoc dicas, quod ſi tempore contractus intendant iſta ſervare, licet poſtea mutatis voluntatibus contrarium faciant, tenet nihilominus matrimonium. Require ſupra eodem §. *Effectus*. Idem dico, ſi nihil cogitant de iſtis bonis: ſufficit enim, quod non apponant conditionem, vel pactum, ut contra faciant. Require infra de impedimento conditionis, §. ult.

QUid, ſi uterque hoc exprimat, ſcilicet quod velit ad tempus contrahere, vel quamdiu valuerit, vel quod velit vitare prolem, aut extinguere, ſed tamen uterque hujuſmodi habet intentionem; numquid eſt matrimonium? Poſtillat.

Reſp. Hugo. notavit c. 32. qu. 2. c. Solet quæri, *quod quidam dicunt adjectionem temporis, vel vitandi prolem, tunc demum matrimonium impedire, ſi exprimatur in ipſo contractu; aliter non: ſed ipſe dicit, quod ſive exprimatur, ſive non, non eſt matrimonium, licet probari non poſſit, quando non eſt expreſſum a contrahentibus: ſicut dicitur, quod non eſt matrimonium, ubi non eſt conſenſus animorum, licet verbo dicant ſimul ſe conſentire.*

Quid de illo, qui habet propoſitum numquam exigendi debitum, propter bonum continentiæ?

Quid de illo etiam, qui dum contrahit, habet propoſitum adulterandi; numquid in his caſibus contrahitur matrimonium?

Reſp. Credo ſine præjudicio, quod in primo caſu contrahitur matrimonium; ſicut fuit matrimonium contractum inter beatam Virginem, & Joſeph. Idem dico de ſecundo caſu; dum tamen non deducatur in pactum: ſi autem deducatur in pactum, quod liceat ei adulterari, vel quod proſtituat uxorem; non credo, quod matrimonium contrahatur, cum hoc ſit contra naturam matrimonii.

Quid, ſi contrahens habeat propoſitum numquam reddendi debitum; numquid contrahitur matrimonium?

Reſp. Si hoc deducatur in pactum, credo quod non: ſi autem non exprimatur; credo, quod contrahitur. Hugo. tamen notavit 27. quæſt. 2. cap. Omne itaque, *quod ſi aliqui conjunguntur ſine prole, id eſt, ſine intentione procreandi prolem; non impeditur matrimonium: ſi autem conjunguntur ſine prole, id eſt, ita quod habeant intentionem, quod non habeant prolem, & quod vitent prolem, non contrahitur matrimonium. Similiter diſtinguit de fide,*

quod

Digitized by Google

quod ſint fide, id eſt, ſine intentione ſervandi fidem, contrahitur matrimonium; ſed ſine fide, id eſt, cum intentione non ſervandi fidem, non contrahitur matrimonium. De Sacramentu dicitur, quod ſemper exigitur, adeo quod ſi contrahant aliqui eo animo, ut ſeparentur aliquando, non ſit ibi matrimonium, quia videntur contrahere ad tempus. Alii dicunt, quod fides, prout hic accipitur, non eſt de ſubſtantia matrimonii, ſed tantum proles, & Sacramentum; quia de illis eſt expreſſum, quod ſint de ſubſtantia matrimonii, 32. *quaeſt.* 2. *cap.* Solet quæri.

Item nota, quod bonum prolis non dicitur ipſa proles, quæ quandoque quæritur propter hæreditariam ſucceſſionem; ſed ſpes, & deſiderium, quo proles ad hoc quæritur, ut religioſe informetur. Unde multi habent prolem, qui non habent prolis bonum; nec ideo tamen deſinit eſſe conjugium.

Item nota, quod tertium bonum conjugii dicitur Sacramentum, non quod ſit ipſum conjugium, ſed quia ejuſdem rei ſacræ ſignum, id eſt, ſpiritualis, & inſeparabilis conjunctionis Chriſti, & Eccleſiæ. Patet ex præmiſſis, quod prima duo bona quandoque comitantur matrimonium, quandoque non; tertium vero inſeparabiliter adhæret, quamdiu durat matrimonium.

---

§. VIII,

Qualiter Matrimonium excuſet a peccato.

VAlent hæc bona ad excuſationem peccati, ſi ſervata fide thori, cauſſa prolis conveniant conjuges. Unde nota, quod aliquando commiſcentur conjuges cauſſa ſuſcipiendæ prolis, aliquando cauſſa reddendi debitum, aliquando cauſſa incontinentiæ, ſive vitandæ fornicationis, aliquando cauſſa exſaturandæ libidinis. In primo & ſecundo caſu nullum eſt peccatum: in tertio veniale: in quarto mortale.

Poſtillat.

QUidam tamen dicunt nullum eſſe peccatum in tertio; nam ad bonum finem utitur conjugio. Sed contra dicit Auguſtin. diſtinct. 25. *cap.* Unum orarium, §. Nomine autem criminis, *verſ.* Quoties aliquis. *Ubi dicitur peccatum veniale eſſe, quoties, excepto filiorum deſiderio, uxorem ſuam quis cognoverit. Sed forte reſpondent, quod aliud eſt cognoſcere uxorem cauſſa incontinentiæ, & aliud cauſſa vitandæ fornicationis, ut cognoſcere cauſſa incontinentiæ, ſit cognoſcere, quia non poteſt continere, propter nimium fervorem fomitis, & virtutis concupiſcibilis; & tunc eſt peccatum veniale: cognoſcere vero cauſſa vitandæ fornicationis ſit cognoſcere, ut non tentetur de fornicatione cum non ſua, non ut quærat voluptatem in coitu cum uxore, ſed ne labatur cum alia; & tunc forte nullum eſt peccatum. Sed ſecundum hoc quinque eſſent cauſſæ coeundi cum uxore; Magiſtri tamen non conſueverunt diſtinguere niſi quatuor, & reputant pro eadem, cognoſcere cauſſa incontinentiæ, & cauſſa vitandæ fornicationis.*

De primo Auguſtinus: *Conjugalis concubitus generandi gratia non habet culpam.* Apoſtolus 1. Cor. 7. *Si nupſerit virgo, non peccat.* Si enim ſine peccato non poſſet fieri concubitus conjugalis, poſt diluvium non præcepiſſet Dominus eos copulari, dicens Geneſ. 8. *Creſcite & multiplicate;* quum jam ſine carnali copula non poſſent commiſceri.

De ſecundo Auguſtinus: *Redde debitum: etſi non exigis: redde, pro ſanctificatione perfecta Deus tibi computabit, ſi non, quod tibi debetur, exigis, ſed reddes, quod debes uxori.* Cauſſa 33. quæſt. 5. cap. *Si dicat.*

De tertio Auguſtinus: *Forte aliquis dicet: Si veniam conceſſit Apoſtolus,* 1. Cor. 7. *ergo peccatum ſunt nuptiæ: cui enim venia, niſi peccanti, conceditur?* (& infra) *Veniam concedens Apoſtolus concubitum attendit conjugatorum, ubi eſt incontinentiæ malum; incontinentiæ malum eſt, quod vir cognoſcit uxorem ultra neceſſitatem procreandi filios: ſed & ibi eſt nuptiarum bonum: & ita non propter illud malum culpabile eſt hoc bonum; ſed illud malum ſit veniale propter bonum nuptiale.* *v. pag.* 473

De quarto Philoſophus: *Adulter eſt in ſuam uxorem amator ardentior.* Et Hieronymus: *Sapiens judicio amat conjugem, non affectu, non regnat in eo impetus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum Nihil fœdius, quam uxorem amare, ſicut adulteram.* De his omnibus, quæ dixi circa bona matrimonii, invenies cauſſa 32. quæſt. 2. per totum, & quæſt. 4. cap. *Origo*, & in lib. 4. ſentent. in tractatu de matrimonio. *v. loca laudata, & laudanda.*

„ ORigo quidem amoris honeſta erat, ſed
„ magnitudo deformis: nihil autem inter-
„ eſt quam ex honeſta cauſſa quis inſaniat. Un-
„ de & Xiſtus Pythagoricus in ſententiis: *A-*
„ *dulter eſt*, inquit, *in ſuam uxorem ardentior*
„ *amator*: in aliena quippe uxore omnis ama-
„ tor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens vir
„ judicio debet amare conjugem...... Certe
„ qui dicunt ſe cauſſa reipublicæ, & generis
„ humani uxoribus conjungi, & filios procrea-
„ re; imitentur ſaltem pecudes, & poſtquam
„ venter uxoris intumuerit, non perdant fi-
„ lios, nec amatores ſe uxoribus præbeant,
„ ſed maritos.

HIERON. *Contra Jovinianum lib.* 1. — *v. ſupra.*

PRopter hanc auctoritatem, & ſimiles dicit Hugo. 32. *quæſt.* 2. §. His ita, *cujus opinionem hic ſequitur Magiſter, quod cognoſcere uxorem cauſſa exſaturandæ libidinis, peccatum eſt mortale, ſive fiat hoc in diebus feſtivis, & jejuniorum, ſive alio tempore, licet gravius ſit facere hoc in diebus feſtivis: propter bonum tamen matrimonii minus punitur, quam pro alio mortali; quia punitur ſicut pro veniali. Arg.* 32. *quæſt.* 7. *c.* Adulterii. *Alii tamen dicunt, quod hujuſmodi coitus peccatum veniale eſt; dum tamen obſervetur ordo naturæ, quod poteſt concedi de illis conjugatis, qui taliter ex confidentia matrimonii coeunt, & jure, quod habet uterque in corpore alterius, non aliter hoc facturi, niſi eſſent conjugati; ſed ſicut dictum eſt, Hugo. dicit quod ſemper eſt peccatum mortale, & dicit eſſe differentiam inter coitum cauſſa incontinentiæ, & cauſſa libidinis implendæ; quia in primo caſu prævenitur hoc agens a voluptate, & potius ſic vult peccare, quam fornicari; in ſecundo caſu prævenit voluptatem, & provocat eam manibus, vel cogitatione, vel utendo calidis, & incentivis, ut pluries poſſit cum uxore coire: dicit etiam, quod ſeu coitus ſit peccatum, ſive non; numquam tamen fit ſine peccato, quia ſemper fit cum pruritu, & voluptate, quæ ſine culpa eſſe non poteſt. Arg.* 33. *quæſt.* 4. *c.* Vir, 27. *q.* 2. *c.* Omne. *Poſtillat.* — *v. ſupra.* — *v. pag.* 403

„ OMne itaque nuptiarum bonum imple-
„ tum eſt in illis parentibus Chriſti, pro-
„ les, fides, Sacramentum. Prolem cognoſci-
„ mus ipſum Dominum Jeſum Chriſtum: Fidem,
„ quia nullum adulterium: Sacramentum, quia
„ nullum divortium; ſolus ibi nuptialis concu-
„ bitus non fuit; quia in carne peccati fieri

AUGUST. *De nuptiis, & concupiſc. lib.* 1. *cap.* 12.

„ non

,, non poterat ſine illa pudenda carnis concu-
,, piſcentia, quæ accidit ex peccato, ſine qua
,, concipi voluit, qui futurus erat ſine pec-
,, cato.

N*Umquid peccat mortaliter vir, ſi cognoſcat uxorem non conſueto modo, dum tamen faciat hoc in vaſe naturali?*

Reſp. Credo ſine præjudicio, ſi hoc faciat cauſſa ſolius voluptatis ampliùs ſic quærendæ, peccat mortaliter: ſi autem uxor prægnans ſit, & timetur de ſuffocatione partus, & propter hoc non audet accedere ad eam, ex parte anteriori; non peccat mortaliter ex alia parte accedens, dummodo vaſculo mulieris alias non abutatur, nec ſemen extra ſcienter effundat. Idem credo, ſi propter infirmitatem mulieris, aut aliam cauſſam rationabilem hoc faciat; licet longe tutius eſſet, quod haberet eam ut ſororem in hujuſmodi caſibus, quam ſic eam cognoſcere: nec eſt contra 32. quæſt. 7. cap. Adulterii, *ubi dicitur, quod talia execrabilius ſiunt in uxore: quia illud intelligitur de aliis contra naturam uxorem cognoſcentibus, aut extraordinarie pollucntibus, aut cauſſa libidinis exſaturandæ, & ſine cauſſa hoc facientibus.*

Item nota, quod matrimonium, aliud eſt legitimum, aliud clandeſtinum. Legitimum eſt, quando ab his, qui ſuper feminam poteſtatem habere videntur, uxor petitur, & a parentibus ſponſatur, & legibus dotatur, a Sacerdotibus, ut mos eſt, benedicitur, & a paranymphis cuſtoditur, ac ſolemniter accipitur: ſi aliter præſumitur, non conjugium, ſed adulterium, vel fornicatio dicitur. Cauſſa 30. quæſt. 5. c. *Aliter*.

Evariſtus Papa Epiſcopis Africæ Epiſt. 1.

,, ALiter legitimum non ſit conjugium, ni-
,, ſi ab his, qui ſuper ipſam feminam do-
,, minationem habere videntur, & a quibus
,, cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus,
,, & propinquioribus ſponſetur, & legibus do-
,, tetur, & ſuo tempore Sacerdotaliter, ut mos
,, eſt, cum precibus, & oblationibus a Sacerdo-
,, te benedicatur, & a paranymphis, ut conſue-
,, tudo docet, cuſtodita, & conſociata a pro-
,, ximis congruo tempore, petita, legibus de-
,, tur, ac ſolemniter accipiatur: & biduo,
,, vel triduo orationibus vacent, & caſtitatem
,, cuſtodiant. *Item*. Ita peracta legitima ſci-
,, tote eſſe connubia: aliter vero præſumta,
,, non conjugia, ſed adulteria, vel contuber-
,, nia, vel ſtupra, aut fornicationes potius,
,, quam legitima conjugia eſſe non dubitate,
,, niſi voluntas propria ſuffragaverit, & vota
,, ſuccurrerint legitima.

Et tunc dicitur clandeſtinum; non tamen dicas, quod non poſſit eſſe ſine ſolemnitatibus hujuſmodi verum matrimonium; ſed loquitur Canon ſecundum id, quod Eccleſia præſumit, eo quod probari non poteſt; vel dic, quod in hoc Sacramento, ſicut in aliis quædam ſunt pertinentia ad ſubſtantiam, ut conſenſus de præſenti qui ſolus ſufficit, ut ſupra eodem §. *Contrahitur*. Quædam autem pertinentia ad decorem, vel honeſtatem, ut ſolemnitates prædictæ, ſine quibus verum eſt conjugium, & legitimum quoad veritatem, ſed non quantum ad honeſtatem. Unde conſulendum eſt talibus in foro pœnitentiali, ut de novo conſentiant, vel recognoſcant, & approbent in facie Eccleſiæ publice, quod fecerunt occulte; & faciant pœnitentiam, quia ſcandalizaverunt Eccleſiam, & expoſuerunt ſe magno periculo: poſſet enim alter alterum dimittere, quando vellet, & de

v. Decretum S. Concilii Trident. pag. 466.

facto cum alio contrahere, & ſic in adulterio propter defectum probationis, impune quantum ad Eccleſiam militantem manere.

Item matrimonium dicitur aliquando initiatum, aliquando perfectum, ſive conſummatum. Initiatum per conſenſum de præſenti. Cauſſa 27. quæſt. 2. capit. *Cum initiatur*, & c. *Conjux*.

Ambroſ. Lib. 6 de Virginibus c. 6.

,, CUm initiatur conjugium, tum conjugii no-
,, men adſciſcitur; nam defloratio virgini-
,, tatis non facit matrimonium, ſed pactio con-
,, jugalis. Denique cum mulier conjungitur
,, viro, conjugium eſt, non cum viri admix-
,, tione cognoſcitur.

Perfectum autem, ſeu conſummatum dicitur per carnis copulam. Extra, de Bigamis c. *Debitam*.

v. pag. 235

Sed ſecundum hoc videtur, quod inter Beatam Virginem, & Joſeph non fuit perfectum matrimonium: quod dicere eſſet abſurdum nimis.

Dicas ergo, quod verum fuit illud matrimonium. Unde Auguſtinus: *Beata Maria propoſuit ſe perſeveraturam Virginem, niſi Deus ei revelaret aliter. Committens ergo Virginitatem ſuam divinæ diſpoſitioni, conſenſit in carnalem copulam, non illam petendo, ſed divinæ diſpoſitioni in utroque obediendo: poſtea vero cum filium genuit, quod corde conceperat, ſimul cum viro labiis expreſſit, & uterque in virginitate permanſit*. Cauſſa 27. q. 2. cap. *Beata*, & c. *Decreta*, §. *Cum ergo*.

Auguſtinus lib. de Virginitate.

v. pag. 59.

Gregor. in Regiſt. lib. 6. Ep. 2. ad Fortunat. Gratian.

,, DEcreta legalia deſponſatam, ſi converti
,, voluerit, nullo omnino cenſuerunt da-
,, mno multari. (Cum ergo conjugatorum con-
,, tinentiam, niſi ex amborum conſenſu, Deo
,, offerri non valeant, cum vir ſui corporis
,, poteſtatem non habeat, ſed mulier: ſponſæ
,, autem monaſterium poſſint eligere, & ſpon-
,, ſi non exquiſito conſenſu ſponſarum propo-
,, ſitum melioris vitæ aſſumere valeant; patet
,, quod inter ſponſum & ſponſam conjugium
,, non eſt. Item cum ſecundum Auguſtinum, illa
,, mulier non pertineat ad matrimonium, cum
,, qua docetur non fuiſſe commixtio ſexus.
,, Item ſecundum Leonem, illa non pertineat
,, ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe
,, nuptiale miniſterium; apparet, quod inter
,, ſponſum, & ſponſam conjugium non eſt.)

Item ait Auguſtinus: *Inter eos perfectum fuiſſe conjugium: perfectum, non ſignificatione, ſed ſanctitate fuit*. Unde ſcribens ad quamdam, quæ ſimul cum viro votum emiſerat caſtitatis, inter cetera dicit: *Non quia pariter temperabatis a commixtione carnali, ideo maritus tuus eſſe deſtiterat, immo tanto ſanctius inter vos conjuges manebatis; quanto ſanctiora concorditer placita ſervabatis*. Cauſſa 33. q. 5. c. *Quod Deo*.

Auguſt. de nuptiis, & concupiſc. lib. c. 11.

v. pag. 65.

Fuit etiam perfectum illud conjugium propter triplex nuptiarum bonum. Unde idem Auguſtinus: *Omne itaque nuptiale bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti*, proles, fides, Sacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum Dominũ. Fidem, quia nullum adulterium. Sacramentum, quia nullum divortium: ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne fieri peccatum non poterat ſine pudenda concupiſcentia carnis, quæ accidit ex peccato, ſine qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato.

Aug. cauſſa 27. q. 2. c. Omne.

Patet ex his, quod perfectum, & conſummatum dicitur conjugium ſanctitate, etiam ante carnalem copulam, ut dictum eſt. Dicitur autem perfectum ſignificatione per carnis copulam: cum enim ſit Sacramentum, eſt & ſacrum

ſignum,

Digitized by Google

ſignum, & ſacræ rei, id eſt, conjunctionis Chriſti, & Eccleſiæ; ſicut ait Apoſtolus: *Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in carne una. Hoc enim magnum Sacramentum eſt: ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*. Nam ſicut inter conjuges eſt conjunctio animorum, & corporum; ſic Eccleſia Chriſto copulatur voluntate, & natura: quia idem vult cum eo, & ipſe naturam hominis aſſumſit, unde copulata eſt ſponſa ſponſo ſponſaliter, & corporaliter, id eſt caritate, ac naturæ conformitate. De hoc require in ſumma de pœn. in tit. de Bigamis. *Ephes. 5.*

Quidam etiam dicunt matrimonium initiatum per ſponſalia de futuro, ratum per conſenſum de præſenti, conſummatum per carnis copulam.

Item matrimonium aliud legitimum, & non ratum; aliud ratum, & non legitimum; aliud legitimum, & ratum. Legitimum eſt, & non ratum, quod legali inſtitutione, vel provinciæ moribus, non contra juſſionem Domini contrahitur: & hoc eſt etiam inter infideles, inter quos non eſt ratum matrimonium, quia ſine fide fit: & ſic intelligitur, quod ait Auguſtinus: *Non eſt ratum conjugium, quod ſine Deo eſt*. Ratum eſt, & non legitimum, quod inter infideles, legitimas tamen perſonas, ſed ſine legitima ſolemnitate contrahitur, ut ſupra eod. *§*. 5.

Item nota, quod matrimonium hoc eſt ratum, quia indiſſolubile. Require ſupra eod. *§. Effectus*. Legitimum autem, & ratum eſt inter fideles, ſi ſit debita ſolemnitate contractum. Hæc diſtinctio probatur cauſſa 28. q. 1. verſ. *Item Auguſtinus*, extr. de divort. c. *Quanta*, & c. *Gaudemus*. *v. pag. 155*

§. IX.

Quæ, & quot ſint impedimenta Matrimonii.

ULtimo videndum, quæ, & quot ſint impedimenta, quæ impediunt matrimonium. Eſt ſciendum, quod 12. tantum ſunt impedimenta, quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt jam contractum, ſi tamen ipſa, vel aliqua eorum præcedunt matrimonium, quoniam conſenſum conjugalem excludunt; ſi vero ſequantur matrimonium, non præſtant impedimentum, ſicut patet per iſta exempla. Furioſus non poteſt contrahere matrimonium; tamen ſi contraxit ante furorem, non ſolvitur matrimonium, 32. q. 7. c. *Neque furioſus*.

v. pag. 461 Item qui omnino ſectus eſt, non poteſt contrahere; ſi vero poſt matrimonium ſecatur, non ſolvitur matrimonium. Cauſſa 32. q. 7. c. *Hi, qui matrimonium ſani*.

„ HI, qui matrimonium ſani contraxerint, „ & uni ex duobus amentia, aut furor, „ aut aliqua infirmitas acceſſerit; ob hanc in„ firmitatem, & cauſſam conjugia talium ſolvi „ non poſſunt. Similiter ſentiendum eſt de his, „ qui ab adverſariis excæcantur, aut membris „ truncantur, aut a barbaris exſecti fuerint. *Nicolaus Ad Carolũ Moguntin. Episc.*

Item affinitas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jam contractum: ſed ſi poſt contractum matrimonium ſuperveniat, etiamſi non ſit carnalis copula inter conjuges ſubſecuta; non ſolvitur matrimonium, & maritus reddere tenetur uxori debitum. Extr. de eo, qui cogn. conſang. uxor. ſuæ, c. *Diſcretionem*. Illud idem de omnibus aliis impedimentis intelligendum eſt. Quæ autem ſunt impedimenta, quatuor verſiculis continentur. *v. pag. 473*

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant connubia, juncta retractant.

Iſtis alia duo fuere addita a S. Concilio Trid. impedimenta, ut videre eſt in decreto de reformatione matrimonii. Unum quidem cap. 1. pag. 466. recenſita, nimirum, ſi deſit Parochi, duorumque, vel trium teſtium præſentia; alterum vero cap. 6. infra recenſendo; inter raptorem ſcilicet, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, quæ etiam duobus verſibus comprehenduntur. Editor.

Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis;
Raptave ſit mulier, nec parti reddita tutæ.

Præter iſta duodecim impedimenta, quæ impediunt, & dirimunt matrimonium; alia duo ſunt impedimenta, quæ impediunt contrahendum, ſed non dirimunt, ſcilicet tempus feriatum, & interdictum Eccleſiæ, unde verſus:

Eccleſiæ vetitum, necnon tempus feriatum
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Quod qualiter intelligi debeat, in ſequentibus dicetur.

TITULUS III.

De errore perſonæ.

NOminatis impedimentis, quæ, & quot ſint, de ſingulis per ordinem latius proſequamur. Et primo de impedimento erroris perſonæ, quod etiam ex ſui natura, non ex conſtitutione Eccleſiæ, ſicut pleraque impedimenta, matrimonialem conſenſum excludit. *Quoniam qui errat, non conſenſit*, ff. de jur. om. jud. *Si per errorem*. Et errantis voluntas nulla eſt, C. de jur. & fac. ign. *Cum teſtamentum*, & c. *Non idcirco*. Unde ſi vir, ſeu mulier errat errore perſonæ in matrimonio contrahendo, nullus eſt conſenſus, qui ſolus facit matrimonium; & ſic eo deficiente, nullum eſt conjugium: & hoc expreſſe probatur cauſſa 29. q. 1. *§. His ita*.

(His ita reſpondetur: Conſenſus eſt duorum, vel plurium ſenſus in idem: qui autem errat, non ſentit: non ergo conſentit, id eſt, ſimul cum aliis ſentit... non itaque conjux eſt appellanda; quia non fuit ibi conſenſus utriuſque, ſine quo nullum matrimonium eſſe poteſt. Sicut enim ille, qui ordinatur ab eo, quem putat Epiſcopum eſſe, & adhuc eſt Laicus, errat, nec vocatur ordinatus, immo ab Epiſcopo adhuc eſt ordinandus; ſic iſta errans, nulli eſt copulata conjugio, immo adhuc eſt copulanda. Ad hæc: Non omnis error conſenſũ evacuat; qui enim accipit in uxorem corruptam, quam putat virginem, vel qui accipit meretricem, quam putat eſſe caſtam, uterque errat: quia ille corruptam æſtimat virginem, & iſte meretricem reputat caſtam. Numquid ergo dicendi ſunt non conſenſiſſe in eas? aut dabitur Gratian.

Digitized by Google

bitur utrique facultas dimittendi utramque, & ducendi aliam? Verum eſt, quod non omnis error conſenſum excludit: ſed error, alius eſt perſonæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error perſonæ eſt, quando hic putatur eſſe Virgilius, & ipſe eſt Plato. Error fortunæ, quãdo hic putatur eſſe dives, qui pauper eſt, vel ecõverſo. Error conditionis eſt, quando putatur eſſe liber, qui ſervus eſt. Error qualitatis eſt, quando putatur eſſe bonus, qui malus eſt. Error fortunæ, & qualitatis conjugii conſenſum non excludit. Error vero perſonæ, & conditionis conjugii conſenſum non admittit. Si quis enim paciſceretur ſe venditurum agrum Marcello, & poſtea veniret Paulus dicens, ſe eſſe Marcellum, & emeret agrum ab illo; numquid cum Paulo convenit iſte de pretio, aut dicendus eſt agrum ſibi vendidiſſe. Item ſi quis promitteret ſe venditurum mihi aurum, & pro auro offerret mihi aurichalcum, & ita me deciperet; numquid dicerer me conſenſiſſe in aurichalcum? numquem volui emere aurichalcum, nec ergo aliquando in illud conſenſi: quia conſenſus non eſt niſi voluntatis. Sicut ergo hic error materiæ excludit conſenſum; ſic & in conjugio error perſonæ: non enim conſenſit in hunc, ſed in eum, quem putabat eſſe. Sed objicitur: Jacob non conſenſerat in Liam, ſed in Rachel, ſeptem ſiquidem annis pro Rachel ſervierat. Cum ergo, eo ignorante, Lia eſſet ſibi ſuppoſita, non fuit conjugium inter eos, ſi error perſonæ conſenſum excludit; quia, ut dictum eſt, non in eam conſenſerat, ſed in Rachel. His ita reſpondetur: Conſenſus, alius eſt præcedens, alius ſubſequens: præcedit conſenſus, quando ante carnalem copulam in individuam vitæ conſuetudinem uterque conſentit: ſubſequitur, quando poſt concubinalem, ſive fornicarium coitum conſentiunt in idem. Jacob ergo, & Liam non fecit conjuges præcedens conſenſus, ſed ſubſequens: nec tamen ex primo concubitu fornicarii judicantur, cum ille maritali affectu eam cognoverit, & illa uxorio affectu ſibi debitum perſolverit, putans lege primogenitarum, & paternis imperiis ſe ſibi jure copulatam. Quod autem error perſonæ nonnullos excuſet, auctoritate illa probatur, qua ſoror uxoris utroque inſcio, ſorore videlicet, & marito in lectum ejus iviſſe, & à viro ſuæ ſororis cognita, perhibetur; quæ cum ſine ſpe conjugii perpetuo manere cenſeatur: ille tamen, qui cognovit eam per ignorantiam, excuſatur. Aliter etiam hoc probatur: Diabolus nonnumquam ſe in Angelum lucis transformat: nec eſt periculoſus error, ſi tunc creditur eſſe bonus, cum ſe bonum ſimulat. Si ergo tunc ab aliquo ſimplici quæreret, an ſuæ beatitudinis vellet eſſe particeps, & ille reſponderet, ſe in ejus conſortium velle tranſire; numquid dicendus eſt conſenſiſſe in conſortium diabolicæ damnationis, annon potius in participationem æternæ claritatis? Item ſi quis hæreticorum nomina Auguſtini, vel Ambroſii, vel Hieronymi alicui Catholicorum ſeipſum offerret, atque ad ſuæ fidei eum imitationem provocaret; ſi ille præberet aſſenſum, in cujus fidei ſententiam diceretur conſenſiſſe: non in hæreticorum ſectam, ſed in integritatem Catholicæ fidei, quã ille hæreticus ſe mentiebatur habere: quia ergo hæc perſona decepta errore non in hunc, ſed in eum, quem iſta ſe mentiebatur eſſe, conſenſit; patet quod ejus conjux non fuerit. Error

Cauſ. 34. q. 2. Cap. 2. c. In lectum.

fortunæ, & qualitatis non excludit conſenſum: veluti ſi quis conſentiret in Prælaturam alicujus Eccleſiæ, quam putaret eſſe divitem, & illa eſſet minus copioſa; quamvis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen poſſet renunciare Prælaturæ acceptæ. Similiter quæ nubit pauperi, putans illum eſſe divitem, non poteſt renunciare priori conditioni, quamvis erraverit. Error qualitatis non excludit ſimiliter conſenſum: utpote ſi quis emerit agrum, vel vineam, quam putabat eſſe uberrimam; quamvis iſte erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo, non poteſt tamen venditionem reſcindere. Similiter qui duxit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam putat eſſe caſtam, vel virginem, non poteſt eam dimittere & aliam ducere.)

Ad hoc notandum eſt, quod ad hoc, quod aliqua erret conſentiendo in virum, quem putat alterum; neceſſarium eſt, quod per viſum, auditum, vel famam, habeat aliquam notitiam illius abſentis perſonæ, quam credit eſſe præſentem; quia in penitus ignotum, nec affectum, nec conſenſum dirigere poſſumus. Arg. ff. de contrahen. emt. *Cum ab eo*, *ſ. Menſam*. Unde cum conſentiat in perſonam abſentem, aliqualiter, ut dictum eſt, ſibi notam, quam putat eſſe præſentem; conſtat, quod non conſentit in præſentem, ſed in illam, quam præſentem eſſe putat: & ſic non eſt matrimonium, quando in perſona erratur. Si vero nullam notitiam habeat mulier de perſona abſente, non errat in ea; ſed decipitur in præſente. Verbi gratia, ſi aliquis Anglicus ruſticus veniat ad aliquam nobilem mulierem, dicens ſe filium Regis Angliæ, cujus notitiam mulier nullam habeat, & contrahit illa cum illo, credens eum filium regis; non impeditur matrimonium, quia non fuit error perſonæ, ſed potius qualitatis, quæ non impedit, ſicut nec error fortunæ. Cauſſa 29. q. 1. ſ. *His ita*. *v. ſupra Poſtillat.*

CUjus notitiã) *Scilicet Regis, vel filii ejus, vel ipſius loquentis. Cum tamen dicit aliquis in hoc caſu: Ego ſum filius regis, diſtingue; quia ſi filius teneatur ſubſtantive, ſub hoc ſenſu: Ego ſum talis filius regis, id eſt, ſum ille, qui filius regis eſt, diſtinguendum eſt, ut ſupra: Utrum ſcilicet notus ſit aliquo modo huic, vel non: ſi autem filius teneatur adjective, ut ſit ſenſus: Ego ſum generatus a rege, id eſt, rex me genuit, & propter hoc contrahat illa cum illo, non eſt error perſonæ, ſed tantum filiationis, unde non impeditur matrimonium, ſive rex habeat filium, ſive non: quia error eſt relationis, & non perſonæ.*

Quid, ſi Joannes dicit ſe eſſe Petrum, qui tamen Petrus mortuus eſt, & illa conſentit?

Reſp. Non eſt matrimonium, quia error eſt in perſona.

Quid, ſi aliqua ſcit aliquem multos habere filios, quorum tamen nullus notus eſt ei, & unus eorum mentitur ſe eſſe primogenitum, & iſta conſentit in eum, propter ſpem ſucceſſionis paternorum bonorum?

Reſp. Non eſt hic error perſonæ, ſed fortunæ, ſive relationis, ſive primogenituræ; & ideo non impeditur matrimonium, ſicut notavit Hugot. 29. *q.* 1. *in princ.*

Quid, ſi aliquis deſponſat aliquam corruptam de futuro, quam credit eſſe virginem; numquid poſtea, comperto, quod ſit corrupta ante carnalem copulam, compellendus eſt conſummare matrimonium cum ea?

Reſp. Hugot. notavit 27. *quæſt.* 2. *cap.* Raptor, *quod non eſt compellendus; quia per hoc impedire-*

tur

tur ejus promotio ad ordines Eccleſiaſticos: ſed quare error qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium; ſicut error perſonæ?

Reſp. Conſenſus in perſonam neceſſarius eſt ad matrimonium, non conſenſus in fortunam, vel qualitatem, & propter hoc error qualitatis, & fortunæ non impedit matrimonium.

Dicitur autem error qualitatis, quando putatur bonus, vel nobilis, vel virgo, & ſimilia, & eſt malus, & ignobilis, vel corrupta, & e converſo: vel error fortunæ, quando creditur dives, & eſt pauper.

TITULUS IV.

De impedimento conditionis.

SEquitur videre de impedimento conditionis, ſcilicet ſervitutis: quod impedimentum inductum eſt ab Eccleſia in favorem libertatis.

Poſtillat. IN favorem libertatis) *Id eſt, liberarum perſonarum: unde error conditionis non impedit matrimonium, niſi cum alter eſt liber, & decipitur in ſervili conditione illius, cum quo contrahit; error autem hujuſmodi ex ſui natura non impedit matrimonium, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ, quæ niſi hoc inſtituiſſet, non impediret, ſicut error qualitatis non impedit, aut fortunæ.*

Sed numquid poſſet Eccleſia idem conſtituere de errore qualitatis, aut fortunæ?

Reſp. Credo quod ſic, ſicut notavit Hugo. 29. q. 2. in prin. Error autem perſonæ ex ſui natura abſque Conſtitutione Eccleſiæ impedit matrimonium, adeo quod non poſſet Eccleſia ſtatuere, quod non eſſet impedimentum matrimonii.

De quo breviter ſciendum, quod ſi libera mulier contrahit cum ſervo, vel liber cum ancilla ſcienter, tenet matrimonium. Cauſſa 29. q. 2. c. *Si quis liber*, & c. *Si quis ancillam*.

Zachar. Papa
,, SI quis liber ancillam in matrimonio acce-
,, perit, non habet licentiam dimittere eam,
,, ſi conſenſu amborum conjuncti ſunt, excepta
,, cauſſa fornicationis. Sed una lex deinceps e-
,, rit per omnia, & viro, feminæ.

Julius Papa
,, SI quis ancillam ſuam in libertatem dona-
,, verit, & in matrimonium ſibi ſociaverit,
,, dubitatur apud quoſdam, utrum hujuſmodi
,, nuptiæ legitimæ eſſe videantur, an non. Nos
,, itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes,
,, talia conjugia legitima eſſe cenſemus: ſi e-
,, nim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil
,, impium, & legibus contrarium in tali copu-
,, latione fieri poteſt; quare prædictas nuptias
,, inhibendas exiſtimemus?

Si vero libera contrahit cum ſervo ignoranter, credens ſcilicet eum liberum, vel liber cum ancilla, quam credit liberam; nullum eſt matrimonium. Cauſſa 29. q. 2. c. *Si quis ingenuus*, & c. *Si femina ingenua*.

In Conc. Apud Vermeriam, cui interfuit ven Pipinus, c. 6.
,, SI quis ingenuus homo uxorem ancillam
,, alterius acceperit, & exiſtimat quod in-
,, genua ſit; ſi ipſa femina fuerit poſtea in ſer-
,, vitute detecta, ſi eam a ſervitute redimere
,, poteſt, faciat: ſi non poteſt, ſi voluerit, a-
,, liam accipiat: ſi autem ancillam eam ſcierat,
,, & collaudaverat, prout legitimam eam ha-
,, beat: ſimiliter & mulier ingenua de ſervo
,, alterius facere debet.

Ex Eodem Cap. 8.
,, SI femina ingenua acceperit ſervum, ſciens,
,, quod ſervus eſſet, habeat eum: quia o-
,, mnes unum patrem habemus in cælis, una
,, lex erit viro, & feminæ.

Hoc ita verum eſt, quod nullum matrimonium eſt inter eos, niſi, poſtquam cognovit ejus conditionem eſſe talem, conſenſit in eum verbo, vel facto per copulam carnalem, 29. q. 2. cap. *Si quis ingenuus*, & cap. *Si femina ingenua*, extr. de conjug. ſer. cap. *Propoſuit*, & c. *Ad noſtram*. *v. ſupra.*

Alex. III Præpoſito, & Priore Mortar.
,, PRupoſuit nobis M. mulier, quod cum vir
,, ejus cum ea diutius permanſiſſet, notam
,, ei ſervilis conditionis objecit, aſſerens eam
,, eſſe ancillam, quam liberam eſſe credebat,
,, cum eam duxit in uxorem (& infra) Man-
,, damus, quatenus ſi conſtiterit, quod idem
,, vir præfatam mulierem poſtquam illam audi-
,, vit eſſe ancillam, carnaliter cognovit, ipſum
,, monitione præmiſſa compellatis, ut eam ſicut
,, uxorem maritali affectione pertractet. Si vero
,, aliter fuerit, & ſententiam divortii proferri
,, contingat, mulieri pecuniam, quam præ-
,, fato viro pro dote conceſſit, reſtitui facia-
,, tis.

Innoc. III H. Epiſc.
,, AD noſtram noverit audientiam perveniſ-
,, ſe, quod G. Presbyter Card. Apoſt. Se-
,, dis Legatus R. militem a muliere quadam
,, propter conditionis ſeparavit errorem. Ideo-
,, que mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quod
,, miles ignoranter contraxit cum ancilla, ita
,, quod, poſtquam intellexit conditionem ipſius,
,, nec facto, nec verbo conſenſerit in eamdem,
,, & ab ejus fuerit conſortio ſeparatus; contra-
,, hendi cum alia liberam ipſi concedas aucto-
,, ritate Apoſtolica facultatem.

Item nota, quod error deterioris conditionis, ſervilis ſcilicet, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jam contractum, ut dictum eſt; ſed non error paris, vel melioris conditionis, ut ſi ſervus ignoranter contrahit cum ancilla, quam credit liberam, vel cum libera, quam credit ancillam, quia non decipitur, nec habet, quod ei objiciat. Arg. 32. q. 6. per totum, extr. de divort. c. *Significaſti*. *v. pag. 69.*

Item alia ratione, quia edictum tale eſt prohibitorium, hoc eſt, quicumque prohibetur, non admittitur.

Quid, ſi dominis contradicentibus, & invitis inter ſervos contracta ſunt matrimonia?

Dic, quod non ſunt propter hoc diſſolvenda; debita tamen, & conſueta ſervitia non minus debent propriis dominis exhiberi. Extr. de conjug. ſer. c. 1. ſeu, *Dignum*.

Hadrian. Saltzburg. Archiep.
,, DIgnum eſt (& infra) Sane juxta ver-
,, bum Apoſtoli, ſicut in Chriſto Jeſu
,, neque liber, neque ſervus eſt a Sacramentis
,, Eccleſiæ removendus; ita nec inter ſervos ma-
,, trimonia debent ullatenus prohiberi: & ſi con-
,, tradicentibus dominis, & invitis contracta fue-
,, rint, nulla ratione ſunt propter hoc diſſol-
,, venda: Debita tamen, & conſueta ſervitia
,, non minus debent propriis dominis exhibe-
,, ri.

Pone, quod dominus præcipit ſervo conjugato aliquid, eodem tempore petit uxor debitum, vel e converſo.

Ad hoc credo, ſalvo meliori judicio, eſſe diſtinguendum: quoniam aut contraxit ſervus conſentiente domino, aut eo ignorante, vel contradicente. In primo caſu debent reddere debitum, quoniam, quum dominus conceſſit princi-

pale, ſcilicet matrimonium, intelligitur acceſſoria conceſſiſſe. Argum. extr. de off. deleg. c. *Præterea*, in fin. In ſecundo vero caſu videtur, quod debeat domini mandatum implere, niſi probabiliter timeatur periculum adulterii ex dilatione; alioquin poſſet dominus ſervitio ſui ſervi omnino ſine culpa ſua privari: quod eſſe non debet. Require infra ß. proximo.

v. pag. 566

Facit ad hanc ſolutionem quod notavi de Monacho, de uxore, & filiofamilias. Require in ſumma de pœn. in tit. de negotiis ſæcularibus, ß. *Sed ſi quæritur circa hoc*, & quinque ßß. ſequentibus. Item quod notavi de ſervo ordinato, ignorante domino, vel ſciente, & contradicente. Require in ſumma de pœn. in tit. de ſervis non ordin. ß. *Si ſervus*.

Circa conditiones autem, quæ apponuntur in deſponſationibus, eſt diſtinguendum: quoniam aut conditio eſt honeſta, aut inhoneſta: Item ſi honeſta, aut neceſſaria, aut voluntaria. Si vero eſt turpis, ſeu inhoneſta, adhuc ſubdiſtingue: aut eſt contra ſubſtantiam, ſive naturam matrimonii, aut non.

Conditio honeſta & neceſſaria eſt, quæ ſi non apponatur, nihil agitur: de hoc require infra, de diſpari cultu, in prin.

Conditio honeſta & voluntaria eſt, quæ honeſte poteſt apponi, & non apponi, ut: *Contrabam tecum, ſi pater meus voluerit*, vel: *Si dederis mihi centum marchas*. Hoc ſi apponatur, ſuſpendit ſponſalia uſque in eventum conditionis, etiamſi interveniat juramentum, niſi interim conſenſus de præſenti, vel carnalis copula fuerit ſubſecuta; quoniam tunc dicitur verum matrimonium eſſe inter eos, eo quod videntur a conditione propoſita receſſiſſe. Arg. de cond. appoſ. cap. *Super eo*, & cap. *De illis*, & cap. *Per tuas*.

v. pag. 462

Alex. III. *Panormit. Archiep.*

„ DE illis autem (& infra) Si vero aliquis ſub hujuſmodi verbis juramentum alicui mulieri præſtiterit: *Ego te in uxorem accipiam, ſi tantum mihi donaveris*, reus perjurii non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſolvere, quod ſibi dari petiit, non acceperit in uxorem, niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

Innoc. III *Maſtiaut. Epiſc.*

„ PEr tuas litteras intimaſti, quod cum quædam mulier P. nomine N. poſtulaſſet in virum, aſſerens inter ſe mutuum de præſenti conſenſum interveniſſe, & carnalem copulam acceſſiſſe; vir ipſe quamvis contracta ſponſalia, & carnalem copulam non negaret; aſſerebat tamen ſe illam in uxorem ducere non teneri: quia ſponſalia inter ipſos ſub hac fuerunt conditione contracta, ſi pater ejus, & patruus ſponſalibus conſentirent; ſed ipſi quã cito noverunt, & ſponſo contradixerunt, & ſponſæ. Verum mulier replicabat, quod licet fides præſtita fuerit ab utroque ſub conditione præſcripta, non tamen ſibi fuerat a patre viri, vel patruo aliquando contradictum, & ante tempus contradictionis expreſſum a teſtibus, & poſt, dicebat inter ſe carnalem copulam acceſſiſſe (& infra) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod cum liquido conſtet, quod poſt contracta ſponſalia, carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta, pro matrimonio eſt præſumendum; quia videtur a conditione appoſita receſſiſſe. Nam etſi probatum ſit, quod poſtquam pater, & patruus viri contradixere ſponſalibus, idem vir mulierem illam carnali conjunctione cognoverit; non eſt tamen aliquo modo probatum, quod antequam ipſe cognoviſſet eamdem, pater ejus, & patruus contradicere curaviſſent.

Conditio inhoneſta, & contra naturam, ſive ſubſtantiam matrimonii eſt, quum dicit: *Contrabo tecum, ſi generationem prolis evites*, vel, *donec inveniam aliam honore, vel facultatibus digniorem*, aut, *ſi pro quæſtu adulterandam te tradas*. Hoc ſi apponatur, nihil agitur. Cauſſa 32. q. 2. c. *Aliquando*, & c. *Solet quæri*, extr. de condit. appoſ. c. ult. ſeu, *Si conditiones*. 4. pag. 86.

Auguſt. *De nuptiis, & concupiſc.*

„ ALiquando eo uſque pervenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam ſterilitatis venena procuret; & ſi nihil valuerit, conceptos fœtus intra viſcera aliquo modo extinguat, ac fundat, volendo ſuam prolem prius interire, quam vivere: aut ſi in utero jam vivebat, occidi, antequam naſcetur. Prorſus ſi ambo tales ſunt, conjuges non ſunt: & ſi ab initio tales fuerunt, non ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius convenerunt: ſi autem non ambo ſunt tales, audeo dicere, aut illa quodammodo eſt mariti meretrix, aut ille adulter uxoris.

Greg. IX.

„ SI conditiones contra ſubſtantiam conjugii inſerantur, puta ſi alter dicat alteri: *Contrabo tecum, ſi generationem prolis evites*; vel: *donec inveniam aliam honore, vel facultatibus digniorem*; aut: *ſi pro quæſtu adulterandam te tradas*; matrimonialis contractus, quamtumcumque ſit favorabilis, caret effectu. Licet aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio, ſi turpes, aut impoſſibiles fuerint, debeant propter favorem ejus pro non adjectis haberi.

Inhoneſta conditio, quæ non eſt contra naturam matrimonii, eſt, quum dicit: *Contrabam tecum, ſi furtum feceris*, vel, *ſi hominem interfeceris*: hoc ſi apponatur, infringenda eſt conditio, vel pro non adjecta habenda, & tenent ſponſalia, ſive matrimonium. Extr. de condit. appoſ. c. 1. & ult. ſeu, *Quicumque*, & c. *Si conditiones*.

Ex Conc. *Africano.*

„ QUicumque ſub conditionis nomine aliquam deſponſaverit, & eam relinquere voluerit; dicimus, quod frangatur conditio, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

TITULUS V.

De impedimento Voti.

COnſequenter agendum eſt de impedimento voti; ſed quoniam circa iſtum articulum multi multa, atque diverſa dixerunt, ut plenius intelligatur, quid teneri debeat, videndum quid ſit votum, quis poſſit vovere, qua ætate teneat votum, quot ſpecies voti, quod votum dirimat matrimonium jam contractum.

ß. I.

Quid eſt votum? & quis poteſt vovere?

VOtum ſic deſcribitur: Votum eſt alicujus boni cum deliberatione promiſſio. Require in ſumma de pœn. in eod. tit. ß. 1. vel ſic: Votum eſt conceptio boni propoſiti cum deliberatione firma, qua quis ad aliquid faciendum, vel non

non faciendum ſe Deo obligat. Et licet diverſa ſint vota, ſecundum diverſitatem rerum, quæ voveotur; votum tamen continentiæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jem contractum.

Quis vovere poſſit, videamus. Et eſt ſciendum, quod quilibet ſanæ mentis, niſi expreſſe prohibeatur, quoniam votum lege ſancti Spiritut inſpiratur: prohibentur autem conjuges votum continentiæ emittere, niſi pari conſenſu, & voluntate; nec ad religionem alter accedere poteſt ſine conſenſu elteriut: & ſi elter voverit ſine conſenſu elterius, vel intrat monaſterium, revocari poteſt ab altero conjuge; quod locom habet poſt carnalem copulam. Nem ente carnalem copulam, licet ſit matrimonium per verba de præſenti inter eos contractum, poteſt alter, altero invito & renitente, intrere religionem, & alter remanens in ſæculo contrahere.

Item ſervus invito domino vovere non poteſt, nec monaſticam vitam eligere. Item pueri, ſive puellæ, ſi votum emiſerint ante tempus pubertatis (quod eſt in puero quattuordecim annorum, in puella duodecim) pater, & tutor revocare poſſunt abſque peccato. *Sanæ mentis* ideo dixi, quoniam ſi homo elienatæ mentis voveat, vel monaſterium intret, non tenet votum. Extr. de regul. & tranſ. ad relig. c. *Sicut tenor*.

INNOCENT. III. *Epiſcopo, & Cap. Tergiſt.* „ SIcut tenor litterarum (& inſre) Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod „ licet iſta duo interſe repugnantie videantur, „ & quiſquam ſcilicet ſit extre ſe poſitus, & „ de præſenti vita deſperet; ſi tamen eo tempore, „ quo P. Sacerdos lator præſentium poſitus „ extre mentem eſſeritur, inductus fuit „ habitu monacheli, eum alienetus non ſentiat, „ ee per hoc non valeat conſentire, eum denuncietis „ eb obſervatione monaſtici ordinis „ abſolutum niſi poſtquam mentis ſuæ factus „ eſt compos, ſpontanee voluntate profeſſionem „ fecerit monechalem.

Omnes alias perſonas præter iſtas eredo poſſe ſolemne votum emittere. Require in ſumma de pœn. in eod. tit. *§. Poteſt autem votum*, verſ. *Poteſtate vero ſuperioris*, uſque ad *§. Sequitur videre*. Item in eod. tit. §. *Item alter conjugum*, & quattuor §§. ſequentibus.

---

§. II.

Qua ætate poteſt quis ſolemnizare votum.

SEquitur videre, qua ætate poſſit ſolemnizari votum. Ad quod ſciendum, quod ætas duodecim annorum eſt in muliere legitima, quattuordecim in maſculo; ita quod ſi poſt illam ætatem ſolemne votum emittant, vel illud, quod ente in minori ætete emiſerunt, non revocaverint, quum ad legitimem ætetem venerint, poſtee votum vel monechatue firmum *v. pag. 63.* menebit, & ratum. Cauſſa 20. q. 1. cap. *Il-* *v. pag. 61.* *lud*, & quæſt. 2. cap. 1. & 2. ſeu, cap. *Si in qualibet*, & cap. *Puellæ*, extr. de regular. & tranſ. ed relig. c. *Ad noſtram*, & cap. *Significatum*.

ALEX. III *Magiſtro F. Civitat. Canonico.* „ AD noſtrem noverit audientiem perveniſſe, „ quod Eremitæ de Monte-Folio, „ quoſdam pueros ſeduxerunt in tentum, quod „ quidem ſuaſionibus eorum eſſenſum præbentes, „ ſtatim religionis habitum in ipſorum monaſteriis „ ſuſceperunt: quorum unus T. nomine, „ ſtatim pœnituit, quod habitum induiſſet „ (& infra) Quocirca mandamus, quetenus ſi „ conſtiterit, quod præfatus T. ente conſummetionem „ 14. anni ſuſceptum habitum depoſuerit, „ aut ſi poſt 14. annum habitum „ ipſum ſine probatione ſuſceperit, & intra „ triduum depoſuerit; eum ab impetitione prædictorum „ Eremitarum denuncies abſolutum: „ & eam, quam, poſtquam exivit, juravit accipere „ in uxorem, libere poſſe traducere, ſi „ elia cauſſa rationabilis non obſiſtat.

„ SIgnificatum eſt nobis (& inſre) Mendamus, „ quatenus ſi inveneris, quod G. ALEX. III *Beluacen. Epiſc.* „ non fuiſſet a parentibus oblatus & intra 14. „ annum facti voti pœnitens, e religione receſſerit; „ eb illo voto profeſſionis, quod fecit, „ denuncies abſolutum: ſi autem a parentibus „ fuerit oblatus, ſeu 14. ennum compleverit, „ cum religionem intravit, ſeu poſt 14. ennum „ profeſſionem a ſe ptins factam, ratam habuerit; „ eum ad eamdem, vel ad eliem religionem „ tranſire compellas.

Require de hoc in ſumma de pœn. eod. tit. *§. Poteſt autem votum*, verſ. *Cum impuberes*.

S. CONCILII TRIDENTINI

DECRETUM,

De Regularibus, & Monialibus.

„ IN quecumque religione, tem virorum, quam mulierum, *Seſſ. 25. c. 15.* „ profeſſio non fiat ante „ decimum ſextum annum expletum; nec qui „ minore tempore, quam per annum, poſt ſuſceptum „ habitum in probatione ſteterit, ad „ profeſſionem admittetur. Profeſſio autem antea „ facta, ſit nulle, nullamque inducat obligationem „ ad alicujus regulæ, vel religionis, „ vel ordinis obſervationem, eut ad alios quoſcumque „ effectus.

---

§. III.

Quot ſint ſpecies voti?

NUnc videndum eſt, quot ſint ſpecies voti. Sunt enim duæ: eſt votum ſimplex, & votum ſolemne. Votum ſimplex eſt, quod ſimpliciter emittitur, nulla ſolemnitate edhibita, ut quum quis dicit: *Voveo continentiam: Volo eſſe Monachus*, & non plus procedit.

Votum ſolemne eſt, quando poſt votum ſolemnitas ſequitur. De hac ſolemnitete, ſeu ſolemnizatione nota, quod quidem dicunt tribus modis ſolemnizari votum, per profeſſionem, per Sacrum Ordinem, per habitus ſuſceptionem; ſed quoniam quædem capitula expreſſe dicunt, quod habitus ſine profeſſione non facit Monachum, & impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit jam contractum. Extr. de regul. & tranſ. c. *Porrectum*, ext. qui Cler. vel vov. c. *Conſuluit*.

„ POrrectum nobis ex parte tua petitorium CLEMENS III. „ continebat, quod I. Canonicus Areheron- „ tinus infirmitate grevetus, votum, ut fieret „ Mo-

,, Monachus ſe aſſerit emiſiſſe; unde metuens,
,, ne voto decederet non completo, junctis ma-
,, nibus tibi ſe reddidit in Monaſtichum, & in
,, fratrem (& infra) Inquiſitioni tuæ taliter
,, reſpondemus, quod cum Monachum non fa-
,, ciat habitus, ſed profeſſio regularis, ex quo
,, a convertendo votum emittitur, & recipi-
,, tur ab Abbate, talis, ut fiat Monachus, ut
,, reddat domino, quæ promiſit, erit utique
,, compellendus.

Alex. III. *Lucenſi Epiſc.* ,, CONſuluit nos tua fraternitas, quid fa-
,, ciendum ſit de nobili muliere, quæ ve-
,, ſtibus pretioſis abjectis, mutavit habitum,
,, & de manu Presbyteri velamen aſſumſit: ſed
,, non renunciavit propriis, nec intravit clau-
,, ſtrum, nec in manu alicujus Epiſcopi, Ab-
,, batis, vel Abbatiſſæ, aut ſuper altare pro-
,, feſſa eſt, vel obedientiam promiſit: poſtmo-
,, dum vero elapſo anno (abjecto religionis ha-
,, bitu) cuidam nobili nupſit. Conſultationi
,, tuæ taliter reſpondemus, quod ſicut ſimplex
,, votum matrimonium impedit contrahendum,
,, & non dirimit contractum; ita habitus ſine
,, profeſſione ſuſceptus, ne contrahatur, im-
,, pedit; ſed contractum nequaquam diſſol-
,, vit.

Ideo ipſi dicunt, quod triplex eſt habitus, probationis ſcilicet, quæ nullum habet votum annexum, in quo caſu intelligunt, quod legitur cat. de renunc. c. *Ex tranſmiſſa*.

Alex. III. *Epiſc. Veralano* ,, EX tranſmiſſa relatione Abbatis ſancti N.
,, de Ceparano noſtris eſt auribus intima-
,, tum, quod P. Rubeus Clericus, dum infir-
,, mitate laboraret, apud Monaſterium ſancti
,, Salvatoris ſibi petiit habitum Monaſticum in-
,, dulgeri: qui reparata poſtmodum ſanitate,
,, ad Monaſterium illud gratia complendi vo-
,, tum acceſſit, & ibidem moram aliquantulam
,, faciens, ea, quæ prædictæ Eccleſiæ ſancti N.
,, contulerat, ſibi fecit reſtitui. Nunc autem
,, mutato animo laborat, ut reſtituatur in Ec-
,, cleſia ſupradicta. Verum quoniam jam dicta
,, Eccleſia ab eo ſoluta dignoſcitur, ex quo ea,
,, quæ ſibi contulerat, ad petitionem ſuam re-
,, ſignavit eidem; mandamus, quatenus ſi res
,, ita ſe habet, prædictum Abbatem, & ſocios
,, ejus ad receptionem P. nulla ratione compel-
,, las invitos, nec a populo Ceparano compel-
,, li permittas: hortari tamen eos poteris, ut
,, illum non tamquam unum de Eccleſia, ſed
,, queſi de novo recipient in ſocium, & in fra-
,, trem.

Converſionis, ſcilicet habitus, qui habet votum continentiæ annexum, ſed non ſolemne; in quo caſu intelligunt illam Decretalem, extra qui Cler. vel vov. c. *Conſuluit*. *v. ſupra.*

Profeſſionis, qui habet votum ſolemne annexum; & ita intelligunt illud diſtinct. 27. c. *Quod interrogaſti*, extr. de regul. c. *Super eo*, & c. *Vidua*. *v. pag. 68.* Hi tales, qui hoc dicunt, ſubtiliter moveri videntur; ſed illa diverſitas habituum, quam faciunt, nec per jura probatur, nec per apparentiam diverſorum habituum demonſtratur. Unde credo cum aliis, quod ſolus habitus, niſi aliud ſequatur, vel præſumatur, non ſolemnizat votum, ſed ſola profeſſio vera, vel præſumta votum Monachatus facit ſolemne, ut in præal. Decretal. *Conſuluit*, & c. *Porrectum*. *v. ſupra.*

Præſumta ideo dixi, quia ſi quis ſumat habitum in Monaſterio, qui dari profitentibus conſuevit: vel ſi non ſit habitus profeſſorum diſtinctus ab habitu novitiorum; ipſe tamen in Choro, Capitulo, & Menſa facit omnia ſicut Monachus; præſumitur profeſſionem emiſiſſe. Diſt. 27. c. *Quod interrogaſti*: ita quod etiamſi vellet jurare, ſe non accepiſſe eo tenore, quod ibi eſſet perpetuo, non audiretur, extr. de regul. c. *Vidua*. *v. pag. 68.* Requira de hoc in ſumma de pœn. eod. tit. §. *Quæritur circa votum*, & duobus §§. ſequentibus. *v. pag. 68.*

Si vero ſuſcipiat habitum extra Monaſterium, non præſumitur profeſſionem feciſſe, nec votum ſolemniaaſſe; ſed tantum ſimplex votum. Extr. qui Clerici, vel vov. c. *Conſuluit*, extr. de regul. c. *Porrectum*. *v. ſupra.*

Si vero habitum ſuſcipiat in domo propria, & votum emittat in manu publicæ perſonæ, judicatur votum ſuum ſolemnizaſſe, ita quod ſi contrahat matrimonium, ſeparatur. Extr. qui Cler. vel vov. c. *Inſinuante*.

,, INſinuante I. Nobili muliere noſtro eſt A- Innoc. III *Ulixbon. & Colimbri. Epiſc.*
,, poſtolatui reſeratum, quod a quibuſdam
,, curialibus fuit regi Legionenſi pro ipſius co-
,, pula ſupplicatum, quod cum ad conſangui-
,, neorum ejus notitiam perveniſſet, ut mari-
,, tum acciperet, ei ſub obteſtatione regia ſug-
,, geſſerunt; ipſa vero, quod tunc nollet nube-
,, re proteſtans, concilium accepit ab eis, quod
,, votum emitteret caſtitatis, quod in manibus
,, cujuſdam de fratribus ſancti Auguſtini fecit,
,, eo adjecto tenore, ut in domo propria cum
,, omni ſubſtantia ſua remaneret. Sane in ejuſ-
,, dem ordinis habitu, biennio poſt permanſit,
,, licet id ſe invitam feciſſe aſſerat, & coactam,
,, non tam metu regio, quam parentum (&
,, infra) Tandem attendens, quod invita vo-
,, tum emiſerit, eo dimiſſo de parentum con-
,, ſilio P. Michaeli publice fuit matrimoniali-
,, ter copulata, de quo quattuor ſubſtulit filios
,, tempore procedente (& infra) Nos igitur
,, attendentes, quod in emiſſione voti, quod
,, præceſſit, nulla vel modica coactio adfuiſſet,
,, quam patientia, & perſeverantia ſequentis
,, temporis penitus profugavit, & quod ſequens
,, conjunctio potius iniqua fuit, & violenter
,, extorta; mandamus, quatenus ſi præmiſſis
,, veritas ſuffragatur, præfatam mulieram ad
,, male dimiſſum religionis habitum reſumen-
,, dum, & ſervandum quod vovit, monere, &
,, inducere procuretis, &, ſi opus fuerit, per
,, cenſuras Eccleſiaſticas coercere.

Et hoc propter profeſſionem, quam fecit, non propter habitum; aliter eſſet contraria illa, *Conſuluit*: & ſic credo ſine dubitatione aliqua dicendum, quod ſola profeſſio vera, vel præſumta, votum Monachatus reddit ſolemne.

Quid de quibuſdam, qui longo tempore portaverunt habitum Monaſticum, vel Regularem; habent tamen proprium, & alias regulariter vivunt, dicentes ſe non teneri ad carentiam proprii, vel continentiam, & alias obſervationes regulares, quia non habitus facit Monachum, ſed profeſſio regularis?

Dic, quod tales, qui prædicto modo terram duabus viis ingredi non verentur, poſtquam per annum geſtaverint habitum regularem, ſecundum formam ordinis, ut profiteantur, & ſervent, per ſuos Epiſcopos ſunt Eccleſiaſtica cenſura cogendi. Extr. de regul. cap. *Ex parte*.

,, EX parte tua fuit propoſitum, quod non- Honor. III. *Venet. Ep.*
,, nulli ſunt, qui licet pluribus annis geſta-
,, verint habitum Monachalem, profeſſionem
,, tamen Monaſticam non fecerunt; unde cum

,, ſuper

Digitized by Google

„ ſuper eo, quod habent proprium, & alias irregolariter vivunt, a te, vel ab aliis arguuotur; „ non erubeſcunt dicere, ſe ad carantiam propril, & cootinaotiam, aa alias regulares obſarvaotias ooo tenari; cum habitus ooo faciat Monachum, ſed profaſſio regularis (& infra) Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatanus qooslibet tibi lege diœceſana ſubjectos, qoi prædicto modo terram duabus viis ingredi noo vareotur, ut poſtquam per annum geſtavariot habitom Monachalem, regulam ſecuodum formam ordinis profitaantur, & ſerveot, Ecclaſiaſtica cenſura compellas.

Item ſolemnizatur votum per ſacri ordiois ſuſceptionem. Require lo ſomma de pœnit. in aodem tit. *§. Item, quid ſi maritus*.

Sed quæritur, quod votum impedit matrimonium?

Et eſt dicendum, quod ſimplex votum impedit matrimooium cootrahandum, in tantum quod ſi *ille*, qui ſimplicitar vovit, præſtitit poſtea jurameotum alieni, quod etlam ducerat eam io uxorem, debet votum adimplere, & agara pœoitentiam de juramento illicite præſti-

v. pag. 54. to. Extr. qui Cleric. val vov. e. *Rurſus*. Si vero ſimplialtar vovaos contrahat poſtea per varba de præſentl, tenat matrimooium. Diſtinct.

v. pag. 54. 27. c. *Si vir*, & in præaileg. Decret. *Rurſus*.

Votum vero ſolemne impedit contrahandum, & dirimit jam contractum. Diſt. 27. a. *Voven-*

v. loca jā laudata. *tibus*, cauſſa 27. q. 1. fere per totum, axtr. qui Cleric. val vov. a. *Meminimus*.

Alex. III Vigorienſi Epiſcopo. „ MEminimus (& infra) Reſpoodamus, quod ſi quiſquam, qui ſe religioni devovit, & habitu ſuſcapto profeſſionem fecit, poſtmodum ſibi aliquam copulaverit, eſt cogendus ab ea recedere, & ad Eccleſiam, cui ſe contolit, ſioa contradictione tranſire. Verum ſi nec habitum ſuſcepit, nec profeſſionem, ſad votum ſolummodo fecit, & ſe ad religionem traoſitorum promiſit, licet poſtea matrimooium cootraxerit, non aſt cogendus ad religionem traoſire, & matrimoniale votom reſaindere.

Et hæc brevitatis cauſſa de voto dicta ſufficiant.

TITULUS VI.

De cognatione carnali.

PErtractato de impedimaoto voti, ſubſeqoaoter dicendom eſt de impedimento cognationis. Ad quod ſcieodom, quod cognatio triplax aſt, ſcilicet carnalis, ſpiritualis, & legalis: & quia caroalis cognatio, quæ conſanguinitas appellator, alias duas ſpecias cognationis præcedit naturaliter; ideo prius da ea videamus: & quamvis ſcripta ſint molta & varia da ſanguinitata a doctoribus, & majoribus noſtris ſuper expoſitiooe tam arboris, quam diverſorum Canonnm, qui ſuperficialitar videntur aſſe contrarii; tamen da multis pauca utilia, quæ ad præſentem doctrinam faciunt hic ſunt compilata. Videndum ergo, quid ſit conſanguinitas; uode dicator; quid ſit lioea conſanguioitatis, & quot ſiot lineæ; quid ſit gradus, qualiter gradus computetur; & uſque ad quotum gradum prohibeatur matrimoniom.

§. I.

Quid eſt conſanguinitas, ejus linea, & quot ſunt.

COnſaoguinitas aſt vinculom perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, caroali propagatiooe cootractum. *Stipitem* dico illam perſonam, a qua aliqui duxerunt originem: ſicut Adam fuit ſtipes Cain, & Abel, & filiorum, qui ab ais proceſſerunt.

Dicitur coonſanguinitas, a *Con* & *ſanguine*, quaſi *communem ſanguinem* habentes, vel da ono ſaoguioe procedantaa.

Lioea eſt ordinata collectio perſonarum cooſanguinitate coojuoctarum, ab eodem ſtipite deſcendaotium, diverſos gradus cootinens.

Linaæ ſuot tres, aſcendentium, deſcendeotium, & tranſverſalium, ſeu collateralium; ſicut triplax eſt diverſitas propinqoorum, ſeu conſaoguioeorum: prima aſt aſcendentium, a qoibus origioem traximus, ſicut pater, mater, avus, avia, proavus, proavia, abavus, abavia. Secunda deſcendentium, qui duxarunt originem a nobis, ſicut filios, filia, nepos, naptis, prooepos, prooeptis, abneptos, abneptis. Tertia eſt tranſverſaliom, ſeu a latere venientium, a quibus noo duximus originem, oec ipſi a nobis, ot fratar, ſoror, filii duorum fratrum, qui dicuntur patrueles; vel filii duarum ſororum, qui dicuntur conſobrioi, & eorum filii, & oepotes, ſicut expreſſe notatur, caoſſa 35. q. 5. cap. *Primo gradu*.

„ PRimo gradu, ſuperiori linea cootioetur pater, & mater: ioſariori filius, & filia, quibus nullæ aliæ perſooæ junguotur. Secundo gradu contioentur, ſuperiori linea, avus, avia; inſariori oepos, neptis; in tranſverſa frater, & ſoror: quæ perſonæ duplicantur: avos eoim, & avia tam ax patre, quam ex matre accipiootur: quæ perſonæ ſequentibus quoqua gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earū, io quo gradu cooſiſtunt, ipſo ordioe duplicantur. Iſtæ perſonæ ſecuodo gradu ideo duplicas appellaotur, quia duo avi ſunt, paternus, & materous. Item duo genera napotum ſunt ſive ax filio, ſiva ex filia procreati. Frater & ſoror ex tranſverſo veoiunt, id aſt, aut frater patris, aut fratar matris: qui aot patruos, aut avunculus oominatur; qui & ipſi hoc ordine duplicaotur. Tartio gradu veniunt ſupra proavus, proavia: ioſra pronepos, pronaptis: ex obiiquo quoqua fratris, ſororiſqua filius, filia, patruos, amita, id aſt, patris frater, & ſoror; avunculus, matartera, id aſt frater matris, & ſoror. Quarto gradu vaniunt ſupra abavus, abavia: infra abnepos, aboaptis: ax obliquo fratris, ſororiſque nepos, neptis: patrualis frater, ſoror patrualis, id eſt, patrui filius, val filia. Cooſobrinus, conſobrina, id eſt, avuoculi, & matartaræ filius, & filia: amitinus, amitina, id eſt, amitæ filius, & filia. Item conſobrioi, qui ax duabus ſororibus naſcuntur: quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, avi pateroi frater & ſoror: avunculus magnus, matertera magna, idaſt, aviæ tam pateroæ, quam maternæ frater, & ſoror…

Isidorus.

Et

Et nota, quod duæ lineæ deſcendentes unam faciunt tranſverſalem, ut apparet in hoc exemplo: filii duorum fratrum attinent ſibi linea tranſverſali, & quilibet eorum recta linea deſcendit ab avo eorum communi, qui fuit communis ſtipes, a quo traxerunt originem; & ſic de omnibus aliis intelligendum eſt, tam remotioribus, quam propinquioribus.

CONSANGUINITATIS SCHEMA.

Non gignunt dextros, qui ſtant in parte ſiniſtra.
Læva dat uxores, dat tibi dextra mares.

				IV Abavus Abavia. 4				
			IV Propatruus Proamita. 5	III Proavus Proavia. 3	IV Proavunculus Promatertera. 5			
		IV Horum Filius Filia. 6	III Patruus Magn. Amita magna. 4	II Avus Avia. 2	III Avunculus mago. matertera magna. 4	IV Horum Filius Filia. 6		
	IV Eorum Nepos Neptis. 7	III Propior Sobrin. 5	II Patruus Amita. 3	I Pater Mater. 1	II Avũculus magna Matertera 3	III Propior Sobrin. 5	IV Eorumdẽ Nepos Neptis. 7	
IV Eorum Pronepos Proneptis. 8	III Horum Filius Filia. 6	II Cõſobrini Paterni Germani. 4	I Frater 2	*Perſona de qua agitur.*	I Soror. 2	II Coonſobr. materni germani. 4	III Horum Filius Filia. 6	IV Eorum Pronepos Proneptis. 8
IV Eorum Nepos Neptis. 7	III Horum Filius Filia. 5	II Fratris Filius Filia. 3		I Filius Filia. 1		II Sororis Filius Filia. 3	III Horum Filius Filia. 5	IV Eorumdẽ Nepos Neptis. 7
IV Horum Nepos Neptis. 6	III Fratris Nepos Neptis. 4			II Nepos Neptis. 2			III Sororis Nepos Neptis. 4	IV Horum Nepos Neptis. 6
IV Fratris Pronepos Proneptis. 5				III Pronepos Proneptis 3				IV Sororis Pronepos Proneptis 5
				IV Abnepos Aboeptis. 4				

§. II.

Digitized by Google

§. II.

Quid ſit gradus.

SEquitur videre, quid ſit gradus: ed quod note, quod ſecundum diverſas computetiones, legalem ſcilicet, & canonicam, diverſo modo deſcribitur. Nam ſecundum leges quælibet perſona facit gradum: ſecundum Canones in tranverſali linee duæ perſonæ faciunt gradum, ut puta duo fratres ſunt in primo gradu ſecundum Canones, qui ſunt in ſecundo ſecundum leges; filii duorum fratrum ſecundum Canones ſunt in ſecundo, qui ſecundum leges ſunt in quarto; & ſic de ſingulis: quæ diverſitas computationum, & diffinitionum inventa eſt ad expoſitionem quorumdam decretorum, & *arboris* doctrinam. Sed quentum ed præſentem materiam, ſcilicet quando conſanguinitas computari debet pro matrimonio contrahendo, jungendo, vel disjungendo, quie ex utreque parte perſonæ ſunt numerendæ, ſicut una proceſſit ex altera, & gradus diſtinguendi, & computendi ſunt ex utroque latere. Extr. de conſangnin. & affin. cap. *Ex litteris*, & cap. *Quod dilectio*.

Alex. III *Caſſin. Abbati.* ,, EX litteris tuis accepimus, quod eum quidam ſecreto quamdam viduam ſubarrhaſſet, & carnaliter cognoviſſet (& inſra) Tandem cum vir paratus eſſet eam in conſpectu
,, Eccleſiæ ſubarrhare; ſurrexerunt duo proponentes, quod iſte, qui eam ſubarrhare volebat, priorem virum quarto gradu conſanguinitetis ettingit; unus autem, ite ſe audiviſſe jurevit: alius noluit id juremento firmare (& inſra) Nunc quæſtio prima revixit, & juraverunt duo coram Archipresbytero Plumbarolæ, quod primus vir fuit ſuperſtiti quinto conſanguiniteris gradu conjunctus.
,, Quocirca mandamus, quatenus utramque partem ante tuam præſentiam convoces, & facias teſtes coram te jurere (& inſre) Inquiſits vero diligentius veritate, ſi per teſtes circumſpectos omni exceptione majores inveneris, quod primus vir ſuperſtitem quarto gradu conſanguinitatis attingit, non differas divortii ſententiam promulgare: æque
v. Reliqua pag. 8x. Cœleſt. III. ,, enim (ut Canones dicunt) ebſtinendum eſt a conſanguineis uxoris, ut propriis....

,, QUod dilectio (& inſre) Quæſiviſti utrum is, qui a ſtipite per deſcendentem lineam, ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat, poſſit ei, quæ ex altere perte per lineam deſcendentem ab eodem ſtipite, ſecundo, vel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari propter indulgentiam Apoſtolicæ Sedis Legati, qua permiſſum eſt hominibus terræ illius in ſexto gradu conjungi? Quod videtur poſſe fieri ſecundum regulam, que dicitur: Quoto gradu quis diſtat a ſtipite, & a quolibet per aliam lineem deſcendentium ab eodem; cum tamen de conſuetudine terræ, ſi quando talis caſus emerſerit, incolæ propter proximiorem gradum conjunctos ſeparent, & impediant copulari volentes. Nos itaque reſpondemus, quod indulgentia illa ſic eſt intelligenda, quod uterque conjungendorum diſtet e ſtipite ſexto gradu: ſi vero alter ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat e ſtipite, alter autem ſecundo, vel tertio, conjungi non debent. Unde in hac parte conſultius duximus multitudini, & obſervatæ conſuetudini deferendum, quam aliud in diſſenſionem, & ſcandalum populi ſtatuendum, quadam adhibita novitate.

Ideo ſufficiat ad præſens hæc diffinitio.

Gradus eſt habitudo diſtentium perſonarum qua cognoſcitur quota generetionis diſtantie duæ perſonæ inter ſe differunt.

Gradus ita computantur in linea aſcendenti: Pater, Mater ſunt in primo gradu; avus, avia in ſecundo; proavus, proavia in tertio; abavus, abavia in quarto: in deſcendenti vero hoc modo computentur: filius, filia ſunt in primo gradu; nepos, neptis in ſecundo; pronepos, proneptis in tertio; abnepos, abneptis in quarto. In tranſverſali linea ita conputantur ſecundum Canones: Duo fratres ſunt in primo gradu; filii duorum fratrum in ſecundo; nepotes eorum in tertio; pronepotes eorum in quarto: ultra quem gradum nulla eſt hodie conſanguinitas, ſicut nec olim ultre ſeptimum gradum progrediebatur. Cauſſa 35. q. 5. c. *Ad ſedem*.

,, AD Sedem Apoſtolicam perlata eſt quæſtio noviter exorta de gradibus conſanguinitetis: quam quidam legum, & Canonum imperiti excitantes, eoſdem propinquitatis gradus contra ſacros Canones, & Eccleſiaſticum morem numerare nituntur, novo & inaudito errore affirmantes, quod germani fratres, vel ſorores inter ſe ſint in ſecunda generatione, filii eorum, vel filiæ in quarta: nepotes eorum, vel neptes in ſexto. Talique modo progeniē computantes, & in hujuſmodi ſexto gradu eam terminantes, dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter ſe poſſe nuptialia jura contrahere, & ad hujuſmodi prophanum errorem confirmandum in argumentum eſſumunt ſæculares leges, quas Juſtinianus Imperator promulgavit de ſucceſſionibus conſanguineorum: quibus confiſi, oſtendere moliuntur, fratres in ſecundo gradu eſſe numeratos, filios eorum in quarto: nepotes in ſexto: ſic ſeriem Genealogiæ terminentes, numerationem ſanctorum Patrum, & antiquam Eccleſiæ computationem ad nos uſque perductem, perverſa quadam calliditate diſturbare nituntur. Nos vero, Deo annuente, hanc quæſtionem diſcutere curavimus, in Synodo habita in Lateranenſi Conſiſtorio, convocatis ad hoc opus Epiſcopis, & Clericis, atque judicibus diverſarum Provinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & Sacris Canonibus, diſtincte invenimus ob aliam atque aliam cauſſam alteram legum fieri, alteram Canonum computationē. In legibus ſiquidem ob nihil aliud ipſorum graduum mentio facte eſt, niſi ut hæredites, vel ſucceſſio, ab una ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In Canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monſtretur uſque ad quotam generationem a conſanguineorum nuptiis ſit ebſtinendum. Ibi præſcribitur, ut hæreditas propinquis modo legitimo conferatur. Hic vero, ut rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In Legibus diſtincte non numerantur gradus, niſi uſque ad ſextum. In Canonibus autem uſque ad ſeptimam diſtinguitur generationem. Hac ergo de cauſſa, quia hæreditates nequeunt deferri, niſi de una ad alteram perſonā; idcirco curavit ſæcularis Imperator in ſingulis perſonis ſingulos præ-

Alex. III. *Neapolitanis Clericis, & omnibus Epiſcopis, atque judicibus per Italiam conſtitutis.*

„ præfigere gredus. Quie vero nupsiæ ſine duabus non vslent fieri perſonis; ideo ſacri Canones duas in uno gradu conſtituere perſonss: utramque tamen computationem, ſi attente, ac ſubtiliter perſpects fuerit, idem ſenſiſſe, & eamdem eſſe in eis ſententiam, atque ad eumdem terminum convenire, manifeſtum erit. Juſtinianus namque uſque ad quem gradum conſanguinitas ipſs perduret, in ſuis legibus non diffinivit. Canones vero ultra ſeptimsm, nullam numeravere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipſis legibus ſubintulit Imperator. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur.....

Sed ſecundum leges duo fratres ſunt in ſecundo gradu, filii eorum in quarto, & ſic duplicatur in quolibet gradu. Prætermiſſis computationibus iſtis, tam ſecundum leges, qusm Canones, videndum qualiter conſanguinitas eſt adinvenienda, & computanda inter aliquos.

Quum vis ſcire de conſanguinitate aliquorum, quantum inter ſe different, recurre ad communem perſonam, e que traxerunt originem: ut Petrus generavit Sejum, & Titium, qui fuerunt fratres, ecce primus gradus: ſi vero non poteſt ſciri quis fueris pater eorum, dicas: Sejus, & Titius fuerunt fratres: hoc idem dico, quoniam fratres ponendi ſunt in primo gradu, ut frater, & ſoror, vel duæ ſorores; deinde procede in computatione: Sejus, & Titius fuerunt frstres, qui, us dictum eſt, faciunt primum gradum. Idem Sejus generavit A. ecce ſecundus gradus. A. genuit B. ecce tertius. B. genuit C. ecce quartus, de quo nunc agitur. Modo revertaris ad alium fratrem, & procede ſic: Titius, & Sejus fuerunt fratres, & in primo gradu, ut dictum eſt, Titius genuit G. ecce ſecundus gradus, G. genuit H. ecce tertius gradus, de quo agitur, & ita habes tertium grsdum: & ſic iſti duo, vir & uxor dicuntur uſualiter attinere ſibi in une parte in tertio gradu; in alia vero in quarto. *Uſualiter* dico, quia non attinent ſibi revera in tertio gradu, ſed in quarto tantum, ut infra eod. §. proximo, & patet in doctrina *Arboris*. Illud idem faciendum eſt de his, qui magis vicini ſunt in conſanguinitate, & dicendum eſt: in tali gradu, & isli attinent ſibi.

Quod ita ſint diſtinguendi gradus, & computandi in propriis nominibus, vel æquipollentibus indiciis nominandæ perſonæ, incœpta computatione a ſtipite, id eſt, a parentibus, vel germanis, expreſſe colligitur ex dusbus decretslibus, extr. de conſanguin. & affin. cap. *Tua nos*, extr. de teſtibus cap. *Licet ex quadam*.

Innoc. III „ TUa nos duxit fraternitas conſulendos, utrum illorum ſufficiat teſtimonium ad matrimonii dirimendum, qui conſanguinitatis gradus ab avunculo, & nepote, videlicet fratris filio, vel ſororis incœperint computare? Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod cum conjugium multum favoris obtineat, teſtes, qui ad divortium celebrsndum producti conſanguinitstis gradus computsnt, a ſtipite debent incipere, id eſt, a psrentibus, vel germsnis: & ſic per ordinem diſtinguere gradus, nominibus propriis, vel æquipollentibus indiciis deſignando perſonas: præſertim cum ſæpius teſtimonium perhibeant de auditu: quod quia minus eſt validum, non eſt in articulo hujuſmodi nimium laxanda facultas, cum qua ratione computationem inciperent e ſecundo, eadem ab ulterioribus inchoarent.

„ LIcet ex quadam neceſſitate præter communem formam olim fuerit inſtitutum in conſsnguinitstis, & affinitatis gradibus computandis valere teſtimonium de auditu, cum propter brevem hominum vitam, teſtes de viſu deponere non valerent, uſque ad gradum ſeptimum computando; quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima proveniſſe conjugia; ſtatuimus, ne ſuper hoc recipiantur de cetero teſtes de auditu, cum jam quartum grsdum prohibitio non excedat, niſi forte perſonæ graves extiterint, quibus fides merito ſit adhibenda, & ante litem motam teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non utique sb uno, cum non ſufficeret ille, ſi viveret; ſed duobus ad minus: nec ab infamibus, & ſuſpectis, ſed a fide dignis, & omni exceptione msjoribus: cum ſatis videretur abſurdum, illos admitti, quorum repellerentur auctores. Nec tamen ſi unus a pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod teſtantur, tamquam plures, & idonei teſtes debent admitti, cum ſecundum ordinem ſolitum judiciorum non ſufficiat unius teſtis aſſertio, etiamſi præſidiali refulgeat dignitate, & actus legitimi ſint infamibus interdicti: teſtes autem hujuſmodi proprio juramento firmantes, quod ad ferendum teſtimonium in cauſſa ipſa odio, amore, timore, vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti deſignent, & ab utroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguant, & in ſuo nihilominus juramento concludant, ſe accepiſſe a ſuis majoribus, quod deponunt, & credere ita eſſe: ſed nec tales ſufficiant, niſi jurati deponant ſe vidiſſe perſonas, vel in uno prædictorum grsduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere: tolerabilius eſt enim, aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos; qusm conjunctos legitime, contra ſtatuta Domini ſeparare. Innoc. III In Concil. generali.

Sed pone, quod aliquæ perſonæ attinent ſibi ex una parte in ſecundo, vel tertio gradu; ex alia vero in quinto, ſecundum computationem, quam ſupra monſtravi; numquid poterunt contrahere?

Dicendum eſt quod ſic; quia ſemper ſtsndum eſt remotiori perſonæ in conſanguinitate. Extr. de conſang. & affin. c. ult. ſeu *Vir*.

„ VIr, qui a ſtipite quarto grsdu, & mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, ſecundum regulam approbatam, qua dicitur: Quoto gradu remotior differt a ſtipite, & a quolibet per aliam lineam deſcendentium ex eodem; licite poſſunt matrimonialiter copulari. Greg. IX.

In hoc enim caſu remotior perſona extra metam conſanguinitatis exſiſtit, unde non attinet illi, ex quo de ejus conſanguinitate non eſt: quoniam ſicut olim omnis conſanguinitas in ſeptimo gradu terminsbatur, cauſſa 35. q. 3. csp. *Ad ſedem*; ita hodie omnis conſanguinitas terminatur in quarto gradu, ſaltem quoad *v. ſupra* prohi-

prohibitionem copulæ conjugalis, nec te moveat, quod dicit Iſidorus, cauſſa 35. quæſt. 4. cap. *Conſanguinitas*, & quæſt. 5. cap. 1. ſeu, *Series*.

ISIDORUS. *Etymolog. lib. 9. c. 6.* ,, CONſanguinitas, dum ſe paullatim pro-
,, paginum ordinibus dirimens, uſque
,, ad ultimum gradum ſe ſubtraxerit, & pro-
,, pinquitas eſſe deſierit; eam rurſus lex ma-
,, trimonii vinculo repetit, & quodammodo re-
,, vocat fugientem. Ideo autem uſque ad ſex-
,, tum generationis gradum conſanguinitas con-
,, ſtituta eſt, ut ſicut ſex ætatibus mundi gene-
,, ratio, & hominis ſtatus finitur; ita propin-
,, quitas generis tot gradibus terminaretur.

IDEM. ,, SEries conſanguinitatis ſex gradibus hoc
,, modo dirimitur. Filius & filia, quod eſt
,, frater & ſoror, ſit ipſe truncus; illis ſeor-
,, ſim ſejunctis, ex illius trunci radice egre-
,, diuntur iſti ramuſculi, nepos, neptis, pri-
,, mus: pronepos, proneptis, ſecundus: abne-
,, pos, abneptis, tertius: atnepos, atneptis,
,, quartus: trinepos, trineptis, quintus: tri-
,, nepotis filius, & trinepotis filia, ſextus.

Ibi omnis conſanguinitas terminatur in ſexto gradu; quoniam ipſe ponit gradum primum in filiis duorum fratrum, ubi nos ponimus ſecundum; & ita ille, qui ſecundum jura illa, & computationem erat ei ſextus, eſſet nobis ſeptimus; & qui hodie ſecundum eamdem computationem eſſet tertius ei, nobis eſſet quartus.

ſ. III.

Uſque ad quotum gradum prohibeatur Matrimonium.

ULtimo videndum eſt, uſque ad quem gradum aliquis prohibeatur ducere uxorem de conſanguinitate ſua. Et eſt dicendum, quod uſque ad quartum gradum incluſive; ita ut ſi quis contra prohibitionem hujuſmodi præſumſerit copulari, longa longinquitate non defendatur annorum, quum diuturnitas temporis non minuat peccatum, ſed augeat: tantoque ſint graviora crimina, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. Extr. de conſang. & affin. c. *Non debet*.

INNOC. III. *In Concil. generali.* ,, NOn debet reprehenſibile judicari, ſi ſe-
,, cundum varietatem temporum, ſtatuta
,, quandoque varientur humana, præſertim cum
,, urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id ex-
,, poſcit: quoniam ipſe Deus ex his, quæ in
,, veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla muta-
,, vit in novo. Cum ergo prohibitiones de con-
,, jugio in ſecundo, & tertio affinitatis genere
,, minime contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex
,, ſecundis nuptiis cognationi viri non copu-
,, landa prioris, & difficultatem frequenter in-
,, ducant, & aliquando periculum pariant ani-
,, marum, cum ceſſante prohibitione, ceſſet
,, effectus; Conſtitutiones ſuper hoc editas ſacri
,, approbatione Concilii revocantes, præſenti
,, Conſtitutione decernimus, ut ſic contrahen-
,, tes de cetero libere copulentur. Prohibitio
,, quoque copulæ conjugalis quartum conſan-
,, guinitatis, & affinitatis gradum de cetero non
,, excedat: quoniam in ulterioribus gradibus
,, jam non poteſt abſque gravi diſpendio, hu-
,, juſmodi prohibitio generaliter obſervari. Qua-
,, ternarius vero numerus bene congruit pro-
,, hibitioni conjugii corporalis, de quo dicit
,, Apoſtolus: *Quod vir non habet poteſtatem ſui
,, corporis, ſed mulier; neque mulier habet poteſta-
,, tem ſui corporis, ſed vir*; quia quattuor ſunt
,, humores in corpore, qui conſtant ex quat-
,, tuor elementis. Cum ergo jam uſque ad quartũ
,, gradum prohibitio conjugalis copulæ ſit re-
,, ſtricta; eam ita volumus eſſe perpetuam, non
,, obſtantibus Conſtitutionibus ſuper hoc dudum
,, editis, vel ab aliis, vel a nobis; ut ſi quis
,, contra prohibitionem hujuſmodi præſumſe-
,, rit copulari, nulla longinquitate annorum
,, defendatur: cum diuturnitas temporum non
,, minuit peccatum, ſed auget, tantoque ſunt
,, graviora crimina, quanto diutius infelicem
,, animam detinent alligatam.

Quid, ſi aliqui olim contraxerunt de facto in ſexto, & ulteriori gradu prohibito, poſtea Eccleſia tollit impedimentum, ſtatuendo, quod in tali gradu licite poſſit contrahi matrimonium, exinde cohabitant aliquo tempore, qui ſic prius fuerant copulati; numquid ratificatur matrimonium?

Videtur quod non; quia in matrimonio ſpirituali electio, quæ ab initio eſt irrita, ipſo jure per ſubſequentem conſenſum non poterit eſſe rata. Extr. de elect. c. *Auditis*.

,, AUditis, & intellectis meritis cauſſæ de INNOC. III *Tolet. Epiſc. & Sagonen. & Arden. Abbatibus.*
,, duabus electionibus celebratis in Ec-
,, cleſia Bajocen. unam de Gu. Archid. & alte-
,, ram de R. ſubdiacon. invenimus utram-
,, que contra formam Canonicam attentatam.
,, Cum enim inquiſitis voluntatibus ſingulorũ,
,, Decanus cum paucioribus in ipſum R. & Can-
,, tor cum pluribus in dictum Guil. Archidiac.
,, conveniſſent; ſolo cantore poſtmodum quem-
,, dam alium, videlicet Magiſtrum R. de Alge-
,, diis nominante, ad noſtram fuit audientiam
,, appellatum, ne Decanus, qui primam in e-
,, lectione vocem habebat, ad electionem pro-
,, cederet ſine conſenſu totius capituli, vel majo-
,, ris, & ſanioris partis ipſius. Ipſe vero Decanus
,, non habito conſenſu majoris partis capituli, ſed
,, longe minoris ſubito in electionem prorupit,
,, appellans, ne quis contra ipſam aliquid at-
,, tentaret; quamvis aſſeveret, quod electioni
,, factæ plures alii conſenſerunt; cum tamen
,, ex poſt facto nequiverit convaleſcere, quod
,, ab initio non valebat: quoniam electio, quæ
,, fuerat irrita ipſo jure, per ſubſequentem
,, conſenſum (maxime appellatione pendente)
,, non poterat eſſe rata. Eis ergo ad propria
,, recedentibus, Cantor, & alii, qui remanſe-
,, rant in Capitulo poſt illam electionem non
,, dum caſſatam, & appellationem ad nos in-
,, terpoſitam a nominatione dicti Archidiaconi
,, recedentes, de novo præfatum ſubdiaconum
,, eligere præſumſerunt. Nos igitur electionem
,, utramque duximus irritandam.

Credo tamen, quod ſi ſcientes ſublatum eſſe impedimentum, matrimoniali affectu morantur, & carnaliter conjunguntur, pro matrimonio ſit judicandum; quia regulariter ſemper debet judicari pro matrimonio, niſi contra matrimonium jus inveniatur expreſſum. Require ſupra de matrimonio, *ſ. Poteſt contrahere*, & de ſponſ. *ſ. Pone*, & c. *Pueri*, & de impedim. condit. verſ. *Si vero libera contrahit cum ſervo ignoranter*.

EX DECRETO S. CONCILII TRIDENTINI

De Reformatione matrimonii

CAPUT IV.

Affinitas ex fornicatione ad ſecundum gradum reſtringitur.

„ PRæterea ſancta Synodus eiſdem, & aliis graviſſimis de cauſſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantum, qui primo & ſecundo gradu conjunguntur, reſtringit: in ulterioribus vero gradibus ſtatuit, hujuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere.

CAPUT V.

Ne quis intra gradus prohibitos contrahat, quave ratione in illis diſpenſandum.

„ SI quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quod ſi ignoranter id fecerit, ſi quidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit; eiſdem ſubjiciatur pœnis: non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatem facile experiatur, cujus ſalubria præcepta temere contemſit. Si vero ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit; tunc facilius cum eo, & gratis diſpenſari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro: idque ex cauſſa, & gratis concedatur. In ſecundo gradu numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſſam.

TITULUS VII.

De cognatione ſpirituali.

POſtquam ſufficienter tractatum eſt de cognatione carnali, conſequenter videndum eſt de ſpirituali, quoniam ipſa eſt dignior legali. Unde videndum eſt quid ſit cognatio ſpiritualis; quæ ejus ſpecies; quid juris ſit de matrimonio talium; deinde quædam utilia ſuperaddenda ſunt.

§. I.

Quid eſt cognatio ſpiritualis, & quæ ejus ſpecies.

COgnatio ſpiritualis eſt propinquitas, quæ provenit ex Sacramenti donatione, vel ad id detentione, ut, ecce baptizat Sacerdos puerum, tu eum ſuſcipis, uterque veſtrum eſt ejus pater ſpiritualis. Cauſſa 30. q. 1. c. *Omnes*, extr. de cognat. ſpirit. c. ult. ſeu, *Ex litteris*.

„ OMnes, quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filii, ut & ipſi, quos, vel nobis ſuſcipientibus, vel trinæ merſionis vocabulo mergentibus, unda ſacri baptiſmatis regeneravit. *Sylveſter* quoque docens admonet unumquemque Sacerdotem, ut nullus cauſſa fornicationis ad ſuam pœnitentialem accedat; quia ſcriptum eſt: *Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filii noſtri ſunt, ut in baptiſmate ſuſcepti:* quapropter hoc ſcelus ſi quis perpetraverit, non ſolum dignitatis honorem amittat, verum etiam uſque ad exitum vitæ ſuæ jugi pœnitentiæ ſe ſubdat. Symmach. Papa.

„ EX litteris veſtris accepimus, quod cum Martha mulier coram officiali Cantuarien. Alanum peteret in virum, & ſe affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per teſtes idoneos probaviſſet: dictorum tandem teſtium depoſitionibus publicatis, idem A. excipiendo propoſuit, quod eam habere non poterat in uxorem, pro eo quod ipſum pater mulieris ejuſdem, qui Sacerdos exſtitit, baptizavit. Sed cum idem officialis exceptione hujuſmodi non admiſſa definitivam tulerit ſententiam contra ipſum, & idem ad Sedem Apoſtolicam appellaverit; mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eumdem A. ſuper hoc ab impetitione mulieris abſolvatis ipſius, eidem mulieri perpetuum ſilentium imponentes. Greg. IX.

Species cognationis ſpiritualis ſunt tres: una dicitur compaternitas, quæ attenditur inter ſpiritualem patrem pueri, & carnalem: nam unus compater ſemper eſt pater ſpiritualis pueri, & alter carnalis; unde verſus:

Unus erit ſemper compater ſpiritualis,
Alter carnalis: non fallit regula talis.

Alia dicitur paternitas, & hæc attenditur inter illum, qui eum ſuſcipit, ſive maſculus, ſive femina. Tertia fraternitas, quæ attenditur inter filium tuum ſpiritualem, & filios tuos carnales.

§. II.

Quid juris eſt de matrimonio illorum?

REſtat, ut videamus, quid juris ſit de matrimonio, & primo de compaternitate agamus: ad quod notandum, quod duæ ſunt ſpecies compaternitatis; una directa, ſcilicet quum ego ſuſcipio de ſacro fonte filium Bertæ mulieris, vel ipſa meum; & iſtam numquam potero in uxorem habere, & ſi accepero, eſt ſeparandum connubium. Cauſſa 30. q. 1. c. 1. ſeu, *Pervenit*, extr. de cognat. ſpirit. c. *Veniens*.

„ PErvenit ad nos Diaconus veſter ſanctitatis veſtræ Epiſtolam deferens, quod quidam. Deus Dedit Papa

Gordiano Hiſpal. Epiſc. & Fratri cariſſimo.

„ dam viri, & mulieres præterito Sabbato Paſchali die, præ magno populorum incurſu neſcientes proprios filios ſuſcepiſſent ex lavacro ſancto. Cupis ſcire ergo, ſi pro tali ratione accidenti debeant viri, ac mulieres ad proprium uſum redire, en non. Nos vero mœſti ex hac re inquiſivimus priorum Patrum noſtrorum dicta. Invenimus autem in Archivis Apoſtolicæ Sedis, jam talia contigiſſe in Eccleſiis Iſauriæ, Epheſiorum, ſimulque Hieroſolymæ, aliarumque civitatum. Epiſcopis etiam earum civitatum ab hac Apoſtolica Sede volentibus ſcire, utrum viri, ac mulieres redirent ad propriũ thorum; beatæ memoriæ ſanctiſſimi Patres Julius, Innocentius, & Cæleſtinus, cum Epiſcoporum plurimorum, & Sacerdotum conſenſu in Apoſtolorum principis Eccleſia prohibentes talia præſcripſerunt, & confirmaverunt, ut nullo modo ſe in conjugio reciperent mulieres, ac viri: quicumque aliqua ratione ſuſceperint natos proprios, ſed ſepararent ſe; ne ſuadente Diabolo tale vitium inoleſcat. Scitis, quia quomodo ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti; ita ſunt ſeptem dona baptiſmi a primo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſu Eccleſiæ, uſque ad Confirmationem ſancti Spiritus per Chriſma. Ab hoc ergo primo Spiritus ſancti dono, uſque ad ſeptimum nullus Chriſtianus ſuam commatrem in conjugium ſuſcipere debet, & qui præſumſerit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.

Innoc. III Epiſc. & Archid. Lincon.

„ VEniens ad Apoſtolicam Sedem C. Anglicus (& infra) Mandamus, quatenus, ſi conſtiterit H. mulierem prædicti viri filium de ſacro fonte levaſſe, antequam eam deſponſaſſet uxorem, tot inter eos divortium, appellatione poſtpoſita, celebretis.

Alia dicitur indirecte compaternitas, quando unus conjugum, poſtquam ſunt una caro effecti, filium aliorum ſuſcipit, in hoc caſu ambo carnales parentes infantis compatres efficiuntur, etiam alteri conjugum, qui non ſuſcipit; quoniam communicant ſibi conjuges actiones. Cauſſa 30. quæſt. 4. cap. *Sciſcitatur*, & c. *Si quis ex uno*.

Nicolaus Papa Conſtantienſi Ep. Salomoni.

„ SCiſcitatur e nobis ſanctitas veſtra, ſi aliquis homo duas commatres habere valeat, unam poſt alteram. In quo meminiſſe debent, ſcriptum eſſe: *Erunt duo in carne una*. Itaque cum conſtat, quod vir & mulier una caro per connubium efficiuntur; reſtat nimirum, virum compatrem conſtitui illi mulieri, cujus matrimonio aſſumta uxor commater eſſe videbatur: & idcirco liquet, virum illi feminæ non poſſe jungi in copula, quæ commater ejus erat, cum qua idem fuerat una caro effectus.

Innocent. Exuperio Tol. Ep.

„ SI quis ex uno conjugio filium, aut filiam alterius de ſacro fonte ſuſceperit, aut ad Chriſma tenuerit vel Chriſtianitatis miniſterium dederit; ambo & vir, & uxor compatres exſiſtunt parentibus infantis, quia vir, & mulier caro una effecti ſunt.

Et ut evidentius appareat, ponamus exemplum: Martinus duxit Bertam in uxorem, & Lotharius Tebergam: poſtmodum vero Lotharius levavit de ſacro fonte filium Martini, & Bertæ; deinde mortuus eſt Lotharius, & Berta, & remanſit Martinus, & Teberga, cum qua maritus ſuus acquiſiverat compaternitatem per factum ſuum; quæritur utrum Martinus poſſit contrahere cum Teberga?

Reſpondeo, quod nullo modo. Extr. de cognat. ſpirit. c. *Martinus Bertam*.

Clemens III.

„ MArtinus Bertam ducit uxorem, Tebergam ſibi copulavit Lotharius, qui Bertæ, & Martini filium de ſacro fonte ſuſcepit. Lothario vero, & Berta ſublatis de medio, Martinus cum Teberga præfata contraxit. Nos autem conſultationi ſuæ taliter duximus reſpondendum, quod cum ſecundum verbum Domini vir, & mulier efficiantur per connubium una caro; liquidum eſt Tebergam non poſſe matrimonialiter copulari Martino, qui compater ejus fuerat, cum quo una caro Teberga noſcitur exſtitiſſe.

Et ſic tam directa compaternitas, quam indirecta impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jam contractum: quod etiam colligitur ex capitulis prææallegatis. Cauſſa 30. q. 4 c. *Sciſcitatur*, & c. *Si quis ex uno*. *v. ſupra.*

Solet quæri, an aliquis duas commatres poſſit habere in uxores, unam poſt aliam.

Super iſta quæſtione ita tenendum eſt; quod refert, utrum commaternitas præcedat matrimonium, vel ſequatur: ſi præcedit matrimonium, vel ſaltem carnalem copulam, licite poteſt habere quis duas commatres in uxores: videlicet Maria, & Berta factæ ſunt commatres, poſtea Martinus contraxit cum Berta; ea mortua poterit contrahere cum Maria, etſi primam cognoverit poſt compaternitatem contractam; dum tamen non ante: & hæc eſt cauſſa, quia per unionem carnis ſequentem non tranſitur ad unionem ſpiritus præcedentem. Cauſſa 30. quæſt. 4. c. *Poſt uxoris obitum*.

Ex Epiſt. Paſchalis Papæ 2. ad Rheginum Epiſcopũ.

„ POſt uxoris obitum cum commatre uxoris viri ſuperſtitis conjugio copulari, nulla videtur auctoritas, vel ratio prohibere. Neque enim cognationi carnis cognatio ſpiritus comparatur, neque per unionem carnis ad unionem ſpiritus pertranſitur.

Si vero commaternitas ſequitur matrimonium, diſtinguitur; Si uxor tua, poſtquam fuit a te cognita carnaliter, ſuſcepit filium alterius; illa, cujus filius ſuſcipitur, efficitur tibi commater per factum uxoris tuæ; & mortua uxore tua non poteris illam habere in uxorem: & eamdem compaternitatem intelligas acquiri uxori per maritum. Cauſſa 30. q. 4. c. *Sciſcitatur*, & c. *Si quis ex uno*, extr. de cognat. ſpirit. c. *Martinus Bertam*. *v. ſupra.*

Si vero filium uxoris tuæ, quem de alio viro generavit, aliqua mulier de ſacro fonte levavit, vel ad Confirmationem coram Epiſcopo tenuerit; illa mulier eſt commater tuæ uxoris; & non tua; non diſtincto utrum fuerit ſecuta carnalis copula inter te, & uxorem tuam, vel non; quia non fuit tibi commaternitas acquiſita: & ideo mortua uxore poteris talem commatrem ejus habere uxorem. Idem eſt, ſi filius tuus ab aliquo ſuſcipiatur, quem genuiſti ex alia muliere; quia non eſt acquiſita compaternitas uxori tuæ: & ita in hoc caſu ſicut in primo aliquis poterit duas commatres, & aliquæ duos compatres maritos habere. Cauſſa 30. q. 4. cap. *Qui ſpiritualem*, & cap. *Poſt uxoris obitum*. *v. ſupra.*

Ex Conc. Tribur. c. 47.

„ QUi ſpiritualem habet compatrem, cujus filium de lavacro ſacri fontis accepit, & ejus uxor commater non eſt, liceat ei, defuncto compatre ſuo, ejus viduam ducere in uxorem, ſi nullam habet conſanguinitatis propin-

„ quita-

Digitized by Google

„ quitatem, quid enim? Numquid non poſſunt conjungi, quos nulla propinquitas carnalis, vel nulla generatio fecerit ſpiritualis?

Et hanc diſtinctionem de duabus commatribus in uxores habendis quattuor verſiculis comprehendere potes:

Quæ mihi, vel cujus mea natum fonte levavit,
Hæc mea commater fieri mea non valet uxor.
Si qua meæ natum, non ex me fonte levavit,
Hanc poſt fata meæ non inde vetabor habere.

§. III.

De paternitate, quæ attenditur inter ſuſcipientem, & ſuſceptum.

TRactavimus de compaternitate; nunc videndum eſt de paternitate, quæ attenditur inter ſuſcipientem, & ſuſceptum, & inter patrem ſpiritualem, & filium ſpiritualem, vel inter matrem ſpiritualem, & filium ſpiritualem.

Et eſt dicendum, quod numquam poteſt eſſe matrimonium inter tales, & ſi conjungantur, ſunt ſeparandi. Cauſſa 30. q. 1. c. *De eo, quod interrogaſti*, 33. q. 2. cap. *Si quis cum matre*.

Ex Conc. Magunt. c. 10. in clauſtris S. Albini habito.

„ DE eo, quod interrogaſtis, ſi aliquis filiolam ſuam in uxorem duxerit, & de eo, qui cum commatre ſpirituali concubuit, & de eo, qui filium ſuum baptizavit, & uxor ejus eum de fonte ſuſcepit, hac cauſſa ut diſſidium conjugii fieret, ſi poſtea in tali copulatione poſſint permanere. De talibus ſic reſpondendum eſt: ſi filiolam, aut commatrem ſuam aliquis in conjugium duxerit, ſeparandos eſſe judicamus, & gravi pœnitentia plectendos. Si autem conjuges legitimi, unus, aut ambo ea induſtria fecerint, ut filium ſuum de fonte ſuſciperent, ſi innupti permanere voluerint, bonum eſt: ſin autem, gravis pœnitentia inſidiatori injungatur, & ſimul maneant; & ſi prævaricator conjugii ſupervixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe conjugii maneat.

Nicolaus Papa.

„ SI quis cum matre fornicatus fuerit ſpirituali, anathematis, ut ſcitis, percutitur ictibus: ſimiliter autem & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa, quam ante Epiſcopum tenuerit, cum ſacro Chriſmate fuerit uncta, fornicationis perpetraverit ſcelus: legitimam tamen, ſi habuit, non dimittat uxorem. Quos enim Deus conjunxit, judex ſua auctoritate ſeparare non debet.

Quid, ſi aliquis, non cum illa filia compatris, qua compatres ſunt effecti, ſed cum alia contrahat matrimonium?

Dic honeſtum eſſe a tali conjugio abſtinere, ſi tamen contraxerit, tenet matrimonium. Cauſſa 30. q. 3. c. *Illud etiam*.

In Trib. Conc. c. 48

„ ILlud etiam nec Canonica inſtitutione diffinimus, nec interdictione aliqua refutamus; ſed propter eos, qui diverſe de eo ſentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis ſuæ ſpiritualis commatris filiam fortuito, & ita contingente rerum caſu in conjugiũ duxerit, conſilio maturiori ſervato eam habeat, atque honeſte legitimo conjugio operam det.

Item quæritur, an aliquis Laicus, vel Clericus in minoribus conſtitutus ordinibus poſſit matrimonium contrahere cum illa, quam ſuis manibus baptizavit.

Et eſt dicendum, quod non; quoniam filia ſua ſpiritualis eſt, ſicut illa, quam ſuſcipit. Cauſſa 30. q. 1. c. *Omnes*. Sed ſi contractum fuerit matrimonium inter eos, numquid ſunt ſeparandi? quidam dicunt quod ſic. Cauſſa 30. q. 1. c. *Omnes*, & c. *De eo, quod interrogaſti*. Mihi videtur, quod ſuper hoc eſſet ſummus Pontifex conſulendus; quoniam novus articulus eſt. Extr. de transl. præl. c. *Inter corporalia*.

v. pag. 490 Jure novo ſunt ſeparãdi, extr. eod. c. ult. v. ſupra, c. Ex litteris. v. pag. 314

§. IV.

De fraternitate ſpirituali.

ULtimo videndum eſt de fraternitate ſpirituali, quæ attenditur inter illum, qui ſuſcipitur, & filios, & filias carnales patris ſui ſpiritualis. Et eſt ſciendum, quod ſuper iſto articulo variæ fuerunt quondam opiniones, & diverſa jura emanarunt.

Quidam dixerunt, quod filii duorum compatrum numquam poterant inſimul copulari, ſive ante compaternitatem eſſent geniti, ſive poſtea: alia jura dicebant, quod geniti poſt compaternitatem tantum, non poterant copulari.

His omnibus prætermiſſis, eſt ſine aliqua dubitatione tenendum, quod omnes filii duorum compatrum ſive ante compaternitatem geniti ſint, ſive poſtea, poſſunt legitime matrimonialiter copulari, excepta illa perſona, qua mediante compaternitas eſt contracta: nam illa perſona numquam poteſt copulari alicui filiorum patris ſui ſpiritualis. Cauſſa 30. q. 3. c. *Super quibus*, & c. *Pitacium*, & c. *Non oportet*, extr. de cognat. ſpirit. c. 1. ſeu, *Utrum*, & c. *Tua nos*.

Urbanus Vitali Presbyt. Brixienſi.

„ SUper quibus conſuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex ſententia reſpondẽdum, ut & baptiſmus ſit, ſi inſtante neceſſitate femina puerum in nomine Trinitatis baptizaverit, & quod ſpiritualium parentum filii, vel filiæ, ante, vel poſt compaternitatem geniti, poſſunt legitime conjungi, præter illam perſonam, per quã compatres ſunt effecti.

Zacharias. Reverendiſſimo Theodoro Epiſcopo Ticinenſ.

„ PItacium, quod nobis tua reverenda fraternitas obtulit, ſuſcipimus, per quod ſciſcitari voluiſti, ſi liceat filio, cujus pater alterius filiam ex ſacro baptiſmate ſuſceperit, ſuſceptam, id eſt, ſpiritualem ejus patris filiam (quod dici crudele eſt) in matrimonio ſuſcipere: quod apud te enormiter aſſeruiſti contigiſſe. Sed bene tua ſancta fraternitas compertum habet, quod Dominus præceperit per Moyſem dicens: *Turpitudinem patris tui, vel matris, vel ſororis non revelabis: turpitudo enim tua eſt*. Cum ergo a propria conſanguinitate jubemur abſtinere, multo magis a ſpirituali noſtri patris filia, omni excuſatione, aut argumento ſepoſito, ſub nimia diſtrictione nos cavere convenit, ne in iram divinæ examinationis incidat, ſi quis tali facinore mixtus, minime reſtrinxerit fræna luxuriæ. Unde & omnes cavendi ſunt a tali ſceleris commixtione, ne in perpetuum pereant; ſed hunc, qui

Pitaciũ, a petendo, eſt charta continens petitionẽ alicujus. Levit. 18.

„ au-

Digitized by Google

,, auctor hujus pernicioſæ temeritatis, animæ ſuæ ſalutem deſpiciens, impiiſſimo ſe miſcuit matrimonio; per omnia tua fraternitas ſtudeat ſeparare, & pœnitentiæ dignæ ſubmittere: quatenus ab æterna erutam damnatione animam ejus lucreris.

Zachar. Ep. Deuſdedit.

,, NOn oportet filiam, quam de ſacro fonte ſuſceperit, aliquando filio ſuo in matrimonium tradere; quia in divina ſententia germani eſſe inveniuntur. Si quis, tali facinore commixtus, minime reſtrinxerit fræna luxuriæ, ab Eccleſia Catholica abominabitur; ſed ſi converſus fuerit, poſt ſeparationem, 7. annis pœnitentiam gerat: conſcia ſimul cum auctore ſit iſta conditio, id eſt, ſimul cum cooperatoribus, & conſentientibus pœniteat (filii vero, ſive filiæ, quæ ante compaternitatem, ſive poſt nati fuerint, licite conjungi poſſunt.)

Gratian.

Alex. III. Salernit. Archiepiſ.

,, UTrum autem filii, aut filiæ ante, vel poſt compaternitatem geniti poſſint ad invicem copulari, Canones ſecundum diverſorum locorum conſuetudines contrarii inveniuntur. Et licet primus Canon exinde editus, natos poſt compaternitatem ad invicem copulari prohibeat; alter tamen Canon poſterius editus primum videtur corrigere: per quem ſtatuitur, ut ſive ante, ſive poſt compaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſint conjungi, excepta illa perſona dumtaxat, per quam ad compaternitatem venitur. Unde nobis videtur, ut ſecundum poſteriorem Canonem debeat obſervari: niſi conſuetudo Eccleſiæ, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habere noſcatur.

Innoc. III Magiſtro S. Canonico Herforden.

,, TUa nos duxit diſcretio conſulendos, an natus ante compaternitatem, filiam compatris patris ſui, vel commatris ſibi poſſit matrimonialiter copulare, & ſi contraxit, an debeant ſeparari, & an conſcii talis matrimonii teneantur illud in publico accuſare? Super quo reſpondemus, quod hujuſmodi perſonæ non poſſunt matrimonium contrahere: & ſi contraxerint, poſſunt ab invicem ſeparari, & qui contractum ſciverint, debent Eccleſiæ illud nunciare.

Item quæritur, ſi filius Sacerdotis, vel alterius viri, qui baptizavit puellam, poſſit contrahere cum illa, quam pater ejus baptizavit?

Dixerunt quidam, quod ſic; ſed contrarium teneas jure novo, immo etiam ſi contractum fuerit, matrimonium ſeparandum eſt. Extra, de cogn. ſpirit. c. ult. ſeu, *Ex litteris*.

v. pag. 492

---

§. V,

Per quæ Sacramenta ſpiritualis cognatio contrahatur.

ULtimo videndum eſt, ad notitiam omnium prædictorum, per quæ Sacramenta ſpiritualis cognatio contrahatur.

Quidam dicunt, quod ſicut ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, ita ſeptem ſunt dona baptiſmi, ſcilicet a primo pabulo ſacrati ſalis, uſque ad Confirmationem, quæ fit per Epiſcopum; & in quolibet eorum contrahitur compaternitas, ita quod non poteſt eſſe matrimonium inter tales cognatos ſpirituales, Cauſſa 30. quæſt. 1. cap. *Pervenit*, in fin.

v. pag. 492

Alii dicunt, quod per tria Sacramenta tantum contrahitur ſpiritualis cognatio, ſcilicet per Catechiſmum, Baptiſmum, & Confirmationem Epiſcopi. De conſecr. diſt. 4. c. *In Catechiſmo*.

Hyginus Papa.

,, IN Catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogit. Non eſt tamen conſuetudo Romana; ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.

Tertii, cum quibus ſentio, dicunt idem, quod ſecundi, ſcilicet quod per illa tria dumtaxat contrahitur compaternitas: differunt tamen in hoc, quod licet per Baptiſmum, & Confirmationem contracta compaternitas impediat, & dirimat matrimonium. Cauſſa 30 quæſt. 1. c. *Si quis filiaſtrum*, & cap. *De his qui*, & quæſt. 4. c. *Si quis unus*, 33. quæſt. 2. c. *Si quis cum matre*, extr. de cogn. ſpirituali per totum.

v. pag. 494 & varia loca jam citata.

Ex Conc. apud Vermerias c. 3.

,, SI quis filiaſtrum, vel filiaſtram ſuam ante Epiſcopum tenuerit ad Confirmationem, ſeparetur ab uxore ſua, & numquam aliam accipiat.

Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi Epiſc.

,, DE his, qui filiaſtros ſuos ad Confirmationem coram Epiſcopis tenent, id eſt, qui filios uxoris ſuæ de viro priori, dum chriſmantur ab Epiſcopis, ſuper ſe ſuſtinent, ſi inſcienter, ſicut aſſeris, fiat, licet ſit peccatum, non tamen uſque ad ſeparationem conjugii puniendum eſt: lugeant tamen, & digna pœnitentia hoc diluentes Domino dicant: *Delicta ignorantiæ noſtræ ne memineris*.

Illa tamen compaternitas, quæ contrahitur per Catechiſmum, adeo exilis, & invalida eſt, quod vix impedit matrimonium contrahendum; numquam autem dirimit contractum. Extr. de cognat. ſpirit. c. *Contracto*.

Clemens III.

,, COntracto matrimonio inter P. & A. uxorem ſuam, quidam conſanguinei ejuſdem A. contra matrimonium objecerunt, quod eadem in primo ſacrati ſalis pabulo filium quondam concubinæ ipſius P. tenuit (& infra) Verum, ſi conſtaret vera eſſe, quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium ſolveretur: quæ res vix contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate noſtra injungas, ut memoratam A. ſicut uxorem maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſolvat, ſive ipſam ante matrimonium contractum cum P. ſive poſtea conſtiterit hoc egiſſe; dum tamen ſi in fraudem hoc fecerit cauſſa matrimonii ſeparandi, pœnitentiam pro præſumtione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

Et eſt ratio in promtu, quia quum Baptiſmus ſit janua, & fundamentum omnium Sacramentorum. Diſt. 32. c. *Præter*, extr. de Presb. non bapt. c. 1. & ult. ſeu, *Si quis Presbyter*, & c. *Veniens*.

v. pag. 431
v. pag. 293

Ex Conc. Apud compendium.

,, SI quis Presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

Patet, quod Catechiſmus non eſt Sacramentum. Item ante Baptiſmum non eſt filius Eccleſiæ; quia ſi moreretur, in æternum periret. Ergo nec filius ſpiritualis; ergo per eum, vel nulla, vel quaſi nulla contracta eſt compaternitas.

Item, ut multa circa matrimonia pericula evitentur, Leo Papa ſtatuit, quod non plures ad ſuſcipiendum de Baptiſmo infantem accedant, quam unus, ſive vir, ſive mulier: in Confirmatione

tione vero idipſum fiat: ſi tamen neceſſitas cogeret, in Catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione poſſet fieri unus patrinus. De conſec. diſt. 4. cap. *Non plures*, & cap. *In Catechiſmo*.

v. ſupra.

Ex Decr. *Leonis Papæ.*

„ NOn plures ad ſuſcipiendum de Baptiſmo infantem accedant, quam unus ſive vir, ſive mulier. In Confirmatione quoque id ipſum fiat.

Item nota, quod in Baptiſmo, & in Confirmatione non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui non eſt baptizatus, vel confirmatus. De conſecr. diſt. 4. cap. *In Baptiſmate*.

Ex Conc. *Maguntin.*

„ IN Baptiſmate, vel in Chriſmate non poteſt alium ſuſcipere in filiolum, qui non eſt baptizatus, vel confirmatus.

Item prohibitum eſt hic Abbatibus, & Monachis de Baptiſmo ſuſcipere filios, & commatres habere. Cauſſa 16. quæſt. 1. cap. *Placuit*, 2. & de conſecr. diſt. 4. cap. *Non licet* 1.

Eugenius Papa.

„ PLacuit communi noſtro concilio, ut nullus Monachorum pro lucro terreno de monaſterio exire, nefandiſſimo auſu præſumat, neque pœnitentiam dare, neque filium de Baptiſmo accipere, neque baptizare, neque infirmum viſitare, neque mortuum ſepelire, neque ad Eccleſiam ſæcularem tranſire, neque aliis qualibuſcumque negotiis ſeſe implicare: ſit clauſtro ſuo contentus; quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio Monachus. Sedeat itaque ſolitarius, & taceat, quia mundo mortuus eſt, Deo autem vivit: agnoſcat nomen ſuum; μόνος enim Græce, Latine eſt *unus*; ἄχος Græce, Latine triſtis ſonat; unde dicitur Monachus, id eſt, unus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet.

Ex Conc. *Antiſſiod.*

„ NOn licet Abbati, vel Monacho de Baptiſmo ſuſcipere filios, nec commatres habere.

Idem credo de Canonicis Regularibus, & aliis religioſis. Arg. extr. de poſtul. c. *Ex parte.*

v. pag. 193

EX DECRETO S. CONCILII

TRIDENTINI.

De Reformatione matrimonii.

CAPUT II.

Inter quos cognatio ſpiritualis contrahatur.

„ DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel non ſine magno peccato perſeveratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo providere, & a cognationis ſpiritualis impedimento incipiens, ſtatuit ut unus tantum, ſive vir, ſive mulier, juxta ſacrorum Canonum inſtituta, vel ad ſummum unus & una baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant; inter quos ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant: & eum, vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excuſari valeant. Quod ſi alii, ultra deſignatos, baptizatum tetigerint; cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant, Conſtitutionibus in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarii puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiuſque patrem & matrem, ac tenentem, non egrediatur, omnibus inter alias perſonas hujus ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.

TITULUS VIII.

De Cognatione legali.

POſt tractatum de Cognatione carnali, & ſpirituali, conſequenter de legali videndum eſt; quid ipſa ſit; quæ ejus ſpecies; quando & qualiter impediat matrimonium.

§. I.

Quid eſt legalis Cognatio?

COgnatio legalis eſt proximitas quædam ex adoptione proveniens; ſed quia in jure Canonico modicum de hac materia tractatur, ideo ad inſtructionem ſimplicium plenius de adoptione ſubjiciamus.

Videndum igitur quid ſit adoptio; quæ ejus ſpecies; quis poſſit adoptare; quis effectus adoptionis.

Adoptio deſcribitur ſic: Adoptio eſt extraneæ perſonæ in filium, vel nepotem, vel deinceps aſſumtio.

Legitimæ ſpecies ejus ſunt duæ: una dicitur arrogatio, alia ſimplex adoptio. Arrogatur ille, qui ſui juris eſt, id eſt, qui non habet patrem, vel, ſi habet, emancipatus eſt, & tranſit in poteſtatem arrogantis: & hoc fieri debet auctoritate principis. Adoptatur ille, qui eſt in poteſtate ſui patris; & ideo non tranſit in poteſtatem adoptantis: & hoc fit imperio magiſtratus, ff. de adopt. l. 2. & l. *Si paterfamilias.* Unde verſus:

Arrogo qui ſuus eſt, & habet meus eſſe neceſſe,
Patris adopto ſuum, nec patris deſinit eſſe.

Adoptare poteſt paterfamilias, qui ſui juris eſt, & qui generare poteſt: quoniam qui non poteſt generare, ut ſpado, vel frigidus, non poteſt adoptare, ff. de adopt. l. 2. §. *Illud*.

Item ille, qui minor eſt viginti annis, non poteſt adoptare, niſi juſta cauſſa interveniente, ff. eod. tit. *Si paterfamilias*, §. ult. & in l. ſeq. Mulier vero adoptare non poteſt, niſi ex reſcripto principis, in ſolatium filiorum amiſſorum, & ut ei ſuccedatur, ff. de adopt. §. *Nam & feminæ*, C. eod. tit. *Mulieres*.

Poteſt

Digitized by Google

Poteſt adoptari quilibet, tam maſculus, quam femina, dummodo ſit minoris ætatis patre adoptivo; ita quod filius ejus naturalis eſſe poſſit, ff. eod. tit. *Adoptio enim*.

Effectus adoptionis eſt, ut ille, qui adoptatur, per omnia quaſi filius habeatur, ita ut etiam ab inteſtato ſuccedat, ut C. eod. tit. penult.

Item arrogatus, & ejus filii, & nepotes, ſi quos in poteſtate habet, tranſeunt in poteſtatem arrogantis: quod non eſt in eo, qui adoptatur.

Item alia eſt differentia inter eum, qui arrogatur, & inter eum, qui adoptatur; quoniam pater arrogator tenetur filio arrogato quartam partem omnium bonorum, quæ habet, ſive in teſtamento, ſeu quum velit, emancipare; ſed pater adoptator filio adoptivo nihil tenetur relinquere, niſi velit, ut C. eod. tit. l. 2. & penult.

---

§. II.

Quæ ſunt cognationis legalis ſpecies, & quando, & qualiter impediunt matrimonium?

VIdimus in principio, quid ſit cognatio legalis; nunc videamus, quæ ſint ejus ſpecies, & quando, & qualiter impediant matrimonium.

Primo notandum, quod eis ſolis efficitur cognatus ille, qui adoptatur, qui ſunt in poteſtate patris adoptantis, ff. eodem tit. *Qui in adoptionem*.

Species adoptionis ſunt tres, una quaſi deſcendentium, alia quaſi ex latere venientium, tertia eſt, quæ legalis affinitas dici poteſt. Prima, *quaſi deſcendentium*, attenditur inter me, patrem adoptatorem, & filiam meam, vel neptem adoptatam. Secunda, *quaſi ex latere venientium*, attenditur inter filium meum naturalem, & filiam meam adoptivam. Tertia, ſcilicet *legalis affinitas*, attenditur inter me, & uxorem filii mei adoptati: ſimiliter inter filium adoptivum, & uxorem meam. Cognatio legalis in ſecunda ſpecie impedit matrimonium, quamdiu ſunt in ejuſdem patris poteſtate, ea quoque, ſoluta morte & emancipatione filii adoptivi, vel poſtea, non impedit. Extr. de cogn. legal. c. 1. ſeu, *Si qua*, cauſſa 30. quæſt. 3. c. *Ita diligere*, & c. *Poſt ſuſceptum*.

Nicolaus Ad Conſultat. Bulg. „ SI qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quamdiu durat adoptio inter me, & ipſum, nuptiæ conſiſtere non poſſunt.

Idem. Ad ead. c. 2. „ ITa diligere debet homo eum, qui ſe ſuſcipit de ſacro fonte, ſicut patrem. *Item*. Eſt inter fratres, & filios ſpirituales gratuita, & ſancta communio, quæ dicenda non eſt conſanguinitas, ſed potius habenda ſpiritualis proximitas: unde inter eos non arbitramur poſſe fieri quodlibet legale conjugium: quandoquidem nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii ſunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. *Item*. Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit; quanto potius a carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cæleſte Sacramentum regeneratio ſancti Spiritus vincit? Longe ergo congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem divina gratia potius, quam humana voluntas, ut filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit: prudentiuſque ab alterius corporis commixtione ſecernimur.

Paſcual. II. Rhegino Epiſc. „ POſt ſuſceptum vero de fonte filium, vel filiam ſpiritualem, qui ex compatre, vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non poſſunt; quia leges ſæculi non emancipatos adoptivis prohibent copulari.

In prima vero ſpecie, videlicet *quaſi deſcendentium*, & in tertia, ſcilicet *legali affinitate*, omni tempore impedit indiſtincte: quoniam pater adoptator non poteſt contrahere cum filia ſua adoptiva, vel nepte; nec cum illa, quæ fuit uxor filii ſui adoptivi, etiam poſt emancipationem, ff. de ritu nupt. *Adoptivus*, Inſtitut. de nupt. §. 1. 2. & 3. & ſimiliter filius adoptivus poſt mortem patris adoptivi non poteſt cum illa contrahere, quæ fuit uxor fratris ſui, ff. de ritu nupt. *Adoptivus*. Et hæc de cognatione carnali, ſpirituali, & legali dicta ſufficiant.

TITULUS IX.

De impedimento Criminis.

CRiminis multa ſunt, quæ impediunt matrimonium contrahendum propter eorum enormitatem, ſicut eſt inceſtus. Cauſſa 32. q. 7. c. *Si quis viduam*, & c. *Qui dormierit*, & cap. *Concubuiſti*.

Ex Conc. Mogunt. „ SI quis viduam uxorem duxerit, & poſtea cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu cum duabus ſororibus: aut ſi qua cum duobus fratribus, ſeu cum patre, & filio: ſi quis relictam fratris: ſi quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut conſobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam pollnerit; eos disjungi, & ulterius numquam in conjugio copulari præcipimus.

Idem. „ QUi dormierit cum duabus ſororibus, & una ex illis antea uxor fuerit, neutram ex ipſis habeat; nec ipſi adulteri umquam in conjugio copulentur.

Ex Decr. Zachar. Papæ. „ COncubuiſti cum ſorore uxoris tuæ? ſi feciſti, neutram habeas: & ſi illa, quæ uxor tua fuerit, conſcia ſceleris non fuit; ſi ſe continere non vult, nubat in Domino, cui velit: tu autem, & adultera ſine ſpe conjugii permaneatis, & quamdiu vixeritis, juxta præceptum Sacerdotis pœnitentiam agite.

Item ille, qui uxorem ſuam interfecit, aliam accipere non debet. Cauſſa 33. q. 2. cap. *Admonere*, & cap. *Interfectores*. v. pag. 438 v. pag. 346

Item ille, qui rapuit ſponſam alterius. Cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Statutum*.

Ex Conc. Toletano. „ STatutum eſt a ſacro Conventu, ut ſi quis ſponſam alterius rapuerit, publica pœnitentia mulctetur, & ſine ſpe conjugii maneat: & ſi ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quod ſi poſt hæc conjungere ſe præſumſerint, utrique uſque ad ſatisfactionem anathematizentur. (Gratian. Apparet ergo hanc non fuiſſe conjugem, cui, vivente ſponſo, alteri nubendi licentia non negatur. Quomodo ergo ſecundum Ambroſium, & reliquos Patres, ſponſæ conjuges appellantur, & his omnibus argumentis conjuges non eſſe probantur? Sed ſciendum eſt, quod conjugium deſponſatione initiatur, commixtione

,, perficitur: unde inter ſponſum, & ſponſam conjunctum eſt, ſed initiatum; inter copulatos eſt conjugium ratum.)

Item qui inſidiando matrimonio, proprium filium ſuum de ſacro fonte levaverit, ut poſſit privare conjugem carnali debito, & copia ſui. Cauſſa 30. q. 1. c. *De eo, quod interrogaſti.*

v. pag. 492

Item ille, qui interfecit Presbyterum. Extr. de pœn. & remiſ. c. *Qui Presbyterum.*

Ex Conc. Magunt.

,, QUi Presbyterum occiderit, 12. annorum pœnitentia ei ſecundum Canones imponatur (& infra) Convictus uſque ad ultimum tempus vitæ ſuæ militiæ cingulo careat, & abſque ſpe conjugii maneat.

Item ſolemniter pœnitens. Cauſſa 33. q. 2. c. *De his*, & c. *Antiqui*.

v. pag. 439
Ex Conc. Tolet. 8.

,, ANtiqui, & ſanctiſſimi Leonis Papæ eſt ſententia, ut is, qui in ætatis adoleſcentia poſitus, dum mortis formidat occaſum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium; ſi conjugatus forte fuerit incontinens, ne poſtea adulterii lapſum incurrat, redeat ad conjugium priſtinum, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum: quod nos ut de viris, ita de feminis æquo modo cenſemus, non quidem hoc generaliter, & canonice eſt præceptum; ſed conſtat a nobis pro humana fragilitate indultum, ea dumtaxat ratione, ut ſi is, qui pœnitentiæ non eſt legibus deditus, antea ab hac vita deceſſerit, quam ex communi conſenſu ad continentiam unus eorum fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuo tranſire ad uxoris amplexus. Si autem illius vita ſuperſtes exſtiterit, qui non accepit abſolutionem pœnitentis, nubat, ſi ſe continere non poteſt, & alterius conſortio fruatur uxoris. Quod de utroque ſexu pari modo a nobis manifeſtum eſt eſſe decretum: ita videlicet, ut in his omnibus Sacerdotis exſpectetur ordinatio, ut juxta quod ætatem aptam perſpexerit, pœnitentiæ abſolutionis vel diſtrictionis tribuat legem.

Quamvis autem iſta crimina, & forte aliqua alia impediant matrimonium contrahendum; generaliter tamen ſi adoleſcentes ſunt, & timetur de incontinentia eorum, Eccleſia debet eis concedere licentiam nubendi. Arg. 33. q. 2. cap. *Antiqui*, & cap. *In adoleſcentia*, extr. de eo, qui cognov. conſ. uxor. ſuæ, cap. *Ex litteris*.

v. ſupra. v. pag. 346
INNOC. III *Epiſcopo Gerunden.*

,, EX litteris fraternitatis tuæ accepimus, quod G. lator earum, matrem puellæ, quam intra nubiles annos deſponſaverat in uxorem, carnaliter ſæpe cognovit: & poſt carnali commiſtione puellam tractavit adultam (& infra) Nos autem eidem viro pœnitentiam injungi fecimus pro peccato, conſultationi tuæ reſpondentes, quod eis ab invicem ſeparatis, mulier alteri viro non nubat, ſi, poſtquã novit viri, & matris delictum, ei non erubuit commiſceri. Vir etiam, & mater mulieris numquam debent ad alias nuptias convolare; ſed ſemper continentiam ſervare tenentur, & enorme deflere delictum, quod pro tam nefanda libidine contraxerunt; præſertim ſi circa perſonas hujuſmodi de lapſu carnis minime timeatur.

Item notandum, quod quamvis multa ſint crimina, ſicut ſupra dictum eſt, quæ impediunt matrimonium contrahendum; nulla tamen ſunt, quæ contractum dirimant, niſi tria. Primum eſt, quod ſi aliquis adulterator cum aliqua conjugata, & ipſa, vel ille machinatus fuerit in mortem viri ipſius adulteri cum effectu, ut ſimul contrahant ipſi adulteri poſtea: in hoc caſu contrahere non debent; & ſi contraxerint, ſunt ſeparandi. Cauſſa 31. quæſt. 1. cap. *Si quis vivente*, extr. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adulter. c. *Super hoc*, & cap. *Significaſti*, & cap. *Veniens*.

In Conc. Tribur.

,, SI quis, vivente marito, conjugem illius adulteraſſe accuſatur, & eo in proximo defuncto eamdem ſumſiſſe dignoſcitur; omnimodis publicæ pœnitentiæ ſubjiciatur. De quo etiam poſt pœnitentiam præfatam, ſi expedierit, ſervabitur regula: niſi forte idem vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidiſſe notetur, aut propinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod ſi probatum fuerit, ſine ulla ſpe conjugii maneant perpetuo cum pœnitentia.

ALEX. III. *Baranen. Epiſc.*

,, SUper hoc, quod quæſiviſti, an liceat alicui cum ea contrahere matrimonium, quam, uxore ſua vivante, ſibi de facto matrimonio copulavit; taliter reſpondemus, quod ſi adultera eſt in mortem uxoris aliquid machinata, ſive fidem dedit, ſive non, quod ea defuncta hanc eſſet ducturus, ſecundum Canones ab ejus conſortio prohibetur: & hæc prohibitio perpetuo eſt ſervanda.

INNOC. III *Epiſcopo Spoletano.*

,, SIgnificaſti nobis, quod cum P. civis Spoletanus quamdam M. mulierem duxiſſet legitime in uxorem, ea relicta, cuidam meretrici adhæſit (& infra) Verum cum medio tempore uxor ipſius eſſet viam univerſæ carnis ingreſſa, meretricem, cui adhæſerat, deſponſavit. Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod niſi alter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, vel, ea vivente, ſibi fidem dederit de matrimonio contrahendo; legitimum judices matrimonium ſupradictum, excommunicato munus abſolutionis, ſi petierit, juxta formam Eccleſiæ impenſurus.

INNOC. III *Meſſanen. Capitulo.*

,, VEniens ad præſentiam noſtram G. Laicus, humili inſinuatione monſtravit, quod cum in civitate Lemovicenſi, quamdam ſibi matrimonialiter copulaſſet, ab ea recedens, Meſſanam advenit, ubi M. mulierem inſciam, quod aliam haberet uxorem, ſibi ſolemniter copulavit: verum cum eidem pœnitentia fuiſſet injuncta, ut ad legitimam rediret uxorem, & ipſe propter hoc in ſuã patriam rediiſſet, uxorem ſuam inveniens carnis debita perſolviſſe, ad Meſſanam rediit civitatem, & ſupradictæ M. tamquam legitimæ cohabitavit uxori (& infra) Licet autem vivente uxore legitima prædictam M. ſibi copulare nequiverit in uxorem; quia tamen uxore defuncta, utpote a lege ipſius ſolutus, in eamdem M. de novo potuit matrimonialiter conſentire, dummodo non præſtiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem uxoris; mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eidem G. ut ſupradictæ M. affectu adhæreat conjugali, licentiam concedatis.

Poſtillat. Quæſita.

MAchinatus cum effectu) *Ita quod mors fuerit ſubſecuta: ſi enim venenum propinaverit, vel alias occidere tentaverit, & non eſt mors ſecuta; non dirimit matrimonium poſtea contractum.*

. *Quid, ſi non eo animo occidit eum, ſed in bello,*

vel

Digitized by Google

vel alias per caſum, aut etiam per odium?

Reſp. Hugot. notavit 31. *quæſt.* 1. *cap.* Si quia vivente, *quod quocumque modo, vel quacumque cauſſa eum interficiat, non dirimit matrimonium poſtea contractum, niſi ad hoc interficeret, ut illam duceret.*

Quid, ſi præcepit, vel mandavit, vel conſuluit interfici, & factum eſt?

Reſp. Idem eſt, ac ſi interfeciſſet, ſicut notavit idem Hugot.

Quid, ſi ratum habuit eum interfectum eſſe?

Reſp. Licet in maleficiis ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur, ff. de vi. & vi. arm. l. 1. *§.* Sed etſi cum quis; *credo tamen, quod *non dirimetur propter hoc ſolum matrimonium ſequens; quia nec edictum matrimonii eſt prohibitorium, nec iſte caſus invenitur prohibitus, ſicut notavit Laurentius.*

*Particula *non* deeſt in edit. Romana 1603. & Avenionenſi 1715. Additum fuit in Pariſienſi an. 1720.

Quid, ſi occidat quis virum mulieris eo animo, ut cum ea contrahat, ſed tamen eam non polluit vivente marito, vel viro; numquid poterit eam habere in uxorem?

Reſp. Videtur quod non. Extr. de Converſione infidelium cap. Laudabilem, *in fi. ubi nulla fit mentio de pollutione adulterina; & tamen ibi dicitur, quod nec etiam propter favorem fidei ſuſtineatur matrimonium contractum inter Sarracenum converſum, & Chriſtianam, quæ maritum ſuum interfici fecerit per eum in captivitate viri adhuc conſtitutum.*

Cælest. III.

,, LAudabilem (& infra) Interrogaſti de
,, Saracenis, qui dum in captivitate eſ-
,, ſent quarumdam Chriſtianarum viros, ea-
,, rum inſidiis, & machinationibus occiderunt,
,, utrum, quia poſtea per ipſas ad fidem Chri-
,, ſtianam converſi ſunt, eas de jure poſſint ac-
,, cipere in uxores, vel ſi duxerint, conjugium
,, teneat eorumdem. Hic Triburienſis Concilii
,, regula contenti ſumus, aſſerentis, quod ſi
,, in mortem ipſorum malitioſe fuerint machi-
,, natæ, licet earum ſtudio ad fidem acceſſerint,
,, tamen nec eis adhærere debent, nec ſunt,
,, ſi adhæſerint, etiam tolerandi, cum tale da-
,, mnum tali lucro Eccleſia compenſare non
,, velit. Ad hoc Sarraceni quidam in bello ſunt
,, Chriſtianos interfeciſſe notati, & Chriſtiani
,, ſimiliter Saracenos: poſtea vero Sarraceni
,, ad fidem converſi uxores eorum, quos in
,, belli certamine occiderunt, ſibi matrimo-
,, nialiter copularunt, & idipſum Chriſtiani
,, de Sarracenis mulieribus converſis ad fidem
,, feciſſe noſcuntur, quæ poſtquam de priorum
,, virorum morte comperecrint veritatem, di-
,, vortium inſtanter expoſcunt. In his igitur
,, reſpondemus, quod cum tales non procura-
,, verint virorum interitum defunctorum, ma-
,, trimonium inter hujuſmodi perſonas licite
,, poteſt contrahi, & taliter copulati divortium
,, nequeunt poſtulare.

Sed contra 31. *quæſt.* 1. *cap.* Relatum, *& cap. ſequenti: ubi expreſſa fit mentio de adulterina pollutione; & etiam Magiſter hic dicit:* Si aliquis adulteretur cum aliqua conjugata.

Reſp. Credo ſine præjudicio, quod ſi non præceſſit adulterina pollutio, non dirimetur matrimonium, & illa Decretalis, Laudabilem, *intelligenda eſt de Sarracenis captivis adulterantibus cum uxoribus dominorum ſuorum. Unde tria ſunt neceſſaria ad hoc, ut matrimonium dirimatur prætextu machinationis, ſcilicet adulterium, occiſio, & quod eo animo fiat, ut ſimul contrahant. Alii tamen dicunt, quod machinatio mortis cum effectu ſufficit ad dirimendum matrimonium, licet non interceſſerit pollutio adulterina. Arg. cap. illius,* Laudabilem, *ubi nulla mentio fit de adulterina pollutione: & maxime ſecundum Hugot. dicendum videtur, qui dicit, quod hoc ſufficit ad dirimendum matrimonium, quod aliquis det fidem conjugatæ de contrahendo, licet non polluerit eam per adulterium.*

Secundus caſus eſt; ſi præſtat fidem adulteræ, quod ducet eam poſt mortem legitimi ejus mariti, vel poſt mortem uxoris ipſius adulteri. Cauſſa 31. q. 1. c. *Relatum*, & omnibus prædictis capitulis.

In Conc. *Tribur.*

,, RElatum eſt auribus ſanctorum Sacer-
,, dotum, quemdam alterius uxorem ſtu-
,, pro violaſſe, & inſuper mœchæ, vivente vi-
,, ro ſuo, juramentum dediſſe, ut poſt legitimi
,, mariti mortem ſi ſupervixiſſet, duceret eam
,, in uxorem; quod & factum eſt: tale ergo
,, connubium prohibemus, & anathematiza-
,, mus.

Poſtillat.

SI præſtat fidem) *Idem intelligas de juramento. Quid, ſi nec fidem dedit, nec juramentum, ſed ſimpliciter promiſit eam ducere?*

Reſp. Hugot. notavit 31. *q.* 1. *cap.* Relatum, *quod idem eſt de ſimplici promiſſione, & fide, & juramento; quia nomine fidei intelligitur quælibet promiſſio, nuda, vel non nuda; & hujuſmodi promiſſio eſt quaſi deſponſatio de futuro.*

Sed quare fides hujuſmodi data adulteræ dirimit matrimonium?

Reſp. Quia de re non vacante non debet fieri promiſſio, ut de Præbenda, vel de hæreditate viventis, ne quis deſideret rem proximi: & hæc fuit cauſſa inſtitutionis Eccleſiæ in hoc caſu. Nota de hoc verſus:

Nubant, ſive fidem dent mœchi conjuge vivo,
Sive parent mortem, connubia ſunt dirimenda.

Tertius caſus eſt, quando non præſtat fidem adulteræ de ducendo eam, ſed præſentialiter ducit, & cum ea contrahit; quoniam plus eſt ducere, quam fidem dare de ducendo. Extr. de eo, qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. c. *Cum haberet*, & c. *Ex litterarum*.

Clemens III.

,, CUm haberet uxorem legitimam A. no-
,, mine, I. lator præſentium eum M. a-
,, dulterium perpetravit. Cumque ſuper hoc
,, fuiſſet in jus vocatus, abjuravit adulteram,
,, & poſtmodum juramento contemto, viven-
,, te legitima, cum ea matrimonium contra-
,, here, & ipſi diu cohabitare præſumſit. De-
,, mum prædicta A. de præſenti luce ſubtra-
,, cta, memoratus I. cum adultera per de-
,, cennium eſt commoratus, de qua decem fi-
,, lios procreavit. Tale ergo damus conſulta-
,, tioni tuæ reſponſum, ut ſeparentur omni-
,, no, & eis injuncta pœnitentia perpetua con-
,, tinentia indicatur; præſertim cum in dies
,, ſuos ambo proceſſerint, & tam diu publice
,, in adulterio, & in perjurio ex certa ſcien-
,, tia perdurantes, Eccleſiam in gravi ſcan-
,, dalo perturbaverint. Noſti enim, quod Leo
,, Papa ſtatuit, ut nullus ducat in matrimo-
,, nium, quam adulterio polluit, & quod
,, hic plus proceſſum fuit, quam ſi fides præſti-
,, ta dumtaxat fuiſſet adulteræ, & defuncta legi-
,, tima eam duceret in uxorem; cum eadem, et-
,, iam prima vivente, quaſi matrimonialiter mœ-
,, chæ, mœchus adhærere præſumſit, & Sa-
,, cramentum ſuum temere violare: quod uti-
,, que connubium (ubi etiam nulla interceſſit re-

 ,, ligio

Digitized by Google

„ ligio juramenti) tam Gregorius Papa, quam
„ Telburienſis Synodus deteſtatur, & utrumque
„ hoc modo conjunctum præcipit publicæ pœ-
„ nitentiæ ſubjici, ac perpetuo ſine ulla ſpe
„ conjugii permanere. Nec aliquod eiſdem I.
„ & M. adminiculum afferunt, ut ſimul ma-
„ neant, quod decennio cohabitaverunt ad in-
„ vicem, ac decem filios ſuſceperunt, cum
„ multiplicitas prolis ita ſuſceptæ magis eo-
„ rum crimen exaggeret, & diuturnitas tem-
„ poris peccatum non minuat, ſed augmentet;
„ ſollicitudinis tamen tuæ intererit, ut uter-
„ que liberis ſuis, ſecundum quod eis ſuppetunt
„ facultates, neceſſaria ſubminiſtret.

CLEM. III. „ EX litterarum tuarum inſinuatione accepi-
„ mus, quod T. uxorem ſuam, adulterio
„ deprehenſam, de tui anteceſſoris aſſenſu ab-
„ jecit: quæ poſtmodum accepit habitum Mo-
„ nachalem: ſed dictus T. antequam illa de-
„ cederet, aliam ſuperinduxit, & plures ſu-
„ ſcepit filios ex eadem (& infra) Fraterni-
„ tati tuæ igitur reſpondemus, quod illos de-
„ bes ab invicem ſeparare: idem vero vir, indi-
„ cta ei de adulterio pœnitentia, aliam ducere
„ poterit in uxorem.

Si vero nullus iſtorum caſuum intervenerit, & adulter, mortua uxore, vel viro adulteræ, contraxit cum ipſa, quam prius polluerat per adulterium; tenet matrimonium, ut in eiſdem capitulis dicitur. Quod autem dictum eſt ſupra, quod quando adulter dedit fidem adulteræ, vel contraxit cum ea, vivente viro adulteræ, vel uxore adulteri, debent ſeparari; intelligendum eſt, quum tam adulter, quam adultera ſciebant impedimentum, quando ſic contraxerunt. Si enim alter ignoraret, tunc credens illum, cum quo contraxit, eſſe ſolutum, poſſet cum illo eſſe poſt mortem legitimi, & hoc propter bonam fidem, quam habuit. Extr. de eo, qui duxit in matrim. quem pol. per adult. c. *Propoſitum*, &
v. ſupra. c. *Veniens*, extr. deſponſal. c. *Cum in Apoſtolica.*

ALEX. III. *Abbati S. Albani.* „ PRopoſitum eſt nobis, quod vir quidam
„ uxorem habens, ſibi aliam hujuſmo-
„ di rei inſciam copulavit; ſed prima mortua
„ nititur diſcedere a ſecunda (& infra) Licet
„ autem in Canonibus habeatur, ut nullus co-
„ pulet matrimonio, quam prius polluerat a-
„ dulterio, & illam maxime, cui fidem dede-
„ rat, uxore ſua vivente, vel quæ machinata
„ eſt in mortem uxoris; quia tamen præfata
„ mulier erat inſcia, quod ille aliam haberet
„ uxorem viventem, nec dignum eſt, ut præ-
„ dictus vir, qui ſcienter contra Canones ve-
„ nerat, lucrum de ſuo dolo reportet; conſul-
„ tationi tuæ taliter reſpondemus, quod niſi
„ mulier divortium petat, ad petitionem viri
„ non ſunt aliquatenus ſeparandi.

URBANUS III. „ CUm in Apoſtolica (& infra) Intelleximus,
„ quod cum inter villicum de Ar-
„ veia, & uxorem ejus matrimonii quæſtio tra-
„ ctaretur, ante publicationem teſtium villi-
„ cus reverſus ad propria, publice inter ſe, &
„ uxorem ſuam propoſuit ſententiam divortii,
„ judicio Eccleſiæ promulgatam: & ſic falſita-
„ te ſuggeſta, quamdam aliam facti neſciam
„ ſibi copulare præſumſit. Poſtmodum vero ſu-
„ per prioris matrimonii quæſtione litteris im-
„ petratis, delegati judices ſententiam divortii
„ protulerunt. Verum quia villicum, & mu-
„ lierem, quam ſuperinduxit, pendente lite
„ prioris uxoris invicem aſſeris conſenſiſſe;
„ conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod,
„ impoſita viro pœnitentia competenti, & in-
„ tra pœnitentiæ tempus carnali commercio
„ interdicto, poſtmodum in maritali copula
„ poterunt remanere.

Item nota, quod primum matrimonium facit, quod ſecundum non valet, ſi durante primo matrimonio, ſecundum contrahatur, quando primum matrimonium fuit verum & legitimum: nam ſi primum non fuit verum, ſed tantum putativum; non præſtat impedimentum ſecundo matrimonio. Extr. de ſponſalib. cap. *Veniens*, extr. de matrimon. contrac. cont. interdict. Eccleſ. cap. *Ex litteris*, *v. pag. 63.*
in fin.

ALEX. III. *Vigorien. & Baron. Epiſc.* „ EX litteris Cantuar. Archiepiſcopi ad nos
„ pervenit, quod cum G. de ſancto Leo-
„ degario M. filiam ſuam abſentem cuidam R.
„ nomine deſponſaſſet (& infra) Poſtea or-
„ ta ſuſpicione, quod præfatus R. ad alia de-
„ ſideraret vota tranſire, ad examen fuit di-
„ cti Archiepiſcopi cauſſa perlata: qui ſub a-
„ nathematis interminatione prohibuit, ne an-
„ tequam de præſcripto negotio plene con-
„ ſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret, ſed i-
„ pſe, præſcripta prohibitione contemta, filiam
„ G. in facie Eccleſiæ ſibi ſolemniter copula-
„ vit uxorem (& infra) Cum Archiepiſco-
„ pus vellet de matrimonio primo cognoſcere,
„ dicta M. appellationis vocem emiſit, cujus
„ appellationi Archiepiſcopus deferens, eidem
„ ſub excommunicationis interminatione di-
„ ſtrictius interdixit, ne cui nuberet, donec
„ cauſſa ipſa finem debitum ſortiretur; ipſa
„ tamen de remedio appellationis confiſa,
„ cuidam alii Gu. nomine nupſit (& infra)
„ Mandamus, quatenus, ſi nihil conſtiterit,
„ quod impediat præter conſenſum de futuro,
„ qui inter præfatos R. & M. aſſeritur præceſ-
„ ſiſſe, ſecunda matrimonia inviolabiliter ob-
„ ſervanda, ſublato appellationis obſtaculo, ju-
„ dicetis. Licet enim contra interdictum Ec-
„ cleſiæ ad ſecunda vota tranſire non debue-
„ rit, non eſt tamen conveniens, ut ob id ſo-
„ lum, Sacramentum conjugii diſſolvatur; a-
„ lia tamen pœnitentia eis debebit imponi,
„ quia contra prohibitionem Eccleſiæ hoc fece-
„ runt.

Si tamen primum matrimonium fuit contractum in facie Eccleſiæ, & alter ante divortium per Eccleſiam celebratum, vel contra interdictum Eccleſiæ contrahit cum alia; peccat, & debet agere pœnitentiam; ſed tenet nihilominus matrimonium, ut dictum eſt in præallegata decretali, *Ex litteris*, in fin.

Pone, quod aliquis mulieri conjugatæ, cum qua nondum commiſit adulterium, dat fidem de ducendo eam poſt mortem viri legitimi, vel uxoris ſuæ, ſi ipſe conjugatus eſt, vel contrahit cum ea de facto; numquid, ſoluto poſt mortem uxoris ſuæ, vel viri adulteræ matrimonio, poterit cum illa contrahere; aut, ſi contraxerint, numquid debent ſeparari?

Videtur, quod poſſent contrahere; quia jura ſuperius allegata loquuntur, quando adulter dat fidem adulteræ, vel contrahit cum ea; hoc autem non fit hic.

Solutio. Determinatum eſt jure novo, quod ſeu ante fidem datam, ſeu ante matrimonium de facto contractum, ſeu poſtea, legitima tamen ſuperſtite, cognovit illam, debent omnino ſe-

para-

parari: alioquin ſi nec ante, nec poſt intervenit carnalis copula, quamvis utrique ipſorum, pro eo quod in hoc graviter deliquerunt, ſit pœnitentia injungenda; non eſt tamen matrimonium, quod cum ea contraxit poſt uxoris obitum, dirimendum. Extr. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. c. *Si quis uxore*.

Gregor. IX. „ SI quis, uxore vivente, fide data promiſit „ aliam ſe ducturum, vel cum ipſam de facto contraxit; ſi nec ante, nec poſt (legitima ejus ſuperſtite) cognovit eamdem quamvis utrique ipſorum pro eo, quod in hoc graviter deliquerint, ſit pœnitentia injungenda; „ non eſt tamen matrimonium, quod cum ea „ contraxit, poſt uxoris obitum dirimendum. „ Ceterum tolerari non debet, ſi prius, vel „ poſtea, dum vixerit uxor ipſius, illam adulterio polluiſſet.

TITULUS X.

De diſpari cultu.

SEquitur de diſpari cultu, ſcilicet quando unus eorum, qui contrahere volunt, eſt Catholicus, & alter eſt Hæreticus, unus Chriſtianus, & alter Judæus, vel Paganus: ſuper hoc ita diſtinguas.

Aut fidelis contrahit cum Infideli, Judæo ſcilicet, Pagano, vel Hæretico; aut fideles inter ſe, & poſtea labitur alter eorum in hæreſim. In primo caſu nullum eſt matrimonium; ſponſalia tamen poteſt fidelis cum infideli contrahere ſub conditione, ut infidelis convertatur ad fidem. Cauſſa 28. quæſt. 1. §. *Ex his*, in fin. & cap. *Cave Chriſtiane*, & cap. *Non oportet*.

Gratian. 1. Cor. 7. (Ex his.... Item Apoſtolus: *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſenſerit habitare cum illo; non dimittat illam: & ſi qua mulier habet maritum infidelem, & hic conſenſerit habitare cum illa; non dimittat virum ſuum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.*

Ad Tit. 2. Item ad Titum: *Hortare adoleſcentulas, ut diligant viros ſuos*: Hoc tamen tam de fidelibus, quam de infidelibus intelligendum eſt. Infidelibus namque viris fideles mulieres propenſius propter Deum debent obſequi, ut ſic viros ſuos Chriſto lucrari valeant. Sicut in paſſione beati Clementis de Theodora, & Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.)

Ambros. In lib. de Patriarchis. „ CAve, Chriſtiane, gentili, aut Judæo filiam tuam tradere. Cave, inquam, gentilem, vel Judæam, atque alienigenam, hoc „ eſt, hæreticam, & omnem alienam a fide tua „ uxorem accerſas tibi. Prima conjugii fides, „ caſtitatis gratia eſt. Si Chriſtiana ſit, non eſt „ ſatis, niſi ambo initiati ſitis Sacramento baptiſmi. Simul ad orationem nocte vobis ſurgendum eſt, & conjunctis precibus obſecrandus eſt Deus.

Ex Conc. Agathenſi, c. 67. „ NOn oportet cum hominibus hæreticis „ miſcere connubia, & vel filios, vel filias dare, ſed potius accipere: ſi tamen ſe „ profiteantur Chriſtianos eſſe futuros, & Catholicos.

Ut in veteri Teſtamento prohibuit Dominus:

Exod. 27. *Non accipies uxores de filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos poſt Deos ſuos.*

In ſecundo caſu, ſcilicet quum conjuges ſunt infideles, puta Judæi, vel Sarraceni, verum eſt matrimonium: ſed ſi alter convertatur ad fidem, alter remaneat in Judaiſmo, vel in gentilitatis errore, ſi infidelis non vult cohabitare fideli, vel ſi vult cohabitare fideli, non tamen ſine injuria, & blaſphemia nominis Chriſti, vel ut eum pertrahat ad infidelitatem, vel ad aliud mortale peccatum; in his tribus caſibus contumelia creatoris ſolvit jus matrimonii circa fidelem; & ideo poteſt fidelis licite contrahere. Extr. de divort. cap. *Quanta*, & cap. *Gaudemus*. *v. pag. 155 & 474.*

Si vero infidelis vult cohabitare fideli ſine aliquo prædictorum, ſi fidelis vult ei cohabitare, bene facit; quia hoc monet Apoſtolus in 1. Cor. 7. dicens: *Si quis frater uxorem habet infidelem, &c.* Si autem non vult cohabitare, non eſt compellendus; tamen, illo vivente, non poterit contrahere, quoniam durat matrimonium. Cauſſa 28. q. 1. c. *Jam nunc*, & c. *Sic enim*, extr. de divort. c. *Gaudemus*. *v. pag. 155*

„ JAm nunc illud videamus, quod ait Apoſtolus: *Ceteris autem ego dico, non Dominus*, ad „ imparia, ſcilicet, ubi non ambo Chriſtiani „ fuerant, conjugia locuturus. Quod mihi viſum eſt, eum monendo dixiſſe. Quia enim „ conjux fidelis relinquere conjugem licite potuit infidelem; ideo hoc fieri non Dominus, „ ſed Apoſtolus prohibet. Quod enim Dominus „ prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apoſtolus, quo poſſit eſſe multorum occaſio lucrandorum, ut fideles conjuges in „ relinquendis infidelibus permiſſa licentia non „ utantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti a fidelibus non licere, quia hoc „ vetat Apoſtolus: cum ego dicam licere, quia „ hoc non vetat Dominus, non tamen expedire, quia hoc, ne fiat monet, Apoſtolus, qui „ reddit etiam rationem cur fieri non expediat, quamvis liceat. Quomodo enim ſcis, „ inquit, mulier, ſi virum ſalvum facies? aut „ unde ſcis, vir, ſi ſalvam facies mulierem, „ cum & ſuperius dixiſſet: *Sanctificatus eſt vir infidelis in muliere fideli, & mulier infidelis ſanctificata eſt in fratre*, hoc eſt in Criſtiano. „ *Alioquin filii veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt*: Sic ad lucrandos conjuges, & filios Chriſto, exemplis etiam, quæ jam provenerant, videtur Apoſtolus hortatus. Cur ergo „ non expediat etiam infideles conjuges dimitti a fidelibus, cauſſa evidenter expreſſa „ eſt. Non enim propter vinculum cum talibus conjugale ſervandum, ſed ut acquirantur Chriſto, recedi ab infidelibus conjugibus „ Apoſtolus vetat. Multa enim ſunt facienda „ non jubente lege, ſed libera caritate; & ea „ ſunt in noſtris officiis gratiora, quæ cum „ liceret nobis etiam non impendere, tamen „ cauſſa dilectionis impendimus. Unde ipſe „ Dominus prior, cum tributum ſe non debere ſolvere demonſtraſſet; ſolvit tamen, ne „ ſcandalizaret eos, quibus ad æternam ſalutem gerens hominem conſulebat. Jam vero Apoſtolus quemadmodum iſta commendet, ejus verba teſtantur, ubi dicit: *Cum enim ſimiliter ex omnibus omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem*, cum paullo ſuperius „ dixiſſet: *Numquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi? Numquid non habemus licentiam ſororem mulierem circumducendi, ſicut & ceteri Apoſtoli, fratres Domini, & Cephas?*

Auguſt. Ad Pollentium, lib. 1. de adulter. conj. c. 13. & 24.

Matth. 17

1. Cor. 9.

„ an

,, *an ego ſolus, & Barnabas non habemus poteſta-*
,, *tem hoc operandi? quis militat ſuis ſtipendiis*
,, *umquam? quis plantat vineam, & de fructu*
,, *non edit? quis paſcit gregem, & de lacte ejus*
,, *non comedit?* Et paullo poſt: *Si alii,* inquit,
,, *poteſtatis veſtræ jure participant; quare non ma-*
,, *gis nos? Sed non uſi ſumus hac poteſtate; ſed o-*
,, *mnia toleramus, ne quod impedimentum demus*
,, *Evangelio Chriſti.*
IDEM. Ibidem, c. 19. & ſequent. ,, SIc enim recedere ab uxoribus infidelibus,
,, vel a maritis fideles viri, vel feminæ non
,, prohibentur a Domino, ut neque jubeantur:
,, nam ſi dimittere tales conjuges juberentur;
,, nullus locus eſſet conſilio monentis Apoſto-
,, li, ne hoc fieret; nullo enim modo, quod
,, Dominus jubet, ſervus bonus fieri prohibe-
,, ret (*Item paullo poſt*) Cum ergo cœpiſſet gen-
,, tibus Evangelium prædicari, jam conjunctos
,, gentiles gentilibus comperit conjuges: ex
,, quibus ſi non ambo crederent, ſed unus,
,, aut una, & infidelis cum fideli conſentiret
,, cohabitare, nec prohiberi a Domino debuit
,, fidelis infidelem dimittere, nec juberi. Ideo
,, ſcilicet non prohiberi, quia juſtitia permit-
,, tit a fornicante diſcedere: & infidelis homi-
1. Cor. 7. ,, nis fornicatio major eſt in corde: nec vera
,, ejus pudicitia cum conjuge dici poteſt, quia
,, omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt:
,, quamvis veram habeat fidelis pudicitiam, et-
,, iam cum infideli conjuge, quæ non habet
,, veram. Ideo autem nec juberi debuerunt fi-
,, deles ab infidelibus ſeparari; quia non con-
,, tra juſſionem Domini gentiles fuerant am-
,, bo conjuncti. Quoniam ergo ab infideli fi-
,, delem diſcedere nec prohibet, nec jubet Do-
,, minus; ideo ut non-diſcedat Apoſtolus di-
,, cit, *non Dominus*, habens utique Spiritum ſan-
,, ctum, in quo dare poſſit utile, & fidele con-
,, ſilium. Unde cum dixiſſet de muliere, cu-
1. Cor. 7. ,, jus vir mortuus fuerat: *Beatior autem erit, ſi*
,, *ſic permanſerit ſecundum conſilium meum*, ne
,, quis hoc conſilium tamquam humanum,
,, non divinum contemnendum putaret, adje-
,, cit: *Puto autem, quod & ego ſpiritum habeam*
,, *Dei*. Proinde intelligendum, eſt etiam ipſa,
,, quæ a Domino non jubentur, ſed a ſancto
,, ejus famulo utiliter ſuadentur, eodem Do-
,, mino inſpirante ſuaderi. Abſit enim, ut quiſ-
,, quam Catholicus dixerit, quod ſuadet Spi-
,, ritus Sanctus, non Dominum ſuadere, cum
,, & ipſe Dominus ſit, & inſeparabilia ſint
,, opera Trinitatis. Dicit tamen: *De virgi-*
,, *nibus autem præceptum Domini non habeo, con-*
,, *ſilium autem do*; non ut hoc conſilium alie-
,, num exiſtimemus a Domino, cum continuo
,, ſequatur, & dicat: *Tamquam miſericordiam*
,, *conſecutus a Domino, ut fidelis eſſem*. Secundum
,, Deum ergo dat fidele conſilium in eo ſpiri-
,, tu, de quo ait: *Puto autem, quod & ego ſpi-*
,, *ritum Dei habeam*. Verumtamen aliud eſt Do-
,, mini jubentis imperium, aliud conſervi ſe-
,, cundum miſericordiam caritatis, quæ illi a
,, Domino eſt inſpirata, atque donata, fidele
,, conſilium. Aliud ibi facere non licet, hic
,, autem licet: ita ſane, ut ipſum licitum par-
,, tim quidem expediat, partim vero non ex-
,, pediat. Expedit tunc, quando non ſolum
,, per juſtitiam, quæ coram Domino eſt, per-
,, mittitur; ſed etiam hominibus nullum ex
,, hoc impedimentum ſalutis infertur; velut
,, cum dat conſilium non nubendi Apoſtolus
,, virginibus (unde præceptum Domini ſe non
,, habere teſtatur) licet aliud facere, id eſt;
,, nubere, & minus quam continentiæ; bo-
,, num tamen tenere nuptiarum, ipſumque
,, licitum etiam expedit; quoniam in veti-
,, ta, & illicita ruituram carnis infirmitatem
,, ſic excipit honeſtate nubendi, ut neminem
,, impediat ad ſalutem: quamvis magis expe-
,, diret, magiſque honeſtum eſſet, ſi virgo
,, conſilium, quo præceptum eam non com-
,, pellit, arriperet. Tunc autem non expedit
,, id, quod licitum eſt, quando permittitur
,, quidem; ſed uſus ipſius poteſtatis aliis affert
,, impedimentum ſalutis: ſicut eſt (unde jam
,, diu loquimur) diſceſſio fidelis conjugis ab
,, infideli, quam non prohibet Dominus præ-
,, cepto legis: quia coram illo injuſta non eſt;
,, ſed prohibet Apoſtolus conſilio caritatis, quia
,, infidelibus affert impedimentum ſalutis: non
,, ſolum, quia perniciosiſſime ſcandalizantur
,, offenſi; verum etiam quia cum in alia con-
,, jugia ceciderint, viventibus eis, a quibus di-
,, mittuntur, adulterinis nexibus colligati difficil-
,, lima reſolvuntur. Ideo hic, ubi id, quod li-
,, cet, non expedit, non poteſt dici, ſi dimi-
,, ſerit infidelem, bene faciet; ſi non di-
,, miſerit, melius facit, ſicut dictum eſt: *Qui dat* 1. Cor. 7.
,, *nuptum, bene facit, & qui non dat nuptum, me-*
,, *lius facit*; quoniam illud non ſolum utrum-
,, que pariter licet (unde ad nihil horum præ-
,, cepto Domini quiſquam compellitur) ſed et-
,, iam utrumque expedit, aliud minus, aliud
,, amplius. Unde ad id, quod amplius expedit,
,, conſilio Apoſtoli, quicumque poteſt capere,
,, provocatur: hic autem, ubi de dimittendo,
,, vel non dimittendo infidelis conjugio quæri-
,, tur, utrumque quidem pariter licitum eſt
,, per juſtitiam, quæ coram Domino eſt; & id-
,, eo nihil horum Dominus prohibet: ſed non
,, utrumque expedit propter infirmitates ho-
,, minum: & ideo id, quod non expedit, Apo-
,, ſtolus prohibet, dante ſibi Domino liberum
,, prohibendi locum: quia neque id, quod mo-
,, net Apoſtolus, prohibet Dominus: neque
,, id, quod prohibet Apoſtolus, jubet Domi-
,, nus. Quod niſi ita eſſet, neque contra pro-
,, hibitionem Domini Apoſtolus aliquid mo-
,, neret, neque contra juſſionem ejus aliquid
,, prohiberet. Proinde in his duabus cauſſis,
,, una de nubendo, vel non nubendo; altera
,, de infideli conjuge dimittendo, vel non di-
,, mittendo, aliquid ſimile invenitur in verbis
,, Apoſtoli, & aliquid diſſimile. Simile quidem,
,, quod ibi dicit: *Præceptum Domini non habeo,*
,, *conſilium autem do*, & hic dicit: *Ego dico, non*
,, *Dominus*. Quale eſt enim: *Præceptum Domini*
,, *non habeo*, tale eſt: *Non dicit Dominus*: &
,, quale eſt: *Conſilium do*, tale eſt: *Ego dico*.
,, Illud autem diſſimile eſt, quia de nubendo,
,, & non nubendo dici poteſt, hoc bene fieri,
,, illud melius; quoniam utrumque expedit,
,, minus unum, magis aliud: at vero de conjuge
,, infideli dimittendo, vel non dimittendo, quo-
,, niam unum horum non expedit, aliud ex-
,, pedit, dici non oportet, qui dimittit, bene
,, facit: & qui non dimittit, melius facit: ſed
,, dici oportet, non dimittat; quia etſi licet,
,, non expedit. Sic ergo poſſumus dicere, me-
,, lius eſſe infidelem conjugem non dimittere,
,, quamvis liceat, & dimittere, quemadmodum
,, recte dicimus melius eſſe, quod & licet &
,, expedit, quam id, quod licet, & non expedit.
,, His de cauſſis factum eſt, ut exponens Domini
,, ſer-

„ ſermonem, quem prolixum in monte habuit, ubi ventum eſt ad quæſtionem de conjugibus dimittendis, vel non dimittendis, adhibitis etiam Apoſtolicis teſtimoniis dicerem, conſilium eſſe Apoſtoli, non præceptum Domini, ubi ait: *Ceteris autem ego dico, non Dominus*, monens eos, qui haberent conjuges infideles, ut conſentientes habitare ſecum non dimitterent. Quod utique ideo monendum, non jubendum fuit, quia non tanto pondere prohibendi ſunt homines facere licita, quamvis non expediant, quanto pondere prohibenda illicita. Si autem alicubi Apoſtolus etiam illa, quæ jubenda ſunt, monere dignatus eſt, hoc fecit parcendo infirmitati, non præjudicando juſſioni. Unde
1. Cor. 4. Ipſe dixit: *Non ut confundam vos, hæc ſcribo, ſed ut filios meos cariſſimos moneo*: quid habet quæſtionis, ubi ait: *Ego dico, non Dominus*. Item, ubi ait: *Ecce ego Paulus dico vobis, quia ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit*. Numquid etiam hic dixit: *Ego dico, non Dominus?* Non ſunt itaque iſta ſimilia: quia etiam illa, quæ jubet Dominus, non eſt indignum, neque contrarium, ſi eadem monet Apoſtolus. Monemus enim, quos caros habemus, ut faciant Domini præcepta vel juſſa. Cum vero ait: *Ego dico, non Dominus*, ſatis oſtendit, Dominum non prohibere, quod ipſe prohibebat. Prohibuiſſet autem Dominus, ſi eſſet illicitum. Ergo ſecundum ea, quæ ſupra diu diximus, multumque verſavimus, licitum erat per juſtitiam; ſed etiam licitum non erat faciendum propter liberam benevolentiam.

„ Tu vero cui placet ita non licere, quod non vetat Dominus, ſed Apoſtolus, quemadmodum non licet, quod vetat Dominus, cum exponere voluiſſes, quid ſibi vellet, quod ait: *Ego dico, non Dominus*, cum alloqueretur fideles, quibus eſſent conjuges infideles, dixiſti, quia Dominus juſſit, ne conjugia ſibimet diverſæ religionis copularentur: & ipſum adhibuiſti teſtimonium Domini dicentis: *Non accipies uxorem filio tuo de filiabus*
Deuter. 7. *alienigenarum, ne traducat eam poſt Deos ſuos, & pereat anima ejus*. Addidiſti etiam verba
1. Cor. 7. Apoſtoli, ubi ait: *Mulier alligata eſt, quamdiu vir ejus vivit: quod ſi mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt: cui vult nubat, tantum in Domino*. Quod ita expoſuiſti, ut adjungeres, id eſt, Chriſtiano. Deinde ſecutus es, & addidiſti: Hoc eſt ergo Domini præceptum tam in veteri, quam in novo Teſtamento, ut non niſi unius religionis & fidei conjugia ſibi maneāt copulata. Si hoc ergo eſt Domini præceptū tam in veteri Teſtamento, quā in novo, & hoc jubet Dominus, hoc docet Apoſtolus, ut non niſi unius religionis & fidei maneant copulata conjugia; quare contra hoc Domini juſſum, contra doctrinam ſuam, contra præceptum veteris & novi Teſtamenti jubet Apoſtolus, ut diverſæ fidei conjugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentium prædicator & Apoſtolus, jam in conjugio poſitos non ſolum monet, ſed etiam jubet, ut ſi unus, aut una e conjugibus credidiſſet, alterum vel alteram non credentem, ſecum tamen habitare conſentientem, non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc eſſe, aliud illud, ſatis evidenter oſtendis. Illud enim de his conjugiis agitur, quæ ſibi primitus copulantur, ne nubat femina non ſuæ religionis viro, vel ne vir talem ducat uxorem: id enim, ut dicis, jubet Dominus, docet Apoſtolus, utrumque præcipit Teſtamentum. Hoc autem diverſum eſſe quis abnuat, ubi agitur non de conjungendis; ſed de conjunctis? Ambo quippe unius & ejuſdem infidelitatis fuerunt, quando conjuncti ſunt; ſed Evangelium cum veniſſet, alter ſine altera, vel altera ſine altero credidit. Si ergo aliud eſt hoc (quod ſine ſcrupulo ullius dubitationis apparet) cur fidelem cum infideli in conjugio permanere non & Dominus, ſicut Apoſtolus, jubet? Niſi forte loco iſto vacat, quod tam fidenter ipſe Apoſtolus ait: *An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Chriſtus?* 2. Cor. 9. Et Dominus utique eſt Chriſtus. Intelligiſne quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius immorabor? Attende, ut rem ipſam tamquam in conſpectu conſiderandam, planiore ſermone ponamus. Ecce conjuges duo unius infidelitatis fuerunt, quando conjuncti ſunt. Nulla de his quæſtio eſt, quæ pertineat ad illam Domini juſſionem, doctrinamque Apoſtolicam, & præceptum veteris, & novi Teſtamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli conjugium copulare. Jam ſunt conjuges, & ambo adhuc ſunt infideles: adhuc tales ſunt, quales, fuerunt, antequam jungerentur, qualeſque conjuncti ſunt. Venit Evangelii Prædicator, credidit eorum unus, aut una; ſed ita ut infidelis cum fideli habitare conſentiat. Jubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat. An non jubet? Si dixeris, jubet: reclamat Apoſtolus: *Ego dico, non Dominus*. Si dixeris, non jubet, cauſſam requiro: neque illam mihi reſponſurus es, quam tuis litteris indidiſti: quia Dominus prohibet fideles infidelibus jungi. Hic enim nullomodo eſt iſta cauſſa; quia de jam junctis loquimur, non de conjungendis. Si ergo tu cauſſam non inveniſti, cur non vetet Dominus, quod vetat Apoſtolus: cernis enim jam, ut exiſtimo, non eſſe ipſam cauſſam, quam putaveras eſſe: vide, ne forte illa ſit, quæ mihi viſa eſt, & nunc deferenda: ut ſcilicet illud intelligamus dicere Dominum, quod habet coram illo nullo modo tranſgredienda juſtitia, id eſt, quod ita jubet, aut vetat, ut aliud facere omnino non liceat.

Et licet quidam diſtinxerint, dicentes, aliud eſſe in Judæis, aliud in paganis converſis; quia Judæus converſus ad fidem non debet cohabitare uxori infideli nolenti cohabitare; ſed Sarracenus converſus poteſt. Videtur hodie idem judicium in utriſque. Extr. de conſang. & affin. c. *De infidelibus*, & extr. eod. tit. c. *Interrogatum*.

„ DE infidelibus ad fidem converſis, utrum ſi ante converſionem ſuam, ſecundum legis veteris inſtituta, circa gradus conſanguinitatis a Canone denotatos conjuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum? Conſultationi tuæ taliter reſpondendum duximus, quod matrimonium ſic contractum nō eſt poſt baptiſmi lavacrum ſeparandum, cum a Judæis Dominus requiſitus, ſi liceret uxorem ex quacumque cauſſa dimittere, ipſis reſpondit: *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet*: per hoc innuens eſſe matrimonium inter eos.

Innoc. III. *Archiepiſ. & Capitulo Tiren.*

Geneſ. 2. *Matth. 16. Marc. 10.*

In-

Poſtillat. INterrogatum) *Hoc cap. non eſt modo in corpore Decret. habens tamen illud in 2. antiqua collec. Decret. tit. de converſione infidelium. Ibi tamen dicitur, quod Judæi, & Sarraceni converſi ad fidem cum uxoribus, cum quibus in ſecundo gradu, vel tertio, vel quarto contraxerant, poſſunt cohabitare, & eas retinere, ſi voluerint, ſive converſæ fuerint, ſive non: non tamen ſunt compellendi ad hoc; ſed quamdia illæ voluerint cohabitare cum illis, non poterunt illi cohabitare cum aliis: ſed ſi in odium fidei, poterunt alias ducere.*

Quid, ſi Judæi, vel Pagani contraxerunt cum conſanguineis ſecundum ritus ſuos; numquid poſt converſionem remanebunt taliter copulati?

Dicas quod ſic; quia apud infideles verum eſt matrimonium: non enim arctantur canonicis conſtitutionibus, & per Sacramentum Baptiſmi non ſolvuntur conjugia, ſed crimina dimittuntur. Extr. de divort. cap. *Gaudemus*, in princ. diſt. 26. cap. *Una tantum.*

v. pag. 141 Innocent. III. Tiberinden. Epiſc. ,, GAudemus in Domino (& infra) Utrum pagani uxores accipientes in ſecundo, vel tertio, vel ulteriore gradu ſibi conjunctas, ſic conjuncti debeant poſt converſionem ſuam inſimul remanere, vel ab invicem ſeparari, edoceri per ſcriptum Apoſtolicum poſtulaſti. Super quo taliter reſpondemus, quod cum Sacramentum conjugii apud fideles, & infideles exſiſtat, quemadmodum oſtendit Apoſtolus, dicens: *Si quis frater infidelem habet uxorem, & hæc conſentit habitare cum eo, non illam dimittat*: (*1. Cor. 7.*) & in præmiſſis gradibus a paganis quoad eos matrimonium licite ſit contractum, qui conſtitutionibus Canonicis non arctantur, (*Quid enim ad nos*, ſecundum Apoſtolicum eumdem, *de his, quæ foris ſunt, judicare*) (*1. Cor. 5.*) in favorem præſertim Chriſtianæ religionis, & fidei, a cujus perceptione per uxores ſe deſeri timentes viri, poſſunt facile revocari; fideles hujuſmodi matrimonialiter copulari libere poſſunt, & licite remanere conjuncti, cum per Sacramentum Baptiſmi non ſolvantur conjugia, ſed crimina dimittantur. Quia vero pagani circa plures inſimul feminas affectum dividunt conjugalem, utrum poſt converſionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur (& infra) Verum abſonum..... (*v. pag. 155*) Sane veridica hæc ſententia probatur etiam de Teſtimonio veritatis in Evangelio teſtantis: *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* (*Matth. 19. Luc. 10.*) Si ergo, uxore dimiſſa, duci alia de jure non poteſt, fortius & ipſa retenta: per quod evidenter apparet, pluralitatem in utroque ſexu, cum non ad imparia judicantur, circa matrimonium, reprobandam: qui autem ſecundum ritum ſuum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, numquam ea vivente licite poterit aliam, etiam ad fidem Chriſti converſus, habere: niſi poſt converſionem ipſius, illa renuat cohabitare cum ipſo: aut, etiamſi conſentiat, non tamen abſque contumelia Creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, in quo caſu reſtitutionem petenti, quamvis de injuſta ſpoliatione conſtaret, reſtitutio negaretur: quia ſecundum Apoſtolum: *Frater, aut ſoror non eſt in hujuſmodi ſubjectus ſervituti.* (*1. Cor. 7.*) Quod ſi converſum ad fidem & illa converſa ſequatur, antequam propter cauſſas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Quamvis quoque ſecundum Evangelicam veritatem, qui duxerit dimiſſam, mœchatur; (*Matth. 19.*) non tamen dimiſſor poterit objicere fornicationem dimiſſæ, pro eo quod nupſit alii poſt repudium, niſi alias fuerit fornicata.

Hoc tamen intelligo, niſi contraxiſſent in gradibus divina lege prohibitis, Levit. c. 18.

Quid, ſi infidelis plures habens ſimul uxores convertitur; numquid retinebit omnes, aut quam ex omnibus retinebit?

Dic, quod prima tantum eſt uxor; & ideo illam ſolam poteſt retinere: quum enim ab initio una coſta in unam feminam ſit converſa, & Scriptura divina teſtetur, quod *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*, nec dixit tres, vel plures; ſed duo: nec dixit adhærebit uxoribus, ſed uxori: & patet, quod nulli umquam licuit plures ſimul habere uxores, niſi cui fuit divina revelatione conceſſum, per quam ſicut Jacob a mendacio, Iſraelitæ a furto, & Samſon ab homicidio; ſic & Patriarchæ, & alii viri, qui plures ſimul habuiſſe leguntur uxores, ab adulterio excuſantur. Extra, de divort. cap *Gaudemus*. *v. ſupra.*

Poſtillat. QUid ſi eodem momento contraxit cum duabus, dicens duabus mulieribus: Accipio utramque veſtrum in uxorem; *quæ ex iſtis erit uxor?*

Reſp. Neutra, niſi forte talis ſit altera illarum, quod cum illa non poſſit contrahere matrimonium: in quo caſu teneret matrimonium cum reliqua, ſicut notavit Hugo.

Patet etiam ex his, quod ſi infidelis ſecundum ritum ſuum legitimam repudiavit uxorem, quum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit; (*Matth. 19.*) numquam, ea vivente, licite poterit aliam, etiam ad fidem Chriſti converſus, habere, niſi in tribus caſibus, §. 2. circa princ. extr. de divort. c. *Gaudemus*. (*v. ſupra. v. pag. 155*)

Sed numquid vir converſus jam ad fidem debet reſtitui uxori injuſte per hujuſmodi reprobatum repudium ſpoliatæ, ſi peteret reſtitutionem?

Dicas quod non, ſi ipſa adhuc remanet infidelis; quia ſecundum Apoſtolum: *Frater, aut ſoror non eſt hujuſmodi ſervituti ſubjectus.* Sed ſi virum converſum ad fidem & ipſa converſa ſequatur, antequam, præter tres cauſſas prædictas §. eodem in princ. legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur. Extra, de divort. cap. *Gaudemus*. (*v. ſupra.*) Per quod aperte probatur, quod ſi aliqua de tribus cauſſis prædictis ſupra eodem circa princ. interveniat, ſolvitur ſtatim matrimonium quoad ſervitutem, ſed non quoad ſubſtantiam, niſi tunc demum contrahit cum alia matrimonium: & ideo dixit Apoſtolus: *Frater enim, vel ſoror non eſt ſervituti ſubjectus in hujuſmodi*, & Canon. *Contumelia Creatoris ſolvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur*, non dicit ſolvit matrimonium, ſed *jus*, id eſt, vinculum, obligationem, ſive ſervitutem matrimonii. Cauſſa 28. q. 2. c. *Si infidelis*.

Gregor. 1. Cor. 7. ,, SI infidelis diſcedit odio Chriſtianæ fidei, diſcedat: *Non enim eſt frater, aut ſoror ſubjectus ſervituti in hujuſmodi.* Non eſt enim dimiſſo peccatum propter Deum, ſi alii ſe copulaverit. Contumelia quippe Creatoris ſolvit jus matrimonii circa eum, qui

,, re-

„ eelinquitue. Infidelis aotem diſeedens, & in
„ Deum peccat, & in matrimonium: neceſt ei
„ fides ſeevaoda conjugii; quia propterea di-
„ ſcedit, ne audiret, Chriſtum Deum eſſe
„ Chriſtianorum conjuginrum.

Poſtillat. N*Umquid auctoritate propria poteſt in his caſibus aliam ducere, an exſpectandum eſt judicium Eccleſiæ?*

Reſp. Si aliquis prædictorum caſuum eſt notorius, poterit contrahere, non exſpectato judicio Eccleſiæ, niſi quantum ad inhibitionem ſolemnitatum, quæ inſtitutæ ſunt ab Eccleſia: ſi autem dubium ſit de quolibet trium prædictorum caſuum, credo, ſicut notavit Hugot. 28. *q.* 2. *c.* Si infidelis, *quod Epiſcopus, ſive Eccleſia mittere debet ad eam aliques, qui voluntatem ejus requirant ſuper prædictis caſibus, vel recipere ſuper hoc probationem, ſi haberi poſſit, etſi illa alias noluerit reſpondere; aut ſi forte non inveniatur: alias non credo, quod debeat aliam ducere, vel poſſit: ſi tamen duxerit, verum erit matrimonium; dum tamen de prædictis tribus caſibus, aliquis interveniat.*

Quidam tamen aliter ſentiunt, alienum ſenſum a littera eatorqueotes.

Poſtillat. N*Umquid converſus ad fidem poteſt intrare religionem vel fieri Subdiaconus, invita uxore remanente in infidelitate, pacifice tamen cohabitare volente?*

Reſp. Opinio Hugot. ſuper illud cap. Si infidelis, *eſt, quod debet moneri, ut convertatur. Si dicat ſe velle converti, ſed non tunc, exſpectanda eſt: ſi autem dicat ſe nolle converti, non exſpectabitur, etiamſi contradicat. Alii dicunt, quod ea invita poterit fieri Monachus, vel Subdiaconus, & ſibi imputet, quod converti non vult.*

Quid, ſi ante baptiſmum dimiſit uxorem cauſſa fornicationis, ſi uterque poſtea convertatur, tenebitur ne eam recipere?

Item ſi recipit, & eam cognoverit, numquid impeditur a promotione, ſicut ille, qui poſt adulterium uxoris ſuæ cognovit eam?

Reſp. Ad primum dixit Hugot. quod tenetur eam recipere. Ad ſecundum dicit, quod non impeditur a promotione, quia & peccatum, & pœna peccati dimittitur in baptiſmo; & ideo talis fornicatio non imputatur iſti, vel illi quoad aliquam pœnam: nec eſt ſimile de fideli cognoſcente uxorem poſt adulterium ejus, quia pœnitentia ad puritatem baptiſmi non adducit omnino.

In tertio caſu, ſcilicet quando fideles contrahunt inter ſe, & poſtea alter labitur in hæreſim, vel infidelitatis errorem; non poteſt contrahere, qui relinquitur, non diſtincto utrum interveniat carnalis copula, vel non; & tenetur continere, licet in hoc caſu major appareat contumelia Creatoris, quam in primo.

Ratio eſt, quia matrimonium fidelium eſt ratum, & ideo nullo caſu ſuperveniente poteſt diſſolvi. Sacramentum enim fidei, quod ſemel admiſſum numquam amittitur, ratum efficit conjugii Sacramentum: matrimonium vero infidelium non eſt ratum; & ideo diſſol-
v. pag. 472 vi legitime poteſt. Extr. de divort. cap. *Quanto.*

Quid, ſi Catholicus contrahit cum hæretica baptizata, vel e converſo, numquid tenet matrimonium?

Videtur, quod non, propter diſparem cultum, ſicut dictum eſt ſupra in princip. & expreſſe dicit Ambroſius, cauſſa 28. quæſt. 1. verſ. *Cave. Cave*, inquit, *gentilem, aut judæam, aut alienigenam, hoc eſt, hæreticam non accerſas, & omnem alienam de fide tua non accipias uxorem: tibi enim non oportet cum hominibus hæreticis miſcere connubia.*

Dicit tamen ibi Hugot. Quod licet tale matrimonium contrahi non debuerit, contractum tenet, ſicut teneret cum excommunicato: ſufficit enim, ſi ambo initiati ſunt Sacramento baptiſmatis, ut in illo cap. *Cave, Chriſtiane.*

N*Umquid Judæus poſſet hodie contrahere cum pagana?* Poſtillat.

Videtur, quod non; quia hoc eſt prohibitum in veteri Teſtamento, & etiam in jure gentium, at diſtinct. 1. *cap.* Jus gentium. *Item quia ibi eſt diſpar cultus.*

Sed videtur contra, quod hodie pagani non ſunt idololatræ, & fere omnes ſunt circumciſi, & diſcernunt cibos, & judaizant.

Reſp. Hugot. notavit 28. *quæſt.* 1. *§.* Verum, *quod inter tales poteſt matrimonium contrahi, & propter diſparem cultum non impeditur matrimonium, niſi inter fideles; & infideles, nec fuit olim alias prohibitum, & quod prohibitio juris gentium non eſt adeo efficax, quod matrimonium contrahi non poſſit inter infideles diverſæ infidelitatis.*

Sed pone, quod Judæus, Gentilis, vel hæreticus non baptizatus volt baptizari, non invenit aquam, vel aliquem, qui eum baptizet, conſtat ei omnia peccata dimiſſa, quia baptizatus eſt baptiſmo flaminis; numquid poteſt contrahere matrimonium cum Chriſtiana?

Dicit Hug. quod non; quia janua omnium Sacramentorum eſt baptiſmus. Facit ad hoc illud c. *Cave Chriſtiane*, verſ. *Si Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſint Sacramento baptiſmatis.*

TITULUS XI.

De impedimento violentiæ, ſive metus.

CIrca impedimentum violentiæ, ſeu metus, notandum, quod ex ſui natura, etiam ſine conſtitutione Eccleſiæ matrimonialem conſenſum excludit: nam ubi metus, vel coactio intercedit, non poteſt conſenſus locum habere; per conſequens nec matrimonium, quod ſolo conſenſu contrahitur. Cauſſa 27. quæſt. 2. cap. *Sufficiat*, extr. de ſpon- v. pag. 470
ſalib. cap. *Cum locum*. Sed quia inter vim, v. pag. 88.
& vim magna eſt differentia, & inter metum, & metum. Extr. de ſponſalib. cap. *De muliere*.

„ DE muliere, quæ eſt invita tradita viro, Alex. III
„ & detenta: cum inter vim, & vim ſit dif- *Paduano*
„ ferentia, & utrum poſtea conſenſus interceſ- *Epiſc.*
„ ſerit, certum nobis nihil poſtea expreſſiſti;
„ nihil certum inde tibi poſſumus reſpondere.

Iden videndum eſt, quid ſit vis, vel coactio; quid metus; quæ violentia excuſat, & quis metus.

Vis eſt majoris rei impetus, qui repelli non poteſt, ff. quod metus cauſſa, l. 2. Metus eſt inſtantis, vel futuri mentis trepidatio, ff. ibidem, l. 1.

Ut autem ſcias, quæ vis, & quis metus excuſet, nota, quod coactio, ſeu vis, alia levis, alia violenta. Levis non excludit conſenſum ma-

Digitized by Google

trimonialem, violentia conſenſum excludit. Extr. de ſponſal. c. *Veniens*, cauſſa 31. q. 2. c. 1. & 2. ſan, c. *Si verum*, & c. *De neptis*.

v. pag. 63.

Judicium Urbani Papæ.

„SI verum eſſe conſtiterit, quod nobis legati Jordanis principis retulerunt, ſcilicet, quod ipſe coactus, & dolens filiam ſuam infantulam nolentem, & flentem, & pro viribus renitentem, non aſſentientibus, ſed valde dolentibus matre, & parentela, Raynaldo Rodelli filio deſponſaverit; quoniam Canonum, & legum auctoritas talia ſponſalia, ut infra oſtenditur, non approbat, ne ignorantibus leges, & Canones nimis durum, quod dicimus, videatur, ita ſententiam temperamus, ut ſi princeps cum filiæ, matris, & parentelæ aſſenſu, id, quod cœptum eſt, perficere voluerit, concedamus. Sin autem Legatus noſter utraſque partes audiat: & ſi nihil fuerit ex parte ſupradicti Raynaldi amplius, quod impediat, ab ipſo Jordane Sacramentum, quod ita conſtant hæc ut dicta ſunt, accipiat: & nos Canonum, & legum ſcita ſequentes, deinceps non prohibemus, quin alii viro, ſi voluerit, prædicta filia ejus nubat, tantum in Domino.

Urbanus II. Sanctio regi Aragonum.

„DE neptis tuæ conjugio, quam te cuidam militi daturum, neceſſitatis inſtante articulo, ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc æquitate dictante decernimus, ut ſi illa virum illum omnino, ut dicitur, renuit, & in eadem voluntatis auctoritate perſiſtit, ut viro illi prorſus ſe deneget nupturam; nequaquam eam invitam & renitentam ejuſdem viri cogas conjugio ſociari: quorum enim unum corpus eſt, unus debet eſſe & animus; ne forte virgo eum fuerit alicui invita copulata, contra Domini, Apoſtolique præceptum, aut reatum diſſidii, aut crimen fornicationis incurrat, cujus videlicet peccati malum in eum redundare conſtat, qui eam conjunxit invitam. Quod pari tenore de viro etiam eſt ſentiendum.

Quæ ſit violenta coactio, patet, ſcilicet quum quis capitur, vel trahitur, invitus ducitur, & ligatur. Extr. de his, quæ vi, &c. c. *Sacris*.

v. pag. 59.

Item metus, alius cadit in conſtantem virum, alius non; ille, qui cadit in conſtantem virum, excuſat, & excludit conſenſum matrimonii. Extr. de his, quæ vi, &c. cap. *Perlatum*, & cap. *Ad audientiam*, & c. *Sacris*, extr. de ſponſal. c. *Veniens*.

v. pag. 69. & 87. & 91. & pag. 63.

---

§. I.

Quis metus excuſat, & cadit in conſtantem virum.

QUis autem metus excuſet, & cadat in conſtantem virum, dic, quod metus mortis, & cruciatus corporis. Extr. de his, quæ vi, &c. c. *Cum dilectus*.

v. pag. 63.

Item metus ſtupri & ſervitutis, ff. eod. *Nec timorem*, &, *Iſti quidem*, & iſtos quattuor modos de metu duobus verſibus comprehendas.

Excuſare metus hos poſſe puta, quia neſcis,
Stupri, ſive ſtatus, verberis, atque necis.

Item nota, quod talis metus caderet in unum, qui non diceretur cadere in alium; quia non eſt veriſimile hominem claræ dignitatis in urbe timuiſſe, vel quod Rex parvi militis metu timeat, ff. quod vi metuſ. cauſſa: *Non eſt veriſimile*. Cauſſa 31. q. 2. c. *Lotharius*.

Nicolaus Rodoaldo Portuenſi, & Joanni Ficolenſi Epiſc.

„LOtharius Rex in commonitorio profitetur Gualdradam ſe a patre accepiſſe, & ſororem poſtmodum admiſiſſe Huberti. Ubi primum diligenti inveſtigatione inquirite: & ſi eumdem glorioſum regem prædictam Gualdradam præmiſſis dotibus, coram teſtibus ſecundum legem, & ritum, quo nuptiæ celebrari ſolent, per omnia inveneritis accepiſſe, & publica manifeſtatione eadem Gualdrada in matrimonium ipſius admiſſa eſt; reſtat, ut perſcrutemini, cur illa repudiata ſit, vel filia Boſonis admiſſa: ſed quia idem glorioſus Rex metu Thietbergam admiſiſſe ſe dicit metu unius hominis, tantus Rex non debuit contra divinum præceptum in immane præcipitium mergi. In hoc certe ſe magis reprehenſibilem oſtendit, in quo amorem Dei amori mundi poſtpoſuit, cum nec etiam occiſores corporis ſint timendi, contra juſtitiam hominem impellantes. Nihil itaque vobis aliud præcipimus manifeſtatione ſua, eodem rege convicto, niſi ut ſecundum Canonicam auctoritatem noſtra vice fratri, cauſſam illius diffiniatis. Si vero minime probatum fuerit Gualdradam fuiſſe uxorem legitimam, neque nuptiis ſecundum morem celebratis, per benedictionem ſcilicet Sacerdotis, filio noſtro Lothario exſtitiſſe conjunctam; ſuggerite illi, ut non moleſte ferat legitimam ſibi (ſi ipſa innocens apparuerit) reconciliari uxorem (& infra) Præterea vos ſcire volo, quia præfata Thietberga Apoſtolicam Sedem bis, & ter appellavit, & ſe a præfato glorioſo Rege quæſta eſt injuſte fuiſſe dejectam, & vi coactam falſum contra ſe compoſuiſſe piaculum. Nam eo tempore ad Apoſtolicam Sedem libellum appellationis ſuæ miſit, in quo non quidem adhuc confeſſam, ſed ut contra ſe falſum diceret crimen, cogi ſeſe innotuit; inſuper ſubjungens, quod ſi amplius compulſa fuero, ſcitote non veritate, ſed timore mortis, & evadendi ſtudio (quia aliter non poſſum) quod voluerint, dicam. Vos tamen memores eſtote mei hæc vobis inſinuantis. Unde vobis præcipimus, ut cum eadem Thietberga ad condictam Synodum, ſicut ſtatuimus, advenerit, cauſſam ejus diligenti examinatione tractetis: & ſi ei objicitur, quod illa ſe crimen aliquod admiſiſſe confeſſa fuiſſet, & econtra illa violentiam ſe pertuliſſe proclamaverit, vel ſi inimicos judices illos ſibi fuiſſe teſtata fuerit; tunc illud renovetis judicium ſecundum æquitatis normam, ut injuſtitiæ mole non opprimatur.

Verumtamen ſi probationes apertiſſimas habeat, repellitur præſumtio, quæ contra eam eſt, ut ibidem dicitur: & ſic judex ſecundum diverſitatem perſonarum, & locorum, judicabit, qualis ſit metus, & judicabit matrimonium aliquod, aut nullum.

Item notandum, quod qualiſcumque metus ſit, vel violentia in matrimonio contrahendo, ſi mulier, quæ allegat metum, ſtetit annum, & dimidium cum marito, vel conſenſerit in carnalem copulam, non debet poſtea audiri, ſi allegat metum, vel violentiam. Extr. de ſponſal. cap. *Ad id, quod*: extr. qui matrim. accuſ. poſ. c. *Inſuper adjeciſti*, extr. de eo, qui duxit in

in matrim. quam pol. cap. *Significavit*.

CLEMENS III. „ AD id, quod per tuas litteras intimaſti de quadam Parochiana tua, quam ſuus vitricus cuidam Teuthonico matrimonialiter copulavit; taliter reſpondemus, quod quamvis undecim annos habens ab initio invita fuiſſet ei tradita, & renitens; tamen quia poſtmodum per annum, & dimidium ſibi cohabitans, conſenſiſſe videtur, ad ipſum eſt cogenda redire: nec de cetero recipiendi ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier ad probandum, quod non conſenſerit in eumdem, nominaverit producendos, cum mora tanti temporis hujuſmodi probationem excludat. Mandamus igitur, ut propter hoc non omittas, quominus utrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum, niſi forte vellent ad religionem pariter convolare, pœnitentia eis injuncta pro eo, quod ad alienos, & illicitos concubitus uterque tranſivit.

IDEM. „ INſuper adjeciſti, quod aliquis cum quadam innubili puella contraxit, quæ tandem ætatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamavit, aſſerens ſe ſemper ab initio diſſenſiſſe, quod per teſtes probat fama, & converſatione præclaros. In hoc itaque caſu ſentimus, quod adverſus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui, legitimum annum attingens, cum potuit, minime reclamavit: ſicut enim ante legitimum conſenſum (qui in duodecimo anno ſpectatur) potuit diſſentire; ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam copulæ carnali conſenſit, ex ratihabitione ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur indixiſſe.

ALEX. III *Abbati de Jontibus*. „ SIgnificavit nobis O. Andegavenſis (& infra) Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quod eidem O. tanta vis illata fuerit, quod non ſponte in primam conſenſerit, nec poſt præſtitum juramentum ipſam carnaliter cognoverit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam poſtea in uxorem accepit, revertendi liberam tribuas facultatem. Alioquin ſibi, ne ad ſecundam revertatur ſub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiam ducendi aliam uxorem.

Poſtillat. *QUid, ſi præceſſerit coactio, & metus, qui caderet in conſtantem virum, ſed tamen ſic compulſus factus eſt volens; numquid eſt matrimonium?*

Reſp. Credo quod ſic: ex quo tamen conſtat de coactione, præſumitur non conceſſiſſe, niſi probetur contrarium. Qui autem per quantamcumque coactionem præcedentem factus eſt volens, & conſentiens; numquid habebit exceptionem poſtea, quod metus cauſſa?

Reſp. Hugot. notavit 31. q. 1. in princ. quod non habet hæc exceptio locum in matrimonio, nec etiam in aliis contractibus locum habet quoad Deum: unde dicit, quod ſi quis quamvis coactus promiſerit, vel juraverit ſe facturum aliquid, quod obſervare non ſit peccatum, obſervandum.

Quid, ſi quis compulſus graviſſimo metu proferat iſta verba: Accipio te in meam, *& proferre noluit; numquid eſt matrimonium?*

Reſp. Non eſt matrimonium, ex quo non conſenſit; ſed ſi conſenſit, quamvis per metum quantumcumque, matrimonium eſt ſecundum Hugot. ſicut notavit in prædicto loco.

EX CONCILIO TRIDENTINO.

De Reformatione Matrimonii.

CAPUT IX.

Ne Domini temporales, aut magiſtratus quidpiam libertati matrimonii contrarium moliantur.

„ ITa plerumque temporalium dominorum, ac magiſtratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, ut viros & mulieres, ſub eorum juriſdictione degentes, maxime divites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis & pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipſi domini, vel magiſtratus illis præſcripſerint. Quare cum maxime nefarium ſit, matrimonii libertatem violare, & ab eis injurias naſci, a quibus jura exſpectantur, præcipit ſancta Synodus omnibus, cujuſcumque gradus, dignitatis & conditionis exſiſtant, ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quovis modo directe, vel indirecte ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogant, quominus libere matrimonia contrahant. *Seſſ. 24.*

TITULUS XII.

De impedimento Ordinis.

NUnc de impedimento Ordinis agendum eſt; ad quod nota, quod Clerici in quattuor minoribus ordinibus conſtituti, niſi ſint Monachi, vel regulares Canonici, vel in alia religione, quæ continentiam profitetur, licite poſſunt contrahere. Diſt. 32. c. *Si qui vero*, & c. *Seriatim*, diſt. 28. c. *De his*, extr. de Cler. conjug. c. 1. 2. & 3. ſeu, *Si qui Clericorum*, & c. *Sane*, & c. *Quod ad te*. *v. pag. 51. 52. & 53.*

ALEX. III. „ SI qui Clericorum infra Subdiaconatum acceperint uxores, ipſos ad reliquenda beneficia Eccleſiaſtica, & retinendas uxores, diſtrictione Eccleſiaſtica compellatis. Sed ſi in Subdiaconatu, & aliis ſuperioribus Ordinibus uxores accepiſſe noſcuntur; eos uxores dimittere, & pœnitentiam agere de commiſſo, per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententiam compellere procuratis.

IDEM. *Herford. Epiſcopo.* „ SAne (& infra) Provideas attentius, ne deinceps Clericus conjugatus ad Eccleſiaſtica beneficia, vel ſacros Ordines, aut adminiſtrationes Eccleſiaſticas admittatur: niſi forte caſtitatem voveret perpetuam, & qui unicam, & virginem habuiſſet uxorem.

IDEM *Verulano Epiſc.* „ QUod ad te (& infra) Utrum Clerici infra Subdiaconatus Ordinem conſtituti, quis carnis devicti vitio, continere non valentes, uxores accipiunt, Eccleſiaſtico beneficio canonice debeant ſpoliari; id volumus te tenere, quod cum ſimul voluptatibus, & carnalibus deſideriis, ac divinis & Eccleſiaſticis obſequiis vacare non valeant, ob immunditiam ſuam Eccleſiaſticis Sacramentis indigni tractandis, Eccleſiaſticis procul dubio benefi-

Digitized by Google

„ ciis ſunt privandi. Sane ſi Eccleſiis, quibus
„ intitulati fuerant, de poſſeſſionibus, aut aliis
„ bonis aliqua contuliſſe noſcuntur; cum ab
„ earumdem Eccleſiarum miniſterio fuerint,
„ & beneficio ſequeſtrati, ad ipſos recta via de-
„ bent abſque contradictione redire.

Si vero in ſacris Ordinibus conſtitutus eſt aliquis, puta Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, contrahere non poteſt, & ſi contraxerit, ſeparabitur. Diſt. 32. cap. *Si quis eorum*, & cap. *Lectores*, & cap. *Erubeſcant*, & cap. *Placuit*, extra, qui Cler. vel vov. cap. 1. & 2. ſeu, cap. *De Diacono*, & cap. *Ex litterarum*. v. pag. 72. & 197. v. pag. 238

De hac materia require quædam utilia in ſumma de pœnit. in tit. de votis, §. *Item quid, ſi maritus*.

TITULUS XIII.

De impedimento Ligationis.

SEquitur de impedimento Ligationis, ſcilicet quum quis conjugi alteri, ſive ſponſæ eſt alligatus: quod impedimentum ſemper validum fuit, etiam antequam aliquid ſuper hoc ab Eccleſia conſtitueretur; numquam enim alligatus uxori poteſt, vel potuit aliam accipere, nec umquam licuit; & ſi quis hoc fecerit, adulterium commiſit, niſi quum divina revelatione, & inſtinctu Spiritus ſancti revelatum fuit, ut Patriarchis, ſupra de diſp. cultu, §. *Quid, ſi infidelis*.

Sed quoniam alii ſunt ligati per ſponſalia, alii per matrimonium; quid juris ſit in utroque caſu, videamus, & primo de ſponſalibus. Et eſt notandum, quod ſi aliquis contrahat ſponſalia per verba de futuro, non debet contrahere cum alia, nec illa cum alio, & ſi contraxit tantum ſponſalia, ſimiliter per verba de futuro, debet dimittere ſecundam, & reverti ad primam. Si vero contraxit cum ſecunda per verba de præſenti, vel per verba de futuro, & ſequatur carnalis copula; debet ſtare cum ſecunda, & agere pœnitentiam de fide mentita. Extra, de ſponſ. duor. cap. 1. ſeu, cap. *Duobus*, extr. de ſponſal. cap. *Sicut ex litteris*. Et quod minus dictum eſt hic de materia hac, invenietur ad plenum ſupra, in tit. de ſponſal. v. pag. 464 & 471.

Si vero matrimonialiter eſt alligatus uxori, ſcilicet quia contraxerunt per verba de præſenti; ſi nondum ſunt per carnalem copulam una caro effecti, poteſt alter, altero etiam invito, tranſire ad religionem; & qui remanet, poteſt contrahere cum alia. Extr. de converſ. conjug. cap. *Verum*, & cap. *Ex publico*, extr. de ſponſ. duor. cap. *Licet præter ſolitum*. v. pag. 65.

Alex. III *Salern. Archiep.*

„ LIcet præter ſolitum (& infra) Conſul-
„ tationi tuæ taliter reſpondemus, quod
„ ſi inter virum, & mulierem legitimus con-
„ ſenſus interveniat de præſenti, ita quidem,
„ quod unus alterum in ſuo mutuo conſenſu
„ verbis conſuetis expreſſe recipiat, utroque
„ dicente: *Ego te accipio in meum, & ego accipio*
„ *te in meum*, ſive ſit juramentum interpoſi-
„ tum, ſive non; non licet mulieri alii nu-
„ bere. Et ſi nupſerit, etiamſi carnalis copula
„ ſit ſecuta, ab eo ſeparari debet, & ut ad
„ primum redeat, Eccleſiaſtica diſtrictione com-
„ pelli: quamvis aliter a quibuſdam prædeceſ-
„ ſoribus noſtris ſit aliquando judicatum.

Si autem ſit ſecuta carnalis copula inter eos, numquam licet viro dimittere uxorem, vel uxori dimittere virum, niſi propter fornicationem; & poteſt eam dimittere, ita quod aliam ducere non poteſt; & ſi dimiſerit, reconcilietur uxori, aut maneat ſine uxore; & ſi aliam duxerit, mœchatur. Cauſſa 32. quæſt. 7. cap. 1. 2. & 3. ſeu, c. *Interveniente*, & c. *Licite*, & cap. *Apoſtolus dicit*. v. pag. 304

August. *In lib. de bono conjug. c. 7.*

„ INterveniente divortio non aboletur illa
„ confœderatio nuptialis, ita ut ſibi conju-
„ ges ſint etiam ſeparati: cum illis autem
„ committitur adulterium, quibus etiam fue-
„ rint, poſt ſuum repudium, copulati.

Idem. *Sup. Epiſt. 1. ad Cor. 7.*

„ APoſtolus dicit: *His, qui ſunt in conjugio,*
„ *præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem*
„ *a viro ſuo non diſcedere: quod ſi diſceſſerit,*
„ *manere innuptam, aut reconciliari viro ſuo*.
„ Poteſt enim fieri, ut diſcedat ea cauſſa, qua
„ Dominus permiſit: at ſi feminæ licet virum
„ ſuum dimittere etiam præter fornicationis
„ cauſſam, & non licet viro; quid reſponde-
„ bimus de hoc, quod dixit poſterius: *Et vir*
„ *uxorem ſuam ne dimittat*: quare non addit,
„ *excepta cauſſa fornicationis*, quod Dominus
„ permittit: niſi quia ſimilem formam vult
„ intelligi, ut ſi dimiſerit (quod cauſſa forni-
„ cationis permittitur) maneat ſine uxore, aut
„ reconcilietur uxori? *(Et poſt pauca)* Domi-
„ nus autem permiſit cauſſa fornicationis u-
„ xorem dimitti; ſed quia permiſit, non
„ juſſit.

Pone, quod uxor credit virum mortuum, & contrahit cum alio.

Dic, quod quamdiu ita credit, nec ille revertitur, excuſatur ab adulterio, & fornicatione propter ignorantiam facti. At filii, ſi quos ex ſecunda ſuſcepit, judicantur legitimi; ſed ſtatim quum revertitur primus, debet recedere a ſecundo, & ad primum redire: quod ſi non facit, adultera judicatur. Cauſſa 34. q. 2. c. *Cum per bellicam*, & c. *Cum in captivitate*, & c. *Si virgo*. v. pag. 187

Leo Papa *Nicetæ Aquilienſi Epiſcopo Epiſt. c. 7. 8.*

„ CUm per bellicam cladem, & per gravi-
„ ſſimos hoſtilitatis incurſus, ita quædam
„ dicatis eſſe diviſa conjugia, ut abductis in
„ captivitatē viris, feminæ eorum remanſerint
„ deſtitutæ, quæ viros proprios, aut interem-
„ tos putarint, aut a dominatione numquam
„ crederent liberandos, & in alia conjugia, ſol-
„ licitudine cogente, tranſierint. Cumque nunc
„ ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora
„ converſo, nonnulli eorum, qui putabantur per-
„ iiſſe, remeaverint, merito caritas tua videtur
„ ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis ſunt
„ conjunctæ viris, a nobis debeat ordinari Sed
„ quia novimus ſcriptum, quod a Domino jun-
„ gitur viro mulier, & iterum agnovimus præ-
„ ceptum, ut, quos Deus conjunxit, homo non
„ ſeparet; neceſſe eſt, ut legitimarum fœdera
„ nuptiarum redintegranda credamus, & remo-
„ tis malis, quæ hoſtilitas intulit, unicuique
„ hoc, quod legitime habuit, reformetur: o-
„ mnique ſtudio procurandum eſt, ut recipiat
„ unuſquiſque quod proprium eſt. Nec tamen
„ culpabilis judicetur, & tamquam alieni juris
„ pervaſor habeatur, qui perſonam ejus mari-
„ ti, qui jam non eſſe exiſtimabatur, aſſumſit.
„ Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captivi-
„ tatem ducti ſunt, pertinebant, in jus alienum
„ tranſire potuerunt; & tamen plenum juſtitiæ
„ eſt, ut eiſdem reverſis propria reformentur.
„ Quod ſi in mancipiis, vel manſis, vel agris,

aut

,, aut etiem domibus, ac poſſeſſionibus rite ſervatur; quanto magis in conjugiorum redintegratione faciendum eſt, ut ſic, quod clade bellica turbatum eſt, pacis remedio reformetur? Et ideo ſi viri poſt longam captivitatem reverſi, ita in dilectione ſuarum conjugum perſeverant, ut eas cupiant redire in ſuum conſortium; omittendum eſt, & inculpabile judicandum eſt, quod neceſſitas intulit; & reſtituendum, quod fides poſcit (& infra) Siu autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, ut maluerint his cohærere, quam ad legitimum redire conſortium, merito ſunt notandæ: ita ut etiam Eccleſiaſtica comunione priventur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerunt, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod juſte remiſſio poterat expiari. Redeant ergo in ſuum ſtatum voluntaria redintegratione conjugis, neque ullo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahetur, quod conditio neceſſitatis extorſit. Quia ſicut hæ mulieres, quæ ad viros ſuos reverti noluerint, impiæ ſunt habendæ; ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, merito ſunt laudandæ judicio.

Innocent. Papa. Probo, in Ep. 9.

,, CUm in captivitate Urſa mulier teneretur, aliud conjugium cum conſtituta Fontanum commiſiſſe cognovimus; ſed favore domini reverſa Urſa nos adiit, & nullo diffitente uxorem ſe memorati eſſe perdocuit. Quo de te, fili cariſſime merito illuſtris, ſtatuimus, fide Catholica ſuffragante, conjugium illud eſſe, quod primitus erat gratia fundatum divina, conventumque ſecundæ mulieris ſuperſtite priore, nec divortio ejecta, nullo pacto poſſe eſſe legitimum.

Poſtillat. Quæſitu.

AD primum redire debet) *Auctoritate tamen Eccleſiæ, ſicut notavit Hugot. ſup. illud c.* Cum per bellicam.

Quid, ſi de nocte redeat maritus, nec eſt tempus evadi ad judicium Eccleſiæ?

Reſpondet Hugot. quod ea nocte poteſt debitum utrique negare ſine peccato. Credo tamen, quod auctoritate propria in hoc caſu poſſet redire ad primum; & ſi Eccleſia nollet eam ſeparare a ſecundo, potius deberet pati excommunicationem, quam remanere cum ſecundo, ſaltem quoad commixtionem.

Quid, ſi, primo reverſo, permittat ſe cognoſci a ſecundo ſcienter; numquid compellitur primus recipere eam?

Reſpondet Hugot. quod compellitur primus eam recipere, ſive hoc faciat ex juris ignorantia, credens hoc ſibi licere, ſive ſcienter, & in contemtum primi viri hoc faciat mulier; quia ex ignorantia juris naturalis eſt, & ideo non excuſat eam.

Quid, ſi qua putans virum ſuum vivere, qui revera mortuus eſt, contrahit cum alio; numquid eſt matrimonium?

Reſpondeo Hugot. ſuper illud cap. Cum per bellicam, *diſtinxit, quod ſi illa credebat ſibi licere contrahere cum alio, primo vivente, matrimonium eſt; ſi non, non eſt matrimonium; quia non maritali affectu, ſed adulterio ſibi copulavit ſecundum. Idem notavit de illo, qui contraxit cum aliqua, quam putavit eſſe conſanguineam, & non eſt. Ego credo ſine præjudicio, quidquid dicat Hugot. matrimonium eſſe in hoc caſu prædicto, non diſtincto, utrum contrahens credat ſibi hoc licere, nec ne.*

Sed quid, ſi primus non revertitur, credit tamen eum vivere, quid faciet?

Non exigat debitum a marito, quem accepit, ſed ei exigenti reddat. Extr. de ſecundis nuptiis, cap. *Dominus ac Redemtor*.

Lucius III. Univerſis Chriſtianis in captivitate Sarracenorum poſitis.

,, DOminus, ac Redemtor noſter (& infra) Sane ſuper matrimoniis, quæ quidem ex vobis (nondum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt, id vobis reſpondemus, ut nullus amodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet, quod ab hac vita migraverit conjux ejus: ſi vero aliquis, vel aliqua id hactenus non ſervavit, & de morte prioris conjugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei, quæ ſibi nupſit, debitum non deneget poſtulanti; quod a ſe tamen noverit nullatenus exigendum. Quod ſi poſt hoc de prioris conjugis vita conſtiterit, relictis adulterinis complexibus, ad priorem conjugem revertatur.

Item pone, quod vir ivit in exercitum contra Sarracenos, vel regionem longinquam, non revertitur, neſcitur utrum ſit vivus, vel mortuus; quid faciet uxor?

Dic, quod quantumcumque ſit juvencula, contrahere non poteſt, donec ſit certa de morte mariti. Extr. de ſponſal. c. *In præſentia*.

Clemens III. Cæſar. Auguſtæ Epiſc.

,, IN præſentia noſtra quæſiviſti, quid agendum ſit de mulieribus, quæ viros ſuos cauſa captivitatis, vel peregrinationis abſentes ultra ſeptennium præſtolatæ fuerint, nec certificati poſſunt de vita, vel de morte ipſorum, licet ſuper hoc ſollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro juvenili ætate, ſeu fragilitate carnis, nequeunt continere, petentes aliis matrimonio copulari. Conſultationi ergo tuæ taliter reſpondemus, quod quantocumque annorum numero ita remaneant, viventibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonice convolare, nec auctoritate Eccleſiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.

Sed qualiter certificabitur? Reſpondeo, per juramentum illius, ſub quo militavit, vel etiam ſociorum, qui mortem ejus bene noverunt, & poſt juramentum hujuſmodi ſtatim nubere poteſt. Extr. de ſecundis nuptiis, cap. *Super illa*.

Urbanus III. Exonien. Epiſcopo.

,, SUper illa quæſtione, qua quæſitum eſt, an mulier poſſit ſine infamia nubere intra tempus luctus, ſecundum leges definitum; reſpondemus, quod cum Apoſtolus dicat: *Mulier, viro ſuo mortuo, ſoluta eſt a lege viri ſui, in Domino nubat, cui voluerit*, per licentiam, & auctoritatem Apoſtoli, ejus infamia aboletur.

TITULUS XIV.

De publicæ honeſtatis juſtitia.

POſtquam vidimus de impedimento ligationis, videamus de publicæ honeſtatis juſtitia: quod impedimentum ab Eccleſia eſt introductum, propter ejus honeſtatem; cujus duæ ſpecies erant olim; una, quæ contrahebatur ex ſecundis nuptiis, & hæc eſt hodie ſublata de medio. Extr. de conſangu. & affin. c. *Non debet*. v. pag. 495

Alia, quæ contrahitur ex deſponſatione, puta ſi aliquis deſponſet puellam ſeptem annorum, vel

Digitized by Google

vel ultra, licet eam non cognoſcat; tamen nullus de conſanguinitate ejus poteſt eam habere in uxorem; nec ipſe aliquam ejus conſanguineam. Extr. de ſponſal. c. t. ſeu, *De Francia*, & c. *Juvenis*, & c. *Ad audientiam*, & de deſponſ. impub. c. *Continebatur*.

v. pag. 462 Ex Conc. *Tribur.*

,, DE Francia quidam nobilem mulierem de
,, Saxonia, lege Saxonum duxit in uxo-
,, rem: verum quia non eiſdem utuntur legi-
,, bus Saxones, & Francigenæ, cauſſatus eſt,
,, quod eam non ſua, id eſt, non Francorum
,, lege deſponſaverat, dimiſſaque illa, aliam
,, ſuperduxit. Diffinivit ſuper hoc ſancta Syno-
,, dus, ut ille tranſgreſſor Evangelicæ legis
,, ſubjiciatur pœnitentiæ, & a ſecunda conjuge
,, ſeparetur, & ad priorem redire cogatur.

Eugenius *Papa*

,, JUvenis, qui puellam nondum ſeptennem
,, duxit, quamvis ætas repugnaret; ex hu-
,, mana tamen fragilitate forſan tentavit, quod
,, complere non potuit. Quia igitur in his, quæ
,, dubia ſunt, quod certius exiſtimamus, tene-
,, re debemus, tum propter honeſtatem Eccle-
,, ſiæ, quia ipſa conjux ipſius fuiſſe dicitur,
,, tum propter prædictam dubitationem; man-
,, damus, quatenus conſobrinam illius puellæ,
,, quam poſtmodum duxit, dividas ab eodem.

Alex. III. *Papienſ. Epiſc.*

,, AD audientiam noſtri Apoſtolatus perve-
,, nit, quod cum H. Papienſis civis filiam
,, ſuam cuidam filiorum L. vellet dare uxorem,
,, juravit, quod ſi illa habere eam caſu aliquo
,, interveniente non poſſet, alteri filio, quem
,, de alia uxore genuerat, eamdem matrimo-
,, nio copularet. Contractis autem a filio prio-
,, re ſponſalibus, quidam conſanguinitatem in-
,, ter eos eſſe, juramentis interpoſitis firmave-
,, runt. Ideoque præfatus H. eamdem dare alteri
,, filio nititur, ut juravit; ſed quoniam ſcri-
,, ptum eſt, quod ſponſam fratris frater ha-
,, bere non poteſt; mandamus, quatenus eum
,, ſuum implere propoſitum non permittas, ſed
,, ut pœnitentiam agat de illicito juramento,
,, monitione præmiſſa, Eccleſiaſtica diſtrictione
,, compellas.

Ideo dixi, *Septem annorum*, quoniam ſi ante ſeptennium contracta ſunt ſponſalia, nullius judicantur momenti, nec præſtant aliquod impedimentum, niſi poſt ſeptennium, qui ante contraxerat, ſponſalia approbavit. Extra, de v. pag. 461 deſponſ. impub. cap. *Litteras*, & cap. *Acceſſit*. Et require ſupra de ſponſalib. §. *Pone*, & c. *Pueri*.

Quid, ſi ſponſalia non tenuerunt, quia non de jure, ſed de facto tantum contracta fuerunt, v. gr. deſponſavit aliquis conſanguineam, vel Monachus, vel Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, vel frigidus, vel perpetuo maleficiatus, vel ſectus deſponſat de facto aliquam; numquid talia ſponſalia, quæ nulla ſunt, præſtant impedimentum conſanguineis, ut non poſſint contrahere cum talibus ſponſis de facto, vel ſi contraxerint, non teneat matrimonium?

Ad hoc dicit Hugot. & plerique cum eo conſentiunt, quod bene per tales paratur impedimentum conſanguineis. De primo caſu habetur v. ſupra, expreſſe extr. de ſponſalib. c. *Ad audientiam*, & videtur expreſſum de omnibus cauſſa 27. q. 2. cap. *Si quis uxorem*, & cap. *Quidam deſponſavit uxorem*.

Gregor.

,, SI quis uxorem deſponſaverit, vel eam
,, ſubarrhaverit, quamquam poſtmodum
,, præveniente die mortis ejus nequiverit eam
,, ducere in uxorem; tamen nulli de conſangui-
,, nitate ejus licet accipere eam in conjugio.
,, Quod ſi inventum fuerit factum, ſeparetur
,, omnino.

Ex Conc. *Tribur.*

,, QUidam deſponſavit uxorem, & dotavit
,, eam, & cum ea coire non potuit, quam
,, clanculo frater ejus corrupit, & gravidam
,, eam reddidit. Decretum eſt, ut quamvis nu-
,, pta eſſe non potuit legitimo viro; deſponſa-
,, tam tamen fratri, frater habere non poſſit:
,, ſed Mœchus, & Mœcha fornicationis quidem
,, vindictam ſuſtineant; licita vero conjugia eis
,, non negentur.

Videtur mihi, quod dicta opinio juri innitatur: hoc autem non eſt propter affinitatem, quæ non contrahitur, niſi per carnalem copulam, ſed eſt propter publicæ honeſtatis juſtitiam, quæ contrahitur per ſponſalia, ſive per verba de præſenti, ſive de futuro, ſive de jure, ſive de facto tantum contracta, excepto caſu poſito ſupra eod. tit. circa princip. quando ſcilicet puer, vel puella ante ſeptennium ſponſalia contraxerunt: quod forte idem eſt in illo caſu, quia in talibus tam animi, quam corporis eſt defectus.

EX CONCILIO TRIDENTINO,

De reformatione matrimonii.

Caput III.

Publicæ honeſtatis impedimentum certis limitibus coarctatur.

Seſſ. 24.

,, JUſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum,
,, ubi ſponſalia quacumque ratione valida
,, non erunt, ſancta Synodus prorſus tollit;
,, ubi autem valida fuerint, primum gradum
,, non excedant: quoniam in ulterioribus
,, gradibus jam non poteſt hujuſmodi prohibi-
,, tio abſque diſpendio obſervari.

TITULUS XV.

De impedimento affinitatis.

Quid ſit, quotuplex ſit, & qualiter contrahatur?

DIctum eſt de publicæ honeſtatis juſtitia, quæ quibuſdam viſa eſt affinitas, propter quamdam ſimilitudinem; & ideo conſequenter de affinitate tractamus. Videndum quid ſit affinitas, quot ſunt genera affinitatis, qualiter affinitas contrahatur, & uſque ad quem gradum affinitatis prohibeatur matrimonium.

1. Affinitas eſt proximitas perſonarum ex carnali copula proveniens, omni carens parentela. *Ex carnali copula* ideo dixi, quia tam per fornicariam copulam, quam per legitimam contrahitur affinitas. Cauſſa 35. q. 2. & 3. c. *Nec eam*, extr. de eo, qui cogn. conſang. uxor. ſuæ, c. *Diſcretionem*, & c. *Tuæ fraternitatis*. v. pag. 473

Gregor. *Ad Felicē Meſſanen. Epiſc.*

,, NEc eam, quam aliquis ex propria con-
,, ſanguinitate conjugem habuit, vel ali-
,, qua illicita pollutione maculavit, in conju-
,, gium ducere ulli profecto licet Chriſtiano-
,, rum, aut licebit; quia inceſtuoſus eſt talis
,, coitus, & abominabilis Deo, & cunctis bo-

,, nis

,, nis hominibus: inceſtuoſos vero nullo con-
,, jugii nomine deputandos, a ſanctis Patribus
Gratian. ,, dudum ſtatutum eſſe legimus. (Naturæ vi-
,, delicet ordine: ſi vero extraordinarie, non
,, ſic.)

2. Tria genera affinitatis fuerunt olim, ſed
hodie primum genus exſtat tantum, ſecundo,
& tertio de medio ſublatis. Extr. de conſang.
v. pag. 489 & affin. c. *Non debet*. Primum genus affinitatis
contrahitur ex perſona addita conſanguinitati
per carnalem copulam juxta regulam, quæ dicit:
Perſona addita conſanguinitati per carnalem
copulam; mutat genus attinentiæ, ſed non gra-
dum: & perſona addita perſonæ per carnis pro-
pagationem mutat gradum, & non genus atti-
nentiæ: Unde verſus:

Mutat nupta genus, ſed generata gradum.

Quod ut melius intelligatur, exempla in me-
dium proponamus. Ecce ego, & ſoror mea, u-
na conſanguinitas ſumus, accipiat ſoror mea
maritum, vel Amaſium habeat, P. videlicet, i-
pſe P. eſt addita perſona conſanguinitati meæ,
& per carnis copulam mutat genus attinentiæ,
ſed non gradum; quia ſicut ſoror mea eſt mihi
conſanguinea, ita & ipſe P. eſt mihi affinis in
primo gradu: & quod dictum eſt de ſorore mea,
idem intelligas de qualibet conſanguinea mea;
quia omnes mariti conſanguinearum mearum
ſunt mihi affines in primo genere affinitatis, & in
illis gradibus, in quibus eorum uxores attinent
mihi: quia ſi qua eſt mihi in ſecundo gradu
conſanguinitatis, maritus ejus eſt mihi in pri-
mo genere affinitatis, & in ſecundo gradu: &
ſi qua eſt mihi in tertio gradu, maritus ejus eſt
mihi in primo genere affinitatis, & in tertio
gradu: & ſic de ceteris gradibus, quando gra-
dus computantur inter affines reſpectu conſan-
guinitatis tantum. Cauſſa 35. q. 5. c. *Porro*.

Gregor. Papa. ,, PОrro de affinitate, quam diciris parente-
,, lam eſſe, quæ ad virum ex parte uxo-
,, ris, ſeu quæ ex parte viri ad uxorem perti-
,, net; manifeſtiſſima ratio eſt: quia ſi ſecun-
,, dum divinam ſententiam, ego & uxor mea
,, ſumus una caro, profecto mihi & illi, mea,
,, ſuaque parentela propinquitas una efficitur.
,, Quocirca ego, & ſoror uxoris meæ in uno, &
,, primo gradu erimus; filius vero ejus in ſe-
,, cundo gradu erit a me, neptis vero tertio:
,, idque utrinque in ceteris agendum eſt ſucceſ-
,, ſionibus. Uxorem vero propinqui mei cujuſ-
,, cumque gradus ſit, ita me oportet attende-
,, re, quemadmodum ipſius quoque gradus ali-
,, qua femina propriæ propinquitatis ſit. Quod
,, nimirum uxori de propinquitate ſui vi-
,, ri in cunctis cognationis gradibus convenit
,, obſervari. Qui vero aliorſum ſentiunt, Anti-
,, chriſti ſunt: a quibus tanto fortius vos
,, oportet cavere, quanto apertius deprehen-
,, ditis illos divinis legibus repugnare.

Et quod dictum eſt de maritis conſangui-
nearum, idem per omnia intelligas de uxo-
ribus conſanguineorum meorum; quia ſunt
mihi affines omnes in primo genere affinita-
tis, & in illis gradibus, in quibus mariti ea-
rum conſanguinei ſunt mihi: & ego ſimiliter
cum eis affinis in eodem genere, & in eiſdem gra-
dibus.

Item omnes conſanguinei uxoris meæ ſunt
mihi affines in primo genere affinitatis, & in eiſ-
dem gradibus, in quibus ſunt conſanguinei uxo-
ris: & omnes mei conſanguinei ſimili modo ſunt
affines uxori meæ in primo genere affinitatis, &
in eiſdem gradibus, in quibus ſunt mihi con-
ſanguinei; ſicut hoc totum probatur, extra,
de conſ. & affin. cap. *Quod ſuper his*, cauſſa 35.
quæſt. 2. cap. *Sane*.

,, QUod ſuper his (& infra) Super eo igi- *Innoc. III Roſan. Archiep.*
,, tur, quod pater & filius cum matre &
,, filia, & duo cognati cum duabus cognatis,
,, avunculus & nepos cum duabus ſororibus
,, contrahunt matrimonia, taliter tibi duxi-
,, mus reſpondendum, quod licet omnes con-
,, ſanguinei viri ſint affines uxoris, & omnes
,, conſanguinei uxoris ſint viri affines; inter
,, conſanguineos tamen & uxoris & viri, ex eo-
,, rumdem, ſcilicet viri uxoris conjugio, nulla
,, prorſus affinitas eſt contracta, propter quam
,, inter eos matrimonium debeat impediri. Ne
,, autem intra gradus prohibitos matrimonium
,, contrahatur, debes publice inhibere, & præ-
,, ſumtores Eccleſiaſtica diſtrictione punire, non
,, obſtante conſuetudine, quæ dicenda eſt po-
,, tius corruptela.

,, SAne conſanguinitas, quæ in proprio viro *Innocent. Ex Concil. Macienſi.*
,, obſervanda eſt, hæc nimirum in uxoris
,, parentela de lege nuptiarum cuſtodienda eſt.
,, Quia enim conſtat eos duos eſſe in carne u-
,, na, communis illis utraque parentela cen-
,, ſenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Erunt duo in* *Geneſ. 2.*
,, *carne una*.

Et iſtud primum genus affinitatis habebat
olim prohibitionem uſque ad ſeptimum gra-
dum, hodie uſque ad quartum incluſive, ſicut
ipſa conſanguinitas. Cauſſa 35. quæſt. 2. cap.
De affinitate, & cap. *Nullum*, & cap. *Æquali-* *v. ſupra,*
ter, extra, de conſang. & affin. c. *Quod ſuper* *pag. 439.*
his, & cap. *Non debet*.

,, DE affinitate conſanguinitatis per gradus *Gregor. Papa. In Concil. Meldenſi.*
,, cognationis placuit uſque ad ſeptimam
,, generationem obſervare. Nam & hæreditas
,, rerum per legales inſtrumentorum diffinitio-
,, nes ſancita, uſque ad ſeptimum gradum pro-
,, tendit hæredum ſucceſſionem. Non enim
,, ſuccederent, niſi eis de propagine cognatio-
,, nis deberetur.

,, NUllum in utroque ſexu permittimus ex *Julius Papa.*
,, propinquitate ſui ſanguinis, vel uxoris
,, uſque ad ſeptimum generis gradum uxorem
,, ducere, vel inceſti macula copulari. Prætet-
,, ea quoque illud adjecimus, quoniam ſicut
,, non licet cuiquam Chriſtiano de ſua conſan-
,, guinitate, ſic etiam nec licet de conſangui-
,, nitate uxoris ſuæ conjugem ducere, propter
,, carnis unitatem.

,, ÆQualiter vir conjungatur conſanguineis *Idem.*
,, propriis, & conſanguineis uxoris ſuæ.

3. In ſumma vero non eſt prætermittendum,
quot gradus dicuntur eſſe in affinitate, & com-
putantur in ea ex parte conſanguinitatis tan-
tum: unde quum de affinitate aliquarum perſo-
narum quæritur in quo gradu ſibi attineant,
recurrendum eſt ad perſonam illam, qua me-
diante ventum fuit ad affinitatem; & quæren-
dum quoto gradu diſtat ab illa perſona de qua
agitur, ſecundum regulam aſſignatam ſupra in
titulo de conſanguinitate, ubi oſtenſum eſt,
qualiter gradus ſunt computandi; & quoto gra-
du diſtant in conſanguinitate, toto gradu di-
ſtant in affinitate. Item nota, quod ſi perſona,
quæ eſt tibi affinis per appoſitionem, generat
filium, & generat eum de conſanguineo tuo, fi-
lius generatus eſt tibi conſanguineus, non affi-
nis: ſi vero generat filium de extraneo, & non
conſanguineo; filius tibi nihil attinebit per appo-
ſitio-

ſitionem. *Tibi* ideo dico, quoniam ſi tibi aliquis affinis eſt per tui appoſitionem, id eſt, quando tu appoſitus ſis conſanguinitati ejus, ſi generat filium; ille erit tibi affinis, ſicut parens ſuus in eodem genere, ſed in alio gradu.

Item nota, quod licet moriatur conſanguineus, quo mediante contrahitur affinitas; perſona, quæ ſupervivit, remanet affinis. Cauſſa 35. q. 10. c. *Fraternitatis*.

Gregor. Venerio Caralit. Epiſc.

„ FRaternitatis veſtræ ſtudioſæ ſagacitati, frater amande, quas debeo, refero grates: quoniam quæſiviſti, quæ debuiſti, jucundum me reddidiſti. Unde placide ad inquiſita reſpondeo; Sedem Apoſtolicam conſulere decreviſti, ſi mulier copula nuptiali extraneo viro conjuncta, cognationi ejus pertineat, ſi eo defuncto cognatio remaneat, vel ſi ſub altero viro cognationis vocabula diſſolvantur, vel ſi ſuſceptæ ſoboles poſſint legitime ad prioris viri cognationis tranſire copulam. Eſt enim verbum Domini validum, forte, & durabile, & immutabile, & perſeverabile; non momentaneum, non tranſitorium. Ait enim per ſe ipſa veritas, quæ Deus eſt, & verbum Dei: *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*. (*Luc. 21.*) Antequam Deus in carne appareret inter homines, eo inſpirante dixit Adam: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*, (*Geneſ. 2.*) cui non contradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, & viſibilis in humanitate appareret, interrogatus eſt, ſi licitum eſſet homini uxorem relinquere: quod prohibens fieri vetuit, niſi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Unde protulit ſtatim in medium eamdem ipſam ſententiam, quam ante ſæcula manens cum patre verbum inſpiraverat Adæ; ipſe confirmans, quod ipſe primus protulit homo: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuam & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una*. (*Matth. 19*) Si una caro fiunt; quomodo poteſt aliquis eorum propinquus uni pertinere, niſi pertineat alteri? Hoc minime poſſe fieri credendum eſt. Porro uno defuncto in ſuperſtite affinitas non deletur, nec alia copula conjugalis affinitatem copulæ prioris ſolvere poteſt: ſed neque alterius conjunctionis ſoboles placet ad affinitatis prioris viri conſortium tranſire, pro eo, quod verbum Domini validum eſt, & forte: &, ut inquiens dixit Propheta: *Verbum Domini manet in æternum*, (*Iſai. 40.*) & alius Propheta: *Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt: ſtatuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit, & non præteribit*. (*Pſal. 148.*) Nam poteſt per verbum ſuum, & præceptum efficere Deus duos carnem unam, id eſt, maſculum, & feminam: qui innumeram multitudinem utriuſque ſexus non deſtitit ſecum facere unum, ſicut per ſe veritas dixit: *Non rogo pro his tantum, ſed etiam pro his, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu, pater in me, & ego in te, ut & ipſi unum in nobis ſint*. (*Joann. 17.*) Si quis ergo ſacrilego, & temerario auſu in defuncto quærit propinquitatem extinguere, vel ſub altero affinitatis vocabulo diſſipare, vel ſuſceptam ſobolem alterius copulæ, propinquitati prioris credis legitime ſociari; hic negat Dei verbum validum eſſe, & forte: & qui tam facile, & tam velociter quærit diſſolvere; hic non credit verbum Dei in æternum permanere. Confice terram ex quattuor locis magna intercapedine a ſe diſtantibus, & confectam, & conglutinatam finge cujuſcumque figuræ, vel immenſitatis corpus volueris; numquid erit humanum ingenium, quod ipſas quattuor partes ab invicem valeat ſegregare, ut unaquæque per ſe poſſit agnoſci? Sic a quattuor avis duo conficiuntur in unum, & de duobus fit una concreatio. Hanc ſimilitudinem de quattuor elementis, unde concreatus eſt homo, colligere potes, ſi eorum unamquamque ſpeciem, quæ in multis diviſionibus partita eſt, per diſcretas inter ſe partes aſſignaveris. Fit idem in metallis: hoc etiam in liquoribus: probat etiam in coloribus pictor, qui ſequitur arte naturam, colores admiſcendo, ex viſibilibus fucis corpora fingens..

Item contrahitur affinitas, non ſolum per matrimonialem, ſed etiam per fornicarium coitum, dum tamen ordine naturæ: ſi vero extra ordinem, hoc eſt, extra, vel circa vas debitum aliquis polluerit aliquam; non impeditur ob hoc aliquis de ſua conſanguinitate illam ducere in uxorem; quamvis talis pollutio criminoſa ſit, & damnabilis, niſi facta fuerit matrimoniali conſenſu. Cauſſa 35. q. 3. c. *Extraordinaria*, extr. de eo, qui cogn. c. *Fraternitati tuæ*.

Urbanus II. Hugoni Gratianopolitano Epiſc.

„ EXtraordinaria pollutio, nonniſi in naturalibus admiſſa, vel ſæpius reiterata extra maritalem affectum; ſi probitis Sacramentis ita eſſe conſtiterit, quemadmodum nobis tuis ſignificatum eſt litteris; non videtur matrimonium impedire, quamvis ipſa ſit criminoſa, & damnabilis.

Innoc. III Biſunt. Archiep.

„ FRaternitati tuæ (& infra) Divortii ſententiam approbamus, quam in eum canonica promulgaſti, qui illam ſibi poſtea copulare præſumſit, cujus antea ſororem adhuc ſeptennem, contractis ſponſalibus extraordinaria libidine noſcitur polluiſſe.

Ratio autem hujus dicti eſt, quia talis pollutio non facit ſanguinis commixtionem, nec carnis unitatem, per quæ contrahitur affinitas. Cauſſa 35. q. 10. c. *Fraternitatis*. *v. ſupra*.

Quid, ſi invaſit clauſtrum pudoris, & intravit, non tamen pervenit ad conſummationem operis? Credo, quod ſupra dictum eſt, *De extraordinaria pollutione*, & propter eamdem cauſſam.

Poſtillat.

QUid, *ſi frangit clauſtrum pudoris, & intrat, & emittit ille; illa tamen non emittit, contrahitur affinitas per hujuſmodi coitum?*

Reſp. Hugot. notavit ſuper illud cap. Extraordinaria, *quod non eſt ibi ſeminis commixtio, nec efficiuntur una caro; unde conſanguineus iſtius illam poſſet habere in uxorem, ſi de facto poſſet conſtare: in tali enim non eſſet credendum Sacramentis illorum, ut dicit; nec vir poſſet ſecure jurare illam non emiſiſſe: & ideo, quia in dubiis certior via tenenda eſt, prohibenda eſt ex tota copula ipſius mulieris cum conſanguineis illius viri. Ego credo, ſine præjudicio, quod ſive mulier emittat, ſive non, ſurgit affinitas ex tali coitu, ex quo vir emittit.*

TITU-

TITULUS .XVI.

De impotentia coeundi.

INter alia impedimenta matrimonii, impoſſibilitas coeundi maximum obtinet locum: quoniam ex ſui natura potius, quam ex conſtitutione impedit matrimonium. Cum enim omne matrimonium, aut cauſſa ſuſcipiendæ prolis, aut cauſſa incontinentiæ fiat, impoſſibilitas coeundi utramque cauſſam removet: ſed quod omnis impoſſibilitas coeundi matrimonialem conſenſum excludit, ideo ut plenius eluceſcat, quid de jure fieri debeat in hac parte; videndum eſt, quid ſit impoſſibilitas coeundi, quæ ſint ejus ſpecies; quæ impotentia coeundi impedit matrimonium, & quæ non; qualiter, & quando divortium fieri debeat, quum coeundi impoſſibilitas allegatur.

---

§. I.

Quid ſit impoſſibilitas coeundi, quæ ejus ſpecies, & quæ impediat matrimonium.

IMpoſſibilitas coeundi eſt vitium animi, vel corporis, vel utrinſque, quo quis impeditur alii carnaliter commiſceri.

Species ejus ſunt plures; quoniam alia eſt naturalis impotentia, ut frigiditas in viro, arctatio in muliere, defectus ætatis, quæ eſt in puero: alia accidentalis, ut caſtratio, maleficium, quod fit per quædam maleficia, quæ dicuntur *ſortes*, vel *facturæ*.

Item naturalis impotentia, alia temporalis, alia perpetua. Naturalis, & temporalis, quæ eſt in puero, impedit matrimonium, quod quamdiu ineſt ei, non poteſt contrahere. Cauſſa 30.
v. pag. 261 q. 2. c. 1. ſeu, c. *Ubi*, extr. de frig. & malef. c.
v. pag. 471 *Quod ſedem*. Naturalis impotentia in frigido, quæ eſt perpetua, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jam contractum, cauſſa 33. q. 1. c. 1 & 2. ſeu, c. *Quod autem*, & c. *Requiſiſti*, extr. de frig. & & malef. cap. *Laudabilem*.

Gregor. Joanni Raven. Epiſc. lib. 3. Carol. c. 9.
,, QUod autem interrogaſti de his, qui ma-
,, trimonio juncti ſunt, & nubere non
,, poſſunt, ſi ille aliam, vel illa alium duce-
,, re poſſit? De quibus ſcriptum eſt: *Vir &*
,, *mulier ſi ſe conjunxerint, & poſtea dixerit mu-*
,, *lier de viro, quod coire non poſſit cum ea; ſi pot-*
,, *eſt probare, quod verum ſit, per juſtum judicium,*
,, *accipiat alium; ſi autem ille aliam acceperit, ſe-*
,, *parentur*.

Ex Epist. Ejuſdem.
,, REquiſiſti de his, qui ob cauſſam frigidæ
,, naturæ dicunt ſe non poſſe invicem ope-
,, ram carni dantes commiſceri. Iſte vero, ſi non
,, poteſt ea uti pro uxore, habeat eam quaſi
,, ſororem. Quod ſi retinaculum conjugale vo-
,, luerint reſcindere, maneant utrique innupti.
,, Nam ſi huic non potuit concordare natu-
,, raliter, quomodo alteri conveniet? Si igi-
,, tur vir aliam vult uxorem accipere, manifeſta
,, patet ratio; quia ſuggerente diabolo odii fo-
,, mitem, exoſam eam habuit, & idcirco eam
,, dimittere mendacii falſitate molitur. Quod
,, ſi mulier cauſſatur, & dicit: Volo eſſe ma-
,, ter, & filios procreare, uterque eorum ſe-
,, ptima manu propinquorum tactis ſacroſan-
,, ctis reliquiis jurejurando dicat, ut numquam
,, per commixtionem carnis conjuncti, una ca-
,, ro effecti fuiſſent; tunc videtur mulierem
,, ſecundas nuptias contrahere poſſe. Huma-
,, num dico propter infirmitatem carnis ve-
,, ſtrum: vir autem, qui frigidæ naturæ eſt, ma-
,, neat ſine conjuge: quod ſi & ille aliam co-
,, pulam acceperit; tunc hi, qui juraverint,
,, perjurii crimine rei teneantur, & pœniten-
,, tia peracta, priora cogantur recipere con-
,, nubia.

,, LAudabilem (& infra) Requiſiſti quan- Celestin. III.
,, tum tempus indulgendum ſit naturaliter
,, frigidis, ad experientiam copulæ nuptialis
,, (& infra) Nos vero in præſenti conſultatio-
,, ne ſentimus, ut a tempore celebrati conju-
,, gii, ſi frigiditas prius probari non poſſet,
,, cohabitent per triennium: quo elapſo, ſi nec
,, tunc cohabitare voluerint, & juxta Decre-
,, tum Gregorii mulier per juſtum judicium de
,, viro probare potuerit, quod cum ea coire
,, non poſſit, accipiat alium; ſi autem ille a-
,, liam acceperit, ſeparentur. Quod ſi ambo
,, conſentiant ſimul eſſe, vir eam, etſi non ut
,, uxorem, ſaltem habeat ut ſororem. Si au-
,, tem, quod numquam ſe invicem cognove-
,, rint, ambo fatentur, cum ſeptima manu
,, propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ
,, (ſi propinqui defuerint) tactis Sacroſanctis
,, Evangeliis, uterque jurejurando dicat, quod
,, numquam per carnis copulam una caro effe-
,, cti fuiſſent; & tunc videtur, quod mulier
,, valeat ad ſecundas nuptias convolare: verum
,, ſi ille aliam duxerit, tunc hi, qui juraverant,
,, rei perjurii teneantur, & peracta pœniten-
,, tia cogantur ad connubia priora redire.

De arctatione, quæ in mulieribus eſt, propter quam ſunt ineptæ ad viriles amplexus, eſt ita tenendum, quod licet ſit a natura; ſi poteſt ei ſubveniri beneficio medicinæ, vel per aſſiduum uſum cum homine convenientis ſtaturæ, non impedit matrimonium. Extr. de frig. & malef. c. *Ex litteris*.

,, EX litteris tuis accepimus, quod quidam Alex. III
,, ſedecim annorum quamdam annorum
,, tredecim duxit uxorem: qui cum debitum red-
,, dere non poſſet, mulier tam gravem infir-
,, mitatem contraxit, ut omnino viro ſit facta
,, inutilis, & inſtrumentum ejus impeditum,
,, ita quod vir ei commiſceri non poteſt. Re-
,, ſpondemus igitur, quod ſi vitium illud mu-
,, lier a natura contraxit, nec ope medicorum
,, poterit adjuvari, viro aliam accipiendi libe-
,, ram tribuas facultatem.

Ita quod ſi per arctationem ſeparatur a primo, qui eam non poteſt cognoſcere, & per uſum alterius, cui poſtea ſe copulavit, ſit facta idonea primo; ſeparanda eſt a ſecundo, & reddenda eſt primo. Extr. de frig. & malef. cap. *Fraternitatis*.

,, FRaternitatis tuæ litteras recepimus, conti- Innoc. III
,, nentes, quod O. mulier cuidam viro ma- *Altiſſiodor. Epiſc.*
,, trimonialiter nupſit, cum quo per multos
,, annos morata, non potuit carnaliter ab ipſo
,, cognoſci. Licet autem per Archipresbyterum
,, tuum ſuper hoc fuiſſes edoctus; tu tamen vo-
,, lens habere certitudinem pleniorem, quaſdam
,, matronas ſuæ Parochiæ providas, & honeſtas
,, ad tuam præſentiam evocaſti, diſtricte illis
,, injungens, ſub periculo animarum, ut mu-

„ liaram ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea eſſet ad viriles amplexus: quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, quod eadem numquam poterat eſſe mater, aut conjux, tamquam cui naturale deerat inſtrumentum; unde inter ipſam, & virum divortium celebraſti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam ſe transferret, perpetuam continentiam ſervatura: & viro licentiam tribuiſti, ut uxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem poſtea, quod mulier invenit, qui feras hujuſmodi reſeravit, & abjiciens continentiam, quam promiſit, G. lutori præſentium ſupernupſit. Quamvis igitur ſemiplene nobis expreſſeris, quomodo dicta mulier ſe promiſerit continentiam ſervaturam, utrum videlicet ſimplici verbo, an voto ſolemni: utrumve ad religionem tranſierit, ut promiſit, an contra promiſſionem ſuam in domo remanſerit: & qualiter feras illas fecerit reſerari, utrum videlicet artificio medici, an concubitu viri, ſeu alio quolibet modo? Nos tamen perſpicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter divinum miraculum per opus humanum abſque corporali periculo potuit removeri; ſententiam divortii per errorem licet probabilem novimus eſſe prolatam; cum pateat ex poſtfacto, quod ipſa cognoſcibilis erat illi, cujus ſimili commiſcetur; & ideo inter ipſam & primum virum dicimus matrimonium exſtitiſſe: quare inter eam, & præfatum Guil. matrimonium non eſſe cenſemus, eoſque præcipimus ab invicem ſeparari. Et ſi prædicta mulier ad religionem tranſierit (ſicut aſſerit promiſiſſe) primus vir, qui non cognovit eamdem, cum ea remaneat, cum qua poſtmodum Eccleſiæ auctoritate contraxit: alioquin, alia dimiſſa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, niſi ſe voto mulier illa conſtrinxerit ad continentiam obſervandam, ut intelligatur per hoc cum præfato Guil. fornicata fuiſſe: vel niſi ſe fornicario modo alii viro miſcuerit, ut primus vir prætextu fornicationis, ejus velit conſortium declinare; nam ſi tantum ſimplici verbo ſe promiſit continentiam ſervaturam, & poſtea in conſpectu Eccleſiæ nupſit memorato Guil. quamdiu articulus iſte dubitabilis erat, præſumi non debet, quod fornicaretur cum illo, ſed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere. Per hæc autem quæſtionem illam noveris eſſe ſolutam, qua quæritur, utrum ea, quæ adeo arcta eſt, ut nulli poſſit carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, aut alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo levis, ſed forte tam gravis, ut ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi. Similiter illa, quæ viro, cui nupſerat, adeo arcta eſt, ut numquam ab eo valeat deflorari; ſi ab eo ſit per judicium Eccleſiæ ſeparata, & nubat alteri, cui arcta non ſit, & per frequentem uſum ſecundi, reddatur etiam apta primo: utrum ad eum redire debeat, cum quo prius fœdus inierat conjugale. De talibus autem non eſt facile judicandum, cum finale judicium pendeat ex futuro.

Poſtillat. Quæſita. **Q***Uomodo conſtabit, quod ſit idonea primo?*

Reſp. Forte per juramentum matronarum, a quibus inſpicientur, tam ipſa, quam primus vir, vel ad minus ipſa.

Quid, ſi reddita fuerit priori, & non invenerit tam aptam; quid fiet?

Reſp. Reſtituetur ſecunda: ſi tamen primus poſtea repetierit eam, reſtituetur ei, non tantum ſemel, ſed ſecundo & tertio, & ſic uſque in infinitum ſecundum Joannem: ſed ſecundum Tancredum non reſtituetur ultra tertiam vicem primo, ſed remanebit cum ſecundo; quoniam poſt primam ſententiam non ſunt ferendæ, niſi duæ tantum: unde ſuper eodem articulo 3. appellari non licet, C. ne liceat in una, eademque cauſſa, L. Si quis in quacumque.

Quid, ſi a primo nullomodo poſſit cognoſci ſine corporali periculo; numquid fuit matrimonium inter eos?

Reſp. Non fuit matrimonium, ſecundum Vincentium, Joannem, Tancredum, & Hugotium. Arg. a contrario ſenſu in c. Fraternitatis, *ex verbo ibi poſito,* abſque corporali periculo, *& arg. in illo cap.* Ex litteris, *ſecundum unam expoſitionem: unde in hoc caſu, ſi per frequentem uſum ſecundi viri redditur idonea primo viro; non propter hoc reſtituetur primo, ſed remanebit cum ſecunda.* v. ſupra.

Si vero ſit talis arctatio, quod abſque corporali periculo ei ſubveniri non poſſit, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit jam contractum, ſicut ipſa frigiditas, ut in præal. Decret. *Ex litteris*, & *Fraternitatis*.

IMpedit matrimonium) *Quantum ad illum, reſpectu cujus ei ſubveniri non poteſt abſque periculo hujuſmodi.* Poſtillat. Quæſita.

Pone: iſta eſt arcta, ſed per inciſionem poteſt fieri apta; numquid poteſt matrimonium contrahi ante inciſionem cum ea?

Reſpond. Hugot. dicit, quod credit, quod non; ſed facta inciſione poteſt matrimonium contrahi cum ea.

Quid, ſi ante inciſionem aliquis de facto duxerit eam; numquid facta inciſione poterit ab ea recedere?

Reſp. Dicit Hugot. Quod eſt opus novo conſenſu ad hoc, quod ſit matrimonium; quem tamen conſenſum intelligit intervenire, ſi poſtea carnaliter copulentur: unde innuit Hugot. quod niſi intervenerit novus conſenſus poſt inciſionem, poteſt ab ea recedere, & aliam ducere. Ego credo ſine præjudicio, quod ſi duret adhuc primus conſenſus facta inciſione, non eſt opus nova conſenſu; ſed ſublata impedimenta per inciſionem, propter quod conſenſus erat inefficax ad efficiendum matrimonium, jam eſt efficax ad illud efficiendum.

Pone, quod aliqua eſt arcta uni, & apta alteri, cui poteſt ſine periculo commiſceri; numquid eſt legitima perſona ad contrahendum matrimonium quantum ad illum?

Reſp. Hugot. dicit, quod eſt legitima perſona ad contrahendum matrimonium quantum ad illum, vel ejus ſimilem, cui poteſt ſine periculo commiſceri, non quantum ad illum, & ejus ſimilem, cui non poteſt ſine periculo commiſceri.

Quid, ſi quis de facto contraxit cum arcta, quæ tamen per inciſionem poteſt fieri apta; numquid poteſt cogi ad ſuſtinendum inciſionem?

Reſpondet Hugot. quod non, cum timeatur periculum mortis. Et hæc omnia notavit Hugot. 32. quæſt. 7. cap. Quod propoſuiſti.

§. II.

De accidentali impotentia.

VIdimus de natnrali impotentia, ſequitur, nt de accidentali videamns: & primo dn caſtratione, ſcilicet quum quis habet ſecta virilia: & in hoc firmiter tenendum eſt, quod tales, qui inepti ſunt ad reddendum debitum, matrimonium contrahere non poſſunt, ſicut
v.pag.461 nec pueri. Extr. de frig. & maleſ. c. *Quod ſedem*: & ſi contraxerint, dividendi ſunt, quoniam nullnm eſt matrimonium. *Si* vero matrimoninm præceſſit ſectionem, non ſeparantur, licet vir ſactus ſit ineptus ad reddendum nxori debitum.
v.pag.479 Cauſſa 32. q. 7. c. *Hi, qui*, extr. ut lit. non conteſtat. c. *Quoniam frequenter*, §. *Si autem de carnali conjugio*.

Innoc. III ,, QUoniam frequenter .... *Si* autem de car-
,, nali conjugio ſit agendum, tamdiu al-
,, teruter conjugum exſpectetur, donec de i-
,, pſius obitu veriſimiliter præſumatur: quia cũ
,, ſine culpa ſit abſens, ut ſi captivitate, vel
,, ægritudina, ant alio jnſto impedimento ſor-
,, ſitan teneatur: aut etiam propria, ſed non
,, malitioſa voluntate in remotis partibus mo-
,, ram faciat, nt de facili, vel in brevi citari
,, non poſſit; ei quidem præjodicari non de-
,, bet, cum habeat ſorſan exceptiones legiti-
,, mas ad intentionem contrariam elidendam,
,, eo nequaquam obſtante, quod de lapſu car-
,, nis poſſet opponi: quoniam in conjugio caſus
,, multi occurrunt, in quibus conjuges ſine cul-
,, pa, ſed non ſine cauſſa continere coguntur.

Quod antem dictum eſt de ſectione ſupervenienie, quod non ſeparat matrimonium, idem iotelligeodum eſt de qoolibet impedimento; quia ſi ſuperveoit, non irritat matrimonium prius contractum legitime.

Illud etiam intelligendum eſt de impotentia coeundi, quæ per maleficium provenit; quia ſi ſuperveniat matrimonio, non dirimit illud; ſi vero præcedit, diſtinguitur: aut maleficium eſt temporale, aut perpetuum: ſi temporale, nullum præſtat impedimentum matrimonio: ſi perpetuum, impedit matrimoninm contrahendum, & dirimit contractnm. Cauſſa 33. q. 1. cap. *Si per ſortiariar*.

Hincmar. Rhemenſ. Archiep. ,, SI per ſortiarias, atque maleficas artes, oc-
,, culto, ſed nnmquam injuſto Dei judicio
,, permittente, & diabolo præparante, con-
,, cubitus non ſequitur; hortandi ſunt, qui-
,, bus iſta eveniunt, nt corde contrito, &
,, ſpiritu humiliato, Deo & Sacerdoti de omni-
,, bus peccatis ſuis puram confeſſionem faciant,
,, & profuſis lacrymis, & largioribus eleemo-
,, ſynis & orationibus, atque jejuniis Domi-
,, no ſatisfaciant, & per exorciſmos, ac cete-
Geneſ. 20. ,, ra Eccleſiaſticæ medicinæ munia, miniſtri
,, Eccleſiæ tales, quantnm Dominus annuerit,
,, qui Abimelech, ac domum ejus, Abrahæ o-
,, rationibus ſanavit, ſanare procurent. Quod
,, ſi forte ſanari non potuerint, ſeparari vale-
,, bunt: ſed poſtquam alias nuptias expetierint,
,, illis in carne viventibus, quibus juncti fue-
,, rant, prioribus, quos reliquerant, etiamſi
,, poſſibilitas concubendi eis reddita fuerit, re-
,, conciliati nequibunt.

Si autem quæſieris, quomodo cognoſcatur, utrum maleficium ſit temporale, vel perpetuum; reſpondeo: A principio quodlibet maleficium præſumitur temporale; quia omnis homo creditur potens ad coitum: ſed ex quo per triennium cohabitaverunt dantes carnali copulæ operam ſtudioſe, ſed adhuc durat impedimentum; præſumitur maleficium eſſe perpetuum. Quidam tamen doctores ſentiunt in contrarium, dicentes, quod nullum maleficium ſeparat matrimonium jam contractum, alludentes conſuetudini Romanæ Eccleſiæ, quæ conſuevit in ſimilibus judicare, nt quas viri tamquam oxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores. Ext. de frig. & maleſ. c. *Conſultationi*.

,, COnſultationi tuæ, qua nos conſuluiſti, Lucius III.
,, utrum feminæ clauſæ impotentes com-
,, miſceri maribus, matrimonium poſſint con-
,, trahere, & ſi contraxerint, an debeat reſcin-
,, di; taliter reſpondemus, quod licet incre-
,, dibile videatur, qnod aliquis cum talibus con-
,, trahat matrimonium; Romana tamen Eccle-
,, ſia conſuevit in conſimilibus judicare, ut quas
,, tamquam oxores habere non poſſunt, ha-
,, beant ut ſorores.

Dicunt etiam, quod capitulum illud, *Si per ſortiarias*, non tenet; ſed eorum opinio eſt omnino abjicienda tamquam dura, & nimis oneroſa: quoniam præſtaret materiam homicidio, ſi homo ſtaret cum uxore, & eam cognoſcere non poſſet, qui cum aliis potens & idoneus eſſet. *v.ſupra.*

Item rationabiliter videtur poſſe probari, eos male ſentire, quia omne matrimonium ſit cauſſa incontinentiæ, vel cauſſa prolis: ſed cauſſæ iſtæ deficiunt, quum impeditur coitus per maleficium; ergo, eis ceſſantibus, nullum eſt matrimonium.

§. III.

Qualiter, & quando divortium fieri debeat, quum allegatur impoſſibilitas coeundi.

ULtimo videndom, qualiter, & quando debeat fieri divortium, quum allegatur impoſſibilitas coeundi. Ad quod quidam ſapientes dixerunt, quod ſi allegatur impotentia ratione frigiditatis viri, vel ſectionis, vel arctationis mulieris; ſtatim poteſt divortium celebrari: quoniam iſta impedimenta ſtatim poſſunt ſciri ſaltem per aſpectum corporis maniſeſte: & habent pro ſe extr. de frig. & maleſ. c. 1. ſeu, *Accepiſti*.

,, ACcepiſti mulierem, & per aliquod tem- Ex Bnocn. Lib. 15.
,, pus habuiſti, per menſem, aut per tres,
,, aut per annum, & nunc primum dixiſti, te
,, eſſe frigidæ naturæ, ita ut non potuiſſes co-
,, ire cum illa, nec cum aliqua alia: ſi illa,
,, quæ uxor tua eſſe debuit, eadem aſſirmat,
,, quæ tu dicis, & probari poteſt per verum
,, judicium ita eſſe, ut dicitis, ſeparari poteſtis;
,, ea tamen ratione, ut ſi tu poſt aliam acce-
,, peris, reus perjurii dijudiceris, & iterum poſt
,, peractam pœnitentiam priora connubia repa-
,, rare debebis. Illa autem, ſi prior poſt annum,
,, aut dimidium, ad Epiſcopum, aut ejus Miſ-
,, ſum proclamaverit, dicens, quod non cogno-
,, viſſes eam, tu autem contrarium aſſirmas,
,, tibi credendum eſt; eo quod caput es mulie-

 ,, tis:

„ ris: quia ſi proclamare voluerit, cur tamdiu tacuit? cito enim, & in parvo tempore ſcire potuit, ſi ſecum coire potuiſſes. Si autem ſtatim in ipſa novitate, poſt menſem, aut duos, ad Epiſcopum, aut ejus Miſſum proclamaverit, dicens: Volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi; ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ eſt, & non poteſt illa facere, propter quæ illum accepi: ſi probari poteſt per rectum judicium, ſeparari poteſtis: & illa, ſi vult, nubat in Domino.

Si vero dicantur impotentes per maleficium, non debent ſeparari uſque ad triennium, ut in authen. de nupt. §. *Per occaſionem*.

Hi, qui hoc dicunt, rationabiliter quidem moveri videntur, ſed obviat eis Decretalis, licet ſit argumentum pro eis in eadem. Extr.
v. pag. 513 de frig. c. *Laudabilem*.

Unde videtur mihi dicendum, quod niſi maniſeſtiſſimis ſignis, & probationibus conſtet illos frigidos eſſe, vel illas arctas, ita quod per beneficium hominis eis ſubveniri non poſſit; non ſunt ab invicem ſeparandi ante triennium, ut in præal. Decretal. *Laudabilem*, & in auth. de nuptiis, §. *Per occaſionem*, arg. extr. de frig.
v. pag. 513 c. *Fraternitatis*.

Item nota, quod hæc eſt differentia inter frigidos, & maleficiatos; quoniam frigidus nullam poteſt cognoſcere mulierem, nec movetur ad voluptatem coeundi; ſed maleficiatus poteſt alias mulieres cognoſcere, præter illam, cum qua maleficiatus eſt: & ideo quum celebratur divortium ratione frigiditatis, non datur licentia viro, ut ducat aliam; & ſi duxerit, ſeparatur ſecundum matrimonium, & reſtituitur primum; quoniam apparet deceptam fuiſ-
v. pag. 44. ſe Eccleſiam. Cauſſa 33. quæſt. 1. cap. *De*
& 513. *hie*, & cap. *Requiſiſti*. Idem eſt, ſi ſeparatur propter arctationem mulieris, ſi ipſa nubat
v. pag. 513 alii. Extr. de frig. cap. *Fraternitatis*. Secus eſt, ſi ratione maleficii ſeparentur conjuges; quoniam vir licet aliam accipiat, non reſtituitur
v. ſupra. primæ. Cauſſa 33. quæſt. 1. cap. *Si per ſortiarias*.

Nunc videndum eſt qualiter divortium fieri debeat, ſi ambo procedunt ad judicium, & proclamant; vel alter eorum tantum, & confitentur ambo, quod non poſſunt carnaliter commiſceri: & quidem, niſi evidens ſit impedimentum, pro quo valeant ſtatim ſeparari, ut dictum eſt, præcipiendum eſt, ut iterum cohabitent, bona fide dantes operam ad carnis copulam: & ſi uſque ad triennium cohabitantes non poſſunt effici una caro; tunc jurare debent ſeptima manu propinquorum, vel bonorum vicinorum coram judice, qui de cauſſa cognoſcit: vir, aut mulier debet jurare, quod ſtudioſam operam dedit bona fide, & ſine fraude, quod eam cognoſceret, & non potuit proficere. Mulier jurabit, quod per eam non ſtetit, nec fraudem adhibuit, quin maritus cognoſceret eam, ſed non fuit ab ea cognita. Sacramentales jurabunt, quod credunt eos verum
v. pag. 382 juraſſe. Arg. extr. de purg. Canon. c. *Quoties*: & tales debent eſſe Sacramentales, ſive compurgatores, qui cognoſcant vitam eorum, & converſationem, & credantur nolle pejerare.
v. pag. 357 Extr. de purg. Can. c. *Inter ſollicitudinis*.

His juramentis præſtitis, ſi propter frigiditatem ſeparantur, datur mulieri licentia nuben-
v. pag. 513 di, & non viro. Cauſſa 33. q. 1. c. *Requiſiſti*. Etſi propter arctationem mulieris datur viro licentia nubendi, & non mulieri extr. de frig. c. *Fra-* v. pag. 513
ternitatis, & poſtea ille, ſcilicet frigidus, cui negatur licentia, contraxerit, ſeparandum eſt ſecundum matrimonium, & primum redintegrandum.

H*Oc planum eſt quantum ad frigidum; quantum autem ad arctationem, diſtingue, ut ſupra dictum eſt, utrum ab initio ſine corporali periculo potuit cognoſci a primo, vel non, ut in prima caſu ſeparandum ſit matrimonium ſecundum, & primum reſtituendum, ut dicit Magiſter; in ſecundo non ſeparetur ſecundum matrimonium, nec reſtituatur primum, cum nullum fuerit ab initio.* Poſtillat.

Si vero propter maleficium ſeparantur, utrique datur licentia nubendi. Cauſſa 33. q. 1. c.
Si per ſortiarias. v. pag. 513

Si autem proclamat, & dicit, quod vir eam cognoſcere non poteſt, & vir dicit, quod ſic, & juramento firmaverit, quod eam cognoverit, ſtandum eſt juramento viri; quia vir caput eſt mulieris. Cauſſa 33. q. 1. c. *Si quis accepit*, extr.
de deſponſ. impub. c. *Continebatur*. v. pag. 463

„ SI quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipſa femina dicit, quod numquam coiſſet cum illa, & ille vir dicit, quod ſic fecit; in veritate viri conſiſtat: quia vir caput eſt mulieris. Ex Conc. Apud Compendium.

Niſi mulier velit replicare contra eum, quia dicit eum mentitum, & oſtendit ſe virginem per aſpectum corporis: tunc enim ſtandum eſt probationi mulieris. Arg. cauſſa 27. q. 1. cap. *Nec aliqua*, & eſt expreſſum extr. de probat. c. *Propoſuiſti*.

„ NEc aliqua putet ſe poſſe hac excuſatione defendi, quod inſpici & probari poſſit, an virgo ſit, cum etiam manus obſtetricum, & oculi ſæpe fallantur, & ſi incorrupta inventa fuerit virgo ea parte, qua mulier eſſe poteſt; potuerit tamen ex alia parte corporis peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt, certe ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & conjacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confitentur? Si ſuperveniens maritus ſponſam ſuam jacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem, fortaſſis portat gladium in manu ſua? Quid Chriſtus Dominus, & judex noſter, cum virginem ſuam ſibi dicatam, & ſanctitati ſuæ deſtinatam, jacere cum altero cernit, quam indignatur ei, & iraſcitur? Et quas pœnas inceſtis hujuſmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium ſpiritalem, & venturum judicii diem unuſquiſque fratrum poſſit evadere, omni conſilio providare, & elaborare debemus. Cyprianus Ad Pomponium de virginibus.

„ PRopoſuiſti, quod cauſſa matrimonii, quæ inter O. de Caſs nova, & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato Apoſtolico delegata, cumque partes eſſent in tua præſentia conſtitutæ, mulier propoſuit, ſe nec a viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci: quod tam proprio juramento, quam teſtimonio 7. mulierum probavit, quæ per aſpectum corporis, eam eſſe virginem aſſeverant; viro autem per juramentum ſuum contrarium aſſerente (& infra) Videtur igitur nobis, quod juramento puellæ, & teſtimonio illarum 7. mulierum fides eſt potius adhibenda. Gregor. VIII. Præpoſito S. Cataldi.

Et ex quo ita probavit, ſeparari poſſunt; cautela tamen magna adhibenda eſt in hujuſmodi inſpectione, ut fiat per duas, vel plures ma-

tro-

Digitized by Google

tronas honeſtas, & peritas in opere maritali. Extr. de frig. c. ult. ſeu, *Litteræ veſtræ*, ff. de ventre inſpic. l. 2.

Honor. III. ,, LItteræ veſtræ nobis tranſmiſſæ contine-
,, bant, quod cum cauſſa matrimonii, quæ
,, inter M. mulierem, & A. ejus virum verti-
,, tur, vobis fuiſſet ab I. Papa prædeceſſore
,, noſtro commiſſa, dicta M. propoſuit, quod
,, cum octo annis elapſis dicto A. fuiſſet ma-
,, trimonialiter copulata, & diu cohabitaſ-
,, ſet eidem, adhuc integra permanebat, eo
,, quod prædictus vir ejus non habebat poten-
,, tiam coeundi: quare petebat divortium ce-
,, lebrari. Prædictus vero A. fatebatur, quod
,, illam nunquam cognoverat; tamen ſe habe-
,, re potentiam cognoſcendi alias aſſerebat. Vos
,, vero, ne id confiterentur in fraudem a ma-
,, tronis bonæ opinionis, fide dignis, ac ex-
,, pertis in opere nuptiali, dictam feciſtis in-
,, ſpici mulierem, quæ perhibuerunt teſtimo-
,, nium ipſam adhuc virginem permanere. Poſt-
,, modum per Presbyterum, de cujus parochia
,, vir exſtitit, feciſtis inquiri, utrum ipſe a-
,, liquam cognoviſſet: nec per inquiſitionem
,, ipſam vobis conſtare potuit, aliquam eſſe
,, carnaliter cognitam ab eodem. Muliere au-
,, tem requirente divortium, & dicente, quod
,, mater eſſe volebat, & filios procreare; pro-
,, ponente vero viro, quod paratus erat ſta-
,, re conſilio Eccleſiæ, injunxiſtis eiſdem, ut
,, agerent pœnitentiam de commiſſis, & ſic
,, forte placeret Deo, qui matrimonii fuit
,, inſtitutor, & auctor, ut opus matrimonii
,, conſummarent, qui poſt plures terminos,
,, ad veſtram reverſi præſentiam, conſona vo-
,, ce dixerunt, quod non poterant carnaliter
,, commiſceri. Quocirca mandamus, quate-
,, nus, ſi ita eſt, & conſtiterit vobis, præfa-
,, tum virum, & mulierem, intra prædictos
,, annos octo, per continuum triennium inſimul
,, habitaſſe, ipſis cum ſeptima manu propin-
,, quorum firmantibus juramento ſe commi-
,, ſceri carnaliter nequiviſſe, proferatis divor-
,, tii ſententiam inter eos.

Et hoc, quia res illa occulta eſt, & non pervia viſui; propter quod dicit Canon, quod manus obſtetricum, & oculus ſæpe fallitur. Cauſſa
v. ſupra. 27. q. 1. c. *Nec aliqua*.

Si autem vir provocat ad judicem, & dicit ſe non poſſe cognoſcere uxorem, & illa dicit ſe cognitam ab eo fuiſſe, ſi aliæ probationes non ſunt pro viro; quamvis dicatur caput mulieris, tamen non eſt ei credendum in hoc caſu; cum quis actor eſt, & ſi non probat quod aſſeruerat, mulier quum ſit rea, etſi nihil præſtiterit, abſolvi debet ab impetitione viri. Cauſſa 6. q. 5. c. *Accuſator*, & extr. de jurejur. c. ult. ſeu, c. *Juramentum*.

Gregor. Maxim. ,, ACcuſator, quod aſſeverat profitendo ſe
,, probare non poſſe, reum neceſſitate
,, monſtrandi contrarium non aſtringit, cum
,, per rerum naturam factum negantis probatio
,, nulla ſit.

Gregor. IX. H. Judic. ,, JUramentum a te parti delatum, niſi ju-
,, ſta de cauſſa, non potuit recuſari; quam-
,, vis quod in judicio a parte parti defertur,
,, recuſari poſſit licite, ac referri. Nec liceat
,, convento famoſa actione referre hujuſmodi
,, jusjurandum. Sane ſi actor omnino in pro-
,, batione defecerit, reus debet (etſi nihil præ-
,, ſtiterit) obtinere: præſumtione vero facien-
,, te pro illo, reo deferri poteſt, ad oſtenden-
,, dam ſuam innocentiam, juramentum; niſi
,, judex (inſpectis perſonarum, & cauſſæ cir-
,, cumſtantiis) illud actori videat deferendum.

Tum etiam, quia ſi crederetur verbo viri, multi non formidarent incurrere perjurium, & poſſent dividi ab uxoribus: immo, etſi ambo conjuges confiterentur contra matrimonium, non eſſet propter hoc ab Eccleſia ſeparandum, ut ſupra eodem §. *Nunc videndum*. Tum quia nonnulli inter ſe contra matrimonium vellent colludere, ſi ſuæ confeſſioni crederent eſſe ſtandum: tum propter favorem matrimonii. Extr. de eo, qui cognov. conſang. uxoris, cap. *Super eo*, & extr. de ſent. & re jud. capit. ult. ſeu, *Duobus*. v. pag. 462

Cæleſt. III. ,, SUper eo, quod poſtulas edoceri, utrum con-
,, jugatus, qui ante contractũ matrimonium,
,, uxoris ſuæ conſanguineam carnali commix-
,, tione cognovit, cum id fateatur uterque, &
,, aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, ſit
,, ab uxore ſua judicio Eccleſiæ ſeparandus;
,, tuæ fraternitati reſpondemus, quod propter
,, eorum confeſſionem tantum, vel rumorem
,, viciniæ ſeparari non debent: cum & quando-
,, que nonnulli inter ſe contra matrimonium
,, velint colludere, & ad confeſſionem inceſtus
,, facile proſilirent, ſi ſuo judicio crederent per
,, judicium Eccleſiæ concurrendum. Rumor au-
,, tem viciniæ non adeo eſt judicandus validus,
,, quod, niſi rationabiles, & fide dignæ proba-
,, tiones accedant, poſſit bene contractum ma-
,, trimonium irritari.

Quid, ſi vir ſciens ſe frigidum, & ineptum ad contrahendum matrimonium, contrahit? Item quid, ſi ſcienter contraxit cum muliere arcta? Item quid, ſi mulier contraxit cum viro frigido, vel ſecto; numquid tales poſſunt petere ſeparationes? *Quæſtiones variæ.*

Ad primum videtur mihi dicendum, quod non poteſt vir recedere a tali uxore, ſi ipſa velit ei cohabitare. Extr. de eo, qui duxit in matrim. c. 1. ſeu, *Propoſitum*, extr. de frig. c. *Conſultationis*, in fin. Idem in caſu converſo, ſcilicet, ſi mulier contraxit cum aliquo, ſciens ſe arctam. v. pag. 481 & 513.

Ad alia duo videtur ſimiliter idem dicendum. Arg. extr. de frig. c. 5. ſeu, *Accepiſti*, §. *Illa autem*, & C. de ſponſalib. l. ult. ibi dicitur, quod ſibi imputet, ſi ſcienter eſt conjuncta tali perſonæ; & quia ſero accuſat mores, quos, ducendo talem perſonam in matrimonium, comprobavit, ff. ad l. Jul. de adult. *Si uxor*, in fin. v. pag. 498

Quid, ſi frigidus contrahit cum arcta, & uterque ſciat ſuum impedimentum?

Credo, niſi ambo conſentiant ſeparationi, quod debent ſimul ſtare, ſicut frater & ſoror, ut in præall. conſultatione. Et require per ſimile ſupra de impedimento conditionis, §. *Item nota*. Hæc, quæ dicta ſunt, reſtringendo ad ipſum caſum, dicendum eſt, quod propter tale impedimentum, non poſſet quis petere ſeparationem: aliter enim poſſet; puta ſi alter eorum viveret incontinenter; aut alter inhoneſte, & male tractaret eam, & maritus nollet ſe corrigere; & multo fortius, ſi alter, qui potens eſſet, contraheret matrimonium cum alia perſona. Arg. extr. de jurejur. c. *Quemadmodum*. Et require ſupra de ſponſal. §. ult. v. pag. 87.

Ut ergo finis congruat cum principio, & medium cum utroque extremorum, ſciendum eſt, quod omnia impedimenta ſuperius enumerata, antequam matrimonium contrahatur inter-

terveniꝫentia, ſervatis diſtinctionibus ſuper quolibet impedimento contractis, impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt jam contractum; ſed ſi poſtea ſequantur, non impediunt, nec dirimunt.

In ſumma notandum eſt, quod impedimenta ſuperius explicata locum habent, quando illi, qui matrimonium contrahere debent, ſunt fideles ambo: ſi enim ambo ſunt infideles, & conjunguntur legitime ſecundum ſuum ritum, ſi poſtea convertantur ad fidem, licet ſint conſanguinei, vel affines in ſecundo, vel tertio gradu, propter hoc ſeparari non debent. Extr. de divort. c. *Gaudemus*, in princ. & §. *Qui autem*. Si vero alter ſit fidelis, & alius infidelis, non poſſunt contrahere. Require ſupra de diſpari cultu. *v. pag. 155*

TITULUS XVII.

De impedimento feriarum.

PErtractatis impedimentis matrimonii, quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt jam contractum; conſequenter videndum eſt de his, quæ impediunt contrahendum, ſed non dirimunt contractum, quæ ſunt tempus feriarum, & interdictum Eccleſiæ: in tempore enim feriarum contrahi poſſunt ſponſalia, & etiam matrimonium, quod ſolo conſenſu contrahitur; ſed traductio uxoris, nuptiarum ſolemnitas, & carnalis copula prohibetur. Extr. de matrim. cont. interd. Eccleſ. contracto, per totum, ſeu, c. *Litteræ*, & c. *Ex litteris*, & c. *De muliere*, & cauſſa 33. q. 4. c. *Non oportet* 1. cum tribus capit. ſequentibus, ſeu, c. *Non licet*, & cap. *Non oportet* 2. & cap. *Nec uxorem*. *v. pag. 498*

Alex. III Paduan. Episcop. „ LItteræ, quas tua nobis fraternitas deſtinavit, expreſſe declarant, quod cum quidam ſororem ſuam jam nubilem cuidam ſe daturum in uxorem, ea præſente, & conſentiente, præſtito juramento firmaſſet, & illa non poſt multos dies dona, & munera viri ſecundum morem terræ ſponte ſuſcipiens, ipſum tamquam proprium virum ſæpe amplexata fuiſſet, tandem mortuo fratre a proprio viri ſui fratre ſe deſponſari permiſit, & quod ab illo cognita fuiſſet, mendaciter aſſeverat. Cumque ei prohibuiſſes publice, ne cui illorum, vel alicui ſe copularet, ipſa, ſpretis monitis tuis, alii nubere non expavit: demum cum mulieri præcepiſſes, ut ad domum matris rediret, ipſa noſtram audientiam appellavit (& infra) Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, præfatam mulierem (ne mandatum tuum contemtibile videatur) ad domum matris redire compellas, & impoſita ſibi de tanto exceſſu pœnitentia condigna, poſtquam in domo materna per menſem ſteterit, ad tertium reverti permittas.

Idem Eidem. „ NE muliere (& infra) Illos autem, qui pro conſanguinitate prohibentur conjungi, & poſt contra interdictum Eccleſiæ ſe receperint, excommunicationi debes ſubjicere, donec tamdiu ſeparentur, quouſque legitime cognoſcatur, utrum eorum matrimonium poſſit, & debeat jure ſtare.

„ NOn oportet in Quadrageſima aut nuptias, vel quælibet natalitia celebrare. *Ex Laod. Concilio.*

„ NOn licet in quadrageſima natalitia martyrum celebrare, ſed tantum ſabbatho, & Dominica pro commemoratione eorum oblationes offerri: ſed nec natalitia, nec nuptias liceat in quadrageſima celebrare. *Ex Conc. Martini Bracbar. c. 48.*

„ NOn oportet a Septuageſima uſque in octavas Paſchæ, & tribus hebdomadibus ante feſtivitatem ſancti Joannis Baptiſtæ, & ab adventu Domini uſque poſt Epiphaniam nuptias celebrare: quod ſi factum fuerit, ſeparentur. *Ex Conc. Hilerd.*

„ NEc uxorem ducere, nec convivia facere in Quadrageſimali tempore convenire poſſe, nullatenus arbitramur. *Nicolaus Papa. Ad conſulta Bulgarorum.*

Item tempus iſtud feriarum taxatum eſt ab adventu Domini, uſque ad octavam Epiphaniæ; & a Quadrageſima uſque ad octavam Paſchæ, & tribus ſeptimanis ante feſtum beati Joannis Baptiſtæ. Cauſſa 33. q. 4. c. *Non oportet* 2. De iſtis tamen tribus diverſæ fuerunt quondam opiniones, quando inciperent; ſed determinatum eſt hodie, quod incipiunt tribus ſequentibus diebus ante Aſcenſionem Domini, & protenduntur ad octavam Pentecoſtes, ſicut legitur extr. de feriis, c. *Capellanus*. *v. ſupra.*

Clem. III. „ CApellanus tuus, frater Epiſcope, coram nobis ex parte tua propoſuit, quod cum ſtatuta Canonica declarent nuptias tribus ſeptimanis ante feſtum Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ minime celebrari debere; quidam hebdomadas illas abſque interpolatione continuandas intelligunt. Alii vero inter feſtum & ipſas volentes facere intervallum, illud dicunt ob reverentiam feſtivitatis Pentecoſtes fuiſſe ſtatutum, quæ in ſeptimania illis ſolet intervenire quandoque, & ſic a tribus diebus Rogationum ante Aſcenſionem Domini inchoantes, uſque ad octavum diem poſt Pentecoſtem (illis hebdomadis computatis) illo tantum ſpatio temporis celebrari nuptias non permittunt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes. Quia ergo conſulti fuimus, utra iſtarum opinionum potior videatur; nobis, & fratribus noſtris apparuit, quod licet ea ſit Romanæ Eccleſiæ conſuetudo, ut quocumque tempore matrimonium contrahatur, conſenſu interveniente legitimo de præſenti; quia tamen a Septuageſima uſque ad ſeptimum diem poſt Pentecoſtem celebrari nuptiæ non ſinuntur, & poſtea etiam tribus ſeptimanis, vel pluribus ante feſtivitatem ſancti Joannis, ſine differentia celebrantur; poſterior ſententia meliori, & ſubtiliori nititur ratione: & ſive ſecundum Canones a Septuageſima uſque poſt octavas Paſchæ, ſive juxta conſuetudinem Eccleſiæ Romanæ uſque poſt 7. diem feſti Pentecoſtes (quod caret octavis) nuptiæ ſuſpendantur, in Dominica, quæ ſequitur, & deinceps poſſunt licite celebrari.

Digitized by Google

EX CONCILIO TRIDENTINO.

De reformatione matrimonii.

C A P U T X.

Nuptiarum ſolemnitates certis temporibus prohibentur.

„ AB adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti uſque in diem Epiphaniæ, & a feria quarta Cinerum uſque in octavam Paſchatis incluſive, antiquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſervari ſancta Synodus præcipit; in aliis vero temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit: quas Epiſcopi, ut ea, qua decet modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt: ſancta enim res eſt matrimonium, & ſancte tractandum.

TITULUS XVIII.

De matrimonio contra interdictum Eccleſiæ celebrato.

SEquitur de interdicto Eccleſiæ, ſcilicet quando aliquis prohibetur contrahere cum aliqua; quia forte dicitur conſanguinea ejus, vel affinis, vel ſponſa alterius; vel propter aliquod aliud impedimentum.

Super hoc articulo diverſi diverſa dixerunt, quæ ad præſens potius ſunt ſilenda, quam loquenda; ſed ita tenendum eſt ſine aliqua dubitatione, quod illi, quorum matrimonium interdicitur, non debent contrahere: ſed ſi contrahunt, niſi aliud impedimentum impediat, poſſunt ſimul permanere, & non ſunt ſeparandi, niſi ad tempus, ut agant pœnitentiam; quia mandatum Eccleſiæ contemſerunt, ſicut expreſſe legitur extr. de matrim. contra interd. Eccleſ. contract. per totum: ſi vero aliqua inveniuntur decreta, quæ dicunt, taliter conjunctos eſſe ſeparandos, exponenda eſt littera, quod ad tempus ſunt ſeparandi, ut dictum eſt, & dictæ tres Decretales expreſſe hoc dicunt. *v. ſupra.*

Sane, ut diverſa circa matrimonium pericula evitentur, ſtatutum fuit in Concilio generali, ut quum matrimonia ſunt contrahenda in Eccleſia, publice per Presbyteros proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentum opponat: & ipſi Presbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat: quum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec, quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. Si autem Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contemſerit, aut quilibet etiam regularis, eis præſumſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed his, qui taliter copulari præſumſerint, etiam in gradu conceſſo, condigna pœnitentia injungatur. Si quis quoque ad impediendam legitimam copulam, malitioſe impedimentum objecerit, præter pœnitentiam, quam debet agere de peccato, Canonicam non debet effugere ultionem. Probantur hæc omnia extr. de cland. deſponſ. c. *Cum inhibitio.*

„ CUm inhibitio copulæ conjugalis ſit in ultimis tribus gradibus revocata, eam in aliis volumus diſtricte ſervari. Unde prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærendo, clandeſtina conjugia penitus inhibemus: prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorumdam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſiis per Presbyteros publice proponantur, competenti termino præfinito, ut intra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipſi Presbyteri nihilominus inveſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec, quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. *Innoc. III In Concil. Generali.*

„ Si quis vero hujuſmodi clandeſtina, vel interdicta conjugia inire præſumſerit in gradu prohibito, etiam ignoranter; ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſciente legitimum præter omne interdictum, etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumſerunt.

„ Sane ſi Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contemſerit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præſumſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, gravius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. Sed his, qui taliter præſumſerint etiam in gradu conceſſo copulari, condigna pœnitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimã copulam malitioſe impedimentum objecerit, Canonicam non effugiet ultionem.

Et hæc de impedimentis matrimonii dicta ſufficiant.

EX CONCILIO TRIDENTINO.

De reformatione matrimonii.

C A P U T VI.

In raptores animadvertitur.

„ DEcernit ſancta Synodus, inter raptorem & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quod ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat; & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & favorem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces: & ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſive eam in uxorem duxerit,

„ ſive

,, ſive non duxerit, decenter arbitrio judicis
,, dotara.

TITULUS XIX.

Qualiter & quomodo mulier poteſt aliquem petere in virum, & reſtitutionem viri, ſi fuerit ab eo ſpoliata.

POſtquam tractavimus de impedimentis matrimonii, quæ, & qualia ſint, & quid juris ſit in quolibet impedimento, expedit ſummatim tangere, ut etiam circa hoc, quod ſuum aſt, judicium pœnitentiale recipiat, qualiter in cauſſis matrimonialibus ſit procedendum: ad quod

Nnta, quod quandoque agitur ad matrimonium contrahendum, quandoque ad matrimonium disjungendum. Item ſi ad disjungendum, aut in toto celebratur divortium, ita quod quilibet eorum contrahere poteſt, vel alter tantum, ſicut dictum eſt in titulo de impotentia coeundi; aut in parte celebratur, ſcilicet quoad mutuam ſervitutem carnalis debiti, vel cohabitationis, ita quod neutri eorum contrahere licet; ut fit in his, qui ſeparantur propter adulterium commiſſum, vel fornicationem, vel cauſſa religionis: & qualiter in quolibet illorum agendum ſit, per ordinem videamus.

Sed quoniam nec conjunctio, nec ſeparatio matrimonii facienda eſt, niſi aliquibus agentibus, & teſtificantibus; idcirco oſtendamus, qui matrimonium accuſare, vel qui in cauſſa matrimonii teſtificari poſſunt, & qui filii judicantur legitimi: ultimo de dote tractatum ſupponamus, quæ acceſſoria aſt matrimonii.

Si mulier aliquem petit in virum, vel econverſo, videndum eſt, utrum ille, qui agit, velit intentare petitorium, vel poſſeſſorium judicium, id eſt, an mulier dicat, aliquem eſſe ſuum maritum, quia contraxit cum ea, & petat eum ſibi adjudicari in maritum, quod eſt agere in petitorio, quaſi agat de proprietate; ao eum petat ſibi reſtitui, tamquam injuſte ſit ab eo dimiſſa, quem dicit ſecum contraxiſſe, & agere poſſeſſorio: quoniam petit poſſeſſionem viri ſui ſibi adjudicari, de qua dicit ſe injuſte expulſam, & ſecundum diverſitatem iſtarum petitionum diverſo modo eſt agendum. Si mulier agit petitorio, id eſt, petit aliquem, dicens ipſum ſuum eſſe maritum, & ille negat, & excipit contra eam dicens: Non potes mea eſſe uxor, quia conſanguinea mea es, vel affinis, vel aliquod aliud impedimentum legitimum objiciat; primo cognoſcitur exceptio mariti, quam petitio uxoris, quoniam probata exceptione mariti, principalis quæſtio uxoris perimitur, & eſt abſolvendus vir ab ejus impetitione. Extr. de ordin. cognit. cap. 1. ſeu, *Intelleximus*.

Clem. III. *Alatrino Epiſc.* ,, INtelleximus, quod cum quædam mulier
,, peteret quemdam in virum, teſtes ad ſuæ
,, intentionis aſſertionem induxit, per quos pars
,, viri futurum ſibi præjudicium metuens, ex-
,, ceptionem conſanguinitatis objecit, ex qua
,, intendit petitionem mulieris elidi (& infra)
,, Inquiſitioni tuæ taliter duximus responden-
,, dum, quod cum exceptione probata, quæ-
,, ſtio principalis perimatur, ante eſt cogno-
,, ſcendum de ipſa, quam ad definitionis articu-
,, lum procedatur: quo facto virum ab impeti-
,, tione mulieris (prout expoſcit ratio juris)
,, abſolvas.

Si vero agitur poſſeſſorio, petens ſcilicet virum ſibi reſtitui, licet maritus dicat: Non potes mea eſſe uxor, quoniam conſanguinitas eſt inter nos, vel aliquod aliud impedimentum objiciat, ſeu crimen aliud; prius debet fieri reſtitutio ipſi mulieri, quam de exceptione viri cognoſcatur, ut extr. de reſtit. ſpol. cap. *Ex conqueſtione*, extr. de divort. c. *Porro*. v. pag. 476

,, EX conqueſtione B. mulieris ad nos noveritis perveniſſe, Lucius III.
,, ritis perveniſſe, quod cum C. miles eam
,, ſibi matrimonio copulaſſet, & maritali affe- G. Archid.
,, ctione pertractans, ex ipſa filiam ſuſcepiſſet, & Joan. Archipreſ.
,, ſine judicio Eccleſiæ a ſe removit eamdem, Turonen.
,, & de accuſando ſuper conſanguinitate ma-
,, trimonio, remoto appellationis obſtaculo,
,, litteras ad judices impetravit: cum autem
,, prius, quam a judicibus mulier citaretur, per
,, diœceſanum Epiſcopum virum ſibi reſtitui
,, petiiſſet, & ob hoc ad nos proprium nunciũ
,, deſtinaſſet; demum coram præfatis judicibus
,, conſtituta, modo per ſe, modo per Procu-
,, ratorem, ante ipſius cauſſæ ingreſſum, &
,, poſt, virum ſibi reſtitui poſtulabat. Judices ve-
,, ro reſtitutione denegata (quod fieri nõ debuit)
,, in principali negotio procedere voluerunt:
,, unde ipſa noſtram audientiam appellavit (&
,, infra) Mandamus, quatenus, ſi ita eſt, mu-
,, lieri virum reſtitui faciatis, quæ poſt appel-
,, lationem ipſius acta ſunt, in irritum re-
,, vocantes, poſtmodum ſuper matrimonio
,, cauſſam audiatis, & fine Canonico termi-
,, netis.

Et iſta diſtinctio ponitur extr. de reſtit. ſpol. c. *Litteras*.

,, LItteras tuas recepimus, continentes, quod Innoc. III.
,, cum quædam matrimonialis cauſſa (Bi- *Bituric. Archidiac.*
,, turicenſi Archiepiſcopo in remotis agente) in
,, tua præſentia tractaretur, Guillelma mulier ſe-
,, parari a B. viro ſuo inſtantiſſime poſtulabat,
,, cui ſe quarto gradu conſanguinitatis propo-
,, nebat eſſe conjunctam (& infra) Vir autem
,, ſibi uxorem poſtulabat reſtitui, quæ ab eo
,, ſua temeritate divertit (& infra) Reſcripto
,, petebas Apoſtolico edoceri, utrum quando
,, aliquis conſanguinitatis gradus objicitur, in
,, quo Sedes Apoſtolica diſpenſare non pot-
,, eſt, nec etiam conſuevit, & probationes
,, promtæ ſint, & paratæ, indulgenda reſti-
,, tutio ſit, an neganda (& infra) Sane circa
,, ſolutionem propoſitæ quæſtionis, diverſæ
,, ſunt ſententiæ diverſorum, aliis aſſerentibus
,, reſtitutionem faciendam: aliis ſentientibus
,, in contrarium: nonnullis viam mediam eli-
,, gentibus, ac dicentibus, eam faciendam
,, interdum: quandoque penitus denegandam.
,, Primi per Decretalem Epiſtolam Lucii Pa-
,, pæ juvari videntur, arguentis quoſdam ju-
,, dices delegatos, qui reſtitutionem viri, qui
,, ſine judicio Eccleſiæ uxorem dimiſerat, &
,, eo conſanguinitatem poſtmodum opponebat,
,, ſpoliatæ, ac repetenti conjugem denegabant;
,, & mandantis ſibi prius reſtitui taliter ſpo-
,, liatam, & poſtea de matrimoniali cauſſa
,, cognoſci. Horum autem aſſertionem ince-
,, ſtus videtur periculum oppugnare; ſed ipſi
,, timorem inceſtus inanem eſſe reſpondent:
,, cum etiam beneficio reſtitutionis obten-
,, to, qui conſanguinitatis habet notitiam,

nec

,, nec exigere debitum contra conſcientiam ,
,, nec ſolvere teneatur: quoniam ſi ſecus ege-
,, rit, ædificat ad gehennam, ſicut nec conſan-
,, guinitatis conſcius, ſuper cujus conjugio quæ-
,, ſtio non movetur . Secunda vero aſſertio per
,, oraculum Clementis Papæ ſulcitur, a quo
v. ſupra ,, cum fuiſſet quæſitum , utrum , muliere qua-
c. Intelle- ,, dam quemdam in virum petente , qui ut
ximus. ,, eam repelleret, exceptionem conſanguinita-
,, tis objecit, prius eſſet de impedimento con-
,, ſanguinitatis agendum , quam ſuper matri-
,, monio ſententia proferretur ; ſic inquiſitioni
,, factæ reſpondit, quod cum exceptione pro-
,, bata principalis quæſtio perimatur , prius eſt
,, cognoſcendum de ipſa , quam ad definitionis
,, articulum procedatur : cum etiam in multis
,, caſibus reſtitutio differatur, ſecundum Ca-
Levit. 18. ,, nonicas ſanctiones. Opinioni autem ultimæ
,, videtur non incongrue adoptari , ut in gra-
,, dibus conſanguinitatis divina lege prohibitis
,, reſtitutioni aditus præcludatur , ſed conſti-
,, tutione interdictis humana , reſtitutio locum
,, habeat cum effectu : cum illis diſpenſari non
,, poſſit, & in iſtis valeat diſpenſari , ſicut B.
,, Gregorius, & multi alii diſpenſarunt . Unde
,, non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum
,, Eccleſiæ reddit debitum conjugale . Nos au-
,, tem ad præſens nullam de prædictis ſenten-
,, tiis reprobamus, nec cuiquam earum aliquod
,, præjudicium ex noſtra reſponſione volumus
,, generari ; quamvis præſcriptum Lucii Papæ
,, mandatum ad poſſeſſorium ; reſponſum vero
,, Clementis ad petitorium referatur . Porro
,, cum mulier, quæ conſanguinitatis habet no-
,, titiam præſertim in gradibus , quos lex di-
,, vina prohibuit , non poſſit hujuſmodi viro
,, ſine peccato mortali carnaliter commiſceri ;
,, quoniam omne , quod non eſt ex fide, pecca-
,, tum eſt , & quidquid fit contra conſcientiam,
,, ædificat ad gehennam ; fruſtra in tali caſu
,, adjudicaretur reſtitutio ſpoliato : cum illa
,, contra Deum non debeat in hoc judici o-
,, bedire , ſed potius excommunicationem hu-
,, militer ſuſtinere : ſicque difficultas occurreret
,, quaſi perplexe ; quia propter ſententiam o-
,, porteret eam reddere debitum , & propter
,, conſcientiam reddere non deberet : unde con-
,, tingeret eos graviter impediri , & utrique
,, laqueus pararetur , cum inter ſe carnaliter
,, conjungi non poſſent , nec alter alteri matri-
,, monialiter copulari . Propterea melius vide-
,, tur , quod cum opponitur conſanguinitas
,, (præſertim in gradibus divina lege prohibi-
,, tis) & probationes offeruntur incontinenti
,, paratæ, in ceteris adjudicanda ſit reſtitutio;
,, ſed ad majorem cautelam , juramento rece-
,, pto , quod talis objectio malitioſe non fiat ,
,, ſola quoad commixtionem carnalem (maxi-
,, me ſi fama conſentit) eſt reſtitutio diffe-
,, renda, donec auditis probationibus, & diſcuſ-
,, ſis, cauſſa ſine diffugio terminetur, cum u-
,, trique ſit melius taliter expediri , quam ma-
,, nere taliter impeditos . Quod ſi non habeat
,, probationes incontinenti paratas , ſed dila-
,, tiones expetat longiores (quia præſumitur
,, contra eam , quæ ſine judicio Eccleſiæ ſua
,, tantum temeritate receſſit e viro) ad reſti-
,, tutionem plenariam Eccleſiaſtica debet cen-
,, ſura compelli ; quam tamen ipſa thori negan-
,, do conſortium , debet humiliter tolerare, do-
,, nec probationes offerat præparatas : & tunc
,, abſolutione petita , ſecundum formam Eccle-
,, ſiæ abſolvetur ; ſed antequam fiat ei man-
,, datum ſub debito juramenti , receptis pro-
,, bationibus procedatur , quemadmodum eſt
,, præmiſſum . Si vero tanta ſit viri ſævitia , ut
,, mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecu-
,, ritas provideri , non ſolum non debet ei re-
,, ſtitui , ſed ab eo potius amoveri ; alioquin
,, ſufficienti (ſi fieri poteſt) ſecuritate proviſa,
,, profecto videtur conjux ante cauſſæ cognitio-
,, nem reſtituenda marito.

Quod autem dictum eſt , mulierem ſine aliqua exceptione eſſe reſtituendam , fallit in quibuſdam caſibus . Primus eſt , ſi ei objiciatur mulieri publica fornicatio : tunc enim reſtitui non debet , ſi hæc fuerit probata , vel ipſa confiteatur, vel ſit adeo notoria , quod non poſſit aliqua tergiverſatione celari , niſi ipſa replicet , & probet virum adulterium commiſiſſe ; quia tunc reſtitui debet , quamvis ſit publice fornicata , ut extr. de divortiis , cap. *Significaſti .*

v. pag. 69. Poſtillat.

PUblica fornicatio) *Commiſſa ab ea , poſtquam receſſit a marito: quod verum eſt , ſive ſpontanea receſſit a marito , ſive expulſa ab eo , aut dimiſſa invita .*

Quid , ſi notoria eſt fornicatio mulieris ; numquid poteſt vir eam expellere auctoritate ſua ; & ſi expulerit , numquid tenetur eam recipere?

Reſp. Hugutio notavit 32. quæſt. 1. cap. De benedicto , *quod etſi notoria ſit fornicatio mulieris , quamdiu tamen ipſa non recedit a viro , nec publice moratur cum adultero ; non poteſt vir eam dimittere auctoritate ſua , vel expellere : quod ſi fecerit , cogetur eam recipere : ſi autem illam expulerit , & poſtea illa adulteratur notorie , non cogetur eam recipere , ac ſi publice morata fuiſſet cum adultero . Si autem publice moratur cum adultero , non tenetur maritus eam recipere , ſive eam expulerit , ſive illa ſponte receſſerit : & in hoc caſu ſecundum Hugot. ea invita poteſt monaſterium intrare , niſi & ipſe fuerit fornicatus .*

Hæc refert S. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 5. & Guillelmo attribuit , non vero Joanni de Friburgo.

Quid , ſi vir talem ſponte receperit , publice ſcilicet moratam cum adultero ; numquid poteſt eam repellere auctoritate propria , ſi ipſa non ceſſaverit ab adulterio?

Reſpondet Hugotio , quod non poteſt .

Alius caſus eſt , ſi objiciatur conſanguinitas in divina lege prohibita , & paratus eſt hoc incontinenti probare ; in hoc caſu licet fiat reſtitutio in ceteris , tamen quoad carnis copulam non reſtituitur . Extr. de reſtit. ſpol. c. *Litteras*, circa fin.

Tertius , ſi objiciatur exceptio rei judicatæ , a qua non eſt appellatum : non eſt enim tunc reſtitutio facienda , niſi primo de illa ſententia cognoſcatur . Arg. extr. de offic. deleg. c. *Cauſſam matrimonii .*

,, CAuſſam matrimonii , quæ inter I. mulie-
,, rem & Blanchacium agitari dignoſcitur,
,, Foroliensi , & Vapicenensi Epiſcopis nos
,, meminimus commiſiſſe : quibus eam viro reſti-
,, tui mandantibus , vir mulierem cruciatibus, &
,, flagellis adeo affecit , quod invita , & coacta
,, inter ſe, & virum ſuum confeſſa eſt parentelã;
,, ſicque factum eſt, quod ad judicium unius eo-
,, rum dimiſit eamdem (& infra) Diſcretioni
,, veſtræ mandamus , quatenus ſi inveneritis ,
,, quod præfatus B. dictam I. ad judicium ſo-
,, lummodo alterius prædictorum a ſe ſeparaſſe
,, (quia cum cauſſa duobus committitur, ſenten-
,, tia unius non tenet) ipſum, ut eamdem mulie-
,, rem , ſicut uxorem ſuam benigne recipiat, &

Digitized by Google

,, maritali affectione pertractet, monitione præ-
,, miſſa cogatis. Si qui tamen apparuerint, qui
,, (poſtquam ab eo recepta fuerit) matrimo-
,, nium ipſorum velint, & legitime poſſint im-
,, petere, cauſſam audiatis, & fine Canonico
,, terminetis.

Quartus caſus eſt, in quo vir petens reſtitutionem, reſtitui non debet, ſcilicet quando tanta eſt ſævitia ejus, quod mulieri trepidanti non poteſt ſufficiens ſecuritas provideri; vel quia proſequitur uxorem odio capitali. Extr.
v. pag. 199 & ſupra. de reſt. ſpol. c. *Ex tranſmiſſa*, & c. *Litteras*, in fin.

In omnibus aliis caſibus credo mulierem petentem reſtitutionem viri eſſe reſtituendam, & e converſo, ſine aliqua qualibet exceptione, dummodo probet ſe in poſſeſſione fuiſſe a viro ſpoliatam ſine juris ordine: & quod hæc duo probare debeat, probatur extr. de offic. deleg. c. *Conſultationibus*, extr. qui filii ſint leg. cap.
v. pag. 37. *Cauſſam* 2.

Alex. III Abbati S. Albini.
,, CONſultationibus (& infra) Quæſitum
,, eſt, utrum ſi aliquis Eccleſiæ, vel poſ-
,, ſeſſione qualibet ſe aſſeverans abſque judicio,
,, & cauſſa rationabili ſpoliatum, a nobis ad
,, judices litteras obtinuerit, ut intra certum
,, tempus reſtituatur ſibi poſſeſſio, ſi conſtiterit
,, judici, eum eſſe taliter ſpoliatum, poſſeſſio
,, debeat ei reſtitui: cum is, qui tenet Eccleſiā,
,, vel poſſeſſionem, quam ipſe requirit, ante-
,, quam de litteris ipſis aliqua mentio fieret,
,, ſtudiorum, vel peregrinationis, vel alia hu-
,, juſmodi cauſſa ſe abſentaverit, nec intra
,, tempus præfixum judici poſſit ſuam præſen-
,, tiam exhibere? Super quo reſpondemus, quod
,, nec poteſt, nec debet reſtitutionem habere,
,, quamvis paratus ſit coram judice delegato,
,, teſtibus idoneis poſſeſſionem, & dejectionem
,, ſuam probare, niſi is, qui poſſidet, ſe per
,, contumaciam abſentaſſet.

Si vero ipſa ſe privaverit jure ſuo, recedendo videlicet propria auctoritate a viro & ſine culpa viri; tunc, licet reſtitutionem petierit, non eſt audienda, quia tunc non ipſa, ſed vir potius
v. pag. 476 dicitur ſpoliatus. Cauſſa 32. quæſt. 5. cap. *De benedicto*.

Poſtillat. NOn eſt audienda) *Secundum quoſdam. Vincentius tamen notavit extr. de divort. cap.* Significaſti, *quod in hoc caſu reſtituenda ſit mulier: & credo, quod verum ſit; quia eo ipſo, quod rediens non admittitur, expulſa eſt, & cadit a poſſeſſione, ff. de acquir. poſſeſ.* Clam poſſidere, *§. ult. Secundum Hugot. etiam propter fornicationem commiſſam ab uxore, ſive propter hoc expulſa eſt a marito, ſeu ſponte receſſerit; non eſt ei deneganda viri reſtitutio, niſi publice ipſa fuerit fornicata, vel cum adultero publice morata; in quo caſu*
v. pag. 478 *intelligit Hugot. illud c.* De benedicto: *arg. pro hac opinione extr. de jurejur. cap.* Tua nos 2.

Pone circa tertium caſum ſupra proximo poſitum, quod Eccleſia decepta per falſos teſtes, vel alio modo celebrat divortium inter aliquos: deinde vir factus eſt Sacerdos, poſtea inventum eſt Eccleſiam fuiſſe deceptam; numquid iſte Sacerdos reſtituetur uxori?

Credo, quod ſi non poteſt induci ad continentiam, debet ei reſtitui vir; quia etiam Monachus reſtitueretur ſibi; & tenebitur iſte reddere debitum uxori petenti, ſed non debet exigere; quia, quantum in ſe eſt, ſolemnizavit votum. Require in ſumma de pœnit. de vot. §. *Item, quid ſi maritus*, ubi ſufficienter tractatum eſt de his.

QUid, ſi non repetat illa; numquid ille poterit eam repetere? Poſtillat.

Reſp. Credo quod non; quia præjudicavit ſibi per ſacri ordinis ſuſceptionem.

Quid, ſi ipſa ingreſſa eſt Monaſterium, alias non ingreſſura, niſi quia credebat divortium juſte celebratum; numquid conſpecta veritate poterit repetere virum Subdiaconum, vel Monachum?

Reſp. Credo quod non; quia cauſſa non impedit votum Monachatus. Arg. extr. de vot. cap Magnæ, *& de converſ. conjug. cap.* Expertæ. *Hugo. tamen notavit 27. quæſt. 2. cap.* Agathoſa, *quod ſi uterque duorum conjugum, pro eo quod credit reliquum eſſe mortuum, intrat Monaſterium; comperta poſtea veritate, poteſt uterque reliquum repetere; quia neuter fuit Monachus, vel Monacha, nec eo animo intravit, ut fieret Monachus, ſi alter viveret: & ponit exemplum de uxore, quæ credens virum ſuum mortuum, nupſit ſecundo, a quo non tenetur recedere, niſi cognita poſtea veritate de vita primi mariti.*

Quid, ſi mulier egit poſſeſſorio, & ſuccubuit in cauſſa; numquid poteſt poſtea agere petitorio?

Dicas, quod poteſt; ſed ſi egit petitorio, & ſuccubuit, non poteſt poſtea agere poſſeſſorio: ſi vero incœpit agere, non tamen peregit, & nondum eſt renunciatum teſtibus, nec plene liquet de cauſſa; poteſt dimittere judicium petitorium, & inchoare poſſeſſorium. Extr. de cauſſa poſſeſſ. & prop. cap. *Paſtoralis*.

,, PAſtoralis officii (& infra) Sane (ſicut Innoc. III Epiſc. Novarien.
,, intimaſti) contingit aliquando, ut cum
,, is, qui ſe aſſerit ſpoliatum, ſuum trahit ſpo-
,, liatorem in cauſſam, inter ipſa juris auſpicia
,, requiſitus, quo malit experiri judicio, litem
,, proprietatis ingreditur, de illata ſibi violen-
,, tia nullam faciens mentionem: cum autem
,, fuerit in cauſſa proceſſum, novum judi-
,, cium ſuper poſſeſſorio nititur inchoare (&
,, infra) Conſultationi tuæ taliter reſponde-
,, mus, quod poſſeſſorio quidem judicio, quod
,, de recuperanda, ſeu adipiſcenda poſſeſſione
,, proponitur, antequam renunciatum ſit, aut
,, concluſum in proprietatis judicio primitus
,, inſtituto, agi poteſt ab eo, qui rem cœpit
,, vendicare: cum legali ſit proviſione ſtatutum,
,, eum, qui fundum vendicaverit ab eo, cum
,, quo interdicto, *unde vi*, potuit experiri,
,, pendente judicio interdictum poſſe nihilo-
,, minus intentare; aliis poſſeſſoriis judiciis in
,, ſuo robore duraturis, quæ vendicationem
,, dominii, ſui natura præcedunt. Si vero re-
,, nunciatum fuerit, vel concluſum, ut jam
,, poſſit cauſſa proprietatis, definitivæ ſenten-
,, tiæ calculo terminari (ne lites litibus incul-
,, centur, & via poſſit fraudibus aperiri) cauſ-
,, ſa non deciſa, poſſeſſorio non erit utendum;
,, niſi judex, qui de cauſſa cognoſcit, hoc ipſum
,, ex juxta cauſſa viderit expedire: puta enim ex
,, perſpicuis indiciis facile arguitur iniquitas
,, invaſoris; & ſpoliato caſu, ſeu malitia, pro-
,, bandi dominium ſubtraxerit facultatem.
,, His igitur, & aliis cauſſis inſpectis (quæ
,, continent æquitatem, aut juſte moverint a-
,, nimum judicantis) poſtquam etiam conclu-
,, ſum fuerit, poſſe agi poſſeſſorio judicio non
,, negamus.

Et lex dicit, quod non videtur renunciare poſſeſſioni, quia rem vendicare cœpit, & poteſt judicium poſſeſſionis intentare, dimiſſo judicio vel vendicationis, ut ff. de acquirenda poſſeſſ.

l. Na-

I. *Naturaliter*, *§. Nihil comment.*

In ſumma nota, quod ſi reus cooſeſſus fuerit in judiciu, quod actur propouit; ſtandum eſt confeſſioni ejus, niſi per confeſſionem illam fieret præjudicium matrimouio, de quo agitur, val atiam alteri matrimonio: timeretur enim tunc colludium. Extr. de eland. deſponſ. cap. *Quod nobis*, & de eo, qui cogn. conſang. cap. *Super eo*. *v. pag. 517*

Alex. III Beluacen. Episc.

,, QUud nobis (& infra) Si enim matrimonia
,, ita occulte contrahuntur, quod exinde
,, legitima probatio non appareat, ii, qui ea
,, cuutrabunt, ab Eccleſia non ſuot aliquate-
,, nus compellendi. Verum ſi perſunæ contra-
,, hentium hoc voluerint publicare, niſi ra-
,, tionabilis cauſſa præpediat, ab Eccleſia reci-
,, pienda ſunt, & comprobanda, tamquam a
,, principio in Eccleſiæ conſpectu contracta.

Postillat.

NUmquid idem eſt, ſi fiat præjudicium matrimonio ſpirituali, ut ſi mulier facta monialis confiteatur ſe eſſe uxorem alicujus, qui repetit eam?

Reſpondeo: Vincentius notavit ext. de rapt. cap. Cum cauſſa, *quod in hoc caſu ſtandum eſt confeſſioni mulieris, & reſtituenda viro repetenti: nulli enim fit præjudicium per hoc, niſi ſibimet ipſis; nec eſt credendum eos eſſe immemores ſuæ ſalutis: aliud tamen dicit eſſe dicendum in rebus, quas dedit hujuſmodi mulier Monaſterio. Nota etiam, quod, ubi agitur ad diſſolutionem matrimonii, non creditur confeſſioni partium, 35. quæſt. 6. cap.* Si duo. *Si vero agitur ad divortium thori prætextu fornicationis, ſtatur confeſſioni illius, qui de ſua fornicatione confitetur.*

Si vero Interrogatus in jure, negat, quod proponitur, probare debet qui proponit, & ſi non probat, ſuccombit. Extr. de cauſſa poſſeſ. & prop. c. *Cum Eccleſia*, extr. de jurejur. c. ult. ſeu, *Juramentum*. *v. pag. 525*

Innoc. III Archiepiſc. & Canonicis Sutrinis.

,, CUm Eccleſia Sutrina paſtore vacaret, vos
,, convenientes in unum, & (ſicut moris
,, eſt) Spiritus Sancti gratia invocata, paſtorem
,, unanimiter elegiſtis, petentes ipſius electio-
,, nem a Sede Apoſtolica confirmari. Verum
,, Clerici Conventualium Eccleſiarum civitatis
,, ejuſdem, conſequenter ſuam depoſuere que-
,, relam: quod cum in Epiſcoporum electioni-
,, bus, ipſi, ac prædeceſſores eorum conſue-
,, verint intereſſe, vos, eis renitentibus, & ex-
,, cluſis, ad electionem procedere præſumſiſtis:
,, quam ob hoc non confirmari, ſed infirmari
,, potius poſtulabant. Partibus ergo apud Sedem
,, Apoſtolicam conſtitutis, in auditorum præ-
,, ſentia teſtes utrinque producti fuerant: & eo-
,, rum depoſitionibus publicatis, pars Canoni-
,, corum per teſtes a ſe introductos intentionem
,, ſuam, quod ad eos tantum ſpectaret electio,
,, ſufficienter dicebant eſſe probatam, parte
,, Clericorum nihilominus aſſerente, quod per
,, dicta teſtium, quos produxerant, & ipſi aſ-
,, ſertionem ſuam (quod electioni Pontificum
,, intereſſe deberent) plenius probaviſſent, per
,, quæ conſtare dicebant, eos electionibus trium
,, Epiſcoporum (qui Eccleſiæ Sutrinæ ultimo,
,, & immediate præfuerant) cum Canonicis
,, Cathedralis Eccleſiæ adfuiſſe, vocemque ha-
,, buiſſe cum aliis eligendi. Nos igitur (quo-
,, niam deprehendimus teſtes veſtrus in per-
,, hibendis teſtimoniis varius extitiſſe, atque
,, adverſus fidem atteſtationis ſuæ coram au-
,, dientibus vacillaſſe: & quod negativam quo-
,, dammodo adſtruere ſatagebant, probare vo-
,, lentes jus electionis ita ad vos ſpectare,
,, quod ad adverſarios minime pertineret:
,, per teſtes vero adverſæ partis fuit ſufficien-
,, ter oſtenſum, quod in trium Epiſcoporum
,, electionibus, de quibus præmiſſum eſt,
,, Clerici præſentes adfuerint, & vocem ha-
,, buerint eligendi) præmiſſam electionem fa-
,, ctam eis contradicentibus, & excluſis, de-
,, crevimus irritandam, Clericos ſæpe dictos
,, in eam quaſi poſſeſſionem (quam ante con-
,, troverſiam motam habuerant) reducentes.
,, Verum quoniam in quæſtione prædicta quid-
,, quid juris utraque pars in electione habe-
,, bat, deductum in judicium videbatur; cum
,, jure civili ſit cautum, id venire in judicium,
,, non ſolum, de quo actum eſt, ut veniret;
,, ſed id non venire, de quo nominatim actum
,, eſt, ne veniret: & ſecundum ſtatuta Ca-
,, nonica electiones Epiſcoporum ad Cathe-
,, dralium Eccleſiarum Clericos regulariter
,, pertinere noſcantur, niſi alibi ſecus obti-
,, neat de conſuetudine ſpeciali: nec ex eo,
,, quod Clerici antedicti, ſe inter eligen-
,, tes Sutrinos Epiſcopus probaverunt tertio
,, extitiſſe, jus eligendi propter brevitatem
,, temporis uſque ad præſcriptionem legitimam
,, non producti, ſibi acquirere potuerunt, &
,, actore non probante, qui convenitur, & ſi
,, nihil præſtiterit, obtinebit; ab eorum impe-
,, titione ſuper electionibus faciendis vos du-
,, ximus abſolvendos, ſæpe dictis Eccleſiarum
,, Clericis ſuper hoc perpetuum ſilentium im-
,, ponentes.

Item non eſt prætermittendum, quod ad omnia quis reſtituendus eſt, de quibus probavit ſe ſpoliatum, & ut gaudeat pacifica poſſeſſione, & plena ſecuritate. Cauſſa 3. q. 1. c. *Redintegranda*. *v. pag. 201*

Sed ſi mulier dicat ſe habere virum ſuſpectum, quod eam lædat in perſona, vel rebus; dummodo veriſimilem cauſſam oſtendat, quare habeat ipſum ſuſpectum, ad officium judicis ſpectat jubere caveri ſibi ſufficienti cautione, quod maritus tractabit eam in lecto, in menſa, & in omnibus, ſicut vir tractare debet uxorem; & quod non lædet eam in perſona, vel rebus, nec aliquo modo dehoneſtabit illam; ſalva tamen correctione honeſta maritali: & hanc cautionem debet præſtare maritus per juramentum. Cauſſa 32. q. 1. c. *De benedicto*. *v. pag. 478*

Sed ſi mulier non confidit de juramento viri, quia forte timet parum juramentum, illam cautionem debet præſtare, quam magis timet, ſcilicet pignoratoriam, vel fidejuſſoriam cautionem ſub præmiſſa pœna. Argum. extr. ut lite non conteſt. cap. *Quoniam frequenter*, *§.* ult. ſeu, *In aliis caſibus*, cauſſa 23. quæſt. 5. cap. *Prodeſt*, & quæſt. 4. cap. *Ea vindicta*. *v. pag. 197 & 45.*

Auguſt. De ſer. Dom. in monte, lib. 1. c. 37. & 38.

,, EA vindicta, quæ valet ad correctionem, non
,, prohibetur: quæ etiam ad miſericordiã
,, pertinet, nec impedit illud propoſitum, quo
,, quiſque paratus eſt ab eo, quem correctum
,, eſſe vult, plura perferre. Sed huic vindictæ
,, referendæ non eſt idoneus, niſi qui odium,
,, quo flagrare homines ſolent, qui ſe vindicare
,, deſiderant, dilectionis magnitudine ſupera-
,, verit. Non enim metuendum eſt, ne odiſſe
,, parvulum filium parentes videantur, cum ab
,, eis vapulat peccans, ne peccet ulterius, &
,, certe perfectio dilectionis ipſius Dei Patris
,, imitatione nobis proponitur, cum in ſequenti-
,, bus dicitur: *Diligite inimicos veſtros, benefa-* *Matth. 7.*

cite his, qui vos oderunt, & orate pro eis, qui vos perſequuntur. Et tamen de ipſo dicitur per Prophetam: *Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit*. Dicit etiam Dominus: *Servus, qui neſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit paucis: ſervus autem, qui ſcit voluntatem domini ſui, & facit digna plagis, vapulabit multis*. Non ergo quæritur, niſi ut ipſe vindicet, cui rerum ordine poteſtas data eſt, & ea voluntate vindicet, qua pater parvulum filium flagellat, quem per ætatem odiſſe nondum poteſt. Hinc enim aptiſſimum exemplum datur, quo ſatis apparet, poſſe peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinqui; ut illum, in quem vindicat, non pœna miſerum, ſed correctione beatum eſſe velit; paratus tamen (ſi opus ſit) æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult eſſe correctum, ſive in eum habeat poteſtatem coercendi, ſive non habeat. Magni autem, & ſancti viri quamquam optime ſcirent mortem iſtam, quæ animam diſſolvit a corpore, formidandam non eſſe; ſecundum tamen eorum animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt: quo & viventibus utilis metus incuteretur, & illis, qui morte puniebantur, non ipſa mors noceret, ſed peccatum, quod augeri poſſet, ſi viverent, diminueretur. Non temere illi judicabant, quibus tale judicium donaverat Deus. Inde eſt, quod Helias morte multos affecit propria manu, & igne divinitus impetrato: cum & alii multi, & magni viri eodem ſpiritu conſulendo rebus humanis non temere fecerint: de quo Helia cum exemplum dediſſent diſcipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum ſit, ut etiam ipſis daret poteſtatem petendi de cælo ignem ad conſumendos eos, qui ſibi hoſpitium non præbuerant: reprehendit Dominus in eis, non exemplum Prophetæ ſancti, ſed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animadvertens eos non amore correctionem, ſed odio deſiderare vindictam. Itaque poſtquam docuit eos, quid eſſet diligere proximum tamquam ſeipſum, infuſo etiam Spiritu Sancto, quem decem diebus completis poſt Aſcenſionem ſuam deſuper, ut promiſerat, miſit; non defuerunt tales vindictæ, quamvis multo rarius, quam in veteri teſtamento. Ibi enim ex majori parte ſervientes timore premebantur. Hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis Apoſtoli Petri, Ananias, & uxor ejus, ſicut in Actibus Apoſtolorum legimus, exanimes ceciderunt: nec reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti ſunt.

Prov. 3. — Luc. 14. — 3. Reg. 18. — 4. Reg. 1. — Matth. 22.

TITULUS XX.

De divortio propter conſanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum.

Dictum eſt ſupra qualiter ad matrimonium conjungendum agatur: ſed quia plerumque conjunctum ſeparatur; ideo conſequenter videndum, qualiter matrimonium ſeparetur & quia accuſatio debet præcedere divortium; ideo primo videndum eſt, qui matrimonium accuſare, & in ipſo teſtificari poſſint, & qualiter accuſatio ſit facienda.

Ad hoc ſciendum eſt, quod quilibet poteſt accuſare matrimonium ad plenum divortium celebrandum, qui non prohibetur. Prohibentur quoque generaliter omnes extranei, quouſque ſunt aliqui de conſanguinitate conjugum, qui velint, & poſſint matrimonium accuſare; conſanguineis autem deficientibus, admittuntur antiquiores, & veraciores vicini, quibus eadem propinquitas nota ſit. Et eſt iſtud ſpeciale, quod conſanguinei ad accuſationem matrimonii admittuntur, ſicut pater, mater, frater, ſoror, patruus, avunculus, amita, matertera, & tota eorum procreatio, ut cauſſa 35. q. 6. c. 1. & 2. ſeu, *Conſanguineos*, & c. *Videtur nobis*, extr. qui matrim. accuſ. poſſ. c. *Videtur nobis*.

Idem ac aliud.

Conſanguineos extraneorum nullus accuſet, vel conſanguinitatem in Synodo computet; ſed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id eſt, pater, & mater, ſoror, & frater, patruus, avunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota ſit, Epiſcopus canonice perquirat: & ſi inventa fuerit propinquitas, ſeparentur.

FABIANUS PAPA.

Videtur nobis, quod ſecunda, quam contra prohibitionem Eccleſiæ duxit, non ſit uxor, etiamſi primam non haberet deſponſatam: nam quod contra interdictum, & ordinem Eccleſiæ factum eſt, tamquam inordinatum, ratum non haberi tam humanæ, quam divinæ legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate ſuperduxit, prohibitione renitente, uxor non eſt, eam cogendus eſt accipere, quam juravit, & deſponſavit, & ex ea prolem genuit, ut juramenti religio non vilipendatur, & fides ad invicem promiſſa ſervetur, & proles in cultu Dei nutriatur & educetur, & alii exinde occaſionem pejerandi, & alios decipiendi aſſumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriuſque ſexus in teſtificationem ſuorum ad matrimonium conjungendum vel dirimendum admittantur, tam antiqua conſuetudine, quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, & ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus, & chartis, tum etiam ex recitatione majorum ſcire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius ſciunt, & quorum eſt intereſſe, ita ut, ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur (*Pater non recipiatur in cauſſa filii, nec filius in cauſſa patris*) in criminalibus cauſſis & contractibus verum eſt; in matrimonio vero conjungendo & disjungendo, & ex ipſius conjugii prærogativa, & quia favorabilis res eſt, congrue recipiuntur.

CALIXT. PAPA. *Decretum Eccleſiæ Florentinæ miſſum.* Idem eſt, ac decret. extr. qui matrim. accuſ. poſ. c. *Videtur nobis*.

Ratio autem eſt, quia unuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus, & chartis, cum recitatione Majorum ſcire laborat. Verumtamen in multis locis hoc hodie non ſervatur; quoniam extranei admittuntur ad accuſationem, etiam exſiſtentibus conſanguineis, qui hoc poſſent. Item tam maritus, quam uxor poteſt matrimonium accuſare; ſed tamen tam ipſi conjuges, quam ex-

extranei prohibebantur olim ab accuſatione temporis diuturnitate, ſcilicet ſi ſteterant ſimul ſine quæſtione per 20. vel 18. annos; & jura ſuper hoc prodita erant, & ſuper eis multa nominata, quæ omnia revocantur expreſſe per conſtitutionem Concilii generalia. Extra, de
v. pag. 261 conſ. & affin. c. *Non debet*, *§. Prohibitio*, verſ. *Cum ergo jam uſque ad quartum gradum prohibitio conjugalis copulæ ſit reſtricta*, &c.

Pone, quod aliquis tempore contractus matrimonii tacuerit, poſtea vult accuſare matrimonium; numquid poteſt?

Ad hoc ſufficiat diſtinctio Decret. extr. qui
v. pag. 473 matrim. accuſ. poſſ. c. *Cum in tua*.

Innoc. III ,, CUm in tua diœceſi (& infra) Si vero ,, poſt contractum matrimonium aliquis ,, appareat accuſator, cum non prodierit in publicum, quando banna ſecundum conſuetudinem in Eccleſiis edebantur, utrum vox ſua debeat accuſationis admitti, merito quæri poteſt. Super quo ſic duximus diſtinguendum, quod ſi tempore denunciationis præmiſſæ, is, qui jam conjunctos impetit, extra diœceſim exſiſtebat, vel alias denunciatio non potuit ad ejus notitiam pervenire, ut puta, ſi nimiæ infirmitatis fervore laborans, ſanæ mentis patiebatur exilium, vel in annis tam teneris conſtitutus, quod ad comprehenſionem talium ejus ætas ſufficere non valebat: ſeu alia cauſſa legitima fuerit impeditus, ejus accuſatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter præſumatur, quod denunciationem publice factam idem exſiſtens in ipſa diœceſi minime ignoraverit; tamquam ſuſpectus eſt proculdubio repellendus; niſi proprio firmaverit juramento, quod poſtea didicerit ea, quæ objecerit, & ad hoc ex malitia non procedat; quia tunc, etiamſi didiciſſet ab illis, qui denunciationis tempore ſiluerunt, claudi non debet eidem aditus accuſandi: quoniam, etſi ab impetitione hujuſmodi culpa de tali ſilentio contracta illos excluderet; iſte tamen amoveri nequiret, cum culpabilis non exſiſtat.

Patet ex his, quæ dicta ſunt de accuſatione, qui poſſint teſtificari contra matrimonium, & qui non; quoniam omnes, qui admittuntur ad accuſationem, admittuntur ad teſtimonium; dummodo ſint legitimæ perſonæ ad teſtificandum; alias etiam qui prohibentur ab accuſatione, a teſtimonio prohibentur.

In ſumma nota, quod ſi fiat accuſatio ſuper fœdere matrimonii, hoc eſt, quando matrimonium dicitur nullum eſſe propter conſanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum; poteſt contra contumacem, lite non conteſtata, procedi ad teſtium receptionem, & etiam ad definitivam ſententiam: ſi autem fiat accuſatio de adulterio ad thori ſeparationem, ſecus
v. pag. 393 eſt. Extr. ut lit. non conteſt. cap. 1. *Ad hæc Deus*, & cap. *Quoniam frequenter*, *§. Porro*.

Innocent. III. *Abbati ſ. Proculi, & L. Canonico Bononienſi.* ,, AD hæc Deus (& infra) Cum cauſſa, ,, quæ inter R. & B. uxorem ejus vertitur, auctoritate Apoſtolica vobis commiſſa fuiſſet; tandem Procurator ejuſdem R. libello uxoris, quo virum ad ſeparationem thori, & ut dotem reciperet, de adulterio accuſabat, noluit reſpondere, donec advocatus ejus veniret, inducias poſtulando. Qui cum hujuſmodi inducias ſæpe petendo, vobis illudere videretur; tandem ad præſentiam veſtram accedens, dixit ſe reſpondere paratum; ſed die ſtatuto, cum crederetur reſponſurus libello, reſtitutionem uxoris primo fieri poſtulavit, ne ſecus fieret, appellando. Verum quia dicebat mulier, ſe virum habere ſuſpectum, & idem Procurator nec de mulieris impunitate cavere, nec veſtro ſe curaſſet poſtmodum conſpectui præſentare; vos teſtes mulieris recipere ſtuduiſtis (& infra) Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quod licet ordo judiciarius in aliis controverſiis ſit ſervandus, & in matrimonialibus cauſſis non uſquequaque ſervetur; quia tamen in præſenti negotio non eſt actum de fœdere matrimonii, ſed de crimine adulterii (per quod ad ſeparationem conjugii, non ad conjunctionem intenditur) quia lite non conteſtata teſtes fuerunt recepti, & atteſtationes etiam publicatæ, ſive deferendum, ſive non deferendum appellationi fuiſſet, non eſt ad definitivam ſententiam procedendum; potuit tamen præfatus R. propter ſuam contumaciam, vel etiam Procuratoris (ſi ſciens non purgaverit eamdem) excommunicationis ſententia innodari.

Item licet pater, & mater ſint idonei teſtes pro filio, vel filia, ubi agitur de fœdere matrimonii, id eſt, utrum ſit talis conſanguinitas inter illos, de quibus agitur, quæ debeat impedire matrimonium, vel non, ut extra qui matrim. accuſar. poſſ. cap. *Videtur nobis*; tamen v. ſupra.
ſi de ipſo contractu, id eſt, utrum matrimonium ſit inter eos contractum, quæſtio ventiletur, tamquam ſuſpecti ſunt repellendi, niſi ille, cujus filius, vel filia conjuncta dicitur, ſuperior eſt divitiis, nobilitate, potentia, vel honore. Et hoc credo, quia parentes videntur filiorum incrementum, & honorem diligere. Extra de teſtib. cap. *Super eo* 2.

,, SUper eo, quod a nobis tua devotio poſtu- Alex. III. *Matthæo Cardinali.*
,, lavit, utrum viro negante ſe mulierem affidaſſe, ipſius mater mulieris, & altera mulier poſſint ad teſtimonium recipi, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod cum mater, filiæ incrementum, & honorem videtur diligere, ubi vir ſuperior eſt divitiis, & nobilitate, potentia, vel honore, teſtimonium ejus videtur eſſe ſuſpectum, & ideo non eſſe aliquatenus admittendum. Super ea vero quæſtione, quam feciſti, an mulier conjungenda non ſit viro, pro eo quod ſola mater alterutrius eos eſſe conſanguineos confitetur; reſpondemus, quod ſi non eſt firmatum matrimonium inter eos, matre aſſeverante ipſos eſſe conſanguineos, non debent conjungi; quia præſumtio eſt non modica, quod ſe linea conſanguinitatis attingant: ſi vero matrimonium eſt firmatum, non debet ſine plurium juramento diſſolvi.

Item in cauſſa matrimonii idem poteſt accuſator, & teſtis. Arg. cauſſa 35. q. 6. c. *Epiſcopus in Synodo*, & c. *De parentela*, extra, de te- v. pag. 81.
ſtib. cogend. c. *Præterea*.

,, EPiſcopus in Synodo reſidens poſt con- Burchard. Papa.
,, gruam allocutionem, ſeptem ex plebe ejus Parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medium debet evocare: & allatis ſanctorum pignoribus unumquemque illorum tali Sacramento conſtringat. Amodo in antea, quidquid noſti, aut audiſti, aut

,, poſt-

,, poſtmodum inquiſiturus es, quod contra voluntatem Dei, & rectam Chriſtianitatem in iſta Parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit tantum, ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat: ſi ſcis, aut indicatum fuerit tibi Synodalem cauſſam eſſe, & ad miniſterium Epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam ullatenus celes Epiſcopum, aut ejus Miſſum, cui hoc inquirere juſſerit, quandocumque ex hoc te interrogaverit. Sic Deus adjuvet, & illæ ſanctorum reliquiæ. Illud Sacramentum, quod iſte juraverit de Synodali cauſſa, quod tu illud ex te ita obſervabis, in quantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es. Sic te Deus adjuvet, &c.

CELESTIN. III.

,, PRæterea ſi teſtes publici, quos tua civitas nuncupat Synodales, ſuper cauſſa matrimonii coram te, vel tuo Capitulo ſemel teſtimonium reddiderint, non debent compelli, ut in præſentia alicujus delegati judicis ſuper eadem cauſſa iterato præbeant juramentum, dummodo aliter fiat fides judici delegato, niſi forte articulus novæ quæſtionis emergat: hujuſmodi vero teſtes publico jure poſſunt propter infamiam a perhibendo teſtimonio removeri, ſi eam poſtquam in communi recepti fuerant, contigerit contraxiſſe; quorum teſtimonia, ſi quandoque non ſtudioſe, ſed in proferendo erraverint, & ſe incontinenti correxerint, reprobari non debent: ſecus autem erit, ſi correctioni ſuæ interpoſuerint intervallum.

Poſtillat.

NOn eſt expreſſum in capitulis, quæ hic allegat Magiſter, quod in cauſſis matrimonii idem poſſit eſſe accuſator, & teſtis; ſed in illo cap. Epiſcopus, *agitur de ſeptem teſtibus Synodalibus, qui debent eſſe maturiores, & honeſtiores, atque veraciores viri, ſub qua forma debeant jurare Epiſcopo, quod quidquid noverint, &c.*

v. ſupra.

De Parentela. *Exprimitur eadem forma juramenti,* c. Præterea: *ibi dicitur, quod ſi teſtes publici, qui Synodales vocantur, ſuper cauſſam matrimonii coram ordinario Epiſcopo ſemel teſtimonium dixerint, &c.*

TITULUS XXI.

Qualiter accuſatio ſit facienda in matrimonio contracto, vel contrahendo.

POſtquam tractavimus, qui matrimonium accuſare poſſunt, & qui non; conſequenter videndum eſt, qualiter accuſatio fieri debeat; ad quod

Inſcriptio, in quo accuſator ſe obligat ad talionem.

Nota, quod in matrimonio improprie dicitur accuſatio; quia non fit inſcriptio, ſed dicitur denunciatio, quæ fit propter peccatum, in quo permanent: fit autem denunciatio quandoque ſine ſcriptis; ſed melius, & tutius eſt, ut in ſcriptis fiat: ad hoc eſt arg. extr. de reſtit. ſpol.

v. pag. 518

c. *Litteras*, extr. qui matrimon. accuſ. poſſ. c. *A nobis*.

CLEMENS III.

,, A Nobis quæſitum eſt, utrum aliqui ſuper accuſatione matrimonii, nihil voce propria depromentes, debeant per ſolam cartulæ conſcriptionem admitti. Ad hoc reſpondemus, quod in talibus, niſi quantum ad præſumtionem, nullius momenti eſt conſcriptio, quoad ſententiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur.

Hujus accuſationis, vel denunciationis forma talis eſt: *Ego N. dico, vel denuncio vobis, Domine Epiſcope, quod matrimonium Petri, & Mariæ ſtare non poteſt; quia ſunt conſanguinei in tali gradu.* Vel ſi eſt alia cauſſa divortii, ipſam debeo apponere in libello. Præterea in conſanguinitate, vel affinitate ſolet dari alius libellus, & parti adverſæ oſtendi, ut ſciat, qui impetitur, quid actor probare velit, in quo continentur gradus conſanguinitatis, & perſonæ propriis nominibus deſignatæ.

Porrecto vero libello, Sacramentum de veritate dicenda a partibus ſuſcipiatur, & examinatio, & probatio per ordinem fiat.

Pone, quod duo fratres, vel duo conſanguinei habent duas ſorores, vel duas conſanguineas in uxores, in alterum, & uxorem fertur ſententia divortii propter conſanguinitatem ab Eccleſia; quæritur utrum alter propter hoc poſſit ſeparari ab uxore ſua, vel qualiter cum ipſa ſe debeat habere.

Ad hoc dicas, quod nullo modo propter hoc poteſt ſeparari; quia res inter alios acta, aliis non præjudicat. Extr. de fide inſt. cap. *Inter dilectos*: ibi: *Porro ſi legitimum eſſet inſtrumentum ſententiæ; per illam tamen ſententiam nullum Mediolanenſi Epiſcopatui præjudicium poterat generari, cum ipſa ſententia lata fuerit inter alios, & res inter alios acta, aliis non præjudicet.* Innoc. III. Mediolan. Archiepiſ.

Quantum autem ad carnalem copulam diſtinguo, quia aut ſcit conſanguinitatem, aut aliud perpetuum impedimentum inter ſe, & uxorem ſuam, aut credit. In primo caſu non exigat, nec reddat; in ſecundo, ſi credit ex cauſſa probabili, reddat, ſed non exigat: ſi autem credit ex cauſſa levi, vel temeraria, reddat, & ſi poteſt, deponat erroneam conſcientiam, & poſtea exigat. Extr. de ſent. excomm. v. pag. 57.

c. *Inquiſitioni*.

Poſtillat. Quæſita.

NUmquid cum aliquis audit perpetuum impedimentum eſſe inter ſe, & uxorem ſuam, tenetur inquirere veritatem, maxime ſi credit, quod impedimentum illud probari non poſſit in judicio?

Reſp. Si audivit illud impedimentum a fide dignis, & non ſuſpectis, cum non debeat eſſe negligens ſuæ ſalutis, tenetur inquirere veritatem, nec debet diſſimulare, ut qui per hoc minus peccet, quod neſcit veritatem; quia hæc eſſet affectata ignorantia, quæ non excuſat: & ſi ad teſtimonium alicujus fide digni, jurati, vel non jurati concipiat probabilem opinionem; non debet exigere, licet debeat reddere.

Sed numquid tenetur credere hujuſmodi viro fide digno, maxime jurato, dicenti ſe ſcire veritatem?

Item numquid tenetur credere compari ſuo, ſimiliter dicenti, aut etiam Sacerdoti ſuo, aut etiam famæ publicæ?

Reſp. Non credo, quod teneatur, ita quod mortaliter peccet, ſi non credat, licet peccet venialiter, & ex humana tentatione, ſi non credat: ubi probabiliter credendum eſt, ſicut & peccare poteſt venialiter, credendo nimis de facili, ubi credendum non eſt.

Numquid peccat mortaliter Sacerdos, vel etiam alter conjugum, vel quicumque alius inſinuando hujuſmodi impedimentum alteri conjugum, vel ambobus?

Reſp. Si credit, quod probare non poſſit, indi-

ſcrete

Digitized by Google

ſerete agit, niſi credat, quod velit in hac parte peritorum conſilio obedire.

Quid, ſi probari poſſit impedimentum, & hoc credat, vel ſciat Sacerdos Parochialis, vel alter conjugum?

Reſp. Credo, quod tunc tenetur tam iſte, quam ille ſolemniter ad divortium agere, niſi impetrari poſſit de conſenſu communi ipſorum conjugum, quod cohabitent ſimul, tamquam frater & ſoror.

Numquid propter quamcumque probabilem opinionem de impedimento perpetuo, abſque tamen certa conſcientia, tenetur alteruter conjugum, vel uterque denegare debitum reliquo?

Reſp. Non tenetur, niſi illa probabilis opinio ſurgat ex tali facto, ſuper quo judicat Canon præſumtionem; ut quando uxori conſtat, quod vir ejus ante matrimonium cum ea contractum, jacuit nudus cum nuda ſorore, vel conſanguinea ejuſdem uxoris.

In ſumma non eſt prætermittendum, quod in contracto jam matrimonio accuſatio locum habet; in contraheodo vero nequaquam; quia non habet locum accuſatio, quum nun eſt, qui legitime accuſari poſſit: ſed poteſt denunciari conſanguinitas, vel aliud impedimentum, pro qoo matrimonium prohibetur. Extr. de deſponſ. impub. cap. *Ad diſſolvendum*.

[Innocent. III. *G. & P. quondam filiis Malebrancæ.*] „ AD diſſolvendum quod factum fuerat inter I. & S. (& infra) Accuſatione pro puella ſuper conſanguinitate propoſita, præfatus I. multas exceptiones propoſuit, per quas nitebatur vos ab accuſatione multipliciter removere (& infra) Interloquendo pronunciamus inter juvenem, & puellam, nec matrimooinm, nec ſponſalia fuiſſe contracta, cum conſtet puellam nondum ad ſeptennium perveniſſe. Quocirca nec accuſatio locum habebat, cum noo eſſet, quod poſſet legitime accuſari. Denunciari tamen poterat conſaoguinitas, ut interdiceretur matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitime probandam terminum aſſignamus, ſalvis exceptionibus non ſolum propoſitis, ſed etiam proponendis. Ne vero quiſquam in puellam interim attentetur, auctoritate Apoſtolica interdicimus, ne in negotio de novo procedatur ulterius, donec vel a denunciatione ceſſetur, vel ea probata ordine judiciario procedatur. Quod ſi contra interdictum noſtrum in præjudicium ipſius aliquid fuerit attentatum, id irritum eſſe decernimus, & viribus omnioo carere.

Item antequam contrahatur matrimonium, vel ſponſalia, ſufficit ſola denunciatio ſine probatione, ſi non intervenerit juramentum; alioquin neceſſe eſt probare ſaltem famam. Extra, de ſponſal. cap. *Præterea de muliere*, de conſang. & affin. cap. *Super eo*. [v. pag. 470]

[Alex. III. *Epiſcopo ſanctæ Agathæ.*] „ PRæterea de muliere, quæ a viro impetitur, cujus conſanguineus eum ea ſe deliquiſſe proponit, ſed hoc publice confiteri recuſat propter metum, & potentiam mulieris; taliter reſpondemus, ut matrimonium ipſum fieri (niſi juramentum interveniſſet) diſtricte prohibeas, ne deterius inde contingat.

TITULUS XXII.

De divortio propter fornicationem.

IN ſuperiori titulo ſufficienter oſtenſum eſt, qui admittantur ad accuſationem matrimonii, & qualiter ſit faciendum, quum divortium poſtulatur in totum; conſequenter videndum eſt, qui admittantur ad accuſationem, quæ fit propter fornicationem, quando agitur ad ſeparationem thori, & relaxationem mutuæ ſervitutis: & talis accuſatio magis proprie dicitur accuſatio, quam illa, de qua dictum eſt in præcedenti titulo; quoniam illa fit propter adulterii crimen, & fit cum inſcriptione. Item licet tam ſecundum Canones, quam ſecundum leges, quilibet bonæ famæ admittatur ad accuſationem adulterii, quum ad pœnam agitur legalem, vel Canonicam infligendam; ad illam tamen accuſationem matrimonii, quæ fit propter adulterium commiſſum, quum agitur ad thori ſeparationem, nullus admittitur, niſi maritus, vel uxor, de qua in præſenti titulo tractare intendimus. Videndum eſt ergo qualiter hujuſmodi accuſatio debeat fieri, & quando maritus prohibeatur ab accuſatione adulteræ uxoris, & quis ſit effectus accuſationis, ſi probat, quod intendit.

§. I.

Qualiter accuſatio debeat fieri.

CIrca primum articulum teneas, quod maritus volens accuſare uxorem de adulterio coram judice ſæculari ad pœnam legalem, debet inſcribere, id eſt, libellum accuſationis facere, & ad pœnam talionis ſe obligare: ſed ſi coram judice Eccleſiaſtico vult eam accuſare ad thori ſeparationem, tenetur ei dare libellum accuſationis; ſed non debet ſe obligare ad pœnam talionis: quoniam ſive probaret, quod objiceret, ſive non; haberet quod vellet, id eſt, privaretur ab uxoris amplexu. Extr. de procur. c. *Tuæ fraternitatis*.

„ TUæ fraternitatis (& infra) Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi vir accuſet uxorem de crimine adulterii coram judice ſæculari ad pœnam legitimam infligendam; quia tunc inſcriptionis vinculum debet arripere, ſeque ad pœnam talionis adſtringere, non per Procuratorem, ſed per ipſum præſentem oportet præſentialiter accuſare: ſi vero vir accuſare velit uxorem de adulterio coram Eccleſiaſtico judice, ut ab ejus cohabitatione diſcedat; quia tunc, etſi forſan oporteat eum inſcribere, ut deſignet in ſcriptis nomen, locum, & tempus, & omnia, quæ comprehenduntur in lege civili; ad talionem tamen non debet ſe aliquatenus obligare, ne forte cum in probatione defecerit, intentionis ſuæ conſequatur effectum: ſuſtineri poteſt, ſi neceſſitas id poſtulaverit, ut per Procuratorem accuſet; quoniam hujuſmodi accuſatio, etſi de crimine fiat, non eſt tamen criminalis, ſed quaſi mixta inter civilem, & criminalem, quamquam in præſentia perſonarum principalium ſecurius procedatur. [Innoc. III *Brixienſi Epiſcopo.*]

No-

Notandum autem, quod in hac accuſatione, ſicut in reliquis caſibus matrimonialibus, poteſt maritus agere, & illa reſpondare per Procuratorem, quamvis ſecurius in præſentia principalium perſonarum ageretur, ut dicitur in eadem Decretali, *Tua fraternitatis*: forma vero libelli accuſationis talis eſſa debet: Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. Reſidente Domino, &c.

Poſtillat. *Formula libelli eſt, Anno Domini, &c. Reſidente Gregorio IX. in Apoſtolica ſede, & Domino N. Epiſcopo in Aurelian. Eccleſia, idus Septembris, indictione* 10. *Ego P. accuſo uxorem meam Bertam de adulterio apud te, Domine G. Aureli. Epiſcope, quia dico ipſam commiſiſſe adulteriam cum Martino in villa Mandun. in domo G. in menſe Majo præſentis anni nuper tranſacto, quod paratus ſum legitime probare; unde peto a cohabitatione ejus, & ſervitute, qua ſum ei obligatus, abſolvi.*

Hæc forma libelli hujus habetur in illo cap. Tuæ fraternitatis, & 2. quæſt. 7. cap. Libellum; *& nota de hoc verſus*:

Conſule menſe, die, coram prætore profeſſus,
Te de fratre reum, crimen, loca pone, ſodalem.
Et licet hora, dies, non menſis prætereatur.

Quaſi dicat: non tenetur diem, neque horam commiſſi criminis in libello exprimere, ſed menſem tamen inſtitutæ accuſationis exprimere debet.

Sequitur videre, quando maritus poteſt uxorem de adulterio accuſare, & quando non; vel econverſo uxor virum; quia in hoc caſu non ad imparia judicantur, ut cauſſa 32. q. 1. capit. *Si quis uxorem*, & quæſt. 5. cap. *Præcepit Dominus*, & cap. *Chriſtiana religio*. v. pag. 476 v. pag. 168

Et eſt quidem generaliter verum, quod maritus poteſt accuſare, & dimittere uxorem propter fornicationem, & econverſo, dicente Domino in Evangelio: *Omnis, qui dimiſerit uxorem, excepta cauſſa fornicationis, facit eam mœchari, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Iſta ſententia extenditur ad fornicationis ſuſpicionem; quod intelligo, ubi adeo eſt violenta ſuſpicio, ut merito illa probata, videatur etiam probata fornicatio, verbi gratia: ſi probatum eſt, quod fuit ſolus cum ſola, nudus cum nuda in eodem lecto jacens, hora, & loco ſecretis, ad hoc commodis. Cauſſa 32. quæſt. 1. cap. *Dixit Dominus in Evangelio*, verſ. *Ubicumque igitur eſt fornicatio, vel fornicationis ſuſpicio, libere uxor dimittitur*, ut extr. de præſumt. cap. *Litteris fraternitatis*. Matth. 19.

Alex. III.
,, LItteris fraternitatis tuæ receptis nobis in-
,, notuit, quod cum P. ab A. muliere,
,, quam in uxorem acceperat peteret, ſeparari,
,, accuſatores matrimonii produxerunt teſtes
,, firmiter aſſerentes, quod poſtquam mulier
,, cum prædicto viro contraxerat matrimonium,
,, conſanguineam viri ejuſdem ſolum cum ſo-
,, la, nudum cum nuda in eodem lecto ja-
,, centem, ea (ut credebant) intentione, ut
,, eam cognoſceret carnaliter, viderunt mul-
,, tis locis ſecretis, & latebris ad hoc commo-
,, dis, & horis electis (& infra) Conſultationi
,, tuæ taliter reſpondemus, quod ex hujuſmo-
,, di violenta, & certa ſuſpicione fornicatio-
,, nis, poteſt ſententia divortii promulgari: ita
,, quidam, ut vir licentiam habeat, mortua il-
,, la, ducendi aliam, muliere ſine ſpe conju-
,, gii remanente.

Item credo, quod extenditur ad crimen Sodomiticum, ut propter illud poſſit uxor dimittere virum, & econverſo. Cauſſa 32. quæſt. 7. cap. *Omnes cauſſationes*, & cap. *Adulterii malum*. v. pag. 435

Hieron. ad Amandum.
,, OMnes cauſſationes Apoſtolus amputans
,, apertiſſime definivit, vivente viro, eſſe
,, adulteram mulieram, ſi alteri nupſerit. No-
,, lo mihi proferas raptoris violentiam, matris
,, præſtationem, patris auctoritatem, propin-
,, quorum catervam, ſervorum inſidias, pa-
,, rentum contumelias, damna rei familiaris:
,, quamdiu vivit vir, licet adulter ſit, licet So-
,, domita, licet flagitiis omnibus coopertus,
,, & ab uxore propter hæc ſcelera derelictus,
,, maritus tamen ejus reputatur, cui alterum
,, virum accipere non licet. Nec Apoſtolus
,, hæc propria auctoritate decernit; ſed Chri-
,, ſto in ſe loquante, Chriſti verba ſecatus eſt,
,, qui ait in Evangelio: *Qui dimiſerit uxorem* Matth. 19.
,, *ſuam, excepta cauſſa fornicationis, facit eam*
,, *mœchari: & qui dimiſſam acceperit, adulter eſt.*
,, Unde & Apoſtoli gravem conjugii ſarcinam
,, intelligentes: *Si ita eſt*, inquiunt, *non expe-*
,, *dit homini uxorem accipere*. Ad quos Domi-
,, nus: *Qui poteſt*, inquit, *capere, capiat*. Statim-
,, que ſub exemplo trium eunuchorum, vir-
,, ginitatis infert beatitudinem, quæ nulla le-
,, ge carnis tenetur.

Poſtillat. *QUid, ſi vir cum propria uxore tale opus exerceat?*

Reſp. Hugot. notavit ſuper illud cap. 32. *quæſt.* 4. Meretrices, *quod propter quamlibet pollutionem extraordinariam poteſt vir uxorem, vel uxor virum dimittere, ſi alter agat cum altero in membro innaturali, vel poſteriori: in cap. etiam, quod habetur* 32. *quæſt.* 7. Omnes cauſſationes, *ſatis idem notaſſe videtur.*

Quid, ſi aliquis polluat aliquam aliam, quam uxorem extra clauſtrum pudoris, vel vas; vel aliquis polluit ſe propriis manibus; numquid propter hoc poterit dimitti ab uxore, vel econverſo?

Arg. Quod ſic 32. *quæſt.* 4. *cap.* Meretrices, *ubi dicitur ab Auguſtino, quod nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus uſus intelligi debet.*

Reſp. Hugot. & Joann. dicunt, quod non credunt, quod propter hoc poſſit dimitti maritus, vel uxor. arg. 35. *quæſt.* 3. *cap.* Extraordinaria.

Numquid propter voluntatem fornicandi ſine acta, poterit dimitti vir, ſive uxor, cum hujuſmodi voluntas dicatur fornicatio? 32. *quæſt.* 7. *cap.* Non ſolum.

Reſp. Non poteſt dimitti propter hujuſmodi voluntatem: quia cum dicitur, quod propter fornicationem poteſt dimitti vir, vel uxor; verbum Fornicationis, *cum effecta accipiendum eſt. Arg. de pœnit. diſt.* 1. *c.* Hæc autem verba.

Item intelligendum eſt etiam de ſpirituali fornicatione, verbi gratia, ſi maritus, vel uxor incidat in hæreſim, Judaiſmum, vel Gentilitatis errorem. Cauſſa 28. quæſt. 1. cap. *Idololatria*, extr. de divort. c. *Quæſivit*, & cap. *De illa*, & cap. *Quanto*. v. pag. 474

August. In ſerm. de in monte lib. 1. c. 27. & 28.
,, IDololatria, quam ſequuntur infideles, &
,, quælibet noxia ſuperſtitio, fornicatio eſt:
,, Dominus autem permiſit cauſſa fornicatio-
,, nis uxorem dimitti; ſed quia permiſit, &
,, non juſſit, dedit Apoſtolo locum monendi,
,, ut qui voluerit, non dimittat uxorem infi-
,, delem, quo ſic fortaſſis poſſit fidelis fieri.
,, *Item*. Si infidelitas fornicatio eſt, & idolo-
,, latria infidelitas eſt, & avaritia idololatria;
,, non eſt dubitandum, & avaritiam fornicatio-
nem

„ nem eſſe. Quis ergo jam quamlibet illicitam
„ concupiſcentiam poteſt recte a fornicationis
„ genere ſeparare, ſi avaritia fornicatio eſt?
„ Ex quo jam intelligitur, quod propter illi-
„ citas concupiſcentias non tantum, quæ in
„ ſtupris cum alienis viris, aut feminis com-
„ mittuntur, ſed omnino propter qualibet,
„ quæ animam corpore male utentem a lege
„ Dei eberrere faciunt, & perniciose, turpi-
„ terque corrumpunt, poſſit ſine crimine, &
„ vir uxorem ſuam dimittere, & uxor virum;
„ quia exceptam Dominus fecit cauſſam forni-
„ cationis: quam fornicationem (ſicut ſupra
„ conſideratum eſt) generalem, & univerſalem
„ intelligere cogimur. Cum autem ait: *Exce-*
„ *pta cauſſa fornicationis*, non dixit, cujus ipſo-
„ rum, viri, an feminæ. Non enim fornican-
„ tem tantum uxorem dimittere conceditur;
„ ſed quiſquis eam quoque uxorem dimittit, a
„ qua ipſe cogitur fornicari, cauſſa utique for-
„ nicationis dimittit, velut ſi aliquem cogat u-
„ xor ſacrificare idolis: qui talem dimittit,
„ cauſſe fornicationis dimittit, non tantum
„ illius, ſed & ſuæ: illius, quia fornicatur:
„ ſuæ, ne fornicetur.

ALEX. III. „ QUæſivit a nobis (& infra) Nos itaque
„ taliter reſpondemus, quod mulier pro
„ furto, vel alio crimine viri ſui (niſi fidei ſuæ
„ religionem corrumpere velit) ab eo ſeparari
„ non debet. Verum ſi conjugem ſuam ad in-
„ fidelitatis maleficium traxerit, a viro poterit
„ ſeparari, ita quod ei nubere alii non licebit:
„ quia licet ſeparentur, ſemper tamen conju-
„ ges erunt. In viris quoque præſentis ſenten-
„ tiæ forma ſervetur.

URBANUS III. *Florent. Archiepiſ.* „ DE illa, quæ viro ſuo labente in hære-
„ ſim, ipſius conſortium ſine judicio Ec-
„ cleſiæ declinavit, videtur nobis, quod mulier
„ (maxime ſi ea intentione deceſſit, ut lapſus
„ in hæreſim tædio pariter, & confuſione affe-
„ ctus, ſe ab errore ſuo converteret) ei, cum re-
„ verſus fuerit, eſt reddenda: quæ etiam ſi re-
„ varti noluerit, compellatur: ſi vero judicio
„ Eccleſiæ ab eo receſſit, ad recipiendum eum
„ nullatenus dicimus compellendam.

Eſt tamen differentia in hoc, quia propter fornicationem carnalem ſemel commiſſam poteſt vir dimittere uxorē, & uxor virum; propter fornicationem autem ſpiritualem non poteſt, ſi vallet ſe corrigere. Extr. de div. c. *De illa*. *v. ſupra.*

§. II

Quando maritus prohibeatur ab accuſatione adulteræ uxoris.

SUnt tamen quidam caſus, in quibus uxor adultera non poteſt accuſari a viro.

Primus, ſi ipſe convincitur fornicari, ut cauſſa 32. q. 6. per totum, extr. de divort. c. *Significaſti*. *v. pag. 577 & 578*

ALEX. III „ SIgnificaſti, quod quidem, uxore ſua ſine
„ judicio Eccleſiæ dimiſſa, pro eo quod
„ ſuggeſtum ſibi fuerat, ipſam inceſtum cum
„ quodam cōſanguineo ſuo commiſiſſe, vinculo
„ fuit propter hoc excommunicationis aſtrictus:
„ verum mulier non continuit, ſed ſobolem de
„ alio viro ſuſcepit: nec minus poſtulat viro
„ reſtitui, aſſerens ſe ab iſto injuſte dimiſſam,
„ & eumdem ſibi materiam adulterandi dediſſe.
„ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod
„ ſi notorium eſt, mulierem ipſam adulterium
„ commiſiſſe, ad eam recipiendam præfatus
„ vir cogi non debet, niſi conſtaret ipſum cum
„ alia adulterium commiſiſſe.

Secundus, ſi ipſe proſtituit eam. Extr. de eo qui cogn. conſang. uxor. ſuæ, c. *Diſcretionem*. *v. pag. 478*

Tertius, quū ipſa credebat virum defunctum, & ipſa nupſit alii, quia maritus rediens tenetur eam recipere, non obſtante tali adulterio, niſi ſteterit ſcienter cum ſecundo marito, poſtquam primus venerit, ut cauſſa 34. q. 2. cap. *Cum per bellicam*, & c. *Si virgo*. *v. pag. 508*

„ SI virgo neſciens viro nupſerit alieno; hoc AUGUST.
„ ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc e- *In lib. de*
„ rit adultera: ſi autem ſciat, jam hoc eſſe in- *fide & o-*
„ cipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubave- *perib. c. 7.*
„ rit. Sicut in jure prædiorum tamdiu quiſque
„ bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quam-
„ diu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero
„ ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit;
„ tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur; tunc
„ juſte juſtus poſſeſſor vocabitur.

Quartus ſi cognita fuerit latenter ab aliquo, quem credebat eſſe proprium virum, ut eſt arg. cauſſa 34. q. 2. c. *In lectum mariti*.

„ IN lectum mariti abſente uxore ſoror ivit Ex Conc.
„ uxoris; quam ille uxorem putans ſuam *Tribur.*
„ eſſe, dormivit cum ea. Super hoc viſum eſt,
„ ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probaverit,
„ quod inſcius fecerit hoc ſcelus, pœniten-
„ tiam quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat,
„ & legitimum ſuum conjugium habere per-
„ mittatur. Illa vero vindicta digna affligatur,
„ & in æternum conjugio privetur.

Quintus, ſi fuerit vi oppreſſa, ut cauſſa 32. q. 5. c. *Propoſito*. Hoc autem intelligo de vi abſoluta: *v. pag. 463* nam ſi metu, vel præcepto parentum, inſtantia conſanguineorum, vel alia conſimili cauſſa fornicaretur cum aliquo, de facto non excuſatetur: ut cauſſa 32. q. 7. c. *Omnes cauſſationes*. *v. ſupra.*

Sextus eſt, quando reconciliavit eam ſibi poſt adulterium commiſſum, vel eam publice adulterantem retinet in conſortio maritali. Cauſſa *v. pag. 476* 32. q. 1. c. 1. 2. & c. ſeq., c. *Sicut crudelis*, & *v. pag. 474* c. *Dixit Dominus*, & c. *In conjugio*, C. ad leg. Jul. de adult. *Crimen adulterii*.

Septimus eſt (licet raro occurrat) quod ſi aliquis infidelis conjugem infidelem dimittat, dato ſibi libello repudii, & illa nubat alii ſecundum ritum ſuum; ſi ille convertatur ad fidem, & ipſa ſimiliter convertatur, ipſe tenetur eam recipere, nonobſtante, quod ſit ab alio cognita, cui ſe conjunxerat, niſi aliter fuerit fornicata. Extr. de divort. c. *Gaudemus*, §. ult. *v. pag. 504*

§. III.

Quis ſit effectus accuſationis.

EFfectus hujus accuſationis eſt, quod ſi maritus probat, quod intendit, vel mulier hoc confiteatur, niſi mulier replicet contra eum aliquem de prædictis caſibus; abſolvitur ab ejus cohabitatione, & a ſervitute, quæ ſibi tenebatur, & habitum religionis ea invita ſumere poteſt, ut cauſſa 27. q. 2. c. *Agatboſa*. Et in *v. pag. 69.* ſæculo ſine ea vivere poteſt; ſed tamen continere tenetur, quamdiu ille vivit.

Poſtillat. *QUid, ſi propria auctoritate dimiſerit eam, & intraverit Monaſterium; numquid poteſt revocari ab ea?*

Reſp. Hugot. videtur notaſſe ſuper illud c. Agathoſa, *quod ſi publice morata eſt cum adultero, vir ante ſententiam Eccleſiæ poteſt intrare Monaſterium ea invita; ſed eo invito illa non poteſt.*

Quid, ſi uterque commiſit fornicationem, poteſt ne alter altero invito intrare Monaſterium?

Reſp. Non poteſt: & ſi intraverit ſine conſenſu alterius, extrahetur ab eo; quia cum ſit in pari cauſſa turpitudinis, neuter poteſt dimittere, vel accuſare, & ſecundum Hugot. ille etiam, qui immunis eſt a fornicatione, in nullo caſu poteſt monachari, altero invito ante judicium Eccleſiæ; niſi cum alter publice moratus eſt cum adultero.

Quid, ſi uterque intrat Monaſterium ſine licentia alterius; numquid alter poterit exire, & repetere alterum?

Reſpondet Hugot. quod non; quia votum utriuſque tenuit, quantum ad non exigendum: ad quid ergo alter repeteret alterum, cum ab eo nihil repetere poſſet? Præterea uterque in ipſo ingreſſu religionis videtur abſolvere reliquum a debito reddendo: & ita utriuſque votum tenet, & quoad non exigendum, & quoad non reddendum debitum.

Quid, ſi illa jam ingreſſa eſt Monaſterium, ipſo non contradicente; numquid poterit eam revocare?

Reſpondeo: Credo, quod non. Videtur tamen Hugutionem notaſſe ſuper illud c. Agathoſa, *quod lata ſententia divortii propter fornicationem: idem judicium eſt de viro, & muliere, ſcilicet, quod uterque invito altero poteſt intrare Monaſterium; quia per ſententiam Eccleſiæ uterque ex toto renunciat juri ſuo.*

Pone, quod lata eſt ſententia divortii ad ſeparationem thori propter adulterium uxoris, poſtea vir adulteratur; quæritur utrum mulier poſſit ipſum repetere, non obſtante ſententia.

Solutio. Dicunt quidam quod non, & credo, verum eſſe de rigore juris. Arg. cauſſa 6. q. 4. c. *Nicolaus Papa* *Quod bene ſemel definitum eſt, nulla debet iteratione retractari*. Judex tamen ex officio ſuo debet illum cogere redire ad uxorem. Arg. extr. *v. pag. 504* de jurejur. c. *Tua nos* 2. & de divort. c. *Ex lit- v. pag. 63.* *teris*, & c. *Gaudemus*.

Alex. III ,, EX litteris tuis accepimus, quod V. quan-
,, dam duxit uxorem, qui paucis tempo-
,, ribus fuere concordes: proponebat enim i-
,, dem V. quod illam per violentiam ſibi illa-
,, tam, metu etiam mediante, duxiſſet (&
,, infra) Tandem vir uxorem ſuam ſuper
,, crimine fornicationis in jure convenit, quæ,
,, neſcitur quo ducta ſpiritu, cœpit publice
,, confiteri; quod cum vir negaret ei in ne-
,, ceſſariis providere, crimen compulſa eſt in-
,, currere memoratum: cumque diligentius a
,, te fuiſſet admonita, ne ad ſuggeſtionem a-
,, licujus illud tam turpe contra ſe proponeret,
,, ipſa id manifeſtius aſſerebat. Sane tu, con-
,, vocato Capitulo tuo, cum ex eorumdem
,, conſilio, utrique privatim continentiam in-
,, junxeris obſervandam, ita quod caſte vive-
,, rent, ab invicem ſegregati; memoratus V.
,, furtim cum alia ſponſalia, & nuptias te-
,, mere celebravit: verum cum factum inqui-
,, rere laborares, ſupradictus V. ſeriem rei ex-
,, plicans, & exponens, ad audientiam noſtram
,, dicitur appellaſſe. Unde fraternitati tuæ
,, mandamus, quatenus, ſi res ita proceſſit,
,, prætaxatum virum ad legitimam uxorem red-
,, ire compellas.

Et Apoſtolus ad Cor. 1. cap. 7. *His, qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem a viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat.*

Pone, quod vir vult eam reconciliari ſibi poſt ſententiam, illa non vult; numquid eſt cogenda, aut peccat, ſi non redeat.

Videtur mihi, quod ſi vir innocens eſt, quia non peccavit adulterando, poteſt petere illam, etiam invitam ſibi reconciliari, non obſtante ſententia; quia quod favore meo introductum eſt, in damnum meum retorqueri non debet. C. de leg. *Quod favore*.

Pone, quod vir adulteratus eſt, & occulte, uxor manifeſte; numquid poteſt vir eam accuſare, & per ſententiam dimittere ſine peccato?

Credo, quod non; quia non deficit uxori jus excipiendi, ſed probatio. Arg. cauſſa 32. quæſt. 6. per totum, & maxime c. *Non mœchaberis*. *v. pag. 576 & 577.*

August. *De decem chordis.* ,, NOn mœchaberis, id eſt, non ibis ad ali-
,, quam aliam præter uxorem tuam. Tu
,, autem exigis hoc ab uxore, & non vis red-
,, dare hoc uxori? & cum debeas in virtute
,, præcedere uxorem (quoniam caſtitas virtus
,, eſt) tu ſub uno impetu libidinis cadis? & vis
,, uxorem tuam victricem eſſe, tu victus jaces?
,, & cum tu caput ſis uxoris tuæ, præcedet te
,, ad Deum, cujus caput es? vis domum tuam
,, capite deorſum pendere? Caput enim mulie-
,, ris eſt vir. Ubi autem melius vivit mulier,
,, quam vir, capite deorſum pendet domus. Si
,, caput eſt vir, melius debet vivere vir, & præce-
,, dere in omnibus bonis factis uxorem ſuam, ut
,, illa imitetur virum, & ſequatur caput ſuum.

Si tamen vir egiſſet pœnitentiam, & uxor monita, nollet agere pœnitentiam, ſed perſeveraret in adulterio; credo, quod ſine peccato poſſet eam accuſare, & dimittere per ſententiā. Cauſſa 32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. ſeu, c. *Sicut crudelis*, & c. *Dixit Dominus*, & c. *In conjugio*, & c. *Si quis uxorem*. *v. pag. 476 & 473.*

Sed numquid uxor adultera poſt pœnitentiam poteſt repellere virum ab accuſatione, vel e converſo, vir uxorem?

Videtur quod ſic; quia ſicut ait Gregorius: *Non debet deſpici in eo, quod fuit, quia jam incipit eſſe, quod non fuit*, Diſt. 50. c. *Ferrum*.

Gregor. *Sup. Job. 28.* ,, FErrum de terra tollitur, cum fortis pro-
,, pugnator Eccleſiæ a terrena, quam prius
,, tenuit, actione ſeparatur. Non ergo in eo de-
,, bet deſpici quod fuit, quia jam incipit eſſe
,, quod non fuit.

Credo tamen contrarium; quia pœnitentia non tollit jus accuſandi, vel excipiendi, vel replicandi in foro judiciali, ſive contentioſo. Diſt. 25. c. *Primum*, cauſſa 33. q. 2. c. *Admonere*, cauſſa 6. q. 1. c. *Qui crimen*, extr. de teſtib. c. *Teſtimonium* *v. pag. 267 & 440.*

Hadrian. Papa. ,, QUi crimen intendit, agnoſcendum eſt,
,, ſi ipſe ante non fuerit crimiuoſus; quia
,, periculoſa eſt, & admitti non debet rei ad-
,, verſus quemcumque profeſſio.

Gregor. IX. ,, TEſtimonium ejus, cui ab adverſa parte
,, opponitur crimen, merito reprobatur in
,, criminali cauſſa, ſive civili, ſi in ipſo crimine
,, perſeverat. Si vero ſit de crimine emendatus,
,, & cum non comitetur infamia; non eſt in

,, cauſ-

Digitized by Google

,, cauſſa civili, vel etiam cum de crimine civi-
,, liter agitur (præter quam pro reatu perjurii)
,, repellendus. In criminali autem, ſi, in alio
,, judicio, inſtituta accuſatione contra ipſum
,, de crimine convictus exſtitit, vel confeſſus;
,, vel ſi nunc per exceptionem exinde convin-
,, catur, aut gravata ſit ejus opinio, pro eo
,, quod quandoque fuit tali modo repulſus,
,, quamvis in hoc caſu non excluderetur in
,, cauſſa civili, poteſt a teſtimonio (licet e-
,, gerit pœnitentiam) removari,

TITULUS XXIII.

De numero teſtium, tam in matrimonio, quam in aliis caſibus.

ULtimo videndum eſt, quot teſtes in cauſſa matrimoniali ſufficiant: & generaliter verum eſt, quod duo teſtes: tot enim ſufficiunt regulariter in omni cauſſa, ut teſtatur veritas in Evangelio, ut extr. de teſtib. c. *In omni negotio*. Cauſſa 2. q. 5. §. 1.

PASCHALIS PAPA. ,, IN omni negotio principalis perſona dicens
,, veritatem de re ſibi nota, rectiſſime ha-
,, benda eſt pro teſte, cui adhibito uno, effi-
,, ciuntur duo teſtes, adhibitis duobus, effi-
Matth. 18. ,, ciuntur tres. Quod patenter oſtendit Domi-
Luc. 17. ,, nus, cum dicit: *Si peccaverit in te frater tuus,*
,, *corripe eum inter te, & ipſum ſolum: quod ſi*
,, *te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos*
,, *teſtes; ut in ore duorum, vel trium ſtet omne*
Joann. 8. ,, *verbum*. Idem alibi affirmat dicens: *Ego*
,, *ſum, qui teſtimonium perbibeo de me ipſo, & teſti-*
Deut. 17. ,, *monium perbibet de me Pater. Nam in lege ve-*
,, *ſtra ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimo-*
,, *nium verum eſt*.

Gratian. ,, QUod vero quarto loco quærebatur, an
,, duorum teſtimonio Epiſcopus ſit con-
,, demnandus, multorum auctoritatibus proba-
,, tur. Sicut enim in Evangelio Joannis legi-
,, tur: Ait Chriſtus ad Judæos: *In lege veſtra*
Joann. 8. Deut. 17. ,, *ſcriptum eſt, quoniam duorum hominum teſtimo-*
,, *nium verum eſt*; hinc conſequenter argumen-
,, tatur contra eos dicens: *Si duorum hominum*
,, *teſtimonium verum eſt, quare teſtimonium meum,*
2. Cor. 13. ,, *& Patris mei non accipitis?* Item Paullus:
,, *In ore duorum, vel trium ſtat omne verum*. I-
Hebr. 10. ,, tem in Epiſt. ad Hebr. *Qui prævaricans le-*
,, *gem Moyſi duobus, vel tribus teſtibus convictus,*
,, *ſine miſeratione lapidabitur*.)

Fallit hæc regula in quibuſdam caſibus, in quibus certus numerus eſt ſtatutus. Cauſſa 4. q. 2. & 3. c. 3. ſen, *Si teſtes*, §. *Ubi numerus*.

Lib. 22. ff. de teſtib. ,, SI teſtes .... Ubi numerus teſtium non ad-
,, jicitur, etiam duo ſufficient: pluralis e-
,, nim locutio duorum numero contenta eſt.

Unus caſus eſt, quia ſi forte accuſaretur Clericus Romanæ Eccleſiæ, plures teſtes exigerentur, quam duo. Cauſſa 2. q. 5. c. *Præſul*, & cap. *Nullam*.

SILVESTER In generali Synodo. ,, PRæſul non damnabitur, niſi cum 72. teſti-
,, bus .... Presbyter autem Cardinalis, niſi
,, cum 44. teſtibus non damnabitur: Diaconus
,, vero Cardinalis urbis Romæ, niſi cum 27.
,, teſtibus non condemnabitur; Subdiaconus A-
,, colythus, Exorciſta, Lector, Oſtiarius, nonni-
,, ſi 7. teſtibus condemnabitur: teſtes autem,
,, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

,, NUllam damnationem Epiſcoporum um- LEO V.
,, quam eſſe cenſemus, niſi aut ante le-
,, gitimum numerum Epiſcoporum (qui fit
,, per 12. Epiſcopos) aut certa probata ſenten-
,, tia per 72. teſtes idoneos, qui tales ſint, qui
,, accuſare poſſint: & prius ad ſacra Chriſti quat-
,, tuor Evangelia, Sacramenta præſtent, quod ni-
,, hil falſum depromant: ſicut nobis B. Silveſter
,, tradidit, & Romana ſancta videtur tenere
,, Eccleſia: & ſi inter eos, quos damnandos
,, eſſe dixerint homines, fuerit Epiſcopus, qui
,, ſuam cauſſam in præſentia Romanæ ſedis E-
,, piſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum
,, definitivam præſumat dare ſententiam, ſed
,, omnino eum audiri decernimus.

Quidam tamen intelligunt illud ex cauſſa: alias enim ſufficerent duo boni teſtes, etiam in hoc caſu. Cauſſa 2. q. 5. c. *Nullam*, §. ultimo, *v. ſupra* ſen, *Sed hoc*.

,, NUllam .... (Sed hoc vel ſpeciali privile- Gratian.
,, gio de Clericis Romanæ Eccleſiæ in-
,, telligitur, vel propter improbitatem quorum-
,, dam, qui cum non ſint ſpectatæ vitæ, &
,, ſcientiæ, in accuſationem miniſtrorum Dei
,, repente proſiliunt. Quorum vero vita lauda-
,, bilis eſt, vel in omnibus imitanda appareat:
,, de quorum aſſertione nulla dubitatio naſci
,, poterit, eorum teſtimonio duorum, vel trium
,, teſtium quilibet jure convinci & damnari
,, poterit.

Alius caſus, ubi infamatus de crimine debet ſe purgare. Require in ſumma de pœnit. in tit. de purgationibus, §. *Circa proceſſum*, verſ. *Eſt autem digna ſatisfactio*.

Item in teſtamentis requiruntur ſeptem, ut C. de teſtam. *Hac conſultiſſima*: in Codicillis, & aliis ultimis voluntatibus, quinque, ut C. de Codicil. l. ultima in fine. Videtur tamen, quod iſtæ leges non teneant per Decret. extr. de teſtam. c. *Cum eſſes*, & c. *Relatum*, ubi expreſſe dicitur, quod in teſtamentis ſufficiunt duo, vel tres teſtes: vel dic, illas decretales reſtringendas eſſe ad pias cauſſas, ut puta ſi in teſtamentis, vel codicillis legaretur aliquid pauperibus Eccleſiis, vel aliis piis locis, valent quantum ad illa, etiam cum duobus, vel tribus teſtibus. Item licet quædam cauſſæ exigant plures teſtes, quam duos, nulla tamen eſt, in qua unus ſufficiat, quantæcumque ſit dignitatis. Extr. de teſtib. c. *Licet univerſis*, & c. *Cum a nobis*. Cauſſa 4. q. 2. & 3. c. *Si teſtes*, §. *Jurisjurandi*.

,, LIcet univerſis (& infra) Quia non eſt ALEX. III
,, licitum alicui Chriſtiano, & multo mi-
,, nus Crucis Chriſti inimico, ut cauſſæ ſuæ
,, unius tantum, quaſi legitimo teſtimonio
,, finem imponat; mandamus, quatenus, ſi
,, inter vos, & quoſcumque Judæos emerſerit
,, quæſtio, in qualibet cauſſa Chriſtiani; &
,, maxime Clerici, non minus, quam duo-
,, rum, vel trium virorum, qui ſint probatæ
,, vitæ, & fidelis converſationis, teſtimonium
,, admittatis: juxta illud Dominicum: *In ore* v. pag. 118.
,, *duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum*:
,, quia licet quædam ſint cauſſæ, quæ plures,
,, quam duos exigant teſtes; nulla eſt tamen
,, cauſſa, quæ unius teſtimonio (quamvis le-
,, gitimo) terminetur.

,, CUm a nobis (& infra) Et Canonica, & INNOC. III Conſulibus, & populo Beneventano.
,, civilia jura ſequentes, diſtrictius inhi-
,, bemus, ne unius judicis, quantæcumque fue-
,, rit auctoritatis, verbo credatur in cauſſis; ſive

„ ſuper teſtamentis, ſive quibuslibet aliis contractibus quæſtio agitetur. Nec ſcriptum eorum (niſi teſtium adminiculo fulciatur) eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint, & debeant duorum, vel trium teſtium bonorum teſtimonia prævalere, ſalva in omnibus Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

In 22. lib. ff. tit. de Teſtib. „ SI teſtes.... Jurisjurandi religione teſtes prius quam perhibeant teſtimonium, coarctentur, & honeſtioribus potius fides teſtibus adhibeatur. Unius vero teſtimonium nemo judicum in quacumque cauſſa facile patiatur admitti: immo unius teſtis reſponſio omnino non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat.

Eſt tamen caſus, in quo ſufficeret unus teſtis. Require in ſumma de pœnitentia, in tit. de Sacramentis, §. *Poſt prædicta*, verſ. *Unus*, *quando dubitabatur*.

TITULUS XXIV.

De Filiis.

TRactatum eſt ſupra de matrimoniis: ſed quia matrimonia cauſſa filiorum contrahuntur; ideo conſequenter de ipſis filiis videamus, oſtendentes, qui filii ſint legitimi, & qui non; & qualiter non legitimi legitimantur, & quid prodeſt eos legitimos eſſe.

---

§. I.

Qui filii ſint legitimi, & qui non?

LEgitimus filius eſt, qui de legitimo matrimonio natus eſt, vel de eo, quod in facie Eccleſiæ legitimum reputatur, quamvis in veritate matrimonium non fuerit. Extr. qui filii ſint leg. c. *Cum inter*, & c. *Gaudemus*.

ALEX. III. „ CUm inter I. virum, & T. mulierem divortii ſententia canonice ſit prolata, filii eorum non debent exinde ſuſtinere jacturam: cum parentes eorum publice ſine contradictione Eccleſiæ inter ſe contraxiſſe noſcantur. Ideoque ſancimus, ut filii eorũ, quos ante divortium habuerunt, & qui concepti fuerant ante latam ſententiam, non minus habeantur legitimi, & quod in bona paterna hæreditario jure ſuccedant, & de parentum facultatibus nutriantur.

INNOCENT. III. *Epiſcopo Tiber.* „ GAudemus (& infra) Ceterum prolem de infidelium conjunctionibus natam, qui ſecundo, tertio, vel ulteriore gradu, ſecundum opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu; poſt fidem receptam (utilitate publica ſuadente) legitimam volumus reputari.

Et hoc intelligo verum eſſe, quando ambo conjuncti ſunt bona fide, credentes ſe legitime copulatos, vel dummodo alter eorum tantum hoc credat: quia ſi mulier alicui conjugato nubat bona fide, credens eum ſolutum, & ex eo filios ſuſcipiat; legitimi judicantur, & utrique parenti ſuccedunt. Extr. qui fil. ſint leg. c. *Ex tenore*.

„ EX tenore litterarum veſtrarum nobis innotuit, quod cum G. vidua hæreditatem quondam R. mariti ſui ſibi, & pupillo filio ſuo reſtitui poſtularet, pars adverſa petitionem ejus nitebatur excludere, pro eo quod R. maritum ipſius viduæ de adulterio genitum aſſerebat (& infra) Intelligentes, quod pater prædicti R. matrem ipſius in facie Eccleſiæ ignaram, quod ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in uxorem, & dum ipſa conjux ipſius legitima putaretur, dictum R. ſuſcepit ex eadem; in favorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes. INNOC. III *H. & R. Canonicis Benevent.*

Si quis vero clandeſtina, & interdicta conjugia inire præſumſerit in gradu prohibito, etiam ignoranter, ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta prorſus illegitima eſt cenſenda, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium; quum illi taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectantes ignorantiæ videantur: pari modo proles illegitima eſt cenſenda, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum, etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumſerunt: Cauſſa 35. quæſt. 2. & 3. c. *Conjunctiones*, extr. qui fil. ſint leg. c. *Referente*, & eſt expreſſum extr. de cland deſponſ. c. *Cum inhibitio*, §. *Si quis vero*.

„ COnjunctiones conſanguineorum fieri prohibete, quando has & divinæ, ſæculique prohibent leges. Leges ergo divinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non ſolum ejiciunt, ſed & maledictos appellant. Leges vero ſæculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero ſequentes Patres noſtros, & eorum veſtigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames eſſe cenſemus, quia infamiæ maculis ſunt aſperſi: nec eos viros, nec accuſationes eorum, quos leges ſæculi rejiciunt, ſuſcipere debemus (& infra) Eos autem conſanguineos dicimus, quos divinæ, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum leges conſanguineos appellant, & in hæreditatem ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt. v. pag. 519 CALIXTUS Papa. *Ad Epiſc. Galliæ*.

„ REferente nobis (& infra) Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod publicæ honeſtatis juſtitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit ſeparari: ac per hoc cum filii, nec per Eccleſiæ permiſſionem, nec per paternam ignorantiam excuſentur, ad ſucceſſionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi. CÆLEST. III. *Eboracen. Epiſc.*

Item notandum, quod quadruplex eſt ſtatus filiorum: alii ſunt naturales, & legitimi, ut ſunt illi, qui de uxoribus procreantur: alii ſunt naturales tantum, ut filii concubinæ, ſicut ſunt, qui de ſoluto, & ſoluta naſcuntur, quæ poſſet uxor eſſe: alii ſunt legitimi tantum, ut ſunt adoptivi: alii nec legitimi, nec naturales, qui dicuntur ſpurii, ut ſunt illi, qui de adulterio, vel de inceſtu nati ſunt.

Digitized by Google

ſ. II.

Qualiter non legitimi legitimantur.

PRimus modus eſt per ſubſequens matrimonium, quomodo, ſi quis habens naturales de aliqua, poſtea contrahit cum ea, filii jam nati legitimantur; ſed ſi ſpurios habet ex ea, illi non efficiuntur legitimi, ut habetur expreſſe extr. qui fil. ſint leg. cap. *Conqueſtus*, & c. *Tanta*. Inſtitut. de nuptiis, ſ. ult.

Alex. III. „ COnqueſtus eſt nobis H. quod cum quamdam mulierem in uxorem acceperit, R. patruus mulieris ipſam exhæredare conatur, eo quod ante deſponſationem matris ſuæ nata fuerit, licet poſtea pater mulieris præfatæ matrem ipſius acceperit in uxorem. Ideoque mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eam legitimam judicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri hac occaſione ſuper hæreditate paterna moleſtiam inferat, vel gravamen. Si autem contra hoc venire præſumſerit, contra eum ſeveritate Eccleſiaſtica procedatis.

Alex. III Exonien. Epiſcopo. „ TAnta eſt vis matrimonii, ut qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur. Si autem vir, vivente uxore ſua, aliam cognoverit, & ex ea prolem ſuſceperit; licet poſt mortem uxoris eamdem duxerit, nihilominus ſpurius erit filius, & ab hæreditate repellendus; præſertim ſi in mortem uxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus.

Secundus fit per ſpecialem indulgentiam Domini Papæ. Extr. qui filii ſint legit. c. *Per venerabilem*. Hi duo modi ſecundum Canones reperiuntur. v. pag. 475

Sequuntur alii quidam ſecundum leges: unus eſt, ſi pater offerat filium naturalem curiæ Imperatoris, fiatque curialis, efficitur legitimus, ſive pater habeat filios legitimos, ſive non, ut in Authen. quibus modis naturales, ff. cap. *Sui*, ſ. *Si quis igitur*, Coll. 7. Secundus, ſi pater decedens in teſtamento eum legitimum nominet hæredem, & ipſe poſtea offerat Principi teſtamentum, volens fieri legitimus, accipiet jus legitimorum. Tertius modus eſt, ſi nullo filio legitimo exſiſtente, patreque defuncto, ipſe naturalis filius ſe ipſum offert. Hos omnes modos habes in Authen. quibus modis natural. effic. c. *Sui*, §. 1. & ſ. *Si quis igitur*, Coll. 7. Quartus modus eſt ſecundum leges, ſi pater in publico inſtrumento, vel cum trium teſtium ſubſcriptione ſcripto eum filium nominet, nec adjecit naturalem; legitimus efficitur, ut in Authen. ut liceat matri, & aviæ, §. *Ad hoc autem*, Coll. 8.

ſ. III.

Quid prodeſt filios legitimos eſſe?

PRodeſt autem filios eſſe legitimos, quia ſuccedunt in omnibus bonis parentum, ut in Auth. quibus modis natur. efficiunt. *Sui*, §. *Et quoniam*, & C. de ſuis, & legitim. hæredit. per totum, ut in præallegatis Decretalibus, cap. *Conqueſtus*, & cap. *Tanta*: & ad omnes actus legitimos idonei reputentur. v. ſupra.

NOta, quod idem eſt de Rege Franciæ, qui nullum habet ſuperiorem, quod eſt de Imperatore, quoad hujuſmodi legitimationes faciendas. Papa autem, utrum legitimare poſſit quoad ſucceſſionem hæreditariam, in illis locis, ubi non habet temporalem juriſdictionem, duplex eſt opinio. Joann. dixit, quod revera Papa non poteſt legitimare in temporalibus principaliter, & directe, ubi temporalem juriſdictionem non habet; ſed eo ipſo, quod legitimat aliquem quoad ſpiritualia, per quamdam conſequentiam ſecundario, & non directe legitimat eum ad temporalia, quæ ſunt minus digna, & pro hac opinione allegatur Papa in illo, cap. Per venerabilem. *Alii dicunt, quod Papa, ubi juriſdictionem temporalem non habet, poteſt legitimare quoad ſucceſſionem hæreditariam. Vincentius tamen, & Hugot. & Joan. dixerunt, quod cum Papa legitimat aliquem ad actus ſpirituales, quod poteſt facere ubicumque, & de quibuſcumque; eo ipſo taliter legitimatus poteſt fieri judex, & habere temporales honores, & officia, quæ alias non poſſet.* Poſtillat.

Naturales vero filii tantum in duabus unciis, id eſt, in ſexta parte hæreditatis patri ſuccedere poſſunt, ſi ipſe pater habet filios, vel parentes, vel uxorem: ſi vero ipſe decedens non habet filios, uxorem, vel parentes; pater in teſtamento, vel inter vivos totam hæreditatem naturalibus filiis poteſt largiri. C. de naturalib. liberis. Authen. *Licet patri*.

LIcet patri) *Ibi dicitur, quod ſi pater non habet legitimam prolem, vel parentem, cui relinqui neceſſe eſt; poteſt vel in teſtamento, vel inter vivos totam ſubſtantiam ſuam dimittere, & dare naturalibus filiis ſuis: ſi autem parentes habeant tantum legitima illis relicta, reliquum naturalibus diſtribuere poteſt: ſi autem non habet ſobolem ſimilem, vel uxorem; filii naturales, & concubina, quæ ſola fuerit, vel indubitato affectu conjuncta, in duabus unciis ſuccedunt ab inteſtato, ut matri, ſi ſupereſt, virilis portio detur: hujuſmodi enim naturales boni viri arbitratu etiam paſci neceſſe eſt, ſive ſint legitimi, & ſuccedant, ſive conjuge viva, quilibet alii ſint hæredes: hi ergo & parentibus ſuis præſtant parem, ſi opus eſt, pietatem; ſed qui ex damnato ſunt coitu, omni beneficio excluduntur.* Poſtillat.

Spurii vero, & qui ex damnato ſunt coitu, omni prorſus beneficio excluduntur, ut dicitur in fine ejuſdem Authen. Sollicitudinis tamen Epiſcopi intererit, ut uterque parentum talibus liberis, ſecundum quod eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſubminiſtrent. Extr. de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult. cap. *Cum haberet*, in fine. v. pag. 499

TITULUS XXV.

De dote, & donationibus propter nuptias.

QUoniam publice intereſt, mulieres dotes ſuas habere, ut iterum nubere poſſint; ideo poſt tractatum matrimonii, de dote agendum eſt, quæ acceſſoria eſt matrimonio, ut ff. de jur. dotium l. 2. & 3. Et quia judicium de dote ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, ſive ordinarius ſit, ſive delegatus, eo ipſo quod cauſſa matrimonialis committitur, etiam cauſſa dotis tam-

quam

quam acceſſoria ſibi committi intelligitur. Extra, de donat. inter virum, & uxorem, & de dote poſt divort. reſtit. c. 1. 2. & 3. ſeu, cap. *Mulieres*, & cap. *Significavit*, & cap. *De prudentia*, & de conjug. ſer. c. *Propoſuit*. v. pag. 483

Ex Conc. *Apud Vormaciam*.
,, MUlieres cum pro aliqua licita cauſſa a
,, propriis viris fuerint ſeparatæ, totam
,, dotem præcipimus ſibi reddi.

Urbanus III. *Decano, Cantori, & Capitulo Lexon.*
,, SIgnificavit P. mulier, quod H. quem lo-
,, co viri tenebat, divortio inter eos ſole-
,, mniter celebrato, dotem ſuam illicite deti-
,, net, & reddere contradicit: poſſeſſiones et-
,, iam, quæ ipſis, dum ſimul viverent, cujuſ-
,, cumque contractus titulo communiter obve-
,, nerunt, ea prorſus excluſa, ſibi nititur ven-
,, dicare. Ideoque mandamus, quatenus, ſi
,, ita eſt, & non eſt aliud, quod obſiſtat, ipſum
,, ad reſtitutionem dotis, & diviſionem eorum,
,, quæ olim communiter habuerunt, diſtrictio-
,, ne Eccleſiaſtica compellatis.

Clemens III.
,, DE prudentia veſtra miramur, quod cum
,, vobis cauſſam matrimonii, quæ verte-
,, batur inter H. & M. commiſiſſemus termi-
,, nandam: & vos conſanguinitatem inter eos
,, invenientes, ſententiam divortii tuliſſetis;
,, de dote, quam a viro mulier repetebat, quid-
,, quam ſtatuere diſtuliſtis. Quia igitur vos,
,, qui de matrimonio principaliter cognoviſtis,
,, & de dote (quæ eſt cauſſa incidens) acceſſo-
,, rie cognoſcere voluiſtis, & ſententialiter diſ-
,, finire; mandamus, quatenus prædictum H.
,, monitione præmiſſa cogatis, ut prædictæ M.
,, totam dotem (ſicut Canonicum fuerit) re-
,, ſtituere non moretur.

Et ideo ex quo judex de matrimonio cognoſcit, & de dote ſimiliter judicare debet: & hoc idem de approbata conſuetudine in Civitate Bononienſi obſervatur, quæ tam Canonici juris, quam legalis magiſterium obtinet, ac primatum, & ab exordio litis, vel ſaltem antequam ſententia proferatur, maritus cautionem pignoratitiam, vel fidejuſſoriam præſtat uxori de dote ſtatim, vel in congruo termino reſtituenda, ſi ſententia divortii fuerit promulgata; alioquin quidam judices numquam in cauſſa procedunt.

Videndum igitur quid ſit dos; quæ dotis ſpecies; quid paraferna, quid donatio propter nuptias; in quibus caſibus maritus lucretur dotem; in quo caſu dotem reddere teneatur, & cui, & quando.

---

§. I.

De dote, dotiſque ſpeciebus.

DOs eſt quædam datio a parte mulieris parti viri facta pro onere matrimonii, quod ſuſtinet. Dotis autem natura eſt, ut, durante matrimonio, duret; ſoluto vero, ſolvatur; quia ſine eo eſſe non poteſt, & ipſa dos eſt quaſi patrimonium mulieris, ff. De minoribus denique, §. *Sed utrum*, in fin.

Species dotis ſunt duæ, alia profectitia, alia adventitia: profectitia dos eſt, quæ a patre pro filia, vel ab avo pro nepote, vel de bonis eorum datur; vel quam alius de mandato eorum dat, ut ff. de jure dotis, *Profectitia*.

Poſtillat. DE mandato) *Et etiamſi ſine mandato agenti negotium nomine alicujus data ſit; vel ſi quis etiam patri donaturus dedit; aut ſi curator furioſi, aut prodigi dotem dedit, ut in d. l.* Profectitia.

Adventitia dos eſt, quam ipſa dat pro ſe, vel aliquis alius a patre, vel avo, ſive ſit frater, ſive avunculus, ſeu alius quivis.

Item dos, alia datur æſtimata, alia inæſtimata: ſi æſtimata datur, tam lucrum, quam damnum pertinet ad maritum, tamquam ad rei emtorem: ſi vero inæſtimata datur, damnum, & lucrum ejus ad mulierem pertinent, ut ff. de jure dotis, *Plerumque*, exceptis fructibus, qui pertinent ad maritum propter onera matrimonii, quæ ſuſtinet; quia debet alere filios & uxorem, ut ff. de jure dotis, *Plerumque*, & *Dotis fructus*.

Vidimus quid ſit dos, videamus quid ſit paraferna, & unde dicatur. Paraferna eſt, quod mulier habet poſt, vel præter dotem undecumque, & dicitur a *Para*, quod eſt *juxta*, & *Ferna*, quod eſt dos. Unde dicitur *Paraferna*, id eſt, juxta dotem. Habet autem paraferna privilegium ad inſtar dotis: ſicut enim uxor habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote; ſic & pro rebus paraſernalibus marito datis, ut C. de pactis conven. l. ult.

IN quibuſdam regionibus habent ex conſuetudine locum illa paraſernalia: in Francia autem de conſuetudine locum non habent in pluribus locis: ſed de conſuetudine vir recipit in dotem omnia bona mulieris immobilia; mobilia autem ſunt communia viro, & uxori, tam ea, quæ proficiſcuntur ex parte viri, quam ea, quæ ex parte uxoris. Poſtillat.

L. ult. ibi: (*Ex præſenti noſtra lege habeat hypothecam uxor contra res mariti, ex qua pecunias ille exigit*) *& loquitur ibi de rebus paraſernalibus.*

---

§. II.

Quid ſit donatio propter nuptias.

DOnatio propter nuptias eſt, quod ſponſus ſponſæ donat. Extr. de donat. inter vir. & mul. c. *Nuper*, in fin.

Innoc. III *Archid. S. Andreæ de Scotia.*
,, NUper a nobis tua diſcretio requiſivit, ſi
,, aliqua terra data fuerit alicui, non in
,, hæreditatem, vel feudum, ſed tantum, quoad
,, vixerit, poſſidenda: & ipſe poſtmodum tertiam
,, partem uxori ſuæ in dotem conceſſerit, utrum,
,, eo defuncto, præfatam dotem uxor (dum vi-
,, xerit) habere debeat, & tenere; cum Eccle-
,, ſia dotes protegere teneatur viduarum? Po-
,, ſtulaſti præterea, ſi qua terra data fuerit alicui,
,, & hæredi, quem de uxore legitima procrea-
,, ret, in hæreditatem, vel feudum, & ipſe uxo-
,, ri ſuæ quadam parte ipſius in dotem conceſſa,
,, deceſſerit poſtmodum ſine prole, an mulier
,, dotem eamdem de jure poſſet habere? Nos au-
,, tem conſultationi tuæ taliter reſpondemus,
,, quod cum regulariter nullus plus juris in alium
,, transferre poſſit, quam eum conſtet habere;
,, vir, cui terra prædicto modo conceditur, non
,, poteſt uxori relinquere, quod ei non licuit,
,, niſi quoad vixerit, poſſidere: nec licet uxori
,, ſuæ partem illius terræ in donationem pro-
,, pter nuptias ex viri conceſſione tenere, niſi
,, donationi ille, ad quem ſpectat dominium
,, illius terræ, voluerit conſentire. Quod autem
,, de prima conſultatione dicimus, hoc reſpon-
,, demus etiam de ſecunda: nam licet Eccleſia in

,, cauſ-

,, cauſſis viduarum ſe favorabilem debeat ex-
,, hibere ; contra juſtitiam tamen non eſt eis
,, ſavor Eccleſiaſticus concedendus : illud vero
,, te nolumus ignorare , quod uxor dare dici-
,, tur viru dotem ; vir autem nxori donatio-
,, nem ſacere propter nuptias , ſecundum legi-
,, timas ſanctiones.

Hujuſmodi autem donationis proprium eſt, ut ſi paciſcatur maritus de parte dotis lucranda , uxore præmortua ; tantum debet lucrari mulier de donationibus propter nuptias, præmortuo viro , ut extr. de donat. inter vir. & uxorem , cap. *Donatio* , *ſ*. *Sone* , & cap. de pact. convent. *Ex morte*.

Poſtillat. EX morte) *ibi obſervandum eſt, ut quotam partem mulier ſtipulatur ſibi lucro cedere ex ante nuptias donatione, ſi priorem maritum mori contigerit, tantam, id eſt, totam & maritus ex dote partem, necnon pecuniæ quantitatem ſtipuletur ſibi, ſi conſtante matrimonio mulier infata collapſa fuerit.*

Gatcon. IX. ,, DOnatio, quæ conſtante matrimonio in-
,, ter conjuges dicitur eſſe facta (ex qua
,, alter locupletior, & pauperior alter efficitur)
,, firmitatem non habet , niſi donationis obitu
,, confirmetur : quæ tamen penitus evaneſcit ,
,, ſi revocetur ab eo tacite , vel expreſſe ; vel
,, qui donatum accepit , prius debitum naturæ
,, perſolvat. Sane ſoluto matrimonio , ſicut
,, dos ad mulierem , ſic & donatio propter nu-
,, ptias redit ad virum , niſi de conſuetudine
,, ſecus obtineat ; vel ex pacto de lucranda
,, dote , & donatione propter nuptias , quod
,, æquale ſit tamen , hinc inde contrarium in-
,, ducatur:

Editor. *CUm in præcedenti decretali caſus (quem notabilem & quotidianum dicit Panormitanus) continentur , ipſeque titulo conveniat , eam non prætermittendam cenſui , quamvis hic S. Magiſter nullam de ea fecerit mentionem : caſus eſt:*

Vir agens pro dote , non omnino excluditur , ex eo quod vergat ad inopiam , nec præciſe cogitur ſatis dare ultra facultatem propriam : ſed dos ſibi aſſignatur ſub cautione , quam præſtare debet , vel deponitur dos apud mercatorem , ut de honeſto lucro vir ſuſtineat onera matrimonii. Ita ſummat Abbas decretalem dictam, Per veſtras, *de donat. inter vir. & uxor.*

Archiep. & Archid. Genuenſ. ,, PEr veſtras litteras intimaſtis , quod cum
,, magiſtrum R. ſuper quadam ſumma pe-
,, cuniæ pro H. paupere , auctoritate noſtra cu-
,, raveritis convenire , quam idem H. pro do-
,, te uxoris ſuæ requirebat ab eo , dictus R.
,, exceptionem oppoſuit contra ipſum , quod
,, uxoram ſuam a ſe repulerat , & tacita veri-
,, tate ſuper hoc litteras impetraverat : quia
,, cum ſuper eadem dote , alia vice ; coram ve-
,, ſtræ civitatis conſulibus quæſtio mota eſſet ,
,, ipſi pronunciaverunt , ut quoniam idem H.
,, ad inopiam vergere videbatur , dos illa non
,, aſſignaretur eidem , niſi cautionem idoneam
,, de ipſa non peritura præſtaret : unde vos ei,
,, ut de ſalvanda dote caveret , & uxorem ſuam
,, reciperet , præcepiſtis (& infra) Cum ergo
,, ſatis poſſit ei modicum eredi dotis , cui cre-
,, ditum eſt corpus uxoris ; mandamus , qua-
,, tenus dotem aſſignari faciatis eidem , ſub ea,
,, quam poteſt , cautione præſtare · vel ſaltem
,, alicui Mercatori committi , ut de parte ho-
,, neſti lucri dictus vir onera poſſit matrimo-
,, nii ſuſtentare , ne occaſione dotis detentæ ,
,, uxor a viro dimiſſa , ſeu vir , qui dimiſie
,, uxorem , adulterii reatum incurrat.

ſ. III.

Qualiter lucretur , vel reſtituatur dos.

LUcratur maritus dotem tum ex pacto, tum ex lege. Ex pacto , ut ſi paciſcatur de tota dote lucranda , vel ejus parte , ut C. de pact. convent. *Ex morte* , & Authen. *Ibi poſita : Æqualitas omnino ſervanda eſt in dote , & donatione propter nuptias*. Ex lege lucratur maritus dotem , ſi mulier adulterium committit : nam, facto divortio propter mulieris adulterium , mulier dotem amittit , ut expreſſe dicitur extr. de donat. inter virum & uxorem , cap. *Plerumque* , & in Authen. ut liceat mar. & aviæ , *ſ*. *Quia vero* , Coll. 8. *v. Infra.*

Poſtillat. *QUid , ſi mulier amiſit dotem per ſententiam propter fornicationem , lata divortii ſententia quoad ſeparationem thori , & prius probata conſanguinitate inter ipſam , & virum , ſeparentur omnino judicio Eccleſiæ , data utrique licentia contrahendi ; numquid poterit mulier recipere dotem , tamquam non commiſerit adulterium?*

Tancredius dicit , quod ſic : quia ex quo nullum fuit matrimonium , nec ulla dos : & quia Eccleſia decepta fuit in illa ſententia , & veritate probata , illam revocare debet , Extr. de frig. cap. Fraternitatis.

Laurentius dixit , quod non eſt ulterius audienda , licet modo appareat , quod non fuerit matrimonium , nec adulterium ; quia eſt punienda propter intentionem cum opere ſubſecuto , extr. de bigam. c. Nuper , *& cap. ult. & ut per hoc ceteris materia delinquendi auferatur , & ne excogitetur falſa probatio contra matrimonium , propter recuperandam dotem amiſſam.*

Quia vero) *Ibi exprimuntur cauſſæ , ex quibus maritus poteſt impune repudiare uxorem , & dotem uxoris lucrari quoad proprietatem , non exſtantibus filiis , aut filiabus ex illo matrimonio , ſcilicet , ſi contra Imperium cogitantibus aliquibus , conſcia fuerit mulier ; ſi de adulterio a marito convicta ; ſi vitæ viri inſidiata , aut aliis hoc facientibus conſcia , viro non indicaverit ; ſi cum viris extraneis , marito nolente convivatur , aut cum eis lavatur ; & ſi nolente viro foris domum manſerit , niſi forſitan apud proprios parentes ; aut ſi circenſibus , aut theatricis interfuerit ad ſpectandum , ignorante , vel prohibente viro. Nota tamen , quod quidquid dicat lex iſta , non poteſt vir dimittere uxorem , niſi tantum propter fornicationem.*

Similiter mortua uxore inteſtata , deficientibus liberis , & propinquis , vir ſuccedit uxori , & lucratur dotem , & e converſo , ut C. unde vir , & uxor l. 1. In aliis autem caſibus prædictis & dos ad mulierem , & donatio propter nuptias ſoluto matrimonio redit ad virum , niſi ſecus obtineat de conſuetudine approbata , ut extr. de donat. inter virum & uxorem , c. *Plerumque* , & c. *Donatio* , *ſ*. *Sane* , & ff. ſoluto matrimonio , l. penult. §. *Mulier*.

,, PLerumque (& infra) Si mulier ob cauſ- Clem. III.
,, ſam fornicationis , judicio Eccleſiæ , aut
,, propria voluntate a viro receſſerit , nec recon-
,, ciliata poſtea ſit eidem ; dotem , vel dotali-
,, tium repetere non valebit.

Sequitur videre , cui ſit reſtituenda dos , & utique dos a patre profecta , patri reddenda eſt, mor-

mortua in matrimonio filia, ut C. ſoluto matrimonio, *Dos a patre*. Si vero divortium fiat, vivente patre, & filia, dos patri, & filiæ reddenda eſt, ut ff. ſoluto matrimonio l. 2. & l. penult. Si autem dos ſit adventitia, reddenda eſt mulieri, ut ff. ſoluto matrimonio, *Quoties*, §. 1. Quod autem dixi, *Dos a patre profecta patri reddenda eſt*, intelligunt quidam juris doctores locum habere, ſi mulier decedat ſine liberis; alioquin remanet penes liberos, ff. ſoluto matrimonio l. *Poſt dotem*. Alii contra dicunt, ſed prior opinio prævalet.

Ultimo videndum, quando dos reſtitui debet: & eſt tenendum, quod ſi dos conſiſtit in poſſeſſionibus, in rebus ſcilicet immobilibus, puta prædiis, vel domibus; ſtatim reſtitui debet, matrimonio ſoluto: ſi vero ſint res mobiles, puta pecunia, veſtimentum, vel animalia; intra annum: ut hoc totum dicitur C de rei uxor. actione. l. 1. §. *Cum autem*.

Illud in ſumma notandum, quod maritus in dote reddenda non condemnatur, niſi quantum poteſt facere, ſcilicet habita ratione ejus, ne egeat, ut in ead. lege dicitur, & ff. de regulis juris l. *In condemnatione*, & de re judic. *Sunt qui*, cum lege ſequenti.

Poſtillat. IN condemnatione *enim perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, condemnantur, non totum, quod habent, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant*.

Sunt qui *in id, quod facere poſſunt conveniuntur, id eſt, non deducto ære alieno, ut qui pro ſocio conveniuntur, ſi ſocietas eſt omnium bonorum. Item parens, patronus, patrona, liberique eorum, & parentes. Item maritus de dote in id, quod facere poteſt, convenitur. Similiter miles, qui ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatur eatenus, quatenus poteſt ſolvere*.

Quod privilegium tranſit ad filios ejuſdem matrimonii, ut ff. ſoluto matrimonio, *Maritum*.

Præterea illud eſt notandum, quod maritus in reddenda dote, impenſas neceſſarias, & utiles in rebus dotalibus factas, puta quia domum refecit, poteſt retinere, ut ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, leg. 1. Voluptarias vero perdit, ſicut ibi dicitur.

DOmum refecit) *Quæ erat utilis mulieri; vel ſi piſtrinum, vel horreum neceſſario factum ſit, aut ſi oliveta refecta, vel dejecta reſtauraverit; vel in valetudinem ſervorum impenderit; vel ſi vites propagaverit, vel arbores curaverit, vel ſeminaria pro utilitate agri fecerit: hujuſmodi impenſæ ſunt neceſſariæ, ut dicitur in l. prima notata cum ſeq. Voluptariæ expenſæ exactionem non pariunt, etiamſi voluntate mulieris factæ*. Poſtillat.

Licet autem tam ſuper dote, quam ſuper aliis articulis plurima fuiſſent dicenda, ut plena notitia in cauſſis matrimonialibus haberetur; hæc tamen, quæ præmiſſa ſunt, brevitatis cauſſa ſufficiant. Deo gratias.

Super operis imperfectione veniam poſtulans a lectore, ut quæ corrigenda viderit, & addenda, non invidenti animo, ſed benignus corrigat, & emendet.

SUMMÆ SANCTI RAYMUNDI, Textu Sacrorum Canonum, quos laudat, aucta, & locupletatæ

FINIS.

OBSER-

Digitized by Google

OBSERVATIONES
IN NONNULLOS SUMMÆ TITULOS.

P R O OE M I U M.

N*On declines ab eo ad dexteram, vel ſiniſtram, ut intelligas cuncta, quæ agis;* ſic alloquebatur Dominus Joſue, quem, ut legem, cujus Moyſes, dum viveret, miniſter fuerat, obſervaret, conſortatum, atque robuſtum valde fore, ter declaravit, ſi cuſtodiret, & faceret, quæ in ea ſcripta ſunt, & ab ea nec in unam, nec in alteram inclinaret partem: ſed viam hanc mediam rectam, ſtabilem, ſibi conſtantem, æqualem undique ſui, & ſolam, ut ait Bernardus, virtutis, & oon vitii, veritatis & non erroris ſectaretur, & Populo Dei electo colendam proponeret, viriliter agens. An nobis licitum noo erit, S. Raymundi Summam ſuper legem Dei, & Eccleſiæ fundatam, tamquam rectam morum viam, lubricis ab extremis remotam, quam ipſemet tenuit, ac docuit, benevolo lectori oſtentare, ut cuncta, quæ acturus, & a quibus declinaturus eſt, ſcrutari valeat; & quod etiam in præfatione paravimus, in ſubſequentibus obſervationibus id adimplere videamur? In reſolutione etenim omnium fere conſcientiæ caſuum, intentum animum habuit S. Magiſter, ut iotricatos laxitatis, & rigiditatis nimiæ ſcopulos æque vitaret, ac nec in unam, nec in alteram in ſemitis mandatorum Dei, & Eccleſiæ, partem inflecteret: *Sicut autem*, dicit S. Auguſtin. ad Eudoxium, *inter ignem & aquam tenenda eſt via, ut nec exuratur homo, nec demergatur; ſic inter apicem ſuperbiæ & voraginem deſidiæ iter noſtrum temperare debemus, ſicut ſcriptum eſt*: Non declinantes neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram: *ſunt enim, qui dum nimis timent, ne quaſi in dexteram rapti extollantur, in ſiniſtram lapſi demerguntur; & ſunt rurſus, qui cum nimis ſe auferunt a ſiniſtra, ne torpida vacationis mollitie ſorbeantur, ex altera parte, jactantiæ faſtu corrupti, atque conſumti, in favillam, fumumque vaneſcunt*. In via ſalutis ſecure ambulare noſcuntur, qui ab extremis caventes, exemplum Chriſti Salvatoris noſtri ſectantur, qui, ut jam dictum fuit ex Bernardo, *amat ſemper media, diverticula ſemper, & declinatoria reprobat filius hominis, Dei & hominum mediator*.

OBSERVATIO I
IN TITULUM DE SIMONIA.

INter crimina, quæ in Deum non raro in Eccleſia perpetrantur, ſimoniacam hæreſim primum obtinere locum, quis in dubium revocat, dicente Paſchali Papa in c. *Patet*, omnia etiam crimina ad comparationē ſimoniacæ hæreſis quaſi pro nihilo reputari? Hinc S. Magiſter a ſimonia exordium habet operis tamquam a crimine, quod ante omnia radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa origine ſua, Apoſtolica fuiſſe deteſtatione damnatum, liquet, ut loquitur B. Gregor. in c. *Cum liqueat*, cauſſ. 1. q. 1. nam Spiritus Sancti donum pretio comparari, quid aliud, quam capitale crimen, & ſimoniaca hæreſis? inquit Gregor. Nazianz. in cap. *Qui ſtudet*.

„ Quod quam deteſtabiliter in utroque teſta-
„ mento, veteri ſcilicet, & novo vindicatum ſit,
„ multorū exemplis, pluſquā ſatis demonſtratur,
„ (addit idem Gregor.) Giezi gratiam ſanitatis,
„ Naaman Syro vendidit, eamdē gratiā ſanitatis
„ Heliſæo vēdicante, leproſus factus amiſit; Judas
„ omnium Redemtorem vendidit, mox laqueo
„ ſuſpenſus, eamdem Redemtoris gratiam non
„ obtinuit; & merito, quia nemo poteſt retinere,
„ quod vendidit; Simon etiam magus, cum eam-
„ dem Spiritus Sancti gratiam emere vellet, da-
„ mnationis ſententiam a Petro audivit: *Pecunia*
„ *tua tecum ſit in perditionem, quia donum Dei exiſti-*
„ *maſti pecunia poſſideri*. Dominus etiam, ut ven-
„ dentes & ementes, hujus gratiæ expertes oſten-
„ deret, cunctos alios peccatores per gratiam in
„ templo dimiſit, ſingulariter vendentes, & em-
„ tores increpans, & flagellans, de templo ejecit;
„ in quo venditores, & emtores ſuos gratia Spiri-
„ tus Sancti conſtat deſtitutos eſſe, & vacuos:
„ quos enim Chriſtus ejecit de templo, numquid
„ ſpiritus Chriſti faciet ſibi templum?

Simoniam dicit, ac definit: Studioſam cupiditatem, vel voluntatem emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale; ſed voluntatem ad actum exteriorem progreſſivam (addit Poſtillator) At auctor, qui medium obſervare intendit, diſtinguit inter ea, quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, & ea, quæ ſunt ſimoniaca, quia prohibita. In primis, ut vendere, vel emere ſacramenta &c. ſufficit ſola voluntas ad peccatum, ſicut in aliis: in ſecundis vero, quia per conſtitutionem Eccleſiæ tantum ſunt ſimoniaca, ut renunciare Eccleſiæ eo pacto, ut nepoti ſuo detur, non ſufficit ſola voluntas, niſi procedat in actum paciſcendi.

Auctoritate Gregorii ſuper illud Iſai. *Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere*: & ex eo,

quod non dicit *a munere*, ſed *ab omni munere*, sribus cum ipſo admiſſis muneribus, quibus committitur ſimonia; alio *a manu*, alio *ab obſequio*, alioque *a lingua*: legitimas in ſingulis affert & approbat exceptiones, ut conſcientia a ſcrupulis remota, & corde quaſi dilatata, viam mandatorum Dei fidenti animo currat.

Verum in munere *a lingua* Canoniſtæ & Theologi inter ſe diſſident: nonnulli enim precum propriarum diſtinctionem ab alienis facientes, quum quis eligitur, vel ordinatur ſuis præciſe precibus, eum, quantumcumque dignus exſiſtat, ſimoniacum eſſe aſſeverant. Sin vero alienis, adhuc inter carnales & ſpirituales preces differentiam conſtituunt: ſi pro indigno carnales fiant, ſimonia committitur, quia tunc preces ſuccedunt loco pretii, & quia (ut loquitur B. Gregorius: *Nonnulli de impenſo officio Sacerdotis nummum expetant favoris*: ſin vero pro digno porrigantur preces, dummodo ordinator, vel elector ad eas nullum reſpectum habeat, ſed ad Deum & ad merita perſonæ (precibus attentius quidem conſideranda) ſuam dirigat intentionem; ſimoniæ labe non maculari defendunt. Sunt & alii, qui e diametro primis adverſi, licitum eſſe cuilibet petere pro ſe quodcumque ſpirituale beneficium, exemplo S. Petri dicentis Domino: *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. aſſerere non verentur.

S. Raymundus in medio eorum dijudicans diſtinguit, & ſalvo, ut loquitur, meliori judicio, definit, quod non poteſt quis pro ſe petere Eccleſiam, vel aliud beneficium habens curam animarum annexam; ſed poteſt abſque metu peccati, & ſimoniæ petere beneficium ſimplex, ſi indigeat, eoque dignum ſe ſentiat.

Poſtillatori hæc diſtinctio non placet, nimiſque dura videtur noſtræ ætatis auctoribus caſuiſtis: quia addit Poſtillator: *Multoties fit contrarium, etiam pro beneficio curam animarum annexam habente*: quaſi vero multitudo peccantium & ſimoniacorum pararet peccato, & ſimoniæ patrocinium: *& cum umbra quædam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effecta*, ut loquitur Innoc. 3. de conſuetud. cap. *Quanto*: *Cum potius tanto ſint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detineat alligatam*: *nemo ſanæ mentis intelligit, naturali juri (cujus transgreſſio periculum ſalutis inducit) quacumque conſuetudine (quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari*; ita idem Inn. de conſuetud. c. *Cum tanto*.

At hic modus, hæc media dijudicandi ratio, ut quis reum ambitus in acquirendis beneficiis ſe minime ſentiat, ſingularis cenſenda non eſt. Hanc ſacra Scriptura tradit; hanc ſancti patres docent; hanc Theologi ſancti, & præcipue S. Thomas amplectuntur, ut alii abundantiori calamo exponunt. Nos brevitati ſtudentes pauca dicimus, multa præterimus, ne diſputatione longa negotium lectori benevolo faceſſamus.

I. Scriptura Sacra, quæ nec quemquam ſumere ſibi honorem ex D. Paullo ad Hebræos 5. nobis declarat, *ſed qui vocatur a Deo tamquam Aaron*. Idque exemplo Chriſti maxime conſentaneum,
,, qui non ſemetipſum glorificavit, ut Pontifex
,, fieret. Diſciplina utique Dei ,, (ſcribit S.
,, Thomas ſuper Apoſtoli verba),, non habet
,, quod quiſquam ſibi ſumat honorem favore,
,, pecunia, potentia; ſed debet vocari a Deo
,, tamquam Aaron, cujus ſacerdotium confir-
,, mavit Dominus per virgam, quæ floruit;
,, tales ergo debent aſſumi, qui non ſe inge-
,, runt.

2. Sanctorum effata Patrum in confirmationem & robur doctrinæ Raymundi panduntur: nam S. Leo ad Mauros Epiſcopos ſcribens, ut refertur cauſſa 1. q. 1. c. 25. ,, Principatus, *inquit*,
,, quem aut ſeditio extorſit, aut ambitus occu-
,, pavit, etiamſi moribus, aut actibus non offen-
,, dit; ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſos exē-
,, plo, & difficile eſt, ut bono peragantur exitu,
,, quæ mala ſunt inchoata principio.

Gregorius Magnus, cauſſa 8. q. 1. c. *In Scripturis*, toties in hocce opere a S. Raymundo laudatus, principatus, ac dominationis deſideriū damnans, regulam electoribus, vel ordinatoribus præfigit, dum cuidam ſcripſit Epiſcopo ,, In ſcripturis
,, veſtris vos magnopere requiem quæſiſſe nar-
,, ratis; ſed per hoc ad paſtoralem ſollicitudi-
,, nem vos congrue veniſſe oſtenditis: quia ſic-
,, ut locus regiminis deſiderantibus negandus
,, eſt, ita fugientibus offerendus.

Bernardus certo magis ad propoſitam quæſtionem, pro ſe vel pro alio rogantibus, ut quis beneficium Eccleſiaſticum, & maxima curam animarum habens annexam adipiſcatur, unam ſententiam ferens in lib. 4. de conſider. c. 4. ſic plane loquitur ,, Sane huic negotio non ſe inge-
,, rat rogans. Conſilio, non prece agendum eſt.
,, Sunt quæ neceſſario a nobis rogantiū aut ex-
,, torquet importunitas, aut neceſſitas meretur.
,, At iſtud in his, quæ noſtra ſunt. Ubi autem
,, non licet quod volo facere, quis locus ro-
,, ganti? Niſi forte qui me rogat, hoc rogat, ut
,, quod vult, velle liceat mihi, & non magis ut ve-
,, lim. Alius pro alio, alius forte & pro ſe rogat.
,, Pro quo rogaris, ſit ſuſpectus. Qui ipſe rogat
,, pro ſe, jam judicatus eſt: nec intereſt per ſe, an
,, per alium quis roget. Clericū curiam frequen-
,, tantem, qui non ſit de curia, ad idem noris
,, pertinere ambientium genus. Adulantem &
,, ad placitum cujuſque loquentem unum de
,, rogantibus puta, etiamſi nihil rogaverit.
,, Scurpioni non eſt in facie, quod formides,
,, ſed pungit a cauda.

3. Doctores Theologi in materia morum verſatiſſimi, iique ſancti, in Eccleſia jam probati, ſententiam S. Raymundi amplectendo confirmant: nam plurium auctoritate obruere lectorem non oportet; ſed ſi paucos viros, modo graves, modo ſanctos ſibi patrocinantes habeat, poterit ſane adverſus plurimos ſtare: non enim hæc numero judicantur, ſed pondere. Hinc D. Thomæ auctoritas præ ceteris firmum argumentum præfatæ ſententiæ, ſicut & noſtræ præſtat, dum aſſerit, 2. 2. q. 100. a 5. *Ad tertium &c.*

,, Munus a lingua dicitur vel ipſa laus pertinens
,, ad favorem humanum, qui ſub pretio cadit, vel
,, etiam preces, ex quibus acquiritur favor huma-
,, nus, vel contrarium evitatur. Et ideo ſi aliquis
,, principaliter ad hoc intendit, ſimoniam com-
,, mittit. Videtur autē ad hoc principaliter inten-
,, dere qui preces pro indigno porrectas exaudit;
,, unde ipſum factum eſt ſimoniacum. Si autem
,, preces pro digno porrigantur, ipſum factum nō
,, eſt ſimoniacum: quia ſubeſt debita cauſſa, ex
,, qua illi, pro quo preces porriguntur, ſpiritua-
,, le aliquid cōferatur. Tamen poteſt eſſe ſimonia
,, in intentione, ſi non attendatur ad dignitatem
,, perſonæ, ſed ad favorem humanum: ſi vero ali-
,, quis pro ſe roget, ut obtineat curam anima-
,, rum, ex ipſa præſumtione redditur indignus.
,, Et ſic preces ſunt pro indigno. Licite tamē pot-

,, eſt,

,, ſe beneficium Eccleſiaſticum petere ſine cu-
,, ra animarum ,,
Eumdem quoque ſermonem jam habuerat S.
doctor in 4. ſent. d. 25. q. 3. ad 4. ,, Munus lin-
,, guæ duplex eſt, *inquit*, val quod in ipſo actu
,, conſiſtit, ſicut laus, vel quod ex lingua ini-
,, tium ſumit, ſicut eum quis ex hoc, quod pre-
,, cibus alicujus ſatisfacit, ſavorem exſpectat: qui
,, enim dat aliquod ſpirituale pro ſavore vel
,, laude acquirenda, non eſt dubium, quin ſi-
,, moniam committeret. Quando ergo preces fi-
,, unt pro indigno, ſatis apparet, quod nihil a-
,, lind movet, niſi ſavor, aut etiam periculnm
,, evitandnm: quia etiam carere malo qnoddam
,, bonum eſt, ut dicit Philoſoph. In 5. Ethic.
,, & ideo quando fiunt preces pro indigno, vel
,, aliquo potente, qul periculum comminatur,
,, quæ dicuntur preces armatæ; manifeſta ſimo-
,, nia committitur, ſi proprer hoc beneficium
,, Eccleſiaſtieum datur: ſi autem pro digno fiunt
,, quantum ad judicium hominum, probabile eſt,
,, quod dans magis moveatur intuitu dignitatis
,, perſonæ, quam ſavore precum; & ideo non re-
,, putatur ſimonia: ſi tamen principaliter movea-
,, tur ſavore precum, vel timore rogantis, quan-
,, tum ad divinum judicium ſimoniam commit-
,, tit & rogatus & rogans, ſi hoc inteudat, ſive a-
,, liquis pro ſa rogat, ſive pro alio. Poteſt enim
,, aliquis pro ſe petere, ſi dignus ſit, beneficium
,, Eccleſiaſticum non habens curam animarum,
,, ſi indiget; ſed non, ſi habeat curam animarũ,
,, quia præſumtuoſum eſt: nec tamen eſt ſimo-
,, nia, niſi pro tanto, quod ex ipſa præſum-
,, tiona indignus reddatur; & tunc preces ſuæ
,, ex hoc ipſo, quod rogat, pro indigno fiunt.
Sanctus Antoninus Florentinorum Archipræ-
ſul, peritiſſimus Canoniſta, erudititiſſimus Theo-
logus, qui Summam majorem de rebus ad mores
præſertim ſpectantibus, tanto utiliori, quam pro-
lixiori calamo edidit, unam & alteram opinio-
nem exponit, ſed utriuſque rationibus, & aucto-
ritatibus ponderatis, opinionem S.Raymundi, &
S.Thomæ, cuilibet alteri præponit, eamque ſequi-
tur; oppoſitam tamquam minus tutam, adulatio-
ni, & ambitioni in damnum conſcientiæ faventẽ,
& tamquam Curialium opinionem rejicit. Quid
mirum ergo, ſi adhuc doctores curiales, ut magis
ſe gratos, ſe jucundos, ſe acceptos, ſe indulgentes
oſtendant, eam amplectuntur, eam mordicus de-
ſendunt? *Hanc opinionem*, inquit 2. par. tit. 3. de
ambit. c. 5. §. 4. *ſequi videntur curiales; ſed quia do-
ctores, qui contrarium dicunt, ſanctitate & ſcien-
tia Theologiæ, & juris ſunt longe præſtantiores; ideo
non videtur tuta prædicta opinio, nec ſequenda*.
Sic unanimi ſenſu ii triumviri ſcripſerunt ſan-
cti Theologi, ſicque tres alloquuntur uno ore,
uno ſpiritu, unoque fine. Quid mali agimus, ſi eos
ſolos, ut duces, ut doctores, ut magiſtros noſtros
in rebus moralibus agnoſcimus & laudamus, &
alios ab iis deviantes rejicimus, & reprobamus, ut
doctores, qui ſanam doctrinam non ſuſtinent, ſed
ad ſua deſideria coacervant ſibi magiſtros, pru-
rientes auribus, a veritate auditum avertunt, ad
fabulas convertuntur? Cuiquam anim me facturũ
injuriam non arbitror, ſi inter eos, qui in ſcho-
lis regnant, ant quoddam ſibi nomen compa-
rarunt, S. Raymundum, S. Thomam, & S.
Antoninum extra comparationem omnem poſi-
tos eſſe dicam; ipſorumque doctrinam ex eo cum
ſanctitate commercio, ceteris longe ſuperiorem
eſſe, quis non videat? iis & ego tamquam fir-
miſſimis anchoris fultus, in portu ſedeo.

In tuto igitur gradimur, erudite lector, cum
ſanctorum veſtigia, ſive in pietatis operibus, ſi-
ve in morum documentis obſervata ſequimur:
ipſorum namque facta per publicam Canoniza-
tionem eb Eccleſia fuere approbata, & velnti
conſpicua pietatis exemplaria fidelibus expo-
nuntur. Doctrinam quoque eorum in tuto po-
ſitam eſſa oportet: quia ſicut docuerunt, ita
& fecerunt; omnibus ſana præferendi ſunt,
quia cum in negotio ſalutis nulla ſit ſatis nimia
adhibenda ſecuritas, ubi tota periclitatur æter-
nitas, illorum profecto doctorum aſſertis immo-
biliter hærere debemus, quorum doctrina divi-
nis circumvallata præſidiis, eſt ex omni parte
tuta, & eam ſectando, ſalutem conſequamur,
quam illi docendo adepti ſunt ſanctitatem.
Hinc non minus egregie, quam tempeſtive Am-
broſ. lib. 2. de offic. ,, Advertendum, *inquit*,
,, quod in acquirendis conſiliis plurimum va-
,, let vitæ probitas, virtutum prærogativa, be-
,, nevolentiæ uſus, facilitatis gratia. Quis in
,, cœno ſontem requirat? Quis de turbida a-
,, qua potum petat? Itaque ubi luxuria eſt,
,, ubi intemperantia, ubi vitiorum confuſio,
,, quis inde ſibi aliquod hauriendum exiſtimet?
,, quis utilem judicet cauſſæ alienæ, quem vi-
,, det inutilem ſuæ? Quomodo enim potero eum
,, judicare conſilio ſuperiorem, quem video
,, moribus inferiorem? Supra me debet eſſe cui
,, me committere paro. An eum idoneum puta-
,, bo, qui mihi dat conſilium, quod non dedit ſi-
,, bi? Et mihi eum vacare credã, qui ſibi non va-
,, cat, cujus animum voluptates occupant, libido
,, divicit, avaritia ſubjugat, cupiditas perturbat.
Hæc non perperam a nobis dicta fuiſſe pute-
tur, cum Summam ſancti Raymundi ſummo-
pere commendatam exhibent, cujus ſanctitatem
venerandam, imitandam, ac ſolemni ritu cele-
brandam, jam dudum oſtentat Eccleſia.
Aſt pergamus ad integram propoſitæ quæſtionis
reſolutionem, quæ novo objectis ſplendora clare-
ſcet, veluti incida tenebroſis paria imparibus,
contraria contrariis luceſcere, & corruſcare di-
cuntur. In eam enim Ethicæ chriſtianæ verita-
tem, atque in hunc funiculum triplicem (quem,
ut eam ſuffulciant, conficiunt tres jam dicti ma-
giſtri, ſanctitate, & doctrina nulli Theologo ſe-
cundi) inſurgit, ut rumpat, quidam ſine nomi-
ne vir, quem jure ſe nominare pudnit, qui pa-
ganorum placitis potius, quam chriſtianorum im-
butus doctrinis, eos lethali ambitione vindicare
conatur, qui Epiſcopatum, aut quodvis aliud
beneficium curam animarum habens annexam,
per ſe, aut per alium pro ſe rogant, preces por-
rigunt; alias nos ab Apoſtolo ſeductos eſſe, cum
dicit: *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus de-
ſiderat*, audacter affirmat, & audacius defendit,
cum ex varbis Apoſtoli nobis licitum eſſa pete-
re, quod appetere & deſiderare bonum eſt, autu-
mat; ſed funiculus triplex difficile rumpitur.
,, Itana eſt (ut ipſi, aliiſque ejuſdem farinæ
reſpondeam, qued Auguſtinus ad Honoratum
dicebat, de utilitat. cred. cap. 7. & 17.) Itane
,, eſt? nulla imbutus poetica doctrina Terentium
,, ſine magiſtro attingere non anderes: Aſper,
,, Cornutus, Donatus, & alii innumerabiles requi-
,, runtur, ut quilibet poeta poſſit intelligi: tu in
,, ſanctos libros ſine duca irruis, & de his ſine
,, præceptore audes ferre ſententiam ... ſi una-
,, quæque diſciplina, quamquam utilis, & faci-
,, lis, ut percipi poſſit, doctoram, aut magiſtrum
,, requirit, quid temerariæ ſuperbiæ plenius, quã

,, divinorum ſacramentorum libros ab interpre-
,, tibus ſuis nolle agnoſcere?

Verum ſiccine eſt ſacras ab interpretibus ſcripturas agnoſcere, cum verba Apoſtoli ad ſenſum ſic reprobum contorqueantur? Concilium Lateran. ſub Leone 10. celebratum Act. 2. præcipit omnibus, qui evangelicam veritatem Chriſtiano populo docturi ſunt, ut ſanctam ſcripturam juxta interpretationem Doctorum, quos Eccleſia, vel uſus diuturnus approbavit, explanent, nec quidquam eis proprio ſenſu contrarium, aut diſſonum adjiciant, ſed illis ſemper inſiſtant, quæ a præfatorum doctorum interpretationibus non diſcordant.

Decrevit ſacra Synodus Tridentina, ſeſſ. 4. ad coercenda petulantia ingenia, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorqueat, aut contra eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat.

Unanimem ſane conſenſū Patrum ſuper verba Apoſtoli 1. Timoth. 3. *Qui Epiſcop. deſiderat, bonū opus deſiderat*, larvatæ admodū īterpretationi auctoris incogniti e diametro adverſari, nos probaturos, non opus arduum, non ſudatus erit labor.

Nam Gregorius Magnus jam dudum dictam expoſitionem parum Chriſtiano, & religioſo dignam prævidit, ſimulque profligavit ,, Plerum-
,, que, *inquit in Paſtoral. p.* 1. c. 8. qui præeſſe
,, concupiſcunt ad uſum ſuæ libidinis, inſtru-
,, mentum Apoſtolici ſermonis arripiunt, quo
,, ait: *Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum o-*
,, *pus deſiderat*; qui tamen laudans deſide-
,, rium, in pavorem vertit protinus, quod lau-
,, davit, cum repente ſubjungit: *Oportet autem E-*
,, *piſc. irreprehenſibilem eſſe*... quamvis notandum,
,, quod illo tempore hoc dicitur, quo, quiſque
,, plebibus præerat, primus ad martyrii tormen-
,, ta ducebatur: tunc ergo laudabile fuit Epi-
,, ſcopatum quærere, quando per hunc quemquam
,, dubium non erat ad ſupplicia graviora perve-
,, niſſe; onde ipſum quoque Epiſcopatus officium
,, boni operis expreſſione definitur, cum dici-
,, tur: *Si quis Epiſcopatum, &c.* Ipſe ergo ſibi teſtis
,, eſt, quia Epiſcopatum non appetit, qui non per
,, hunc boni operis miniſterium, ſed honoris glo-
,, riam quærit. Sacrum quippe officium non dili-
,, git omnino, ſed neſcit, qui ad culmen regimi-
,, nis anhelans, in occulta meditatione cogita-
,, tionis ceterorum ſubjectione paſcitur, laude
,, propria lætatur, ad honorem cor elevat, re-
,, rum affluentium abundantia exultat; mundi
,, ergo lucrum quæritur ſub ejus honoris ſpe-
,, cie, quo mundi deſtrui lucra debuerunt.

S. Auguſtinus apoſtolica verba non ſecus interpretatur lib. 19 de civit Dei. c. 19. & refertur cauſſa 8. q. 1. c. *Qui Epiſcopatum*. ,, Propter quod ait
,, Apoſtolus, qui Epiſcopatum deſiderat &c. ex-
,, ponere voluit, quid ſit Epiſcopatus, quia no-
,, men eſt operis, non honoris: græcum eſt enim,
,, atque inde ductum vocabulum, quod ille, qui
,, præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintēdit,
,, curam eorum ſcilicet gerens: ἐπὶ quippe *ſuper*;
,, σκοπὸς vero, *intentio* eſt: ergo ἐπισκοπεῖν, ſi veli-
,, mus, latine *ſuperintendere* poſſumus dicere,
,, ut intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſ-
,, ſe dilexerit, non prodeſſe. Itaque a ſtudio co-
,, gnoſcendæ veritatis nemo prohibetur, quod
,, ad laudabile pertinet otium. Locus vero ſupe-
,, rior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi
,, ita teneatur, atque adminiſtretur, ut decet;
,, tamen non decenter appetitur. Quamobrem
,, otium ſanctum quærit caritas veritatis: nego-
,, tium juſtum ſuſcipit neceſſitas caritatis: quam
,, ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ, at-
,, que intuendæ vacandum eſt veritati: ſi au-
,, tem imponitur, ſuſcipienda eſt propter cari-
,, tatis neceſſitatem; ſed nec ſic omnimodo veri-
,, tatis delectatio deſerenda eſt, ne ſubtrahatur
,, illa ſuavitas, & opprimatur juſta neceſſitas.,,

S. Hieronymus Epiſt. 83. ad Oceanum: *Si quis Epiſcopatum, &c. Opus*, inquit, *non dignitatem, laborem, non delicias: opus, per quod humilitate decreſcat, non intumeſcat faſtigio*.

S. Joan. Chryſoſt. lib. 3. de Sacerdotio c. 10. non minus diſerte quam erudite in eum qui ad ſacerdotii principatum adipiſcendum vehementi animi affectu rapitur, invehit: ,, Eoque ade-
,, pto, *inquit*, impotentiorem ſane ambitionis
,, flammam incendet, &, ut ſibi adeptum ho-
,, norem ſtabiliat, nulli non peccato ſerviet,
,, ſeu adulandum, ſeu ſervile quid, atque in-
,, dignum ſuſtinendum, ſeu res magno pecu-
,, niæ ſumtu tentanda....tam peſtilens, tamque
,, lethale eſt appetentiæ illius virus: neque id
,, dico cum B. Paullo pugnare volens, quin
,, immo ut maxime cum illius verbis conſentiam:
,, Si quis Epiſcopi munus appetit, honeſtum
,, opus deſiderat: at ego non operis ipſius, ſed
,, dominationis ac potentiæ deſiderium peſtilens
,, eſſe dixi: atque hoc ego deſiderium ſic toto
,, ſtudio ab animo abjiciendum eſſe cenſeo, ut
,, ne animum quidem ipſum prorſus permittas
,, ab illo occupari, ut is rerum omnium libe-
,, re agendarum poteſtatem habeat.,,

Et homil. 3. in Acta Apoſtol. ,, Quem, *inquit*,
,, conſcius adibis, ſi procuraveris, vel per te
,, ipſum, vel per alium? quibus oculis obtue-
,, beris illum, qui tibi fuit auxilio? quid ha-
,, bebis quod excuſes? Etenim qui nolens & in-
,, vitus compulſus eſt, habiturus eſt aliquam
,, excuſationem?.... Cogita quid acciderit Si-
,, moni. Quid enim refert, ſi non dat pecuniam,
,, ſed pecuniæ loco, adularis, ſubornas, mul-
,, taque machinaris? *Pecunia tua tecum ſit in*
,, *perditionem*, illi dictum eſt: & his dicitur:
,, Ambitio tua ſit tecum in perditionem, quo-
,, niam putaſti ambitu humano parari donum
,, Dei.,,

Hæ ſunt legitimæ verborum Apoſtoli interpretationes a ſanctis Patribus unanimi mente traditæ, & ab Eccleſia receptæ, & probatæ, quæ tantum abeſt, ut ambitioni humanæ favere videantur, quin potius eam ipſis funditus everti, quis non videat?

Iis ſanctis Patribus ſanctum Doctorem adjungimus D. Thomam, qui eodem ſpiritu plenus, eodemque ductus atque doctus, eumdem ſermonem habuit, eamdemque doctrinam ſic acceptam, nobis tradidit, 2. 2. q. 185. a. 1. In Epiſcopatu, *inquit*, tria poſſunt conſiderari, quorum unum eſt principale & finale, ſcilicet Epiſcopalis operatio, per quam utilitati proximorum intenditur ſecundum illud Joan. ult. *Paſce oves meas*. Aliud autem eſt altitudo gradus; quia Epiſcopus ſuper alios conſtituitur ſecundum illud Matth. 25. *Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Tertium autem eſt, quod conſequenter ſe habet ad iſta, ſcilicet reverētia, & honor, & ſufficientia temporaliū, ſecundum illud 1. ad Tim. 5. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici hono-*

re

Digitized by Google

,, *re digni habentur*. Appetere ergo Epiſcopatum
,, ratione hujuſmodi circumſtantiam bonorum,
,, manifeſtum eſt, quod eſt illicitum, & pertinet
,, ad cupiditatem, vel ambitionem; unde contra
,, Phariſæos Dominus dicit: *Amant primos re-*
,, *cubitus in cœnis, & primas Cathedras in Syna-*
,, *gogis & ſalutationes in foro, & vocari ab*
,, *hominibus Rabbi*. Quantum autem ad ſe-
,, cundum, ſcilicet celſitudinem gradus, appe-
,, tere Epiſcopatum eſt præſumtuoſum: unde
,, Dominus Matth. 20. arguit diſcipulos pri-
,, matum quærentes, dicens: *Scitis, quia prin-*
,, *cipes gentium dominantur eorum*. Ubi Chry-
,, ſoſtomus dicit (Homil. ſcilicet 76. in Mat-
,, thæum) quod per hoc oſtendit, quod gentile
,, eſt, primatus cupere; & ſic gentium compara-
,, tione, eorum animum æſtuantem convertit;
,, ſed appetere proximis prodeſſe, eſt ſecundum
,, ſe laudabile, & virtuoſum. Verum quia, prout
,, eſt Epiſcopalis actus, habet annexam celſitu-
,, dinem gradus; præſumtuoſum videtur, quod
,, aliquis præeſſe appetat ad hoc, quod ſubditis
,, proſit, niſi manifeſta neceſſitate imminente.

Fatemur (ut auctori anonymo nonnihil concedatur) hac manifeſta neceſſitate imminente, & urgente, prælationem appetere illicitum non eſſe. Illud quippe deſiderium approbat, & laudibus effert S. Gregor. cauſſa 8. q. 1. c. *In Scripturis*; attamen conditiones, quibus hicce prælationis appetitus ut legitimus, Deoque gratus evadat, indui, & præmuniri debeat, præponderet, quæſo, lector.

,, Quoties, *inquit*, itaque nobis ex corde appeten-
,, da eſt requies; & tamen pro multorum lucro
,, aliquando poſtponenda: nam ſicut toto deſide-
,, rio debemus occupationem fugere; ita, ſi deſit
,, qui prædicet, occupationis unus libenti neceſſe
,, eſt humero ſubire. Quod ex duorum Propha-
,, tarum opere docemur, quorum unus prædica-
,, tionis officium vitare conatus eſt, & alter appe-
,, tiit: nã mittenti ſe Domino Hieremias reſpõ-
,, dit, dicens: *Ah, ah, ah, Domine Deus, neſcio*
,, *loqui, quia puer ego ſum*: & cum omnipotens
,, Deus perſonam ad prædicandum quæreret, di-
,, cens: *Quem mittam, & quis ibit ex vobis?* ultro
,, ſe obtulit Iſaias dicens: *Ecce ego, mitte me*. En
,, ab utriſque exterius diverſa vox prodiit; ſed
,, non a diverſo dilectionis fonte manavit. Duo
,, quippe ſunt præcepta caritatis, Dei videlicet
,, amor, & proximi: per activam igitur vitam
,, prodeſſe cupiens Iſaias, officium prædicationis
,, appetit: per contemplativam vero Hieremias
,, amori conditoris ſui ſedulo inhærere deſide-
,, rans, ne mitti ad prædicandum debeat, contra-
,, dicit. Quod ergo laudabiliter unus appetit,
,, hoc laudabiliter alter expavit: iſte, ne tacitæ
,, contemplationis lucra loquendo perderet: il-
,, le, ne damna ſtudioſi operis tacendo ſentiret.
,, Sed hoc in utriſque eſt ſubtiliter intuendum,
,, quia & is, qui recuſavit, plene non reſtitit,
,, & is, qui mitti voluit, ante ſe per altaris cal-
,, culum, purgatum vidit: ne aut non purgatus
,, adire quiſquam ſacra miniſteria audeat, aut
,, quem ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis
,, ſpecie ſuperbe contradicat.

Non eſt hic prætermittenda S. Auguſtini regula, quam Abbati, & Monachis inſulæ Caprariæ tradit Epiſt. 48. cujus fragmenta laudantur, cauſſa 16. q. 1. c. *Vos autem, fratres*: eos enim exhortans, ut otio ad pietatem, non ad ignaviam utantur, & ſicubi Eccleſia requirat illorum operam, ne detractent, ſic alloquitur:

,, Quando quietem veſtram cogitamus, quam
,, habetis in Chriſto, etiam nos, quamvis, in labo-
,, ribus variis, aſperiſque verſemur, in veſtra ca-
,, ritate requieſcimus. Unum enim corpus ſub u-
,, no capite ſumus, 1. Cor. 12. *Quia ſi patitur u-*
,, *num membrum, compatiuntur omnia membra, & ſi*
,, *glorificatur unum membrum, congaudent omnia*
,, *membra*. Admonemus ergo, & petimus, & ob-
,, ſecramus per Chriſti altiſſimam humilitatem,
,, & miſericordiſſimam celſitudinem, ut noſtri
,, memores ſitis in ſanctis orationibus veſtris,
,, quas vos vigilantiores, & magis ſobrias habe-
,, re credimus: noſtras enim ſæpe ſauciat, ac
,, debilitat caligo & tumultus ſæcularium actio-
,, num, quas & ſi noſtras non habemus, eorum
,, tamen, qui *nos angariant mille paſſus, & jube-*
,, *mus ire cum eis alia duo*, Matth. 5. tantæ nobis
,, ingeruntur, ut vix reſpirare poſſimus; cre-
,, dentes tamen, quod ille, *in cujus conſpectu intrat*
,, *gemitus compeditorum*, Pſal. 78. perſeverantes
,, nos in eo miniſterio, in quo dignatus eſt collo-
,, care cum promiſſa mercede, adjuvantibus o-
,, rationibus veſtris ab omni anguſtia liberabit.
,, *Cauſſa 16. q. 1.* Vos autem, fratres, exhortamur
,, in Domino, ut propoſitum veſtrum cuſtodia-
,, tis, & uſque in finem perſeveretis: ac ſi quam
,, operam veſtram mater Eccleſia deſideraverit,
,, nec elatione avida ſuſcipiatis, nec blandiente
,, deſidia reſpuatis; ſed miti corde obtempere-
,, tis Deo, cum manſuetudine portantes eum,
,, qui vos regit, *qui dirigit mites in judicio, qui*
,, *docet manſuetos vias ſuas*. Nec veſtrum otium
,, neceſſitatibus Eccleſiæ præponatis, cui partu-
,, rienti, ſi nulli boni miniſtrare vellent, quo-
,, modo naſceremini, non inveniretis. Sicut
,, autem inter ignem & aquam tenenda eſt via,
,, ut nec exuratur homo, nec demergatur; ſic
,, inter apicem ſuperbiæ, & voraginem deſidiæ
,, iter noſtrum temperare debemus, ſicut ſcriptũ
,, eſt Deuter. 17. *Non declinantes neque ad dex-*
,, *teram, neque ad ſiniſtram*. Sunt enim, qui dum
,, nimis timent, ne quaſi in dexteram rapti ex-
,, tollantur, in ſiniſtram lapſi demerguntur. Et
,, ſunt rurſus, qui cum nimis ſe auferunt a ſi-
,, niſtra, ne torpida vacationis mollitiæ ſorbean-
,, tur, ex altera parte jactantiæ faſtu corrupti,
,, atque conſumti, in favillam, fumumque vane-
,, ſcunt; ſic ergo, dilectiſſimi, diligite otium, ut
,, vos ab omni terrena delectatione refreneris,
,, & memineritis nullum locum eſſe, ubi non poſ-
,, ſit laqueos tendere, qui timet, ne revolemus ad
,, Deum, & inimicum omnium bonorum, cujus
,, captivi fuimus, vindicemus, nullamque nobis
,, eſſe perfectam requiem cogitemus, *donec*
,, *tranſeat iniquitas, & in judicium juſtitia conver-*
,, *tatur*, Pſal. 56. Pſal. 93.

Non eſt hic pariter ſilentio relinquendum exemplum æterna memoria dignum S. Gregorii Nazianzeni, quodque ipſe in orat. 1. deſcripſit, cum proponit cauſſas, ob quas elongaverit, in Pontum fugiens, poſteaquam Presbyter creatus fuiſſet, ac rurſum Nazianzum redierit & quamvis non minorem orationis partem prolixius hic duxerimus expandendam, prolixitas profecto, & rerum utilitate, & ſcriptorum facundia lectorem compenſabit.

,, Ut ad inſtitutum, *inquit*, ſermonem redeam, *Ante fuerat locutus de Jona Prophetam detractante.*
,, ſubibat animum hæc cogitatio, quod illi quidẽ
,, nonnihil fortaſſe veniæ tribuendum erat, ob
,, eam, quam attuli cauſſam, Prophetiam detre-
,, ctant: mihi vero quænam tandem oratio, aut
,, quis defenſionis locus reliquus foret, ſi diutius
,, ad

Digitized by Google

,, ad frænum contumax eſſem, atque hoc miniſte-
,, rii jugum, leve an grave dicere oporteat, ne-
,, ſcio, mihi quidem certe impoſitum recuſarem?
,, Si enim, quod unum in his rebus firmum, &
,, validum proferri poteſt, hoc quiſpiam conceſ-
,, ſerit; nos multo inferius ſitos eſſe, quam ut
,, ſacerdotio apud Deum fungamur, ac prius o-
,, portere, ut quiſpiam Eccleſia dignus ſit, ac
,, deinde ſacrario, priuſque hoc, ac poſtea ſedis
,, principatu: alter fortaſſe nos inobedientiæ cri-
,, mine minime liberabit. Graves porro minæ,
,, graveſque pœnæ adverſus inobedientiam in-
,, tenduntur, quemadmodum ſcilicet in alteram
,, quoque partem, hoc eſt, eorum, qui nihil reſu-
,, giunt, ac recuſant, nec ut Saul ille, ſub pater-
,, nis vaſis, paullum ſaltem ſe occultant, cum ad
,, præfecturam vocentur; verum tamquam ad le-
,, vem quamdam rem, & perfacilem prompto ani-
,, mo ſe conferunt, quam ne deponere quidem
,, tutum eſt, nec poſteriore conſilio priori medi-
,, cinam afferre. Ac proinde variis cogitationibus
,, ipſe laborabam, quid facto opus eſſet, exqui-
,, rens, mediuſque inter duos timores hærens,
,, quorum alter me deprimebat, alter erigebat.
,, Cumque diu in his dubio, & ancipiti animo
,, fuiſſem, atque in utramque partem me ipſum
,, libraſſem, aut fluminis in modum dubiis ventis
,, huc atque illuc inclinatus fuiſſem; tandem ve-
,, hementiori ceſſi, meque victum & abſtractum
,, tenet inobedientiæ metus. Ac videte, quam
,, recte, quamque juſte inter utrumque timorem,
,, negotium tranſigam, nimirum, ut nec minime
,, oblatam præfecturam appetam, nec oblatam
,, repudiem. Illud enim temerariorum hominũ
,, eſt, hoc inobedientium; utrumque autem im-
,, peritorum. Atque ipſe inter nimis audaces, &
,, nimis timidos quodammodo interjectus ſum,
,, nempe & his, qui ad præfecturas omnes proſi-
,, liunt, timidior, & iis rurſus, qui omnes fu-
,, giunt, audacior. Hæc de his rebus mea eſt ſen-
,, tentia; atque ut dilucidius adhuc hæc diſtin-
,, guam, timori quidem ſuſcipiendæ præfecturæ
,, lex quoque obedientiæ fortaſſe opem ferre
,, queat, Deo videlicet pro ſua benignitate fidem
,, remunerante, eumque in perfectum, ac nu-
,, meris omnibus abſolutum Antiſtitem compo-
,, nente, qui fiduciam in ipſo ac ſpes ſuas omnes
,, poſitas habuerit: at inobedientiæ periculo
,, haud ſcio quiſnam opitulari, aut quænam ra-
,, tio ad fiduciam hortari poſſit. Verendum e-
,, nim eſt, ne de iis, qui fidei noſtræ commiſſi
,, ſunt, hoc audiamus: *Animas eorum de manibus*
,, *veſtris requiram*. Et: *Quemadmodum repuliſtis*
,, *me, ne populi mei duces, & principes eſſetis; ita &*
,, *ego repellam vos, ne ſim vobis in regem*. Ac
,, rurſus: *Quemadmodum non audiviſtis vocem*
,, *meam, ſed dediſtis tergum durum, & inobedien-*
,, *tes fuiſtis; ſic erit, cum invocaveritis me, ego au-*
,, *tem non reſpiciam ad orationem veſtram, nec exau-*
,, *diam*. Abſit, ut hæ voces nobis e juſto judice ve-
,, niant, cui quamvis miſericordiam cantemus,
,, tamen judicium quoque procul dubio ſimul ca-
,, nimus. At enim rurſus ad hiſtoriam feror, ac
,, veterum probatiſſimos quoſque conſiderans,
,, eos omnes, quos divina gratia, vel ad guberuan-
,, dam plebem, vel ad prophetiæ munus umquã
,, elegit, partim alacri animo vocationi paruiſſe,
,, partim oblatæ gratiæ moram injeciſſe reperio:
,, nec vel eorum qui pedem ſubduxerunt, culpan-
,, dam timiditatem, vel eorum, qui ad impoſitum
,, ſibi munus obeundum impigre ſe accinxerunt,
,, reprehendendam alacritatem. Illi quippe mi-
,, niſterii magnitudinem extimuerunt: hi contra
,, vocantis ope confiſi paruerunt. Aaron promtus
,, erat; Moyſes autem repugnabat. Iſaias impi-
,, gre obedivit; at Hieremias juvenilem ætatem
,, metuebat: nec prophetiæ munus prius ſubire
,, auſus eſt, quam & pollicitationem, & vim, ac
,, facultatem ætate præſtantiorem a Deo accepiſ-
,, ſet. His rationibus meipſum incanto, ac mihi
,, animus ferri inſtar, paullatim cedit, & emolli-
,, tur: ac tempus rationis ſocium aſſumo, & con-
,, ſilium, Dei juſtificationes, quibus univerſam
,, meam vitam commiſi. Propterea non renitor,
,, nec contradico (ut loquebatur Dominus me-
,, us, cum non ad præfecturam vocaretur, ſed
,, tamquam ovis ad occiſionem duceretur) ve-
,, rum & procido, & ſub potenti Dei manu hu-
,, milior, ac priſtinæ ſocordiæ, & inobedientiæ,
,, ſi quid hac in re criminis admiſi, veniam pe-
,, to. Tacui, ſed non ſemper tacebo. Subdu-
,, xi me aliquantiſper, ut meipſum inſpicerem,
,, ac mœrori ſolatium afferrem; ſed nunc in
,, Eccleſia plebis ipſum exaltare, & in Cathe-
,, dra ſeniorum laudare, animum induxi. Si
,, illa reprehenſionem, hæc certe veniam pro-
,, merentur.

Hanc regulam, hocque exemplum amplexans S. Thomas (& cum eo huic primæ obſervationi noſtræ finem damus, quoniam vel mihi ipſi jam ejus longitudo moleſta eſt) ,, Contingit, *in-*
,, *quit*, quodlibet. 12. q. 10. a 11. appetere præ-
,, lationem dupliciter, aut propter neceſſitatem
,, urgentem, aut non urgentem: primo modo
,, dupliciter, vel quando non invenitur aliquis,
,, qui velit onus prælationis ſubire tali, neceſ-
,, ſitate exſiſtente, meritorium eſt appetere; un-
,, de Iſai. 6. *Quem mittam, & quis ibit nobis?*
,, reſpondit: *Ecce ego, mitte me*; tamen ante
,, dixit ſe indignum. Secundo modo, ſcilicet
,, quando non urget neceſſitas, ſic non licet,
,, quia non poteſt carere aut vitio injuſtitiæ,
,, ſi velit ſe minorem præferri majoribus; aut
,, vitio præſumtionis, ſi reputet ſe ſufficientem
,, præferri aliis. Unde Chryſoſtom. ſuper illud:
,, *Reges gentium dominantur eorum*, Luc. 22.
,, Primatus, inquit, Eccleſiaſticos concupiſce-
,, re, nec juſtum, nec utile.

OBSERVATIO I.

IN TITULUM DE MAGISTRIS.

A Propoſito minime diſcedit S. Magiſter, dum de magiſtris ſermonem habet, eamdem nã-que rectam, mediamque inſiſtens viam, in medio doctorum inquirit, perſcrutaturque ea æquitatis media, quæ inter magiſtros & ſcholares eligenda poſcuntur, ut quid magiſtris debeatur, ſcholares reddant, & quid ſcholaribus, magiſtri impertiant. Primo impræſentiarum non inſiſtimus: ſcit unuſ-quiſque, & neſcire non licet, quæ Deo, quæ parentibus, quæ magiſtris exhibenda ſunt, & *qui interrogat*, pulchre dixit Ariſtoteles, *an Deus, parentes & magiſtri colendi ſint; pœna indiget, inſtructione non indiget*.

In ſecundo qualitates, quibus excellere debent magiſtri, ſupponuntur, probitas videlicet, morum rectitudo, facundia, &, ut dicunt ſtatuta facultatis Pariſienſis, art. 1. *Ad docendam & regendam juventutem magiſtros probatæ vitæ & doctrinæ recipiant, qui ſuo munere recte fungi noverint: quorum mores imprimis ſpectandi, ut pueri ab his & litteras ſimul*

ſimul diſcant, & bonis moribus imbuantur: & Cod. Juſtin. lib. 10. tit. 52. l. 7. *Magiſtros ſtudiorum, doctoreſque excellere oportet, moribus primum, deinde facundia*. Concil. Burdig. ann. 1624. *Ne quis hujuſmodi præceptorum, quod non raro accidit, ſit vinoſus, blaſphemus, maledicus, ſcurra, aut aliquo vitio ita inquinatus, quod inde tenera juventus ſemina vitiorum exſurgere queat*. Et Chryſologus in ſerm. 167. de Joann. Bapt. *Magiſter verus*, inquit, *quod verbo aſſerit, demonſtrat exemplo; Magiſterium ſtat de ſcientia, ſed magiſterii auctoritas conſtat ex vita*.

Ad id ſolum operam navat S. Magiſter, ne magiſtri aliquid exigant, nec porrigant pro licentia docendi; idque Decretalium epiſtolarum ordo poſtulat: qualiter enim ſpiritualia pretio concedi non debere, abſque ſimoniæ labe primo expoſuerant; nunc de nonnullis inſtar ſpiritualium ſe habentibus, ut de magiſtris, & de licentia docendi ſubmittunt. Et merito hic magnus in regno cælorum, reclamante Chriſti oraculo, reputandus S. Magiſter, quum quod ipſe fecerit, id verbis, id ſcriptis docuerit.

Primo ſtatuta Eugen. 2. Alex. 3. in Concil. Later. & Innoc. 3. in Concilio generali laudat, quibus Eccleſia tamquam pia mater pauperibus, ſcholaribus, qui parentum opibus ſuſtentari non poſſunt, providere cupiens, ne legendi opportunitas ſubtrahatur eidem, juſſit, ut non ſolum in qualibet Cathedrali Eccleſia; ſed etiam in aliis, quorum ſufficere poſſunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus, qui clericos & alios gratis inſtruat in Grammatica facultate, ipſique aſſignari debeat, & ſi plures ſint, cuilibet magiſtrorum a Capitulo unius Præbendæ, vel plurium proventus: tum eos magiſtros deputatos teneri gratis docere & pauperes, & clericos Eccleſiæ, a qua receperunt beneficium, & ſi aliquid exigant, eos a vitio ſimoniæ, vel turpis lucri non eſſe immunes, defendit S. Magiſter: *In templo enim*, inquit, *vendentes ſunt, qui hoc, quod quibuſdam jure competit, ad præmium largiuntur*.

Hujus rationem tribuit S. Magiſter, *quoniam* inquit, *ſcientia donum Dei eſt, unde vendi non poteſt; quia datur a Deo*: addit Poſtillator: *Ad illuminandum intellectum; ex quo ſequitur affectus aſcenſio, & perfectio animæ plus valens, quam totus mundus, ſicut & ipſa anima; unde & inæſtimabilis, & ipſam vendere ſimonia eſt, ſecundum Altiſidorum*.

Verum Concil. Trid. in ſuo decreto de reſor. c. 1. ſeſſ. 5. de Inſtituenda lectione ſacræ ſcripturæ & liberalium artium plura ſtatuit, ut cæleſtis ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus hominibus tradidit, in Eccleſia apertus ſemper exſiſteret; *quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati*. Ut ergo ad eum omnes properent fideles, & properent, ac emant abſque argento, & abſque commutatione vinum & lac, id eſt, ſacram ſcripturam, vinum quoad majores, & lac quoad minores, dictam,

Sap. 7:

Iſai. 25. Hug. ſup. hunc locū.

1. Decrevit. S. Synodus, quod in illis Eccleſiis, in quibus Præbenda, aut præſtimoniū, ſeu aliud quovis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur; Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alii locorum Ordinarii, eos, qui Præbendam, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium hujuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ ſcripturæ expoſitionem, & interpretationem per ſeipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum, ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per ſubtractionem fructuum cogant, & compellant.

2. Quod in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus, ſi civitas inſignis eſt, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, ubi nulla Præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium hujuſmodi deputatum reperitur; præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſſa reſignationis, primo vacatura, cui aliquod onus incompatibile injunctum non ſit, ad eum uſum ipſo facto perpetuo conſtituta, & deputata intelligatur: & ſi nulla, vel ſufficienda Præbenda foret, Metropolitanus, vel Epiſcopus, ipſe per aſſignationem fructuum alicujus ſimplicis beneficii, ejuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum ſuæ civitatis & Diœceſis, vel alias prout commodius fieri poterit, de Capituli conſilio ita provideat, ut ipſa ſacræ ſcripturæ lectio habeatur; ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudine, vel quavis alia ratione inſtitutæ, propter id minime prætermittantur.

3. Decrevit, quod Eccleſiæ, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua eſt cleri & populi multitudo, ut Theologica lectio in eis commoda haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant ab Epiſcopo cum conſilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque ſcholares pauperes Grammaticam gratis doceat; ut deinceps ad ipſa ſacræ ſcripturæ ſtudia, annuente Deo, tranſire poſſint. Ideoque illi magiſtro Grammatices, vel alicujus ſimplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perſtiterit, aſſignentur; quum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudatur obſequio: vel ex Capitulari, vel Epiſcopali menſa condigna aliqua merces perſolvatur: vel alias Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuæ Eccleſiæ, & diœceſi accommodam, ne pia hæc utilis, atque fructuoſa proviſio quovis quæſito colore negligatur...

Sed jam dudum cautum fuit, ut fere in omnibus civitatibus, villis, oppidiſque vel univerſitates, vel collegia, vel ſcholæ publicæ inſtituantur, & aſſignentur, & in iis regendis idonei deputentur magiſtri, quibus vel ab Epiſcopis, vel Capitulis, vel a Regibus, & poteſtatibus ſæcularibus, vel fundationibus particularium perſonarum ea fructuoſa, & honoraria proviſio aſcribitur, ita ut omnes tam divites, quam inopes abſque diſpendio ſcientias univerſas, & maxime ſacrarum ſcripturarum doctrinam comparare valeant; præſertim in Galliarum partibus hæc utilis & abundans viget apparatio, qua fit, ut in omni ſcientiarum genere excellentiores, profundiores, & peritiores, maxime in ſcientia Dei, & ſanctorum inveniantur viri. Medicinæ ſcientia academiam Monſpelienſem inter alias præſtare, fatentur omnes nationes; juriſprudentiam in gymnaſiis Pariſiorum, Tholoſæ, Aquarum ſextiarum, aliarumque urbium profeſſoribus regiis floreſcere, probant oratores juriſperiti. Grammaticæ, & liberalium artium innumera fere collegia, ſcholæ piæ, Seminaria conſtituta videntur. Sacræ doctrinæ, ſeu Theologiæ facultates non minorem præ ceteris occupare locum oſtendunt viri in ſcientia ſacræ ſcripturæ, ſanctorum Patrum, Conciliorum, juris Canonici, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & ſcholaſticæ Theologiæ eruditiſſimi.

Quis

Digitized by Google

Quis enim citra invidiam non concedat, Pariſienſem Theologiæ facultatem a ſuæ inſtitutionis initio, Magiſtris in omni doctrinarum ſacrarum genere peritiſſimis ſplendeſcere. Id probant Concilia Œcumenica, ad quæ ſæpe appellati fuere, & quæ eos plurica circa materiam fidei & morum, & alia intricata religionis negotia in facultate congregatos conſultos habuere. Hinc ſtudium Pariſienſe olim communi adagio vocitabatur *fundamentum fidei*, eo quod ſexaginta tribus conflatum collegiis, fidei rudimenta junioribus ſacrarum litterarum candidatis nuſquam non impertiit. Ex eo ſacro & ſcaturienti fonte aquas in vitam æternam ſalientes, non ſolum domeſtici, ſed & extranei e diverſis nationibus accedentes, hauſtas habuere, & hauſtas habere non ceſſant.

Sed quid opus in hacce obſervatione ea commemorare, quæ litterarum reipublicæ celari minime poſſunt? Liceat dumtaxat mihi ad laudem ſacræ facultatis, hic lectoris conſpectui exhibere, quæ ad reſtænandam novarum & temerariarum opinionum libidinem dixerit Melchior Cano, Hiſpanus, Epiſcopus Canarienſis, de quo Card. Sforza Pallavicinus hæc ſolidæ laudis habet in vindicationibus Societatis Jeſu, Romæ editis, ann. 1649. cap. 28. pag. 232. *Lege Melchiorem Canum, qui aureo plane volumine hanc ipſam de locis Theologicis tractationem ante omnes, ſupra omnes eſt exſequutus: idemque primus fuit, reor, qui docuerit, & quod minus eſt, latinam linguam in lyceo divina effari, & quod maximum, catholicis novatoribus bellum, & cladem inferre.*

In hoc enim laudato opere de locis Theologicis lib. 12. c. 11. verſus finem hæc de Sacra Pariſienſi facultate habentur. „ Eſt demum &
„ ea temeraria propoſitio, quæ in doctrina fi-
„ dei cum celebris Univerſitatis communi de-
„ creto ac definitione pugnat. Quamquam e-
„ nim circumferuntur articuli Pariſienſes, qui
„ non ſunt articuli fidei omnes, quoniam nec
„ hanc quidem vel longiſſime tangunt; ſed e-
„ jus Academiæ tamen de fide & religione, fi-
„ xa, conſtantiaque decreta ſemper Chriſti Ec-
„ cleſia ſuſpexit; qui vero contemſerunt, inaniaque, & levia, ac pro nihilo exiſtima-
„ verunt, omnes ad unum periclitati ſunt, &
„ ii, qui manifeſte ab Eccleſia diſceſſere, & ii,
„ qui Eccleſiæ fuere ſuſpecti; poſtremo ii, qui
„ in occulto adhuc latent, ſed ſe ſuo tempore,
„ ut ceteri, prodent.

Verum in honorem ſacræ facultatis minus dicere poterat Hiſpanus ille clariſſimus; ſed an mage, in dubium revoco. Accedant encomiaſtes, & præclara ipſius effata vocibus intonent; intricatioribus ipſius articulis penitus enucleatis in doctrina fidei, & morum, volumina impleant integra; innumeras illas ex Apocalypſis puteo ebulientes locuſtas, ranas, buffones, ſeu infinitas propemodum a naſcentis Eccleſiæ exordio Hæreticorum turmas, ſeu innumeros hujus ævi Etherodoxorum exercitus, ſeu audaces novatorum, laxas & ſporeificas opiniones in Ethicam Chriſtianam inducere molientium catervas; almæ facultatis ſcriptis, veluti Eccleſiæ fulgenti gladio devictos, ac profligatos fuiſſe, narrent quam plurimi. Non vana, non nova, non falſa loquentur: at hæc in his clariſſimi viri non ſuſpecti verbis inſtaurari cenſebunt veritatis, non adulationis amatores: *Hujus Academiæ de fide, & religione fixa conſtantiaque decreta ſemper Chriſti Eccleſia ſuſpexit.*

ÆMULORUM OBJECTA.

Eorum profecto narratio ad ſalivam plurium non eſt. Torquentur ii, quorum placita velut cancris omni ſucco deſtitutis, vacuiſque ſimillima ſuſpexit Academia, utque in eam vindicata ea habeant, & encomia ſacræ Facultati exhibita labefactare nitantur, verba ex Tullio mutuata, pleno ore buccinant: *O tempora! o mores!* Hanc Academiam priſcis diebus, viris in omni doctrinarum genere eruditiſſimis floruiſſe fatentur, eximios dediſſe ſacrarum litterarum reipublicæ doctores, qui tamquam ſcintillæ in arundineto fulgentes, Eccleſiam ſcientia illuſtrarunt, ut S. Thomas, S. Bonaventura, B. Albertus Magnus, Magiſter ſententiarum hujuſce facultatis alumni ſimul & ornamenta: Sed quantum, inquiunt, mutatam eſſe ab ipſa, oſtendunt doctores, ſed non docti Theologi; oſtendunt, qui doctoratus lauream labore improbo, ſollicitudine, precibus, & commendatione potentum aſſecuti, & poſt cum tunc accepto birreto, ultimum litterarum ſtudio vale dicunt: ſtuduerunt quidem, ſed eo fine, ut non amplius ſtudeant, & quorumdam annorum laborem, inertis vitæ languore compenſari, quotidiana convincunt exempla, ipſiſque ſufficit ſatis, doctores dici a docendo, ſicut montes a movendo; magiſtros abſque diſcipulis vocitari; hinc dilatare philacteria, magnificare fimbrias, primos recubitus in cœnis occupare, primas Cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus *Rabbi*: præterea nihil. Suſceperunt quidem, ut verbis utar Oratoris, offic. 3. onus præterea grave & *Athenarum*, & *Cratippi*, ad quos, cum tamquam ad mercaturam bonarum artium ſint profecti, inanes redire, turpiſſime eſt, dedecorantes & urbis auctoritatem, & Magiſtri. Quare, quantum coniti animo poſſent, quantum labore contendere (ſi diſcendi labor eſt potius, quam voluptas) tantum facerent, ut efficerent, neve committerent, ut cum omnia ſuppeditata ſunt ab aliis, ipſi defuiſſe viderentur.

Et hoc plurimum in regularibus vigere quis non videat? Hi enim e novitiatu ad gradus Baccalaureatus, vel magiſterii nullo propemodum interjecto medio convolantes, mox exemtionibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis in ſuo ordine gaudere ſatagunt; ex quo rixas, contentiones, & perpetuas inter fratres diſcordias oriri neceſſe eſt, in præjudicium fratrum venerandæ canitiei, qui multos annos in pluribus regni partibus, curſibus Theologiæ docendis conſumſere, quorum eruditioni plauſum fuit: ſurgit completo quinquennii ſtudio Baccalaureus non formatus, omni jure violato, *Juvenis imberbis, cuſtode remoto, gaudet* mox, quibus orbatur veneranda ſenectus.

Et ne hæc ab ipſis gratis dici quis exiſtimet, ea e S. Antonino Florentinorum Archiepiſcopo 2. p. t. 3. c. 5. §. 6. ſe mutuatos eſſe declarant: „ Principaliter, inquit, hos gradus appe-
„ tit (candidatus) ad honorem ſui, & non
„ Dei, & magis ad temporalia acquirenda, &
„ exemtiones habendas, & libertatem.
„ 2. Et (proſequitur idem Sanctus) pertine-
„ re videtur hujuſmodi vitium ad ambitionem,
„ & cupiditatem, quæ maxime debent eſſe remo-
„ ta a Clericis, & multo magis a religioſis; unde
„ Symmachus: *Nullus per ambitionem ad honorem*
„ *permittitur accedere: nam cum hic exceſſus in*

„ *Lai-*

,, *Laicali converſatione culpetur; quis dubitat, quia*
,, *religioſis, & Deo ſervientibus injiciat opprobrium?*
,, 1. q. 1. c. *Nullus* 2. Unde & Salvator dure inve-
,, hit contra Scribas, & Phariſæos de hoc inter
,, cetera, quia amant vocari ab hominibus *Rab-*
,, *bi*, quod interpretatur *Magiſter*, Matth. 23. &
,, non videtur veriſimiliter hoc egiſſe de venie-
,, libus culpis. Ceterum attente ambitione mo-
,, derni temporis, qua omnes currunt ad Ma-
,, giſterium, docti pariter, & indocti, & non re-
,, cta intentione; credo laudabilius fore, hujuſ-
,, modi fugere, qui docti ſunt ad ſufficientiam,
,, & abſtinere, quam quærere ad reprimendam
,, temeritatem eorum, qui per fas, & nefas ad
,, talem gradum aſcendunt, & tollendum ſub-
,, terfugium excuſationis eorum, cum viderent
,, probos talia quærere, ſicut plures ſecerunt vi-
,, ta & ſcientia clari; & hoc niſi obedientia eos
,, cogat: tunc enim cum Hieremia ſe excuſan-
,, te demum parendum eſt, 8. q. 1. c. *In ſcri-*
,, *pturis*, ut B. Thomas feciſſe legitur...

Demum idem ſanctus Archiepiſc. 3. p. tit. 5. c. 2. ꝟ. 10. de vitiis, quibus ultra communia ſpecialiter efficiuntur doctores, ſermonem habens, Alvari referens verba lib. de planctu Eccleſiæ, ſeptem enumeratis: ,, Octavo, *inquit*, cum conan-
,, tur diſcere ſubtilia, non utilia, ut videantur
,, ab hominibus, & vocentur *Rabbi*. Quod præ-
,, cipue in Magiſtris Theologiæ reprehenſibile
,, eſt; & præcipue in hoc offendunt, inquit præ-
,, fatus Alvarus, Magiſtri Pariſienſes, & in An-
,, glia, & in Oxonia tam ſæculares, quam religio-
,, ſi; tam Prædicatores, quam Minores, & alii,
,, quorum aliquorum arrogantia inexplicabilis eſt;
,, in quorum ſcholis non Prophetæ, non Moyſi
,, lex ſancta, non Chriſtus ſapientia Patris, non
,, Evangelium, id eſt, non doctrinam Apoſtolo-
,, rum, non Sanctorum Doctorum audiuntur; ſed
,, tebost Philoſophus idololatra & commentator
,, ejuſdem cum ceteris liberalium artium Peda-
,, gogis: adeo quod in ſcholis Theologiæ non
,, ſermo ſacer, ſed Philoſophia legatur; immo
,, nec jam textum ſententiarum legunt doctores
,, in ſcholis, & Baccalaurei, ſed ad quæſtiones
,, properant curioſas, ut ad litteram non ap-
,, pareant. Non exſiſtent contra canones 37. diſt.
,, c. 1. contra quos dicit Hieronymus diſt. eadem:
,, *Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcu-*
,, *ritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in*
,, *Dialectica arte torquetur*, &c. Hinc & Apoſto-
,, lus doctor Seraphicus ad Coloſſ. 2. ait: *Vide-*
,, *te, ne quis vos decipiat per Philoſophiam, &*
,, *inanem fallaciam ſecundum traditionem hominum,*
,, *ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chri-*
,, *ſtum*. De iſtis magiſtris, quorum totum ſtu-
,, dium eſt legere & diſputare, & commenta cu-
,, rioſa facere, de pœnitentia non curare, car-
,, naliter vivere, & honores appetere, conque-
,, ritur Gregor. diſt. 49. c. *Hinc etenim*, dicens:
,, *Lippus eſt quidem, cujus ingenium ad cognitionem*
,, *veritatis emicat; ſed tamen hoc opera carnalia ob-*
,, *ſcurant*... v. pag. 148.

Nonne licebit ex iis omnibus concludere, fere omnes Academias delapſas eſſe, & e primo ſplendore cecidiſſe, obſcuratum in eis aurum, mutatumque colorem optimum:

Et ſi non cecidit (N.) *potuit cecidiſſe videri.* Ovid.

Concilium Provinciale Colonienſe 1536. celebratum, hunc lapſum, hanc mutationem vidit, & providit, cum ut ei vel medelam afferret, vel obviam iret, declaravit c. 8. his verbis. ,, Neque igno-
,, ramus multa, ac diligenti proviſione opus eſſe in
,, academiis, qua imprimis curare neceſſe erit, ut
,, optimi quique libri in ſingulis profeſſionibus
,, ac diſciplinis per doctiſſimos profeſſores, ſta-
,, tutis diebus, ac horis vigilantiſſime prælegan-
,, tur, enarrenturque. Deinde, ut ſcholaſticis
,, vivendi regulæ præſcribantur, nempe ut bo-
,, nis diſciplinis vacent, a pompis, commeſſatio-
,, nibus, ebrietatibus, aleæ ludis, diſſenſioni-
,, bus, ac rixis abſtineant, ut prodigi eſſe deſi-
,, nant, ac quiſque ſe ſuo modulo metietur, ut
,, faſtum omnem, ac doctrinæ ſupercilium depo-
,, nat. Nec incipiant eſſe magiſtri, priuſquam
,, fiant diſcipuli. Quot enim ſunt, qui Magi-
,, ſtrorum, ac doctorum inſignia ambiunt, ac
,, per ambitum extorquent, etiam qui numquam
,, eam artem, quam poſt magiſterium profiten-
,, tur, vel a limine ſalutarunt? Quod quam tur-
,, pe, & indecorum ſit, nemo ignoret.,,

OBJECTIS FIT SATIS.

Iis attamen cum tanta emphaſi recenſitis tantum abeſt, ut ſacræ Academiæ Pariſienſis damnum quoddam patiatur, quin immo iis magis eluceſcere videatur, ut vera ſucetis, lucida obſcuris. Cum enim adeſt frumentum, quid de paleis quæ cum frumento naſcuntur, & nutriuntur, niſi ut ſe ponantur, fimum referant? Sciant qui objectant, quod cum laxata novitas quælibet in ſacra facultate quaſi novus ventus ebullit, ſtatim cernitur frumentorum gravitas, & levitas palearum, tuncque ſine magno molimine Sorbonica ab area, excutitur quod nullo pondere intra aream Sorbonicam continebatur. Nec etiam ſi plures ſunt ii, quibus laureatus decor gratia non denegatur, quam ii, quibus jure conceditur, idcirco plus etiam valent: non enim numero hæc judicantur, ſed pondere.

Deinde perfectiſſimi corporis membra æqualia non eſſe, natura, & ratio poſtulant, quia non ad idem ordinantur officium, alia ad nobile, alia ad vile deputata noſcuntur, *& quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumdamus*, 1. Cor. 12. omnia tamen integrum corpus conficiunt, ipſumque perfectum reddunt, & adornatum.

Demum eruditæ in omni genere ſcientiarum, ſacratumque maxime opera, quotidie publicæ luci expoſita, quæ ex illo inhexauſto fonte ſcaturiunt, pluſquam ſatis commendatam in orbe Chriſtiano, quocumque æmulis ſtomacho ſint, faciunt Academiam, ſimulque opprobria, *protinus invidiæ nigro ſqualentia tabo*, in facies exprobrantium & obloquentium immittunt.

Verum de nonnullis & Galliæ, & Germaniæ divulgatur Academiis, uno die ſicuti fungos exſurgere doctores; ſed hoc nuſquam in alma Pariſienſi facultate viſum fuiſſe, probant ſtatuta, quæ abſque ulla perſonarum acceptione ad amuſſim obſervari noſcuntur; quibus cavetur, ut omnis diſpenſationibus præcludatur via, qua ſola exſecutionibus eorum illudi poſſit: ,, Has paſſim pri-
,, vati ſuo nomine, ſive aliquando ad Regis,
,, & Principum commendationem a facultate
,, expoſtulant; per has enim, ſi ſine legiti-
,, ma cauſa concedantur, diſciplina ſacræ fa-
,, cultatis enervatur: verum ut huic malo ob-
,, viam iretur, hujuſmodi diſpenſationum con-
,, ditiones valde difficiles appoſitæ ſunt: decre-
,, tum enim eſt, tit. de candidatis, art. 29.

,, ut nullis candidatis, aut Baccalaureis conce-
,, dantur diſpenſationes, & ſi qui in poſterum
,, ſupplices ad Facultatem pro diſpenſationibus
,, obtinendis acceſſerint, eorum ſupplicatio nul-
,, latenus proponatur, niſi ante Facultas deli-
,, beraverit, an proponenda ſit, & inter ſe de
,, propoſitione facienda conceſſerint tres ex quat-
,, tuor magiſtrorum partes; & in ſequenti men-
,, ſe, cum deliberationi ſupplicatio ſubjicietur,
,, non cenſeatur gratia conceſſa, niſi in id etiam
,, convenirent tres ex quattuor ad minimum ſuf-
,, fragiorum partes: ac deinde concluſionibus cau-
,, tum eſt, ut hujuſmodi diſpenſationes non con-
,, cedantur, niſi via ſcrutinii: quibus legibus ab-
,, unde proviſum videtur, ne paſſim, & ſine
,, cauſſa concedantur, primum objecta difficulta-
,, te eas obtinendi, quæ a petendi propoſito de-
,, terreret; ſecundo libertate ſuffragiorum aſſer-
,, ta per viam ſcrutinii, quæ ſingulorum vota la-
,, tere permittit. Nihilominus Facultas pro ſuo
,, in regem Chriſtianiſſimum obſervantia, non-
,, nullas ad illius commendationem diſpenſatio-
,, nes viva voce conceſſit, ubi de voluntate Re-
,, gis certo conſtabat. Regi tamen per humilli-
,, mas preces expoſuit non numquam, diſpenſa-
,, tiones illas non ſine gravi diſciplinæ ſuæ de-
,, trimento poſſe concedi. At Princeps optimus
,, in bonum ſacræ Facultatis propenſus, non ſe-
,, mel ei notum fecit, ſe gratum habere, ut le-
,, ges ſuas ad amuſſim obſervaret, atque ſe im-
,, poſterum diſpenſationes inſultas ab ipſa peti-
,, turum; quod per ſchedam illuſtriſſimo Anti-
,, ſtiti Pariſienſi datam, facultati innoteſcere
,, voluit, eamque in ejus acta referri, ut factum
,, eſt in Comitiis generalibus die 2. Martii ha-
,, bitis anno 1693. Cum autem non obſtante illa
,, teſtificatione regia, quidam commendationes
,, Regis nomine per ſurreptionem obtinerent,
,, ut a facultatis legibus diſpenſarentur, non-
,, nulli doctores diſciplinæ amantes Regi anno
,, 1696. libellum ſupplicem obtulerunt, quo ſa-
,, cram Majeſtatem enixe ac ſubmiſſe rogabant,
,, ne hujuſmodi diſpenſationibus obtinendis no-
,, men ſuum interponi liceret: quæ res, cum ad
,, aures ejus, procurante illuſtriſſimo Archiepi-
,, ſcopo, perveniſſet, æquiſſimus ſe nulli deinceps
,, teſtari dignatus eſt princeps diſpenſationi ſi-
,, ve a tempore ſtudii, ſive ab ætate ad gradum
,, Baccalaureatus ſtatutis requiſita, ſive deni-
,, que, a ſuſceptione ſacrorum Ordinum cuique
,, actui majori neceſſario prævia commendatio-
,, nem ſuam daturum. Quem quidem libellum
,, ſupplicem adverſus hujuſmodi diſpenſationes
,, Regi chriſtianiſſimo porrectum, & ad Facul-
,, tatem a Rege per illuſtriſſimum Antiſtitem
,, tranſmiſſum, in ſua acta cum eum reſponſo
,, regio ad perpetuam rei memoriam retulit Fa-
,, cultas.

,, Denique anno 1708. die 2. Januarii D.
,, Syndicus dixit ſ. Regem invictiſſimum ac
,, Chriſtianiſſimum ſignificatum ipſi voluiſſe per
,, Eminentiſſimum Cardinalem Noallium Ar-
,, chiepiſcopum Pariſienſem, ſacram Majeſta-
,, tem renovare, quod Syndico ante duodecim
,, annos in mandatis dederat, nempe ut pro ſuo
,, officio tam accurate invigilaret ſtatutorum ſa-
,, cræ Facultatis regia auctoritate firmatorum
,, obſervationi, ut nulla prorſus ab illis impo-
,, ſterum fieret diſpenſatio. ,,

Hæc, quam abunde proviſum fuiſſe, ne ſta-
tutorum S. Facultatis executio enervatur, pluſ-
quam ſatis oſtendunt, probantque. Ceterum hæ
diſpenſationes nuſquam ad actus vel minores,
vel majores non perficiendos, nuſquam ad exa-
mina ſummo rigore non ſubeunda protrahaban-
tur, & huc uſque ad regiam Majeſtatem, vel
ad ſacram Facultatem præ præfatis diſpenſatio-
nibus obtinendis, nullus ſupplex accedit; ſicque
uno die doctorem in ea fieri nuſquam tentatum,
nuſquam viſum fuit.

Si autem quæ opponuntur de Regularibus ita
propere ad gradus admiſſis, vera ſunt; videant,
iiſque provideant, qui præſunt: optandum fo-
ret, ut in exemtionibus, gratis, privilegiis,
prærogativis fieret diſtinctio inter Baccalaureos
formandos, & integre formatos. *Formandi:* Bac-
calaurei erant olim ſive Curſores, ſive Senten-
tiarii, ſive Biblici. Curſores eo nomine intelli- *In præfat. Statut.*
guntur candidati Baccalaureatus, qui olim poſt
ſex ad minimum annos ſtudii Theologiæ accede-
bant ad Facultatem ſupplicaturi pro primo cur-
ſu, Biblico nimirum, quem præmiſſo felici e-
xamine peragere tenebantur, eoque peracto, ite-
rum ſupplicabant pro ſecundo curſu Biblico, &
utroque per biennium expleto, publica diſputa-
tione, quam Tentativam, aut examen publi-
cum, ac rigoroſum vocabant, explorabantur,
non ante trigeſſimum ætatis annum, & data oc-
caſione de Exſpectativa ad actus Veſperiarum,
aut Reſumtæ prævia reſpondebant. Baccalaurei
Sententiarii lectiones habebant per annum de
quattuor libris Magiſtri ſententiarum, & initio
cujuſque libri principium faciebant, hoc eſt, le-
ctionem aliis ſolemniorem, ac nonniſi per no-
vem annos ſtudii admittebantur ad id muneris.
Baccalaurei Biblici erant ii, qui lectionem ha-
bebant de veteri & novo teſtamento per bien-
nium. Formati Baccalaurei erant hi, qui confe-
cto curſu lectionum Biblicarum reſponderant de
Tentativa, & admiſſi fuerant.

Utinam hiſce temporibus hæc a Regularibus
Baccalaureis formandis exigerentur, utinam ex-
ſecutioni eorum darent operam, quibus Faculta-
tis ſplendor in animo eſt; eximii profecto in ea
magis ac magis exſurgerent magiſtri, numero
quidem pauciores, ſed pondere ſpectabiliores:
hic enim eſſet Lydius lapis, quo probarentur
candidati, probatique formarentur Baccalaurei;
& unuſquiſque eorum, antequam in harum ex-
ercitationum, ſub doctorum Conventualium cu-
ra, & vigilantia peragendarum, diſcrimen ſe of-
ferret, *Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet un-
gues*; & graviſſimum diſciplinæ regularis evitare-
tur detrimentum.

Ad ſecundum objectum de ambitione, & cupi-
ditate nonnullorum doctorum reſponſum datur,
concedendo ea vitia eſſe damnanda: ſed accidit
plerumque erga S. Academiam male affectos, am-
bitionem pro laudabili æmulatione permutare;
ea propter, ne æquivocis laboremus, ſanctum
Thomam ea in re conſultum habemus ,, Hanc e-
,, nim quæſtionem (inquit S. Antoninus 2. p. tit.
,, 3. c. 5. §. 6.) format S. Thomas in quodlibetis
,, ſub aliis verbis, videlicet, an liceat alicui pro ſe-
,, ipſo petere licentiam docendi in Theologia: &
,, reſpondet, quod ſic: & ratio eſt, quia nullam pe-
,, tit excellentiam poteſtatis, quod turpe eſſet; ſed
,, petit ſolum opportunitatem communicandi id,
,, quod debet communicare: communicare autem
,, ſcientiam, quam quis habet, laudabile eſt, &
,, ad caritatem pertinens ſecundum illud Sap. 7.
,, *Quam ſine fictione didici, & ſine invidia communico,*
,, &c. Et 1. Petri 4. *Unuſquiſque prout accepit gra-*
,, *tiã in alterutrũ illã adminiſtrãtes.* Poteſt tamẽ tur-
pitu-

„ plitudinem continere ratione præſumtis, ut ſi ille, qui non eſſet idoneus, peteret officium docendi.

„ Ex his (inducit S. Antoninus ibidem) duo præſupponuntur ad hoc, ut ſit licitum: primum, quod ſit idoneus ad docendum: ſecundum, quod intendat non excellentiam principaliter, ſed communicare doctrinam. Si ergo aliquod eorum defuerit, non licitum, ſed peccatum erit, per argumentum a contrariis, ut diſt. 25. c. *Qualis*. Si ergo non ſit idoneus nec etiam competenter, præſumtuoſus erit, & videtur eſſe mortale; quia contra intentionem ordinationis Eccleſiæ: ab Eccleſia enim creditur inſtitutum tale officium magiſterii, ut extra de magiſtris, per totum; & ad defenſionem, & declarationem Catholicæ doctrinæ, ut ſciant homines, ad quos in dubiis de jure debeant habere recurſum, & ut doctrina Catholica publice doceatur. Et quod ſit intentionis Eccleſiæ, quod non admittatur ad tale magiſterium non idoneus; patet ex hoc, quia jurant magiſtrandi, quod non admittent ineptos ad illud: juramentum autem non exigitur extra ordinationem Eccleſiæ, niſi in arduis, quæ vult omnino ſervari: quod videtur in hujuſmodi eſſe verum: nam ex contrario ſequitur deriſio catholicæ doctrinæ, & periculum animarum. Nam ſimplices, audito nomine Magiſtri, ad illum accedent pro conſilio in dubiis conſcientiæ, vel pro declaratione Scripturæ: ſuper quo quæſitus erubeſcens tacere, ne ignarus videatur, reſpondebit ſecundum ignorantiam ſuam. Unde & Innoc. dicit: *Miſeram eſt eum fieri magiſtrum, qui nuſquam fuit diſcipulus*. Diſt. 61. & Zoſimus Papa: *Quis tam arrogans, tam impudes invenitur, qui in cæleſti militia, quæ propenſius ponderanda eſt, & ſicut aurum repetitis ignibus exploranda eſt, ſtatim dux eſſe deſiderat: cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quam diſcere*, diſt. 50. c. *Si officia*. Accidit autem de hujuſmodi imperitis magiſtris, quod dicit Leo Papa, videlicet, quod *Magiſtri exſiſtunt erroris, qui veritatis diſcipuli non fuerunt*, 24. q. 3. c. *Quod autem*.

„ Si autem idoneus quoad ſcientiam exſiſtat, ſed hoc quærat non ad communicandum ſcientiam, ſed principaliter ad honorem ſui, & non Dei, magis ad temporalia acquirenda, & exemtiones habendas, & libertatem; videtur etiam graviter & mortaliter peccare, quia officium ſpirituale facit venale: ad quod optime facit, quod dicit Beda, videlicet: *Venditores columbarum ſunt hi etiam, qui gradum, vel gratiam in Eccleſia ſpiritualem, quam Domino largiente perceperant, non ſimplici intentione, ſed cujuslibet humanæ cauſa retributionis exercent*, *contra illud Petri Apoſtoli*: Qui loquitur quaſi ſermones Dei, & qui miniſtrant tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, & ut in omnibus honorificetur Deus.

„ Ad argumēta reſpondetur: Prohibuit Chriſtus aliquem vocari magiſtrum ea intentione, ut quis æſtimaret illuminationem mentis, quā quis percipit ex doctrina magiſtri, ſibi ipſi tāquam magiſtro principaliter attribuere; cū ipſe Chriſtus ſolus Deus ſit magiſter, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundū, Joan. 1. id eſt, ſine quo nullus illuminatur.

Tertio, quod opponitur, jam pridem a ſacra Facultate proviſum fuit, ut ſtatutis convincitur, in quibus cautum fuit §. 2. „ Ne reſpondentes, ac diſputantes, affectent curioſas, & novas pronunciationes, neque afferant teſtimonia auctorum, ſed probatæ fidei & doctrinæ. Verum in primo examine ſubeundo tres ſaltem horæ inſumuntur examini Philoſophico, & reſiduum temporis examini Theologico, in quo Magiſtri ſententiarum ordinem ſervandū eſſe, ſtatuit ſacra Facultas §. 11. ſed admiſſus candidatus pro tentativo actu, de uno ſaltem, eoque majori Theologiæ tractatu integro, vel de duobus æquivalentibus Theſes conficere tenetur, videlicet de Attributis, Scientia, Voluntate, & Prædeſtinatione Dei; vel de Trinitate, & de Angelis, vel de incarnatione, vel de gratia Dei; ea lege, ut in actu Licentiæ de eadē materia non reſpondeant, ſintque Theſes in forma breviores, & graviores in materia. 2. Dantur illi examinatores pro prima licentia, a quibus per tres horas ad minus de Theologia ſcholaſtica, ſervato ordine magiſtri ſentētiarū. Quantum autem ad Poſitivam, examinantur de ſcriptura ſacra, Conciliis, & Hiſtoria Eccleſiaſtica: quod ſi quis in ipſis minus peritus appareat; quamvis in examine de ſcholaſtica ſatisfecerit, rejiciatur, nec admittatur, niſi poſt biennium elapſum ad ſupplicandum pro obtinendis novis examinatoribus: ſicque omnem ſcientiæ curſum proſequuntur Licentiandi, ita ut pro Sorbonicis Theſes fiant de Theologia ſcholaſtica; pro majoribus ordinariis, de Poſitiva; & pro minoribus, de controverſia, adhibita moderatione tam circa materiam, quam circa formam, omiſſis etiam inutilibus factis, ac mera hiſtoria: qui actus ſecundum morem antiquum Facultatis, ſi Sorbonici ſint, incipiant hora ſexta matutine, & non terminentur ante horam ſextam veſpertinam; ſi majoris ordinariæ ab octava ad ſextam; tentativæ & minoris ordinariæ a prima poſt meridiem ad ſextam protraherentur: nec admittuntur a ſacra Facultate ad lauream doctoratus, niſi iis omnibus abſolutis.

„ Tandem recenti ſacræ Facultatis ſtatuto ſancitum fuit, quoſcumque licentia donandos poſtquam magiſterii gradum adepti ſunt, neque Facultatis comitiis intereſſe, nec actibus præeſſe, aut aliis Facultatis juribus frui poſſe, niſi prius poſt quinque annos ab eo magiſterii gradu elapſos, actum Raſumtæ inſtituerint, cujus tempus incipit a ſeptima ad meridiem, ſi matutinis horis celebretur; a prima vero uſque ad ſextam, ſi veſpertinis; cujus Theſis ſex columnis conſtare debet: in prima & ſecunda difficiliores ac profundiores proponi oportet; in tertia, & quarta, de novo Teſtamento; in quinta, & ſexta præcipua momenta Scripturæ, de quibus maxime cum poſteriorum temporum hæreticis controvertitur; & qui de reſumta reſponſurus eſt, diſputationis campum brevi, & compendioſa oratione, qua ſingularem aliquam ſive novi, ſive veteris Teſtamenti quæſtionem agitet, aperire debet; aliquando ſi voluerit, probare poteſt, quomodo ea, quæ Patribus in figuris contingebant, in novo fœdere fuerint adimpleta; qua ratione Chriſtus in Prophetis, & lege ſit quærendus. His & ſimilibus ingenii, & doctrinæ exercitationibus per dimidiam horam ad ſummum actui ſuo præluſurus eſt Magiſter.

Sed utinā ad majorem Facultatis decorem, eo ſtatuto tenerentur Regulares magiſtri, adeo ut nullus in ſuo Ordine præeminentiis, prærogativis

tivis, exemtionibus, & aliis magiſterii juribus frui poſſet, actu Reſumtæ non inſtituto poſt quinque, vel ſex annos a die ſumtionis pilei elapſos, vel coram ſacra Facultate, ſi vicinitas loci, quam habitarent, permitteret, vel coram duodecim doctoribus, vel profeſſoribus Theologiæ a ſacra Facultate deputatis, vel rogatis in remotioribus Galliæ partibus, cum ſpeciali ſui Superioris majoris licentia, per viam ſcrutinii, præhabito juramento de ineptis, vel inertibus nuſquam admittendis: ea lege in omnibus ſervata, facile jam objectis obviam iretur; ſive cum opponitur, quod plurimi, ut quorumdam annorum laborem reſarciant, Litterarum ſtudio, cum tunc accepto pileo, ultimum vale dicunt; ſive cum allegatur a S. Antonino inexplicabilis fratrum Prædicatorum, atque Minorum arrogantia, cum laurea magiſterii ſe adornatos ſuſpiciunt; & adeſſent tunc doctores: *viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re.*

At ne ultimo objecta non plene ſoluta remaneant, attendat, quæſo, lector non ſuſpectus, & judicet exercitationibus Theologicis jam recenſitis, in curſu ſtudii & Licentiæ peragendis, an ſacra Facultas corruptelas, quæ in ſcholas tempore Alvari, quem citat S. Antoninus, irrepſerant, candidatis ad ſtudii & lectionis curſus adhibere permittat? An reboet in ira Philoſophus idololatra? an in ſcholis Theologiæ non ſermo ſacer, ſed profanus vigeat? An quæſtiones proponantur curioſæ? An jam textum Sententiarum non legant doctores? Sciant, qui hæc objiciunt, procul a ſacra Facultate ſemper ſtetiſſe profana, & ut procul in poſterum magis ac magis ſtare noſcantur, præallegata ſtatuta non ſolum ſancire duxit, ſed ut exſecutioni diligenter mandentur, ea in commentarios Facultatis referri, & ter ſingulis annis, die ſcilicet Sanctæ Euphemiæ, in principio ſecundæ Sorbonicæ, quæ eſt fratrum Auguſtinienſium, & in principio Ordinariarum a majori apparitore alta voce recitari juſſit.

Attamen ſacra Academia nuſquam impedivit, quominus Theologi candidati, cum ſupplices accedunt ad Facultatem, humanioribus, & Philoſophicis litteris exerciti fuerint, maximeque inſtructi; immo nec recipit Regulares, qui magiſterium in artibus pro more Conventus ſui conſecuti non fuerint; quia humanas diſciplinas Theologis eſſe perutiles cenſet, multis de cauſſis hoc exigit; & principaliores ſunt, quas etiam affert Clemens Alex. I. Strom. lib. Unam ad Philoſophos edocendos: ſimile enim edocetur ſimili: exhibenda enim cuique ſunt, quæ ei conveniunt, & quæ ſunt familiaria, ut per propria ad fidem veniat veritatis. Alteram affert, ad refellendos Sophiſtas; nam quo pacto fallaces Philoſophorum argutias refutare poſſumus, niſi arguendi, & refellendi artem proſequamur? Tertiam, quod varia, ac multiplex præceptoris doctrina & delectat, & admirationem adfert, atque adeo auditores captat. Quod varie item multiformi argumento ſuadetur, id firmius hæret in animis diſcipulorum. Apoſtolus quoque docere ſe ait, in omni ſapientia, ut exhibeat omnem hominem perfectum in Chriſto: *In omni*, hoc eſt, divina & humana, ut cujusvis generis homines efficeret, perficeretque in Chriſto. Adſtitit præterea regina a dexteris Chriſti circumdata varietate.

Duo dumtaxat vitia a Profeſſoribus Theologiæ maxime vitanda ſunt, inquit Melchior Cano de locis Theolog. lib. 9. c. 7. quæ Cicero commemoravit. Unum, ne incognita pro cognitis, incertaque pro certis habeamus.... Sed hoc vitium effugere qui volet, non ſatis eſt, ſi ad res conſiderandas adhibeat & tempus, & diligentiam, niſi ad ea etiam, quæ ignorat, a doctiſſimis quibuſque interroganda adhibeat & curam & modeſtiam... Alterum vitium eſt, quod quidam nimis magnum ſtudium, multamque operam in res obſcuras, atque difficiles conferunt, eaſdemque non neceſſarias: quo in genere multos etiam ex noſtris peccaſſe videmus. Ea propter ſancivit artium Facultas Pariſienſis a. 14. ſtatut. an. 1598. ut Ariſtotelis diſputationes adverſus veteres Phyſicos, in quibus ſumma ſubtilitas elucet, examinentur, rejectis inanibus quæſtionibus, quas olim Barbari invexerant, & ab humaniori, politiorique ſæculo exploſas, aſperi, durique homines non ita pridem refricare, & redintegrare conati ſunt.

Porro prudenter Hieronymus Pammachium admonet, ut ſi adamaverit captivam mulierem, id eſt, ſapientiam ſæcularem, decalvet eam, & illecebras crinium, atque ornamenta verborum, cum emortuis unguibus amputet: multos tunc fœtus captiva dabit, & de Moabitide efficietur Iſraelitis: non mirum igitur reputandum, ſi interdum candidati Theologi, liberalibus ſcientiis inſtructi, in Paranymphis, & aliis orationibus in curſu Licentiæ habendis, ea, quæ dicturi ſunt, ex diſciplinis humanis, aut illuſtrare, aut confirmare moliuntur. Nam vaſa argenta, & aurea, ut docuit Auguſtinus lib. 2. de doct. Chriſt. c. 4. ceteramque Ægyptiorum ſupellectilem, etiamſi commodatam acceperimus, jure quaſi noſtro facere poſſumus, inque fidelium uſus vindicare, & alienigenam mulierem raſis crinibus, rejectiſque ſuperfluis ad Dei populum introducere. Sic diſcunt Theologi a David extorquere de manibus hoſtium gladium, & Goliath ſuperbiſſimi caput proprio mucrone truncare. Diſcunt a Paullo, vel inſcriptionem fortuitam ante torquere in argumentum fidei, & quæ in alium uſum ſcripta ſunt, ea ad emolumentum Eccleſiaſticæ doctrinæ convertere. Diſcunt cum Daniele, ac Moyſe Chaldæorum, Ægyptiorumque ſapientiam, ſi non ut ſequantur, at ut judicent, atque convincant. Nec æquum eſt, ut ſi adverſus Philoſophos diſputant, ignorent dogmata Philoſophorum. Si quiſpiam adverſos Mathematicos velit ſcribere imperitus Matheſeos, riſui patet. Videatur diſt. 37. Gratiani Decreti, in cujus capitulis in hocce opere ſparſim laudatis hæc fuſius tractantur, & maxime lib. 3. t. 5. de prud. ordinandorum v. *pag.* 245.

Ex iis argumentis apertius, concluſiuſque deducitur, quam quod ex oppoſitis deducit objectans, quod ſcilicet tantum abeſt, Pariſienſem Academiam e primo ſplendore cecidiſſe, obſcuratum in ea eſſe aurum, mutatumque colorē optimum; quin immo eam jam a pluribus ſæculis exortam, ſemper creviſſe, & in eum, quem nunc videmus, decorem perveniſſe, profiteri neceſſe eſt. Et concluſionem objectorum verſu Ovidii adornatam, falſam, temerariam, & totius Univerſi fidei adverſam eſſe, nemo non videt: fatemur, quod ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri; ſed quibus? iis profecto qui ægris afficiuntur oculis, quibus odioſa lux, quæ puris eſt amabilis.

At hic fidei adhibendæ labem inferre metuo, ſi denegatur facto, neſcio qua fortuna mihi ſucceſſo, idque fictioni attribuendum eſſe ſuſpicetur nemo; veritatem dico, non mentior; dum enim

hæc

hæc ſcriberem in ſacræ Facultatis honorem, ad notitiam meam pervenit, recentiſſimum famoſum libellum per civitatem Lugduni ſerpere, opuſque tenebrarum, modo emergens, modo deliteſcens, publicam profecto timens lucem, & ex idiomate Gallico, latino dictum, *Sorbona lapſa*. Jam concluſionem ex objectis deductam verſu Ovidii adornatam calamo conſcripſeram, & dum ei facere ſatis conarer, eo tempore fama libellus mihi notus fuit; ut quærerem, operam dedi, ut invenirem, penes me non fuit; eos ſane, qui publicæ lucis periculo tremebundi expoſuere, ſubit timendi pudor, ne ipſe, utpote non reſponſo, ſed umbra & angulo dignus, tamquam putridi ingenii putridus fœtus, diſperitus in Endor, factuſque ut ſtercus terræ, in faciem auctoris, vel cujuſdam ludi Magiſtri (qui *Aſcites toties ad graces omne joci*, ova etiam ab aliis foras excludit) reflexo ictu refunderetur.

In Sacram Facultatem objurgationibus, calumniis, mendaciis, ſcommatibus, & ambitioſa maledictorum congerie plenum dixere, qui eum viderunt; eo fine haud dubie, ut immiſſis per omnes Galliæ partes, contemtione, ludibrio, ac dehoneſtamento publico, denigrata ſuper carbones, ſimplicibus viris, & muliercuis Sorbonæ veneranda facies langueſcere appareret, *inque ipſos vultus ſerperet atra lues*.

Mirum equidem, quod dum hujuſce Facultatis doctores œcumenica Concilia in rebus fidei & morum conſultos habuerint, ſummique Pontifices in iiſdem nuſquam parvi fecerint; nonnulli ſollicita diligentia omnia, quæ ab illis ſcripta ſunt, in examen ſeveriſſimum vocent, moroſiſſimi, ut faſtidiant, mordaciſſimi, ut carpant; mirum, inquam, quomodo in tantam tam illuſtrium doctorum auctoritatem, ſe tam tetricæ frontis armarit audacia, ut menſuras ſenſuum, pondera locutionum, nervos quæſtionum, & fere verborum inſidioſe ſuperbi ſcrutatores eventilarint, magnum lucrum reputantes, ſi Eccleſiæ luminibus in ſuo genere ſine controverſia non minimis, nulli ſecundis nævorum maculas, & errorum caliginem affingant.

Lib. 6. Dial. de Trin. Sed aptat forte calamum non laſſata patientia, ſed urgens zelus, quem non parum Cyrilli exemplo ſtimulare tardabunt, qui læſi ſunt; dicentes interim cum eodem: „ Ne permittamus inimicorum ignaviæ, ut quidquid ei placet, eructet, ſilenterque id devoremus: ſed „ repellamus ſemper pro virili, alieni cordis „ commenta, & ſtrenue tranſilientes laqueos „ ruſticæ nugacitatis, in nobis ipſis cantemus; „ *Benedictus Dominus, qui non* amplius *dedit nos* „ *in captionem dentibus eorum...... laqueus contritus eſt*...

Hos, vel ſimiles graphice jam expinxerat S. Bern. ſerm. 65. in Cant. Seductorii quidam ſpiritus, „ gnari & aſſueti mala ſub ſpecie boni „ inducere, exagitant vineam illam grandem „ nimis, Domini plantatam manu, redemtam „ ſanguine, rigatam verbo, propagatam gratia; fœcundatam ſpiritu..... Nam cum Eccleſia ſemper ab initio ſui vulpes habuerit, „ cito omnes compertæ & captæ ſunt. Confligebat hæreticus palam (nam inde hæreticus „ maxime, quod palam vincere cupiebat) & „ ſuccumbebat; ita ergo facile illæ capiebantur „ vulpes. Quid enim, ſi poſita in lucem veritate, hæreticus in ſuæ pertinaciæ tenebris remanens, ſolus foris religatus areſceret? Nihilominus capta reputabatur vulpes condemnata impietate, & impio foras miſſo, oſtentui utique jam victuro, non fructui. Ex „ hoc juxta Prophetam, erant illi ubera arentia, & venter ſterilis; quia non repullulat „ error publice confutatus, & falſitas aperta „ non germinat. Quid faciemus his malignisſimis vulpibus, ut capi queant, quæ nocere, „ quam vincere malunt, & ne apparere quidem volunt, ſed ſerpere? Omnibus una intentio hæreticis ſemper fuit, captare gloriam „ de ſingularitate ſcientiæ: ſola iſta malignior „ ceteris, verſutiorque hæreſibus, damnis paſcitur alienis, propriæ gloriæ negligens: docta, credo, exemplis veterum, quæ proditæ „ evadere non valebant; ſed confeſtim capiebantur: cauta eſt novo maleficii genere operari „ myſterium iniquitatis, eo licentius, quo latentius. Denique indixere (ut dicitur) latebras ſibi, firmaverunt ſibi ſermonem nequam, jura, „ perjura: ſecretum prodere noli ... Sed magis „ credo, quod pandere erubeſcant, ſcientes inglorium: nam nefanda, & obſcœna dicuntur „ agere in ſecreto, ſiquidem & vulpium poſteriora fœtent. Et hæc pluſculum ſufficiunt, quã concedat obſervatio; ad cujus complementum, duo in principio jam tacta, & a S. Magiſtro propoſita, plene explananda ſuſcipimus, ut eo, unde egreſſa eſt, referat ſe obſervatio. *Oſea 9.*

In primis, qui ſtipendio ab Eccleſia pro regendis ſcholis non gaudent, quibus ſua non ſufficiunt competenter, & honeſte, poſſe licite, & moderate exigere, & Magiſtrum in ſcholis Pariſinis, vel Bononiæ tunc poſſe facere collectam, docere videtur S. Magiſter: quod tamen intelligit Poſtillator. „ Quod poteſt inopiam ſuam exponere ſcholaribus, & inſinuare, quod libenter „ acciperet, ſi gratis darent; ſed non licet exigere, ſecundum quod exigere eſt, ab invito „ extorquere, ut ff. de leg. 3. de fideicomm. §. *Si rem*. Nec credo, quod de jure poſſit eos de „ ſcholis expellere, vel ſpolia eorum accipere, „ ſi non velint ſponte promittere; ſed poſtquam „ promiſerint, promiſſa poteſt exigere. Quæ autem dicuntur ſupra, intelliguntur de illis, qui „ habent ab Eccleſia ſtipendiũ pro regendis ſcholis: de illis vero, qui nõ habent hujuſmodi ſtipẽdium, licet aliter ſint divites, credo, quod non „ tenentur laborare circa divites auditores, niſi „ velint ei moderate dare; quod tamen debent „ recipere non pro ſcientia, ſed pro labore. „

S. Antoninus 3. p. tit. 5. c. 2. §. 5. idem ad eamdem quæſtionem dat reſponſum ſecundum Hoſtienſem, nimirum, „ Si Magiſtro eſt annexum ſufficiens ſalarium publicum, non licet „ ei exigere; alias ſimoniam committeret, quia „ venderet obſequium ſpiritnale, quod ex officio tenetur facere, ex quo ei providetur; „ ext. de Sim. c. *Nemo* 1. q. 3. c. *Vendentes*, & c. „ *Non ſolum*; ſed tamen ſponte oblata recipere „ poteſt, 1. q. 2. c. *Sicut Epiſcopum*. Si vero non „ ſit annexum tale beneficium, vel ſalarium, „ aut ſi non ſufficiat ei ad competentem victum, „ poteſt accipere collectam pro laboribus. Arg. „ 12. q. 2. c. *Caritatem*. Et videtur Hoſtienſis „ innuere, quod non ſolum ab extraneis; ſed „ etiam a clericis Eccleſiæ poſſit exigere; non „ tamen debet exigere a paupere; cum ipſe potius debeat paupertati ſubvenire: ſed talis exactio ſecundum Guillelmum non debet eſſe „ coactaria, ut quod, niſi ſolvant, expellet eos „ de ſcholis, aut quod accipiat libros, vel res „ eorum; ſed potius inopiam ſuam exponendo. *v. Indic. Capital.*

Adver-

Digitized by Google

Advertat hic obiter lector, uti plurimis aliis locis, S. Antoninum, non Joannem de Friburgo, ſed fratrem Guillelmum Gallum, poſtillatorem S. Raymundi agnoſcere, ut conſtat ex verbis ſupra laudatis, quæ eadem fere ſunt cum iſtis ultimo citatis, quæ Guillelmo attribuit S. Antoninus.

,, Hæc omnia (proſequitur S. Archipræſul) in-
,, telligenda ſunt, ſi Magiſter eſt ſufficiens:
,, quod ſi inſufficiens eſt, & officium docendi aſ-
,, ſumit; non eſt ei providendum ex debito,
,, ſed culpæ ſuæ imputet, ff. ad l. Aquil. *Idem*
,, *juris*. Si vero ſufficiens eſt, & non habet pro-
,, viſionem; etiamſi dives eſt; poteſt a divitibus
,, licite accipere; quia non tenetur eis gratis
,, ſervire. Satis concordant Innoc. Raymundus,
,, & Guillelmus. Iſtam etiam materiam diffuſe
,, tractat Gloſſa, ſuper c. *De quibuſdam*, diſt. 37.
,, & poſt multa argumenta pro & contra, demum
,, concludit, quod tunc Magiſter faciet colle-
,, ctam, cum et ſua pleniſſime non ſufficiunt,
,, ut 10. q. 3. c. *In priſcis*, & 12. q. 1. c. *Epiſcopus*.
,, Et ſubdit Barthol. Brix. Ego credo, quidquid
,, dicat Joan. quod magiſter facere collectam pot-
,, eſt, & procuraretur ſibi, etiamſi abundet; quia
,, & Epiſcopus, cum viſitet Eccleſiam, vel con-
,, ſecrat, recipit procurationem, etiamſi abun-
,, det, ut de cenſib. exact. & procurat. c. *Cum E-*
,, *piſcopus*, & c. *Sopite*. Nec hoc eſt vendere
,, ſcientiam, quæ vendi non poteſt, cum ſit res
,, ſpiritualis; ſed pro labore ſuo promittitur ſi-
,, bi præmium, ſeu ſalarium: hoc eſt enim lo-
,, care operas. Sicut etiam licet advocato exi-
,, gere ſtipendium pro patrocinio ſuo, & juriſ-
,, conſulto pro conſilio ſuo, ut dicit Auguſt. 11.
,, q. 3. c. *Non licet*: & Prædicator non dicitur
,, vendere prædicationem ſuam, & tamen pete-
,, re poteſt ſuſtentationem ſuam; hæc omnia in-
,, telligenda ſunt, cum magiſtro non eſt aliter
,, proviſum de præbenda, vel de ſufficienti ſa-
,, lario pro labore ſuo: nam ſi proviſum eſſet
,, ſufficienter; tunc exigendo reputaretur ſimo-
,, niacus: & hoc communiter tenetur.

Quantum vero ad licentiam docendi, quam olim Cancellarius Pariſienſis, vel Bononienſis non concedebat, niſi aliquo ſibi dato, probat S. Magiſter ex cap. 2. & 3. de Magiſtris, hocce in opere recenſitis, id non licere, & ex utraque parte turpitudinem verſari: ſed ne æquivocis laboremus, & medium a S. Magiſtro ſtatutum, & a nobis intentum ſervemus,, Circa hujus mate-
,, riæ declarationem diſtinguendum videtur, in-
,, quit S. Antoninus 3. p. tit. 5. c. 2. § 6. de licen-
,, tia docendi; quod dupliciter ſumitur. Uno
,, modo in ſpeciali pro ipſa actualitate docen-
,, di; puta, cum conducitur quis ab aliqua Uni-
,, verſitate ad legendum in aliqua facultate;
,, vel ad hoc beneficium, ſeu præbendam reci-
,, pit, vel ex ſe: tamen ante inchoationem le-
,, cturæ, oportet recipere licentiam a Rectore
,, illius univerſitatis, vel Cancellario, vel aliis
,, ex ſtatuto, vel conſuetudine loci (Sic olim
,, praxis erat in Univerſitate Pariſienſi) Et pro
,, tali licentia prohibetur aliquid exigi, vel
,, recipi; & de hoc videtur intelligendum, quod
,, dicitur eod. tit. c. 1. videlicet, pro licentia
,, docendi nullus pretium exigat, vel ſub ob-
,, tentu alicujus conſuetudinis ab eis, qui do-
,, cent, aliquid quærat, nec docere quemquam,
,, qui ſit idoneus, petita licentia interdicat, &
,, taliter exactum mandatur reſtitui in c. ſeq.
,, eodem tit. Et ad hoc facit, quod notat Joan.
,, Andreas ſuper c. *Quanto*, ubi dicit, quod illud
,, fuit impetratum, ſcilicet, quod non exigetur
,, aliquid a docente contra Cancellarium Pari-
,, ſienſem, qui a quolibet docente exigebat u-
,, nam Marcham. Alio modo poteſt intelligi li-
,, centia docendi, ipſa dignitas Magiſterii, quæ
,, datur facultas alicui in generali, ut poſſit legere
,, publice, interpretari, & gloſſare: & hoc fit
,, in doctoratione alicujus in aliqua facultate;
,, & pro tali licentia docendi, aliquid accipe-
,, re, vel exigere non videtur prohibitum, per
,, dictum c. cum conſuetudo, quæ eſt optima
,, legum interpres, ubique habeat contrarium.
,, Nam in doctoratione alicujus, qui eſt Can-
,, cellarius, exigit, & recipit octo florenos, vel
,, plures, & examinatores præſentes, duos flo-
,, renos: nec aliter doctoraretur, niſi illa ſol-
,, veret, nec adhuc legi reprehendentem talem
,, exactionem. Et poteſt eſſe ratio diverſitatis:
,, quia pro iſta licentia generali, ſeu doctoratio-
,, ne licet exigere, & non pro prima, quia iſta
,, non ordinatur ad actualitatem legendi, un-
,, de ſcientia communicatur; ſed ad quamdam
,, dignitatem, in cujus collatione, ſcilicet magi-
,, ſterii & talis licentiæ, ponitur ſpatium tem-
,, poris, pro quo aliis tunc illi non poſſunt va-
,, care; & exercitium laboris, quia præſentes ha-
,, bent ſtudere pro arguendo, & qui confert gra-
,, dum, vel dat licentiam, habet ſermocinari,
,, ratione officii; ut quia Cancellarius poteſt
,, habere laborare pro directione univerſitatis,
,, & defenſione. Et ſic fit in ſumtus officii,
,, non in modum pretii; ſed prima licentia or-
,, dinatur ad communicationem ipſius ſcientiæ:
,, & nullus ibi labor, vel exercitium, vel tem-
,, pus ponitur. Si autem diſtinctio iſta non pla-
,, cet, ſed ſub licentia docendi intelligatur &
,, ſpecialis, & generalis, quæ datur in doctora-
,, tu; tunc oportet dicere, vel iſta capitula illius
,, tituli eſſe abrogata per contrariam conſuetu-
,, dinem ubique ſervatam, quam & timorati
,, viri ſecuti ſunt; vel quod ubique corruptela
,, eſt, & trangreſſio illorum Canonum: quod
,, durum eſt tantā multitudinem condemnare.,,

OBSERVATIO III.
IN TITULUM DE APOSTATIS.

I.

APoſtaſiæ naturam, Apoſtaſiarumque elenchum mox definit, ac indicat S. Magiſter, eumque ternario complectitur numero. Primam dicit perfidiæ, ſecundam inobedientiæ, tertiam irregularitatis. Perfidiæ, qua quis recedit a fide: Inobedientiæ, qua quis mandata Dei, ſacroſque Canones tranſgredi, & violare præſumit: irregularitatis, qua quis a ſtatu ſumtæ religionis, ipſique votis ligatus recedens, ad ſæculum redit.

Nonnullas poſtea de Apoſtaſia perfidiæ movet quæſtiones, quas jure *utiles* dixiſſe, judicabit lector, ſi in memoriam revocet inſignem & famoſam de cultu Sinenſium cauſſam, qua octoginta annis & amplius, Chriſtianum *perturbatur ibi totum jam corpus & omnes*, quæ non parvam timoratæ conſcientiæ offenſionem dedit, cuique tamdiu dilatæ tamdiu procraſtinatæ Clemens XI. ſanctiſſime regnans finem aliquando impoſuit. Huic etiam cauſſæ, diſpar minime fuit, quæ circa ſuperſtitioſas cæremonias Malabaricas primo quidem cū Greg. Papa XV. regeret Eccleſiam Dei, mota fuit, & Bulla Pontificia, quæ incipit, *Romanæ Sedis Anti-*

ſtes

Digitized by Google

ſtes; partim judicata: Indulſit quidem nonnulla Bracmanibus, aliiſque gentibus converſis & convertendis ad fidem ſad dummodo; ad ſuperſtitionem expurgaedam, eaque tollenda, quæ ſcandalum præbera feruntur, præſcriptas in aa Bulla leges & conditiones obſervent: & per viſcera Chriſti Jeſu hortatur, & rogat, ac pro aa, qoa fungitur auctoritate, ſtrictiſſime jubet, oe prædictorum inſignium, & aliorum, quæ permittuntur occaſione, novella Chriſti germina eum membris diaboli commiſceantur in ais, quæ ſuperſtitionem, atque abrenunciatum idolorum cultum quomodolibet ſapiunt: fierent enim ais poſteriora deteriora prioribus, cum malius fuiſſet illis non cognoviſſe viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum eſſe convarſos. Cetera fuſius in tenore Bullæ, in calca operis collocanda.

2. Eaſdem ſuperſtitioſas Malabaricas cæremonias Decreto inſigni, & auctoritate Apoſtolica, die 23. Junil 1704. profligavit Eminentiſſimus Dominus Carolus Thomas da Tournon, cum in Indiis orientalibus, & Sinarum imperio, finitimiſque inſulis commiſſarii Viſitatoris, eum facultate Legati a latera, munere fungabatur, quodque in appendice locum ſuom obtinebit.

Verum inter prætenſas Sioarum cæremonias, & Malabaricas ſuperſtitiones, & vaſanos Maurorum in Hiſpania olim morantium cuſtus, parum nanciſcor diſcriminis: & ſi conſentanea, & fere eadem in omnibus eſſe videantur, non diſſentaneum, non diverſum eorum fore judicium, quis non videbit?

Utiles, inquit S. Magiſter, *moveri poſſunt quæſtiones circa Apoſtaſiam perfidiæ, ſic: Ecce multi Chriſtiani reſident in quibuſdam civitatibus Sarracenorum, & maxime illi, qui vocantur Atrones: aliqui illorum profitetur Mahometum nuncium eſſe Dei, ſicut & Sarraceni faciunt ad laudem, & venerationem illius, quem colunt, & venerantur pro ſancto.* Hæc eſt prima, quæ maxime conſormis eſt iſti: *An liceat Chriſti fidelibus in ædibus Confucii exercere, ac peragere cæremonias, ritus, oblationes, quæ in honorem ejuſdem Confucii fiunt.*

Secundam Quæſtionem proponit S. Magiſter, cum dicit: *Alius oſculatur ſepulchrum Almeadi, quaſi ex reverentia P. ac ſi eſſet ſanctus*; quæ itidem iſti conſentanaa eſt: *An ſit permittendum Chriſtianis oblationes, ritus, & cæremonias coram progenitorum defunctorum tabellis, ſive in eorum progenitorum ſepulchris, ſive antequam defuncti ſepulturæ tradantur, in eorum honorem fieri conſuetas, una cum gentilibus, vel ſeorſim ab illis peragere, atque miniſtrare.*

Tertia ſpecialis non eſt, coincidit enim aliis, & eadem, ac iſta, ſcilicet, an liceat aliquando Chriſtiano ſimulare falſam religionem: *Alii*, proſequitur S. Magiſter, *in publico ſe gerunt pro Sarracenis, & in occulto pro Chriſtianis.*

An vero iſti omnes, vel ſimiles ſint Apoſtatæ, vel idololatræ, vel hæretici judicandi, quæſtio non parum difficultatis fuit in his retro temporibus. Verum cum S. Magiſter eodem ſpiritu, quo ſancta Mater Eccleſia regitur, ductus fuerit, idem hac in re utriuſque fore judicium, neceſſe eſt. Itaque non ad moleſta, dura ſogillata prolabens; non zelo falſo percitus, io eos falſæ religionis ſimulatores, vel fictores; non conviciis, non opprobriis, non ſcommatibus, non mordacibus verbis, non objurgatoriis ſcriptis invectus; ſad ea, qua par aſt, mediocritate, quam ſula efficit virtus, quam prudentia præſcribit, quam ſcientia dirigit, & quæ decet ſanctos, & hos aruditos, quæſtiones intricatas una anucleat, unaque ſolvit, & quaſi in medio laqueorum ingrediens, cum ſapientibus & prudentibus tractara videtur, media diſtinctione, & medio temperamento.

„ Quia, *inquit*, ſi Chriſtiani ea agerent cre-
„ dendo, & proficendo Mahometum eſſe nun-
„ cium Dei, vel Almeadum eſſe ſanctum, vel
„ in publico ſe gerunt pro Sarracenis, arbitran-
„ tas ſe obſequium præſtare Deo „ omnes tales indiſtincte eſſe vel Apoſtatas, val idololatras, vel hæreticos judicandos, conſtanter aſſeverat: & hoc probat ratione, & axemplo inſigni, ut lectori patebit, ſi vero ore tanus, val facto hæc peragunt, & in corde in nullo deviant a fide, non dicit eos Apoſtatas, nec hæreticos, nec fautoras eorum; ſed hoc non licere, & peccare mortaliter, quicumque quocumque metu, quacumqua moris pollitici ratione, præfata exterius profiteri præſumunt: *Corde enim creditur ad juſtitiam, profeſſio vero fit ad ſalutem.*

Hæc ſententia, hoc judicium in nullo fere diſcrepat ab eo, quod pro ſarcienda pace inter Miſſionarios Apoſtolicos protulit Clemens XI. omnibus enim mature diſcuſſis, non dicit Apoſtatas, nec idololatras, nec fautores eorum, qui ritus Sinicos obſervabant, vel obſervare permittebant, quo falſos civiles nonnulli arbitrabantur; ſed hoc non eſſe amplius permittendos, declaravit, ut pateret, in his partibus, ex ſancto Ireneo Lugd. Antiſtita, *Chriſtianos omnes*, præſertim Sinicos neophitos, *unius eſſe labii, atque unius oris*, declaravit ſane adornato Decreto dia 20. Novembris anno 1704. lato & publice denunciato Nankini ab eminentiſſimo Card. de Tournon Viſitatore Apoſtolico, die 7. Februar. 1707. quo lis illa magna finita fuiſſet, ſi ex una parte finitus fuiſſet arror, & ex altara penitus evulſus ſcrupulus; utrumque Sedi Apoſtolicæ reſervandum, levandumque, non in dubium revocamus, ut quæ incœperit, ipſa perficiat.

At quid me in ſimilem impulit ſermonem? An quod votis jam diu optatum fuit, Pontificio illo Decreto conceſſum non eſt? Quid obſcuritatis habuit? Quid novi amerſit, ut potius pleniori egeat axplicationa, quam defanſione? An redivivis conatibus forte nuſquam perituris, veſanæ de ritibus Sinarum quæſtiones aliquando excitari non ceſſabunt, iique æternos in annos in praxim, non obſtanta Decreto, ab eorum defenſoribus redigi conſpicientur, qui magis hominibus, quam Deo, & Eccleſiæ placere volentes, ea quæ in Decreto Pontificio comprehenſa earnuntur, dumtaxat conditionata fuiſſe, & ad Decretum Alexandri VII. adaptanda mordicus aſſeverant?

Sic varios iterant ultro, citroque recurſus.

Econtra nonnulla in adornato Pontificis Decreto permittuntur, quæ denuo quibuſdam non minoram injiciunt ſcrupulum, noviſque timoratam conſcientiam ſtimulis agitare non deſinunt: ea ex me non dico; ea lectitavi in Epiſtola R. admodum P. Petri Munos Ordinis FF. Prædicatorum in imperio Sinarum Miſſionarii Apoſtolici ad Reverandum Patrem Natalem Alexandrum, ejuſdem ordinis Doctorem Pariſienſem; hæc Epiſtola typis edita, jam nuper dictorum mentionem facit, ea fide, quæ virum religioſum decet: recenſitis enim, quæ eminentiſſimo Cardinali acciderant in ſua Macai incarceratione „ Ubi, *inquit*, poſtquam per aliquot an-

„ nos

„ annos ſub militibus jam Luſitanis, jam Sini-
„ cis ſubalternis excubiis vigilantibus cuſtodire-
„ tur; eo rabies & furor inimicorum deducta
„ eſt, ut alimenta naturalia, quæ homicidæ &
„ mortis reo non denegantur, ipſi ſanctæ Sedis
„ adminiſtro legato *a latere*, ac Eminentiſſimo
„ Domino per plures menſes non fuerint con-
„ ceſſa: ſic diris ac variis moleſtiis affectus in
„ morbum incidit & membris fere omnibus con-
„ tractus, appoplexia adveniente, ipſis die Pen-
„ tecoſtes, Sacramentis munitus, ex Macaenſi
„ arce liber evadens ad aulam cæleſtis curiæ,
„ meritorum præmia percepturus, advolavit „
E veſtigio iſta ſubſequuntur. „ Poſt Eminen-
„ tiſſi. Dom. mortem Decretum S. Congrega-
„ tionis anno 1704. die 20. Novembris datum
„ huc uſque pervenit: ſed licet jam in hoc Si-
„ narum regno ſit divulgatum; tamen nec hic,
„ nec Romæ, nec alibi eſt authentice, & juridice
„ promulgatum: neſcimus qua de cauſſa; ſed
„ quomodocumque ſit, Jeſuitæ dicunt, omnia,
„ quæ in tali decreto continentur, eſſe condi-
„ tionata, & conformia ad decretum Alexandri
„ VII. & ſic in aliud latus ſe vertunt.
„ Sed anguſtiæ ſunt adhuc undique: quia in
„ hujuſmodi Decreto, ut legi & vidi, tabellæ
„ deſunctorum permittuntur ſine Litteris, &
„ cum quadam fidei proteſtatione: ſed malitia
„ tabellarum non eſt in Litteris, nec per illas
„ conſtituuntur in ratione talis: conſtituitur e-
„ nim tabella per ordinem ad falſam exiſtima-
„ tionem, qua Sinæ judicant animas deſuncto-
„ rum illuc ad requieſcendum deſcendere; &
„ hæc eſt principis & Reipublicæ Sinarum vetus
„ inſtitutio: unde antecedenter ad Litteras jam
„ tabella eſt conformaliter conſtituta, & cum to-
„ ta ſua eſſentiali malitia: unde Litteræ ſolum
„ erunt explicativæ, non conſtitutivæ ipſarum
„ malitiarum. Quare Litteræ adſint, vel deſint,
„ parum intereſt, niſi vetus illarum inſtitutio a
„ principe, & Republica deponatur. Unde pro-
„ teſtatio nihil prodeſt, quia ſolum adeſt locus
„ proteſtandi, quando actio eſt ſecundum ſe in-
„ differens, & ſolum habet malitiam ex fine o-
„ perantis, non operis: tabellæ autem, & actio
„ illas venerandi indifferens non eſt; ſed in-
„ trinſece mala, utpote ſuperſtitioſa in noſtra
„ ſententia: unde ſi millies proteſtetur, non
„ excluditur tabellarum, aut actionis malitia,
„ utpote operis, non operantis.
„ Quare venerans tabellas non excuſabitur ab
„ exſequendo actionem ſaltem extrinſece ſuper-
„ ſtitioſam, eo modo, quo idolum extrinſece ve-
„ neraretur. Hic qualiſcumque diſcurſus me
„ continet ad dicta, ſalva tamen majorum ſen-
„ tentia.
„ Ex hac autem tabellarum permiſſione ad-
„ huc magnum in noſtris Miſſionibus ſequitur
„ inconveniens: ſiquidem majores noſtri, ſicut
„ & nos numquam tabellas cum Litteris, vel
„ ſine illis permiſimus, maxime in Provincia
„ *de Fochien*; ubi major & melior pars Chriſtia-
„ norum invenitur noſtræ Miſſionis: ſi autem
„ nunc publicetur, ipſas poſſe permitti, & hoc
„ Eccleſiæ auctoritate, quid ex hoc proveniet?
„ Ad minus Chriſtiani allegabunt, ſe ad tabel-
„ las habere jus, & illas petent: in hoc caſu
„ quanta inconvenientia ſurgant, patentia ſunt
„ aliqualiter conſideranti.
„ In hoc etiam Decreto aſſiſtentia Chriſtianis
„ permittitur materialis cum Gentibus, quando
„ agunt ſuperſtitioſa, cum aliquibus conditioni-
„ bus, ut olim in Decreto Alexand. VII. per-
„ mittebatur: ſed talis aſſiſtentia mere materia-
„ lis cum talibus conditionibus eſt methaphyſi-
„ ca in Sinis, nec poſſibilis in re: ſiquidem Si-
„ næ progenitorum, vel Confucii templa adeun-
„ tes, omnes citati eunt; quare non poſſunt
„ non auctorizare functionem illam ſuperſtitio-
„ ſam, niſi ſint meri inſpectores illuc tranſeun-
„ tes, de quo non loquitur Decretum, nec adeſt
„ quæſtio: ſicque injiciunt Sinis magnus laqueus,
„ quo animæ illorum irretiuntur, cum raro in-
„ veniantur inter Sinas, qui in ſimilibus caſi-
„ bus habeant animum proteſtandi: & ſi ad hoc
„ adeſſent vires, etiam adeſſent ad non eundum
„ ad templa; & hoc modo unico ictu omnes i-
„ dololatrandi occaſiones, & ſuperſtitioſa faciendi
„ præſcindent. Multa de miſſione Sinica ad no-
„ ſtrum Reverendiſſimum P. Generalem ſcri-
„ pſi, & ad Illuſtriſſimum D. Cononenſem, quæ
„ hic repetere non vacat; quia navis jamjam
„ vult ſolvere portum.... Cantone regni Sina-
„ rum 20. Febr. an. 1711. minimus in Domino
„ Filius, Frater Petrus Munos.

De iis ſane ante admoniti ſuperior, aliique
Miſſionum extranearum directores Galli, non
ſine acerbo, moleſtoque dolore, ea omnia ſum-
mo Pontifici, qua par erat humilitate, & reve-
rentia exhibuere, memoriis, reflexionibus, E-
piſtolis, ſupplicationibus, tergiverſationes, ſub-
terſugia, pretextus partis adverſæ, ut jam de-
cretis emanatis de Sinarum cultu non obſeque-
retur, expoſuere; mox propriis conſiderationi-
bus abdicatis (quæ profecto hac in re infœcundæ
non erant, ut damnum ſerpens, & pejus priore
exprimere poſſent) ad divi Bernardi auctorita-
tem ac patrocinium confugere; ipſum invoca-
runt, ipſumque ad nos commeare, ut videret,
animus fuit; ipſius verba, ſin tantum zelum,
(cum quo Cæleſtinum Papam in re certo mino-
ris momenti alloquebatur) mutuantes, macte
virtute Clem. XI. & ſedi Apoſtolicæ dixere.

„ O rem ignorantia omnium dignam, & per-
„ petuo, ſi fieri poſſet, ſilentio comprimendam!
„ Verum id ſero. Heu! notus eſt orbi triumphus
„ diaboli. Ubique perſonat plauſus incircumciſo-
„ rum, & planctus bonorum, pro eo quod videa-
„ tur ſapientiam viciſſe malitia. Monſtratur di-
„ gito matris Eccleſiæ turpitudo... Si is exitus
„ imminebat, cur e longinquo Romam eſt per-
„ tracta cauſſa ſpurciſſima, umbra magis & an-
„ gulo digna? Cur tanta mari, terraque a mul-
„ tis aſſumta fatigatio? Cur a finibus terræ evo-
„ cati viri religioſi, qui eum accuſarent, & paupe-
„ rum Chriſti marſupia longi itineris expenſis ex-
„ hauſta ſunt? Non poterat epiſcopari turpis, in-
„ famiſque perſona (quod invitus, dolenſque lo-
„ quor) niſi quæ in illo horrebat Anglia, Francia
„ abominabatur, etiam Roma cognoſceret? Quam
„ melius in Romana curia, cauſſa ejus minime ven-
„ tilata fuiſſet, & non tangeret vel ſacra limina
„ generalis, atque horribilis fœtor? quam tolera-
„ bilius ignoraſſet Apoſtolica ſedes tam intolera-
„ bile malum, quam tolerat manifeſtum!....
„ Quæ cum ita ſint, videte, Domine Pater, ne
„ declinet cor veſtrum in opus malitiæ; quo-
„ niam ſecundum Prophetam: *Declinantes in ob-
„ ligationem adducet Dominus cum operantibus in-
„ iquitatem*. Alioquin quod conſilium datis
„ miſeris illis religioſis viris, quos ad accu-
„ ſandum eum vocatio Apoſtolica Romam tra-
„ xit..... Ante (ni fallor) ſuis ſedibus e-
„ xulabunt, quam dare acquieſcant manus ido-

idolo huic. ... Ceterum quam ſanctiori, veſtroque Apoſtolatu digniori zelo gladium Phineea in confuſionem illurum tam turpiter fornicantium ſtringeretis, quam tot ſanctos, aut de his ſugere locis permittitis, aut contra conſcientias cogitis remanere.

Eodem utique zelo in eadem cauſſa uſque motus Bernardus aliam ad totam Romanam curiam ſcripſit Epiſtolam, quæ e veſtigio priorem ſubſequitur.

,, Omnibus ſcribendum ſuit de eo, quod ſpe-
,, ctat ad omnes: nec vereur, ne ſurte præſum-
,, tionis arguar, quippe qui licet omnium mi-
,, nimus, tamen Romanæ curiæ injuriam a me
,, non judico alienam. Urimur aſſidue, dico vo-
,, bis, orimur graviter nimis, ita ut nos tædeat
,, etiam vivere. In domo Dei videmus horren-
,, da, & quia corrigere nos non poſſumus, ſal-
,, tem ſuggerimus his, ad quos ſpectat: ſi quidem
,, emendaverint, bene: ſin autem, nos animas
,, noſtras liberavimus, vos excuſationem non
,, habebitis de peccatu. Non ignoratis prolatam
,, eſſe ſententiam a Domino Papa *contra Sinarum ſuperſtitiones* cum veſtro & Romanæ Cu-
,, riæ generali aſſenſu .... Nec vos latuit, quam
,, plena eſſet ſententia .... ſed utinam vel ipſa
,, ſtet, & quod adverſus eam ſactum eſt, ſtare
,, non poſſit,.. Quis tribuat, ut adverſus for-
,, nicationem hanc Phinees cum pugione proce-
,, dat, aut vivat in ſede ſua Petrus, qui ſpi-
,, ritu labiorum ſuorum interficiat impios? Mul-
,, ti clamant ad vos in toto corde ſuo, ut ſa-
,, crilegium hoc digna animadverſione, *firmaque Conſtitutione* vindicare ſtudeatis. Alioquin
,, dico vobis, ſcandalum magnum nimis erit in
,, Eccleſia Dei, & timeo, ne Romanæ ſedis
,, auctoritas gravem admodum jacturam, & de-
,, trimentum grande ſuſcipiat, niſi in eum, qui
,, pervertit generalem ejus ſententiam, vindi-
,, cta proceſſerit, & taliter, ut ceteri metum
,, habeant... Quid dicam vobis? ſi non vos u-
,, rit ſcandalum grave, quo ſcandalizantur non
,, puſilli, ſed magni & perfecti viri: ſi non com-
,, patimini pauperibus viris, quos a finibus ter-
,, ræ vocatio Apoſtolica Romam traxit.......
,, ſi (quod primum dicere debui) zelus domus
,, Dei non comedit vos; numquid uſque adeo
,, inimici hominis verſutia prævalebit, ut pro-
,, prium quoque contemtum, & infamiam hanc
,, peſſimam Eccleſiæ principes æquanimiter fe-
,, rant? ... Alioquin quid facietis religioſis vi-
,, ris? .... Ante (ni fallor) eligent fugere,
,, quam dare manus morti, & exulare prius,
,, quam veſci idolothytis. Quod ſi contra con-
,, ſcientias ſuas coegerit eos Romana curia cur-
,, vare genua ante Baal; videat Deus, & ju-
,, dicet; videat curia illa cæleſtis, in qua nul-
,, la poterit ambitione ſubverti judicium. In
,, fine omnium obſecrat vos puer veſter per vi-
,, ſcera miſericordiæ Dei noſtri, ſi quis in vo-
,, bis eſt zelus Dei: miſeremini Eccleſiæ ſan-
,, ctæ *Sinicæ*, ſaltem vos amici ejus, & quam-
,, tum poteſtis, date operam, ne tam deteſta-
,, bili facto detur aſſenſus.

Abſit, ut in eorum, vel ſimilium conjecturas veniamus: abſit, ut ſanctam Sedem Apoſtolicam, nec maculam, nec rugam habentem, verbis ſuggillare velimus: verum deſunt Bernardi, ſed adeſt ſummus Pontifex, qui pietate, ſapientia, doctrina, zelo domus Dei prædeceſſoribus haud impar, tantum abeſt ut ſpurcificas Sinarum Cæremonias toleraverit; quin immo, ut ex fide hæreſes, ex morali laxitates, ex myſtica illuſiones, & ex religione veſanas omnes ſuperſtitiones profligaret, nihil penitus intentatum reliquit: ſi Sinarum cauſſa tamdiu ventilata coram Sede Apoſtolica, viſa eſt, & in dies procraſtinata; id certo haud ſecus accidit, quam ut maturiori, ac diligentiori examine limata, diſcuſſa ſæpe numero, definitive tamdem reſolveretur ab eadem Sancta Sede, quæ ob ſoliditatem petræ, ſuper quam ſundata & ædificata eſt, difficile moveri dicitur. Summus, inquam, Pontifex, qui, ut de divo Cornelio divus Cyprianus dixit, *vim paſſus eſt, ut Pontificatum acciperet*, ſolus inter omnium applauſus, & gratulantium voces mœſtus, ſolus in publico gaudio effuſus in lacrymas, quique ultimam votorum metam, ſupremum humanæ dignitatis culmen, animo major, ac ſublimior recuſaſſet, niſi præter Theologorum conſolationem, quam hac in re ſectari, religio ſuit, divinæ electioni, quam unanimis omnium Patrum conſenſus teſtabatur, ſe obſiſtere pertimuiſſet.

Sic orabat Admodum R. P. Antoninus Maſſouliè ordinis Prædicatorum, cum aperta eſt ſchola Sancti Thomæ ab Eminentiſſimo Card. Hieron. Caſanate Romæ in Cœnobio Minervitano inſtituta 1701.

Is enim unus ſuit ex Theologis, quos ſummus ille Pontifex electus conſultos habere voluit, priuſquam ſupremi Pontificatus munus ſuſciperet, an nimirum illud (cui obeundo imparem & haud idoneum ſe exiſtimabat) tuta conſcientia recuſare poſſet. Quæſtioni propoſitæ non aliud reſponſum dedit meritiſſimus ille Theologus, quam quodlibet. S. Thomæ librum (in quo cum ſuis circumſtantiis ea enodatur, ac ſolvitur quæſtio) Illuſtriſſimo Dom. Abbati Olivieri, nunc Eminentiſſimo Cardinali, ob id ad ſe miſſo, pagina notata, remittere, ut deciſionem S. Doctoris ſuper hoc legendam oſtenderet ſummo Pontifici, qui ei cedendo, conſultationi finem mœrens impoſuit. Id mihi ingenue faſſus eſt ipſe Theologus, dum Romæ apud Reverendiſſimum Patrem noſtrum Generalem degebam anno 1703.

Timebat ſane munus ſua amplitudine graviſſimum, ac temporum iniquitate fore moleſtiſſimum (ut ipſe fatetur) ſpiritu Prophetico prævidebat. Auditurus erat prælia, & opiniones præliorum; conſurrecturam gentem in gentem, & regnum in regnum, & hos Chriſtianos, fore, ſe regnante, peſtilentias, fames, terræmotus per loca, iiſque almam Urbem infligendam, affligendamque; hæc prævidit, hæc ſuo tempore ſentiit initia eſſe dolorum. Iis quidem motus ſuit; ſed minime territus; attonitus, ſed non proſtratus, non oppreſſus, Deum adoravit, ingemuit, peccata populi, bellorum, ſtragium, calamitatumque omnium exordia flevit amare; & quoniam abundabat iniquitas, refrigeſcebat caritas multorum, vultus ejus ſuit ſuper facientes mala, non ut perirent, ſed ut reverterentur ad Dominum, & placaretur eis. Quamnam idcirco non dedit operam, ut peccatores ad ſinceram, veramque pœnitentiã revocaret? Ad campanarum ſonum ſimul orare juſſit; ſaltia præcones in urbẽ, univerſamque Romaniam ſparſim miſit, una cũ divitibus pauperes evangelizati fuere, ut variis terræmotibus concuſſa civitate, trementibus ædificiis, peccatorum corda acerbo quaſſata & contrita dolore repleret ſpiritus

A aaa timo-

timoris Domini, & clamarent ad Dominum, cum tribularentur. Sed heu! Roma ut altera Ninives poſt quadraginta dies ſubvertenda eſſe exiſtimabatur: nam in illo, qui quadrageſimus erat purgationis Mariæ, omnibus fere civibus in Eccleſiis congregatis, ut Sacro vel Concioni adeſſent; dum in palatio Vaticano Miſſarum Pontificalium ſolemnia agerentur, ſummo Pontifice oratione Poſtcommunionis concinnente, factus eſt repente de terra ſonus, & redivivis, & validioribus concuſſionibus ipſa tremuit, templi velum ſciſſum iri, aſtantibus jam omnibus videbatur; nonnullis Curialium elongando ſugientibus, aliis remanentibus miſericordiam Dei implorantibus cum clamore: Clemens ſolus immotus, ſubiens tam ſæva pericula vitæ, oratione vocali prætermiſſa, in genua incumbens, oculis & manibus, ut alter Moyſes, in cælum levatis, effuſus in lacrymas, jaculatorias orationes in intimo animi ſenſu ſubſtituit; ſui immemor, preces pro ſalute populi Deo ſundens, corde tenus, ſin ore dicebat: *Ut quid Deus repuliſti in finem, iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?* Quid dixi, ſui immemor, ipſum ut verum, bonumque Paſtorem animam ſuam ſe pro ovibus daturum, ſui muneris eſſe, & ut omnium victimam in ſignum dilectionis perſectæ ſe Deo oblaturum, recordatus eſt, & animus fuit. Hic ure, hic macta, hic ſeca; ſed parce, Domine, parce populo tuo, ut dignis flagellationibus caſtigatus &c. ex templo ſurrexit ſummus Pontiſex: *Stetit Phinees, & placavit, & ceſſavit quaſſatio, ceſſavitque plaga a filiis Iſrael.*

Ceſſavit utique ſpiritus ille motuum & procellarum, quæ faciunt verbum ejus; at ceſſavit præter naturæ vim, quæ Romam erat ſubverſura (ut dicebant quam plures, qui in ſimilium terræ motuum periculis, in aliis orbis partibus verſati ſuerant) niſi Dominus precibus Clementis, cuſtodiſſet civitatem, ſuamque ne caderet, ſuppoſuiſſet manum.

Sed benignio Numini æternæ gratiæ; vere Roma ſubverſa eſt, ſubverſa ſunt corda, non corpora: everſa eſt civitas in perditis moribus, & quamvis non ſit ſactum, quod illi homines
Gloſſ. ſup. Joann. timuerunt, altero Jona prophetante ſuturum; factum eſt tamen, quod ſuerat Deo præcipiente mandatum. Crediderunt viri Romani in Domino, & prædicaverunt jejunium, & veſtiti
Hug. ibid. ſunt ſaccis, ut qui luxu & ambitione peccaverant, ſacco & jejunio Deum placarent. Nec hæc exagerando, a me dicta fuiſſe, quis putet? Quod vidi, quod ſentii, teſtor, & teſtimonium meum verum eſt.

At quid me ad hæc recenſenda commovit? Ad quid hujus facti tam prolixa narratio? ſateor & celare nequivi, id fuiſſe Sinicarum ſuperſtitionum cauſſam. Hæc me impulit, Argolicas reſerare latebras: hæc infandum juſſit renovare dolorem, quo cruciatus Bernardus tam ingenuo, ſollicitoque animo curiæ Romanæ, loco ſuperius appellato, dicebat: *Quam melius in Romana curia cauſſa illa minime ventilata fuiſſet, & non tangeret vel ſacra limina generalis atque horribilis fœtor.*

Et revera quis ſcit, an Bernardus, utpote ſanctus, novi fœderis novus Jonas non fuerit, earum, quas recenſuimus, calamitatum Propheta non extiterit, qui in procraſtinatione cauſſæ, levioris ſane momenti, quam Sinicæ gravem admodum jacturam, & detrimentum grande Romanæ Sedi minabatur? ſuſpenſum ego in iis judicium tenui, alias dixiſſem mihi: Quis es tu, qui judicas alienum? Quis cognovit ſenſum Domini? & quis conſiliarius ejus fuit? attamen præſumtam plurium opinionem, cui fidem non dedi, non ignoravi. Scivi, ex illis diebus accelerationem cauſſæ alta ſummi Pontificis mente, ſibi conſcia recti, manſiſſe repoſtam, ut ipſe pluſquam ſatis oſtendit exitus. Scivi itaque cauſſæ Dei deſenſores hoc recto Pontificis animo, recte uti optantes, redivivis ſtudiis, atque conatibus dediſſe operam, ut cœpta jam pridem cauſſa, ſolemni tandem abſolveretur ſententia: nova ſollicitudo; nova ſcripta, novæque ad Deum preces: *ut ſublatis diſſidiis, Chriſtianæ religionis Catholicæque fidei propagationem turbantibus, omnes tandem id ipſum dicerent in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, unoque ore glorificaretur Deus ab, iis qui ſanctificati ſunt in Chriſto Jeſu.*

Annon licuit, hac in re (in qua ſaus omnis homo miles cenſeri oportet) exhibere Clementi undecimo, quod licuit Bernardo ad Eugenium tertium ablegare?

„ Flecto genua mea ad ipſum unici hujus
„ veſtri Primatus auctorem, ut det vobis ſic
„ ſapere, & ſic agere ſemper in evellendo, &
„ plantando: in deſtruendo, & ædificando: ſi-
„ quidem, *Clementiſſime, & ſanctiſſime Pater*, in
„ ruinam & reſurrectionem multorum aſcendi-
„ ſti hanc Cathedram. Ruant, ruant, qui no-
„ xie ſtant, erigantur digni, ponatur ſecuris
„ ad radicem ſterilium plantationum; purgen-
„ tur fructiferæ, ut fructum plus afferant. Præ-
„ ſidente, inquam, humili Eugenio, deponan-
„ tur ſuperbi de ſede, & exaltentur humiles,
„ eſurientes impleantur bonis, & divites di-
„ mittantur inanes..... Age ergo, tranſeat
„ jam ſanctus hic pietatis zelus, & ad miſeram
„ illam Eccleſiam tranſmarinam: quia tempus
„ miſerendi ejus. Vinea Domini ſabahot eſt.
„ Vinea electa, vinea ſpecioſiſſima: ſed heu in
„ deſertum pene redacta, quia ſingularis ſe-
„ rus depaſcitur eam. Cur dicunt inter gen-
„ tes: Ubi eſt Deus ejus? ubi quem poſuerunt
„ cuſtodem in vineis? ubi manus putans? ubi
„ ſarculus excolentis? quouſque ſarmento inu-
„ tili occupatur tellus, ſuffocatur fructus? &
„ certe tempus putationis advenit.

Advenit certe tempus, cum S. Pontiſex ſuo Pontificio decreto, die 20. Novemb. an. 1704. dato, varias de cultu Sinarum quæſtiones ſolvit, & ſolvendo, ritus omnes, qui ſuperſtitionem redolebant, uti ſarmenta vineæ Domini nociva putavit omnino.

Advenit iterum tempus, cum die 25. ſept. an. 1710. ſupremus itidem cuſtos in vineis ſecundo decreto primum firmanti, ac roboranti, ſurculum excolentis, ſeu Mandatum a piæ, ſanctæque recordationis Eminentiſſimo Cardinali de Tournon die 25. Jan. an. 1707. cum viveret, editum approbavit, & inconcuſſe & inviolabiliter ſub cenſuris in mandato expreſſis, obſervandum eſſe declaravit.

Sed advenit tamdem tempus putationis omnimodæ, cum nonnullis reclamantibus, &, ut ita dicam, recalcitrantibus in ſecurim ad radicem ſterilium plantationum poſitam, ſubterfugia, tergiverſationes, prætextus, appellationes, exceptiones, & excuſationes alias in peccatis, ut Decreti Pontificii ſuffocaretur fructus obtendentibus, exiit Conſtitutio, diu ſane exſpecta-
ta,

Digitized by Google

ta, ſed nunc numquam ſatis laudanda, quæ ſplendore haſtæ ſuæ, & luce ſagittarum ſuarum, eos omnes univerſim ac ſingilatim, & perpetuo etiam futuros ictus reddidit inanes, ac eos, ut *quos varios iteras levis armatura recurſus*, dejicit, ec funditus evertis; Conſtitutio, qua ob firmitatem Petræ, a qua ſuum totumque mutuatur robur, abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum, qui quovis titulo, cauſſa, colore, vel prætextu eam contra venire audeant, vel præſumant, eaque tum omnem ſapientiam eorum devoratam eſſe, nemo non videt; ut clare in Bulle in appendice recenſita. Conſtitutio, quam Clemens X. circumdedit terminis ſuis, poſuit vectem, & oſtia, & dixit cuicumque repugnanti, ejuſque virtuti labem inſerre conanti: Huc uſque venies, & ibi confringes sumentes fluctus tuos.

Ea propter univerſa adornatæ Conſtitutionis verba, religionis pro veritate ſtabilienda, fovẽdaque, edita, pondere, numero & menſura fortiter attigi is ſummus Paſtor, ac doctorum Doctor, ea elimavit, ea ad amuſſim ſæpe ſæpius expendit, nonnulla (ut mihi dictum fuit) manu propria exaravit, litteriſque mandavit, ut omnia ſuaviter diſponeret, non calamo velociter ſcribentis; ſed qui mature, & provide confuſe ordinavit, ordinata decrevit, decreta conſtituit, conſtituta juramento per Miſſionarios præſentes, atque futuros hac in re præſtando firmavit; adeo ut hic mihi dicere liceat, quot Conſtitutionis Apoſtolicæ dicta, tot eſſe Clemen. XI. & ſcriptæ & vivæ vocis oracula.

Nullum omnino pro hoc beneficio Eccleſiæ Sinicæ impenſo, & finito ſcandalo, nobis ſupereſt officium, referenda, vel agenda gratia magiſque neceſſarium, quam in votis habere, quæ olim Archiepiſcopi, & Epiſcopi Galliæ in generalibus Comitiis Cleri Gallicani congregati, ad Alexand. VII. die 20. Februarii, anno 1660. ſpeciali epiſtola Pariſiis date, ablegarunt.

,, Optamus vero, ut omnes nobiſcum choros
,, gaudii celebrent de profligatis *Sinarum ſu-*
,, *perſtitionibus* ſub tanti Pontificis auſpiciis,
,, eodem voto, quo Patres olim Concilii Chal-
,, cedonenſis in relatione ad Pulcheriam Augu-
,, ſtam. Te enim novimus montem illum Do-
,, mini, ad quem confluunt omnes, id eſt,
,, ea propenſione feruntur, qua flumina per
,, alveos ſuos, ad te ita ferimur pondere amo-
,, ris, & obſervantiæ in te noſtræ. Te ſolum
,, ſuſpicimus tamquam montem coagulatum,
,, montem pinguem, & inclamamus: *Ut quid*
,, *ſuſpicamini montes coagulatos?* nullum quippe
,, novimus montem coagulatum, quam Apo-
,, ſtolicum, ubi doctrinæ cæleſtis ſicut lac par-
,, vulis, bene autem valentibus tamquam ſo-
,, lidus cibus miniſtratur. In hoc monte nos ipſi
,, paſcimur (ut ait Auguſt. ad populum ſuum)
,, paſcimus vos, paſcimur vobiſcum, & quia in
,, eo Dominus docet, ſtatuimus ibi ſecundum
,, verba Tertulliani finem quærendi, ſtationem
,, credendi, expunctionem inveniendi. Tuam
,, ergo auctoritatem fore præſto ſperamus ad-
,, verſus eos, qui omnem curioſitatis libidinem
,, effundunt poſt definitam *religionis* doctrinam,
,, nec ad Marciani dictum attendunt, quo ait:
,, Cum quis poſt acceptam fidei veritatem, ali-
,, quid amplius quærit, mendacium quærit....
,, Cauſſa eſt jam finita, ſi aliqua novitas ite-
,, rum emerſeris, indiget tantum in ſolatium
,, defenſione tua, ut Flavianus de hæreſi Eu-
,, tichiana ad Leonem ſcribebat. Exſurgat ve-
,, ritas, & de ſua patientia erumpat, tuo mu-
,, nita præſidio, quæ jam dudum abſcondi eru-
,, beſcebat: adhibita caritate manſuetudinis,
,, adhibeat ſanctitas ſua caritatem ſeveritatis,
,, jaculare fulmina ex altiſſima tua ſpecula ad-
,, verſus ſcientiam extollentem ſe ſupra ſcien-
,, tiam Dei.

Tu vero, Reverende admodum Pater Mnoos, uti miniſter & vere Chriſti Confeſſor, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter verſatus, pericula ex genere, pericula ex gentibus, pericula in civitate, pericula in ſollitudine, pericula in mari, pericula in falſis fratribus, jam dudum invicto animo ſubis. Lætare plurimum; ea enim ſunt non minora Chriſti inſignia, quæ Chriſtianæ fidei, atque Miſſionis tuæ veritatem pluſquam ſatis demonſtrant. Utinam ipſe vulnerum cicatrices obſculaturus proſtratus adeſſem!

Quid operæ, quid ſollicitudini, quid labori non dediſti, ut Eminentiſſimum Cardinalem de Tournon Confeſſorem Chriſti alterum, ærumnis, vigiliis, carceribus, fame & ſiti, & præſertim a calumniis eximeres, ut ingenue, ſed non ſine pudore fateris in epiſtola ſuperius

,, appellata ad R. P. Alexandrum. De his,
,, *inquit*, & aliis calumniis fuit Eminentiſſimus
,, Dominus, in Proregis Tribunali, ſicut qui-
,, dam homuncio temere & injuſte accuſatus,
,, & ad talem miſeriam deductus, ut nullum
,, in Cantone haberet amicum, nullum ſuis
,, præceptis, & dictis obedientem, fideliter ea
,, ſervantem præter me (pudet dicere) ex
,, Miſſionariis magis indignum, ex Religioſis
,, minimum, & ex hominibus magis contemti-
,, bilem: mea tamen inutilitate Eminentiſſi-
,, mus uſus eſt, ut litis ſuæ Procuratorem
,, in foro Proregis agerem adverſus eos, qui
,, eum Macai deprimebant: ſed quoad potui,
,, operam dedi, & totis viſceribus incubui per
,, dimidium anni, quo lis prolongata eſt, ut
,, & adverſariorum calumniæ detegerentur, &
,, ut Eminentiſſimi Domini innocentia pande-
,, retur, ſicut, Deo ſuæ cauſſæ favente, tan-
,, dem factum eſt. Omnia, quæ in decurſu litis
,, acciderunt, ſi vellem referre, tempus mihi
,, deficeret, ſed unum omittere fas non eſt,
,, ſcilicet Macaenſes machinaſſe eminentiſſimũ
,, Dominum in arce quadam civitatis collocare,
,, utpote quod eorum feritas, & inhumanitas
,, nondum ſatiata erat, ipſum detinendo in
,, carcere cum rigore, & moleſtiis ſupra re-
,, latis. Hoc autem poſtquam ad aures Emi-
,, nent. Domini pervenit, Epiſtolam mœrore
,, plenam ad me ſcripſit, in qua mihi præci-
,, piebat, ut totis niſibus conarer, eum a tali
,, eminenti periculo liberare. Epiſtola hac non
,, ſine ſubortis lacrymis lecta, nullum lapidem
,, reliqui immotum, nulli peperci labori, ut
,, finem liberationis Eminentiſſimi Domini cõ-
,, ſequi poſſem; ſed quia inter media, nul-
,, lum erat aptius quam excludere Macaen-
,, ſes a fidei ſponſione, quam pro Eminen-
,, tiſſimo Domino ipſi Proregi dederant; ideo
,, ego ipſe perſonaliter ad forum Regii theſau-
,, rarii vulgo *Pu*, *Chin*, *Cù*, adivi, ut cum ipſo
,, hanc materiam pertractarem: & ab ipſo urba-
,, ne, & humaniſſime receptus, utpote cum quo
,, jam inieram familiaritatem, rem totam ad a-
,, muſſim retuli dicens: me pro liberando *Tò*,

,, *ta, à, ò, rè* (Emin. Domino) ab oppreſſione Ma-
,, caenſium, velle pro ipſo fidei juſſionem facere,
,, ſed rogabam ſuam dominationem, ut meam
,, ſponſionem pro præfato Eminentiſſi. acciperu
,, dignaretur, excludendo Macaenſium ſponſio-
,, nem; & ſi furtim & clanculum Eminentiſſ.
,, Dominus abiret, ego ipſe paratus eram ex
,, nunc pro tunc ad verbera ad carcerem, & ſi
,, opus fuerit, ad mortem ſuſtinendam pro ipſo.
,, Tribunus autem ille regius Theſaurarius mi-
,, hi conſuluit ſponſionis meæ pro Eminentiſſ.
,, Domino ſcriptum Proregi, & ipſi Tribuno
,, præſentare, ſicut & feci ipſa die: ſed (abhor-
,, rent aures) pietas, & caritas, quæ in genti-
,, lium foro inventa eſt, in Catholicorum tri-
,, bunalibus minime adeſſe cognovi: ſiquidem
,, meum ſponſionis pro Eminentiſſ. Domino li-
,, bellum Prorex, & regius theſaurarius admi-
,, ſerunt, Macaenſium tamen Senatus omnino
,, rejecit; nihilominus prædicti Mandarini to-
,, tius rei jam conſcii, cauſſæ Eminentiſſimi be-
,, nigne faverunt, & Macaenſium machinatio-
,, nes ad nihilum redactæ ſunt: ſed interim ,,

O interim inenarrabilibus lacrymis deplorandum! interim inſcrutabile, quia inſcrutabilia ſunt judicia Dei! interim Confeſſor Chriſti morte præventus, tua ſponſione, R. Pater, gaudere non potuit: certe in terris effectu caruit, ſed meritum in cælis non amiſit; ſponſio namque ſponſione compenſatur: ſpopondiſti pro uno ex ſacri Collegii Cardinalibus apud Imperatorem terrenum, & ipſe pro te ſpondit apud cæleſtem: animus tuus erat a calumniis & inſidiis hominum tantum virum liberare; ipſe nunc pro te patrocinando, Deus de manibus inimicorum ſive domeſticorum, ſive infernalium te eripiet. Vox ſanguinis tanti viri clamat de terra; vindicabit ſanguinem ſervi Dei, qui juſtitias judicaturus eſt.

Eminee. Card.

Ceterum decebat Chriſti Confeſſorem ſymbolo Martyrum decoratum, quod ſuper ſe ſignabatur, evadere, ut figuram veritas ſociaret: hinc in eo figura & veritas obviaverunt ſibi, votum & adeptum oſculata ſunt, & ut eloquentius dixit Orator funerum coram S. Pontifice:
,, Delata enim honoris inſignia cum accepiſſet,
,, tanto furore ad illum perdendum bacchati
,, ſunt hoſtes, ut auſpicia fundendi ſanguinis,
,, novo purpuræ ſacramento ſuffragante, læta-
,, bundus amplecteretur. ,, & in orationis Coronide Eminentiſſ. Cardinalem, tamquam invictiſſimum martyrem compellans: Nihil, *inquit*,
,, tibi tentandum, nihil tolerandum, nihil vin-
,, cendum ſupererat; quidquid conari poſſet na-
,, tura in blanditiis, metus in periculis, vale-
,, tudo in doloribus, exilia & carceres in angu-
,, ſtiis, opprobrium in contumeliis deviceras,
,, animam pro religione devoveras, atque in o-
,, mnes partes heroicis ceptis reſponderas, Apo-
,, ſtolorum curſus, Martyrum conſtantiam,
,, Pontificum ſollicitudinem, Doctorum labores
,, imitatus, erroribus propulſandis, diſciplina
,, reſtituenda, ſuppliciis perferendis, & Chri-
,, ſti lege coram regibus & gentibus prædican-
,, da. ,,

,, Te quidem Roma præſtolabatur de prælio
,, revertentem complexura... beatiſſimum Pa-
,, trem, tuique amantiſſimum, ad cujus pedes,
,, & amplexus remeare non potuiſti; fratres
,, tuos Cardinales ampliſſimos, quos in gratu-
,, lationem obvios habere non licuit, habes ad
,, nominis tui ſplendorem, & ornandam meri-
,, torum memoriam geſtientes. Quamquam ve-
,, ro præclariſſima rerum monumenta, partim
,, carceris tenebris oppreſſa, partim intervallis
,, itinerum intercepta deliteſcant; pauca tamen,
,, quæ quaſi erumpere, & manare potuerunt,
,, gloria purpuram, virtutibus Eccleſiam, po-
,, ſteritatem exemplis locupletabunt. Nec ulla
,, vetuſtas in laudibus tuis Dei laudes reticebit,
,, qui te dederit in murum æreum populo ter-
,, ræ, ut bellantes adverſum te, non prævale-
,, rent, qui te fecerit columnam in templo ſuo,
,, & quem, ſicut pie credimus, tibi vincenti
,, dediſſe in triumphanti Eccleſia manna ab-
,, ſconditum, ita daturum ſperamus, etiam in
,, militanti nomen novum.

Sed ad te remeo, R. P. Munos, adornata Clem. XI. Conſtitutione munitus, quam columnæ Iſraeliticæ haud abſimilem dicere licebit: iſta ſicut illa in ruinam, & in ſalutem poſita, nonnullis perniciosa cenſetur, aliiſque officioſa; in illa fulmina vibrat, illis lucem tribuit; primos confundit, alios conſolatur; ſubterfugia præcidit, poſteriorum ſcrupulis medetur; rem ita eſſe legenti perſuaſum erit: nam primo Pontificio decreto pacatæ partes non exierant; una exceptionibus detrectabat, alia ſcrupulis agitabatur. Sed adornata Conſtitutione, ultimum utrique hac in re ſilentium imponitur, cum S. Pontifex a Decreto eliminavit, vel ipſa nonnulla adjunxit, quæ priora enucleando penitus, omnem prorſus exceptionem abarcet, omnemque ſcrupulum removet.

I. Ut decretum nec relativum, nec conditionatum putaretur amplius, omnes clauſulas relationem, vel conditionem etiam redolentes a Decreto amovit, ut *quæſita propoſita*, dixerat de ædibus Confucii, *quæ eo appellari dicentur vocabulo, quæ apud Sinas idolorum templum dicitur*, ea verba, quæ vulgi dicto referri poſſent, amota ſunt, & ad eorum locum abſoluta ſubſtituta, ſcilicet *quæ Sinico nomine Miao appellantur*.

I I. Iſta etiam de oblationibus progenitorum coram tabellis: *Prout in quæſitis relatæ ſunt*, in primo Decreto contenta, reſecata ſunt penitus in Conſtitutione.

I I I. Iſta quoque; immo prædicta omnia, *quæ tamquam a ſuperſtione inſeparabilia, juxta ea quæ in quæſitis propoſita ſunt, ne quidem &c.* obliterata ſunt, clariora & magis abſoluta in Conſtitutione repoſita fuere, ſcilicet, immo prædicta omnia, *utpote quæ perpenſis hinc inde deductis, nec non diligenter, ac mature diſcuſſis omnibus, ita peragi comperta ſunt, ut a ſuperſtitione ſeparari nequeant, Chriſtianæ legis cultoribus ne quidem permittenda*, &c.

Ea omnia ſic explicata, ſic deducta, ſic perpenſa, adornatam Conſtitutionem, omnibus numeris abſolutam facere, quis non videat?

Levatur etiam conſcientia ſcrupulis ſauciata, cum non damnata materiali præſentia (quam cum gentibus ſuperſtitioſa agentibus, quandoque ſuperſtitioſis actibus præſtari contingit a Chriſtianis) cum præſcriptis conditionibus concedenda, declaravit S. Pontifex, ſe neminem abſolute compellere velle ad fidei proteſtationem; ſed ſi *commode fieri poteſt*, addit: id opportuno Chriſtianorum relinquens arbitrio, ut a lubricis eximerentur ambagibus. *Si raro* ut dicia, *inveniantur inter Sinas, qui in ſimilibus caſibus habeant animum proteſtandi: & ſi ad hoc adeſſent vires, etiam adeſſent ad non tundum ad templa: & hoc modo unico ictu omnes idololatrandi occaſiones*

&

& ſuperſtitioſa ſatirndi præſciaderent.

Quia tamdem uſus tabellarum ſolo nomine defuncti inſcriptarum, etiam cum cautelis a Decreto deſignatis apponendis, tuum adhuc ſcrupulis agitabat animum, adjunxit ob tui, & aliorum ſolatium: *Dummodo in eis conficiendis omittantur omnia, quæ ſuperſtitionem redolent.* Enim vero hæc ſufficere, ut importunos timoratæ conſcientiæ ſtimulos reprimantur, credendum eſt: nam ſi nulla prorſus primæ inſtitutionis ſigna, neque in figura, neque in conſtructione illarum tabellarum appareant; profecto inter adiophora, ſeu res indifferentes, ſicut & alias tabellas collocare oportet, & tunc malus illarum uſus, ſi adeſſet, non in malitiam operis, ſed in ſolam operantis voluntatem redundare, neceſſe eſt. Tremebundæ igitur conſcientiæ fide non commovearis, Reverende admodum Pater, eamque apud mentem Pontificis doctorum doctoris reponare non formides, quem tamquam ſummum Eccleſiæ oraculum hac in re ſuſpecturus es, cujus effata quaſi cælo delapſa venerari oportet, ut inter tot ærumnas, quas pro Chriſto, macte virtute ſuſtinens, tranquillis mentis otiis fruaris: adornata enim Conſtitutione omnea juris & facti laqueos enodari, eoſque irredivivos fieri, ſicque ſacroſancta divinitatis jura penitus vindicata fuiſſe, evidentiſſime demonſtratur.

Sed repones, lector patientiſſime, me obſervationis limites tranſiliſſe, cum ad tam diverſa me tranſtuli referenda. Fateor plane, & veniam peto: *Currente enim rota, dum urceum facere cogitavi, amphoram finxit manus*: recenſitorum occaſionem nactus in conformitate judicii, atque ſententiæ ſummi Pontificis, & S. Raymundi, circa Sinarum, & Sarracenorum cultus, ſeu ritus, priorum judicii circumſtantias prætermittere nequivi: huic tamen obſervationi finem impono eruditiſſima explanatione Vinc. Lirinenſis, in hæc verba Apoſtoli, *Galat.* 1. *Licet nos, aut Angeli de cælo evangelizent vobis, præterquam, quod evangelizavimus vobis, anathema ſit*, 1. Commonit. c. 12.

,, Magno impetu nobis immutatæ fidei, ac
,, timoratæ religionis piaculum pertimeſcen-
,, dum eſt: a quo nos non ſolum Conſtitutio-
,, nis Eccleſiaſticæ diſciplina, ſed etiam cenſu-
,, ra Apoſtolicæ deterret auctoritatis. Scitum
,, etenim cunctis eſt, quam graviter, quam ſe-
,, vere, quam vehementer invehatur in quoſ-
,, dam Beatus Apoſtolus Paullus, qui mera
,, levitate nimium cito tranſlati fuerant ab eo,
,, qui eos vocaverat in gratiam Chriſti, in a-
Gal. 1. ,, liud Evangelium, quod non eſt aliud, qui
Tim. 4. ,, coacervarant ſibi magiſtros ad ſua deſideria;
,, a veritate quidem auditum avertentes, con-
,, verſi vero ad fabulas, habentes damnatio-
,, nem, quod primam fidem irritam feciſſent,
Rom. 16. ,, quos deceperant hi, de quibus ad Romanos
,, fratres ſcribit idem Apoſtolus. Rogo autem
,, vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſentio-
,, nes, & offendicula præter doctrinam, quam
,, ipſi didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis:
,, hujuſmodi enim Chriſto Domino non ſer-
,, viunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermo-
,, nes, & benedictiones ſeducunt corda inno-
2. Tim. 3. ,, centium. Qui intrant per domos, & capti-
,, vas ducunt mulierculas oneratas peccatis,
,, quæ ducuntur variis deſideriis: ſemper diſcen-
,, tes, & ad ſcientiam veritatis numquam perve-
,, nientes, vaniloqui, & ſeductores, qui univer-
,, ſas domos ſubvertunt, docentes quæ non o-
,, portet, turpis lucri gratia, homines corrupti
,, mente, reprobi circa fidem, ſuperbi, & nihil 1. Tim. 6.
,, ſcientes, ſed languentes circa quæſtiones & pu-
,, gnas verborum, qui veritate privati ſunt, exi-
,, ſtimantes quæſtum eſſe pietatem; ſimul au- 1. Tim. 5.
,, tem & otioſi, ſed & verboſi, & curioſi, lo-
,, quentes quæ non oportet, qui bonam con-
,, ſcientiam repellentes circa fidem naufragave-
,, runt. Quorum profana vaniloquia multum 1. Tim. 2.
,, proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut
,, cancer ſerpit; bene autem quod de iis item ſcri- 2. Tim. 3.
,, bitur, ſed ultra non proficiunt, inſipientia e-
,, nim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & il-
,, lorum fuit. Cum ergo tales quidam circumeun-
,, tes provincias, & civitates, atque errores vena-
,, litios circumferendo, etiam ad Galatas deve-
,, niſſent, cumque iis auditis Galatæ, nauſea
,, quadam veritatis affecti, Apoſtolicæ, Catholi-
,, cæque doctrinæ manna revomentes, hæreticæ
,, ſordibus novitatis oblectarentur, ita ſeſe Apo-
,, ſtolicæ poteſtatis exſeruit auctoritas, ut ſum-
,, ma cum ſeveritate decerneret. *Sed licet aut nos,*
,, inquit, *aut Angelus de cælo evangelizet vobis,*
,, *præterquam quod evangelizavimus vobis, anathe-*
,, *ma ſit.* Quid eſt quod ait: *Sed licet nos?* Cur non
,, potius: *Sed licet ego?* hoc eſt, etiamſi Petrus,
,, etiamſi Andreas, etiamſi Joannes, etiamſi po-
,, ſtremo omnis Apoſtolorum chorus evange-
,, lizet vobis, præterquam quod evangelizavi-
,, mus, anathema ſit. Tremenda diſtrictio? pro-
,, pter aſſerendam primæ fidei tenacitatem, nec
,, ſibi, nec ceteris coapoſtolis peperciſſe. Parum
,, eſt: *etiamſi Angelus*, inquit, *de cælo evange-*
,, *lizet vobis, præterquam quod evangelizavimus,*
,, *anathema ſit.* Non ſufficerat ad cuſtodiam
,, traditæ ſemel fidei humanæ conditionis com-
,, memoraſſe naturam, niſi Angelicam quoque
,, excellentiam comprehendiſſet, *licet nos* inquit,
,, *aut Angelus de cælo.* Non quia ſancti, cæle-
,, ſteſque Angeli peccare jam poſſint, ſed hoc
,, eſt, quod dixit: *Si etiam*, inquit, fiat quod
,, non poteſt fieri, quiſquis ille traditam ſemel
,, fidem mutare tentaverit, anathema ſit.

OBSERVATIO IV.

IN EUMDEM TITULUM II.

De Simulatione.

Quamquam S. Magiſter medio quodam temperamento trinam de infidelitatis apoſtaſia ſolverit quæſtionem; attamen eos a peccato non excuſat, qui eo utentes, verbo, vel ſigno falſam ſimulant religionem: itaque nullum hac in re inſontem agnoſcens, omnes uno ictu penitus profligare exiſtimavit. Verum ne ſcrupuloſi *ducant in ſtimulis, & in anxietatibus annos*, mediū a peccato immune nanciſcitur Poſtillator, dum quærit ,, an
,, Chriſtiano liceat aſſumere habitum Sarra-
,, cenorum, aut infidelium, & ſimulare ſe tali-
,, ter Sarracenum. Ad quod reſpondet, quod ex
,, rationabili cauſſa poteſt hoc fieri, ſicut B.
,, Sebaſtianus ſub clamyde militari, Chriſti
,, militem gerebat abſconditum: & ſicut Je- 4. Reg. 10.
,, hu habitu ſimulabat, ſe velle colere Baal.
,, Si autem aliquod ſignum, vel aliquis chara-
,, cter eſſet inſtitutus principaliter ad diſtin-
,, guendum, & dignoſcendum profeſſores a-
,, licujus idoli, vel idololatriæ, aut cujusli-
,, bet infidelitatis, non liceret fideli ferre ha-
,, bitum hujuſmodi, aut characterem cum
,, eo ipſo profiteretur ſe infidelitatis hujuſmo-
,, di

„ di profeſſorem ; & ſic mentiretur per tales
„ ſignum mendacio, quod conſiſtit contra fidei
„ profeſſionem : ſicut enim verbis poteſt quis
„ mentiri, ita & ſignis, cum inſtituta ſint lo-
„ co verborum ; ſicut ſurdi in ſignis digitorum,
„ quibus utuntur pro verbis, mentiri puſſunt.

Hinc efficitur, Chriſtianos poſſe indiſcriminatim indui veſtibus regionum, in quibus morantur, vel per quas tranſitum faciunt, dummodo nullis falſæ religionis inſigniis adornentur; tametſi iis abdatur propria ; quia, ut dicit D. Th. 2. 2. q. 3. art. 2. Confiteri fidem non ſem-
„ per, neque in quolibet loco eſt de neceſſita-
„ te ſalutis ; ſed in aliquo loco, & tempore,
„ quando ſcilicet per dimiſſionem hujus con-
„ feſſionis ſubtraheretur honor debitus Deo,
„ & etiam utilitas proximis impendenda, puta
„ ſi aliquis interrogatus de fide, taceret, & ex
„ hoc crederetur vel quod non haberet fidem,
„ vel quod fides non eſſet vera, & alii per ejus
„ taciturnitatem averterentur a fide. in hujuſ-
„ modi enim caſibus confeſſio fidei eſt de ne-
„ ceſſitate ſalutis.

Unde apud Euſebium lib. 8. Eccleſ. hiſtor. c. 3. defectionis arguitur quiſpiam, qui cum ſacrificaſſe Gentilium idolis diceretur, tametſi nec ad ſacrificandum acceſſiſſet ; eam tamen calumniam diſſimulavit, nec rejecit, quaſi videri vellet ſacrificaſſe.

Aſt majori implicantur difficultate, quæ de SS. Petro, & Paullo poſt Aſcenſionem Chriſti legalia obſervantibus objectantur, quæ SS. Auguſtinum, & Hieronymum inter ſe commiſerunt.

Hieronymus plus æquo fidei variorum auctorum Græcorum addictus, non minus Paullum in legalium obſervationibus, quam Petrum ob id a Paullo reprehenſum, vere ſimulaſſe opinatus eſt : Auguſtinus econtra ſe in eum obtendens, nullam in SS. Apoſtolis ſimulationem agnoſcere, velis, remiſque propugnat, divumque Petrum vere & non ſimulate reprehenſibilem fuiſſe in praxi legalium ; S. vero Paullum laudandum, ut nonnullis, ex mutuis eorum epiſtolis fragmentis ob commodum lectoris hic recenſendis, conſideranti ſatis ſuperque patebit.

Imprimis Hieronymus ab obſervanti admodum inſcriptione non amplius hiſce in temporibus uſitata, ſuam ſic ad Auguſtinum orditur epiſtolam, numero XI. apud opera Auguſtini.

„ Domino vere ſancto, & Beatiſſimo Papæ
„ Auguſtino, Hieronymus in Domino ſalutem.
„ Tres ſimul Epiſtolas, immo libellos breves,
„ per Diaconum Cyprianum, tuæ dignationis
„ accepi, diverſas, ut tu nominas, quæſtiones,
„ ut ego ſentio, reprehenſiones opuſculorum
„ meorum continentes, ad quas ſi reſpondere
„ voluero, libri magnitudine opus erit... Se-
„ cundo loco quæris, cur dixerim in Commen-
„ tariis Epiſtolæ ad Galatas, Paullum id in Pe-
„ tro non potuiſſe reprehendere, quod ipſe fe-
„ cerat ; nec in alio arguere ſimulationem, cu-
„ jus ipſe tenebatur reus. Et aſſeris reprehen-
Objectis „ ſionem Apoſtolicam non fuiſſe diſpenſato-
Auguſtini „ riam, ſed veram, & me non debere docere
reſpondet „ mendacium ; ſed univerſa, quæ ſcripta ſunt,
Hieronym. „ ita ſonare, ut ſcripta ſunt. Ad quæ primum
„ reſpondeo debuiſſe prudentiam tuam præfa-
„ tiunculæ commentariorum meorum meminiſ-
„ ſe, dicentis ex perſona mea : Quid igitur ego
„ ſtultus, ac temerarius, quid pollicetur, quod
„ ille non potuit? Minime : quin potius in eo,
„ ut mihi videor, cautior, atque timidior, quod
„ imbecillitatem virium mearum ſentiens, Ori-
„ genis Commentarios ſecutus ſum.

Recenſitis auctoribus græcis ſcilicet Origene, Didymo, Apollinari, Alexandro, Euſebio, Thedorio, fatetur ſe non ex definito id defendere, quod in græcis legerat, ſed ea expreſſiſſe, quæ legeret, ut lectoris arbitrio relinqueret, utrum probanda eſſent, an improbanda ; & ſic non aſſertive, ſed dubitanter opinionem proponens, errore minime taxandus eſt S. Hieronymus.

„ Tu igitur (*proſequitur Hieronymus*) ne quod
„ ego petieram, faceres, novum argumentum
„ reperiſti, ut aſſereres, gentiles, qui in Chriſtū
„ crediddiſſent, legis onere liberos ; eos autem,
„ qui ex Judæis crederent, legi eſſe ſubjectos, ut
„ per utrorumque perſonam, & Paullus recte *Gal. 2.*
„ reprehenderet eos, qui legem ſervarent, quaſi
„ doctor gentilium, & Petrus jure reprehende-
„ retur, qui princeps circumciſionis, id impe-
„ ravit gentibus, quod ſoli, qui ex Judæis e-
„ rant, debuerint obſervare. Hoc ſi placet, *Gal. 5.*
„ immo quia placet, ut quicumque credunt ex
„ Judæis, debitores ſint legis faciendæ ; Tu,
„ ut Epiſcopus in toto orbe notiſſimus, debes
„ hanc promulgare ſententiam, & in aſſenſum
„ tuum omnes coepiſcopos trahere. Ego in par-
„ vo tugurinnculo, cum Monachis, id eſt cum
„ compeccatoribus meis, de magnis ſtatuere
„ non audeo, niſi hoc ingenue confiteri, me
„ majorum ſcripta legere, & in commentariis,
„ ſecundum omnium conſuetudinem, varias
„ ponere explanationes, ut e multis ſequatur
„ unuſquiſque quod velit.

Poſtea Origenis & S. Joan. Chryſoſt. recenſitis explanationibus, de ſcripturis exempla proponit, Act. ſcilicet c. 10. 11. 14. & 15.

„ O beate Apoſtole Paulle, *inquit*, qui in Pe-
„ tro reprehenderas ſimulationem, qua ſubtraxit
„ ſe a gentibus propter metum Judæorum, qui a
„ Jacobo venerant, cur Timotheum filium ho-
„ minis gentilis, utique & ipſum gentilē (neque
„ enim Judæus erat, qui non fuerat circumciſus)
„ contra ſententiam tuam circumcidere cogeris?
„ Reſpondebis mihi : Propter Judæos, qui erant
„ in illis locis. Qui igitur tibi ignoſcis in circum-
„ ciſione diſcipuli venientis ex gentibus, igno-
„ ſce & Petro prædeceſſori tuo, quod aliqua fece-
„ rit metu fidelium Judæorum (& infra) O Paul-
„ le, in hoc te rurſus intelligo. Cur caput raſeris, *Act. 18.*
„ cur nudipedalia exercueris de cæremoniis Ju- *Act. 21.*
„ dæorum, cur obtuleris ſacrificia, & ſecundum
„ legem hoſtiæ pro te fuerunt immolatæ? uti-
„ que reſpondebis : Ne ſcandalizarentur, qui ex
„ Judæis crediderant. Simulaſti ergo Judæum,
„ ut Judæos lucrifaceres : & hanc ipſam ſimu-
„ lationem Jacobus, & ceteri te docuere preſ-
„ byteri ; ſed tamen evadere non potuiſti. Orta
„ enim ſeditione, cum occidendus eſſes, raptus
„ es a Tribuno, & ab eo miſſus Cæſaræam, ſub cu- *Act. 25.*
„ ſtodia militum diligenti, ne te Judæi quaſi ſi-
„ mulatorem, ac deſtructorem legis occiderent,
„ atque inde Romam perveniens, in hoſpitio,
„ quod tibi conduxeras, Chriſtum & Judæis &
„ gentibus prædicaſti, & ſententia tua Neronis
„ gladio confirmata eſt. Didicimus, quod propter
„ metum Judæorum, & Petrus & Paullus æqua-
„ liter finxerint, ſe legis præcepta ſervare. Qua
„ igitur fronte, qua audacia Paullus in altero re-
„ prehendat, quod ipſe commiſit? Ego, immo alii
„ ante me expoſuerunt cauſſam quā putaverant,
„ non officioſum mendacium defendentes, ſicut
„ tu ſcribis, ſed docentes honeſtam diſpenſatio-
„ nem

„ nem, ut & Apoſtolorum prudentiam demonſtrarent, & blaſphemantis Porphyrii impudentiam coercerent, qui Petrum, & Paullum puerili dicit inter ſe pugnaſſe certamine, immo exarſiſſe Paullum in invidiam virtutum Petri, & ea ſcripſiſſe jactanter, quæ vel non fecerit, vel ſi fecerit, procaciter fecerit, id in alio reprehendens, quod ipſe commiſerat. Interpretati ſunt illi, ut potuerunt: tu quomodo iſtum locum ediſſeres, utique meliora dicturus, qui veterum ſententiam reprobaſti.

„ Scribis ad me in Epiſtola tua: neque enim a me docendus es, quomodo intelligatur, quod idem Paullus dicit, *factus ſum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem*, & cetera, quæ ibi dicuntur compaſſione miſericordiæ, non ſimulatione fallaciæ: fit enim tamquam æger, qui miniſtrat ægroto, non cũ ſe febres habere mentitur, ſed cum animo cõdolentis cogitat, quemadmodum ſibi ſerviri vellet, ſi ipſe ægrotaret. Nam utique Judæus erat, Chriſtianus autem factus, non Judæorum ſacramenta reliquerat, quæ convenienter ille populus & legitimo tempore, quo oportebat, acceperat: ideoque ſuſcepit ea celebranda, cum jam Chriſti eſſet Apoſtolus, ut doceret non eſſe pernicioſa his, qui ea vellent, ſicut a parentibus per legem acceperant, cuſtodire, etiam cum in Chriſtum crediſſent; non tamen in eis jam conſtituerent ſpem ſalutis; quoniam per Dominum Jeſum ſalus ipſa, quæ illis ſacramentis ſignificabatur, advenerat. Totius ſermonis tui, quem diſputatione longiſſima protraxiſti, hic ſenſus eſt, ut Petrus non erraverit in eo, quod his, qui ex Judæis crediderant, putaverit legem eſſe ſervandam, ſed in eo a recti linea deviaris, quod gentes coegerit judaizare: coegerit autem non docentis imperio, ſed converſationis exemplo. Et Paullus non contraria ſit loquutus his, quæ ipſe geſſerat; ſed quare Petrus eos, qui ex gentibus erant, judaizare compelleret.

„ Hæc ergo ſumma eſt quæſtionis; immo ſententiæ tuæ, ut poſt Evangelium Chriſti, benefaciant Judæis credentes, ſi legis mandata cuſtodiant, hoc eſt, ſi ſacrificia offerant, quæ obtulit Paullus, ſi filios circumcidant, ſi ſabbathum ſervent, ut Paullus in Timotheo, & omnes obſervavere Judæi. Si hoc verum eſt, in Cerinti & Hebionis hæreſim delabimur, qui credentes in Chriſto, propter hoc ſolum a Patribus anathematizati ſunt, quod legis cæremonias Chriſti Evangelio miſcuerunt... Oro ergo te, ut qui noſtro vulnuſculo medendum putas, quod acu foratum, immo punctum, ut dicitur, hujus ſententiæ medearis vulneri, quod lancea, & ut ita dicam, phalaricæ mole percuſſum eſt... Rurſum obſecro te, ut pace tua meum dolorem audias. Judæorum Paullus cæremonias obſervabat, cum jam Chriſti eſſet Apoſtolus, & dicis eas non eſſe pernicioſas his, qui eas vellent, ſicut a Parentibus acceperant cuſtodire? Ego econtrario loquar, & reclamante mundo, libera voce pronunciem, cæremonias Judæorum, & pernicioſas eſſe, & mortiferas Chriſtianis, & quicumque eas obſervaverit, ſive ex Judæis, ſive ex gentibus, eum in barathrum diaboli devolutum.

Et infrà. „ Didicimus per te, quæ Apoſtolus Paullus mala reliquerit Judæorum: rurſum te docente diſcamus, quæ bona eorum tenuerit; obſervationes, inquies, legis, quas more patrio celebrant, ſicut ab ipſo Paullo celebratæ ſunt ſine ulla ſalutis neceſſitate. Id quid velis dicere (ſine ulla ſalutis neceſſitate) non ſatis intelligo: ſi enim ſalutem non afferunt, cur obſervantur? ſi autem obſervanda ſunt, utique ſalutem afferunt, maxime quæ obſervata martyres faciunt: non enim obſervarentur, niſi ſalutem afferrent; neque enim indifferentia ſunt inter bonum & malum, ſicut Philoſophi diſputant: bonum eſt continentia, malum eſt luxuria, inter utrumque indifferens, ambulare, digerere alvi ſtercora, &c. Hoc nec bonum, nec malum eſt: ſive enim feceris, ſive non feceris, nec juſtitiam habebis, nec injuſtitiam. Obſervare autem legis cæremonias, non poteſt eſſe indifferens, ſed aut bonum eſt, aut malum eſt. Tu dicis bonum, ego aſſero malum, & malum non ſolum his, qui ex gentibus, ſed & his, qui ex Judaico populo crediderunt. In hoc (niſi fallor) loco, dum aliud vitas, in aliud devolveris: dum enim metuis Porphyrium blaſphemantem, in Hebionis incurris laqueos.... Quæſo igitur te, & iterum, atque iterum deprecor, ut ignoſcas diſputatiunculæ meæ, & quod modum meum egreſſus ſum, tibi imputes, qui coegiſti, ut reſcriberem, & mihi cum Steſichoro oculos abſtuliſti: nec me putes magiſtrum eſſe mendacii, qui ſequor Chriſtum dicentem: *Ego ſum via, veritas & vita*.

Sed Epiſt. 13. apud Auguſtinianas poſtquam proteſtatus fuerit Auguſtino, ſe abſque ullo rancore ſtomachi in ſcripturarum diſputatione verſari; ſed vel ſuum emendare errorem, vel alium fruſtra reprehendiſſe docere animum eſſe. „ Ceterum, *inquit*, optime novit prudentia tua, unumquemque in ſuo ſenſu abundare, & puerilis eſſe jactantiæ, quod olim adoleſcentuli facere conſueverant, accuſando illuſtres viros, ſuo nomini famam quærere. Nec tam ſtultus ſum, ut diverſitate explanationum tuarum me lædi putem, quia nec tu lædaris, ſi nos contraria ſenſerimus: ſed illa eſt vera inter amicos reprehenſio, ſi noſtram operam non videntes, aliorum juxta Perſium, manticam conſideremus. Supereſt, ut diligas diligentem te, & in ſcripturarum campo juvenis ſenem non provoces. Nos noſtra habuimus tempora, & cucurrimus, quantum potuimus. Nunc te currente, & longa ſpatia tranſmeante, nobis debetur otium: ſimulque (ut cum venia & honore tuo dixerim) ne ſolus mihi de Poetia aliquid propoſuiſſe videaris: Memento Daretis & Entelli & vulgaris proverbii, quod bos laſſus fortius figat pedem. Triſtes hæc dictavimus. Utinam mereremur complexus tuos, & collatione mutua, vel doceremus aliqua, vel diſceremus.... Memento mei, ſancte, ac venerabilis Papa. Vide quantum te diligam, ut ne provocatus quidem voluerim reſpondere... *Virgil. Æneid.*

S. Auguſtini Reſponſum.

S. Hieronymi objecta, etſi difficultatibus non carerent; iis tamen ea, qua par eſt, manſuetudine, & humilitate Auguſtinus reſponſum præbuit. Imprimis Epiſt. 15. quæ dicitur reconciliatoria, offenſus aculeis quibuſdam litterarum Hieronymi, de quibus multa argutatur, ſententiarum aſperitatem blandiciis lenire conatur.

„ Quo pacto, *inquit*, poſſumus in hac diſputatione ſine rancore verſari, ſi me lædere paras? Aut

„ ſi

,, ſi non pares; quomodo ego, te non læden-
,, te, ebs te læſua juſte expoſtularem, quod
,, probare ante debuiſſes, meum eſſe ſermonem,
,, & ſic reſcribere, hoc eſt & ſic lædere? Niſi
,, enim reſcribendo læſiſſes, ego juſte expoſtu-
,, lara non poſſem. Proinde cum ite reſcribis,
,, ut lædas, quis locus nobia relinquitur in diſ-
,, puratione ſcripturarum ſine ullo rancota ver-
,, ſandi? Ego quidem, abſit, ut lædar, ſi mihi
,, certa ratione volueris, & potueris demon-
,, ſtrare illud ex Epiſtole Apoſtoli, vel quid
,, eliud ſeripturarum ſanctarum te verius intel-
,, lexiſſe, quam me: immo veto abſit, ut non
,, eum gratiarum actione lucrie meis deputem,
,, ſi ſuero, te docente, inſtuctus, aut emendan-
,, te cottectus. Verumtemen tu mihi, frater
,, catiſſime, niſi te putatee læſum ſcriptis meis,
,, non me putares lædi poſſe reſcriptis tuis.
,, Nullo enim modo id de te opinatus ſuero,
,, quod non ta arbitraris læſum, ſi ſic tamen
,, reſcribie, ut lædas. Aut ſi te non ſic reſcri-
,, bente, ego propter nimiam ſtultitiam meem
,, lædi poſſe putatus ſum, hoc ipſo læſiſti ple-
,, ne, quod de me ita ſenſiſti· ſed nullo modo
,, tu me, quem unmquam talem expertus ea,
,, temere talem crederes, qui Litterarum mea-
,, rum exemplaribus, etiam cum ſtilum meum
,, noſſea, temere credera noluiſti...
,, ,, Reſtet igitur, ut lædere me reſcribendo
,, diſponeres, ſi certo documento meae eſſe il-
,, lae litteras noſeerea. Atque ita, quia non
,, credo, quod injuſte me lædendum putares,
,, ſupereſt, ut agnoſcam peccatum meum, quod
,, prior te illis litteria læſerim, quaa meas eſſe
,, negere non poſſum. Cur itaque conor contra
,, fluminis tractum, ac non potius veniam pe-
,, to? Obſecro te ergo per manſuetudinem Chri-
,, ſti, ut, ſi læſi te, dimittes mihi, nec me vi-
,, ciſſim lædendo, malum pro malo reddas: læ-
,, des autem me, ſi mihi tecnerie errorem
,, meum, quem ſorte invenetis in factia, vel
,, dictis meis. Nam ſi ea in me teprehenderis,
,, quæ reprehendenda non ſunt, te lædis ma-
,, gie, quam me: quod abſie a moribua, &
,, ſencto propoſito tuo, ut hoc feciae volunta-
,, te lædendi, culpans in me aliquid dente
,, maledico, quod mente veridica eſſe ſcia non
,, culpandum. Ac per hoc aut benevolo corde
,, erguas, etiamſi caret delicto, quem arguan-
,, dum putas, eut paterno affectu mulceae, quē
,, ebjicera nequeae. Poteſt enim fieri, ut tibi
,, aliud videatur, quam veritas habet, dum
,, tamen aba te aliud non fiat, quam caritas ha-
,, bet: nam & ego amiciſſimam reprehenſionem
,, gratiſſime accipiam; etiamſi reprehendi non
,, meruit, quod recte defendi poteſt: aut agno-
,, ſcam ſimul & benevolentiam tuem, & cul-
,, pam meam: & quantum Dominue donat, in
,, alio gratus, in alio emendetus inveniar.
,, Quid ergo ſortaſſa dura, ſed certe ſalubria
,, verba tua, temquam cæſtua Entelli perri-
,, meſeem? Cædebatut ille, non curabatur; &
,, ideo vincebatur, non ſanabatur. Ego autem
,, ſi medicinalem correctionem tuam tranquil-
,, lua accepero, non dolebo; ſi vero infirmi-
,, tas vel humena, vel mea, etiam cum yeteeitae
,, arguor, non poteſt niſi aliquantulum con-
,, triſtari; melius tumor capitis dolet, dum
,, cutatur, quam dum ei parcitur, non ſane-
,, tur. Hoc eſt enim quod acute vidit, qui di-
,, xit, utiliores eſſa plerumque inimicoe jur-
,, gentea, quam amicos objurgare metuentes.
,, Illi enim, dum rixantut, dicunt aliquendo
,, vara, quæ corrigamue: iſti autem minoram,
,, quam oportet, exhibent juſtitiæ libertatem, dū
,, amicitiæ timent exaſperare dulcedinem. Qua-
,, propter etſi bos, ut tibi videris, laſſus ſenectu-
,, te forte corporie, non vigore animi tamen,
,, in aree Dominica fructuoſo labore deſudans:
,, ecce ſum, ſi quid perperam dixi, fortius fi-
,, ge pedem: non mihi debet eſſa moleſtum
,, pondua ætatis tuæ, dummodo conteratur pa-
,, lea culpæ meæ. Proinde illud, quod in extre-
,, mo Epiſtolæ tuæ poſuiſti, cum magni deſiderii
,, ſuſpirio vel lego, vel recolo. Utinam, inquis,
,, meretemur complexus tuos, & collatione mu-
,, tua vel doceremus aliqua, vel diſceremus.
,, Ego autem dico: Utinam ſaltem propinquie
,, terrarum locis habiteremua, ut ſi non poſ-
,, ſent miſceri noſtra colloquia, litteræ poſſent
,, eſſe crebriorea.

Poſtquam Auguſtinus objectis, quæ extra quæ-
ſtionem vagantur, reſponſum dederit, Epiſtola
19. accuratua reſpondet de mendacio officioſo, do-
cens Pettum vere ettaſſe, jureque reprehenſum:
deprecaturque veniam, quod dictia quibuſdam
incautioribus Hieronymi animum offenderit.

Recenſitis quibuſdam, quæ ad rem non ſpe- Diſſ. 9. r. Ego ſolis.
,, ctant: Ego, *inquit*, fateor caritati tuæ, ſolis eis
,, ſcripturarum libris, qui jam canonici appellan-
,, tur, didici hunc timorem, honoremque defer-
,, re, ut nullum eorum auctorem ſcribendo a-
,, liquid, erraſſe firmiſſime credam. Ac ſi aliquid
,, in eis offendero litteris, quod videatur contra-
,, rium veritati, nihil aliud quam, vel mendoſum
,, eſſe codicem, vel interpretem non aſſecutum
,, eſſe, quod dictum eſt, vel me minime intelle-
,, xiſſe, non ambigam. Alios autem ita lego, ut
,, quantalibet ſanctitate, doctrinaque præpol-
,, leant, nō ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſe-
,, runt; ſed quia mihi, vel per illos auctores ca-
,, nonicos, vel probabili ratione, quod a vero non
,, abhorreat, perſuadere potuerunt. Nec te, mi
,, frater, ſentire aliud exiſtimo: prorſus, inquā,
,, non te arbitror ſic legi tuos libros velle, tam-
,, quam Prophetarum, vel Apoſtolorum, de quo-
,, rum ſcriptis, quod omni errore careant, du-
,, bitare neſarium eſt. Abſit hoc a pia humilitate,
,, & veraci de temetipſo cogitatione: que niſi
,, eſſes prædita, non utique diceres: Utinam
,, meteremur complexus tuos, & collatione mu-
,, tua, vel doceremus aliqua, vel diſceremus.

2. Defendit Auguſtinus rationem, quam addu- cap. 2.
xeret, cur Petrus a Paullo fuerit reprehenſus, &
impugnat diſpenſatoriam ſimulationem, quam
Hieronymus exiſtimabat fuiſſe inter eos ſanctos
,, Apoſtolos: Quod ſi te ipſum, *inquit*, conſidera-
,, tione vitæ, ac morum tuorum non ſimulate, nec
,, fallaciter dixiſſe credo, quanto magis æquum
,, eſt me credere, Apoſtolum Paullum nō aliud
,, ſenſiſſe, quam ſcripſerit, ubi ait de Petro &
,, Barnaba: *Cum viderem, quia non recte ingre-* Gal. 2.
,, *diuntur ad veritatem Evangelii, dixi Petro co-*
,, *ram omnibus: Si tu, cum ſis Judæus, gentiliter*
,, *& non judaice vivis, quomodo gentes cogis ju-*
,, *daizare?* De quo enim certus ſim, quod me
,, ſcribendo, vel loquendo non fallat, ſi fallebat
,, Apoſtolus filios ſuos, quos iterum parturie-
,, bet, donec in eis Chriſtus, id eſt veritas forma-
,, retur; quibus cum præmiſiſſet, dicens: *Quæ*
,, *autem ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia non men-*
,, *tior*; non tamen veraciter ſcribebat; ſed ne-
,, ſcio qua diſpenſatoria ſimulatione fallebat;
,, vidiſſe ſe Petrum & Barnabam non recte ad

Evangelii

„ Evangelii veritatem ingredientes, ac Petro
„ in faciem reſtitiſſe, non ob aliud, niſi quod
„ gentes cogeret judaizare. At enim ſatius eſt
„ credere Apoſtolum Paullum aliquid non ve-
„ re ſcripſiſſe, quam Apoſtolum Petrum non
„ recte aliquid geſſiſſe. Hoc ſi ita eſt, dicamus
„ (quod abſit) ſatius eſſe credere mentiri E-
„ vangelium, quam negatum eſſe a Petro Chri-
„ ſtum (& infra) Itane non intelligit pruden-
„ tia ſancta tua, quanta malitiæ illorum pate-
„ ſcat occaſio, ſi non ab aliis Apoſtolicas lit-
„ teras eſſe falſatas, ſed ipſos Apoſtolos falſa
„ ſcripſiſſe dicamus? Non eſt, inquis, credi-
„ bile, hoc in Petro Paullum, quod ipſe Paul-
„ lus fecerat, arguiſſe. Non nunc inquiro quid
„ fecerit; ſed quid ſcripſerit, quæro: hoc ad
„ quæſtionem, quam ſuſcepi, maxime perti-
„ net, ut veritas divinarum ſcripturarum ad
„ noſtram fidem ædificandam memoriæ com-
„ mendata, non a quibuslibet, ſed ab ipſis A-
„ poſtolis, ac per hoc in canonicum auctorita-
„ tis culmen recepta, ex omni parte verax,
„ atque indubitanda perſiſtat. Nam ſi hoc fe-
„ cit Petrus, quod facere debuit, mentitus eſt
„ Paullus, quod eum viderit non recte ingre-
„ dientem ad veritatem Evangelii. Quiſquis
„ enim hoc facit, quod facere debet, recte u-
„ tique facit. Et ideo falſum de illo dicit, qui
„ dicit eum non recte feciſſe, quod eum novit
„ facere debuiſſe. Si autem verum ſcripſit Paul-
„ lus, verum eſt quod Petrus non recte tunc
„ ingrediebatur ad veritatem Evangelii. Id er-
„ go faciebat, quod facere non debebat: & ſi
„ tale aliquid Paullus ipſe jam fecerat, corre-
„ ctum potius etiam ipſum credam, coapoſtoli
„ ſui correctionem non potuiſſe negligere,
„ quam mendaciter aliquid in ſua Epiſtola po-
„ ſuiſſe.

Et in fine hujuſce capitis in prætenſam diſ-
penſatoriam ſimulationem inſurgens. „ Aut e-
„ nim hoc eſt, *inquit*, quod ego appello offi-
„ cioſum mendacium, ut hæc diſpenſatio ſit
„ officium, velut honeſte mentiendi: aut quid
„ aliud ſit, omnino non video, niſi forte, ad-
„ dito nomine, *diſpenſationis*, fiat, ut menda-
„ cium non ſit mendacium. Quod ſi abſurdum
„ eſt; cur ergo non aperte dicis, officioſum
„ mendacium defendendum, niſi forte nomen
„ te movet, quia non tam uſitatum eſt in Ec-
„ cleſiaſticis libris vocabulum officii, quod Am-
„ broſius noſter non timuit, qui ſuos quoſdam
„ libros utilium præceptionum plenos de of-
„ ficiis voluit appellare? An ſi officioſe men-
„ tiatur, quiſque culpandus eſt; ſi diſpenſative,
„ approbandus? Rogo te, mentiatur ubi ele-
„ gerit, qui hoc putat: quia & in hoc magna
„ quæſtio eſt, ſit ne aliquando viri boni, im-
„ mo viri Chriſtiani mentiri, qualibus dictum
Matth. 5. „ eſt: *Sit in ore veſtro, eſt, eſt, non, non, ut*
Pſal. 5. „ *non ſub judicio decidatis*, & qui eum fide au-
„ diunt: *Perdet omnes, qui loquuntur mendacium.*
„ Sed hæc, ut dixi, & alia, & magna quæſtio
„ eſt, eligat quod voluerit, qui hoc exiſtimat
„ ubi mentiatur: dum tamen a ſcribentibus
„ auctoribus ſanctarum ſcripturarum, & maxi-
„ me Canonicarum, inconcuſſe credatur, & de-
„ fendatur omnino abeſſe mendacium, ne diſ-
„ penſatores Chriſti, de quibus dictum eſt:
„ *Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis*
„ *quis inveniatur*: tamquam magnum aliquid ſi-
„ bi fideliter didiciſſe videantur, pro veritatis
„ diſpenſatione mentiri, cum ipſa fides in la-
„ tino ſermone ab eo dicatur appellata; quia
„ fit quod dicitur. Ubi autem fit quod dicitur,
„ mentiendi utique non eſt locus. Fidelis igi-
„ tur diſpenſator Apoſtolus Paullus proculdu-
„ bio nobis exhibet in ſcribendo fidem, quia
„ veritatis diſpenſator erat, non falſitatis; ac
„ per hoc verum ſcripſit, vidiſſe ſe Petrum
„ non recte ingredientem ad veritatem Evan-
„ gelii, eique in faciem reſtitiſſe, quod gentes
„ cogeret judaizare. Ipſe vero Petrus, quod a
„ Paullo fiebat utiliter libertate caritatis, ſan-
„ ctæ ac benignæ pietate humilitatis accepit:
„ atque ita rarius & ſanctius exemplum poſte-
„ ris præbuit, quo non dedignarentur, ſicubi
„ forte recti tramitem reliquiſſent, etiam a po-
„ ſterioribus corrigi, quam Paullus, quo con-
„ fidenter auderent etiam minores majoribus,
„ pro defendenda Evangelica veritate ſalva fra-
„ terna caritate reſiſtere. Nam cum ſatius ſit,
„ a tenendo itinere in nullo, quam in aliquo
„ declinare; multo eſt tamen mirabilius, &
„ laudabilius, libenter accipere corrigentem,
„ quam audacter corrigere deviantem. Eſt laus
„ itaque juſtæ libertatis in Paullo, & ſanctæ
„ humilitatis in Petro.

Et paullo poſt, reſpondens Hieronymo, qui in
Paullum recriminabatur, eo quod legalia poſt
Chriſti aſcenſionem obſervaverit, ſicut Petrus,

„ Ego quidem, *inquit*, illud Petrum ſic egiſ-
„ ſe credo, ut gentes cogeret judaizare. Hoc
„ enim lego ſcripſiſſe Paullum, quem menti-
„ tum eſſe non credo; ideo non recte agebat hoc
„ Petrus. Erat enim contra Evangelii veri-
„ tatem, ut putarent, qui credebant in Chri-
„ ſtum, ſine illis veteribus Sacramentis ſalvos
„ ſe eſſe non poſſe. Hoc enim contendebant
„ Antiochiæ, qui ex circumciſione crediderant:
„ contra quos Paullus perſeveranter acriterque
„ confligit: ipſum vero Paullum non ad hoc id
„ egiſſe, quod vel Timotheum circumcidit, vel
„ Cenchreis votum perſolvit, vel Hieroſolymis
„ a Jacobo admonitus, cum eis, qui nove-
„ rant, legitima illa celebranda ſuſcepit; ut
„ putari videretur, per ea Sacramenta etiam
„ Chriſtianam ſalutem dari: ſed ne illa, quæ
„ prioribus, ut congruebat, temporibus, in um-
„ bris rerum futurarum Deus fieri juſſerat,
„ tamquam idololatriam gentilium damnare
„ crederetur.

„ *Et infra.* Neque enim negamus in hac ſen-
„ tentia fuiſſe jam Petrum, in qua & Paullus
„ fuit; non itaque tunc eum, quid in ea re ve-
„ rum eſſet, docebat, ſed ejus ſimulationem,
„ qua gentes judaizare cogebantur, arguebat:
„ non ob aliud, niſi quia ſic illa omnia ſimu-
„ latoria gerebantur, tamquam verum eſſet,
„ quod illi dicebant, qui ſine circumciſione præ-
„ putii, atque aliis obſervationibus, quæ erant
„ umbræ futurorum, putabant credentes ſalvos
„ eſſe non poſſe. Ergo & Timotheum circum-
„ cidit propterea, ne Judæis & maxime cogna-
„ tioni ejus Maternæ ſic viderentur, qui ex gen-
„ tibus in Chriſtum crediderant, deteſtari cir-
„ cumciſionem, ſicut idololatria deteſtanda eſt:
„ cum illam Deus fieri præceperit, hanc Sa-
„ tanas perſuaſerit. Et Titum propterea non
„ circumcidit, ne occaſionem daret eis, qui ſi-
„ ne ulla circumciſione dicebant, credentes ſal-
„ vos eſſe non poſſe, & ad deceptionem gen- *Gal. 2.*
„ tium, hoc etiam Paullum ſentire jactarent,
„ quod ipſe ſatis ſignificat, ubi ait: Sed neque
„ Titus, qui mecum erat, cum Græcus eſſet,

„ compulſus eſt circumcidi &c. Hic apparet
„ quid eis captare intellexerit, ut non faceret
„ quod in Timotheo fecerat, & quod ea liber-
„ tate facere poterat, qua oſtenderat, illa Sa-
„ cramenta nec tamquam neceſſaria debere ap-
„ peti, nec tamquam ſacrilega debere damna-
„ ri.

Sicque Paullus legalia uſurpando abſque Gentium offenſione perſuaſit Judæis ſe non ea damnare velut mala, nullamque his præbuit anſam ſuſpicandi, eorum obſervationem ad ſalutem fuiſſe neceſſariam; Timotheum circumcidit, quia ex Actib. cap. 16. conſtat eum fuiſſe filium Judææ mulieris, & ideo reputatum Judæum in materia cæremoniarum religioſarum, in quibus mater prævalet, ut etiam VIII. Synodus Toletana docet act. 12. ubi decernitur, liberos genitos a Judæo patre, & matre Chriſtiana, matris religionem ſequi: quod uſu receptum erat ante Paulli tempora: quapropter, cauſſa neceſſaria id poſtulante, ſine ſimulatione circumcidi potuit Timotheus; at vero Titus non potuit, quia Gentilis erat, tum ex parte patris, tum ex parte matris, cui ex decreto Concilii Hieroſolymitani, actione 15. onus legalium imponi non potuit ex ullo legitimo prætextu abſque ſimulatione neceſſitatis legalium cæremoniarum, quali uſus eſt Petrus ad Galatas 2. gentes cogens judaizare, & ideo reprehenſibilis fuit.

Hieronymi ſententiæ hæc verba: *Factus ſum Judæis tamquam Judæus &c.* non ſuffragari demonſtrat Auguſtinus capite 3. ejuſdem E-
„ piſtolæ. Quod autem dixi, inquit, eum fa-
„ ctum Judæis tamquam Judæum, & tamquam
„ gentilem gentilibus, non mentientis aſtu,
„ ſed compatientis affectu, quemadmodum di-
„ xerim, parum mihi viſus es attendiſſe: immo
„ ego fortaſſe non ſatis hoc explanare potue-
„ rim. Neque enim hoc ideo dixi, quod miſe-
„ ricorditer illa ſimulaverit, ſed quia non ſic
„ ea ſimulavit, quæ faciebat ſimilia Judæis:
„ quemadmodum ea, quæ faciebat ſimilia Gen-
„ tibus, quæ tu quoque commemoraſti: atque
„ in eo me (quod non ingrate fateor) adjuvi-
„ ſti. Cum enim abs te quæſiſſem in Epiſtola
„ mea, quomodo putetur ideo factus Judæis
„ tamquam Judæus; quia fallaciter ſuſcepit
„ Sacramenta Judæorum, cum & gentibus tam-
„ quam gentilis factus ſit, nec tamen ſuſcepit
„ fallaciter Sacrificia gentium; Tu reſpondiſti,
„ in eo factum gentibus, tamquam gentilem,
„ quod præputium receperit, quod indifferen-
„ ter permiſerit veſci cibis, quos damnant Ju-
„ dæi: ubi ego quæro, utrum & hoc ſimulate
„ fecerit? Quod ſi abſurdiſſimum, atque falſiſ-
„ ſimum eſt; ſic ergo & illa, in quibus Ju-
„ dæorum conſuetudini congruebat libertate
„ prudenti, non neceſſitate ſervili, aut quod
„ eſt indignius, diſpenſatione fallaci, potius
„ quam fideli. Fidelibus enim & iis, qui co-
„ gnoverunt veritatem, ſicut ipſe teſtatur, ni-
„ ſi forte, & hic fallit, omnis creatura Dei bo-
„ na eſt, & nihil abjiciendum, quod cum gra-
„ tiarum actione accipitur. Ergo & ipſi Paullo
„ non ſolum vero, verum etiam diſpenſatori
„ maxime fideli, non ſolum cognitori, verum
„ etiam doctori veritatis, omnis utique in ci-
„ bis creatura Dei non ſimulate, ſed vere bo-
„ na erat. Cur igitur nihil ſimulate ſuſcipien-
„ do ſacrorum, cæremoniarumque Gentilium,
„ ſed de cibis, & præputio vera ſentiendo, at-
„ que docendo, tamen tamquam gentilis factus
„ eſt gentibus, & non potuit fieri tamquam
„ Judæus Judæis, niſi fallaciter ſuſcipiendo Sa-
„ cramenta Judæorum? Cur oleaſtro inſerto
„ ſervavit diſpenſationis veracem fidem, & na-
„ turalibus ramis non extra, ſed in arbore con-
„ ſtitutis, neſcio quod diſpenſatoriæ ſimulatio-
„ nis velamen obtendit? Cur factus tamquam
„ gentilis gentibus, quod ſentit, docet, quod
„ ait, ſentit; factus autem tamquam Judæus
„ Judæis, aliud in pectore claudit, aliud pro-
„ mit in verbis, in factis, in ſcriptis: ſed ab-
„ ſit hoc ſapere; utriſque enim debebat cari-
„ tatem de corde puro, & conſcientia bona, &
„ fide non ficta, ac per hoc omnibus omnia fa-
„ ctus eſt, ut omnes lucrifaceret, non mentien-
„ tis aſtu, ſed compatientis affectu, ideſt, non
„ omnia mala hominum fallaciter agendo, ſed
„ aliorum omnium malis omnibus, tamquam
„ ſi ſua eſſent, miſericordis medicinæ diligen-
„ tiam procurando.

Ad Philoſophorum dictum, quod Hieronymus opponit, & ſupra recenſitum, reſpondet Auguſtinus capite 2. „ Quid ego apud te ti-
„ meam nomen Philoſophorum, qui non pro-
„ pterea vani ſunt, quia omnia falſa dicunt,
„ ſed quia & falſis pleriſque confidunt, & ubi
„ vera inveniuntur dicere, a Chriſti gratia, qui
„ eſt ipſa veritas, alieni ſunt. Cur autem non
„ dicam præcepta illa veterum Sacramentorum
„ nec bona eſſe, quia non eis homines juſti-
„ ficantur; umbræ enim ſunt prænunciantes
„ gratiam, qua juſtificamur; nec tamen mala,
„ quia divinitus præcepta ſunt, temporibus
„ perſoniſque congruentia: cum me adjuvet et-
„ iam prophetica ſententia, qua dicit Deus, ſe
„ illi populo dediſſe præcepta non bona? ſorte
„ enim propterea non dixit mala, ſed tantum
„ non bona, ideſt, non talia, ut illis homines
„ boni fiant, aut ſine illis boni non fiant. Vel-
„ lem me doceret benigna ſinceritas tua, u-
„ trum ſimulate quiſquam ſanctus Orientalis,
„ cum Romam venerit, jejunet ſabbatho, ex-
„ cepto illo die Paſchalis vigiliæ? Quod ſi ma-
„ lum eſſe dixerimus, non ſolum Romanam
„ Eccleſiam, ſed etiam multa ei vicina & ali-
„ quando remotiora damnabimus, ubi mos i-
„ dem tenetur, & manet: ſi autem non jeju-
„ nare ſabbatho, malum putaverimus, tot Ec-
„ cleſias Orientis, & multo majorem orbis Chri-
„ ſtiani partem, qua temeritate criminabimur?
„ Placet ne tibi, ut medium quiddam eſſe di-
„ camus, quod tamen acceptabile ſit ei, qui
„ hoc non ſimulate, ſed congruenti ſocietate,
„ atque obſervantia fecerit? Et tamen nihil
„ inde legimus in Canonicis libris præceptum
„ eſſe Chriſtianis: quanto magis illud malum
„ dicere non audeo, quod Deum præcepiſſe i-
„ pſa Chriſtiana fide negare non poſſum? quia
„ didici non eo me juſtificari, ſed gratia Dei
„ per Jeſum Chriſtum.

E veſtigio rationem dat Auguſtinus, cur tempore Apoſtolorum præfatæ cæremoniæ mortiferæ non erant, ſicut & nunc: ut reſpondeat Hieronymo dicenti cæremonias Judæorum & pernicioſas eſſe, & mortiferas Chriſtianis, & quicumque eas obſervaverit, ſive ex Judæis, ſive ex Gentibus, eum in barathrum diaboli devolutum.

„ Dico ergo, inquit, circumciſionem præputii, & ce-
„ tera hujuſmodi priori populo per teſtamentum,
„ quod vetus dicitur, divinitus data ad ſigni-
fica-

,, ſicationem futurorum, quæ per Chriſtum o-
,, portebat impleri, quibus advenientibus reman-
,, ſiſſe illa Chriſtienis legenda tantum ad in-
,, talligentiam præmiſſæ Prophetiæ, non eutam
,, neceſſario facienda, quaſi edhuc exſpectan-
,, dum eſſet, ut veniret fidei reveletio, quæ
,, his ſignificabatur eſſe venture: ſed quamvis
,, gentibus imponenda non aſſent; non tamen
,, ſic debuiſſe auſerri e conſuetudine Judæorum
,, tamquam deteſtenda, atque damnanda. Sen-
,, ſim proinde, atque paullatim fervente ſane
,, prædicatione gratiæ Chriſti, qua ſola noſſent
,, credentea ſa juſtificari, ſeivoſque fieri non illis
,, umbris rerum entea futurarum, sunc jam ve-
,, nientium, atque præſentium; ut in illorum
,, Judæorum vocatione, quos præſentia carnis
,, Domini, & Apoſtolica tempora ſic invenerant,
,, omnia illa actio conſumeretur umbrarum, hoc
,, eis ſuffeciſſe ad commendationem, ut non tam-
,, quam deteſtande, & ſimilia idololatriæ vitare-
,, tur; ultre vero non baberet progreſſum, na pu-
,, taretur neceſſaria tamquam vel ab illa ſalus eſ-
,, ſet, vel ſine illa eſſe non poſſet: quod putaverſit
,, hæretici, qui dum volunt & Judæi eſſe, & Chri-
,, ſtieni; nec Judæi, nec Chriſtiani eſſe potuerſit.
Et infra ,, Cur mihi non licet dicere, Apoſto-
,, lum Paullum, & alios rectæ fidei Chriſtianos,
,, tunc illa vetera Secramenta paullulum obſer-
,, vando vereciter commendare debuiſſe, ne puta-
,, rentur illæ Propheticæ ſignificationis obſerva-
,, tiones a piiſſimis Patribus cuſtoditæ, tamquam
,, ſacrilegie diabolica a poſteris deteſtandæ? Jam
,, enim cum vaniſſet fides, quæ prius illis obſer-
,, vationibus prænunciata poſt mortem, & reſur-
,, rectionem Domini revelata eſt, amiſerant tam-
,, quam vitam officii ſui; verumtamen, ſicut de-
,, functa corpora, neceſſariorum officiis dedu-
,, cenda erant, quodammodo ad ſepulturam, nec
,, ſimulate, ſed religioſe; non autem deſerende
,, continuo, vel inimicorum obtrectationibus,
,, tamquam canum morſibus projicienda. Pro-
,, inde nunc quiſquis Chriſtianorum, quamvis
,, ſit ex Judæis, ſimiliter ea celebrare voluerit,
,, tamquam ſopitos cineres erueos, non erit
,, pius deductor, vel bajulus corporis, ſed im-
,, pius ſepulturæ violator. Fateor ſane in eo,
,, quod Epiſtola continet mea, quod ideo Sa-
,, crementa Judæorum Paullus celebranda ſu-
,, ſceperat, cum jam Chriſti eſſet Apoſtolus,
,, ut doceret non eſſe pernicioſa his, qui ea
,, vellant, ſicut a parentibus per legem ecce-
,, perant, cuſtodire, minus me poſuiſſe: *Illo*
,, *dumtaxat tempore, quo primum fidei gratia reve-*
,, *lata eſt.* Tunc enim hoc non erat pernicioſum;
,, progreſſu vero temporis illæ obſarvationes
,, ab omnibus Chriſtianis deſererentur: ne ſi
,, tunc fieret, non diſcerneretur, quod Deus
,, populo ſuo per Moyſem præcepit, ab eo,
,, quod in templis dæmoniorum ſpiritus im-
,, mundus inſtituit. Proinde potius culpanda
,, eſt negligentia mea, quia hoc non addidi,
,, quam objurgatio tua.... mihique de animo
,, meo crede, quod coram Deo loquens jure ca-
,, ritatis expoſco, numquam mihi viſum fuiſſe
,, etiam nunc, Chriſtianos ex Judæis factos, Sa-
,, cramenta illa vetera quolibet affectu, quolibet
,, animo celebrare debere, aut eis ullo modo li-
,, cere: cum illud de Paullo ſemper ita ſenſerim,
,, ex quo illius mihi litteræ innotuerunt: ſicut
,, nec tibi videtur hoc tempore cuiquam eſſe ſi-
,, mulanda iſta, cum hoc feciſſe Apoſtolos cre-
,, das. Proinde ſicut tu econtrario loqueris; &
,, licet reclamante, ſicut ſcribis, mundo, libe-
,, ra voce pronuncias cæremonias Judæorum &
,, pernicioſas eſſe, & mortiferas Chriſtianis: &
,, quicumque eas obſervaverit ſive ex Judæis,
,, ſive ex gentibus, eum in barathrum diaboli
,, devolutum; ita ego hanc vocem tuam omni-
,, no confirmo, & addo: Quicumque eas ob-
,, ſervaverit, ſive ex Judæis, ſive ex gentibus,
,, non ſolum vereciter, verum etiam ſimulate,
,, eum in barethrum diaboli devolutum. Quid
,, quæris amplius? ſed ſicut tu ſimulationem A-
,, poſtolorum ab hujus temporis ratione ſecer-
,, nis; ita & ego Paulli Apoſtoli veracem tunc
,, in his omnibus converſationem ab hujus tem-
,, poris quamvis minime ſimulata cæremonia-
,, rum judaicarum obſervatione ſecerno; quo-
,, niam tunc fuit approbanda, nunc deteſtanda.
Reſtat, ut auctoribus ab Hieronymo recen-
ſitis, quid hac in re eorum ſententiam ſecutus
eſt, reſpondeat Auguſtinus, quod verbis ſubſe-
quẽtibus ſatis ſuperque factũ eſſe, judicabit lector.
,, Flagitas a me, ut aliquem ſaltam unum oſten-
,, dam, cujus in hac re ſententiam ſim ſecutus,
,, cum tu tam plures nominatim commemora-
,, veris, qui te in eo, quod aſtruis, præceſſerunt,
,, petens, ut in eo, ſi te reprehendo errantem, pa-
,, tiar te errare cum talibus, quorum ego fateor
,, neminem legi: ſed cum ſint ferme ſex, vel
,, ſeptem, horum quatuor auctoritatem tu quo-
,, que infringis. Nam Laodicenum, cujus nomen
,, taces, de Eccleſia dicis nuper egreſſum; Ale-
,, xandrum autem veterem hæreticum; Origenẽ
,, vero, ac Didymum reprehenſos abs te lego in
,, recentioribus opuſculis tuis, & non mediocri-
,, ter, nec de mediocribus quæſtionibus, quamvis
,, Origenem mirabiliter ante laudaveris. Cum
,, iis ergo errare puto, quia nec te ipſe pa-
,, tieris, quamvis hoc perinde dicatur ac ſi
,, in hac ſententia non erraverunt. Nam quis
,, eſt, qui ſe velit cum quolibet errare? Tres
,, igitur reſtant, Euſebius, Emiſenus, Theodorus
,, Heracleotes, & quem paullo poſt cõmemoras,
,, Joannes, qui dudum in Pontificali gradu Con-
,, ſtantinopolitanam rexit Eccleſiam. Porro, ſi
,, quæras, vel recolas, quid hinc ſenſerit noſter
,, Ambroſius, quid noſter itidem Cyprianus; in-
,, venies fortaſſe, nec nobis defuiſſe, quos in
,, eo, quod aſſerimus, ſequeremur: quamquam,
,, ſicut paullo ante dixi, tantummodo ſcripturis
,, Canonicis hanc ingenuam debeam ſervitutem,
,, qua eas ſolas ita ſequar, ut conſcriptores ea-
,, rum nihil in eis omnino erraſſe, nihil falla-
,, citer poſuiſſe non dubitem. Proinde cum quæ-
,, ro tertium, ut tres etiam ego tribus oppo-
,, nam; poſſem quidem, ut arbitror, facile re-
,, perire, ſi multa legiſſem: verumtamen ipſe
,, mihi pro his omnibus, immo ſupra hos o-
,, mnes Apoſtolus Paullus occurrit. Ad ipſum
,, confugio, ad ipſum ab omnibus, qui aliud
,, ſentiunt, litterarum ejus tractatoribus pro-
,, voco, ipſum interrogans interpello, & requi-
,, ro in eo, quod ſcripſit ad Galatas, vidiſſe ſe
,, Petrum non recte ingredientem &c. Utrum Gal. 2.
,, verum ſcripſerit, an forte neſcio, qua diſpen-
,, ſativa falſitate mentitus ſit. Et audio eum
,, paullo ſuperius in ejuſdem narrationis exor-
,, dio religioſa voce mihi clamantem: *Quæ au-*
,, *tem ſcribo vobis, ecce coram Deo, quia non men-* Gal. 1.
,, *tior*. Dent veniam quilibet aliud opinantes:
,, ego magis credo tanto Apoſtolo in ſuis, &
,, pro ſuis litteris juranti, quam cuiquam do-
,, ctiſſimo de alienis litteris diſputanti....

Fateor me plus, quam ratio argumenti S. Raymundi poſtulabat, digreſſum fuiſſe, ſi digreſſio dicenda eſt nimis, ubi varia ſanctorum Eccleſiæ doctorum hinc & inde dicta, referenda occurrunt, ut veritas Catholica diſputationum conflictu quaſi elimata, magis ac magis eluceſcat, omniſque ſic Recentioribus auferatur anſa ſimulationem præſertim in materia religionis approbandi, & mordicus defendendi. Ceterum in hocce opere animus fuit, Eccleſiarum Parochis, & ſacerdotibus curam animarum gerentibus, indulgere, qui pro redituum tenuitate, ſanctorum Patrum volumina obtinere minime poſſunt, ipſiſque nonnulla petutilia ex illis extracta exponere, quæ in confirmationem eorum, quæ a S. Magiſtro traduntur, proficere arbitror; & ut quibuslibet objiciendis obviam eatur, finiſque obſervationi detur, quadruplex cum S. Th. ſu-
,, per Geneſ. quem laudat S. Antoninus 2. p.
,, tit. 10. c. 1. §. 1. diſtinguenda eſt ſimulatio.
,, Prima ſimulatio eſt ſignificationis: qualis fuit
,, in Jacob, qui ſimulavit ſe eſſe Eſau, coope-
,, tiendo manus, & collum pelliculis hædorum.
,, Geneſ. 27. Significabatur enim, quod minor
,, populus, id eſt, Chriſtianus præferendus eſſet
,, majori, id eſt, Judaico; ſicut & minor prius
,, recepit benedictionem. Secunda ſimulatio eſt
,, cautelæ, ſicut patet in Joſue, qui ſimulavit fu-
,, gam ab eis, qui erant de civitate Hay. Joſue
,, 8. Tertia ſimulatio eſt doctrinæ cauſſa, ſcili-
,, cet cum fit ad inſtruendum alios: & ſic Chri-
,, ſtus finxit, id eſt, ſimulavit, ſe longius ire,
,, Luc. ult. Quod fecit ad inſtructionem diſci-
,, pulorum, ut ſcilicet inſtantius invitaretur ab
,, eis, & oſtenderetur ſe longe eſſe ab eis quoad
,, finem ſuæ divinitatis. Quarta ſimulatio eſt
,, duplicitatis, cum quis ſcilicet per opera ficta
,, intendit decipere; de quo Job 36. *Simulato-*
,, *res, & callidi provocant iram Dei*. Et iſta ul-
,, tima eſt peccatum, non aliæ priores.

OBSERVATIO V.

IN TITULUM DE MENDACIO.

Simulationem non multum diſtare a mendacio, præcedens oſtendit obſervatio: ideo enim S. Paullus reprehenſibilem S. Petrum cenſuit, ut dictum fuit, quia mentalem reſtrictionem S. Petri (quam de induſtria adhibuit, aliud exterius facto ſignificans, aliud mente tegens) fuiſſe vere ſimulationem, & mendacium vere reprehenſibile, velis, remiſque tenuit contra Hieronymũ Auguſtinus. Sanctus autem Raymundus in præſenti tit. §. 4. caſum cum certis implicatis circumſtantiis proponens, ejus reſolutione non parva inter Theologos ſuſcitavit diſcrimina; & verbis æquivocis, quæ plures vere mendacia reputant, uti poſſe opinans, conſcientiam ſcrupuloſam movit, fecitque, ut hac in re quampluriмis ipſum non ſectari, viſum fuit, dicente Auguſtino lib. contra mendacium c. 9. *Non omnia, quæ a ſanctis & juſtis viris legimus facta*, & a fortiori ſcripta, *transferre debemus in mores*.

,, Solet dubitari (inquit S. Magiſt.) quid agen-
,, dum ſit ei, a quo quæritur aliquis occiden-
,, dus, quem ipſe ſcit in domo ſua latitare, vel
,, etiam in alio loco: nam videtur iſte perple-
,, xus: ſi manifeſtat illum, timet crimen prodi-
,, tionis, & homicidii, cui videbitur dediſſe cauſ-
,, ſam, oſtendendo perſonam: Si vero non
,, manifeſtat, formidat mendacium, ſi a quæ-
,, rentibus interrogatur, ubi ſit. Super quo
,, videtur nullum poſſe adhiberi remedium.

Ad ejus ſolutionem præpoſitis Auguſtini & Iſidori ſententiis, credit, ſalvo tamen meliori judicio, quod talis debet eſſe proceſſus: ſ. debet tacere; & ſi taciturnitas ſit periculoſa, ſe ad aliam materiam transferre; & ſi non poteſt ſubterfugere, reſpondere verbum æquivocum, ut puta, non eſt hic, id eſt, non comedit hic, vel ſimile aliquod, &c.

S. Antoninus 2. p. tit. 10. c. 1. §. 1. non ſeorſum a ſancto Raymundo ſentit, cujus verba, quæ notatu digna arbitror, non diſplicabunt iis, qui contra hujuſmodi in hoc caſu procedendi modum, crebro objectis, obviam fieri nituntur. *V. Textum*

,, Sciendum, *ait*, quod etſi numquam liceat
,, mendacium dicere, quia ſemper eſt peccatum;
,, tamen licet occultare veritatem, cum expe-
,, dit, & ad prudentiam pertinet; Sic Abraham
,, interrogatus de Sarai ab Ægyptiis, dixit ſo-
,, rorem ſuam eſſe, non autem dixit uxorem
,, ſuam, ne ab Ægyptiis occideretur, ut libere
,, eam poſſit habere, ut habetur Geneſ 12. in
,, quo facto, ut dicit Auguſtinus, veritatem ce-
,, lare voluit, non mendacium dici. Soror enim
,, dicitur, quia filia fratris erat, 22. q. 2. c. *Quæ-*
,, *ritur*. Tunc enim tales, ſcilicet neptis, & ne-
,, pos dici conſueverant fratres avunculi. Sarai
,, autem neptis erat Abrahæ: ſicut & Loth, qui
,, germanus Sarai erat, dixit Abraham fratrem
,, ſuum, Geneſ. 13. Ita etiam cum plures ſint
,, cauſſæ moventes ad aliquid agendum, abſque
,, vitio mẽdacii poteſt una aſſignari etiam minus
,, efficax, ceteris aliis tacitis: ſicut Samuel, cum
,, miſſus fuit a Domino ad inungendum David
,, in Regem Iſrael, cum eſſet in Bethleem inter-
,, rogatus a ſenioribus de cauſſa ſui adventus, ta-
,, cita cauſſa principali, ſcilicet de unctione fien-
,, da, reſpondit, ſe veniſſe ad immolandum ſacri-
,, ficium: quod & fecit, quamvis illa non eſſet
,, cauſſa principalis, 1. Reg. 16. Videtur etiam
,, poſſe abſque vitio mendacii, uti verbis ſophi-
,, ſticis, ſeu locutione duplici ad obviandum
,, malis, cum ſcilicet quis dicit aliqua verba, quæ
,, intelligi poſſunt dupliciter, & ad unum quidẽ
,, intellectum dicit: alium intellectum intendit
,, imprimere in mente auditoris: ut ſi de aliquo,
,, qui ad mortem quæritur, interrogatus, utrum
,, tranſiverit per illam viam: qui hoc novit, dicat
,, non tranſivit hac, intendens loqui de loco, in
,, quo ipſe eſt, quod utique verum eſt. Unde &
,, Angelus Raphael interrogatus a Tobia, quis
,, eſſet, & de quo genere, reſpondit: *Ex filiis I-*
,, *ſrael, ego ſum Azarias Ananiæ magni filius*, Tob.
,, 3. quod verum eſt ſecundum interpretationem
,, illorum nominũ, ſecundum Magiſtrum in Hi-
,, ſtoriis, & non aliter. Iſrael enim interpreta-
,, tur *videns Deum*, Azaria vero *adjutor*; Ananias
,, antẽ *gloria Dei* interpretatur. Erat utique An-
,, gelus ex videntibus Deum per ſpeciem, adju-
,, tor Tobiæ: Ananiæ filius, id eſt, dignus gloria
,, Dei. Tobias tamen aliter intellexit. Cavendum
,, tamen a ſcandalis, quando talia poſſunt detegi:
,, ſed nec in judicio poteſt quis ſic loqui juridice
,, interrogatus. Sic Abrahã dicens ad ſervos ſuos;
,, *Exſpectate hic cum aſino, & poſtquam adorave-*
,, *rimus, revertemur ad vos*, loquens de Iſaac,
,, quem intẽdebat immolare, Geneſ. 22. Non di-
,, xit in hoc mendacium, quia vel ipſe intendebat

reverti

,, reverti cum filio, ſperant illum immolatum
,, a Domino reſuſcitandum: vel locutus eſt fi-
,, gurate ſecundum Thomam ubi ſupra, ad ſi-
,, gnificandum quod Deus receſſurus erat a po-
,, pulo Judæorum ſervilis conditionis propter
,, perfidiam ejus, peracta paſſione filii ſui, &
,, domum reverſurus in fine mundi, cum con-
,, verterentur. Interim exſpectant Meſſiam cum
,, aſino, id eſt, in ſenſu aſinino, & ſuperficiali. ,,

Hinc non pauci defendunt, quod quando verba ſunt vel in ſeipſis, vel ex quibuſdam circumſtantiis vocis, vel geſtus ambigua; tunc proferens poteſt ea ſumere in uno ſenſu, licet audiens ea recepturus ſit in alio diverſo ab eo, in quo ſumuntur a proferente, modo ſit cauſſa legitima reticendi veritatem, quam abſque peccato revelare non poteſt, ut eſt caſus propoſitus a S. Raymundo, & S. Antonino. Idque probant auctoritate Scripturæ, ratione, & exemplo.

Auctoritate, in qua vocem *Soror* duplicem ſignificationem habere agnoſcit S. Auguſtinus, & Abrahamum dicentem Sarai: *Dic, obſecro, quod ſoror mea ſis*, non eſſe mentitum, licet Abraham ſumeret hanc vocem *Soror* in uno ſenſu, audientes vero in alio: in quo caſu Auguſtinus in Enchiridio. c. 17. tantum abeſt, quod dictum Abrahæ mendacium reputet, quin immo veritatis regulam illud exiſtimat. ,, Ad hanc, *in-*
,, *quit*, veritatis regulam mihi videntur non ſo-
,, lum iſta (de Abrahamo, & Sara) verum et-
,, iam, ſi qua ſunt talia redigenda, ut aut
,, quod eſſe creditur, oſtendatur non eſſe men-
,, dacium, ſive ubi tacetur verum, non dicitur
,, falſum, ſive ubi ſignificatio vocax, aliud ex
,, alio vult intelligi: quod genus figuratorum,
,, vel dictorum, vel factorum abundat in Pro-
,, phetis.

Idem affirmare videtur in quæſt. Geneſ. q. 26. & refertur cauſſa 22. q. 22. *Quæritur*. Quod etſi jam in corpore hujuſce operis recenſitum fuerit, bis repetitum non diſplicebit. ,, Quæri-
,, tur cur Patriarcha mentiri voluit, ut diceret
,, Saram ſororem ſuam, & non potius Deo
,, commiſit, qui ſi vellet, ejus pudicitiam apud
,, Pharaonem ſervare poſſet. Sed veritatem vo-
,, luit celari, non mendacium dici: ſoror enim
,, dicitur, quia filia Fratris erat. Et in hoc oſ-
,, tenditur, quod nemo debet tentare Deum,
,, dum habet quod rationabili conſilio faciat:
,, fecit quod potuit, quod non potuit, Deo
,, commiſit, in quem ſperavit.

Super quo Gloſſa [*Mentiri*. Ecce dicit Auguſtinus, ipſum (Abrahamum) mentitum; & tamen poſtea dicit, ipſum non mentitum: & hoc eſt notandum circa reſcripta, vel circa judicia, vel au quærendo vel narrando vel definiendo, aliquid dicatur: & ſic eſt hic arg. quod *interrogans non confitetur*. Item patet hic, quod licite per æquivocationem poſſumus hoſtem deludere. Ut notatur ſupra c. *Ne quis*; & infra ſ. proximo, ſeu *Item opponitur*] quæ in extenſum referuntur pag. 96. & 101.

Itaque nulli dubium eſſe debet, concludit Caballutius Congreg. Orator. civis meus, uſum amphibologiarum, ubi juſta urget ratio, eſſe doctrinæ Auguſtinianæ. Ad Iſidorum a S. Raymundo pro oppoſita ſententia laudatum reſpondet, hunc locum eos percellere, qui mala fide, ſoloque decipiendi, & injuſte nocendi animo, pravam mentem ſuam obtegunt, non vero illos, quos juſta, & rationabilis cauſſa cogit bonum, quod mente gerunt, propoſitum verbis ambiguis, & in aliquo ſenſu veris diſſimulare. Et ut dixi in annotatione a me facta in corpore operis; non animo fallendi, quod eſt de ratione mendacii, uti licet verbis amphibologicis; ſed animo ſolo occultandi veritatem, quam abſque peccato, & aliquando abſque irregularitatis pœna revelari minime poteſt; & quaſi per accidens eſt, quod ex reſponſione ambigua, ſequatur fallacia: poteſt enim non ſequi, ſi interrogans eruditus ad verba animum revocaret: & ſi ſequatur, fatuitati, & ignaviæ interrogantis attribuenda eſt, ut ſi quis argueret ſillogiſmo ſophiſtico occultandi animo veritatem, quam docere non debet; & reſpondens ignarus terminorum concederet, quod jam negaſſet, vel e contra: fallacia ex ſimili ſillogiſmo ſequens, induſtriæ arguentis non eſſet imputanda, ſed fatuitati, & ignorantiæ reſpondentis, qui de rebus logicis adverſus logicos diſputare præſumſit: ſunt autem verba quædam ſophiſtica ab hominibus inſtituta, ſicut & ſillogiſmi, quibus utendi jus habet quilibet, dum juſta urget ratio, &, ut loquitur Auguſtinus loco ſupra appellato, *dum habet quod rationabili conſilio faciat*, in certis implicatis circumſtantiis proditionis, & mendacii: fallacia enim tunc non primo intenditur a reſpondente, ſed ſola veri non revelandi reticentia; ſicque falſum non dicit, non mentitur; quamvis imprudens, & fatuus interrogans, ex reſponſione verum non attingat; nec ſtulto ſecundum ſtultitiam ejus reſpondere quis debet, ne ſimilis ei efficiatur. *Nec ſe quiſquam in recte factis noſtris tam male moveri ſentiat, ut fiat etiam animo deterior, longeque a pietate remotior*. Auguſt. 22. q. 2. c. *Primum*. Prov. 26.

Attamen quamplurimi Auguſtino opponunt Auguſtinum, qui lib. de mendacio c. 13. eumdem, ac Raymundi caſum proponens, non eadem, ſed omnino diverſa reſolvit doctrina: id judicabit lector, cujus religioni caſum committo. Auguſtinus namque unicum ibi medium ad evitandum bicorne dilemma falſi teſtimonii & proditionis noviſſe videtur, probatumque ex praxi laudata S. Firmi Epiſcopi Tagaſtenſis. Textum quamvis parumper prolixum in integrum duxi recenſendum, ut per ſeipſum inveſtiget eruditus lector, quam partem, quislibet has ſimiles intricatas circumſtantias interdum occurrentes nactus, amplecti debeat.

,, Quid ergo, ſi ad Chriſtianum homicida
,, confugiat, aut videat quo confugit, & de
,, hac re interrogetur ab eo, qui ad ſupplicium
,, quærit hominis interfectorem, mentiendum
,, eſt? quomodo enim non tegit peccatum men-
,, tiendo, cum ille, pro quo mentitur, pecca-
,, tum ſceleratum admiſerit? An quia non de
,, peccato ejus interrogatur, ſed de loco, ubi la-
,, teat? Ergo mentiri ad tegendum cujoſquã pec-
,, catum, malum eſt; mentiri autem ad tegendũ
,, peccatorem non eſt malum? Ita ſane, ait quiſ-
,, piam: non enim tunc peccat quiſquam, cum e-
,, vitat ſuppliciũ, ſed cum facit aliquid dignum
,, ſupplicio. Pertinet autem ad diſciplinam Chri-
,, ſtianã, ut neque de cujuſquam correctiune de-
,, ſperetur, neque cuiquã pœnitẽdi intercludatur
,, aditus. Quid, ſi ad judicem ductus de ipſo loco,
,, ubi ſe ille occultet, interrogeris, dicturus es,
,, aut nõ ibi eſt, ubi eum ſcis eſſe, aut nõ novi, &
,, nõ vidi, quod noſti, & vidiſti? Dicturus ergo es
,, falſum teſtimonium, & occiſurus animam tuã,
,, ne occidatur homicida? An uſque ad conſpe-
,, ctum judicis mentieris? judice autem quærente
,, jam

,, jam verum dices, ne ſis falſus teſtis? Ipſe igi-
,, tur hominem proditione occiſurus es? etiam
,, proditorem quippe divina ſcriptura dete ſtatur.
,, An ſorte proditor non eſt, qui judici interro-
,, genti verum indicat; eſſet autem proditor, ſi
,, quemquem ad exitium ultro deſerret? Quid,
,, ſi da juſto, atque innocente, ubi lateat ſcient a
,, judice intarrogeris, qui tamen ad mortem a
,, majore poteſtate juſſus eſt rapi, ut ille, qui in-
,, terrogat, exſecutor ſit legis, non conditor: an
,, ideo non erit falſum teſtimonium, quod pro
,, innocente mentieris, quia nec ille judex, ſed
,, exſecutor interrogat? Quid, ſi ipſe conditor
,, legis interroget, aut quilibet judex iniquus ad
,, ſupplicium quærent innocentem? Quid facies?
,, falſus teſtis, an proditor eris? An illa erit
,, proditor, qui juſto judici latentem homicidam
,, ultro detulerit, & ille non erit, qui judici in-
,, juſto ubi lateat innocens, quem quærit occi-
,, dere, interroganti indicaverit eum, qui ſe
,, fidei ejus commiſerat? an inter crimen falſi
,, teſtimonii, & proditionis dubius, incertuſ-
,, que remanebit? An tacendo, vel profitendo
,, te non eſſe dicturum, certus utrumque vi-
,, tabit? Cur ergo non hoc facias, priuſ-
,, quam ad judicem venias, ut caveas etiam
,, mendacium? Evitato enim mendacio, o-
,, mne teſtimonium falſum eſugies, ſive o-
,, mne mendacium ſit falſum teſtimonium, ſi-
,, ve non omne. Evitato autam falſo teſti-
,, monio quod tu eſſe inteligis, non effu-
,, girs omne mendacium. Quanto ergo for-
,, tius, quanto excellentius dices: Nec prodam?
,, nec mentiar.

Exemplū ,, Fecit hoc Epiſcopus quondam Thagaſtenſis
Epiſcopi. ,, Ecclaſiæ. Firmus nomine, firmior voluntete.
,, Nam cum ab eo quæreretur homo juſſu Im-
,, peratoris per apparitores ab eo miſſos, quem
,, ad ſe confugientem diligentia quanta poterat,
,, occultabat, reſpondit quærentibus, nec men-
,, tiri ſe poſſe, nec hominem prodere, paſſuſque
,, tam multa tormenta corporis (nondum enim
,, erant Imperatores Chriſtiani) permanſit in
,, ſententia. Deinde ad Imperatorem ductus,
,, uſque adeo mirabilis apparuit, ut ipſi homi-
,, ni, quem ſervabet, indulgentiam ſina ulla
,, difficultate impetraret. Quid hoc fieri poteſt
,, fortius, atque conſtantius? Sed ait quiſquam
,, timidior, paratus eſſa poſſum ad quælibet fe-
,, renda tormenta, vel etiam mortem ſubeun-
,, dam, nec peccem. Cum autam peccatum non
,, ſit ita mentiri, ut nequa cuiquam obſit, ne-
,, que falſum teſtimonium dicat, & proſis ali-
,, cui; ſtultum eſt, & grave peccetum, volun-
,, taria fruſtra ſuſtinere tormenta, & fortaſſe
,, utilem ſalutem, ac vitam in caſſum ſævien-
,, tibus projicere. A quo quæro, cur timeat,
Exodi 20. ,, quod ſcriptum eſt: *Falſum teſtimonium non di-*
,, *ces*: & non timeat quod a Deo dictum eſt:
,, *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*? non
,, inquit, ſcriptum eſt omne mendacium: ſed
Pſal. 5. ,, ita intalligo, ac ſi ſit ſcriptum: Perdes omnes,
,, qui loquuntur falſum teſtimonium. At nec
,, ibi dictum eſt, omne falſum teſtimonium:
,, ſed ibi poſitū eſt, inquit, ubi cetera, quæ omni-
,, modo mala ſunt. Numquid & illud, quod ibi
Exodi 29. ,, eſt: *Non occides*? quod ſi omnimodo malum eſt,
,, quomodo eb hoc crimine excuſabuntur juſti,
,, qui poſt legem detam multos occiderunt? ſed
,, reſpondetur, quod non ipſe occidat, qui juſti
,, alicujus præcepti miniſter eſt. Horum ergo ti-
,, morem ſic accipio, ut tamen illud laudabilem
,, virum, qui nec mentiri voluit, nec hominem
,, prodere, & melius arbitrer intellexiſſe, quod
,, ſcriptum eſt, & intellectum fortiter impleviſ-
,, ſe: ſed venitur aliquando ad hujuſmodi ar-
,, ticulum, ut non interrogemur, ubi ſit ille
,, qui quæritur, neque cogamur, ut eum pro-
,, damus ſi ſic occultatus eſt, ut invenire facile,
,, niſi proditus ne, queat: ſed quæritur a nobis, u-
,, trū illo loco ſit, an non ſit: ubi ſi eū eſſe ſcimus,
,, tacendo eum prodimus: vel etiam dicendo;
,, nequaquam nos eſſe dicturos, utrum ibi ſit,
,, an non ſit: ex hoc enim colligit ille, qui quærit,
,, ibi eum eſſe: ubi ſi non eſſet, nihil aliud ab eo
,, qui mentiri nollet, nec hominem prodere,
,, niſi eum non ibi eſſe reſponderetur. Ita per
,, noſtram, vel taciturnitatem, vel talia verba
,, homo proditur, ut intret, qui quærit, ſi pote-
,, ſtatem habet, & inveniat eum, qui tamen
,, ab ejus inventione mendecio noſtro poſſet a-
,, verti. Quapropter ſi neſcit ubi ſit, nulla eſt
,, cauſſa occultandæ veritatis, ſed te neſcire fa-
,, tendum eſt: ſi autem ſcit ubi ſit, ſive ibi ſit,
,, ubi quæritur, ſive alibi; non eſt dicendum,
,, cum quæſitum fuerit, utrum ibi ſit, an non
,, ſit: non dico quod quæris; ſed dicendum:
,, ſcio ubi ſit, ſed numquam monſtrabo. Nam
,, ſi de uno loco non reſpondeas, & te non eſ-
,, ſe proditurum ſeteaaris, tale eſt, ac ſi eum-
,, dem locum digito oſtendat: movetur enim
,, certa ſuſpicio. Si autem primo fatearis, te
,, ſcire ubi ſit, ſed non dicera, poteſt fortaſſe
,, ab illo loco inquiſitor averti, & tibi jam in-
,, cumbera ut ubi eſt, a te prodatur. Pro qua
,, fide, atque humenitate quidquid fortiter tu-
,, leris, non ſolum non culpabile, ſed etiam
,, laudabile judicatur....

Caſum huic ſimilem proponit idem Augu-
ſtinus lib. contra mendacium c. 18. his verbis.
,, Verum quia homines ſumus, & inter homi-
,, nes vivimus, fateorque me nondum eſſe in
,, eorum numero, quos compenſativa peccata
,, non turbant, ſæpe me in rebus humanis vin-
,, cit ſenſus humanus, nec reſiſtere valeo, cum
,, mihi dicitur: Ecce gravi morbo periclitatur
,, ægrotus, cujus jam vires ferre non poſſint,
,, ſi ei mortuus unicus, & cariſſimus filius nun-
,, cietur: a te quærit an vivat, quem vitam
,, finiſſa tu noſti; quid reſpondebis, quando
,, quidquid aliud dixeris præter unum de tri-
,, bus, aut mortuus eſt, aut vivit, aut neſcio,
,, nihil aliud credit ille, quam mortuum, quod
,, te intelligit timera dicere, & nolle mentiri?
,, tamtumdem valet, etiamſi omnimodo tacue-
,, ris: ex illis autem tribus duo falſa ſunt, vi-
,, vit, & neſcio, nec ebs te dici poſſunt, niſi
,, mentiendo: illud autem unum verum, id eſt,
,, mortuum eſſe....

Et quibus colligunt aliqui, non eſſe audiendos,
qui ad ea, quæ ex Auguſtino recenſentur de S. Fir-
mo, reſpondent, inde probari S. Firmum feciſſe
actum heroicum, & plus quam præſtare teneretur;
ſed verba illa: *Quidquid aliud dixeris præter unum
de tribus &c.* oſtendunt non dari medium æqui-
vocationis in dicto caſu neceſſitatis inter con-
feſſionem veritatis, & mendacium; ſed neceſſa-
rio aut mentiendum, aut verum dicendum; ac
adeo Auguſtinum non loqui de actibus heroicis,
non neceſſariis in dictæ hypotheſis caſu, ſed
expreſſe ſermonem facere de eo, quod in eo
facere tenemur: cujus rationem affert ibidem S.
Doctor his verbis.

,, Si conceſſerimus pro ſalute illius ægri de

,, vita

„ filii ejus fuiſſe mentiendum, ita paullatim,
„ minutatimque ſuccreſcit hoc malum, & bre-
„ vibus acceſſibus ad tantum acervum menda-
„ ciorum ſceleratorum ſenſim ſubintrando per-
„ ducitur, ut numquam poſſit penitus inveni-
„ ri, ubi tantæ peſti per minima additamenta
„ in immenſum convaleſcenti poſſit obſiſti; un-
„ de providentiſſime ſcriptum eſt: *Qui modica*
„ *ſpernit, paullatim decidit*. Quid, quod vitæ
„ hujus tales amatores, ut eam non dubitent
„ præponere veritati, ne homo moriatur, im-
„ mo ut homo quandoque moriturus, aliquan-
„ to ſerius moriatur, non tantum mentiri, ſed
„ etiam pejerare nos volunt, ut videlicet, ne
„ aliquanto citius tranſeat vana ſalus hominis,
„ nomen Dei noſtri accipiamus in vanum? Et
„ ſunt in eis docti, qui etiam regulas figant,
„ fineſque conſtituant, quando debeat, quan-
„ do non debeat pejerari. O ubi eſtis, fontes
„ lacrymarum? & quid faciemus? quo ibi-
„ mus? ubi nos occultabimus ab ira veritatis,
„ ſi non ſolum negligimus cavere mendacia,
„ ſed audemus inſuper docere perjuria? Vide-
„ rint enim aſſertores, defenſoreſque menda-
„ cii, quale genus, vel qualia genera mentien-
„ di eos juſtificare delectet. Saltem in Dei cul-
„ tu concedant non eſſe mentiendum: ſaltem
„ ſeſe a perjuriis, blaſphemiiſque contineant:
„ ſaltem ubi Dei nomen, ubi Deus teſtis, ubi
„ Dei Sacramentum interponitur, ubi de di-
„ vina religione ſermo promitur, ſive conſeri-
„ tur, nemo mentiatur, nemo laudet, nemo
„ doceat, & præcipiat, nemo juſtum dicat eſ-
„ ſe mendacium. De ceteris mendaciorum ge-
„ neribus eligat ſibi, quod putat eſſe mitiſſi-
„ mum, atque innocentiſſimum mentiendi ge-
„ nus, cui placet eſſe mentiendum. Hoc ſcio,
„ quod etiam qui docet oportere mentiri, ve-
„ rum docere ſe vult videri; nam ſi falſum eſt
„ quod docet, quis falſæ velit ſtudere doctri-
„ næ, ubi & fallit docens, & fallitur diſcens?

Hæc omnia a S. Auguſtino propoſita & enucleata concedi poſſent, nec iis ſibi eſſe contrarium defendi: amphibologiis ſiquidem uti non licere, fallendi animo, ſeu falſum dicendi; non autem verum, quod tenemur non revelare, tacendi; omne mendacium quodcumque ſit, reprehenſibile eſſe, non autem omnem induſtriam tacendi verum; alias cum Caballutio fateri mihi liceat, neque ego ſum hujus inter hæc apparenter adverſantia conciliationis auctor, ſed S. Thomas, 22. q. 89. art. 7. ad 4.

Attamen ne fidei, vel obedientiæ Sedi Apoſtolicæ, qua par eſt humilitate adhibendæ labem me inferre, quis ſuſpicetur; corde credo, & ſcripto hoc confiteor, jam ab Innocentio XI. Sanctiſſimæ Memoriæ, die 2. Martii 1679. ſequentibus damnatis Propoſitionibus, earum damnationi obtemperandum eſſe, ipſiſque obtempero.

25. *Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.*

26. *Si quis vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive quocumque alio fine juret, ſe non feciſſe aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra ſe aliquid quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec eſt perjurus.*

27. *Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium aut eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, aut ad quemlibet virtutis actum, ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.*

Adhæreo etiam damnationi factæ a Clero Gallicano contra iſtam propoſitionem, anno 1700.

Patriarchæ, & Prophetæ, Angeli, ipſe Chriſtus, nedum viri juſti & ſancti æquivocationibus, ſive amphibologiis, & reſtrictionibus mentalibus uſi ſunt.

Ex quibus omnibus colligendum, numquam licere contrahere cum æquivocatione, jurare cum æquivocatione, docere cum æquivocatione, teſtari cum æquivocatione; quia in his caſibus omnis ambiguitas ad decipiendum proximum ordinata, omnino fugienda eſt.

OBSERVATIO VI.

In Titulum de Feriis.

HAud levibus momentis annotavi in titulo de Feriis pag. 550. col. 2. nonnulla e textu circa Conceptionem B. M. Virginis eliminata fuiſſe: verum quia cujus auctoritate id factum fuiſſe, ignoravi, ultro ea ſuum in locum reſtituenda non cenſui; ſed dumtaxat impræſentiarum, horum, quæ amota fuere, monitum habere lectorem, & Poſtillatoris annotationem in margine relictam opus forte clandeſtinum nudaſſe, & in lucem protuliſſe: nimirum: *Quidam tamen dicunt, quod feſtum eſt potius de ſanctificatione ejus in utero, quam de carnali conceptione*. Quæ verba a me etiam libro circumciſa, hic cum textu prætermiſſo collocare exiſtimavi: hæc, ut vides, deprehendiſſe, non tantæ fuit ſollicitudinis, & otii; ſeipſa monſtrabatur mutatio: hanc littera Alphabetica N. & duo verba clamantia, ſcilicet *non debet*, indicarunt: nam aliis præcedentibus in ſuo ordine litteris fit tranſitus in textu de littera M. ad litteram O. prætermiſſo N. quæ in additione marginali adeſt; & verba *non debet*, charactere Italico appellantia, eadem charactere Romano appellata cum littera N. in textu poſtulabant, quæ tamen in editione facta Romæ anno 1625. abſint omnino. Manuſcripta igitur conſulere oportuit, & uno antiquo, eoque, ut creditur, fideliſſimo reperto, in archivio Conventus fratrum Prædicatorum Claromontanorum in Arvenia, verba appellata a Poſtillatore inventa fuere in corpore operis; & hæc ſunt magna fide extracta.

Nota, quod non fit mentio de Annunciatione B. Mariæ, cum tamen ſit celebre feſtum; nec de Conceptione ejuſdem, quia illud non debet celebrari, eo quod concepta fuit in peccatis, ſicut & ceteri ſancti, perſona Chriſti excepta, quæ non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine. Poſtillator: *ſicut in hymno, unde hoc ſumtum eſt*, verbum Dei factum caro, fructuſque ventris prodiit.

Præterea e mendacio inſigni, quo notari poterat S. Antoninus (ſi ablata reſtituta non eſſent) eximere, æquitatis ratio poſtulabat: nam lib. 1. tit. VIII. cap. 11. de quæſtione hac, utrum ſcilicet Virgo Maria fuit concepta in peccato originali, recenſitis doctoribus ſanctis, qui in opinionem affirmativam inclinarunt (*de hoc*, inquit, *dimittenda determinationem Eccleſiæ*) ut Auguſtino, Gregorio, Ambroſio, Thoma, Bonaventura; annumerat etiam Hugon. S. Raymundū, Guillelmum Canoniſtas. Quod de S. Raymundo negari poſſet, ſi non conſtaret in hocce opere, verbis reſtitutis, ejuſdem opinionis fuiſſe: *In ea enim ætate*, ut dicit idem Antoninus, *non erat determinatum per Eccleſiam, Virginem eſſe conceptam in peccato originali, vel non: propter quod*

abſque

Digitized by Google

abſque præjudicio ſalutis licet unicuique tenere alteram opinionem, quæ ſibi placeat.

Sed id amplius Catholicorum arbitrio Theologorum non relinquitur, & quamvis res ad fidem non adhuc ſpectet; attamen ob populorum ſcandalum vitandum non licet amplius prædicare, nec docere, nec publice defendere partem affirmativam, ſcilicet B. M. Virginem in peccato originali conceptam fuiſſe.

1. Imprimis Sixtus IV. Conſtitutione priori, 3. Kal. Martii 1476. edita, quæ incipit, *Cum per excelſa*, Conceptionis B. M. feſto, Miſſam & Officium Canonicum proprium decrevit, cum indulgentiis, quos Urban. IV. feſto Corporis Chriſti a ſe inſtituto conceſſerat.

2. Idem Summus Pontifex altera Conſtitutione, pridie nonas Sept. an. 1483. data, incipiente, *Grave*, excommunicationis ſententia eo ipſo incurſuros, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi nequeant, declarat eos, qui in quæſtione de B. Virginis Conceptione neutri opinioni nota hæreſis, aut peccati mortalis inurere præſumſerit, cum hoc nondum ſit a Romana Eccleſia, & Apoſtolica ſede deciſum.

Ea tamen cautela jam ſervabatur S. Antonini ætate, quæ præfatæ præceſſit Conſtitutionis tempus, vel ſaltem ſervanda in conſilio verſabatur, ut ipſe fatetur ibidem his verbis: ,, Concluſive circa ,, iſtam materiam ſic uni iſtarum opinionum de- ,, bet homo inhærere & potius primæ rationi- ,, bus dictis; quod paratus ſit tenere contrarium, ,, ſi Eccleſia contrarium determinaret: & ante ,, determinationem non judicet hæreticum, vel ,, impium, & malum alteram tenentem, quæcun- ,, que ſit, & caveat a prædicatione hujus materiæ, ,, coram populis cum impugnatione alterius par- ,, tis; quia materia ſcandaloſa in populo, cum ,, velut noctuæ non poſſint ſufferre tantum ra- ,, dium veritatis, & nil fructus reportaverit.

3. Tridentina Synodus ſeſſ. 5. utramque Conſtitutionem confirmavit, declarans non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam, & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; ſed obſervandas eſſe Conſtitutiones felicis record. Sixti Papæ IV. ſub pœnis in eiſdem Conſtitutionibus contentis, quas innovat.

4. S. Pius V. alia Conſtitutione, quæ incipit, *Super ſpecula*, an. 1570. data, mandat inſuper, ,, quatenus nemo cujuſcumque ordinis, gradus, ,, conditionis, vel dignitatis exſiſtat, in popu- ,, laribus concionibus, vel ubicumque promi- ,, ſcua virorum, & mulierum multitudo con- ,, venire ſolet, de hujus controverſiæ alteru- ,, tra parte diſputare, rationibus, vel docto- ,, rum auctoritate aſſerendo propriam ſenten- ,, tiam, & contrariam refellendo, aut impu- ,, gnando; vel de hac ipſa quæſtione, cujuſvis ,, pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ,, ſermone ſcribere, vel dictare præſumat. Qui ,, contra fecerit, ſuſpenſionis pœnam a Divi- ,, nis ipſo facto abſque nova declaratione in- ,, currat, ſi modo fuerit in ſacris conſtitutus, ,, & quocumque prætcrea gradu, ſive dignita- ,, te, vel adminiſtratione fungatur, illis omni- ,, bus ſit ipſo jure privatus, & ad eadem vel ,, ſimilia munera obtinenda perpetuæ inhabili- ,, tatis cenſuræ ipſo facto ſit obnoxius, ſuper qui- ,, bus, niſi a Romano Pontifice pro tempore exſi- ,, ſtente diſpenſari, ſive abſolvi non poſſit (addit ,, ſummus, & ſanctus Pontifex) cum ſancta Ro- ,, mana Eccleſia omnium Eccleſiarum Magiſtra, ,, & Doctrix diſciplinæ, de ea re hucuſque non ,, definierit, nemo abſque temeritate præjudi- ,, care, vel alterius partis ſententiam damnare ,, poteſt.

5. Paulus V. ann. 1616. altera etiam Conſtitutione, quæ incipit, *Regis pacifici*, Sixti IV. & S. Pii V. prædeceſſorum Conſtitutiones de Conceptione B. M. Virginis approbavit, confirmavit, innovavit, & præter ſupradictarum Conſtitutionum pœnas reſpective ipſo facto incurrendas, ſtatuit etiam, ac decrevit, eum concionandi, publice legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & paſſiva in quibuſcumque electionibus, eo ipſo abſque alia declaratione privatum exſiſtere, qui Pontificias illas Conſtitutiones violaverit, necnon perpetuæ inhabilitatis ad concionandum, & publice docendum pœnas incurrere...

6. Gregorius XV. an. 1622. die 24. Maii, decrevit, ac præcepit, ut in poſterum, donec articulus hujuſmodi a S. Sede Apoſtolica fuerit definitus, vel per ſanctitatem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, nullus audeat in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & aliis quibuſcûque actibus publicis aſſerere, quod B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali; alioquin obnoxium fore cenſuris, & pœnis in Conſtitutionibus deceſſorum ſuorum expreſſis: alteram tamen opinionem ſe propterea non reprobare, nec ullum ei præjudicium inferre velle declaravit. Prohibuit pariter, ne in ſermonibus etiam privatis, & colloquiis, ſcriptiſque aliquis audeat aſſerere, quod eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, ſeu tractare; iis tamen exceptis, quibus id a Sede Apoſtolica fuerit conceſſum. Nam per Bullam, quæ incipit: *Eximii atque ſingulares*, eodem anno datam, facultas conceditur fratribus ordinis Prædicatorum privatim, & inter ſe dumtaxat eam quæſtionem agitandi. Omnibus denique, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quam cujuſvis ordinis, & inſtituti Regularibus mandavit, ac præcepit, ut in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ac divino officio celebrandis, tam publice, quam privatim non alio, quam *Conceptionis* nomine utantur, ſub iiſdem cenſuris & pœnis.

7. Alex. VII. Conſtitutione an. 1661. edita, quæ incipit: *Sollicitudo omnium Eccleſiarum*, Conſtitutiones, & Decreta Sixti IV. Paulli V. Gregor. XV. edita in favorem ſententiæ aſſerentis, Animam B. Mariæ Virginis in ſui creatione, & in corpus infuſione Spiritus ſancti gratia donatam, & a peccato originali præſervatam fuiſſe, necnon & in favorem feſti, & cultus Conceptioni ejuſdem virginis Deiparæ ſecundum piam iſtam ſententiam exhibiti innovat, & ſub pœnis, & cenſuris in eiſdem Conſtitutionibus contentis obſervari mandat. Contrariam tamen opinionem, videlicet Glorioſam Virginem Mariã cum originali peccato fuiſſe conceptam tenentes, *hæreſis*, *aut peccati mortalis*, *aut impietatis*, damnari vetat, ſub pœnis in Sixti IV., aliorumque Pontificum Conſtitutionibus, ſuaque iſta expreſſis, & inflictis; cum a Romana Eccleſia, & Apoſtolica ſede quæſtio illa nondum finita fuerit.

Ex iis concludendum juxta jam dicta a S. Antonino, *de hoc dimittendo determinationem ſanctæ Eccleſiæ*, quod ſi ii doctores ſancti a S. Antonino laudati loco jam appellato, & ipſemet Antoninus noſtra vixiſſent ætate, ea haud dubie, qua

par

par eſt humilitate, & obedientia, conſtitutionibus, ac decretis Summorum Pontificum hac in quæſtione obtemperaſſent; & certe aut obſequioſum ſervaſſent ſilentium, aut aliter cenſuiſſent: perſuaſiſſimi enim erant, ſicut & nos de aurea Vinc. Lirinenſis maxima: *Magna profecto res eſt, & ad diſcendum utilis, & ad recolendum neceſſaria, quam etiam atque etiã exemplorum molibus illuſtrare, atque inculcare debemus, ut omnes fere Catholici noverint, ſe cum Eccleſia doctores recipere, non cum doctoribus Eccleſiæ fidem deſerere debere.*

OBSERVATIO VII.
In titulum de Perplexitate.

PAuca dicit S. Magiſter de perplexitate, quam variarum opinionum problema in animum inducit; eam diſtinguit in perplexitatem juris, & perplexitatem facti. Perplexitas juris eſt, cum aliquis circa illud, quod ſibi occurrit, invenit auctoritates ſibi adinvicem pugnaotes; & hæc perplexitas per contreriorum concordiam eſt ſolvenda: nam in jure non eſt contrarietas realis, ſed ſuperficialis. Perplexitas facti eſt, ſi ſuadente diabolo, plerique ad peccatum ſic inducuntur, ut unum vitare volentes, in aliud incident; conſilium Gregorii magni eſt, quod horum occaſione nacta, aut propter erroneam conſcientiam (addit Poſtillator) aut propter voluntatem pravam, non ſit omnino ſine peccato evadendi aditus, minus ſit ſemper eligendum.

Propoſitis poſtea certis intricatis caſibus, in quibus hæc ultima conſtringit perplexitas, tutiorem ſemper viam teneri debere, docet S. Magiſter, qui ſi in iſtis diebus malis ſcripſiſſet, certo prolixiorem in hac materia tractatum habuiſſet, ut veſanas nonnullas opiniones, probabiles perperam dictas in concurſu probabilioris impugnaret: in totius enim curſu operis hanc viam ſecuram ſemper amplexus eſt, & ſi aliquando ab ea divertere timuit, caute addidit, propriam proponendo opinionem, *ſalvo meliori judicio*. Sicque probabilioris commentum antequam naſceretur, penitus profligavit.

S. Antoninus regulam a S. Thoma mutuatam præſcribit in opinionibus contrariis Magiſtrorum petens 3. p. tit. 5. c. 2. §. 9. ,, utrum diverſorum
,, auditores Magiſtrorum tenentium diverſas o-
,, piniones excuſentur a peccato, ſi opiniones
,, ſuorum tenent, quando non ſunt bonæ. Re-
,, ſpondet Beatus Thomas quodlib. 3. q. 4. c. 10.
,, Si diverſe opiniones Doctorum Sacræ Scriptu-
,, ræ non ſunt contra fidem, vel bonos mores,
,, abſque periculo auditores utramque opinio-
,, nem ſequi poſſunt; ſicut varia fuit opinio in-
,, ter Auguſtinum, & Hieronymum de obſerva-
,, tione legalium ante divulgationem Evangelii,
,, & de ſimulatione Petri circa illa legalia; &
,, hujuſmodi habet locum, quod ait Apoſtolus
,, Rom. 14. *Unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat*. In
,, illis vero, quæ pertinent ad fidem, vel bonos
,, mores, nullus excuſatur, ſi ſequetur erro-
,, neam opinionem Magiſtri alicujus; in talibus
,, enim ignorantia non excuſat; alioquin im-
,, munes a peccato fuiſſent, qui ſecuti ſunt opi-
,, nionem Arii, & Neſtorii, & aliorum Hæreſiar-
,, charum: nec poſſunt excuſationem habere per
,, ſimplicitatem, ſi in talibus opinionibus opinio-
,, nem erroneam ſequantur: in talibus enim du-
,, biis non eſt de facili præſtandus aſſenſus; ſed
,, potius, ut dicit Auguſt. in lib. 8. de doct. Chriſt.
,, conſulere quis debet regulam fidei, quam de
,, Scripturarum planioribus locis, & Eccleſiæ
,, auctoritate percepit. Qui enim aſſentit opinio-
,, ni alicujus Magiſtri contra manifeſtum Scri-
,, pturæ teſtimonium, ſive contra id, quod publi-
,, ce tenetur ſecundum Eccleſiæ auctoritatem,
,, non poteſt a vitio erroris excuſari. Concordant
,, Monal. Guill. & Hoſt. Aliqua ſunt, quæ ali-
,, quando fuerunt in varia opinione Doctorum,
,, antequam per Eccleſiam fieret determinatio:
,, & pro illo tempore potuerunt excuſari, qui
,, unam, vel contrariam tenebant: ſed poſtquam
,, determinatum eſt per Eccleſiam, & firmata al-
,, tera earum, hæreticum eſſet contrarium ſenti-
,, re. Exemplum de paupertate Chiſti ante Papam
,, Joan. XXII. erant variæ & contrariæ opinio-
,, nes: utrum Chriſtus cum Apoſtolis habuerit
,, aliquid in communi mobilium: ſed determina-
,, tum fuit per ipſum Papam Joan. XXII. immo
,, per Eccleſiam, quod habuit, ut patet Joan. 23.
,, & cauſſa 12. q. 1 c. *Habebat Dominus*, & c. *E-*
,, *xemplum*; ita quod qui contrarium aſſereret
,, pertinaciter, hæreticus haberetur. Non ergo
,, excuſantur ſimplices mulierculæ, quæ docen-
,, tur, & nutriuntur in illo errore ab hæreticis
,, de opinione, quin damnationem animæ incur-
,, rant. Et addit Hoſt. quod cum ſint diverſa ju-
,, ra, & opiniones, ſcilicet non contra Deum,
,, vel bonos mores, humanior ſententia eſt præ-
,, ferenda, ſed ceteris paribus, ext. de tranſac.
,, c. fin. alias ſtandum eſt ei, quæ meliori inni-
,, titur rationi, diſt. 2. §. 1. & de feriis, c. *Ca-*
,, *pellanus*. Adde etiam quod in his, quæ con-
,, cernunt forum conſcientiæ, in dubiis tutior
,, pars eſt eligende, de ſponſal. c. *Juvenis*.

Non dubito, inquit Contenſonus, quin probabiliſtæ hanc D. Thomæ doctrinam, a S. Antonino recenſitam, et laudatam, duram prædicent: videbunt enim, niſi ſe ultro obcæcaverint, his verbis gravem plagam inferri ſententiæ ſuæ de ſecuritate opinionis probabilis, qua cenſent in moralibus quemlibet excuſari, ſi ſequatur erroneam gravis Magiſtri opinionem.

Nos S. Antonino illuſtriſſimum Dominum Nicolaum Colbert Rothomagenſem Archiepiſcopum conjungendum duximus, cujus auctoritatem huicce operi non parvi ponderis, & honoris fore meritu exiſtimemus: ipſe enim liber, ut verbis utar Bernardi de conſider. c. 6. quem nulla ſibi vendicavit violenta occupatio; ingenuus, quem nulla deorſum traxit indigna affectio; rectus, quem nulla ſeorſum avertit ſiniſtra intentio; cautus, quem nulla ſubiit furtiva ſuſpicio; vigil, quem nulla a ſe abduxit peregrina, & otioſa cogitatio; firmus, quem nulla concuſſit repentina turbatio; invictus, quem nulla fatigavit vel continua tribulatio; amplus, quem nulla coarctavit rei temporalis amiſſio; ipſe, inquam, nuſquam nimis laudandus Antiſtes in ſua epiſt. Paſtorali omnibus Eccleſiaſticis ſuæ Diœceſis inſcripta, typiſque mendata, inter præcipuas diſciplinæ regulas, & moralis chiſtianæ principia, quibus adhærere debeant, quæ tutiora, quæve probabiliora videntur, aliis quæ minus tuta, minuſque probabilia, præponenda eſſe, declarat his verbis:

,, Cum abuſus probabilitatis non privatus er-
,, ror ſolum, ſed radix & origo ſit laxitatum
,, omnium, quas recentiores Caſuiſtæ in morum
,, diſciplinam invexerunt, neceſſarium duximus
,, paullo ſuſius explicare principia, quibus ad-
,, hærere debetis, circa iſtud, quod maximi cer-
,, te momenti eſt, & moralis chriſtianæ caput.

,, Quiſquis ad certiora doctrinæ morum principia vel minimum attenderit, facile convincetur, nos ſemper teneri ſub pœna peccati præponere opinionem, quæ nobis probabilior ſimul & tutior videtur, ei, quæ & minus tuta, & minus probabilis judicatur. Hæc regula adeo rationi conformis eſt, ut ab ea nuſquam diſcedant homines, cum de temporalibus agitur commodis: unde non ſine dolore inſpicimus, novos probabilitatis Doctores ita temerarios eſſe, ut oppoſitam prorſus regulam in conſcientiæ rebus præponant, & Chriſtianos de ſalute ſua tam parum ſollicitos eſſe, ut eam ſequantur, & amplectantur. Cum plurimas inter rationes, & auctoritates fluctuamus, quarum aliæ aliquid oppoſitum eſſe legi Dei, aliæ non eſſe diſſentaneum perſuadere nituntur; mens quidem noſtra ſub dubio vacillat, nec pronunciare poteſt, qua ex parte ſtet veritas; tunc tenemur ſequi regulam in Jure Canonico toties repetitam, & quam ipſi ethnici ut legem indiſpenſabilem ſpectarunt. *In dubio viã eligendam eſſe tutiorem*. Ab hac regula qui aberrat, hoc ipſo peccat, ſancto Auguſtino judice, quod in negotio ſalutis ſuæ certis incerta præponit: at vero cum rationes & auctoritates, quæ actionem quamdam divina lege vetitam eſſe oſtendunt, probabiliores, & validiores nobis videntur iis, quæ afferuntur, ut probetur licitam eſſe; multo evidentius eſt, teneri nos abſolute ſequi opinionem tutiorem, ac probabiliorem: amor enim veritatis, deſerere quod nobis videtur verum, ut ſequamur quod falſum eſſe probabilius judicavimus, non permittit: fides, quam legi debemus, ad amplectendum quod illi magis conſentaneum agnoſcimus, nos determinat; & conſcientia majori lumine mentis formata, tam clare dictat nobis tenendum eſſe, quod tutius & probabilius eſt, ut partem oppoſitam amplecti, niſi ipſa repugnante, & reclamante non poſſimus. Quod quidem ex omnium Theologorum ſententia excuſari a peccato nullatenus poteſt, etiamſi conſcientia erronea ſit, ut docet S. Paullus, ad Rom. 14. de illis agens, qui certorum ciborum uſum prohibitum eſſe credebant: his enim veſci abſque peccato non poterant, Apoſtolo judice, quamvis contrariæ ſententiæ probabilitas certo conſtaret.

,, Sola ergo cupiditas efficere poteſt, ut minus probabilem, minuſque tutam opinionem probabiliori ſimul, ac tutiori præponamus, & principium, quod illã adſtruit, certiſſimas duas noſtrarum actionum regulas, legem Dei ſcilicet, & conſcientiam evertit.

,, Duas has regulas perfecte explicat celeber S. Thomæ locus, qui Scripturæ ſacræ, & Patrum principia hac in re paucis complectitur, & ad falſam probabilitatis doctrinam penitus deſtruendã ſufficit. *Dicendum*, inquit quodlib. 8. a. 13 *quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur: uno modo faciendo contra legem, ut cum aliquis fornicatur: alio modo contra conſcientiam, etiamſi non ſit contra legem, ut ſi conſcientia dictat alicui, quod levare feſtucam de terra ſit peccatum mortale. Ex conſcientia autem aliquis obligatur ad peccatum, ſive habeat certam fidem de contrario ejus quod agit, ſive etiam habeat opinionem cum aliqua dubitatione: illud autem quod agit contra legem, ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc, quod eſt ſecundum conſcientiam: & ſimiliter quod eſt contra conſcientiam, eſt malum, quamvis non ſit contra legem.*

,, Immutabilibus illis duabus actionum noſtrarum regulis, novi Theologi probabilitatem veriſimilibus rationibus fundatam, aut doctorum quorumdam auctoritate nixam ſubſtituerunt; quarum conditionum alterutra, ſecundũ illos, ſemper ſufficiens eſt, ut opinio in praxi tuta cenſeatur. Addunt quidam interdum, ad probabilitatem opinionis requiri, ut nec Scripturæ ſacræ, nec traditioni contraria ſit, gravibuſque rationibus muniatur, adverſus quas nullum argumentum convincens proferetur: ſed ſpecioſa dumtaxat verba ſunt, ad abſcondendum doctrinæ venenum adinventa: gravium enim rationum nomine vere ſolidas, firmaſque rationes non intelligunt; cum tales inveniri non poſſint ad probationem, ac munimen falſarũ opinionum, quales ſunt maxima ex parte, quæ ab ipſis ut probabiles propugnantur; ſed id volunt unũ, ut qui opinionẽ aliquã amplectitur, bonis eã rationibus fultã cenſeat, quod certe omnis generis erroribus, & ſophiſmatibus cõvenire poteſt.

,, Quod autem ajunt, probabiles opiniones Scripturæ, vel traditioni evidenter contrarias, eſſe nõ debere, non ita intelligunt, ut tam ſacris regulis re ipſa non repugnent: id volunt unum, ut iſtarũ opinionum ſectatores illas Scripturæ, & traditioni evidenter contrarias nõ judicent. Tandem ſecundum illorum principia, nulla cõvictio eſt adverſus opinionem, quã graves tuentur auctores; quia præſumendum eſt, illos ſolutiones nobis incognitas excogitaſſe, & Iveniſſe.

,, Verum omnis ille modificationũ fucus, quem probabiliſmi auctores adhibent, ut eorum opinio minus invidioſa videatur, nõ impedit, quin duos in errores impingant, quibus fundamentalia moralis chriſtianæ principia evertuntur.

,, Primus eſt: ex quo opinio, quæ blanditur cupiditati, certo probabilis eſt, tuto nos illam ãplecti, & in praxi ſequi poſſe, relicta opinione contraria, quæ & probabilior videtur, & tutior.

,, Alter: probabilitatem extrinſecam, Doctorum quorumdam auctoritate fultam, ſemper ſufficere, ut opinio tuta in praxi cenſeatur, eamque conſcientiæ luminibus, & ſententiæ, quæ proprio judicio verior videtur, licite præponi. Inde Chriſtianis in inſtituenda vitæ ratione, verum, an falſum ſequantur, perinde eſt, ut recte obſervat Eminentiſſimus Card. de Aguirra, in præfat. Tom. Conc. Hiſpaniæ, ob eruditionem, æque ac pietatem reverendus, faceturque, ſtudium olim ſuum, dum probabiliſmum, quem nunc totis viribus impugnat, ſectaretur, ſitum fuiſſe in examinando potius, an aliquid eſſet probabile, quã in inveſtigando, an eſſet verum. Contradictoriæ opiniones velut probabiles proponuntur, eo nomine, quod a diverſis auctoribus propugnatæ ſint, eaſque ſeu æque tutas in praxi amplecti poſſunt illi ipſi, quibus ſpeculativo judicio falſæ videntur, ut recentioribus Caſuiſtis placet. Secundum nova hæc principia, cognitã deſerere veritatem quiſque ſine prævaricatione poteſt, vanis illis diſtinctiunculis certitudinis practicæ, & certitudinis ſpeculativæ ſe juſtiores conſcientiæ ſtimulos retundere, ac ſedare poſſe, novi Doctores gloriantur; doctrina denique probabilitatis, humana ratio, quãtumvis peccato depravata, actionum Chriſtiani hominis regula evadit: *Via, quæ videtur homini recta*, nunquam *ducit ad mortem*. Doctores etiam, cum errant, duces fiunt, quos ſequi tutum eſt, nec ullum eſt periculum *cadendi in*

,, *fo-*

beant: hinc conſequens erit, Judæos falſas Magiſtrorum ſuorum traditiones tuto ſequi potuiſſe, & Jeſu Chriſti damnationem a Doctoribus ſuis quin conclamatam ut probabilem ſpectare, illamque ſine labe criminis approbare.

,, Si neceſſaria illa probabilitatis conſectaria vobis horrorem incutiunt; ſi vel ſola iſtius doctrinæ novitas, ſine qua orbis Chriſtianus fuit ad poſtremum uſque ſæculum, quo prodire cœpit, vos ad eam rejiciendam obligat; ex ejus uſu intelligetis, quam neceſſarium ſit longius ſerpentem cohibere.

,, Turba recentiorum Caſuiſtarum, qui Scripturam ſacram, & Patres deſeruerunt, ut propria commenta, privatumque ſenſum, aut nuperorum quorumdam Doctorum auctoritatem ſequerentur, inanium ratiuncularum levitate abrepti exercuerunt. Tam ſtupenda fuit eorum cæcitas, ut opiniones omnibus naturæ luminibus contrarias propugnaverint, quas ipſi Ethnicisſimi ſapientes non ſine horrore audiviſſent, & perniciosas adeo ſententias quaſi tutas ſecundum probabilitatis principia propoſuerunt.

,, Proſper Pagnan. Canonici Juris ſcientia in Romana Curia ſpectatiſſimus, in Commentario ad caput *Ne innitaris*, ubi falſam probabilitatis doctrinam egregie refellit, eorum monſtra recenſet, quæ probabilium opinionum effrenata licentia peperit.

,, Eccleſiæ Gallicanæ Epiſcopi harum ſententiarum enormitate percuſſi, totque propoſitiones ſcandaloſas in ſuis Apologiæ Caſuiſtarum cenſuris damnantes, everſæ pene morum diſciplinæ cauſſam indigitarunt, licentiam ſequendi opinionem minus probabilem, & minus tutam, & attributum extrinſecæ probabilitati, ſecuritatis privilegium.

,, Hanc doctrinam adeo perniciosam judicavit pius, & eruditus Pater Thirſis Gonzalez Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis, ne injuriam Societati factam proclamet, quod illi fuerit imputata, & in egregio opere, quod edidit in lucem, *de recto probabilium opinionum uſu*, prolixa Præfatione oſtendit, Jeſuitas non eſſe primos hujus opinionis auctores; immo plures ejus impugnatores ex Societate prodiiſſe, inter alios Comitolum, cujus reſponſiones morales a novorum Caſuiſtarum diſſolutis opinionibus longe alienæ ſunt, quia doctrinam, ex qua prodierunt, luculenter impugnavit.

,, De tanti momenti argumento dicendi finem facimus, duas propoſitiones in directione animarum deteſtandas vobis indicantes, quas probabilitatis deſenſores docuere.

,, Prima eſt: *Conſcientiæ moderator, cujus ſententia rogatur, reſpondere poteſt ſecundum opinionem probabilem, quam falſam judicat.*

,, Ne tam erroneo principio, & agendi rationo tam perverſa animas perdatis, attendite vos a fidelibus conſuli, & interrogari, & magiſtros veraces, & ſinceros, qui viam Dei in veritate docere debetis: vos illis reſpondere debere, quod Dominus annunciare præcepit: Deum rationē a vobis exacturum pro animabus, quas falſis opinionibus ſeduxeritis: violare vos ſanctitatem, & fidem miniſterii veſtri, ſi palpetis carnalium hominum cupiditatem, qui veniunt ad vos eum eo affectu, quem Judæis exprobrabat Deus: *Dicunt videntibus, nolite videre, & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt; loquimini nobis placentia. Videte nobis errores.*

,, Altera propoſitio eſt: *Cum pœnitens opinionem ſequitur ab aliquibus Doctoribus aſſertam; Confeſſarius debet illum abſolvere, quamvis opinionem illam falſam judicet.*

,, Ne adeo falſam pacem detis, quæ nihil prodeſſet recipientibus, vobis etiam dantibus, pernicioſa eſſet: memineritis vos in ſacro tribunali perſonam Chriſti gerere, ut eos ſolos in terra ſolvatis, quos merito creditis ab illo ſolvi in cælo, ipſoſque Probabiliſtas (quamvis olim aliter ſenſerint) hodie damnare judicem, qui in cauſſa rei temporalis ſententiam ferret ſecundum opinionem minus veriſimilē; & medicū qui remedia infirmi curationi minus cōvenientia, minuſque ſalutaria adhiberet.

,, Falſis illis regulis præclarum, & inconcuſſum Felicis Papæ III. principium opponite, quod præ oculis ſemper vos habere volumus in directione animarum, *quod ſe decipit ipſe, qui fallit, nihilque per noſtram facilitatem tribunali excelſi judicis derogari, cui illa ſunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ juſta ſunt.*

Hocce eſt, erudite lector, miniſterium Epiſcopatus implere, fidem ſervare, arguendo, increpando in omni patientia, & doctrina: hoc eſt depoſitum doctrinæ Chriſti, ut decet Epiſcopum, cuſtodire; ſed cuſtodire, ut verbis utar Vincentii Lyrin. *propter inimicos, propter fures: cuſtodire etiam, ut ſuo tempore, cum oportuerit, quibuſque oportuerit, reddat, devitans profanas rerum novitates, id eſt, ſcientiarum, dogmatum, rerum, quæ ſunt vetuſtati contrariæ.*

Fateor, & negare non poſſum, pleroſque (inquit unus ex noſtris) & ingenio, & doctrina excellentes, cujuslibet dignitatis, & ordinis, probabiliſmi aſſertores fuiſſe, magnam aliis profecto tentationem fuiſſe, dum tot, & tantos ſcirent viros, quos multis præjudiciis egregios veritatis doctores eſſe arbitrabantur, & aliunde ſumma veneratione, & ſincero amore complectebantur: non poterunt cito deprehendere, vel facile damnare tot Doctorum Chriſtianorum judicia; unde præclara eorum doctrina in ceteris jure commendanda, hac in parte non tam ædificatio quam tentatio facta eſt: tentatio namque populi eſt error magiſtri, & tanto major tentatio eſt, quam doctior is quo tentamur: ſed neceſſaria fuit hæc tentatio, ut probati manifeſti fierent, nimirum ut appareret unuſquiſque, quam tenax, quam fidelis, quam fixus Catholicæ puritatis eſſet amator: & in his, quæ ſalutem animæ reſpiciunt, valet plurimum iſtud Melchioris Cani, lib. 11. de locis, cap. 6. monitum: Theologum admonere operæ pretium eſt, ne id ſtatim illi perſuaſum ſit, omnia, quæ magni auctores ſcripſerint, undique eſſe perfecta: nam & labuntur aliquando, ut ille ait, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum ſuorum voluptati, vulgoque, ut dixi, interdum etiam indulgent, nec ſemper intendunt animum, & nonnumquam fatigantur. Summi enim ſunt, homines tamen.

Deinde majoris ponderis ſunt rationes a ſacris Canonibus ſuppeditatæ, & veluti conſecratæ, quā multitudo auctorum attendenda, quæ ſæpe more pecudum ſequūtur antecedentem gregem euntes non quo eundum eſt, ſed quo itur. Id colligimus ex Can. *Sana*, diſt. 10. ubi dicitur: ,, Sana quippe ratio etiam exemplo anteponenda eſt, cui quidem & exempla concordant; ſed illa quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora pietate ,, Unde omnes fere Theologi, qui ante centum quinquaginta annos, vel circa, ſcripſe-

runt, tutiorem ſententiæ electionem in conflictu opinionis præcipiunt, & eorum judicium multis nominibus, & potiſſimũ auctoritate & concordia celebre, recentiorum probabiliſtarum, ſi qui ſint, ſententiæ præſerendũ eſſe, quis non judicet?

Et certe mirum non eſt, plures hanc ſententiam libertati faventem ſecutos fuiſſe, & doctores prurientes auribus, ut præviſum eſt a D. Paullo, coacervatos fuiſſe aliquando: volebat hoc multitudo, patiebatur conſuetudo, ipſaque etiã ferebat humanitas: amor enim libertatis, & concupiſcentia voluptatis acuit ſæpe mentem, ut quæ placent, præcoloret rationum honeſtate; unde Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinianum c. 19. dicebat: *Quod multi acquieſcant ſententiæ tuæ, judicium eſt voluptatis: non enim tam te loquentem probant, quam ſuis faventem vitiis.*

Sed ſoli Deo honor & gloria, qui plurium præteriti ſæculi Theologorum aperuit oculos: haud me fugit, fere tunc omnes ſe probabiliſtas mirari, nihilque communius in Eccleſia, quam probabiliſtarum doctrinam, quæ ſua contagione prope omnes academias infecerat, & maxime Lovanienſem. Celebris doctor Synnichius, qui poſtea fuit terrificus probabiliſmi adverſarius, illius ardentiſſimus tunc erat defenſor.

Sed forſitam lectori candidato non diſplicebit hic recenſere, quomodo evenerit hæc mutatio dexteræ excelſi. Si fides adhibenda ſit Joanni Obſtratio ſacræ Theologiæ Licentiato in ſua diſſertatione de praxi adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, in qua regula diſcernendi veram praxim a falſa inveſtigatur, Lovanii typis mandata an. 1692. cum approbatione; quam præ manibus habebam, dum in Collegio Regio Sanmaximinenſi publici Theologiæ Profeſſoris munus obibam, cujuſque nonnulla in exercitationibus ſcholaſticis tradidi ſcribenda fragmenta, inter quæ hæc invenio notata.

„ Quid plura? Nuper in Eccleſia nihil per
„ annos multos communius, quam probabiliſta-
„ rum doctrina, adeo quidem, ut teſte Stevar-
„ tio, mundus ſe probabiliſtam miraretur, atque
„ etiam in ipſa Eccleſiæ ritualia probabilitas ir-
„ reperet. Certo non facile invenies, qui proba-
„ biliſmo, dum vigebat, contradixerit, omnes
„ ſub tanta talium virorum multitudine, & au-
„ ctoritate ſe tales credebant, & ſilebant penitus,
„ quodque magis miraris, ipſi Academici Lova-
„ nienſes ut certiſſimum principiũ ſupponebant,
„ primum iſtud probabiliſtarum fundamentum:
„ *Prudenter agit, qui ſequitur opinionem probabilem.*
„ Teſtes ſunt theſes, quæ tunc in ſchola Theo-
„ logica propugnabantur quotidie; præſidebant
„ ipſi, qui poſtea acerrimi probabilitatis oppu-
„ gnatores fuere: inter hos Synnichius, qui erro-
„ rem ſuum a quodam Baccalaureo oppugnatum
„ primus agnovit: res mihi ita relata eſt. Præſi-
„ debat Synnichius theſi, in qua habebatur: *Nõ*
„ *dari actum indifferentem in individuo.* Hoc op-
„ pugnaturus Baccalaureus ſic aſſumebat: *Pot-*
„ *eſt quis ſine peccata actum aliquem non referre in*
„ *Deum; ergo, &c.* Aſſumtum negabat Synni-
„ chius; probabat illa in hunc modum: *Proba-*
„ *bile eſt actus in Deum ſemper referendos non eſſe;*
„ *atqui is, qui agit juxta ſententiam probabilem, a-*
„ *git prudenter, ac proinde non peccat; ergo &c.*
„ Reſpondebat Synnichius, theſim illam poni,
„ ac defendi probabilitate ſepoſita, alioquin ſi
„ ad hanc attendatur, poſſe aliquem actum ſine
„ peccato in Deum non referri: ad hoc aliquis:
„ *Ignorantia*, inquit, *juris naturæ non excuſat a*
„ *peccato; ergo nec probabilitas.* Obſtupuit ad hoc
„ argumentum inauditum Synnichius, & ante-
„ cedens quidem negare non poterat, quod ipſũ
„ eſſet ſcholæ ſuæ principium; minus poterat
„ negare conſequentiam, quæ homini ſubtili erat
„ evidens. ſupererat, ut totum admitteret, niſi
„ inexſpectato argumento captus, per clamores
„ effugium quæſiiſſet, quo evaderet. „

Se agnoviſſe tunc Baccalaurei argumenti vim, & robur, faſſus eſt ipſe Synnichius in ſuo opere, cujus titulus: *Saul exrex*, lib. 2. c. 46. §. 358. ubi novellam probabiliſtarum perſuaſionem, meram eſſe ignorantiarum palliationem, nec excuſare opinionis probabilitatem, quem non excuſat ignorantiæ cæcitatis, his verbis declarat:

„ Huic doctrinæ elucidandæ ſerviet ſententia
„ Doctorum de ignorantia rerum agendarum:
„ ubi enim hæc excuſat a culpa, etiam probabili-
„ tas opinionis ea ſubnixæ excuſare poterit; ſe-
„ cus ubi illa non excuſat. Quapropter quotquot
„ cenſent ignorantiam juris ſaltẽ naturalis non
„ excuſare a culpa operantẽ ex ipſa, conſequen-
„ ter cenſere debent probabilitatem opinionis ea
„ ſubnixæ nequaquam excuſare opinantem, &
„ ex tali ſua opinione quantumvis probabili o-
„ perantem. Cenſent porro illud auctores claſſi-
„ ci, quorum ſententiã in negotio ſalutis æternæ
„ nemo prudens contemſerit, aut contra eam
„ operans ſecurum ſe eſſe exiſtimaverit.

Ex illa die in Academiam Lovanienſem ſanioris doctrinæ diſciplina adeo allata eſt, novoſque mores adeo poſtulavit argumenti ratio, ut malum ſerpens, in ea integraſcere minime timeatur: *Hinc apage, & longo tramite carpe fugam.*

OBSERVATIO VIII.

In titulum de Pœnitentiis, & remiſſionibus.

De Abſolutione Sacramentali.

FAtemur hic nonnulla S. Magiſtri verba egere temperamento jam in margine appoſito pag. 450. col. 2. quod e doctrina S. Tho. & non propria nos promſiſſe agnoſcimus, ut a medio, & recto tramite, quem in moralibus obſervavit, ac tenuit S. Raymundus, in dogmaticis recedere non cenſeatur. Nam quærens, quid remittit Sacerdos in pœnitentia, & quis ſenſus dati debeat his verbis: *Ego abſolvo te*, præpoſitis quorumdam opinionibus, etiam ſanctorum Patrum (quæ diſtinctione ſcholaſtica maxime indigent, ut in genuino ſenſu explicentur) illam amplexari declarat, quæ, ſolum Deum dimittere peccata, & debitum æternæ pœnæ ſuſtinet: idque probat ex S. Ambroſio dicente: *Verbum Dei dimittit peccata, Sacerdos eſt judex; Sacerdos quidem officium ſuum exhibet, ſed nullius poteſtatis jura exercet.*

Poſtea tamen cum S. Auguſt. lib. de vera & fal. pœnit. c. 10. fatetur, de Sacerdotibus autem non eſſe dubium, quin habeant poteſtatem dimittendi, & retinendi peccata, Deum remittere quibus ipſi dimittunt: ſed Poſtillator quicumque ſit, explicari nullomodo poteſt; nam iſtantiæ ſibi factæ (Quomodo dimittunt Sacerdotes, ſi ſolus Deus dimittit?) reſpondet: *Peccata dimittunt, id eſt pœnam temporalem ab Eccleſia inflictam relaxant; & etiam ex cauſſa clave non errante, pœnam temporalem, in quam commutavit Deus æternam, clavium poteſtate relaxant:* ſed aliquid amplius efficit Sacerdos virtute divina.

Deinde explanans S. Magiſter verba Chriſti Salvato-

Digitized by Google

vatoris: *Quodcumque ſolveris, &c.* diſtinguit triplex judicium: primum Dei, quo Deus mundat animã in contritione; ſecundum Sacerdotis, qui auctoritate clavium ligat, & ſolvit in terris, id eſt, oſtendit eſſe ligatum, vel ſolutum a Deo. Tertium approbationis, ſcilicet cæleſtis curiæ, & Angelorum. Itaque vides, erudite lector, ea verba ſana explicatione indigere, ut S. Magiſtrum ab errore vindicemus: eam ſuppeditavit S. Thomas pluribus in locis, imprimis 3. p. q. 80. a. 3. ad 5.

Itaque, inquit, *expoſitio*, Ego te abſolvo, *id eſt, abſolutum oſtendo, quantum ad aliquid quidem vera eſt, non tamen per ſactu: Sacramenta enim novæ Legis non ſolum ſignificant, ſed etiam faciunt, quod ſignificant: unde ſicut Sacerdos baptizando aliquem, oſtendit hominem interius ablutum per verba, & ſacta, & non ſolum ſignificative, ſed etiam effective; ita etiam cum dicit*, Ego te abſolvo, *oſtendit hominem abſolutum, non ſolum ſignificative, ſed etiam effective; nec tamen loquitur quaſi de re incerta; quia ſicut alia Sacramenta novæ Legis habent de ſe certum effectum ex virtute Paſſionis Chriſti (licet poſſit impediri ex parte recipientis) ita etiam & in hoc Sacramento. Unde S. Auguſtinus dicit lib. 2. de adulterinis, cap. 9. Non eſt turpis, nec difficilis poſt patrata, & purgata adulteria reconciliatio conjugii, ubi per claves regni cælorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum; unde nec Sacerdos indiget ſpeciali revelatione ſibi facta, ſed ſufficit generalis revelatio fidei, per quam remittuntur peccata: eſſet autem perfectior expoſitio:* Ego te abſolvo, *id eſt, Sacramentum abſolutionis tibi impendo.*

Sed quia idem S. Thomas in opuſc. 22. (ubi Poſtillæ Raymundi veluti minimi ponderis mentionem facit) non ſolum argumentis quorumdam tunc temporis doctorum reſpondet, ſed iis, quæ a recentioribus hæreticis objiciuntur, ut virtutem & efficaciam pœnitentiæ Sacramenti enervent, obviam it, iiſque etiam, quæ alii, ut abſolutionẽ deprecatoriam, veram ejus formam eſſe probent, adducere moliuntur: totum opuſculum in extenſum ob commodum lectoris opuſculis S. Thomæ orbari duximus recenſendum. Plura profecto magnæ eruditionis amplectitur.

S. THOMÆ OPUSC. XXII.

Ad R. P. Generalem ſui Ordinis Magiſtrum.

PErlecto libello a vobis exhibito, inveni aſſertionem cujuſdam valde temerariam, dicentis, quod Sacerdos abſolvendo uti non debet hac forma: *Ego abſolvo te*. Quod quidem præſumtuoſum judico, quia repugnat evangelicis dictis: dicit enim Dominus Petro, Matth. 16. *Quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*, quod ad uſum clavium pertinere oſtenditur. Nam præmiſerat: *Et tibi dabo claves regni cælorum*. Et poſt, quaſi uſum clavium exponens, dicit: *Et quodcumque ſolveris*. Patet ergo ex dictis Salvatoris, quod habens claves, abſolvit. Præſumtuoſum eſt ergo, ne dicam erroneum, ut Sacerdos dicere non poſſit: *Ego abſolvo te*, quem Dominus abſolvere confitetur: magis autem verbis Domini colligitur, hanc eſſe formam debitam abſolvendi, *Ego te abſolvo*: ſicut enim Dominus dixit diſcipulis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*, Matth. ult. ita dicit: *Quodcumque ſolveris ſuper terram*. Unde ſicut conveniens eſt forma Baptiſmi, ut miniſter dicat, *Ego te baptizo*, quia Dominus miniſtris actum baptizandi attribuit; ita conveniens forma eſt, ut dicatur, *Ego te abſolvo*; quia Dominus miniſtro actum abſolvendi attribuit. Dionyſius etiam expreſſe in 13. cap. Angel. Hierar. ſic dicit: *Nihil igitur inconveniens, ſi purgare dicitur Theologum Seraphin. Nam ſicut Deus purgat omnes, eo quod omnis purgatio eſt cauſſa; magis autem propinquo utar exemplo; quemadmodum qui ſecundum nos eſt Hierarcha, id eſt, Epiſcopus per ipſius Diaconos, aut Sacerdotes purgans, aut illuminans, ipſe dicitur purgare, aut illuminare*. Patet ergo per auctoritatem Dionyſii, quod licet Deus ut principalis auctor purget, & illuminet; miniſter tamen dicitur purgare, & illuminare.

Ad hoc etiam eſt cõmunis conſuetudo tali forma utentium, cui aliquem contrariari non parvæ præſumtionis eſt. Apoſtolus etiam ad Cor. 2. dicit: *Ego quod donavi, ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti*, Gloſſ. Si ergo magiſter petitione diſcipulorum donavit, cui voluerint, peccatum, multo magis diſcipuli prece magiſtri idem facere debent; & ut ratum ei, cui donavit, oſtenderet apud Deum, ſubdit: *Et hoc fecit in perſona Chriſti*, id eſt, ac ſi ipſe Chriſtus condonaret: donare autem peccatum, eſt abſolvere a peccato; ergo convenienter miniſter dicit: *Ego te abſolvo a peccato*. Non eſt enim parva auctoritas ejus, quod in Eccleſia cantatur: *Jam, bone paſtor Petre clemens, accipe vota precantium, & peccati vincula reſolve tibi poteſtate tradita*. Poteſtas autem tradita Petro, eſt poteſtas clavium; poteſt ergo habens claves ex tradita ſibi poteſtate dicere, *Ego te abſolvo*.

Non ſolum autem hoc cõvenienter dicere poteſt, ſed & neceſſarium eſſe videtur: Sacramenta enim novæ Legis efficiunt, quod figurant; figurãt autem ſeu ſignificant & ex materia, & ex forma verborum, ut in Sacramento Baptiſmi apparet. Nam ablutio corporalis, quæ fit per aquam, ſignificat interiorem ablutionem, & ſacramentaliter efficit eam: ſimiliter verba, quæ dicuntur, *Ego te baptizo*, idem ſignificant: & idem apparet in Sacramento Confirmationis, in quo forma eſt: *Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, &c.* quibus verbis manifeſte effectus Sacramenti figuratur. In Sacramento etiam Euchariſtiæ Sacerdos ex perſona Chriſti loquens dicit: *Hoc eſt corpus meum, hic eſt calix ſanguinis mei*; hoc ſignificant, quod in Sacramento efficitur. Similiter etiam in Sacramento Matrimonii requiruntur verba exprimentia conſenſum de præſenti, & copulam conjugalem. In Sacramento vero Ordinis, quia fit traditio poteſtatis, eſt forma imperativi modi, cum Pontifex dicit: *Accipe poteſtatem faciẽdi hoc vel illud*. In ſolo autem Sacramento Extremæ Unctionis forma verborum eſt ſub modo deprecativæ orationis; ſicut cum dicitur: *Per iſtam unctionem, & ſuam ſanctam, ac piiſſimam miſericordiã indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, &c.* Servatur autẽ hoc in hoc Sacramento propter auctoritatem ſacræ Scripturæ: dicitur enim Jacobi 5. ubi de hoc Sacramento loquitur: *Oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei*, ubi etiam ratio hujus ſingularis obſervãtiæ aſſignari videtur: in aliis enim Sacramentis nihil corporaliter agitur, quod non ſtatim ex operatione miniſtri ſequatur. Sicut ſtatĩ in Baptiſmo fit ablutio corporalis, quo ſpiritualẽ deſignat, & ſacramentaliter cauſſat; ſanatio autẽ corporalis nõ ſtatim ſequitur ex unctione, ſed petitur præſtanda a Deo, unde & interior ſanatio, quæ per eam ſignatur, ſub deprecatione a Deo poſcitur. In Sacramento autẽ Pœnitentiæ, verba Scripturæ, quæ maxime ſunt ſectanda, non faciunt mentionem de aliqua deprecatione; ſed magis verbo ĩdicativo utitur

tur

tuc : non enim dicit : *Quæcumque petieris eſſe ſolvenda, erunt ſoluta* ; ſed, *quæcumque ſolveris, erunt ſoluta*. Ergo illa tantum dicuntur eſſe ſoluta, quæ habens claves ſolverit ; qui autem petit aliquid eſſe ſolvendum, non ſolvit. Miror qua temeritate aliquis aſſerat eſſe ſolutum, cum habens claves non ſignificat ſe ſolvere ; ſed ſolum rogat eſſe ſolvendum : non autem ſimilis ratio eſt utendi deprecativa oratione in hoc Sacramento, ſicut in Sacramento Extremæ Unctionis ; quia nihil corporale exſpectatur futurum, quod non ſtatim fiat, ut in Extrema Unctione; quinimmo certiſſimum eſt, in hoc Sacramento per claves Eccleſiæ remiſſionem peccatorum conferri, niſi ſit impedimentum ex parte confitentis, ſicut etiam accidit in Baptiſmo : dicit enim Auguſt. *Non erit turpis, nec difficilis poſt patratu, & purgata adulteria, reconciliatio conjugii, ubi per claves regni cælorum non dubitatur fieri remiſſio peccatorum*. Non ergo ſub incerto modo deprecativæ orationis ſignificanda eſt in hoc Sacramento remiſſio peccatorum, ſed ſub certitudine per indicativam orationem. Non ergo eſt forma in Sacramento Pœnitentiæ : *Abſolutionem & remiſſionem tribuat tibi omnipotens Deus* ; ſed : *Ego te abſolvo*.

Sicut autem temerarius eſt in aſſerendo, ita vaniloquus in probando, dum frivola quædam pro rationibus inducit. 1. enim inducit quamdam Poſtillam ſuper ſumma Raymundi, quæ dicit, *quod in talibus, ſcilicet abſolutione ab excommunicatione, licet verba exigantur, non tamen præſcripta eſt forma verborum, ſicut in Sacramento Baptiſmi, & Eucharistiæ*. Ubi primo deriſorium eſt in tanta re Poſtillam ſummæ pro auctoritate adducere. Deinde ut Poſtillatori non fiat injuria, dicamus, quod alia ratio eſt de abſolutione ab excommunicatione, quæ non eſt ſacramentalis, ſed magis judiciaria, juriſdictionem conſequens ; & aliud de abſolutione a peccatis in Sacramento Pœnitentiæ, quæ conſequitur poteſtatem clavium, & eſt ſacramentalis : in illa enim, verba habent efficaciam ab intentione dicentis; unde nō refert quibuſcumque verbis utatur ad exprimendam ſuam intentionem. In Sacramentis autem verba habent efficaciam ex inſtitutione divina; unde tenenda ſunt verba determinate conſonantia divinæ inſtitutioni ; inſtitutioni autem dicentis : *Quodcumque ſolveris, &c.* iſta verba conveniunt : *Ego te abſolvo*, ſicut inſtitutioni dicentis: *Euntes, docete omnes gentes baptizantes, &c.* conveniunt iſta verba : *Ego te baptizo, &c.* ſicut ergo illa tenenda ſunt in Baptiſmo, *Ego te baptizo*; ita in Pœnitentia, *Ego te abſolvo*. 2. autem ponit, quod magiſter, qui ſententias compillavit, non poſuit hanc formam, nec aliquem Sanctorum legimus hac forma uſum fuiſſe. Contra quod dicendum, quod nec magiſter formam poſuit, nec legitur de alia forma, qua aliquis Sanctorum ſit uſus, nec etiam legitur, quod aliquis iſtam formā negaverit. Legitur autem, quod ipſe inſtitutor Sacramenti dixit, *Quodcumque ſolveris*, quod eſt majus omni auctoritate. 3. ad hoc inducit, quod in quibuſdam abſolutionibus, quas Eccleſia facit in Prima, & in Cōpletorio ante Miſſam, & poſt Prædicationem ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ, & in die Cinerum, & Cœnæ Domini, non fit abſolutio per orationem indicativam, ſed deprecativam. In quo miror, eum non advertere, quod hujuſmodi abſolutiones non ſunt ſacramentales, ſed ſunt quædam orationes, quibus dicuntur peccata venialia dimitti, ſicut per Orationem Dominicā, in qua dicitur: *Dimitte nobis debita noſtra*. 4. autem inducit, ſic ſenſiſſe quoſdam antiquos, & famoſos magiſtros, ſcilicet, magiſtrum Guillelmum de Altiſiodoro, & magiſtrum Guillelmum quondam Epiſcopum Pariſienſem, & Dominum Hugonem quondam Cardinalē, de quibus quod ita ſenſerint, non conſtat, ſed etſi ita ſenſerunt, numquid eorū opinio præjudicare poterit verbis Domini dicentis Petro: *Quodcumque ſolveris, &c.* Numquid etiam, ſi nunc viverent, præjudicare poſſent communi ſententiæ Magiſtrorum Pariſiis regentium, qui contrariū ſentiunt, decernentes abſque his verbis, *Ego te abſolvo*, abſolutionē non eſſe per ſolam deprecativam orationem? 5. vero proponit de eo, quod agitur in Sacramento Extremæ Unctionis, quod ſupra ſolutum eſt. 6. objicit de hoc quod Matth. 9. cum dixiſſet Dominus Paralytico: *Remittuntur tibi peccata tua*; dixerunt: *hic blaſphemat*. Nam peccata dimittere ſolius eſt Dei, nō ergo ſacerdotis. Hoc etiam per verba Dionyſii ſupra ſolutum eſt, quia Dei eſt auctoritate peccata dimittere; hominis autē eſt miniſterium ad remiſſionem exhibere, dum in perſona Chriſti condonat, ſicut dicit Apoſt. 7. objicit, quod in ſuſcitatione Lazari ſecundum Aug. & Greg. ſignificata eſt ſuſcitationis peccatorum præoperatio, quia Lazarus eſt prius a Dño vivificatus, quā traderetur diſcipulis abſolvendus. Ex quo arguit, quod nihil valet abſolutio Sacerdotis, antequā homo ſit a Deo vivificatus per gratiam, & ſuſcitatus a morte culpæ. Ergo Sacerdos non poteſt ſuper culpam; quæ quidem ratio multiplices defectus habet. 1. quidem, quia arguitur ex metaphoricis locutionibus, ex quibus non eſt arguendum, ut Dionyſ. & Aug. dicunt. 2. Quia ratio ejus non eſt ad propoſitum: conſtat enim quod Dñs Lazarum ſuſcitavit, & diſcipulis mandavit abſolvendum; ergo diſcipuli abſolvunt. Per hoc ergo nō oſtēditur, quod Sacerdos non abſolvat, aut nō debeat dicere: *Ego te abſolvo*; ſed quod eum non debet abſolvere, in quo ſigna contritionis non videt, per quam homo juſtificatur interius a Deo, culpa remiſſa: quia vero dicit, quod *Sacerdos non poteſt habere ſuper culpam poteſtatē*, & hoc habere poteſt calūniam. Sciendum eſt, quod ſi intelligat, quod Sacerdos ſua auctoritate ſuper culpam potentiam non habet, dicit verum; ſi autem intelligit, quod Sacramentū quod Sacerdos, ut Miniſter tradit, nō ſe extendat ad remiſſionem culpæ falſum dicit : ſicut enim per Baptiſmum dimittitur omnis culpa, & originalis, & actualis; ita per Sacramentum Pœnitentiæ remittitur actualis culpa. Contingit autē quandoque in Baptiſmo, quod aliquis antequam Sacramentum Baptiſmi actu percipit, dum habet Sacramentum in voto, vel in propoſito, cōſequitur juſtificationē a ſolo Deo; & tamen ſi ante conſecutus non fuerit ex vi Sacramenti, niſi obicem opponat, juſtificationem conſequitur, Sacramentum ſuſcipiendo ; ita omnino eſt de Pœnitentia. Nullus enim reputatur contritus, niſi habeat propoſitū ſubjiciendi ſe Eccleſiæ clavibus, quod eſt habere Sacramentum in voto : unde quandoque aliqui conſequuntur juſtificationem in ipſa abſolutione, quam ante nō fuerant aſſecuti. 8. objicit, quod paris poteſtatis eſt Baptiſmo abſolvere interius, & a culpa mortali abſolvere ; ſed Deus non communicavit poteſtatem interius baptizandi, ne ſpes poneretur in homine; ergo nec abſolvēdi ab actuali peccato. In quo ſuam vocem ignorare videtur, contra ſeipſum objiciens. Sicut enim ſolus Deus interius baptizat, & tamen quia homo exterius miniſterium exhibet, dicit : *Ego te baptizo*; ita Deus per ſeipſum abſolvit a peccato, & tamen homo qui exterius miniſteriū exhibet, dicere debet : *Ego te abſolvo*. 9. objicit, quod remiſſio peccatorum fit per gratiam, quam homo dare non poteſt. Cui dicendum eſt, quod licet

homo

Digitized by Google

homo non poſſit dare gratiam, poteſt tamen dare gratiæ Sacramentum, per quod fit remiſſio peccatorum. 10. Objicit, quod Dominus dicit ad Moyſem: *Loquere Aaron, & filiis ejus: ſic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te.* Num. 6. & ſubditur: *Invocabuntque nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.* Quod videntur imitari Prælati, cum dicunt: *Benedicat vos Deus, vel divina majeſtas*; nec dicunt: *Ego te benedico.* Hic aperte decipitur, quia benedictio iſta non eſt ſacramentalis: ſed ubi benedictio ſacramentalis occurrit, ſicut in Sacramento Euchariſtiæ; tunc ipſi Sacerdotes benedicere dicuntur. Unde Apoſt. dicit 1. ad Cor. 10. *Calix benedictionis, cui benedicimus,* Gloſ. *Cui nos Sacerdotes quotidie benedicimus.* Nec eſt verum quod ſubdit, per hoc quod dicitur: *Abſolutionem, & remiſſionem tribuat tibi, &c.* ſit forma, aut pars formæ, nõ enim conveniunt verbis Scripturæ, quæ dicit: *Quodcumque ſolveris, &c.* &, *quorum remiſeritis, &c.* Nec hoc quod dicitur, *Benedictio Dei omnipotentis, &c.* pars eſt formæ, cum hoc ex Scriptura trahi non poſſit, nec in uſu communi habeatur, licet aliqui hoc dicant. 11. Objicit, quod cum clavis ſit poteſtas, quæ eſt in miniſtro, ſi extenderet ſe ad culpæ abſolutionem, hoc eſſet per modũ efficiendi, quod ſoli Deo competit. Cujus ſolutio jam ex dictis patet: poteſtas enim clavium ſe extendit ad abſolutionem culpæ, non ſicut cauſſa efficiens principalis, hoc enim Dei eſt; ſed ſicut inſtrumentum, ſicut & aqua Baptiſmi, de qua Aug. dicit, quod corpus tangit, & cor abluit. 12. Objicit, quod Dominus idẽ voluit oſtendere, dicens: *Quodcumque ſolveris, &c.* &, *quorum remiſeritis, &c.* Nulla autẽ dicit: *Ego tibi remitto peccata*; ergo nec debet dicere: *Ego te abſolvo.* Sed obliviſcitur ejus, quod Apoſt. dicit 2. ad Cor. 2. ſe donaſſe peccatum, non propria auctoritate, ſed in perſona Chriſti: donare autem idem eſt, quod etiam remittere. Papa etiam ſe relaxare dicit aliquam partem de pœnitentia injuncta. Ideo enim in abſolutione ſacramentali potius utimur verbo abſolutionis, quã remiſſionis, ut forma abſolutionis conveniat verbis inſtitutionis; quia Dominus exponens claviũ poteſtatem, his verbis uſus eſt, *quodcumque ſolveris.* 13. Objicit ex auctoritate Hieronymi reprehendẽtis quoſdam de eo, quod putant ſe damnare innoxios, vel abſolvere noxios: nõ enim Sacerdos a peccatis abſolvens, noxios ſolvit, qui voluntate noxii remanent; ſed qui pœnitẽdo recedunt a noxa culpæ. 14. Objicit de hoc quod Hieron. dicit ſuper Levit. quod leproſi jubentur oſtendere ſe Sacerdotibus, quos illi non faciunt leproſos vel mundos, ſed diſcernunt; ita & his. Decipitur autem, quia ſimilitudinem nimis extendit: abſit enim, ut Sacramẽta novæ Legis ſolum ſignificent, & nihil faciant, ſicut veteris Legis Sacramenta. Si autem Sacerdos ſolum diſcernendo denuntiaret peccatoris abſolutionem, nihil faceret, ſed tantum ſignificaret: ergo facit aliquid, miniſterium abſolutionis impendendo; non tamen facit idoneos accedentes ad Sacramentum: hoc enim ſolus Deus facit, qui ad ſe hominum corda convertit, & reſpectu hujus idoneitatis nõ habet Sacerdos niſi diſcretionem, ſicut & Sacerdos legalis circa lepram. 15. Objicit, quod Ambr. dicit, *quod ſolus ille peccata dimittit, qui pro peccatis mortuus eſt.* Auguſt. etiam dicit: *Nemo tollit peccata mundi, niſi ſolus Chriſtus.* Hoc ſolvit Apoſtolus dicens, quod ipſe donavit in perſona Chriſti, ſcilicet tamquam Chriſti miniſter, qui ſua paſſione remiſſionem meruit peccatorum, a qua paſſione efficaciam habent claves Eccleſiæ, ſicut & cetera Sacramenta. 16. Objicit de leproſis mundatis a Chriſto, Matth. 8. & Luc. 17. quibus dixit, quod *oſtenderent ſe Sacerdotibus*; tamen antequã ſe oſtenderent, mundati ſunt. Quod ſimiliter ſolvendum eſt, ſicut id quod de Lazaro ſupra poſuit. 17. Reſumit, quod Dominus dixiſſet Paralytico: *dimittuntur tibi peccata*, Judæi dixerunt: *hic blaſphemat*, Matth. 9. 3. Hoc ſupra ſolutum eſt, nec oportet reiterare.

His autem rationibus poſitis nititur quamdã abſolutionem fingere, quæ eſt, ſi aliquis talia dicat, quod ad miniſteriũ Sacerdotis pertinet oratio, abſolutionem Dei impetrans; poſtea tamen debet dicere indicative: *Ego te abſolvo*, id eſt, *abſolutum te oſtendo.* Quam quidem abſolutionem nec ego approbo, ſi ſimpliciter, ut verba ſonant, intelligatur: nõ enim oratione Sacerdotis impetratur remiſſio peccatorum, ſed paſſione Chriſti; alioquin ſi Sacerdos eſſet in peccato mortali abſolvere non poſſet. Præmittitur autem oratio, ut impetretur confitenti idoneitas ad ſuſcipiendum effectum Sacramenti; quæ quidem oratio licet plus valeat a juſto, quam a peccatore oblata, propter meritũ perſonæ; quod additur tamen etiam a Sacerdote peccatore non eſt caſſa, quia proponitur ab eo in perſona totius Eccleſiæ. In formis autem Sacramentorum non plus facit verbum a juſto, quam a peccatore prolatum, quia non operatur ibi meritum hominis, ſed paſſio Chriſti, & virtus Dei. Similiter non ſufficit illa expoſitio, *ego te abſolvo*, id eſt, *abſolutum te oſtendo*; quia ſecundum hoc in Sacramentis novæ legis non eſſet niſi oſtenſio, vel ſignificatio, quod idem eſt: ſed eſt ſenſus: *ego te abſolvo*, id eſt, Sacramentũ, vel miniſterium abſolutionis tibi impendo. Niſi forte ſicut aliquis dicitur oſtendere non ſolum ſignificando, ſed etiam faciendo.

Si tamen dicta reſponſio ſuſtineatur, non inutile erit conſiderare, quam frivolis etia in rationibus impugnet. Objicit enim 1. quod Dominus dedit poteſtatem diſcipulis ſanandi omnes infirmitates corporales, & ſpirituales; ſed in ſanatione corporalium infirmitatum non dicebant: *Ego ſano te*, ſed, *ſanet te Dominus Jeſus*; ergo nec in ſanatione ſpirituali debet dicere Sacerdos: *ego te abſolvo.* Non advertit autem qui hoc objicit, quod poteſtas ſanandi infirmitates erat gratia ſpecialiter homini data, non ad ſanandum, ſed ad ſanitatem impetrandam. Poteſtas autem clavium non computatur inter gratias gratis datas, ſed virtus ſacramentalis, quæ principaliter reſidet in Chriſto, inſtrumentaliter autẽ, ſeu miniſterialiter in Sacerdotibus claves habentibus. Unde verbum dicentis, *ſanet te Dominus*, non ſanabat, ſed ſanationem impetrabat: verba autẽ ſacramentalia efficiunt quod figurant, ut ſupra dictũ eſt. 2. Objicit, quod temerarium videtur, denunciare aliquem eſſe ab omnibus peccatis abſolutum; quia ſic eſſet ſicut Angelus Dei: ſed multo magis temerarium eſt dicere, quod per claves Eccleſiæ nõ fiat certa remiſſio peccatorum, ut Aug. dicit Iſai. 59. 1. *Numquid enim abbreviata eſt manus Domini*, ut qui in Baptiſmo ab omnibus peccatis mundat, in Sacramento Pœnitentiæ hoc non faciat? 3. Objicit, quod dicere: *oſtendo te abſolutum*, non eſt enim oſtendere abſolutũ, ſicut dicere, *comedo*, non eſt comedere. In quo decipitur, non conſiderans, quod forma Sacramentorum non ſolum ſunt verba ſignificativa, ſed etiam factiva. 4. Objicit, quod cum dicitur, *ego te baptizo*, non eſt baptizare, niſi ſequatur immerſio, vel intinctio. Sed hoc eſt valde ridiculum, quia in Sacramẽto Baptiſmi elementum materiale requiritur cũ forma Sacramenti; ſed in Sacramento Pœnitentiæ elementum exterius nõ adhibetur. 5. Objicit,

Digitized by Google

jicit, quod temerarie Sacerdos dicit, *oſtendo te abſolutum*, cum ignoret, an Deus abſolverit. Sed ſecundum hanc eamdem rationem temerarium eſſet dicere, *ego te baptizo*, cum ignoret, an Deus interius baptizet. Neutrum autem eſt temerarium; quia Sacramenta habent certos effectus, licet impediri poſſint per fictinnem recipientis; unde Sacerdos dicens: *Ego te abſolvo*, vel: *Ego te baptizo*, cum certitudine denunciat Sacramenti effectum. Similiter dicitur ad id, qund 6. & 7. objicit de incertitudine dimiſſionis pœnæ, 8. objicit, quod nun poteſt dicere: *Oſtendo te abſolutum*, niſi forte alicui ſit revelatum, ſicut Joanni Evangeliſtæ, vel B. Virgini. Ad quod etiam ſuper id, quod dictum eſt, addendum eſt, quod ſi judex abſque temeritate, teſtibus auditis, poteſt pronunciare aliquem innocentem, quamvis forte ſit nocens ſecundum rei veritatem, non temerarie oſtendit Sacerdos aliquem abſolutum in foro pœnitentiæ, in quo creditur pœnitenti pro ſe, & contra ſe. Ex quo etiam patet, quod nun eſt periculoſum Sacerdoti dicere: *Ego te abſolvo*, illis, in quibus ſigna contritionis videt, quæ ſunt dolor de præteritis, & propoſitum de cetero non peccandi; alias abſolvere non debet: periculoſe autem ſolam orationem dicit; quia hoc nun eſt abſolvere, ſed ſub dubio pœnitentiæ relinquere: orare autem pro aliquo, ut abſolvatur, poteſt, ſive ſit contritus, ſive nun....

Ultimo redit ad primum, reſumens rationes prius adductas, quod non debet Sacerdus dicere: *Ego te abſolvo*, tum quia hoc pertinet ad poteſtatem Dei, tum quia Sacerduti incertum eſt, an ille abſolvatur, quæ jam ſoluta ſunt. Addit etiam objiciendo, quod vix 30. anni ſunt, quod omnes hac ſola furma utebantur: *Abſolutionem, & remiſſionem, &c.* Sed quomodo de omnibus poteſt teſtimonium perhibere, qui omnes nun vidit? Sed hoc certum eſt, quod jã ſunt mille ducenti anni & amplius, quod dictum eſt Petru: *Quodcumque ſolveris, &c.* quare autem non dicatur in forma: *Ego tibi remitto*, ſicut, *ego te abſolvo*, jam ſupra dictum eſt: objicit autem ulterius, quod ſi Sacerdos poteſt abſolvere a peccatis, utilius eſſet abſolvi, quam accipere crucem tranſmarinam: quod quam ridiculum ſit dictum, de facili poteſt adverti: non enim crux tranſmarina datur valitura, niſi abſolutis a peccatis, ad remiſſionem totius pœnæ pro peccatis debitæ. Objicit autem ulterius, quod *væ* imminet vivificanti animas, quæ non vivunt, ut dicitur Ezech. 13. & ſic Sacerdos ſe committit diſcrimini, cum neſciat, quod vivant. Scit tamen quod Sacramentum juſtificare poteſt. Ulterius objicit, qund ſicut Ambr. dicit, Dominus parem vim eſſe voluit ligandi, & ſolvendi. Sed Sacerdos non ligat vinculo peccati, ſed propriorum quiſque peccatorum vinculis conſtringitur, ut dicitur Proverb. 5. ergo Sacerdos non abſolvit a vinculo culpa. Contra quod dicendum, qund hoc Sacerdos facit ligando, & ſulvendo per miniſterium, quod Deus dedit per auctoritatem. Deus enim abſolvit a peccato, directe gratiam apponendo, & ligat, vel trahit in peccatum, gratiam non apponendo, ut dicitur ad Romanos 1. Similiter Sacerdos tamquam miniſter a peccato ſolvit, Sacramentum gratiæ apponendo, & ligat non apponendu; propter hoc quod ligat ad pœnam, quam injungit. Inducit autem ultimu auctoritatem Hilarii, quod ſoli Deo de ſe credendum eſt, & ſic abſolutionem a culpa, quam ſolus Deus facit, Sacerdos oſtendere non poteſt. Item, quod Dionyſius dicit, quod Sacerdotibus non eſt utendum virtutibus Hierarchicis, niſi quod Deitas voluerit eos, ſed hæc ex ſuperioribus ſunt ſoluta multoties, & iterare non oportet. Ad extremum inducit, quod ante poteſtatem clavium Petru traditam, ſit mentio de relatione ſibi facta, quaſi uporteat ſemper revelationem divinam Sacerdotem exſpectare, antequam clavibus utatur. Nun advertit autem, qund revelatio facta Petru non fuit de idoneitate abſolvendorum, ſed de poteſtate Chriſti, per quam Sacramenta gratiæ certiſſimos effectus habent. Hæ ſunt igitur rationes, quas pro ſe inducit, quæ non ſolum demonſtrationes non ſunt, ſed vix apparentes rationes judicari poſſunt. Voluntas autem Dei fuit, ut pro defenſione poteſtatis Petro traditæ, in feſt. Cathed. Pet. hoc opus de veſtro mandato compilans laborarem.

Obſervationum finis.

APPEN.

APPENDIX
CANONICA COMPLECTENS DOCUMENTA.

I.

SANCTORUM CANONES Apoſtolorum.

1 EPiſcopus a duabus, eut tribus Epiſcopis ordinetur.

2. Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici.

3. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, præter ordinationem Domini alia quædã in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac, aut pro vino ſicerã, & confecta quædam, aut volatilia, aut enimalia aliqua, aut legumina contra conſuetudinem Domini facians, congruo tempore deponatur.

4. Offerre non licet aliquid ad altare præter novas ſpicas, & uvas, & oleum ad lominaria, & thymiama, id eſt, incenſum, tempore, quo ſancta celebratur oblatio.

5. Omnium aliorum primitiæ Epiſcopo & Presbyteris domum mittantur, non ſuper altare. Certum eſt autem, quod Epiſcopus & Presbyteri divident & Diaconis, & reliquis Clericis.

6. Epiſcopus, aut Presbyter uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat. Si vero rejecerit, excommunicetur; ſed ſi perſeveraverit, dejicietur.

7. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconos nequaquam ſæculares curas adſumant: ſin aliter, ejiciantur.

8. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Judæis celebraverit, abjiciatur.

9. Si qois Epiſcopos, aut Presbyter, aut Diaconus, val quilibet ex Sacerdotali Cathalogo, ſacta oblatione, non communicaverit: aut cauſſam dicat, ut, ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur: eut ſi non dixerit, communione privetur, tamquam qui popolo cauſſa læſionis exſtiterit, dans ſuſpicionem de eo, qui ſacrificevit, quod recte non obtulerit.

10. Omnes fideles, qui conveniunt in ſolemnibus ſacris ad Eccleſiam, ſcripturas Apoſtolorum & Evangelium audiant. Qui autem non perſeveraverint in oratione uſque dom miſſa peragitur, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Eccleſiæ moventes, convenit communione privari.

11. Si quis cum excommunicato ſaltem in domo locutus fuerit, iſte communione privetur.

12. Si quis com damnato Clerico veluti cum Clerico ſimul oraverit, iſte damnetur.

13. Si quis Clericus, aut Laicus, a communione ſuſpenſus, ſeu communicans, ad aliam properet civitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias litteras; & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione priventur. Excommunicato vero protelетur ipſa correctio, tamquam qui mentitus ſit, & Eccleſiam Dei ſeduxerit.

14. Epiſcopo non licere alienam Parochiam, propria relicta pervadere, licet cogatur a plurimis. Niſi forte quis com rationabili cauſſa compellatur, tamquam qui poſſit ibidem conſtitutus plos lucri conferre, & in cauſſa religionis aliquid profectus proſpicere. Ex hoc non a ſemetipſo pertentet, ſed multorum Epiſcoporum judicio, & maxima ſupplicatione perficiat.

15. Si quis Presbyter, aot Diaconus, aut quilibet de numero clericorum, relinquens propriam Parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliene Parochia commoretur; hunc ulterius miniſtrare non patimur: præcipue ſi vocatus ab Epiſcopo redire contemſerit, in ſua inquietudine perſeverans. Verumtamen tamquam Laicus ibi communicet.

16. Epiſcopus vero, apud quem moratos eſſe cõſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tamquam Clericos forte ſuſceperit, velut magiſter ĩquietudinis, communione privetur.

17. Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam hebuerit; non poteſt eſſe Epiſcopus, non Presbyter, aut Diaconus, ant prorſus ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

18. Si quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut ex eorum numero, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

19. Qui duas in conjugium ſorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, Clericus eſſe non poteſt.

20. Clericus fide juſſionibos ĩſerviens, abjiciatur.

21. Eunuchus ſi per inſidias hominũ factus eſt, vel ſi in perſecutione ejus ſunt ãputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur Epiſcopus.

22. Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis ãputavit ſibi virilia, non fiat Clericus, quia ſui ipſius homicida eſt, & Dei conditionis inimicus.

23. Si quis, cum Clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſui ipſius eſt homicida.

24. Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione privetur, quia vitæ ſuæ inſidiator exſtitit.

25. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur; non tamen communione privetur. Dicit enim ſcriptura: *Non vindicabit Dominus bis in idipſum*.

26. Similiter & reliqui Clerici huic conditioni ſubjaceant.

27. In nuptiis autem, qui ad Clericum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant: ſed Lectores, Cantoreſque tantummodo.

28. Epiſcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & terrorem ipſis per hujuſmodi volentem incutere, dejici ab officio ſuo præcipimus: quia nuſquam nos hoc Dominus docuit. Econtrario vero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

29. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depoſitus juſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum; hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.

30. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipſe, & ordinator ejus, & a communione modis omnibus abſcindatur, ſicut Simon Magus a Petro.

31. Si quis Epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus uſus, Eccleſiam per ipſus obtineat, deponatur, & ſegregetur, omneſque, qui illi communicant.

32. Si quis Presbyter contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens, quo reprehendat Epiſcopum in cauſſa pietatis & juſtitiæ, deponatur quaſi principatus amator exſiſtens: eſt enim tyrannus. Et ceteri Clerici quicumque tali conſentiunt, deponantur; Laici vero ſegregentur. Hæc autem poſt unam & ſecundam, vel tertiam Epiſcopi obſecrationem fieri conveniat.

33. Si quis Presbyter, aut Diaconus ab Epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtraverat, niſi forſitã obierit Epiſcopus ipſe, qui eum ſegregare cognoſcitur.

34. Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Et cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiantur: ſin minus, nec neceſſaria eis miniſtrentur, & ad communionem non admittantur: multa enim per ſubreptionem proveniunt.

35. Epiſcopus gentium ſingularum ſcire convenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ parœciæ propriæ & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid in eorum parœcia. Sic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu Sancto.

36. Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere, in civitatibus & villis, quæ illi nullo jure ſubjectæ ſunt. Si vero convictus fuerit hoc feciſſe præter eorum conſcientias, qui civitates ipſas & villas detinent; & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

37. Si quis Epiſcopus non ſuſceperit officium & curam populi ſibi commiſſam, hic communione privetur, quouſque conſentiat, obedientiam commendans. Similiter autem & Presbyter & Diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro ſua ſententia, ſed pro malitia populi, ipſe quidem maneat Epiſcopus; Clerici vero civitatis communione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

38. Bis in anno Epiſcoporum concilia celebrentur, ut inter ſe invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Eccleſiaſticas contentiones amoveant. Semel quidem quarta ſeptimana Pentecoſtes, ſecundo vero 12. die menſis Hyperborei, id eſt, Octobris.

39. Omnium negotiorum Eccleſiaſticorum curam Epiſcopus habeat, & ea velut Deo contemplante diſpenſet: nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei ſunt, condonare. Quod ſi pauperes ſunt, tamquam pauperibus ſubminiſtret, ne eorum occaſione Eccleſiæ negotia deprædentur.

40. Presbyteri, & Diaconi, præter Epiſcopum, nihil agere pertentent: nam Domini populus ipſi commiſſus eſt, & pro animabus eorum hic redditurus eſt rationem. Sint autem manifeſtæ res Epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ dominicæ, ut poteſtatem habeat de propriis, moriens Epiſcopus, ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, nec occaſione Eccleſiaſticarum rerum, quæ Epiſcopi eſſe probantur, intercidant: nam fortaſſis, aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut ſervos. Et juſtum eſt hoc apud Deum & homines, ut nec Eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis: nec Epiſcopus, vel ejus propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur, aut in cauſſas incidant, qui ad eum pertinens; morſque ejus injuriis malæ famæ ſubjaceat.

41. Præcipimus, ut in poteſtate ſua Epiſcopus Eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſæ illi ſunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut poteſtate ejus indigentibus omnia diſpenſentur per Presbyteros & Diaconos, & cum timore omnique ſollicitudine miniſtrentur. Ex iis autẽ, quibus indiget (ſi tamen indiget) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrum uſus ipſe percipiat, ut nihil eis poſſit omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deſerviunt, de altari paſcantur, quia nec miles ſtipendiis propriis contra hoſtes arma ſuſtulit.

42. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, atque ebrietati deſerviens, aut deſinat, aut certe communione privetur.

43. Subdiaconus, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens, aut deſinat, aut communione privetur. Similiter Laicus.

44. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, uſuras a debitoribus exigens, aut deſinat, aut damnetur.

45. Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur. Si vero tamquam Clericus, hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

46. Epiſcopum, aut Presbyterum hæreticorum ſuſcipientem baptiſma damnari præcipimus. Quæ enim conventio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli?

47. Epiſcopus, aut Presbyter, ſi eum qui ſecundum veritatem habuerit baptiſma, denuo baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptiza-

ptiza-

Digitized by Google

ptizaverit, deponatur tamquam deridens crucem & morrem Domini, nec Sacerdotes a falſis Sacerdotibus diſcernens.

48. Si quie Laicue uxorem propriam pellens, vel alteram ab alio dimiſſam duxerit, communione priverur.

49. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ſed in tribus ſine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis, abjiciatur.

50. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter non trinam merſionem unius myſterii celebret, ſed ſemel mergat in baptiſmate, quod dari videtur in Domini morte, deponatur: non enim dixit nobis Dominus: In morte mea baptizate; ſed: *Euntes docete omnes gentes baptizantes eos: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

51. Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, aut quivis omnino de Sacerdotali conſortio nuptiis, & carnibus, & vino abſtinuerit, non propterea quod mens ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus quod omnia pulchra valde, & quod maſculum & feminam Deus creavit hominem: ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei, vocat ad calumniam; aut corrigatur, aut deponatur, & ex Eccleſia rejiciatur. Conſimiliter & Laicus.

52. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter eum, qui a peccato revertitur, non recipit, ſed rejicit; deponatur, eo quod Chriſtum offendat, qui dixit ob unum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cælo.

53. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus carnibus, & vino feſtivis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis; deponatur, tamquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

54. Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, a communione excludatur, excepto tamen eo, qui neceſſario in itinere in commune diverterit hoſpitium.

55. Si quis Clericus Epiſcopum contumelia affecerit, deponatur. Principi enim populi tui non maledices.

56. Si quis Clericus contumelia affecerit Presbyterum, aut Diaconum; a communione ſegregetur.

57. Si quis mancum, aut mutum, ſurdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſannaverit, communione privetur. Conſimiliter & Clericus.

58. Epiſcopus, aut Presbyter, qui negligentius circa clerum aut populum agit, nec in pietate eos erudit, a communione ſegregetur. Si vero in ea ſocordia perſeveraverit, deponatur.

59. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, Clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditaverit, a communione rejiciatur. Sin perſeverat, deponatur, ut qui fratrem ſuum necaverit.

60. Si quis falſo in ſcriptos impiorum libros tamquam ſactos in Eccleſia ad populi & cleri corruptionem publicaverit, deponatur.

61. Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut de adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & convictus fuerit, ad Clerum non producatur.

62. Si quis Clericus per metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel hæretici negaverit, ſi quidem nomen Chriſti, ab Eccleſia rejiciatur; ſi vero nomen Clerici, deponatur. Pœnitentia tamen ductus, ut Laicus recipiatur.

63. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicumque ex Sacerdotali conſortio, comederit carnes in ſanguine animæ ejus, aut a beſtiis abreptum, aut ſuffocatum, deponatur. Hoc enim lex prohibuit. Sin vero Laicus, a communione excludatur.

64. Si quis Clericus, aut Laicus, Synagogam Judæorum, aut hæreticorum conventiculum ingreſſus fuerit, ut preces cum illis conjungat, deponatur, & a communione ſecludatur.

65. Si Clericus in concertatione aliquem pulſaverit, & uno ictu ac pulſatione interemerit, deponatur propter temeritatem ſuam. Si vero Laicus ſit, arceatur a communione.

66. Si quis Dominicum diem, aut ſabbathum, uno ſolo demto, jejunare deprehendatur, deponatur. Sin Laicus, e communione ejiciatur.

67. Si quis Virginem ſibi non deſponſatam admotam vi detinet, a communione ſuſpendatur. Non licitum autem eſt ei aliam ducere, ſed eam detineat, quam ſollicitavit, quamvis paupercula ſit.

68. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, ſecundam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponatur tam ipſe, quam qui ipſum ordinavit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati ſunt; hi nec fideles, nec Clerici eſſe poſſunt.

69. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor ſacram quadrageſimam Paſchæ, aut quartam feriam, aut paraſcevem non jejunaverit, deponatur: præterquam ſi imbecillitate impeditur corporis: ſi Laicus ſit, privetur.

70. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicumque ex Clericorum conſortio, cum Judæis jejunaverit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lautia feſti, nempe azyma, aut aliud hujus generis ab eis ſuſceperit, deponatur. Si Laicus, a communione ſegregetur.

71. Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut Synagogam Judæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excludatur.

72. Si Clericus, aut Laicus, ceram, aut oleum ex ſancta ſurripiat Eccleſia; a communione ſejungatur.

73. Vas aureum & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteum nemo amplius in ſuos uſus aſſumito: iniquum enim eſt. Ceterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctetur.

74. Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines, ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus convictuſque fuerit, cenſura irrogetur Eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperaverit, ſecunda quoque vice vocetur miſſis duobus ad ipſum Epiſcopis. Quod ſi per contumaciam, nec ſiquidem comparuerit, Synodus ſuam contra ipſum pronunciato ſententiam, ne quid tergiverſando detrectandoque judicium lucriſacere videatur.

75. In dictionem teſtimonii contra Epiſcopum hæreticus non admittitor; ſed nec fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum vel trium teſtium

conſiſtet omne dictum.

76. Item non oportet Epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari aſfectu: nec enim Eccleſiam Dei conſerre debet in hæredes. Enimvero ſi quis id ſecerint, irrita permaneto ordinatio: ipſe autem excommunicatione percellitor.

77. Si quis oculo defectus, aut obtuſo crure exſiſtat, & dignus ſit, Epiſcopus efficitor. Non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

78. Qui vero mutus, ſurduſve & cæcus eſt, Epiſcopus non efficitor: non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne Eccleſiaſtica impediantur munia.

79. Si quis dæmonem habeat, Clericus non efficitor, ſed nec cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipitor: & ſi dignus fuerit, efficitor.

80. Qui ex vita gentili advenerit, & baptizatus eſt, aut ex converſatione prava, eum juſtum non eſt protinus promoveri in Epiſcopum. Iniquum enim eſt, eum, qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exſiſtere, niſi alicubi dono divinæ gratiæ hoc fiat.

81. Diximus quod non oportet Epiſcopum, vel Presbyterum, ſe ipſum ad publicas adminiſtrationes demittere, ſed in Eccleſiaſticis negotiis verſari. Vel ergo ita facere perſuadeatur, vel deponatur.

82. Servi, ſi in clerum promoveantur citra dominorum voluntatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando vero ſervus quoque gradus ordinatione dignus videatur (qualis & noſter Oneſimus apparuit) & domini conſenſerint, manuque emiſerint, & domo ſua ablegaverint, efficitor.

83. Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus qui militiæ vacaverit, & ſimul utrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quam functionem Sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt Cæſari, & quæ Dei Deo.

84. Quiſquis Imperatorem, aut magiſtratum, contumelia affecerit, ſupplicium luito: & quidem ſi Clericus ſit, deponitor: ſi Laicus, a communione removetor.

85. Sunto omnibus vobis Clericis ſimul & Laicis venerandi, ac Sacri libri: veteris quidem Teſtamenti, Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Jeſu filii Nave unus, Judicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro Dierum duo, Eſter unus, de Machabæorum geſtis tres, Job unus, Pſalterii unus, Salomonis tres, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim unus, Eſaiæ unus, Hieremiæ unus, Ezechielis unus, Danielis unus. Inquiritur autem a vobis extrinſecus, ut adoleſcentes veſtri addiſcant, item ſapientiam eruditi Syrach.

Noſtra vera (hoc eſt) novi Teſtamenti, Evangelia quattuor. Matth. Marc. Luc. Joan. Paulli Epiſtolæ quattuordecim, Petri epiſtolæ duæ, Joannis tres, Jacobi una, Judæ una, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones, quæ vobis Epiſcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ ſunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in ſe continent. Et actiones noſtras Apoſtolorum.

Hæc vero de regulis conſtituta vobis ſunt per nos, o Epiſcopi; vos autem obtemperantes ſalvabimini, & pacem habebitis. At ſi non parueritis, puniemini, & bellum mutuo perpetuum habebitis, pœnam inobedientiæ congruam daturi: Deus porro, qui ſolus eſt æternus, ac univerſorum creator, vos omnes in pace, in Spiritu Sancto conſortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehenſibiles, ſine crimine, dignoſque faciet vita æterna nobiſcum, per interceſſionem dilecti filii ſui Jeſu Chriſti Dei, & Salvatoris noſtri, cum quo gloria ſit ipſi ſupra omnia Deo Patri, cum Sancto Spiritu conſolatore, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

ANNOTATIO.

ADvertendum 1. horum Canonum, an ab ipſis Apoſtolis immediate promanarint, an vero ab aliis (quod eſt veriſimilius) auctoritatem vacillare: nam Cabaſſutius, & Natalis Alexander eos omnes, id eſt, nedum 35. poſteriores, ſed & priores 50. Apoſtolis ſuppoſitos, & pſeudepigraphos defendunt.

1. Quia omnes, vel ſaltem aliqui non fuerunt a veteribus quattuor priorum ſæculorum Patribus in Canonem Scripturæ novi Teſtamenti relati, ſicut alia Apoſtolorum opera: nulla enim ratio eſt cur a Canonicis novi Teſtamenti libris excludatur opus, quod ab Apoſtolis editum ac traditum eſſe conſtat; nec eorum meminerunt quattuor eorumdem ſæculorum ſcriptores, in iis præſertim controverſiis, ac cauſis, in quibus res ipſa poſcebat horum Canonum fieri mentionem; non Victor Pontifex Romanus in controverſia de Paſchate adverſus Aſiaticos; qua de re diſponit Canon 8. Non Firmilianus, & S. Cyprianus in controverſia de baptiſmo hæreticorum adverſus Stephanum Pontificem maximum, de quo diſponunt Canones 46. & 47. Nec etiam Euſebius, & S. Hieronymus inter Apoſtolorum opera Canones ullos memorant.

2. Quia Iſidorus non mercator, ſed Hiſpalenſis, qui ſeptimo ineunte ſæculo florebat, hæc verba a Gratiano diſt. 16. c. 1. relata, habet, & in omnibus veteribus libris Conciliorum Hiſpaniæ inventa, teſte Antonio Auguſtino Tarraconenſi Epiſcopo lib. 1. de Emendatione Gratiani, Dial. 6. *Canones, qui dicuntur Apoſtolorum; ſed quia eoſdem nec Sedes Apoſtolica recepit, nec ſancti Patres illis aſſenſum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis ſub nomine Apoſtolorum compoſiti dignoſcuntur; quamvis in eis utilia inveniantur, tamen auctoritate Canonica, atque Apoſtolica, eorum geſta conſtat eſſe remota, atque inter apocrypha deputata.* Si quis amplius hac de re eruditus eſſe optabit, R. P. Alexandrum conſulere poterit, in hiſtoria ſua Eccleſiaſt. ſæculi 1. diſſert. 18.

Attamen quidquid ſit de hac controverſia; quia plures non parvæ dignitatis, & eruditionis auctores, Canones iſtos ab Apoſtolis conſcriptos eſſe credunt. *Quapropter*, ut dicit Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis in ſuo opuſculo adverſus Hincmarum nepotem Laudunenſem Epiſcopum, c. 24. *in lectione illorum, ſequenda eſt cautela a S. Gelaſio præmonita. Cum hæc*, inquit, *ad Catholicorum manum pervenerint, B. Paulli præcedat ſententia, quæ dicit*: Omnia probate, quod bonum eſt, tenete.

Advertendum 2. Canonem ultimum (etiamſi alios

Digitized by Google

alios Apoſtolicos) apocryphum, & ſubreptitium eſſe. 1. Quod Scripturarum Canoni contra omnium Conciliorum & Patrum ſententiam quoſdam libros apocryphos, nimirum Conſtitutiones, & Epiſtolas Clementis addat. 2. Quod S. Joann. Apocalypſim a Græcis rejectam, ab univerſa autem Eccleſia, a multis & antiquiſſimis conciliis, ac Patribus, eidem ſacræ Scripturæ Canoni fraudulenter adimat. Quis enim umquam antiquorum Latinorum, ac Græcorum Apocalypſim S. Joannis inter Canonicos libros annumerare præſumſiſſet, quam ſciret in Apoſtolorum Canone velut apocrypham eſſe rejectam? 3. Quod hoc Canone libri Sacri veteris Teſtamenti, hi, Eſdræ, Judith, Tobiæ, Sapientiæ, & Eccleſiaſtici omittuntur, qui tamen ab antiquiſſimis Patribus Dionyſio, Irenæo, &c. inter ſacros libros laudantur, & numerantur. *Caranza Binius*.

I I.

SELECTI

CANONES PŒNITENTIALES,

Quorum cognitio Parochis, Confeſſoribuſque neceſſaria eſt, diſpoſiti pro ratione ordineque Decalogi.

PRÆCEPTUM I.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.

CANONES PŒNITENTIÆ

QUI a fide Catholica deſciſcens, intimo, ſummoque prævaricationis ſuæ dolore affectus ad Eccleſiam redierit; pœnitentiam aget annis decem, quo temporis ſpatio decurſo, ei Communio præſtari debet.

Qui more Gentilium elementa coluerit: qui vel ſegetibus faciendis, vel ædibus exſtruendis, vel arboribus conſerendis, vel nuptiis contrahendis, inanem ſignorum fallaciam obſervarit; pœnitentiam aget annos duos feriis legitimis.

Qui auguriis & divinationibus ſervierit, quive incantationes diabolicas fecerit; pœnitens erit annis ſeptem.

Qui Magos conſuluerit, quive domum ſuam induxerit, aliquid arte magica exquirendi cauſſa; in pœnitentia erit annos quinque.

Si quis ligaturas, aut faſcinationes fecerit; pœnitens erit annos duos per legitimas ferias.

Si quis ſortilegus erit, pœnitentiam aget dies quadraginta.

Si quis in codicibus, aut in tabulis ſorte ducta res futuras requiſierit; pœnitens erit dies quadraginta.

Reſpiciens furta in aſtrolabio, annis duobus.

Si quis Clericus, vel Monachus, poſtquam Deo voverit, ad ſæculum redierit; pœnitentiam aget annos decem, quorum tres in pane & aqua.

PRÆCEPTUM II.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUicumque ſciens pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & numquam ſit ſine pœnitentia, & numquam in teſtimonium recipiatur; & poſt hæc Communionem percipiat.

Si quis ſciens pejeraverit, alioſque in perjurium induxerit; pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos: & tot perjuria jejunabit quot homines in perjurium induxerit.

Si quis per cupiditatem pejeraverit, omnes res ſuas vendet, & pauperibus diſtribuet, & Monaſterium ingreſſus jugi ſe pœnitentiæ ſubdet.

Si quis coactus, neceſſitateque aliqua impulſus perjurium commiſerit, in pœnitentia erit quadrageſimis tribus.

Si quis ſeductus ignorans, & poſtea cognoſcit; pœnitentiam aget annum unum, vel quadrageſimas tres, vel dies quadraginta.

Si quis jusjurandum, quo ſe Regi & Domino ſuo adſtrinxerit, violaverit; in Monaſterio pœnitentiam aget omnibus diebus vitæ ſuæ.

Si quis per capillum Dei, aut per caput ejus juraverit; ſi ſemel neſciens fecerit, pœnitens aqua & pane ſeptem dies victitet: ſi ſecundò ac tertio monitus idem fecerit, dies quindecim.

Si per cælum, aut aliquam creaturam, dies item quindecim.

Si quis Deum, vel Beatam Virginem, vel aliquem Sanctum publice blaſphemaverit; pro foribus Eccleſiæ diebus Dominicis ſeptem in manifeſto, dum Miſſarum ſolemnia aguntur, ſtet: ultimoque ex illis die ſine pallio & calceamentis, ligatus corrigia circa collum, ſeptemque præcedentibus feriis ſextis in pane & aqua jejunet, Eccleſiam nullo modo tunc ingreſſurus: ſingulis item ſeptem illis diebus Dominicis tres, aut duos, aut unum pauperem paſcat, ſi poteſt; alioquin alia pœnitentia afficiatur: recuſans Eccleſiæ ingreſſu interdicatur, in obitu Eccleſiaſtica ſepultura careat. Dives a Magiſtratu mulctetur pœna ſolidorum quadraginta, alioquin triginta, ſeu viginti.

PRÆCEPTUM III.

Sabbatha ſanctifices.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUi opus ſervile die Dominico, feſtove fecerit; pœnitentiam aget tres dies in pane & aqua.

Qui die Dominico opus terrenum fecerit, qui navigaverit, aut equitarit; dies ſeptem pœnitentiam aget.

Si quis ante Eccleſias, vel feſto die ſaltationes (quas ballationes vocant) fecerit; emendationem pollicitus, pœnitentiam aget annis tribus. In Græco Codice: Clericus deponatur, Laicus excommunicetur.

Si

Digitized by Google

Si quis pranſus Miſſæ interfuerit, pœnitens erit dies tres in pane & aqua.

Si quis ſacram Communionem ſumſerit poſt aliquam, vel minimam deguſtationem; pœnitentiam aget dies decem in pane & aqua.

Si quis in Eccleſia confabuletur, cum divina fiunt; pœnitens erit dies decem in pane & aqua.

Si quis jejunia a ſancta Eccleſia indicta violaverit, pœnitentiam aget dies viginti in pane & aqua.

In Quadrageſima, carne ſine inevitabili neceſſitate veſcens; in Paſcha non communicet, ac præterea a carne abſtineat.

Qui in Quadrageſima jejunium violaverit; pro uno die aget dies ſeptem.

Si quis jejunium quattuor temporum non cuſtodierit, pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua.

Qui neglexerit in Paſcha ſacram Communionem ſumere, aget pœnitentiam in pane & aqua dies viginti.

PRÆCEPTUM IV.

Habeas in honore Parentes.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUi Parentibus maledixerit, quadraginta dies pœnitens ſit in pane & aqua.

Qui Parentes injuria affecerit, tres annos.

Qui percuſſerit, annos ſeptem.

Qui expulerit, tamdiu pœnitens, quamdiu in impietate permanſerit.

Si quis in eo conſpiraverit, ut Epiſcopi doctrinam, vel præcepta irrideat, vel ſubſannet, aget in pane & aqua pœnitentiam dies quadraginta.

Qua pœnitentia etiam afficiatur ſi quis ita conſpiravit, ut ejus Miniſtrorum præcepta contemnat.

Si quis item Presbyteri, Parochive ſui præcepta irriſerit, pœnitens item erit dies quadraginta in pane & aqua.

PRÆCEPTUM V.

Non occides.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUi Presbyterum occiderit, pœnitentiam aget annos duodecim.

Si quis patrem, aut matrem, fratrem, aut ſororem occiderit toto vitæ ſuæ tempore, non ſuſcipiat Corpus Domini niſi in obitu: abſtineat a carne & vino, dum vixerit: jejunet ſecunda & quarta & ſexta feria.

Qui voluntarie filium, vel filiam ſuam, vel germanum, aut germanam ſuã occiderit; quinque annis extra metas ipſius terræ exul fiat; deinde viginti annis pœniteat.

Quæ mulier filios ſuos necarit; peracta ſeptennali pœnitentia, in Monaſterium detruſa monaſticam vitam perpetuo regulariter aget.

Si quis mulier poſt partum filium, filiamve ſponte interſecerit, pœnitentiam aget annos duodecim, & numquam erit ſine pœnitentia.

Paupercula, ſi ob difficultatem nutriendi id commiſerit, annos ſeptem.

Quæ ſceleris occultandi cauſſa filium necarit; pœnitentiam aget annos decem.

Si qua mulier ſponte abortum fecerit; pœnitentiam aget tres annos: ſi nolens, quadrageſimas tres; item

Mulier partum ſuum perdens voluntarie ante quadraginta dies, pœnitens erit annum: ſi vero poſt quadraginta dies, annos tres: ſi vero poſtquam editus eſt in lucem, tamquam homicida.

Qui nolens filium oppreſſerit: ſi poſt Baptiſmum, pœnitentiam aget dies quadraginta in pane & aqua, oleribus, ac leguminibus: abſtinebit ab uxore dies totidem. Deinde pœnitens erit tres annos per legitimas ferias: tres præterea quadrageſimas in anno obſervabit. Si ante Baptiſmum, quadraginta dies ut ſupra, & quinquennii præterea pœnitentiam explebit.

Cujus parvulus ſine baptiſmo per negligentiam moritur, tres annos pœniteat, unum in pane & aqua.

Cujus filius ſine Confirmationis Sacramento moritur, parentes, quorum negligentia id factum eſt, pœnitentiam agent annos tres.

Si quis explendæ cauſſa libidinis, vel odii meditatione, ut non ex eo ſoboles naſcatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſſet generare, aut concipere; homicida teneatur.

Si mulier maritum ſuum cauſſa fornicationis veneno interſecerit, aut quacumque arte perimere facit; quia dominum & ſeniorem ſuum occidit, ſæculum relinquat, & in monaſterio pœniteat.

Qui mortem ſibi conſciverit; pro eo nulla in Miſſa commemoratio fiat, neque cum Pſalmis ejus cadaver ſepeliatur.

Si quis ſponte hominem occiderit, ad Januam Eccleſiæ ſemper erit, & in obitu communionem accipiat. Si caſu necaverit, pœnitentiam aget annos ſeptem; ex alterius Canonis præſcripto annos quinque.

Si quis hominem necare voluerit, neque hoc ſcelus patrare potuerit; ut homicida pœnitentia afficietur.

Si quis per iram ſubitam, aut per rixam hominem necarit; pœnitentiam aget annos tres.

Qui homicidii auctor fuit ob conſilium, quod dedit, erit in pœnitentiam quadraginta dies in pane & aqua cum ſeptem ſequentibus annis.

Qui inſidiatus eſt alicui, ut ab aliis occidatur, licet ipſe non occiderit, pœnitentiam aget quadraginta dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos obſervabit.

Qui homicidio, quod poſtea factum eſt, conſenſerit, pœnitentiam aget annis ſeptem, tres in pane & aqua. Sin autem voluerit, nec vero potuerit, tres tantum annos.

Si quis aliquem vulneraverit, vel ei aliquod membrum præciderit, pœnitentiam aget uno anno per legitimas ferias: ſique cicatrix gravis eſt, ut vulneratum deformem reddat; quadraginta etiam dies pœnitebit in pane & aqua.

Si quis ictum proximo dederit, nec nocuerit; tridui pœnitentiam aget in pane & aqua: Clericus unius anni, & menſium ſex.

Si quis fratri ſuo, quem oderit, reconciliari non vult, tamdiu in pane & aqua pœnitentiam aget, quoad reconcilietur.

PRÆCEPTUM VI.

aut potius VII.

Non furaberis.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUi ſuratus eſt aliquid de Eccleſiæ ſupellectili, val thaſauro: quod ſuſtulit, redder, & tres carinas cum ſeptem ſequentibus annis pœnitebit.

Qui ſacras reliqnias ſuratus eſt, illis reſtitutis, ſeptem carinas jejunabit.

Pecuniam Eccleſiaſticam ſuratus, quadruplum reddet: ſi quid itam de miniſterio Eccleſiæ sliquo modo ſurripuerit, pœnitans erit annos ſeptem.

Qui Eccleſiam incenderit, illam reſtituet, pœnirentiamqne aget annos quindecim, & pretium det paupetibus.

Itidem qui incendio conſenſerit.

Si quis mslo ſtudio, vel odio, vel ulciſcendæ injuriæ cauſſa incendium commiſerit, committive juſſerit, curaverit, aut incendiario auxilium, vel conſilium ſcienrer dederit; excommunicabitur: ſi mortuus erir, chriſtiana ſepultura carebir. Nec vero abſolvetur, niſi damnum pro ſacultatibus reſarciverit, juratque, ſe in poſterum tale facinus numquam admiſſurum. Pœnitentia præterea hæc ei conſtiructur, ur Hiaroſolymis, aut in Hiſpania in ſervirio Dei totum annum permaneat.

Qui decimam ſibi retinuerit, aut dare neglexerit; quadruplum reſtituet, & pœnitenriam aget dies viginti in pane, & aqua.

Qui ſregerit noſtu alicujus domum, aut aliquid auſeret; pretium reddet, & pœniteotiam aget annum in pane, & aqua: ſi non reddit, annos duos.

Si quis ſurtum de re minori ſemal, aut bis ſecerit; reſtiruta re, pœnitentiam aget annum unum.

Qui ram inventam non reddit, ſurtum cõmittir: idcirco ramquam de ſurto pœnitenriam aget.

Si quis uſuras accipit, rapinam ſacit: ideoque quicumque illam exegerit, pœnitentiam aget annis tribus, uno in pane & aqua.

PRÆCEPTUM VII.

aut potius VI.

Non Mœchaberis.

CANONES PŒNITENTIÆ.

SI Laicus ſolutus cum ſemina ſoluta concubuerit, pœnitens erit annos tres: & quanto ſæpius, tanto majori pœnitentia afficietur.

Uaor conſcio viro mœchata, nec in obitu quidam communicabitur: ſi dignam pœnirenriam egerir, poſt decem annos ſacram communionem ſumet.

Si quis conjugem fornicari conſenſerit; diebus omnibus vitæ in Pœnitentia erit arbitrio periti Sacerdotis.

Vir ſolutus, ſi cum alterius uxora adulterium commiſerit; pœnitentiam aget annos ſeptem, mulier quinque.

Mulier ſolura, cum alterius mariro adulterium patrans, pœnitentia afficietur decennali: ille quinquennali.

Si quis uxorem ſimul & concubinam habuerit; in pœnitentia erit annos ſeptem, & amplius pro ratione culpæ.

Qui cum uxora ſua turpiter concubuerit, pœnitens erit quadraginta dies.

Si quis adoleſcens cum virgine peccaverit, pœnitentiam aget annum unum.

Cum duabus ſororibus fornicatus, pœnitentiam aget toto ſuæ viræ tempore.

Qui inceſtum ſecerir, ei alii annorum duodecim, alii qoindecim, alii decem, alii ſeptem pœnitentiam conſtituunt.

Quicumque Sacerdos ſpititualem filiam violaverit, dignitatis honoram amittat, & perpetuam pœnitentiam aget.

Quicumque Monialem violaverit, pœnitens ſit annis decem.

Presbyter, ſornicationem admiſerit, ſponte conſeſſus pœnitentiam ager annos decem.

Qui cum brutis coierit, pœnitentiam afficietur annorum decem, & diuturniori etiam pro perſonæ conditiona.

Qui contra naturam coiarit, ſi ſervus eſt, ſcopis caſtigabitur, & pœnitebit annos duos; ſi liber eſt, & matrimonio junctus, annos ſeptem: pueri, dies centum: Laicus matrimonio conjunctus, ſi in conſuerudine habet, annos qoindecim: ſi Clericus, de gradu amotus, ut Laicus pœnitentiam aget: qui cum ſratre tale ſcelus admiſerit ab omni carne abſtinebit, pœnitenſque erit annos quindecim: ſi Clericus, diuturniori & graviori pœnitentia afficietur.

Mulier in ſe, aut cum altera fornicans, pœnitentia afficietur duorum annorum. Vir ſe inquinans primo, dies decem; ſi iterum, dies viginti; ſi tertio, dies triginta: ſique nefarie agere perget, pœnitentiæ acceſſio ei fiet: ſi puer, dies quadraginta: ſi major quindecim annis, dies centum.

Qui complexu ſeminæ, val oſculo polluitur, pœnitentiam aget dies triginta; qui contactu inverecundo, menſes tres.

Qui concupiſcit mente, ſed non potuit, dies decem pœnitentiam aget.

Qui turpiloquio, aſpectoque polluitur negligens, nec vero peccare voluit, pœnitantiam ager dies viginti: ſi vero in pugnatione tentationis, & cogitationis inquinatur, pœnirebit item dies viginti.

Quicumque lenocinium exercuerit, pœnitentiam aget annos duos per legirimas ſerias: item qui hoc ſacinus admiſerit, ſacram Communionem non accipiet niſi in fine.

Si quæ mulier ceruſſa, aliove pigmento ſa oblinit, ut aliis viris placeat, pœnitentia afficietur annorum trium.

PRÆCEPTUM VIII.

Nec falſum teſtimonium dices.

CANONES PŒNITENTIÆ.

QUi affirmarit verum quod ſalſum eſt, pœnitentiam aget, ut adulter; ut homicida, qui ſponte id ſacinus admiſerit.

Qui ſalſo teſtimonio conſenſerit, pœnitens erit annos quinque.

Qui

Digitized by Google

Qui proximo ſalſum crimen objecit, pœnitentia afficitur ut ſalſus teſtis.

Si quis facile detraxerit, ſelſumque in hoc dixerit, pœnitens erit dies ſeptē in pane & aqua.

Qui falſitatem fraudemve in ponderibus, & menſuris admiſerit, pœnitens erit in pane & aqua dies viginti.

Felſatius, in pane & aqua pœnitentiam agat quamdiu vivit.

PRÆCEPTUM IX.

Non concupiſces rem proximi tui.

CANONES PŒNITENTIÆ.

REm alienam neſariæ concupiſcens, avaruſque pœnitens erit annis tribus.

Qui rem aliquam proximi pretioſam invenire cupit, ut illam ſibi retineat; mortale peccatum concipit, cujus pœnitentiam aget, ut ſupra dictum eſt de furto.

PRÆCEPTUM X.

Non deſiderabis uxorem proximi tui.

CANONES PŒNITENTIÆ.

SI quis concupiſcit fornicari, ſi Epiſcopus, pœnitens erit annos ſeptem; ſi Presbyter, quinque; ſi Diaconus, vel Monachus tres, e quibus unum in pane & aqua; ſi Clericus, aut Laicus, annos duos.

Si quis in ſomnis ex immundo deſiderio polluitur, ſurgat, & cantet ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, & dies triginta pœniteat.

Si Clericus, aut Laicus ex mala cogitatione, concupiſcentiaque ſemen effuderit, pœnitens erit dies ſeptem.

CANONES PŒNITENTIÆ

De ſeptem Peccatis capitalibus.

PRo capitali, mortalique crimine pœnitentia ſeptem annorum indicitur, niſi peccati gravitas, & perſonæ ſtatus ſeveriorem, diuturnioremque pœnitentiam requirat.

CANONES PŒNITENTIÆ

De gula, & ebrietate.

SAcerdos imprudenter ebrius factus, pane & aqua pœnitentiam aget dies ſeptem: ſi negligenter, dies quindecim: ſi per contemtum, dies quadraginta.

Qui humanitatis gratia alium inebriare cogit, pœnitentiam aget dies ſeptem: ſi per contemtum dies triginta.

Qui ad bibendum invitat pluſquam naturæ ſatis eſt, pœnitentiam agat.

Qui præ ebrietate, & crapula vomitum fecerit, ſi Presbyter, aut Diaconus, pœnitentiam agat dies quadraginta: ſi Monachus aut Clericus, dies triginta: ſi Laicus dies quindecim: ſi Laicus item, a vino, & carne abſtineat dies tres.

Si quis gulæ cauſſa ante horam legitimam jejunium fregerit; duos dies pœnitentiam aget in pane & aqua.

Si quis nimio cibo ſe ingurgitaverit, ut inde dolorem ſenſerit; unum diem pœnitentiam aget in pane & aqua.

CANONES PŒNITENTIÆ

De variis peccatis.

SAcerdos excommunicatus, ſi celebrat, tribus annis pœnitens ſit, hebdomadiſque ſingulis feria ſecunda, quarta & ſexta e vino & carnibus jejunet.

Sacerdos, qui intereſt clandeſtinis deſponſationibus, per triennium ab officii ſui adminiſtratione amovetur.

Qui legata pia Eccleſiæ non ſolvit, uno anno pœnitens erit per legitimas ferias.

Qui vir faciem ſuam transformaverit habitu muliebri, & mulier habitu viri; emendationem pollicitus, annis pœnitens ſit tribus.

Infirmos, aut vinctos viſitare negligens, pœnitentiam aget dies decem pane & aqua victitans.

ANNOTATIO.

OMnes præfatos pœnitentiæ Canones S. Carolus Borromæus ex Decreto Gratiani, ex variis Conciliis, ex Yvone Carnotenſi, Burchardo, aliiſque Canonum collectoribus, ex pœnitentiali Romano collegit, & in ordinem redegit, non ut conſeſſarius ad amuſſim eos ſequatur in imponendis pœnitentiis, ſed ut ex rigore pœnarum, quibus olim infligebantur peccatores, delictorum gravitas pœnitentium animo magis inculcaretur: nam *hodie*, ut dicit S. Antoninus 3. p. tit. 17. cap. 21. §. 5. *ſunt arbitrariæ pœnitentiæ injungendæ pœnitentibus a Confeſſore, & ad arbitrium judicis*, id eſt, *Confeſſoris imponendæ, ut habetur* 26. q. 7. c. Tempora, *& de pœnit. diſt.* 1. *cap.* Menſuram, *& hanc opinionem approbat conſuetudo, & generaliter obſervatur, ut dicit Hoſtienſis in ſumma tit. de pœn. & remiſſ.*

Unde damnata fuit hæc propoſitio ab Alex. octavo: *Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Sacramenti pœnitentiæ, etiamſi plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed abuſu.*

Attamen ut cautius procedat, arbitrium Confeſſarii attendat, ſi velit, inſtructionibus S. Caroli Borromæi infra recenſendis, *de modo imponendæ pœnitentiæ*; & præſertim S. Hieronymi documentum animo teneat in cap. *Menſuram*, ſupra laudato: *Menſuram autem temporis in agenda pœnitentia idcirco non ſatis aperte præfigunt Canones pro unoquoque crimine, ut de ſingulis dicant, qualiter unumquodque emendandum ſit, ſed magis in arbitrio Sacerdotis intelligentis relinquendum ſtatuunt; quia apud Deum non tam valet menſura temporis, quam doloris: nec abſtinentia tantum ciborum, quam mortificatio vitiorum.*

De pœnitentia per legitimas ferias conſtituta, Conſeſſarius animadverret, eo nomine intelligi feriam ſecundam, quartam, & ſextam, Canonum legibus Pœnitentiæ jejunioque præſcriptā.

Carinæ jejunium, quod aliquando pœnitentiali Canone cavetur, id appellatur, quod per qua-

Digitized by Google

quadraginta dies in pana & aqua fiebat, ut ſæpa numero Burcardus interpretatur. Carinam alii dicunt, quidam caranam, alii carentanam, alii quadragenam.

Pœnitentia per tres Quadrageſimas indicta, ita intelligitur, ut cui imponebatur, is in anno pane & aqua jejunaret Quadrageſimas tres, quarum prima aſt ante diem Natalem Domini, altera ante Paſcha Reſurrectionis; tertia, quæ ſcilicet per dies tredecim ante diem feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ agebatur, quemadmodum ex Concilii Saleguſtadienſis decrato perſpici poteſt.

III.

DECRETA
SS. D. N. PAPÆ
ALEXANDRI VII.

Contra varias Propoſitiones in materia Morum.

PRIMUM DECRETUM,
FERIA QUINTA,
Die 24. Septembris 1665.

IN Congregatione Generali S. Rom. & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram SS. D. N. D. Alexandro Div. Prov. Papa VII. ac Eminentiſs. & Reverendiſs. Dominis S. R. E. Cardinalibus Inquiſitoribus a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. audivit non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ diſciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum ſuſcitari, partim noviter prodira, & ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excreſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit, alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem ſi pro recta regula fideles in praxi ſequerentur, ingens areptura eſſet vitæ Chriſtianæ corruptela. Quare, ne ullo umquam tempore viam ſalutis, quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari, ſeu verius perverti contingeret; idem Sanctiſſimus D. N. ut oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro Paſtorali ſollicitudine in rectam ſamitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſimis ac Reverendiſſimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſerio commiſit; qui tantum negotium ſtrenue aggreſſi, eique ſedulo incumbentes, & mature diſcuſſis uſque ad hanc diem infraſcriptis propoſitionibus, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati ſuæ ſigillatim expoſuerunt.

1. Homo nullo umquam ſuæ vitæ tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei, & caritatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir Equeſtris ad duellum provocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare Facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Julii, in Conſiſtorio Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa & tolerata eſt.

4. Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5. Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

6. Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit pœnitenti chartam poſtea legendam, in qua ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in confeſſione, ac proinde non eſt denunciandus.

7. Modus evadandi obligationem denunciandæ ſollicitationis eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante; hic poteſt ipſum abſolvere abſque onere denunciandi.

8. Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licite accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentem, idque poſt decretum Urbani VIII.

9. Poſt Decretum Urbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, per alium ſatiafacere, collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendii ſibi retenta.

10. Non eſt contra juſtitiam pro pluribus ſacrificiis ſtipendium accipere, & ſacrificium unum offerre; neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam juramento firmata, danti ſtipiendum, quod pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confeſſione omiſſa, ſeu oblita ob inſtans periculum vitæ, aut ob aliam cauſſam, non tenemur in ſequenti confeſſione exprimere.

12. Mendicantes poſſunt abſolvere a caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto annuæ confeſſionis, qui confitetur Regulari, Epiſcopo præſentato, ſed ab eo injuſte reprobato.

14. Qui fecit Confeſſionem voluntarie nullam, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.

15. Pœnitens propria auctoritate ſubſtituere ſibi alium poteſt, qui loco ipſius pœnitentiam adimpleat.

16. Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Eſt licitum Religioſo, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem, occidere, quando alius modus defendandi non ſuppetit; uti ſuppetere non videtur, ſi calumniator ſit paratus, vel ipſi religioſo, vel ejus religioni, publice & coram graviſſimis viris prædicta impingere, niſi occidatur.

18. Licet interficere falſum accuſatorem, falſos teſtes, ac etiam Judicem, a quo iniqua certo

Digitized by Google

imminet ſententia, ſi alia via non poteſt innocens damnum evitare.

19. Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehenſam.

20. Reſtitutio a Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Judicis, eo quod ſit pœna.

21. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi officium per alium recitet.

22. Non eſt contra juſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis, quia Collator conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione Beneficii, ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Eccleſiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemtu, vel inobedientia hoc faciat; puta, quia non vult ſe ſubjicere præcepto.

24. Mollities, Sodomia, & Beſtialitas ſunt peccata ejuſdem ſpeciei infimæ, ideoque ſufficit dicere in confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens: Commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro ſe opiniones æque probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber ſit alicujus junioris & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet rejectam eſſe a Sede Apoſtolica tamquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiamſi abſque ulla cauſſa non recipiat legem a principe promulgatam.

Quibus peractis, dum ſimilium Propoſitionum examini cura & ſtudium impeditur, interea idem Sanctiſſimus re mature conſiderata ſtatuit, & decrevit, prædictas propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ut minimum tamquam ſcandaloſas, eſſe damnandas & prohibendas, ſicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputative publice, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, a qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus *Sanctæ Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis Not. &c.*

Loco ✠ Sigilli.

ANno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1665. Indictione tertia, die vero 2. menſis Octobris, Pontificatus vero Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, ſupradictum decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis, per me Carolum Melanum ejuſdem Santiſſimi D. N. Papæ & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

DECRETUM SECUNDUM.

Die 18. Martii 1666.

IN Congregatione Generali Romanæ & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram SS. D. N. D. Alexandro Divina Provid. Papæ VII. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D.D. S. R. Eccl. Cardinal. in Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

S. D. N Pater poſt latum decretum die 24. Sept. proxime elapſi, quo 28. Propoſitiones damnatæ fuerunt, examinatis ſedulo & acurata uſque ad hanc diem infraſcriptis aliis 45. numerum implentibus per plures in Sacra Theologia Magiſtros ac per Eminentiſſimos D. D. Cardinales adverſus Hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores eorum ſuffragia ſigillatim ſuper unaquaque ipſarum audivit.

29. Propoſitio: In die Jejunii qui ſæpius modicum quid comedit, etſi notabilem in fine quantitatem comederit, non frangit jejunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.

31. Excuſantur abſolute a præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.

32. Non eſt evidens, quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in quadrageſima obliget.

33. Reſtitutio fructuum ob omiſſionem Horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque eleemoſynas, quas antea beneficiarius de fructibus ſui Beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.

35. Unico Officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto, pro die præſenti & craſtino.

36. Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis ſuis, quæ ſunt expreſſe revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ a Paullo V. hodie ſunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti Sacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, confitendi quam primum eſt conſilium, non præceptum.

39. Illa particula, *quam primum*, intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.

40. Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantum veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris, & pollutionis.

41. Non eſt obligandus Concubinarius ad ejiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgo *regalo*, dum deficiente illa nimis ægre ageret vitam,

&alıæ

& aliæ Epulæ tædio magno concubinarium afficereus, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum eſt mutuanti aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro anima relictum non durat plus, quam per decem annos.

44. Quoad forum conſcientiæ, reo correcto, ejuſque contumacia ceſſante, ceſſant Cenſuræ.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, uſque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus mature penſatis, idem Sanctiſſimus ſtatuit ac decrevit prædictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ut minimum tamquam ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas; ſicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut de eis etiam diſputative, publice, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, a qua non poſſit (prærerquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi.

Inſuper diſtricte in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus *S. Rom. & Univerſalis Inquiſitionis Not.*

Loco ✠ Sigilli.

ANno a Nativitate D. N. Jeſus Chriſti 1666. Indictione quarta, die vero 23. menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Alexand. Divine Providentia Papæ VII. anno 11. ſupradictum Decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis, per me Carolum Melanum ejuſdem S. D. N. Papæ & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

IV.

DECRETUM
SS. D. N. PAPÆ
INNOCENTII XI.

Contra varias Propoſitiones in materia Morum.

FERIA QUINTA.

Die 2. Martii 1679.

IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Vaticano, coram Sanctiſſimo D. N. D. Innocentio divina Providentia Papa XI. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana, contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus ovium ſibi a Deo creditarum ſaluti ſedulo incumbens, & ſalubre opus in ſegregandis noxiis doctrinarum paſcuis ab innoxiis a fel. record. Alexandro VII. prædeceſſore ſuo inchoatum proſequi volens, plurimas Propoſitiones partim ex diverſis, vel libris, vel theſibus, ſeu ſcriptis excerptas, & partim noviter adinventas, Theologorum plurium examini, & deinde Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D.D. Cardinalibus contra Hæreticam Pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſubjecit. Quibus Propoſitionibus ſedulo & accurate ſæpius diſcuſſis, eorumdem Eminentiſſ. Cardinalium & Theologorum votis per ſuam ſanctitatem auditis. Idem Sanctiſſimus D. N. re poſtea mature conſiderata, ſtatuit & decrevit pro nunc ſequentes propoſitiones, & unamquamque ipſarum, ſicut jacent, ut minimum tamquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicuti eas damnat & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas ſua per hoc Decretum alias Propoſitiones in ipſo non expreſſas, & ſanctitati ſuæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas, ullatenus approbare.

Propoſitiones damnatæ.

1. Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantum utendum non eſt in collatione baptiſmi, ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.

2. Probabiliter exiſtimo, judicem poſſe judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.

3. Generatim, dum probabilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.

4. Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.

5. An peccet moraliter, qui actum dilectionis Dei ſemel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.

6. Probabile eſt, ne ſingulis quidem rigoroſe quinquenniis per ſe obligare præceptum caritatis erga Deum.

7. Tunc ſolum obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſimus.

8. Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem, non eſt peccatum, modo non obſit valetudini, quia licite poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

9. Opus conjugii ob ſolam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

12. Vix in ſæcularibus invenies, etiam in Regibus ſuperfluum ſtatui: & ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tan-

tum ex ſuperfluo ſtatui.

13. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam ineſficaci affectu petere & deſiderare; non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

14. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

15. Licitum eſt filio gaudere de parricidio parentis a ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias, inde ex hæreditate conſecutas.

16. Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundum ſe.

17. Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere.

18. Si a poteſtate publica quis interrogetur; fidem ingenue confiteri, ut Deo & fidei glorioſum, conſulo: tacere, ut peccaminoſum per ſe, non damno.

19. Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus fidei in ſe ipſo ſit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

20. Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum, quem habebat ſupernaturalem.

21. Aſſenſus fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolum probabili revelationis; immo cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

22. Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita remuneratoris.

23. Fides late dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimiliter motivo ad juſtificationem ſufficit.

24. Vocare Deum in teſtem mendacii levis, non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

25. Cum cauſſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

26. Si quis, vel ſolus, vel coram aliis ſive interrogatur, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſſa, ſive quocumque alio fine juret ſe non feciſſe aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, re vera non mentitur, nec eſt perjurus.

27. Cauſſa juſta utendi his Amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, ut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere, ad magiſtratum, vel officium publicum promotus eſt, poterit cum mentali reſtrictione præſtare juramentum, quod de mandato Regis a ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis, eſt cauſſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

30. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis, fugiat.

31. Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

32. Non ſolum licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus:

33. Licitum eſt tam hæredi, quam legatario contra injuſte impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere, ſicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam contra eorum poſſeſſionem injuſte impedientem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile omnem fœtum quamdiu in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permiſſum eſt furari, non ſolum in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occulte heris ſuis ſurripere, ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario quod recipiunt.

38. Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati.

40. Contractus Mohatra licitus eſt etiam reſpectu ejuſdem perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito, cum intentione lucri.

41. Cum numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullus ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quam futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem a mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.

42. Uſura non eſt, dum ultra ſortem aliquid exigitur tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum; ſed ſolum ſi exigatur, tamquam ex juſtitia debitum.

43. Quidni non niſi veniale ſit, detrahentis auctoritatem magnam, ſibi noxam falſo crimine elidere?

44. Probabile eſt non peccare mortaliter qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam & honorem defendat; & ſi hoc non ſit probabile, vix erit ulla opinio probabilis in Theologia.

45. Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, quando temporale non datur tamquam pretium, ſed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale eſt ſolum gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut econtra.

46. Et id quoque locum habet, etiamſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale; immo etiamſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris æſtimetur, quam res ſpiritualis.

47. Cum dicit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, ad Eccleſias promovent; Concilium, vel primo videtur per hoc *digniores*, non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumto comparativo pro poſitivo: vel ſecundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos; non vero dignos; vel tandem loquitur tertio quando fit concurſus.

48. Tam clarum videtur fornicationem ſecundum ſe nullam involvere malitiam, & ſolum

eſſe

Digitized by Google

eſſe malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi diſſonum videatur.

49. Mollities jure naturæ prohibita non eſt, unde ſi Deus non eam interdixiſſet, ſæpe eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.

50. Copula cum conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium, adeoque ſufficit in confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.

51. Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandam virginem, & multoties eidem ſubſervit, deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando; non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.

52. Præceptum ſervandi feſta non obligat ſub mortali, ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemtus.

53. Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo ſacro, qui duas ejus partes, immo quattuor a diverſis celebrantibus audit.

54. Qui non poteſt recitare matutinum, & laudes, poteſt autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.

55. Præcepto communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.

56. Frequens confeſſio & communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.

57. Probabile eſt ſufficere attritionem naturalem, modo honeſtam.

58. Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.

59. Licet ſacramentaliter abſolvere dimidiate tantum confeſſos ratione magni concurſus pœnitentium, qualis V. G. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis aut indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio, dummodo ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem.

61. Poteſt aliquando abſolvi qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt & non vult omittere, quinimmo directe, & ex propoſito quærit, aut ei ſe ingerit.

62. Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda, quando cauſſa aliqua utilis, aut honeſta non fugiendi occurrit.

63. Licitum eſt quærere directe occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali, vel temporali, noſtro, vel proximi.

64. Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia myſteriorum fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium S. Trinitatis & Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

65. Sufficit illa myſteria ſemel credidiſſe.

Quicumque autem cujuſvis conditionis, ſtatus & dignitatis, illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel diviſim, defenderit, vel ediderit, vel de eis diſputative, publice, aut privatim, tractaverit, vel prædicaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ, a qua non poſſit (præter quam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtricte in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub intermiſſione divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus, cujuſcumque conditionis, dignitatis & ſtatus etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant. Tandem ut ab injurioſis contentionibus doctores, ſeu ſcholaſtici, aut alii quicumque in poſterum ſe abſtineant: & ut paci & caritati conſulatur, idem Sanctiſſimus in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuſcriptis, quam in theſibus, diſputationibus, ac prædicationibus caveant ab omni cenſura, & nota, nec non a quibuſcumque conviciis contra eas Propoſitiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec a Sancta Sede recognitæ, ſuper iiſdem Propoſitionibus judicium proferatur.

Franciſcus Ricardus *Sanctæ Romanæ Eccl. & Univerſalis Inquiſitionis Not.*

Loco ✠ Sigilli.

ANno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1679. Indictione quarta, die vero 4. menſis Martii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. noſtri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno 3. ſupradictum Decretum affixum & Publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis & conſuetis Urbis per me Franciſcum Perinum ejuſdem S. D. N. *Papæ* & Sanctiſſimæ Inquiſitionis curſorem.

V.

DECRETA
SS. D. N. PAPÆ
ALEXANDRI VIII.

Contra varias Propoſitiones.

DECRETUM PRIMUM.
FERIA QUINTA.
Die 24. Auguſti 1690.

IN Congregatione generali ſanctæ Romanæ & univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro divina Providentia Papa VIII. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D. D. S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. Alexander Papa VIII. non ſine magno animi ſui mœrore audivit duas Theſes, ſeu Propoſitiones, unam denuo, & in majorem fidelium perniciem ſuſcitari, alteram de novo erumpere. Et cum ſui paſtoralis officii munus ſit, oves ſibi creditas a noxiis paſcuis avertere, & ad ſalutaria ſemper dirigere; dictarum Theſium, ſeu Propoſitionum examen pluribus in ſacra Theologia Magiſtris, & deinde

Eminen-

Eminentiſſimis & Reverendiſſimis D. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſedulo commiſit; qui pluries, re mature diſcuſſa, infraſcriptis Theſibus, ſeu Propoſitionibus, ſuper unaquaque ipſarum, ſua ſuffragia Sanctitati ſuæ ſigillatim expoſuerunt.

I. Bonitas objectiva conſiſtit in convenientia objecti cum natura rationali; formalis vero in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc ſufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative. Hunc homo non tenetur amare neque in principio, nec in decurſu vitæ ſuæ mortalis.

II. Peccatum philoſophicum, ſeu morale, eſt actus humanus diſconveniens naturæ rationali & rectæ rationi: Theologicum vero & mortale, eſt tranſgreſſio libera divinæ legis. Philoſophicum, quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignoret, vel de Deo actu non cogitat, eſt grave peccatum, ſed non eſt offenſa Dei, neque peccatum mortale diſſolvens amicitiam Dei, neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis Sanctiſſimus, omnibus plene & mature conſideratis, primam Theſim, ſeu Propoſitionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam & prohibendam eſſe, ſicuti damnat & prohibet ſub cenſuris & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expreſſis: ſecundam Theſim, ſeu Propoſitionem declaravit ſcandaloſam, temerariam, piarum aurium offenſivam, & erroneam, & uti talem damnandam & prohibendam eſſe, ſicuti damnat, & prohibet; ita ut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam diſputaverit publice, ſeu privatim tractaverit, niſi forſan impugnando; ipſo facto incidat in excommunicationem, a qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi. Inſuper diſtricte, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii, prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis ac ſtatus, etiam ſpeciali & ſpecialiſſime nota dignis, ne prædictam Theſim, ſeu Propoſitionem ad praxim deducant.

Loco ✠ Sigilli.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

24. Auguſt. 1690. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ principis Apoſtolorum, Palatii ſancti Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Franciſcum Perinum SS. D. N. Papæ, & SS. Inquiſitionis Curſorem.

DECRETUM SECUNDUM.

FERIA QUINTA.

Die 7. Decembris 1690.

IN Congregatione Generali S. R. & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtol. Montis Quirinalis coram SS. D. N. D. Alexandro divina Providentia Papa VIII. ac Eminentiſſimis & Reverendiſſimis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SS. Dominus noſter Alexander divin. Providentia Papa VIII. prædictus, pro paſtorali cura ovium a Chriſto Domino ſibi commiſſa, de earum ſalute ſollicitus, ut inoffenſo gradu per rectas ſemitas poſſint incedere, & paſcua nimium pernicioſa in pravis doctrinis exhibita vitare, unius ſupra triginta Propoſitionum examen pluribus in ſacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſimis ac Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus commiſit, qui tantum negotium diligenter aggreſſi, eique ſedulo ac pluries incumbentes, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia ſanctitati ſuæ ſingillatim detulerunt.

Propoſitiones autem ſunt infraſcriptæ, videlicet

1. In ſtatu naturæ lapſæ ad peccatum mortale, & demeritum ſufficit illa libertas, qua voluntarium ac liberum fuit in cauſa ſua peccato originali, & voluntate Adami peccantis.

2. Tametſi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in ſtatu naturæ lapſæ operantem ex ipſa non excuſat a peccato formali.

3. Non licet ſequi opinionem probabilem, vel inter probabiles probabiliſſimam.

4. Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis oblationem Deo, non pro ſolis electis, ſed pro omnibus, & ſolis Fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis nullum omnino accipiunt a Jeſus Chriſto influxum; adeoque hinc recte inferens, in illis eſſe voluntatem nudam, & inermem, ſine omni gratia ſufficienti.

6. Gratia ſufficiens ſtatui noſtro non tam utilis quam pernicioſa eſt, ſic ut proinde merito poſſimus petere: *A gratia ſufficienti libera nos, Domine.*

7. Omnis humana actio deliberata, eſt Dei dilectio, vel mundi: ſi Dei, caritas Patris eſt; ſi mundi, concupiſcentia carnis, hoc eſt, mala eſt.

8. Neceſſe eſt infidelem in omni opere peccare.

9. Re vera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem & diſconvenientiam cum natura, ſine ullo ad Deum offenſum reſpectu.

10. Intentio, qua quis deteſtatur malum, & proſequitur bonum, mere ut cæleſtem obtineat gloriam, non eſt recta, nec Deo placens.

11. Omne, quod non eſt ex Fide Chriſtiana ſupernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum eſt.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides; & etiamſi videantur credere, non eſt Fides divina, ſed humana.

13. Quiſquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, caritate ſi caruerit, vitio non caret, quoties intuitu, licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis.

15. Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur ſine dilectione benevolentiæ Dei propter ſe, non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis.

16. Ordinem præmittendi ſatisfactionem abſolutioni induxit non politia, aut inſtitutio Eccleſiæ,

Digitized by Google

eleſiæ, ſed ipſa Chriſti Lex, & præſcriptio, natura rei id ipſum quomodo diſtaote.

17. Per illsm praxim mox abſolvendi ordo pœnitentiæ eſt inverſus.

18. Conſuetudo moderna quoad adminiſtrationem Seeramenti Pœnitentiæ, etiemſi eam plurimorum hominum ſuſtentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet; nihilominus ab Eccleſia non habetur pro uſu, ſed ebuſu.

19. Homo debet agere tote vite pœnitentiam pro peccato originali.

20. Confeſſiones apud Religioſos factæ, pleræque vel ſacrilegæ ſunt, vel invalidæ.

21. Perochianus poteſt ſuſpicari de Mendicantibus, qui eleemoſynis communibus vivunt, de imponenda nimia levi, & incongrua pœnitentia, ſeu ſatiaſactione ob quæſtum, ſeu lucrum ſubſidii temporolis.

22. Sacrilegi ſunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictia ſuia pœnitentiam egerint.

23. Similiter ercendi ſunt a ſacra communione, quibus nondum ineſt emor Dei puriſſimus, & omnia mixtionis expers.

24. Oblatio in Templo, quæ fiebat a B.M.V. in die Purificationis ſuæ per duos pullos columbarum, unum in holocauſtum, & elterum pro peccatis, ſufficienter teſtatur, quod indiguerit purificatione, & quod Filius, qui offerebatur, etiam macule Matris maculatus eſſet ſecundum verba Legis.

25. Dei Patris ſimulacrum neſas eſt Chriſtiano in Templo collocare.

26. Laus, quæ deſertur Mariæ ut Mariæ, vana eſt.

27. Valuit aliquando Baptiſmus ſub hac forma collatus: *In nomine Patris, &c.* prætermiſſis illis: *Ego te baptizo*.

28. Valet Baptiſmus collatus a Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi obſervat; intus vero in corde ſuo apud ſe reſolvit: *Non intendo quod facit Eccleſia*.

29. Futilis & toties convulſa eſt eſſertio de Pontificis Romani ſupra Concilium Œcumenicum auctoritate, atque in Fidei quæſtionibus infallibilitate.

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Auguſtino clare fundatam, illam abſolute poteſt tenere, & docere, non reſpiciendo ed ullam Pontificis Bullam.

31. Bulla Urbani VIII. *In Eminenti*, eſt ſubreptitia.

Quibus mature conſideratis, idem SS. ſtatuit & decrevit trigeſimam & unam ſupradictas Propoſitiones, tamquam temerarias, ſcandaloſas, male ſonantes, injurioſas, hæreſi proximas, hæreſim ſapientes, erroneas, ſchiſmaticas, & hæreticas reſpective, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet, ita ut quicumque illas aut diviſim, aut conjunctim docuerit, defenderit, ediderit, aut de his etiam diſputative, publice, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, a qua non poſſit (præterquam in erticulo mortis) eb alio quacumque etiam dignitate fulgente, niſi a pro tempore Pontifice Romano exiſtente, abſolvi.

Inſuper diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione divini judicii, omnibus Chriſti Fidelibus, cujuſcumque conditionis, dignitatis & ſtatus, etiam ſpeciali & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquã ipſarum ad praxim deducant. Non intendit tamen Sanctitas ſua per hoc Decretum alias Propoſitiones in majori numero ultra ſupradictas trigeſimam, & unam jam exhibitas, & in hoc Decreto non expreſſes epprobare.

Loco ✠ Sigilli.

Alexander Speronus, S. R. & univerſalis Inquiſitionis Notar. Anno a Nativitate Domini 1690. Indict. XIII. die 20. Decembris, Pontificatus autem SS. D. N. Alexandri divina Providentiæ Papæ VIII. anno 2. ſupradictum Decretum effixum & publicatum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, &c.

S. D. N.

D. CLEMENTIS

DIVINA PROV. PAP. XI.

Confirmatio & innovatio Conſtitutionum Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII.

Adverſus Jauſenianam hæreſim editarum cũ nonnullis Declarationibus pro debita illarum obſervantia adjectis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Univerſis Chriſti Fidelibus, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Vineam Domini Sabaoth, quæ eſt Catholica Eccleſie, pro commiſſo Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere cuſtodire, atque excolere omni ſtudio, atque induſtrie, jugiter ſatagentes, ea, quæ e Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ad ſuccreſcentes in illa pernicioſarum novitatum vepres radicibus evellendos, prudenti ſalubrique conſtituta eſſe noſcuntur, ut quibuſcumque inimici hominis molitionibus dejectis, firmius ſemper, atque exactius obſerventur, Apoſtolici muniminis noſtri præſidio libenter roboramus, atque alias deſuper ſollicitudinis, & providentiæ noſtræ partes interponimus, ſicut omnibus maturæ conſiderationis trutine perpenſis, ad fidelem, ac tutam Orthodoxæ veritatis cuſtodiam, necnon animarum pretioſo Unigeniti Dei filii Domini noſtri Jeſus Chriſti Sanguine redemtarum ſalutem expedire in Domino arbitramur.

Sane poſtquam ſel. rec. Innocentius Papa X. Prædeceſſor noſter per quamdam ſuam deſuper editam Conſtitutionem quinque ſamoſas Propoſitiones ex libro Cornelii Epiſcopi Iprenſis, cui titulus, *Auguſtinus*, excerptas Apoſtolici cenſura judicii, rite confixerat, rec. me. Alexander Papa VII. etiam prædeceſſor noſter ad ejuſ-

modi

modi jam damnatos errores e Chriſti Fidelium mentibus prorſus abolendos, publicæque tranquillitatis perturbatorum ſubtili tectas calliditate machinationes penitus evertendas, prædictam Ionocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem, toto illius inſerto tenore, confirmavit, novarumque declarationum acceſſione conſtabilivit, ſua in id pariter edita Conſtitutione, tenoris, qui ſequitur, videlicet,

Alexander Epiſcopus *Servus Servorum* Dei, Univerſis Chriſti Fidelibus, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad ſanctam Beati Petri Sedem, & Univerſalis Eccleſiæ regimen, inſcrutabili Divinæ Providentiæ diſpoſitione, nullis noſtris ſuffragantibus meritis, evecti, nihil nobis antiquius ex muneris noſtri debito eſſe duximus, quam ut ſanctæ Fidei noſtræ, ac Sacrorum Dogmatum integritati tradita nobis a Deo poteſtate opportune conſuleremus. Ac licet ea, quæ Apoſtolicis Conſtitutionibus abunde fuerunt definita, novæ deciſionis, ſive declarationis acceſſione nequaquam indigeant; quia tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium revocare, vel ſubdolis interpretationibus labefactare non verentur; ne morbus iſte latius divagetur, promtum Apoſtolicæ auctoritatis remedium cenſuimus non eſſe differendum.

Emanavit ſiquidem alias a ſel. rec. Innocentio Papa X. Prædeceſſore noſtro Conſtitutio, Declaratio, & Definitio tenoris, qui ſequitur, videlicet: Innocentius Epiſcopus *Servus Servorum* Dei, Univerſis Chriſti Fidelibus Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum occaſione impreſſionis Libri, cui titulus, *Auguſticus*, Cornelii Janſeoii Epiſcopi Iprenſis, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præſertim in Galliis, controverſia ſuper quinque ex illis; complures Galliarum Epiſcopi apud nos inſtiterunt, ut eaſdem Propoſitiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perſpicuam ferremus ſententiam. Tenor vero præfatarum Propoſitionum eſt prout ſequitur. Prima: Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque illis Gratia, qua poſſibilia fiant. *Secunda:* Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur. Tertia: Ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione. Quarta: *Semipelagiani* admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare. Quiota: *Semipelagianum* eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut Sanguinem fudiſſe.

Nos, quibus inter multiplices curas, quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa imprimis cordi eſt, ut Eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tuto militare, tamquam navis in tranquillo mari, ſedatis omnium tempeſtatum fluctibus ac procellis, ſecure navigare, & ad optatum ſalutis portum pervenire poſſit, pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus, ad id ſpecialiter ſæpius congregatis, ac pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, eaſdem quinque Propoſitiones, ut ſupra, Nobis oblatas fecimus ſigillatim diligenter examinari, earumque ſuffragia, tum voce, tum ſcripto relata mature conſideravimus, eoſdemque Magiſtros, variis coram Nobis actis Congregationibus, prolixe ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet diſſerentes audivimus. Cum autem ab initio hujuſmodi diſcuſſionis, ad Divinum implorandum auxilium, multorum Chriſti Fidelium preces, tum privatim, tum publice indixiſſemus; poſtmodum iteratis eiſdem ferventius, ac per nos ſollicite implorata Sancti Spiritus aſſiſtentia, tandem Divino Numine favente ad infraſcriptam devenimus declarationem, & definitionem.

Primam prædictarum Propoſitionum (Aliqua Dei præcepta hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundum præſentes, quas habent vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque illis Gratia, qua poſſibilia fiant) temerariam, impiam, blaſphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam (Interiori Gratiæ in ſtatu naturæ lapſæ numquam reſiſtitur) hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Tertiam (Ad merendum, & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas a neceſſitate, ſed ſufficit libertas a coactione) hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam (*Semipelagiani* admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana voluntas reſiſtere, vel obtemperare) falſam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam (*Semipelagianum* eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omnino hominibus mortuum eſſe, aut Sanguinem fudiſſe) falſam, temerariam, ſcandaloſam, & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute dumtaxat prædeſtinatorum mortuum fuiſſe, impiam, blaſphemam, contumelioſam, Divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Chriſti fidelibus utriuſque ſexus, ne de dictis Propoſitionibus ſentire, docere, prædicare aliter præſumant, quam in hac præſenti noſtra declaratione, & definitione continetur, ſub cenſuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expreſſis. Præci pimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ut contradictores, & rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas prædictas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, omnino coerceant, & compeſcant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem ſuper prædictis quinque Propoſitionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Janſenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo tertio, pridie Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno nono.

Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli iniquitatis filii prædictas quinque propoſitiones, vel in libro prædicto ejuſdem Cornelii Janſenii non reperiri, ſed ficte, & pro arbitrio compoſitas eſſe, vel non in ſenſu ab eodem intento damnatas fuiſſe, aſſerere, magno cum Chriſti fidelium ſcandalo, non reformident.

Nos, qui omnia, quæ hac in re geſta ſunt,

ſuffi-

ſufficienter, & attente perſpeximus, utpote qui ejuſdem Innocenrii prædeceſſoris juſſu, dum adhne in minoribus conſtitui, Cardinalis munete fungeremur, omnibus illis Congreſſibus interſuimus, in quibus Apoſtolica auctoritate, eadem cauſſa diſcuſſa aſt, ea profecto diligentia, qua major daſiderati non poſſet, quamcumque dubirationem ſuper præmiſſis in poſterum auſarre voiantes, ut omnes Chriſti fideles in ejuſdem fidei unitate ſeſe contineant, ex debito noſtri Paſtoralis Officii, ac matura deliberatione, præinſertam Innocentii prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem, Declarationem, & Definitionem, hatum ſatia confirmamus, approbamus, & innovamus, & quinque illas Propoſitionas ax libro præmemorati Cornelii Janſenii Epiſcopi Ipreuſis, eui titulus *Auguſtinus*, excerptas, ac in ſenſu ab eodam Cornelio Janſenio intento damnatas ſuiſſe declaramus, & definimus, ac uti tales, innſta ſcilicer eadem ſingulis nota, quæ in prædicta declarationa, & definitione unicuiqua illarum ſigillatim inuritur, iterum damnamus, ac eumdem librum ſæpe dicti Cornelii Janſenii, cui titulus *Auguſtinus*, omneſque alios, tam manuſcriptos, quam typis editos, & ſi quos forſan in poſterum edi contigerit, in quibus prædicta ejuſdem Cornelii Janſenii doctrina, ot ſupra, damnata dafenditur, vel aſtruitur, aut defendetur, vel aſtruatur, damnamus itidem, atque probibemus, mandantes omnibus Chriſti fidelibus, ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo, vel ſcripto exponant, vel interpretentur, publice vel privatim, palam, vel occulte imprimant, ſub pœnis, & cenſuris contra hæreticos in jure expreſſis ipſo facto abſqua alia declaratione incurrendis.

Præcipimus igitur omnibus Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, ac Judieibus Eccleſiaſticis, ad quos pertinet, ut præinſertam ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris Conſtitutionem, Declarationem, ac Definitionem, juxta preſentem noſtram determinationem, ab omnibus obſervari faciant, ac inobedientes & rebelles, prædictis pœnis, aliiſque juris & facti remediis, invocato etiam, ſi opus fuarit, brachii ſæcularis auxilio, omnino coerceant. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſexto, decimo ſeptimo Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Subinde vero, quo omnis Apoſtolicarum definitionum eludendarum aditus intercluderecur, memoratus Alexander Prædeceſſor, priſeum Eccleſiæ morem ſecutus, certam edidit formulam ab omnibus Eccleſiaſtici Ordinis tam ſæcularibus, quam ragularibus perſonis ſubſcribendam per aliam ſuam hac in re promulgatam Conſtitutionem tenoris ſequantis, videlicet

Alexandar Epiſcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regiminis Apoſtolici divina Providentia nobis, quamvis immeritis, commiſſi ratio poſtulat, ut ad ea potiſſimum, quæ Catholicæ Religionis integritati, & propagationi, animarumque ſaluti, & Fidelium tranquillitati conſuiera apta & idonea eſſe judicantur, animum & curam omnem, quantum licet, in Domino applicemus.

Quamobrem Cornelii Janſenii hæreſim, in Galiis præſertim ſerpentem, ab Innocentio X. fel. record. Prædeceſſore noſtro fere oppreſſam, ad inſtar colubri tortuoſi, cujus eapur attritum eſt, in varios gyros & eavillationum defluxus euntem, ſingulari Conſtitutiona ad hunc finem adita altero Aſſumtionis noſtræ anno extinguere conati fuimus. Sed ut multiplices Hoſtis hominum generis artes adbibet, nondum plena conſequi potuimus, ut omnes errantes in viam ſalutis redirent, qui tamen unicus erat votorum, & curarum noſtrarum ſcopus, quibus operam, & induſtriam ſuam egregio ſane ſtudio, Venerabiles Fratre noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi Regni Galliæ, earumdem Conſtitutionum Apoſtolicarum exſecutioni præcipua intenti contulerunt, & cariſſimus in Chriſto Filius noſter Rex Chriſtianiſſimus ſingulari pietata auxiliarem dexteram ſtrenuo, ac conſtanciſſimo animo porrexit.

Cum autem præfatus Rex Chriſtianiſſimus eodem Religionis zelo ductus per ſuum in Urbe Oratorem nobis ſignificari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium peſtiferæ hujus contagionis reliquiis exſtirpandis adhiberi poſſe, quam ſi omnes certam Formulam ſubſcriberent noſtra auctoritate firmatam, in qua quinqua propoſitiones ex Cornelii Janſanii libro, cui titulus *Auguſtinus*, excerptas ſincere damnarent, ac proinde illam a nobis quantocius expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omneſque removendos obtentus, flagitaverit.

Nos tam piis dicti Regis Chriſtianiſſimi votis benigne annuendum eſſe ducentes, Formulam infraſcriptam ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, necnon aliis quibuſcumque Eccleſiaſtici Ordinis, tam Regularibus quã Sæcularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & licantiatis, aliiſque Collegiorum Rectoribus, atque Magiſtris ſubſcribi diſtricte mandamus; idque intra tres menſes a die publicationis, ſeu notificationis præſentium: alias contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremiſſibiliter procedi volumus juxta Canonicas Conſtitutiones, & Conciliorum Decrata.

Formula a ſupradictis ſubſcribenda.

Ego N. Conſtitutioni Apoſtolicæ Innocentii X. datæ die 31. Maii 1653. & Conſtitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me ſubjicio, & quinque Propoſitiones ex Cornelii Janſenii libro, eui nomen *Auguſtinus*, excerptas, & in ſenſu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas Conſtitutiones Sedes Apoſtolica damnavit, ſincero animo rejicio, ac damno, & ita juro: Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Decernentes inſuper præſentes litteras, ſemper & perpetuo validas, & efficacas exſiſtere, & fore, ſuoſque plenos, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Sicque per quoſcumqua judices Ordinarios & Delegatos ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibec quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis committimus

& mandamus, ut ſingulis in ſuis Diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictionis ſubjectis præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque exſequantur, & exſecutioni mandari ac obſervari ab omnibus curent; & inobedientes, quoſcumque per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, omnino compellant.

Volumus autem, ut præſentium tranſumtis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica coſtitutæ munitis eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtram Conſtitutionem, & ordinationem infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Paulli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, quinto decimo Kalendas Martii, Pontificatus noſtri anno decimo.

Sic equidem cauſſa finita eſt, non tamen ſic, ut par erat, finitus eſt error Apoſtolico toties mucrone percuſſus. Neque enim defuere, nec adhuc deſunt homines veritati non acquieſcentes, & numquam Eccleſiæ contradicendi finem facientes, qui variis diſtinctionibus, ſeu potius effugiis ad circumventionem erroris excogitatis, Eccleſiam ipſam turbare, eamque interminatis quæſtionibus, quantum in ipſis eſt, involvere, & implicare conantur, quodque deterius eſt, ipſamet Apoſtolicæ Sedis decreta redarguendis eorum pravis ſenſibus condita, ac præſertim quaſdam piæ memoriæ Clementis Papæ IX. die 19. Januarii 1669. ad quattuor Galliæ Epiſcopos, necnon binas ſimilis memoriæ Innocentii Papæ XII. etiam prædeceſſorum noſtrorum die 6. Febr. 1694. & die 24. Nov. 1696. ad Epiſc. Belgii in forma Brevis reſpective datas litteras, in erroris ſui patrocinium advocare, temerario plane auſu, non erubeſcunt; perinde ac ſi memoratus Clemens prædeceſſor, qui eiſdem fuit litteris, ſe Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum Conſtitutionibus ſupradictis firmiſſime inhærere, ac a dictis quattuor Epiſcopis veram, & totalem obedientiam, adeoque Formulæ a præfato Alexandro prædeceſſore, ſicut præmittitur, editæ ſincera per eos ſubſcribi voluiſſe declaravit aliquam in tam gravi negotio exceptionem, ſeu reſtrictionem, quam nullam prorſus ſe umquam admiſſurum fuiſſe proteſtatus fuit, re ipſa admiſiſſet; dictus vero Innocentius XII. prædeceſſor, dum ſapienter, ac provide prædictas quinque Propoſitiones ex memorato libro Janſenii excerptas in ſenſu obvio, quem ipſamet Propoſitionum verba exhibent, ac præ ſe ferunt, damnatas eſſe pronunciavit, non de ipſomet obvio ſenſu, quem in Janſenii libro habent, quive ab eodem Janſenio intentus, ac a præfatis Innocentio X. & Alexandro VII. prædeceſſoribus damnatus fuit, ſed de alio quopiā diverſo ſenſu cogitaſſet, dictaſque Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum Conſtitutiones temperare, reſtringere, aut alio quovis modo immutare voluiſſet iiſdem ipſis litteris, quibus eas in ſuo robore fuiſſe, & eſſe, ſeque illis firmiter inhærere verbis apertiſſimis aſſerebat.

Præterea iidem inquieti homines ſparſis undequaque ſcriptionibus, ac libellis, exquiſita ad fallendum arte compoſitis, non ſine gravi Apoſtolicæ Sedis injuria, maximoque totius Eccleſiæ ſcandalo docere non ſunt veriti; ad obedientiam præfatis Apoſtolicis Conſtitutionibus debitam non requiri, ut quis prædicti Janſeniani libri ſenſum in antedictis quinque Propoſitionibus, ſicut præmittitur, damnatum, interius, ut hæreticum, damnet, ſed ſatis eſſe, ſi ea de re obſequioſum (ut ipſi vocant) ſilentium teneatur. Quæ quidem aſſertio, quam abſurda ſit, & animabus fidelium pernicioſa, ſatis apparet, dum fallacis hujus doctrinæ pallio non deponitur error, ſed abſconditur; vulnus tegitur, non curatur; Eccleſiæ illuditur, non paretur; & lata demum filiis inobedientiæ via ſternitur ad fovendam ſilentio hæreſim; dum ipſam Janſenii doctrinam, quam ab Apoſtolica Sede damnatam Eccleſia Univerſalis exhorruit, adhuc interius adjicere, & corde improbare detrectant.

Quin etiam eo impudentiæ nonnullos deveniſſe compertum eſt, ut veluti naturalis honeſtatis, nedum Chriſtianæ ſinceritatis obliti, aſſerere non dubitaverint, præfatæ Formulæ a memorato Alexandro prædeceſſore præſcriptæ ſubſcribi licite poſſe, etiam ab iis, qui interius non judicant, prædicto Janſenii libro doctrinam hæreticam contineri. Quaſi vero, contra quam ſcriptum eſt: Qui loquitur veritatem in corde ſuo, Et: Qui jurat proximo ſuo, & non decipit; hujuſmodi erroris ſectatoribus liceat Eccleſiam ipſam jurejurando decipere, ſimulque Apoſtolicæ Sedis providentiam fallere; dum ejuſdem Formulæ conceptis verbis loquuntur quod Eccleſia loquitur; quod tamen ſentit ipſa, non ſentiunt; ſeque parere Conſtitutionibus Apoſtolicis profitentur, quibus animo contradicunt.

Hinc eſt, quod ad opportunum, & efficax tam exitiali morbo, qui ut cancer ſerpit, & quotidie in deterius vergit, remedium adhibendum, non minus demandatæ nobis omnium Eccleſiarum ſollicitudinis debito, quam plurimorum venerabilium Fratrum noſtrorum diverſarum partium, ac præſertim Regni Galliarum Epiſcoporum zelo, ac precibus excitati; ne hujuſmodi praxi homines Catholicæ Eccleſiæ pacem ſubvertere impune pergant, & ſimplicium, ac puſillorum mentibus imponere, docentes quæ non oportet; neve ullus, apud eos quoque bona, ut ajunt, fide, ac falſis rumoribus decipi ſe fortaſſe patiuntur, de mente, ac ſententia Apoſtolicæ Sedis amplius ambigendi ſuperſit locus; Divino prius, tam privatis noſtris, quam publice indictis precibus, implorato præſidio, ac re mature diſcuſſa, de nonnullorum S. R. E. Cardinalium conſilio, auditiſque complurium in Sacra Theologia Magiſtrorum ſuffragiis, primo quidem præinſertas Innocentii X. & Alexandri VII. prædeceſſorum Conſtitutiones, omniaque, & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, approbamus, & innovamus.

Ac inſuper, ut quævis in poſterum erroris occaſio penitus præcidatur, atque omnes Catholicæ Eccleſiæ filii Eccleſiam ipſam audire, non tacendo ſolum (nam & impii in tenebris conticeſcunt) ſed & interius obſequendo, quæ vera eſt Orthodoxi hominis obedientia, condiſcant; hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione:

ne: Obedientiæ, quæ præinsertis Apoſtolicis Conſtitutionibus debetur, obſequioſo illo ſilentio minime ſatisfieri; ſed damnatum in quinque præfatis Propoſitionibus Janſeniani libri ſenſum, quem illarum verba præ ſe ferunt, ut præfertur, ab omnibus Chriſti fidelibus ut hæreticum, non ore ſolum, ſed & corde rejici, ac damnari debere; nec alia mente, animo, aut credulitate ſupradictæ Formulæ ſubſcribi licite poſſe; ita ut qui ſecus, aut contra quoad hæc omnia, & ſingula ſenſerint, tenuerint, prædicaverint, verbo, vel ſcripto docuerint, aut aſſeruerint, tamquam præfatarum Apoſtolicarum Conſtitutionum tranſgreſſores, omnibus, & ſingulis illarum cenſuris, & pœnis omnino ſubjaceant, eadem auctoritate Apoſtolica decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus.

Decernentes pariter eaſdem præſentes, & præinſertas litteras ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exſiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri & obtinere. Sicque per quoſcumque judices ordinarios & delegatos ubique judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum Ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus, & Judicibus Eccleſiaſticis, ad quos pertinet, committimus, & mandamus, ut ſinguli, in ſuis reſpective Diœceſibus, ac locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis, ipſas præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque exſequantur, & exſecutioni mandari, & obſervari ab omnibus curent, & inobedientes, & rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas præfatas, aliaque juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio, omnino coerceant, & compellant.

Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ & dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ ipſis Originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtræ Confirmationis, Approbationis, Innovationis, Decreti, Declarationis, Statuti, & Ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinto, decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

J. Card. Prodatarius.

F. Oliverius.

Viſa de Curia C. A. Fabronus.

Loco ✠ Plumbi.

VI.

S. D. N. DOMINI CLEMENTIS Divina Providentia PAPÆ XI.

Præceptum ſuper omnimoda, abſoluta, integra, & inviolabili obſervatione eorum, quæ alias a Sanctitate ſua in cauſſa rituum, ſeu Cæremoniarum Sinenſium decreta fuerunt,

Cum rejectione quarumcumque rationum, ſeu excuſationum ad ejuſmodi Decretorum exſecutionem declinandam allatarum, ac præſcriptione Formulæ Juramenti per Miſſionarios illarum Partium præſentes, & futuros hac in re præſtandi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EX illa die, qua, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, Catholicæ Eccleſiæ gubernacula, hoc eſt, munus ſua amplitudine graviſſimum, ac temporum iniquitate moleſtiſſimum, Deo ſic diſponente, ſuſcepimus: nihil Nobis manum clavo admoventibus antiquius fuit, quam acerrimas contentiones jampridem in Imperio Sinarum inter Apoſtolicos illarum partium Miſſionarios exortas, ſemperque in dies magis invaleſcentes, tam circa quaſdam voces Sinicas ad Sanctum, & ineffabile Dei nomen exprimendum inibi uſurpatas, quam circa nonnullos earum Gentium Ritus, veluti ſuperſtitioſos a quibuſdam ex Miſſionariis prædictis reprobatos: ab aliis vero, utpote eos civiles tantum aſſerentibus, permiſſos, Apoſtolici Judicii cenſura opportune dirimere, ut ſublatis diſſidiis, Chriſtianæ Religionis, Catholicæque Fidei propagationem turbantibus, omnes tandem id ipſum dicerent in eodem ſenſu, & in eadem ſententia, unoque ore glorificaretur Deus ab iis, qui ſanctificati ſunt in Chriſto JESU.

Hoc conſilio Reſponſa illa, quæ ad varias quæſtiones ſuper ejuſmodi rebus excitatas, prævio diuturno examine dudum, videlicet tempore fel. rec. Innocentii Papæ XII. Prædeceſſoris inchoato, ac deinde juſſu noſtro per plures annos continuato, auditiſque utriuſque partis rationibus, necnon complurium Theologorum, & Qualificatorum ſententiis a Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Cardinalium in tota Republica Chriſtiana Generalium Inquiſitorum adverſus Hæreticam pravitatem auctoritate Apoſtolica deputatorum data fuerunt; Nos die xx. Novembris MDCCIV. eadem auctoritate confirmavimus, & approbavimus.

Ea autem, quæ in reſponſis hujuſmodi decreta fuerunt, ſunt quæ ſequuntur: *Cum Deus Optimus Maximus congrue apud Sinas vocabulis Europæis exprimi nequeat: ad eumdem verum Deum ſignificandum, vocabulum* Tien Chu, *hoc eſt, Cæli Dominus, quod a Sinenſibus Miſſionariis Fidelibus longo, ac probato uſu receptum eſſe dignoſcitur, admittendum eſſe: Nomina vero* Tien *Cælum, &* Xang Ti, *ſupremus Imperator, penitus rejicienda;*

Idcirco Tabellas cum inſcriptione Sinica King Tieo, *Cælum colito, in Eccleſiis Chriſtianorum appendi, ſeu jam appenſas in poſterum & imbi retineri permittendum non eſſe.*

Ad hæc nullatenus, nullaque de cauſſa permittendum eſſe Chriſti fidelibus, quod præſint, miniſtrent, aut interſint ſolemnibus Sacrificiis, ſeu Oblationibus, quæ a Sinenſibus in utroque Æquinoctio cujuſcumque anni Confucio, & Progenitoribus Defunctis fieri ſolent, tamquam ſuperſtitione imbutis. Similiter nec eſſe permittendum, quod in Ædibus Confucii, quæ Sinico nomine Miao *appellantur, iidem Chriſti fideles exerceant, ac peragant Cæremonias, Ritus, & Oblationes, quæ in honorem ejuſdem Confucii fiunt, tum ſingulis menſibus in Novilunio, & Plenilunis a Mandarinis, ſeu primariis Magiſtratibus, aliiſque Officialibus, & litteratis: tum ab iiſdem Mandarinis, ſeu Gubernatoribus, ac Magiſtratibus, antequam dignitatem adeant, ſeu ſaltem poſt ejuſdem poſſeſſionem adeptam: tum denique a Litteratis, qui poſtquam ad gradus ſunt admiſſi, e veſtigio ad Templum, ſeu Ædem Confucii ſe conferunt.*

Præterea non eſſe permittendum Chriſtianis in Templis, ſeu Ædibus Progenitoribus dicatis oblationes minus ſolemnes eiſdem facere, nec illis miniſtrare, aut quodlibet inſervire, vel alios Ritus, & Cæremonias peragere.

Item nec eſſe permittendum præfatis Chriſtianis Oblationes, Ritus, & Cæremonias hujuſmodi coram Progenitorum Tabellis in privatis Domibus, ſive in eorumdem Progenitorum Sepulchris, ſive antequam Defuncti Sepulturæ tradantur, in eorum honorem fieri conſuetas, una cum Gentilibus, vel ſeorſim ab illis peragere, eiſque miniſtrare, aut intereſſe; immo prædicta omnia, utpote quæ, perpenſis hinc inde deductis, nec non diligenter, ac mature diſcuſſis omnibus, ita peragi comperta ſunt, ut a ſuperſtitione ſeparari nequeant, Chriſtianæ Legis cultoribus ne quidem permittenda eſſe præmiſſa publica, vel ſecreta proteſtatione ſe non religioſo, ſed civili, ac politico tantum cultu erga Defunctos illa præſtare, nec ab eis quidquam petere, aut ſperare.

Non tamen per hæc cenſendam eſſe damnatam præſentiam illam, ſeu aſſiſtentiam mere materialem, quam cum Gentilibus ſuperſtitioſa peragentibus, citra ullam ſive expreſſam, ſive tacitam geſtorum approbationem, ac quovis Miniſterio penitus ſecluſo, eiſdem ſuperſtitioſis actibus quandoque præſtari contingat a Chriſtianis, cum aliter odia, & inimicitiæ vitari non poſſunt; facta tamen prius, ſi commode fieri poterit, proteſtatione, ac ceſſante periculo ſubverſionis.

Demum permittendum non eſſe Chriſti fidelibus Tabellas Defunctorum Progenitorum in ſuis privatis domibus retinere juxta illarum partium morem, hoc eſt, cum inſcriptione Sinica, qua Thronus, ſeu Sedes Spiritus, vel Animæ N. ſignificetur, immo nec cum alia, qua Sedes, ſeu Thronus, adeoque idem, ac Priori, licet magis contracta inſcriptione, deſignari videatur. Quod vero ad Tabellas ſolo Defuncti nomine inſcriptas, tolerari poſſe illarum uſum, dummodo in eis conficiendis omittantur omnia, quæ ſuperſtitionem redolent, & ſecluſo ſcandalo, hoc eſt, dummodo qui Chriſtiani non ſunt, arbitrari non poſſint Tabellas hujuſmodi a Chriſtianis retineri ea mente, qua ipſi illas retinent, nec non adjecta inſuper declaratione ad latus ipſarum Tabellarum apponenda, qua & quæ ſit Chriſtianorum de Defunctis fides, & qualis filiorum, ac Nepotum in progenitores pietas eſſe debeat, enuncietur.

Per præmiſſa nihilominus non vetari, quominus erga Defunctos peragi poſſint alia, ſi quæ ſint, ab iis gentibus peragi conſueta, quæ vere ſuperſtitioſa non ſint, nec ſuperſtitionis ſpeciem præ ſe ferant, ſed intra limites civilium, & politicorum Rituum contineantur. Porro quænam hæc ſint, & quibus adhibitis cautelis tolerari valeant, tum pro tempore exſiſtentis Commiſſarii, & Viſitatoris Generalis Apoſtolici, ſeu ejus vices exercentis in Imperio Sinarum, tum Epiſcoporum, & Vicariorum Apoſtolicorum illarum partium judicio relinquendum eſſe, qui tamen interea omni, quo poterunt, ſtudio, ac diligentia curare debebunt, ut Gentium Cæremoniis penitus ſublatis, illi ſenſim a Chriſtianis, & pro Chriſtianis hac in re uſu recipiantur Ritus, quos Catholica Eccleſia pro Defunctis pie præſcripſit.

Poſt hæc vero labente fere ſexennio, nempe die 25. Septembris 1710. auditis iterum dictorum Cardinalium, qui rem mature, ac diligentiſſime diſcuſſeront, ſuffragiis, eadem reſponſa, nec non mandatum, ſeu decretum, quod illis expreſſe inhærendo a piæ record. Carolo Thoma, dum vixit, ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali de Tournon nuncupato, tunc Patriarcha Anthiocheno, Commiſſario, & Viſitatore Apoſtolico Generali in præfato imperio Sinarum die 25. Januarii 1707. editum fuit, ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectabat, inconcuſſe, & inviolabiliter ſub cenſuris, & pœnis in mandato, ſeu decreto hujuſmodi expreſſis obſervanda eſſe decrevimus & declaravimus, quovis contrafaciendi quæſito colore, ſeu prætexto penitus ſublato, ac potiſſimum non obſtante quacumque appellatione a quibuſvis perſonis ad nos, & Sedem Apoſtolicam interpoſita, quam propterea prorſus rejiciendam eſſe ſimiliter decrevimus, ac re ipſa rejicimus, prout in decreto hac de re edito fuſius continetur.

Hæc omnia plene, & abunde ſufficere debuiſſent, ut ea, quæ inimicus homo ſuperſeminaverat, zizania ex agro illo radicitus evellerentur, fideleſque omnes noſtris, & hujus Sanctæ ſedis mandatis, ea, qua par erat, humilitate, & obedientia obſequerentur: præſertim cum in calce reſponſorum prædictorum dictorum a nobis, ſicut præmittitur, confirmatorum, & approbatorum cauſſam jam finitam eſſe apertis, & perſpicuis verbis pronuntiatum fuerit.

Verum cum, ſicuti ex eiſdem partibus, non ſine intimo animi noſtri dolore, ad noſtri pervenit Apoſtolatus auditum, tam enixe a nobis præſcripta reſponſorum hujuſmodi exſecutio male a pleriſque ſive vano, falſoque obtentu, quod illa a nobis ſuſpenſa fuerit, vel minus legitime promulgata: ſive conditionum, ut perperam aſſeritur, in eis inſitarum, & ante executionem ipſam verificandarum, factorumve, ſuper quibus ipſa emanarunt, non juſtificatorum ratione, ſive ulteriorum a nobis ea in re edendarum declarationum colore, ſive gravium, quæ tam miſſionariis, quam miſſioni ipſi ex demandata exſecu-

tione

Digitized by Google

tione obvenite poſſent, periculorum ſormidlne: ſive demum dectetl dudum, nempe die 23. Mattii 1656. ſuper hujuſmodi ritibus ſeu, cæremoniis Sinicis a Præſata Congregatione Cardinalium editi, ac a record. mem. Alexandro Pepa VII. prædeceſſore noſtro approbati prætextu: non ſine gravi Pontificiæ noſtræ auctoritatis injnria, Chriſti fidelium ſcandalo, ac ſalutis animarum detrimento, ſatia diu, multumqne eludatur, aut ſaltem nimium retardetut.

Hinc eſt, quod nos, ex commiſſæ nobis Divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, difficultetes, tergiverſationes, ſubtetſugia, & prætextus hujuſmodi penitus, & omnino e medio tollere, ac rejicere, nec non Chriſti fidelium quiati, animarumque ſaluti, quantum nobis ex alto conceditur, proſpicere cupientes, de eorumdem Cardinalium conſilio, ac atiam motu proprio, & ex cetta ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudina, omnibus & ſingulis Archiepiſcopia, & Epiſcopia in ſupradicto Sinarum Imperio, aliiſque ei conterminia, ſive adjecentibus Regnis, ac Provinciis nunc, & pro tempore quandocumque exſiſtentibns, ſub ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: eorum vero Officialibus, ae Vicariis in ſpiritualibus generalibus, aliiſque illorum locorum ordinis, ac etiam Vicarils Apoſtolicis, qui Epiſcopi non ſint, eorumve Provicarils, nec non Miſſionariis tam ſæcularibus, quam cujuſvis Otdinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam JESU, Regularibus, ſub Excommunicationis latæ Sententiæ, a qua nemo a quoquam, præterquam a nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exſiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolvi poſſit: & quoad Regulares etiam privationis vocis activæ & paſſivæ pœnia per contraſacientes ipſo ſacto abſque alia declaratione incurrendis, tenote præſentium præcipimus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus, ut reſponſa præinſerta, omniaque, & ſingula in eis contenta exacte, integre, & abſolute, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervent, ac ab eis, quorum cura ad illos ſpectat, ſimiliter obſervarl, quantum id ipſis eſt, curent, & faciant, neque illis ſive ullo ax ſuperius expreſſis, ſive alio quovis titulo, cauſſa, occaſione, colore, vel prætextu conttavenite quoquo modo audeant, vel præſumant.

Præterea motu, ſcientie, deliberatione, & poteſtetis plenitudine paribus, harum ſerie ſtatuimus, & ſub eiſdem Excommunieationis teſervetæ, ac privationis vocis activæ & paſſivæ pœnis otdinamus, ut omnea, & ſinguli Eccleſiaſtici tam Sæculares, quam prædictorum Otdinum, Congregetionum, Inſtitutorum, & Societarum, etiam JESU, Regulares, ad Sines, aliave præfata Regna, & Provincias, ſive ab hac Sancta Sede, ſive etiam ab eorum Superioribus miſſi, & quandocumque in poſterum mittendi, cujuſvis tamdem tituli, aut facultatis vigore illic exſiſtaot, vel in futurum exſtiterint: miſſi ſcilicet, ſtatim ac præſentes litteræ eis innotuerint, mittendi vero, antequam ibidem aliquod Miſſionarii munus exercere incipiant: Juramentum de fideliter, integre, ac inviolabiliter obſervando ejuſmodi præcepto, ac Mandato noſtro juxta formulam in præſentium litterarum calce adnotandam, in manibus Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici in præſato Imperio Sinarum pro tempore exſiſtentis, vel alteties ab illo deputati, ſive, eo deficiente, in manibus Epiſcoporum, vel Vicatiotum Apoſtolicorum dictarum partium, in quorum reſpective juriſdictione commorantut, vel commorabuntur, aut aliorum ab eis deputatorum. Regulares vero in manibus inſuper Superiorum ſuæ Religionis, vel ab illis deputetorum in eiſdem pattibus exſiſtentium, præſtare omnino debeant, ac teneantur: ita ut ante præſtationem Juramenti hujuſmodi, & ſubſcriptionem ſub eadem formula ab unoquoque, qui Juramentum ipſum præſtiterit, propria manu faciendam, nullum Miſſionarii munus continuare, aut exercere, immo nec tamquam deputeti ab Epiſcopis, ſeu Ordinariis Locorum, aut tamquam ſimplices ſuæ Religionis Presbyteri, ſive alio quovis titulo, cauſſa, ſeu privilegio, de quibus expreſſa, ſpecialis, & ſpecialiſſima eſſet facienda mentio, Chriſti fidelium confeſſiones audire, concionari, aut Sacramenta quomodolibet adminiſtrare ullo modo valeant, nulliſque omnino facultatibus, ſive ſibi ſpeciatim, ſive ſuis reſpective Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam JESU, hujuſmodi generaliter a Sede prælata conceſſis uti poſſint; ſed quoad eos præter, & ultra ſuperius expreſſas pœnas, omnes, & ſingulæ facultates prædictæ omnino ceſſant, nulliuſque roboris ſint, & eſſe cenſeantur.

Omnia autem Juramenta hujuſmodi per quoſcumque Miſſionarios tam Sæculares, quam Regulares in memoratorum ſive Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici pro tempore exſiſtentis, ſive Epiſcoporum, aut Vicariorum Apoſtolicorum manibus, ſicut præmittitur, præſtanda, poſtquam ſubſcriptione munita fuerint, vel ſaltem authentica illorum exempla per eoſdem Commiſſarium, & Viſitatorem Apoſtolicum pro tempore exſiſtentem, Epiſcopos, & Vicarios Apoſtolicos præſatam Congregationem Cardinalium, quantocitius fieri poterit, tranſmittantur.

Superiores vero Regulares cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, etiam JESU, illic nunc, & pro tempore exſiſtentes, ſub eiſdem pœnis teneantur, non ſolum idem Juramentum in præſatorum ſive Commiſſarii, & Viſitatoris Apoſtolici pro tempore exſiſtentis, ſive Epiſcoporum, aut Vicariorum Apoſtolicorum manibus, juxta modum ſupra præſcriptum, præſtare, ejuſque formulæ ſubſcribere; ſed etiam illius præſtationem a ſuis reſpective ſubditis exigere, ac authentica ea ſuper re documenta quamprimum tranſmittere ad ſuos reſpective Superiores Generales, qui illa memoratæ Congregationi Cardinalium ſtatim tradere debebunt.

Decernentes eaſdem præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exſiſtant, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, cauſſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, aut alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauſu, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis, nullo umquam tempore

de

Digitized by Google

de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitaris vitio, ſen intentionis noſtræ, vel intereſſe hsbentium conſenſus, eliove quolibet, etiem quamıumvis magno, & ſubſtantiali, ac inexcogitato, & inexcugitabili, individuamqun expreſſionem requirente defectu notari, impugneri, infringi, invalidari, retractari, in controverſiem vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu edverſus illas eperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentati, vel impetrati, eut impetrato, ſeu etiem motu, ſcientia, & poteſtetis plenitudine paribus conceſſo, vel emenato, quempiam in judicio, vel extra illud, uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe; ſed ipſas præſentes Litteras ſemper firmas, velidas, & efficaces exſiſtere, & fore, ac quibuſcumque juris, ſeu facti defectibus, qui edverſus illss, etiam quorumvis a Sede præfata conceſſorum privilegiorum prætextu, ed effectum impediendi, ſeu retardandi esrum exſecutionem, quovis modo, ſeu ex quavis cauſſa opponi, ſeu objici poſſent, minime refragantibus, ſuos plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, eaſque propterea omnibus, & ſingulis quomodolibet ellatis, ſen afferendie impedimentis penitue, & omnino tejectis, ec nequaquam attentis, ab illis, ed quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſſsrum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardineles, etism de Latere Legstos, & præfstæ Sedis Nuncios, alioſve quoslibet quacumque præeminentiæ, & poteſtate ſungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & Inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritste, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ec in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus; nec non quorumcumque Ordinum, Congregstionum, Inſtitutorum, & Societatum, etiam JESU, ec quarumvis Eccleſiarum, & sliis quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate elia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ec præſcriptionibus quamtumcumque longiſſimis, & immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam JESU, ac Eccleſiie prædictis, eliiſve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis a Sede prædicta ex quacumque cauſſa, etiam per viam contractus, & remunerationie, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritentibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientie, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quarumcumque perſonarum, etism Imperiali, Regali, aliave qualibet mundana, vel Eccleſiaſtice dignitete fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu elias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ee quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & invocatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individue, ac de verbo ed verbum, non autem per clauſulss genereles idem importentes, mentio, ſeu quavis alie expreſſio habenda, eut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis elies in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecieliter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma autem juramenti, ſicut præmittitur, præſtandi eſt, quæ ſequitur, videlicet: *Ego N. Miſſionarius ad Sinas, vel ad Regnum N. vel ad Provinciam N. a Sede Apoſtolica, vel a Superioribus meis juxta facultates eis a ſede Apoſtolica conceſſas miſſus, vel deſtinatus, Præcepto, ac Mandato Apoſtolico ſuper Ritibus, & Cæremoniis Sinenſibus in Conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini* CLEMENTIS *Divina Providentia Papæ XI. hac de re edita, qua præſentis Juramenti formula præſcripta eſt, caututa, at mihi per integram ejuſdem Conſtitutionis lecturam optime noto, plene, ac fidelitar parebo, illudque exacte, abſolute, ac inviolabiliter obſervabo, & abſque ulla tergiverſatione adimplebo; ſi autem (quod Deus avertat) quoquo modo contravenerim, toties quoties id evenerit, pœnis per prædictam Conſtitutionem impoſitis me ſubjectum agnoſco, & declaro. Ita tactis Sacroſanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.*

Ego N. manu propria.

Ceterum volumus, & expreſſe mandamus, ut eædem præſentes litteræ, ſeu earum exempla, etiam impreſſa, notificentur, & intimentur omnibus, & ſingulis memoratorum Ordinum Congregationum, Inſtitutorum, & Societstum, etiam JESU, Superioribus generalibus, & Procuratoribus generalibue, ad hoc, ut tam ſuo, quam prædictorum eis reſpective ſubditorum, ſeu inſeriorum nomine, ipſas Litteres fideliter exſequi, & obſervere ſpondeant, actumque ſponſionis hujuſmodi in ſcriptis reddant. Earum vero exempla prædicta pluribus viis, quantocius fieri poterit, tranſmittant ad eoſdem ſuos ſubditos, ſeu inferiores in Sinis, aliiſque Regnis, & Provinciis ſupradictis degentes, cum arctiſſimis præceptis eaſdem litteras, & in eis contenta quæcumque plenarie, & integre, ac vere, realiter, & cum effectu in omnibus, & per omnia ſimiliter exſequendi, & obſervandi. Quia vero difficile foret Litteras hujuſmodi originales ubique oſtendi, & publicari, volumus pariter & decernimus illarum tranſumtis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 19. Martii 1715. Pontificatus noſtri anno 15.

F. Oliverius.

DECRE-

VII

DECRETUM
SS. D. N. PAPÆ
GREGORII XV.

De Cultu & Cæremoniis Malabaricis.

GREGORIUS XV.

Ad futuram rei memoriam.

Romanæ Sedis Antiſtes, in qua diſpoſitione incommutabili Divina altitudo univerſalis Eccleſiæ, conſtituit Principatum, auctoritatem a Chriſto per B. Petrum Apoſtolorum culmen ad ædificationem ſibi traditam intelligens, ita Providentia invigilat, ut quotics fidei Catholicæ propagationi aliquid conducere cernit, ita indulgendo providest, donec res decerni, & in perpetuum conſteni valeat, prout in Domino conſpicit ſslubriter expedire. Cum itaque ſicut nobis dilecti filii Præpoſiti Generalis Societatis Jeſu nomine expoſitum fuit, Brachmanes, aliique Orientalis Indiæ Gentiles, difficile propterea adducant ad Chriſti fidem amplectendam, quod dimittere nolint lineas, & Curumbyna nuncupata, quia nobilitatem, & progeniem ac civile cujuſque munus agnoſci perhibent, neque ſandalia, & lavationibus abſtinere, quoniam ad corporis ornatum, & munditiam pertinere putant. Nos quantum ſine Dei offenſione, & populorum ſcandalo licet, eorum converſioni conſulere cupientes, multa ac ſolerti præmiſſa diſcuſſione, votiſque auditis venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium adverſus hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum, humanæ infirmitatis uſque ad aliam noſtram & Sedis Apoſtolicæ deliberationem Brachmanibus, aliiſque, ut ſupra, Gentilibus converſis, & convertendis ad fidem, ut ad ſtirpes diſcriminandas, & in ſignum politicæ nobilitatis & officii lineæ, & Curumbyna aſſumere & deferre, atque ſandalis pro elegantia, ac lavationibus pro munditia corporis uti poſſint, per Apoſtolicam auctoritatem tenore præſentium indulgemus, dummodo ad omnem ſuperſtitionem expurgandam, eaque tollenda, quæ ſcandalum præbere feruntur, infraſcriptas leges & conditiones obſervent.

Lineam & Curumbynum non accipiant in Templis Idolorum, neque, ut hactenus factum eſſe dicitur, ab eorum Miniſtro Joſim, ſive alio eum nomine vocent, neque a legis concionatore, vel Magiſtro, quem Botum, ſeu aliter appellant, nec ab alio quovis infideli homine, ſed a Sacerdote Catholico, qui ea benedicat luſtrali aqua, ac piis precibus ab ordinario loci pro tota Diœceſi approbandis, atque ſuper lineam præſertim recitandis, ut infra, factaque in manibus ipſius Sacerdotis fidei profeſſione ſuſcipiant; ita tamen, ut cum traditur linea, non appendatur; ut mos eſſe fertur in pollice dexteræ conſerentis, nec inferior lineæ pars manu ſiniſtra ejuſdem capiatur, nec dextera ipſa elevetur, ut pravum omne myſterium, ſi quod his cæremoniis intenditur, prorſus cum illis aboleatur, neque eam ſuſcepturi, Fani Miniſtro, ſi talis conſuetudo adſit, erudiendi tradant; cum pietatis cultores inſtitui non debeant ab impietatis Magiſtris: orationes, ſi quæ dici ſolent, ſive Manſeu, ſive Hienhopavidæ, aut alio nomine vocentur, in lineæ aut Curumbyni traditione, & multa diligentia perdiſci nullomodo addiſcantur, aut recitentur: ſicuti enim tamquam perniciosiſſima figmenta diaboli per præſentes damnantur, atque anathematizantur; ita ſempiterna oblivione obrui ac deleri debent. Sacrificia quoque, ſi qua uſurpari conſueverunt in lineæ ſeu Curumbyni ſuſceptione, fieri neutiquam poſſint, & generaliter Ritus omnes, & cæremoniæ & preces, quæ, ut ſartur, gayteres & Sandiæ vocantur, & alia quæque ante actum & in ipſo actu, vel poſt, quandocumque obſervari recitativa conſuetæ, diſtricta prohibentur; non tradant, nec ſumant, nec ferant lineam tribus filis compoſitam, in honorem, ut fieri quidam aiunt, trium ſuæ gentis Deorum, nec nodum, quo fila colligantur, aut Curumbynum ejuſque nexum in Brame, aut Parthamiſnei, aut alterius cujuſcumque idoli venerationem, nec ad alium quemvis Gentilium finem, ſed lineam in memoriam tantum & obſequium ſanctæ & individuæ Trinitatis, recitata omnino ſuper illam in ejus ſuſceptione ejuſdem ſanctiſſimæ Trinitatis oratione, eamque, & Curumbynum ſimpliciter in ſignum civilis nobilitatis & officii, ac familiarum diſtinctionem, quod dantes, & recipientes in ipſo actu juxta formam ab ordinario loci, ut infra præſcribendam, expreſſe proteſtant, neque ad lineam quidquam appendatur, quod idololatriam aut ſuperſtitionem, ut ab aliquis fieri aſſeritur, quoquo modo redoleat. Si quid tamen appendi placeret, per quam laudabile eſſet, ut vel ſanctiſſimæ Crucis, vel Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel beatiſſimæ Virginis, ſeu alia quæque religioſa Imago appenderetur. Lineam ſi ſponte fregerint, nec in pœnitentia peregrinentur, nec pro ea recipienda, convivia, aut alia, ſi quæ fieri ſolita ſunt, ſolemnia faciant. Nullis & precibus, vel cæremoniis adhibitis, quidquid antehac feciſſe dicantur, lineam & Curumbynum reſumant, ſi quovis alio modo amiſerint, & reſumere voluerint. Cum ad Deum ſupplicationes fundunt, lineam quaſi ex obligatione præ manibus, ut fama eſt, eos habere, non habeant funiculo, ſeu mungi, ut vocant, ſi quo per aliquot dies, ut fertur, ante lineæ aſſumtionem præcincti incedunt, amplius non utantur, cum nobilitatis ſtemma non ſit, ſed ſuperſtitioſa ad lineam capeſcendam præparatio. Qui fidem jam ſuſceperunt, & lineas & Curumbyna habent ſuperſtitioſo ſibi ritu collata, nova, obſervatis iis, quæ præſentibus litteris præcipiuntur, aſſumant, prioribus lineis confractis, & combuſtis: omnia enim ſandala, cujuſmodi lineæ & Curumbyna fuerunt, ſententia Domini adjudicata ſunt igni: idque ipſum efficiatur ab illis, qui fidem amplexuri de cætero ſunt, antequam ſacra abluantur unda. Curumbyni nodus, ſi lavandi cauſſa, ſeu qualibet alia ſolvatur, id ob commodum, non ad aliquem finem ſuperſtitio-

ſum

ſum fiat, & cum religatur, orationes, ſi quæ in eo actu dici aſſuetæ ſunt, omnino omittantur. Sandalis ed civile ornamentum corporis tantummodo utantur, abſtinentes prorſus ab ea materia & forma, ab eaque parte corporis ungenda, unde cujuſcumque Idoli cultus denotari dicitur. Lavacre non alia occaſione & fine, quam corporis reficiendi, & a naturalibus ſordibus mundandi permittantur, rejectis tamen penitus orationibus & ritibus circa tempus, modum, & alia, ſi quæ adhiberi ſolent ſive ante ablutionem, ſive poſt, ſive in ablutione ipſa alia complura in omnibus ſupradictis eſſe poſſunt, quæ ſuperſtitionem ac Gentilitatem præ ſe ferant, aut Deum, & proximum verbo, vel facto, aut aliter offendant, & tamen noſtram notitiam effugerint. Ea igitur univerſa & ſingula, auctoritate & tenore prædictis damnamus, ac diſtrictiori quam poſſit umquam excogitari modo prohibemus, eum civilem tantummodo prædictorum uſum, a qualibet, vel leviſſima culpa aut macula, nedum ab impuriſſima ſuperſtitionis labe purgatum, defecatumque permittere intendamus. Præcipimus idcirco, ut Brachmanes aliique Gentiles ſupradicti ad finem politicum dumtaxat, ſe his conceſſionibus uſuros, & omnia, quæ præſentibus litteris damnantur & interdicuntur, damnare, rejicere, ac penitus ſe repudiare coram ordinario loci aut proprio parocho, ſi copia ſit, alioquin coram Chriſtiano Sacerdote juxta formam ab eodem ordinario præſcribendam proteſtentur. Verum qui hactenus receperunt fidem, cum primum hæc eis innotuerint, & qui poſt hac recepturi ſunt, antequam ad Baptiſmum admittantur, ſi ejus ætatis ſint, ut uſum habeant rationis, ſin minus, cum ad eam ætatem pervenerint. Inſuper per viſcera Chriſti Jeſu hortamur, & rogamus, ac pro ea, qua fungimur, auctoritate ſtrictiſſime jubemus, ne Prædicatorum inſignium & aliorum, quæ permittuntur occaſione, novella Chriſti germina cum membris diaboli commiſceantur in eis quæ ſuperſtitionem, atque abrenunciatum idolorum cultum quomodolibet ſapiunt: fierent enim eis poſteriora deteriora prioribus, cum melius fuiſſet illis non cognoviſſe viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum eſſe converſos. Eos denique qui mundana, hoc eſt inani & citiſſime peritura nobilitate gloriantur, etiam atque etiam obteſtamur & obſecramus, ut memores ſe factos eſſe membra ejus corporis, cujus caput eſt ille, qui mitis eſt & humilis corde, & qui non reſpicit perſonam hominum, in communi conſortio, præcipue autem in Eccleſiis, ubi humillima debet eſſe converſatio noſtra, obſcuros, & viles genere non deſpiciant, ſeorſum ab eis audiendo divina, & Sacramenta percipiendo: qui enim eodem verbo paſcuntur, eodemque recreantur, atque ejuſdem Regni futuri ſunt conſortes, diverſis in locis ſtare, aut aſſidere, quaſi pro inferioris conditionis hominum dedignatione in domo Dei, quæ eſt Eccleſia, non decet; ſatiuſque eſt cum humilibus reſpici, quam cum altis a longe cognoſci; atque ad modicum tempus hujuſmodi contemtibilibus aggregari, quam in æternum contemtoribus ſeparari de medio juſtorum: atque ita decernimus, & mandamus in omnibus, quæ præcepta, aut prohibita, vel denegata ſupra ſunt, donec aliud fuerit a nobis, & ab Apoſtolica ſede proviſum, inviolabiliter obſervari, non obſtantibus in contrarium quibuſcumque; volumus autem, ut præſentium tranſumtis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 31. Januarii 1623. Pontificatus noſtri anno ſecundo...... S. Cardinalis S. Suſannæ.

Locus ✠ Piſcatoris.

VIII.

DECRETUM

EMINENT. D. CARD.

DE TOURNON

Patriarchæ Antiocheni, Vicarii Apoſtolici, & Legati *a Latere*, in Indiis Orientalibus.

Contra ſuperſtitiones Malabaricas.

CArolus Thomas Maillard de Tournon Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Patriarcha Antiochenus SS. D.N.D. Clementis Divina providentia Papæ XI. Prælatus Domeſticus, ejuſque Pontificio ſolio aſſiſtens, nec non ſanctæ Romanæ univerſalis Inquiſitionis ſuper hæretica pravitate Conſultor, ac in Indiis Orientalibus & Sinarum Imperio, finitimiſque Inſulis Commiſſarius Viſitator Apoſtolicus, cum facultate Legati de Latere, &c.

Inter graviores, quibus premimur, curas pro Apoſtolici Viſitatoris munere, nobis licet tanto oneri imparibus, ea ſane eſt præcipua, cum nos huc miſſos eſſe conſideramus ad expurgandum Dominicum Agrum a zizaniis novella Chriſti germina ſuffocantibus, & de alienis peccatis rationem eſſe reddituras, qui æternam Dei ultionem pro noſtris numquam ſatis expiandis jure formidamus: quamobrem ſtatim ac ad has Indiarum oras appulimus, mentis noſtræ oculos per vaſtiſſimas iſtas Orientales Regiones circumferentes, dum corpus pertinaci morbo jaceret detentum, Miſſionum neceſſitates undique inquirere curavimus, ut iiſdem pro viribus de opportuno remedio proſpiceremus. Et quidem merito inter primas noſtræ ſollicitudini, occurrerunt novæ Domini vineæ in Regnis Mandrenſi & Maiſſur, recentiuſque Carnatenſi, iiſdem fere legibus parique labore ab Evangelicis Societatis Jeſu operariis Luſitanis & Gallis plantatæ, ubi inter Ethnicorum atque Gentilium perſecutiones, ac inter tot vitæ aſperitates videntes germinatos Evangelii palmites aſſiduis Miſſionariorum ſudoribus irrigari, illuc ſane fuiſſemus non minus laboris, quam gaudii in Chriſto Jeſu participes eſſe vehementer cupientes, niſi ab hoc nobis diuturna infirmitas prohibuiſſet. Quod autem per nos ipſos immediate obtinere non licuit, exhibitum erga nos & ſanctam Sedem Apoſtolicam obſequium a Patribus Venantio Bouchet Carnatenſis Miſſionis

Superio-

Superiore, & Carolo Michaele Bartholdo Madurenſe Miſſionario, viris doctrina & propagandæ fidei zelo præſtantibus opportuna ſuppeditavit: enim vero cum ab illis in moribus, lingua & Religione iſtarum Regionum ex longa in his vitæ conſuetudine apprime verſatis plura certius cognoverimus, quæ eoſdem palmites enerves reddunt, & fructu vacuos, ut pote qui Gentilium vanitatibus magis inhæreant, quam viti, quæ eſt Chriſtus, in multo experimento tribulationis abundantis gaudii noſtri fuit. Rebus itaque maturo examini ſuppoſitis, dictiſque Patribus ore tenus, ac in ſcriptis ſæpe auditis, atque Dei ope publicis precibus implorata, ut fidei puritati ſpiritualique Chriſtianorum provectui ſalubriter in Domino conſulamus, atque fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata in Spiritu Sancto, ad præſens Decretum auctoritate Apoſtolica, etiam cum facultate, qua fungimur, Legati de Latere devenimus.

Et a Sacramentorum adminiſtratione exordium ſumentes diſtricte prohibemus, ne in baptizandis tam pueris, quam adultis cujuſcumque ſexus & conditionis omittantur Sacramentalia; ſed omnia palam adhibeantur, & ſignanter ſaliva, ſal & inſufflatio, quæ ex Apoſtolica traditione Catholica Eccleſia recepit, ac ob recondita in his ſacris cæremoniis divinæ erga nos bonitatis myſteria ſancte & inviolabiliter cuſtodivit, Decreto ſanctæ univerſalis Romanæ Inquiſitionis de anno 1656. pro Sinis facto, ob diverſas rationes & circumſtantias minime obſtante.

Item præcipimus, ut juxta laudabilem Eccleſiæ conſuetudinem ſemper imponantur baptizando a baptizante nomen alicujus ſancti in Martyrologio Rom. deſcripti, omnino interdictis nominibus idolorum, vel falſæ Religionis pœnitentium, quibus Gentiles utuntur, & Neophyti hactenus appellari conſueverant, antequam aſſent per Baptiſmum divinæ gratiæ renati.

Nec Parochis, ſeu Miſſionariis ſub quovis prætextu liceat crucis, ſanctorum & rerum ſacrarum nomina per tranſlata immutare, nec ea alio idiomate explicare niſi Latino, vel ſaltem Indico, quatenus voces hujus Regionis Latinæ ſignificationi liquido, & ad amuſſim reſpondeant.

Et quia audivimus Baptiſmum infantium ex Chriſtianis parentibus ortorum, eorumdem incuria ſæpe ſæpius protrahi non ſine maximo dictorum infantium ſalutis diſcrimine; monemus Evangelicos operarios, ut ſacrorum Canonum memores, terminum breviorem quam fieri poſſit, attentis circumſtantiis, genitoribus præfigant, graviter eorum conſcientiam onerantes, niſi filios intra præfixum tempus ad Eccleſiam deferant ſacro fonte abluendos.

Præterea cum moris hujus regionis ſit, ut infantes ſex, vel ſeptem annorum, interdum etiam in teneriori ætate ex genitorum conſenſu matrimonium indiſſolubile de præſenti contrahant, per impoſitionem Talli, ſeu aureæ teſſeræ nuptialis collo penſilis, Miſſionariis mandamus, ne hujuſmodi irrita matrimonia inter Chriſtianos fieri permittant, nec ſponſos ſic conjunctos cohabitare ſinant, donec completa legitima ætate, & explorato eorum conſenſu, in faciem Eccleſiæ juxta formam a ſancto Concilio Tridentino præſcriptam, verum & Canonicum matrimonium contraxerint.

Et quoniam apud peritiores impiæ illius Religionis ſectatores Talli præſefert imaginem, licet informem Pillearis, ſive Pillaiaris Idoli nuptialibus cæremoniis propoſiti, cumque dedeceat Chriſtianas mulieres talem effigiem collo deferre in ſignum matrimonii; diſtricte prohibemus, ne imposterum audeant Talli cum hac effigie collo appendere; & ne uxores innuptæ videantur, poterunt uti alio Talli, vel ſanctiſſimæ Crucis, vel Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel Beatiſſimæ Virginis, vel alia quavis religioſa Imagine ornato; & cum ſuperſtitione non careat funiculus centum & octo filis compoſitus, & croceo ſucco delinitus, quo plerique dictum Talli collo appendunt, prohibemus etiam dictorum filorum numerum & unctionem.

Cæremoniæ etiam nuptiales juxta harum Regionum morem tot ſunt, tantæque ſuperſtitione maculatæ, ut tutius remedium aptari non poſſet, quam eas omnino interdicendo, cum undique nova Gentilitatis labe ſcateant, & difficillimum ſit eas a ſuperſtitioſis omnino expurgare: at vero ut faciliori converſionum viæ, & Neophytorum commodo, quantum fieri poteſt, in Domino indulgeamus, Miſſionariis, & præcipue Miſſionum Superioribus injungimus, ut novis adhibitis diligentiis, ſeveriorique calculo ſuperſtitioſa omnia a dictis cæremoniis expungant; ita ut nihil inultum relinquatur, quod Chriſtianam pietatem offendat, & Gentilium ſuperſtitionem redoleat; & ſignanter præter eas, quas audivimus jam ſtatutas in hac materia ab iiſdem Miſſionariis reformationes.

Ramus arboris Arecciomaram omnino ferculatur.

Ferculorum numerus, non minus ac cibi præſcripta qualitas varietur; circuli ſuper caput ſponſorum ad tollenda maleficia omittantur.

Et quod de ferculis diximus, de luteis vaſis ibidem adhiberi ſolitis a nobis dictum & prohibitum intelligatur. Fructus etiam dictus Coco, ex cujus fractione proſperitatis, vel infortunii auſpicia Gentiles temere ducunt, vel omnino a Chriſtianorum nuptiis rejiciantur, vel ſaltem, ſi illum comedere velint, non publice, ſed ſecreto, & extra ſolemnitatem aperiatur ab iis, qui Evangelica luce edocti ab hujuſmodi auſpiciorum deliramentis ſunt alieni.

Nullus rite, & ſufficienter diſpoſitus arceatur a Sacramento Pœnitentiæ ad peccatorum remiſſionem tamquam inſtrumento divinæ miſericordiæ a Chriſto Domino inſtituto, & ſignanter mulieres menſtruali morbo laborantes, non attentis diebus purificationis juxta morem Gentilium, cum hæc Sacramentalis vera animæ purificatio, & non alia ſit attendenda a Chriſti fidelibus, eorumque Paſtoribus, quibus propterea non liceat nec per ſeipſos, neque per Catechiſtas, nec per alios quoſcumque dictis mulieribus prohibere acceſſum ad Eccleſiam, vel ad confeſſarium, durante dicta infirmitate, & dicto purificationis tempore.

Dedecet etiam Chriſtianæ virginis honeſtatem prima vice dicto morbo laborantis, illum cognatis, vicinis & amicis notum facere ac inverecunde publicare, iiſque Ethnicorum more, & ritu in ejus domum collectis ſuper re tam ſordida feſtum inſtituere; quocirca hujuſmodi celebritates, & ritus orthodoxis puellis penitus interdicimus, & abolemus, Miſſionariiſque injungimus, ut non ſolum eas, verum etiam genitores moneant, quam diſſona ſit virginei pu-

doris legibus hujuſmodi obſcœna conſuetudo, quæ a Gentilium impudentia videtur inducta, ut ita labeſacta verecundia puellarum eas effrenate ad libidinem provocare valeant.

Ferre pariter non poſſumus, quod a medicis ſpiritualibus pro animarum ſalute ea caritatis officia denegentur, quæ medici Gentiles nobilis etiam generis, ſeu Caſtæ, pro corporis ſalute præſtare dedignantur, infirmis licet abjectæ & infimæ conditionis vulgo dictis *parias*.

Quapropter diſtricte mandamus Miſſionariis, ut quantum in ipſis erit, nemini e Chriſtianis ægrotis, quantumvis parias & vilioris, ſi adeſſent, generis hominibus deſideranda relinquatur in infirmitate copia confeſſarii, & ne ingraveſcentibus morbis cum graviſſimo vitæ temporalis periculo æternæ coſulere cogantur. Iiſdem Miſſionariis præcipimus, ne infirmos hujuſmodi conditionis ad Eccleſiam deferendos exſpectent, ſed cunſultius domos, ubi ægrotant, pro viribus petant ad eos inviſendos, ac piis ſermonibus, & precibus, Sacramentorumque pabulo recreandos, atque demum eos in extremo vitæ diſcrimine conſtitutos ſancto infirmorum oleo deliniant abſque perſonarum, aut ſexus acceptione, expreſſe damnantes quamcumque praxim huic Chriſtianæ pietatis officio contrariam.

Non ſine maximo animi noſtri mœrore accepimus etiam Chriſtianos tympanorum pulſatores, tibicines aut alterius cujuſcumque Muſici inſtrumenti ſonatores ad Idolorum feſtivitates, & ſacrificia accerſiti ad ludendum, & interdum etiam cogi ob quamdam ſervitutis ſpeciem erga publicum ab ipſis contractæ per hujuſmodi artis exercitium, nec facile eſſe Miſſionariis eos ab hoc deteſtabili abuſu avertere: quocirca conſiderantes quam gravem rationem eſſemus Deo reddituri, ſi hujuſmodi Chiſti fideles a dæmoniorum honore & cultu pro viribus non revocaremus; illis probibemus, ne impoſterum audeant nec in pagodis, nec extra eum occaſione ſacrificiorum, tum quarumcumque ſolemnitatum ſuperſtioſo cultu imbutarum, ſonare, aut canere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, cum nullomodo liceat Chriſti famulis Belial inſervire; ideoque Miſſionarii non ſolum eos monere teneantur de præfata prohibitione, verum etiam illam omnino exſecutioni demandare, & contrafacientes ab Eccleſia expellere, donec ex corde reſipiſcant, & publicis pœnitentiæ ſignis patratum ſcandalum emendaverint.

Declaramus præterea Pontificiam Conſtitutionem Gregorii Papæ XV. incipientem: *Romanæ Sedis Antiſtes*, ad petitionem Patrum Societatis Jeſu editam, qua indigenis Chriſti fidelibus lavacra, non alia occaſione & fine, quam corporis reficiendi, & a naturalibus ſordibus mundandi ab Apoſtolica Sede permittuntur, interdictis tempore & modo, quibus a Gentilibus adhibere ſolent, æque afficere Evangelicos operarios, quibus propterea non liceat ſub quacumque alia cauſſa, & fine etiam ad effectum, ut exiſtimentur *Sænias*, ſeu Brachmanes præ ceteris dediti hujuſmodi ablutionibus illis, uti, præſertim ſtatutis eorum horis, & ante, vel immediate, poſt quamcumque ſacram functionem.

Cineres ibidem ex vaccæ ſtercore confectos, & impiam Gentilium pœnitentiam a Rutren inſtitutam redolentes benedicere, eoſque fronti ſacro Chriſmate delinitæ impingere, ſive alia quæcumque ſigna albi, vel rubei coloris, quibus Indi ſuperſtitioſiſſimi in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deferre prohibemus: mandantes ut ſanctæ Eccleſiæ conſuetudo, piique ritus cineres benedicendi, illiſque Chriſtianorum caput cruce ſignandi ad humanæ infirmitatis memoriam recolendam, religioſe ſerventur, tempore ac modo ab Eccleſia præſcripto, ſcilicet feria quarta Cinerum, & non alias.

Et demum quia ex librorum de falſa religione, & de rebus obſcœnis, ſuperſtitiuſiſque tractantium lectura venenum, ut plurimum ſerpere ſolet ad cor fidelium, quo non minus fidei puritas offenditur, quam mores corrumpantur, magnopere commendantes zelum ac ſtudium Miſſionariorum, qui libros ſanam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, rerumque ſacrarum monumenta continentes, pro Indorum Chriſti fidelium eruditione in Linguam Malabaricam, ſeu Tamulicam tranſtulere, vel novos pro illorum commodo, & inſtitutione compoſuerunt; iiſdem Chriſti fidelibus expreſſe interdicimus fabuloſos Gentilium libros, eoſque legere & retinere prohibemus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, niſi prius habita licentia Parochi, ſive Miſſionarii curam animarum exercentis, quorum prudentiæ committimus facultatem ſuper hoc diſpenſandi, & libros (qui forte ſunt) noxia ſuperſtitione vacuos, & nihil contra bonos mores tractantes pro Chriſtianorum uſu ſeligendi, eorumque lecturam permittendi.

Ea igitur univerſa & ſingula auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis damnamus, ac diſtrictiori, quo poſſumus, modo prohibemus, mandantes Patri Provinciali Provinciæ Malabaricæ ceteriſque Superioribus Societatis Jeſu in Indiis Orientalibus, ut hoc noſtrum Decretum notificent ſingulis Miſſionariis, ſive aliis quibuſcumque curam animarum exercentibus ſibi ſubjectis, illudque perpetuo, & inviolabiliter exſequi faciant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ quoad Provinciales & Superiores, & ſuſpenſionis a divinis ipſo facto incurrendæ quoad ſubditos contra facientes, ſeu aliter permittentes: atque ita decernimus & mandamus in omnibus, donec aliud ſuerit ab Apoſtolica Sede, vel a Nobis ejuſdem auctoritate proviſum, inviolabiliter obſervari, non obſtantibus quibuſcumque, &c.

Et ne ex his, quæ expreſſe præcepta, vel prohibita a nobis ſuere, tacitum quid deducere valeat in reliquis praticari ſolitis in iſtis Miſſionibus noſtrum aſſenſum, ſeu approbationē (cum plura forſan reformatione digna noſtram cognitionem effugerint, & alia maturius examen poſtulantia indeciſa remanſerint) hanc interpretationem omnino rejiciens, & menti noſtræ contrariam declaramus. Volumus autem juſtis de cauſſis, ut hoc noſtrum Decretum afficiat, & pro publicato habeatur poſt illius traditionem a noſtro Cancellario faciendam Patri Guidoni Tachard Vice-Provinciali Patrum Gallorum Societatis Jeſu in Indiis, cui propterea in virtute ſanctæ Obedientiæ onus injungimus quattuor ſimilia exemplaria tranſmittendi ad Patrem Provincialem Provinciæ Malabaricæ, ac ad Patres Superiores Miſſionum Madurenſis, Mayſur, & Carnatenſis, quibus poſt bimeſtre, & reliquis Miſſionariis poſt trimeſtre a die conſignationis faciendæ dicto Patri Tachard idem Decretum pro publicato, & notificato pariter habea-

Digitized by Google

habeatur. Datum Pontichery in ſancta Viſitatione Apoſtolica hac die 23. Junii 1704. & publicatum dia 8. Julii ejuſdem anni 1704. per traditionem ſactam coram Illuſtriſſimo Reverendiſſimo D. per me Cancellarium infraſcriptum Reverendo P. Guidoni Tachard, Patrum Gallorum Societatis Jeſu in Indiis Orientalibus Superiori, præſentibus Reverendis Patribus Franciſco Laynes Superiore Miſſionis Madurenſis, ac Venantio Bouchet Superiore Miſſionis Carnatenſis.

Carolus Thomas Patriarcha Antiochenus Viſitator Apoſtolicus.

Andræas Candela ſanctæ Viſitationis Apoſtolicæ Cancellarius,

IX.

EPISTOLA ENCYCLICA,

Cleri Gallicani in Comitiis generalibus Pariſiis Congregati, anno 1657.

Ad univerſos Galliæ Epiſcopos,

Ex Gallico idiomate Latine redditur.

ITa ſanctum, ita venerandum habetur ſancti Caroli Borromei nomen, ut ad quarumvis inſtructionum caput inſpicere ſit ſatis, quæ mox ab omnibus diſciplinam Eccleſiaſticam diligentibus libenti animo acceprentur: enim vero eo tempore, Deo ſic diſponente, naſus eſt, quo dici potuit obſcuratum eſſe aurum, mutatumque colorem optimum, argentum purum in ſcoriam verſum, myſtici corporis membra langueſcere, cor eorum mœrens morti proximum videri, cæcos alios ducere cæcos, tabernaculum Domini ruinam undequaque minari, & vix inveniri quemquam, qui ne manum ſupponeret aptus eſſet.

Hierem, Iſai.

Iis eloquiis cum Prophetis utimur, ut Infelicem expendamus Eccleſiæ ſtatum, qui erat ea ætate, qua Deus Magnum orbi dedit Carolum Borromeum: eum enim ab utero matris velut Nazaræum ſegregavit, & a tenerrimis annis cultui ſuo devotum voluit, ac dicatum: eum ſui amoris implevit igne, qui omnes concupiſcentiæ flammas extinxit, quique in eo novi hominis innocentiam, qua in baptiſmate indutus fuerat, perpetuo ſervavit: eum ad ſupremum propemodum dignitatis Eccleſiaſticæ culmen, decus nempe purpureum provexit, & anno ætatis ſuæ 22. ſuper Eccleſiæ Mediolanenſis Cathedram collocavit, ut in hac ampliſſima diœceſi, totaque provincia adhuc adoleſcens adimpleret miniſterium, quod alii experientia probati etiam ſuſcipera formidaſſent. Purpura ornabatur quidem, ſed non excæcabatur; nec auctoritate Cardinaliciæ dignitatis, vel regiminis ſuavitate a cura animarum ſibi a Deo commiſſarum averti potuit; ſplandorem inter, & omnes Romanæ Curiæ delicias, ad ſuam Mediolanenſem Eccleſiam continuo cordis ſuſpirio trahebatur; Avunculi tamdem morte, confractis a Deo quibus quaſi duro in exilio alligabatur funibus, in ſuam diœceſim convolavit, reſidentiam, quam, niſi Canonicis de cauſſis nuſquam impoſterum intermiſit, aggreſſus eſt.

Præcipuum autem, quo diœceſis graſſabatur, malum, & quaſi aliorum omnium fons, & origo, erat Confeſſariorum inſcitia, & pœnitentiæ Sacramenti corruptela: cum enim ſacri hujus remedii natura, necnon diſpoſitiones, cum quibus ab infirmis adhibendum erat, neſcirentur; non mirum, ſi id, quod caritas Chriſti pro ipſorum ſalute recuperanda inſtituerat, eorum jam diu mala ſoveret, eoſque de die in diem pejores faceret. Confeſſionem, meram peccatorum narrationem, ac ſi quis hiſtoriam diceret, minus imperiti exiſtimabant. Pœnitentes lubricas occaſiones non dimittebant; ea propter in eadem perpetuo prolabantur crimina. Jam nunc fœdati, jam nunc loti, hodie lapſi, cras ſublevati credebantur, & revera non mundabantur, qui econverſo magis ac magis inquinabantur, ſimiles ferme recenti figulæ, quæ quo magis lavatur, eo magis ſordida fit, & lutoſa: profanato enim ab eis Sacramento ad veniam peccatorum commiſſorum, & ad amplius non committendi robur inſtituto; tantum abeſt, ut reſurgerent, quin immo pericloſiorem lapſum agebant.

Pœnitentia, ut dicunt ſancti Patres, *eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Irriſor eſt, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet.* Cum ergo S. Carolus, in quo Eccleſiaſtici ſpiritus plenitudinem effuderat Deus, conſultum ac perpenſum quærens remedium ſimili corruptelæ adhibendum, nullum aptius ac promtius agnovit, quam ſi medicos inſtrueret, eiſque modum attractandi infirmorum curam præſcriberet, ut vera, firmaque gauderent ſanitata.

Itaque Inſtructiones quamplurimas edidit, eiſque ſuæ diœceſis Confeſſariis direxit, ut diſpoſitiones interiores, & exteriores, in hujuſmodi Sacramenti adminiſtratione afferendas, modumque ſimul in pœnitentiarum impoſitione, & in peccatorum hominum abſolutione ſervandum, edocti fierent. Sed cum iſti eo uſque inſenſibiles eſſent in animarum ſuarum mortem, ut omnes quidem peccati delectationem, ſed nullam guſtare (ut ait S. Gregorius Papa) pœnitentiæ amaritudinem ſentire vellent, & abſolutionem haberent tamquam rem ſibi debitam potius, quam gratiam, qua, ſi vere pœnitentes fuiſſent, ſe prorſus indignos fateri debuiſſent; is mirandus Archiepiſcopus, caſus ſpeciatim in examen vocavit, in quibus nonnullis pœnitentibus abſolutionem a Confeſſariis eſſe denegandam animus ſibi erat. Canones ſelegit Pœnitenciales a SS. Patribus in Conciliis paratos, qui in Eccleſia mille annos ſupra in uſu ſuerant, ut eos tamquam regulas in impoſitione ſatisfactionum peccatoribus debitarum obſervarent. Spes quidem non erat in his ultimis Eccleſiæ temporibus, quibus etiam inter fideles vix fides invenitur, quibus caritas in cordibus omnium fere extincta aſt, compellere peccatores ad hanc antiquæ pro viribus ſubeundæ pœnitentiæ aſperitatem. Agnoſcebat profecto eorum infirmitatem, aut, ut melius dicam, eorum in pietatis ac pœnitentiæ ſtudia ita languentem animum, ut tantum pondus ſubire poſſent; ſed in animo erat a Confeſſariis rigore pœnarum, quibus primitiva Eccleſia peccatores infligi jubebat, ſcelerum nunc ita uſitatorum horrorem agnoſci, ut fortius in alienis cordibus eum infigere poſſent, & nocentes ad juſtitiæ divinæ ſatisfactionem facilius

impellerent, ita ut pœnæ ſceleribus reſponderent.

In hoc Concilii Tridentini (felieiter tandem ſuo ſtudio conclnſi) mentem ſequebatur, quod Confeſſarios monet pro qualitate criminum, & pœnitentium ſacultate, ſalutares & convenientes ſatisſactiones injungere, ne ſi forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leviſſima quædam opera pro gravibus delictis Injungendu, aliorum peccatorum participes efficiantur; quodque præterea jubet S. Synodus, ut babeant præ oculia, quantum ſpiritus, & prudeutia ſuggeſſerit, quod ſatiaſactio, quam imponuot, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum; ſed etiam ad præteritorum peccatoınm vindictam, & caſtigationem.

Jam dudum merito ingemiſcimus, Illuſtriſſimi Præſules, proſpicientes in diœceſibus noſtris non ſolum æque miſeris, ac in ſua S. Carolus, ſed etiam miſerabilioribus noſmetipſos verſari. Siquidem ſi Confeſſarii quamplurimum doctiorea ſunt; multum tamen timendum, ne in novas quaſdam opiniones inducantur, quæ Ethieam Chriſtianam, & S. Evangelii regulas ita depravarunt, ut ſumma ignorantia multo magis optanda ſoret, quam ea ſcientia, quæ omnia in modnm problematis monſtrar, & media inquirit, quæ non ad pravorum hominis habituum deſtructionem tendunt, ſed quæ peccata eorum excuſant, artemque tuta eis obſequendi conſcientia præbent.

Nam dum Chriſtus Dominus ſua nobis largitus eſt documenta, exemplaque reliquit, ut credentes in eum ipſis obtemperent, & ſuos ad normam eorum componant mores; horum novorum auctorum animus videtur eſſe, documenta, & Chriſti regulas ad quævis commoda, oblectamenta, aliaſque hominum cupiditates inflectere, adeo in eorum avaritia, & ambitione adulanda ingenioſi ſe monſtiant: datis nempe viis, ut de Inimicis ſuis vindictam exigant, ut ad nſuram pecunias dent, ut Eccleſiaſtieas dignitates modis licet omnibus impetrandas non dedignentur, utque adumbratum illum, & perſonatum honorem, quem mundus corruptus inſtituit, viis etiam ſanguine cruentis conſervent.

Dicebat enim filins Dei: *Beati paaperes ſpiritu, qaoniam ipſorum eſt regnum cælorum*: ſed nunc temporis, ad id deventum eſt, horum doctorum ſubtilitate, ut ſoli viri ingenioſi ſibi locum in hoc regno aſſumere præſumant, cum jam, ut eredunt, ad non peccandum ſatis ſit, ſi quis ſuam dirigat intentionem, certas ſibi malas artes non proponat, quibus vix omnis ſanæ mentis uti vellet, dum eis abſque turo poſſit agere, quidquid agere optat. Super hanc doctrinæ corruptionem, quæ in omnium animos obrepet, ſi ei non occurratur, acceſſit quoque alius dolor, quo vehementer commoti ſumus, eernentes miſeram non pancorum Confeſſariorum in impertienda ſuis pœnitentibus abſolutione facilitatem, eo ſalſæ pietatis prætextu, ut eos ea indulgentia, & lenitate a peccaro ſenſim avertant, eoſque ad deſperationem, vel religionis contemtum non adigant. Abſit, ut credamns quoſdam uſque adeo pravos eſſe Confeſſarios, qui ſuis, vel ſuarum Communitatum propriis inſerviant, in nonnullarum regimine perſonarum, quæ ad lavacrum pœnitentiæ accedunt quidem, ſed in eo nuſquam lavantur, quæ tantum abeſt, ut carnem Chriſti manducando ſortiores fiant, quin immo debiliores evadunt, quæqua ſemper mundum ac ſeipſos æque diligunt, ac ſi adhuc in idolorum menſa ſederent.

Quamplurimi Civitatis Pariſienſis, allarum hujuſce regni præcipnarnm urbium Parochi, apud nos, ſuorum Præſulum permiſſu, de iis diſſolutionibus conqueſti, & nos, ut iis remedium opportunum afferamus, obſecrantes, noſtrum incenderunt zelum, noſtrum renovarunt dolorem: ſi citius ad noſtra confugiſſent comitia, univerſas has novas Caſuiſtarum propoſitiones, ea, qua par eſt, cura, & diligentia examini noſtro ſubjeciſſemus, & ſolemne de eis tuliſſemus judicium, quo cohibitus eſſet hujuſce peſtis conſcientiarum curſus; ſed cum hæc ea diligentia, & celeritate, quam poſtulabat rei momentum, examinandi locus non eſſet, judicavimus, malo huie deplorando pro nunc efficacius præberi non poſſe remedium, quam S. Caroli Borromei Cardinalis, & Archiepiſcopi Mediolanenſis, ſumtibus Cleri in lucem edere Inſtructiones, ut eis diſcant Confeſſarii modum, quem in Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtratione obſervare debent, & eas ad univerſos regni Epiſcopos mittere. Hoc officium impræſentiarum perſolvimus, vobiſque gratum eſſe minime dubitamus, quod hoc in tempore, quod ſæx, & finis ſæculorum dici merito poteſt, in manus veſtras tradiderimns Inſtructiones tam ſanctas, tam neceſſarias: cum enim hæ in veſtris diœceſibus auctoritate veſtra promulgatæ videbuntur, vim omnem, atque benedictionem ſibi debitam obtinebunt, ut & medicis, & infirmis ſalubriter proſint. Obſecramus vos, ut hac nacta occaſione, eam adhibeatis auctoritatem, ut ſcelerum, quæ In Galliam iram Dei provocant, curſus coerceatur, & fidelium Sacræ Evangelii regulæ, quæ parum retro corruptionem excepere, renoventur.

X.

MANDATUM

EMINENTISSIMI D.

CARD. GRIMALDI

Archiepiſcopi Aquenſis.

Hieronymus Grimaldi, S. R. E. Cardinalis ſub titulo S. Triniratis, Archiepiſcopus Aquenſis, noſtræ diœceus Confeſſariis ſalutem, & benedictionem. *Ex Gallico idiomate Latine redditur.*

Ex illa die, qua divina ſic diſponente providentia, hujus diœceſis gubernacula ſuſcepimus, curæ huic plurimum attendimus, ut nos malis omnibus, quæ princeps ſæculi gregi noſtro per peccatum inferre molitur, opponeremus. Sape non ignorantes teneri Epiſcopos, Jeſu Chriſti mentem ſectari, qui Diaboli opera everſurus, mundo apparuit. Cum autem pœnitentiæ Sacramentum Chriſtus inſtituerit, præſertim ut ab hoſtis ſervitnte peccatores homines liberaret, nihil hujus Sacramenti ſanctitati magis congruum, & animarum ad illud accedentium

ntilitati

Digitized by Google

utilitati opportunius fieri a nobis exiſtimavimus, quam ut illius diſpenſatores, ac miniſtri plene inſtruantur, & inſtructi plenius formentur. Itaque cum certum ſit melius nuſquam ſanitati ægrotantium proviſum eſſe, quam eis eruditos procurare medicos, & perinde neceſſitatibus nuſquam melius ſubveniri, ut opus eſt, quam eum curæ animarum incumbunt Confeſſarii, qui ſint officioſi, ac prudentes medici, eruditi judices, viæque ſalutis fidi duces; eo de cauſſa Inſtructiones olim a S. Carolo S. R. E. Cardinali, & Eccleſiæ Mediolanenſis Archiepiſcopo pro ſuæ diœceſis Confeſſariis in lucem editas, vobis duximus exhibendas, juxta deliberationem in ultimi Cleri Gallici Comitiis generalibus habitam; hæ profecto Inſtructiones adeo ſanæ, adeo religioſæ ſunt, ut ad tremendum pœnitentiæ Sacramentum rite adminiſtrandum, & Chriſti Sanguinem Chriſtianis fideliter diſpenſandum, eas ſequi, vobis ſatis ſuperque fore non dubitemus. Hortamur vos igitur ea caritate, quam pro veſtra, alienaque ſalute, animabus veſtris infudit Spiritus Sanctus, ad hujus libri ſtudio incumbere, & regulas in eo præſcriptas ſectari, ut officii veſtri, ac conſcientiæ veſtræ valeatis facere ſatis; & ut nobis non parum ſolatii ſit, dum a vobis tamquam a dignis in tanto miniſterio coadjutoribus nos adjutos cenſuerimus. Datum Aquis ſextiis in Palatio noſtro Archiepiſcopali, die 27. Octob. an. 1659.

H. CARD. GRIMALDI,
Archiepiſcopus Aquenſis.

De Mandato Eminent. Domini
André *Secretarius.*

XI,

SELECTÆ INSTRUCT.

S A N C T I

CAR. BORROMEI

D E

SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.

Quid Parochus generatim doceat, hortetur que populum ſibi commiſſum.

Parochus fideles ſibi commiſſos, quantum poteſt, ſæpe hortetur, ut ad pœnitentiæ Sacramentum, non ſolum cum ex præcepto Eccleſiæ tenentur, ſed quam frequentiſſime accedant, moneat ſæpius pœnitentiæ quidem radices eſſe amaras, ſed fructus ſuaviſſimos: doceat, per pœnitentiam nos in Dei gratiam reſtitui, quo nihil nobis debet eſſe optabilius: animam quovis ſcelerum pondere oppreſſam, per eam ſublevari, conſcientiæ pacem & tranquillitatem, quæ omnes ſuperat voluptates, tribui.

Quomodo ſe comparet, & ne auctoritatis ſuæ fines tranſeat.

Animadvertet Parochus & Confeſſarius, ne dum hoc Sacramento vulneribus aliorum medetur, ipſe telo peccati ſe configat: quamobrem caveat, ne mortifero peccato inquinatus ad Sacramenti miniſtrationem accedat, neque item cenſura Eccleſiaſtica, aut alio Canonico impedimento irretitus.

Immo vero ita ſancte vivere ſtudeat, ut pœnitentes non verbis ſolum, ſed exemplis quoque ad virtutum Chriſtianarum officia erudire poſſit, neque ejus dicta a factis ullo modo diſſentiant: quanto enim magis omni virtute, præcipueque caritate paterna, zeloque ſalutis animarum ipſe præcellentior erit, tanto aptius erit inſtrumentum bonitatis Dei.

Quo magis autem ad omnem vitæ bonitatem ſeſe excitet, cum ſæpe numero ſecum ipſe tacita meditatione cogitabit, cujus vicem ipſe gerat, & quam ſanctæ ſint ſuſcepti miniſterii ſui partes; tum vero id omne attentiſſima contemplatione reputabit, cum ad audiendam confeſſionem vocabitur.

Intime vero, atque in corde ſuo humiliter de ſe ſentiet, ita ut tamquam in Dei conſpectu cum reverentia, & timore ſancto miniſterium audiendæ Confeſſionis peragat: & animo uſque adeo ſe demittat, ſanctèque abjiciat, ut pœnitentes, quorum Confeſſionem audit, ſe meliores putet.

Ad audiendas porro Confeſſiones non inani gloria, non lucri cupiditate, non curioſitate, non denique ullo humano affectu ductus, ſed ſalutis fidelium procurandæ ſtudio inflammatus accedet.

Nec propterea quemquam pœnitentem ſubterfugiendi laboris cauſſa rejiciet, ne nutu quidem, nedum verbis, immo ſe paratum ſemper, promtum, facilem, humilemque præbebit.

Ita etiam ſe conſtanter geret, ut nullius metu, aut gratia, officio ſuo deſit.

Et quoniam Confeſſionis miniſter, judicis, & medici ſimul perſonam gerit, ut & quod ad judicem attinet, ex variis peccatorum generibus, quæ gravia, quæ levia ſint, quove modo corrigenda, pro cujuſque hominis ordine, & genere judicare poſſit: & tamquam medicus ea remedia ægroto adhibeat, quæ ad illius animam ſanandam, & in poſterum contra vim morbi muniendam aptiora videantur; opus eſt, ut is tum ſcientiam, atque eruditionem, tum prudentiam ſtudeat ſibi, quantum poteſt, comparare, tum ex divina gratia, quam aſſidua precatione ſupplex a Deo petat, tum ex auctoribus probatis, qui eam materiam, pie pleneque tractarunt.

In primis bene cognita habeat quæ monitis, ſeu inſtructionibus in hac Eccleſia editis ad Confeſſariorum uſum continentur.

Sacramenti igitur hujus doctrinam omnem recte noſſe ſtudebit, ita ut, quæ illius ratio, qui effectus, quæ illius partes, quæ earum partium vis, & natura, perite intelligat.

Quæ peccata mortalia, & quæ venialia cognoſcat. Peccati circumſtantias ſciat, quæ præſertim mutant ſpeciem peccati, & quæ in Confeſſione explicandæ ſunt, quæ reſtituendi onus inducant.

Cenſurarum rationem, & vim recte intelliget, & quibus criminibus annexæ illæ ſint.

Caſus reſervatos in promtu habebit, ita ut recte ſciat, qui jure Canonum ſummo Pontifici, qui rurſus Epiſcopo, qui præterea in Bulla Cœnæ Domini, quique pro varietate temporum

rum

Digitized by Google

rum Epiſcopo reſervati ſint.

Differentiam ſatisfactionum pœnitentialium etiam probe noſcet, ac præterea Canones pœnitentiales, ut infra, ordine Decalogi explicatos.

Memoria tenebit caſus, quibus Confeſſio ſit iteranda.

Cognitum etiam habere Confeſſarius omnis debet, ac præterea animadvertere, antequam ad audiendas Confeſſiones accedat, quanta ſit auctoritas, poteſtaſque jurisdictionis ſuæ: ita ut, cum norit, & quos & a quibus peccatis, cenſuriſque abſolvere poſſit, tum etiam caveat, ne facultatis ſuæ fines prætergrediatur.

Quæ Parochus ſpeciatim doceat, horteturque facere pœnitentes in Sacramento pœnitentiæ.

Pœnitens, antequam ad Parochum, Sacerdotemve, cui peccata confiteatur, accedat, multitudinem, & gravitatem peccatorum, quibus ſe irretitum ſentit, vehementer intimo dolebit ac deplorabit, Deique miſericordiam omni prece flagitabit. Propoſita ſibi ob oculos ſanctiſſima Chriſti crucifixi, vel alia pia imagine, cor ſuum pro peccatis remittendis effundet, excitans, & humilians ſpiritum vehementer ad compunctionem.

Primo peccata omnia, præſertim graviora, ad memoriam revocabit, qua in recordatione excitabit devotionem, & cordis compunctionem, & quo magis, & contemtum ſui ipſius, & abjectionem humilitatemque, ac devotionem in ſe excitet, recenſebit gemens peccata, quæ vehementius ſuam conſcientiam angunt.

Et quo diligentius conſcientiam examinet, ſibi proponet ob oculos Decalogum, ad cujus ſingula præcepta ſe, mores, vitamque ſuam accurate contemplabitur.

Singulaque præcepta ita examinabit, ut perpendat, atque ideo videat ſigillatim, ſi quæ contra unumquodque præceptum, vel cogitatione, vel verbo, vel opere admiſerit, commiſeritve; aut rurſus ſi quid de eo omiſerit.

Aliud præterea examen conſcientiæ ſuæ inibit ex ſeptem peccatis capitalibus ſingulis, quæ item aut cogitatione, aut verbo, aut opere commiſerit, aut omiſſione etiam.

Cum igitur pœnitens ex ſingulis notatis capitibus conſcientiam ſuam quanta potuit diligentia examinaverit, deſiderio conſequandæ remiſſionis peccatorum accenſus, ad Confeſſarium vices Chriſti gerentem accedet, cui omnia & ſingula peccata, quæ in memoriam venerint, fideliter, & integre exponet.

Accedet autem ad Confeſſionem habitu demiſſo, & humili, ac nullo plane ornatu, & depoſitis armis. Si vero clericalis ordinis eſt, ſine ſuperpelliceo.

Ad pedes Confeſſarii genua ambo flectet, nullo ſuppoſito pulvinario, niſi aliud neceſſitas poſtulet.

Decenter ſe toto corporis habitu & ſitu ita ſe componet, ut inſtar ſupplicantis ſit.

Erit capite aperto, vultu demiſſo, manibus junctis & ſupplicibus. Faciem Sacerdotis non ſpectabit, ut meminerit, ſe non coram homine peccatore, ſed coram Deo altiſſimo eſſe; ut agnoſcendo, & confitendo offenſas, humiliter veniam petat.

Mulier autem penitus ita capite velato erit, ut velum denſum caput operiens, demiſſum ſit uſque ad ſupercilia.

Quæ in miniſtratione Sacramenti Parochus, & Confeſſarius obſervet.

Ad audiendam Confeſſionem cum accedit, ante brevi precatione, qua divinæ gratiæ lumen in eo miniſterio rite peragendo ſibi poſtulet, tacitus utetur, ac præterea preces adhibere poterit.

In Eccleſia, non autem in privatis ædibus Confeſſiones audiat, niſi ex cauſſa neceſſaria, vel urgenti: quæ cum inciderit, ſtudeat tamen in oratorio, aut certe decentiſſimo loco id præſtare.

Habebit igitur in Eccleſia ſedem confeſſionalem ad præſcriptum, in qua ſacras confeſſiones excipiat: quæ ſedes patenti & conſpicuo Eccleſiæ loco, non autem in Eccleſiæ aut Capellæ alicujus angulo conſtituta ſit.

Mulieres ante ſolis ortum, vel poſt ejus occaſum confitentes in Eccleſia ne audiat; neve ullo modo extra ſedem confeſſionalem, & medio inter eum & mulierem interſepto.

Superpelliceo, & ſtola violacei coloris utetur: nec vero unquam ſtans, ſed ſedens audiet, & abſolvet, cujuſcumque gradus ſit pœnitens, neque dum pœnitentem audit, inde diſcedet alio vocatus, niſi neceſſaria cauſſa. Dum vero audit, non alio neque oculis, neque animo menteve vagabitur, illiuſque peccata una cum eo intime dolebit: memor ſanctiſſimorum Patrum, ac præſertim Beati Ambroſii, qui pœnitentium confeſſionibus audiendis lacrymas perpetuo profudit, eorum culpas ſimul dolendo.

Vultu & oculis ita compoſitis, ſe in ſedili Confeſſionali habebit, ut revera oſtendat ſe de pœnitentis ſalute paterna ſollicitum; ita tamen ut nullo penitus ſigno inſpectantibus indicare poſſit, ſe gravitate fortaſſe ſceleris alicujus commoveri.

Ante Confeſſionem Parochus Confeſſariuſve perquiret generatim ſtatum pœnitentis, ſi eum minime norit, tum hæc inter cetera:

Quamdiu eſt, quod confeſſus non ſit.

An Pœnitentiam impoſitam præſtiterit.

An examinandæ ſuæ conſcientiæ, antequam ad Confeſſionem acceſſerit, diligentiam, prout opus eſt, adhibuerit: alioqui differenda eſſet Confeſſio.

Parochus item interrogabit, an ſuæ ſit Parochiæ, ſi dubitet.

Si Confeſſarius nihil impedimenti obſtare viderit, ad Confeſſionem veniendum erit: quæ ut fructuoſior, ſit, recte faciet Confeſſarius, ſi brevi & efficaci aliqua monitione prius pœnitentem præparabit, & accendat ad pie confitendum.

At vero omnino perquirat, ſi rudes quidam homines ad Confeſſionem accedentes fidei articulos ignorent, & ſi opus eſſe viderit, eos doceat, ita ut explicite eos & intelligenter ſciant, non autem quaſi recitantes tantum.

Pœnitens ipſe omnia, & ſingula peccata confitentem Confeſſarius adjuvabit, prout opus eſſe viderit.

Poſtea eumdem ipſe interrogabit, an alia peccata recordetur, demum de ſingulis Decalogi præceptis, de ſeptem peccatis capitalibus (ſi tamen expedire pro ratione perſonæ viderit)

item

item da omiſſis circa præcepta Eccleſiæ, opera miſaricordiæ, virtutes Theologicas, uſum quinque ſenſuum.

Extra matariam peccatorum non vagabitur in Confaſſione.

Prudens cautuſqua erit in interrogationibus, ne rudibus præſertim, atque utriuſqua ſexus junioribus ad novum, & numquam antea attantatum ſcelus occaſionem aperiat, atqua dat: hi tamen da peccatis, quorum nullam in Confeſſiune mentionem fecerunt, & in quibus probabiliter exiſtimari poſſunt deliquiſſe, prudenti cautione interrogandi erunt, ne aut pudore, aut ignorantia celant peccata.

Si cenſura, aut peccato pœnitens ſit irretitus, a quo ipſa non poſſit abſolvare, ne tamen eum rajiciat, ſed potius juvara ſtudeat.

Videbit utrum animæ illius magis conſulatur, ſi ipſe abſolvandi facultatem impetret coram, ſi fieri poſſit; alioqui per litteras ſaltam, idque cauta quantum fieri poſſit.

Caveat, ne excommunicatum prius abſolvat a peccatis, quam ab axcommunicatione ſit abſolutus.

Videat diligenter, na quam abſolvat, qui vel odium, inimicitiamve deponere nolit, vel reſtituare pro facultate recuſat alienum, vel a ſtatu peccati mortalis paratus non ſit diſcedere, occaſionemve ſimilis peccati vitara: qua da re doctrinas probatas ſtudeat recta cognoſcara, & ſecundum eas ſeſa garere.

Obſervet, ſi quod peccatum mortala in Confeſſionibus præteritis ſtudioſe ſubticuit, ut iterari ſit opus.

In eo maxime cautus ſit abſolvando, qui cum facultas adſit aliene reſtituendi, val legara pia perſolvendi, idqua jam alias in Confaſſione promiſerit, præſtara taman neglexerit.

Peccata quædam magis uſitata, & quæ maximo ſunt fidelibus populis damno, & ſcandalo, ſtudioſius perſequatur. Contractus, quibus uſura palliata ineſt, ut in cambiis, & venditionibus multis: crimen falſi teſtis: choreas, & ſpectacula: venareas amicitias, & ejuſmodi.

Antequam pœnitentiam imponat, & abſolutionem tribuat pœnitenti, vidabit, an propter Deum veram peccatorum ſuorum contritionem habeat, anqua certum daliberatumque ei ſit in poſterum, quantum in ſe aſt, divina gratia adjuvante, a peccatis abſtinere: & quæ antea commiſarit, pro iis ſatiſfactionam perſolvere. Quod ſi ita animo affectum viderit, monebit, valdeque hortabitur, ut pro tanto beneficio maximas gratias Deo agat, ab eoque cæleſtis gratiæ præſidium petere numquam deſinet, quo adjutus, pravis cupiditatibus facile reſiſtere poſſit.

Si vero talem contritionem illum non habere intellexarit, illius daſiderio accendare conabitur, hoc admonens, propter Deum ipſum uſque adeo quantum poteſt, eum peccata dolere oportera, ut ſaltem adjutrice divina gratia, quam a Deo intima precetur, ex Sacramentique virtute, ex attrito contritus fiat.

Quod ſi pœnitens nullam contritionem, nec vero ſaltem attritionam, aut neque propoſitum abſtinendi in poſterum ab aliquo mortali peccato oſtendet; eum minime Confeſſor abſolvat, ſed taman eum ſalutaribus conſiliis, & bonis operibus præſcribendis juvat: quod idem præſtet, ſi ante Confeſſionem id animadvarterit, cavendo, na quamquam aſperius tractans culpa ſua inducat, ut vel deſperet, vel e Confeſſione abhorreat.

Caveat autem omnino, ne verbo, aut ſigno, eut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem; ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſque expreſſiona perſonæ caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio ſibi detectum præſumſarit revalare, non ſolum a Sacerdotali Officio deponendum, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudandum eſſe, Canone decratum aſt.

Ne quid accipiat in ſacra bujuſmodi miniſtratione, neva arcam, aut vas aliquod habeat ad eleemoſynam hac da cauſſa atiam diſſimulanter accipiendam.

Si quid pecuniæ dare pœnitentes ad ſatiſfactionis, val pœnitentiæ opus debent, id ne ſibi Confeſſarius ſumat, atiam ſi erogandum ſit in Miſſæ ſacris faciendis.

De Cohortatione, & Monitione Confeſſoris ad pœnitentem.

Confeſſiona audita, perpendans peccatorum, quæ ille admiſerit, magnitudinem, nempe qualia ſint, quam gravia, & quoties peccarit; pro eorum gravitate, proqua illius, qui commiſerit, conditione, cohortationes, monitiones paterna caritate adhibebit, atqua correptiones etiam, reprehenſionesque graves, prout opus eſſe viderit.

Hæc porro pœnitentam valde cohortabitur in Domino, ut in officii, aut artificii, quod exercet, aut ordinis, ſtatuſve ſui munera ſe juſte recteque gerat.

Bene ac chriſtiano more vivendi regulas demonſtrabit, prout opportunum eſſe vidarit pœnitenti, præſertim patriſamilias, & omnino pro perſonæ illius ratione, idqua atiam ex libellis eo da genera editis.

In primis, ut ſanctiſſima Sacramanta Confeſſionem & Communionem devote frequentat.

Quotidie, mane ſaltem, veſperique ad præſidium orationis confugiat, in qua aliquid de Paſſiona Domini noſtri, vel aliis myſteriis meditatur; ſupplexque omni intima pietate Deum adoret; ei de beneficiis univerſe ſpeciatimque acceptis gratias agat; & facto brevi conſcientiæ ſuæ examine ab eo tota mante, totoqua corde petat miſaricordiam, ac veniam erratorum ſuorum; & lumen præterea, ac virtutem, qua ipſe adjutus recte ambulet, atqua adeo progradiatur in via mandatorum divinæ Legis.

Docebit atiam optimum fore, ſi aliquem ex Sanctorum numero patronum cæleſtem deligat, præcipue Beatiſſimam Virginam Mariem Matram Dei, cujus intercaſſionam quotidie imploret.

Sancti atiam, cujus nomen habat, exempla virtutum imitari ſtudeat: & quorum Sanctorum dies feſti coluntur, cum eorum celebritas anniverſaria agitur, ab uniuſcujuſque illorum vite aliquam virtutem præcipuam diſcat, quam ſibi quoque proponat ad imitationam.

Et vero piatatis chriſtianæ officia, atque opera caritatis, ut maxima poteſt, ſolliaite amplectetur.

Peccata vero, atque adeo omnem peccandi occaſionem fugiat: hiſque fugiendis ipſe pœnitenti remedia ſalutaria demonſtrabit.

Eum-

Digitized by Google

Eumdemque præterea adhortabitur, ut malorum conſuetudinem devitans, honorum pieque agendi ſtudioſorum non ſolum familiaritate, ſed conſilio utatur.

Pœnitentem ut effectum eſſe animadverterit, ita opportune ſalutariterque monebit. Afflictum ad patientiam hortabitur exemplo Chriſti Domini & Sanctorum ejus. Si quem æterni ſupplicii commemoratione vehementer angi viderit, eum in ſpem divinæ bonitatis, & miſericordiæ infinitæ eriget: alium, qui graviſſime peccarit, ſi neque contritum, neque attritum viderit, metu divinæ juſtitiæ perterrefaciet, & cum eodem aget utſupra; ægrotum vero conſolabitur.

Omnino periti Medici ſciet infundere vinum & oleum vulneribus ſuaciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias, & peccati; quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cujuſmodi remedium adhibere, diverſis experimentis utendo ad ſalvandum ægrotum.

Quamquam autem abſolutio, quæ eſt forme Sacramenti Pœnitentiæ, conſiſtit in illis verbis, *Ego te abſolvo*; debet tamen Confeſſarius alia quoque addere, ut infra ſuo loco in ordine notata ſunt.

De modo imponendæ Pœnitentiæ.

In Pœnitentia imponenda adhibabit & prudentiam, & pietatem, & juſtitiam.

Habebit rationem ſtatus, conditionis, ſexus & ætatis.

Videbit, ne ei, qui in aliena poteſtate eſt, eam Pœnitentiam injungat, qua vel præjudicium afferatur illius juri, qui Pœnitentem in poteſtate habeat; neve eam, qua occaſio detur ſpiritualis ruinæ, vel Pœnitentis, alteriuſve peccatum detegi, vel aliquod ſcandalum ſuboriri, vel ipſe Pœnitens nimium deterreri, remiſſuſve & tepidus reddi poſſit. Quamobrem talem imponet, qualem ab eo præſtari poſſe judicet: proinde aliquando, ſi ita expedire viderit, illum interroget, an poſſit, anve dubitet Pœnitentiam ſibi injunctam peragere; alioquin eam mutabit, aut minuet.

Conſiderabit item animum mentemque Pœnitentis, ac fletum, gemitum, & lacrymas intimi doloris indices.

Cum hæc Parochus, pro prudentia caritateque ſua ſpectabit, tum vero maxime videbit, ut ne pro peccatis gravibus leviſſimas Pœnitentias imponat: id quod & Confeſſoribus & Pœnitentibus periculoſum eſt, cum id a ſacris Litteris, & a Conciliorum Decretis, & a ſanctorum Patrum ſententia alienum ſit: nam divinæ Litteræ ab iis, qui Pœnitentiam agunt, hoc efflagitant, *ut fructus dignos Pœnitentiæ faciant*: utque *ad Dominum convertantur in jejunio, fletu, & planctu*. Et vero qui peccatis gravibus leves quoſdam Pœnitentiæ modos imponunt, hi (Canon inquit) conſuunt pulvillos, ſecundum propheticum ſermonem, ſub omni cubito manus, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas. Immo Concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos Confeſſores, qui dum cum Pœnitentibus indulgentius agunt, leviſſima quædam opera pro graviſſimis delictis injungunt, *Seſſ. 24. cap. 8. de Sacram. Pœnit.*

Si quis igitur graviter, publiceque peccarit, cum publicam Pœnitentiam reſtituendam eſſe ſacra Tridentina Synodus decernat; ei publicam pro ratione criminis imponet.

Si cui autem, cum publice offenderit, Pœnitentia publica imponenda eſt, is ab ea longe refugiat; ne deſiſtat propterea perſuadere, ut ſuſcipiat: ſin minus perſuaſionibus poteſt, conſulet Archiepiſcopum.

In peccati gravitate perpendet item, quoties admiſerit: nam ſi quis in eodem peccati genere ſæpius offenderit, dignus eſt, qui graviori Pœnitentia afficiatur.

Pœnitentis præterea culpas graves perpendenti, ſibi ob mentis oculos proponet Canones Pœnitentiales, qui lumen & ſibi, & Pœnitenti quoque afferent: quo videant quemadmodum pro peccati ratione, Pœnitentia & imponenda, & ſuſcipienda ſit.

Eorum Canonum tamen Pœnitentias, ut tempora ferunt, pro caritate & prudentia ſua minuet, prout peccati, & peccatoris circumſtantiæ requirent: in quibus, præter eas, quæ paullo ante demonſtratæ ſunt, rationem etiam habebit contritionis ejus, qui peccavit.

Demonſtrabit tamen iis, qui gravius peccarint (quo magis ſcelerum ſuorum magnitudinem agnoſcant) quanta ipſis Pœnitentia ex Canonum regulis imponenda eſſet: nec vero putent ſua peccata levia eſſe, quia parva illis Pœnitentia data eſt: ſed hoc factum eſſe, ne eam, quæ pro culparum ratione injungenda erat, deſerent cum periculo ſalutis ſuæ. Proinde Pœnitentes ideo hortandi erunt, ut præter Pœnitentiæ opera impoſita, plura etiam alia præſtare conentur.

Injunget præterea Pœnitentiam pro culpæ, & perſonæ ratione; ita ut ſuperbis humilitatis opere; carnis voluptatem ſectantibus, jejunia, abſtinentiam, cilicii geſtationem, aliamque corporis macerationem, pro peccati gravitate indicat: in oratione negligentibus, ut ſingulis diebus mane ſaltem & veſpere orationi vacent, feria ſecunda, & aliis certis feriis pro defunctis orent, certis item definitiſque diebus, devote viſitent ſtationales, & præcipuæ devotionis Eccleſias, & Altaria; præſertim in Quadrageſima, & Adventu.

Mundi pompas, choreas, aliaque opera Satanæ conſectantibus, eam Pœnitentiam imponet, ut in hebdomada mane certis diebus (id, quod in ſingulos dies etiam faciendum eſſe beatus Chryſoſtomus monet) ſancta meditatione ſibi propoſita, ſolemnem illam ſponſionem, quam per Compatres in Baptiſmo ſancte fecerunt, redintegrant, intime Deum precando: in qua precatione, firmo ſtabilique animi propoſito ſtatuant ſe Chriſto Domino adhærere, renuntiareque iterum atque iterum ſæculi pompis: operibus tenebrarum, & Diabolo in primis, cui ſe adverſarios eſſe, & profeſſi ſunt, & profitentur perpetuo.

IN-

I N D E X

TITULORUM SUMMÆ.

A

APoſtatis. lib. 1. pag. 47
Affinitatis. lib. 4. 510

B

Bigamis. lib. 3. 234
Baliſtrariis & Sagittariis. lib. 2. 156

C

Clerico percuſſore. lib. 3. 257
Cupidis non ordinandis. lib. 3. 261
Curialibus, & obligatis ad ratiocinia an ſint ordinandi, vel non. lib. 3. 268
Corpore vitiatis. lib. 3. 277
Cognatione carnali. lib. 4. 487
Cognatione ſpirituali. lib. 4. 492
Cognatione legali. lib. 4. 496

D

Decimis & primitiis. lib. 1. 120
Doctrina ordinandorum. lib. 3. 250
Differentibus baptizari uſque ad mortem. lib. 3. 282
Differentiis officiorum. lib. 3. 320
Diſpari cultu. lib. 4. 501
Divortio propter conſanguinitatem, vel aliud perpetuum impedimentum. lib. 4. 524
Divortio propter fornicationem. lib. 4. 527
Dotibus & donationibus propter nuptias. lib. 4. 533
Duello. lib. 2. 154

E

Ætate ordinandorum & temporibus ordinationum. lib. 3. 286
Electione, poſtulatione, confirmatione, renunciatione, & uſu pallii. lib. 3. 313
Errore perſonæ. lib. 4. 481

F

Feriis. lib. 1. 109
Furtis. lib. 2. 201
Filiis presbyterorum & ceteris non legitime natis. lib. 3. 271

H

Hæreticis & fautoribus eorum, & ordinatis ab eis. lib. 1. 30
Homicidio. lib. 2. 137
Hoſpitalitate. lib. 3. 248

I

Judæis, & Sarracenis & Paganis, & eorum ſervis. lib. 1. 24.
Juramento, & perjurio. lib. 1. 79.
Immunitate Eccleſiarum, cæmeteriorum, & rerum ad ipſas pertinentium. lib. 1. 114
Impedimento ſexus. lib. 3. 300
Infamibus. lib. 3. 313
Inquiſitionibus, & purgationibus. lib. 3. 316
Impedimento conditionis. lib. 4. 483
Impedimento criminis. lib. 4. 497
Impedimento violentiæ, ſive metus. lib. 4. 503
Impedimento ordinis. lib. 4. 507
Impedimento ligationis. lib. 4. 508
Impedimento coeundi. lib. 4. 513
Impedimento feriarũ. lib. 4. 518
Impedimento voti. lib. 4. 484

L

Litigioſis non ordinandis. lib. 3. 260
Lapſis & diſpenſationibus. lib. 3. 337

M

Magiſtris, & ne aliquid exigant pro licentia docendi. lib. 1. 21
Mendacio & adulatione. lib. 1. 97
Matrimonio. lib. 4. 469
Matrimonio cõtra interdictum Eccleſiæ contracto. lib. 4. 529

N

Neophytis, non ordinandis. lib. 3. 264
Numero teſtium, tam in matrimonio, quã in aliis caſibus. lib. 4. 535
Negotiis ſæcularibus, & utrum de illicite acquiſitis poſſit fieri eleemoſyna & de aleatoribus. lib. 2. 217
Ne prælati vices ſuas ſub ãnuo cenſu concedant. lib. 2. 20

O

Oblationibus & ſepulturis. lib. 1. 133
Ornatu ordinandorũ. lib. 3. 247

P

Prudentia ordinandorum. lib. 3. 243
Pudicitia ordinandorum. lib. 3. 247
Peregrinis & ignotis. lib. 3. 283
Pœnis. lib. 3. 365
Pœnitentiis & remiſſionibus. lib. 3. 415
Præſcriptionibus, & uſucapionibus. lib. 2. 585
Publicæ honeſtatis juſtitia. lib. 4. 509

Q

Qualitate ordinandorum. lib. 3. 233
Quod ordinandus ſit ſine crimine. lib. 3. 234
Quod ordinandus debet eſſe domui ſuæ bene præpoſitus. lib. 3. 261
Quãdo & qualiter mulier poteſt aliquem petere in virum, vel reſtitutionem viri, ſi fuerit ſpoliata & econverſo. lib. 4. 520
Qualiter accuſatio ſit facienda in matrimonio. lib. 4. 526
Qui filii ſint legitimi & qui non. lib. 4. 532

R

Raptoribus, prædonibus & incendiariis. lib. 2. 157

S

Simonia. lib. 1. pag. 1
Schiſmaticis & ordinatis ab eis. lib. 1. 43
Sortilegis & divinis. lib. 1. 102
Sacrilegiis. lib. 1. 112
Sobrietate ordinandorum. lib. 3. 245
Solemniter pœnitentibus. lib. 3. 267
Servis non ordinandis, & manumiſſionibus eorum. lib. 3. 270
Sacramentis iterandis, vel non, & conſecratione Eccleſiarũ. lib. 3. 302
Scandalo & perplexitate, & notorio. lib. 3. 347
Sententiis præcepti, definitionis & excommunicationis. lib. 3. 372
Sponſalibus. lib. 4. 461

T

Torneamentis. lib. 2. 154
Tranſitu Clericorum. lib. 3. 334

V

Voto & votorum trãſgreſſoribus & redemtoribus. lib. 1. 54
Uſuris. lib. 2. 205

I N D E X

TITULORUM QUINQUE LIBRORUM DECRETALIUM EPISTOLARUM,

quas S. Raymun collegit, quarum nonnullas in ſumma laudavit, quævè per compendia in ea notantur.

A

ACcuſationibus, inquiſitionibus & denunciationibus. lib. 5. tit. 1
Adulteriis & ſtupro. lib. 5. tit. 16
Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum. lib. 1. tit. 14
Alienatione judicii mutandi cauſſa facta. lib. 1. tit. 42
Appellationibus, recuſationibus, & relationibus. lib. 2. tit. 28
Apoſtatis, & reiterantibus baptiſma. lib. 5. tit. 9
Arbitris. lib. 1. tit. 43
Auctoritate, & uſu pallii. lib. 1. tit. 8

B

Baptiſmo & ejus effectu. lib. 3. tit. 42
Bigamis non ordinandis. lib. 1. tit. 21

C

Calumniatoribus. lib. 5. tit. 2
Capellis Monachorum, & aliorum religioſorum. lib. 3. tit. 37
Cauſſa poſſeſſionis, & proprietatis. lib. 2. tit. 12
Celebratione miſſarum & Sacramẽto Euchariſtiæ, & divinis officiis. lib. 3. tit. 41

Con-

INDEX TITULORUM.

Cenſibus, exactionibus, & procurationibus. lib. 3. tit. 39
Clandeſtina deſponſatione. lib. 4. tit. 3
Clericis peregrinis. lib. 1. tit. 22
Clericis peregrinantibus. lib. 1. tit. 22
Clericis conjugatis. lib. 3. tit. 3
Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel Præbenda. lib. 3. tit. 4
Clericis pugnantibus in duello. lib. 5. tit. 14
Clerico ægrotante, vel debilitato. lib. 3. tit. 6
Clerico venatore. lib. 5. tit. 24
Clerico percuſſore. lib. 5. tit. 25
Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante. lib. 5. tit. 27
Clerico non ordinato miniſtrante. lib. 5. tit. 28
Clerico per ſaltum promoto. lib. 5. tit. 29
Cognatione ſpirituali. lib. 4. tit. 11
Cognatione legali. lib. 4. tit. 12
Cohabitatione Clericorum, & mulierum. lib. 3. tit. 2
Colluſione detegenda. lib. 5. tit. 22
Commodato. lib. 3. tit. 15
Conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis. lib. 3. tit. 8
Conditionibus appoſitis in deſponſatione, vel aliis contractibus. lib. 4. tit. 5
Confeſſis. lib. 2. tit. 18
Confirmatione utili, vel inutili. lib. 2. tit. 30
Conjugio leproſorum. lib. 4. tit. 8
Conjugio ſervorum. lib. 4. tit. 9
Conſanguinitate, & affinitate. lib. 4. tit. 14
Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris. lib. 3. tit. 40
Conſtitutionibus. lib. 1. tit. 2
Conſuetudine. lib. 1. tit. 4
Converſione conjugatorum. lib. 3. tit. 32
Converſione infidelium. lib. 3. tit. 33
Corpore vitiatis ordinandis, vel non. lib. 1. tit. 20
Crimine falſi. lib. 5. tit. 20
Cuſtodia Euchariſtiæ, Chriſmatis, & aliorum Sacramentorum. lib. 3. tit. 44

D

Decimis, primitiis, & oblationibus. lib. 3. tit. 30
Delictis puerorum. lib. 5. tit. 23
Depoſito. lib. 3. tit. 16
De deſponſatione impuberum. lib. 4. tit. 2
Dilationibus. lib. 2. tit. 8
Divortiis. lib. 4. tit. 19
Dolo & contumacia. lib. 2. tit. 14
Donationibus. lib. 3. tit. 24
Donationibus inter virum & uxorem, & de dote poſt divortium reſtituenda. lib. 4. tit. 20

E

Eccleſiis ædificandis vel reparandis. lib. 3. tit. 48
Electione, & electi poteſtate. lib. 1. tit. 6
Emptione, & venditione. lib. 3. tit. 17
Eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ. lib. 2. tit. 15
Eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. lib. 4. tit. 7
Eo, qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ, vel ſponſæ. lib. 4. tit. 13
Eo, qui furtive ordinem ſuſcepit. lib. 5. tit. 30
Exceptionibus. lib. 2. tit. 25
Exceſſibus prælatorum, & ſubditorum. lib. 5. tit. 31

F

Feriis. lib. 2. tit. 9
Feudis. lib. 3. tit. 20
Fide inſtrumentorum. lib. 2. tit. 22
Fidejuſſoribus. lib. 3. tit. 22
Filiis presbyterorum ordinandis, vel non. lib. 1. tit. 17
Foro competenti. lib. 2. tit. 2
Frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi. lib. 4. tit. 15
Furtis. lib. 5. tit. 18

H

Hæreticis. lib. 5. tit. 7
Homicidio voluntario, vel caſuali. lib. 5. tit. 12

I

Iis, quæ vi, metuſve cauſa fiunt. lib. 1. tit. 40
Iis, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu capituli. lib. 3. tit. 10
Iis, quæ fiunt a majori parte capituli. lib. 3. tit. 11
Iis, qui filios occiderunt. lib. 5. tit. 10
Immunitate Eccleſiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium. lib. 3. tit. 49
Infantibus & languidis expoſitis. lib. 5. tit. 11
In integrum reſtitutione. lib. 1. tit. 41
Injuriis & damno dato. lib. 5. tit. 36
Inſtitutionibus. lib. 3. tit. 7
Judæis & Saracenis & eorum ſervis. lib. 5. tit. 6
Judiciis. lib. 2. tit. 1
Juramento calumniæ. lib. 2. tit. 7
Jurejurando. lib. 2. tit. 24
Jurepatronatus. lib. 3. tit. 38

L

Libelli oblatione. lib. 2. tit. 3
Litis conteſtatione. lib. 2. tit. 5
Locato & conducto. lib. 3. tit. 18

M

Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. lib. 5. tit. 5
Majoritate, & obedientia. lib. 1. tit. 33
Maledicis. lib. 5. tit. 26
Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ. lib. 4. tit. 16
Mutuis petitionibus. lib. 2. tit. 4

N

Natis ex libero ventre. lib. 4. tit. 10
Ne clerici, vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant. lib. 3. tit. 50
Ne prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant. lib. 5. tit. 4
Ne ſede vacante aliquid innovetur. lib. 3. tit. 9
Novi operis nunciatione. lib. 5. tit. 32

O

Obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non. lib. 1. tit. 19
Obſervatione jejuniorum. lib. 3. tit. 46
Officio Archidiaconi. lib. 1. tit. 23
Officio Archipreſbyteri. lib. 1. tit. 24
Officio Primicerii. lib. 1. tit. 25
Officio Sacriſtæ. lib. 1. tit. 26
Officio cuſtodis. lib. 1. tit. 27
Officio Vicarii. lib. 1. tit. 28
Officio & poteſtate judicis delegati. lib. 1. tit. 29
Officio legati. lib. 1. tit. 30
Officio judicis ordinarii. lib. 1. tit. 31
Officio judicis. lib. 1. tit. 32
Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui. lib. 1. tit. 13
Ordine cognitionum. lib. 2. tit. 10

P

Pactis. lib. 1. tit. 35
Parochiis, & alienis Parochianis. lib. 3. tit. 29
Peculio Clericorum. lib. 3. tit. 25
Pœnis. lib. 5. tit. 37
Pœnitentiis & remiſſionibus. lib. 5. tit. 38
Pignoribus, & aliis cautionibus. lib. 3. tit. 21
Plus petitionibus. lib. 2. tit. 11
Poſtulando. lib. 1. tit. 37
Poſtulatione Prælatorum. lib. 1. tit. 5
Præbendis, & dignitatibus. lib. 3. tit. 5
Precariis. lib. 3. tit. 14
Preſbytero non baptizato. lib. 3. tit. 43
Præſcriptionibus. lib. 2. tit. 26
Præſumptionibus. lib. 2. tit. 23
Privilegiis & exceſſibus Privilegiatorum. lib. 5. tit. 33
Probationibus. lib. 2. tit. 19
Procuratoribus. lib. 1. tit. 38
Purgatione Canonica. lib. 5. tit. 34
Purgatione vulgari. lib. 5. tit. 35
Purificatione poſt partum. lib. 3. tit. 47

Q

Qui Clerici, vel voventes matrimonium contrahere poſſunt. lib. 4. tit. 6
Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari. lib. 4. tit. 18
Qui filii ſint legitimi. lib. 4. tit. 17

R

Raptoribus, incendiariis, & violatoribus Eccleſiarum. lib. 5. tit. 17
Rebus Eccleſiæ alienandis, vel non. lib. 3. tit. 13
Regularibus, & tranſeuntibus ad religionem. lib. 3. tit. 31
Regulis juris. lib. 5. tit. 41
Religioſis domibus, ut Epiſcopis ſint ſubjectæ. lib. 3. tit. 36
Reliquiis & veneratione ſanctorum. lib. 3. tit. 45
Renunciatione. lib. 1. tit. 9
Rerum permutatione. lib. 3. tit. 19
Reſcriptis. lib. 1. tit. 3
Reſtitutione ſpoliatorum. lib. 2. tit. 13

S

Sacramentis non iterandis. lib. 1. tit. 16
Sacra unctione. lib. 1. tit. 15
Bigamis. lib. 1. tit. 21
Schiſmaticis & ordinatis ab eis. lib. 5. tit. 8
Scrutinio in ordine faciendo. lib. 1. tit. 12
Secundis nuptiis. lib. 4. tit. 21
Sententia, & re judicata. lib. 2. tit. 27
Sententia excommunicationis. lib. 5. tit. 39
Sepulturis. lib. 3. tit. 28
Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum. lib. 2. tit. 17
Servis non ordinandis, & eorum manumiſſione. lib. 1. tit. 18
Simonia, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, vel promittatur. lib. 5. tit. 3
Solutionibus. lib. 3. tit. 23
Sortilegiis. lib. 5. tit. 21
Sponſalibus, & matrimonio. lib. 4. tit. 1
Sponſa duorum. lib. 4. tit. 4
Statu Monachorum, & Canonicorum regularium. lib. 3. tit. 35
Succeſſionibus ab inteſtato. lib. 3. tit. 27
Summa Trinitate, & fide Catholica. lib. 1. tit. 1
Supplenda negligentia prælatorum. lib. 1. tit. 10
Syndico & actore. lib. 1. tit. 39

T

Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. lib. 1. tit. 11
Teſtamentis, & ultimis voluntatibus. lib. 3. tit. 26
Teſtibus, & atteſtationibus. lib. 2. tit. 20
Teſtibus cogendis, vel non. lib. 2. tit. 21
Torneamentis. lib. 5. tit. 13
Tranſactionibus. lib. 1. tit. 36
Tranſlatione Epiſcopi. lib. 1. tit. 7
Treuga & pace. lib. 1. tit. 34

V

Verborum ſignificatione. lib. 5. tit. 40
Vita & honeſtate Clericorum. lib. 3. tit. 1
Voto & voti redemptione. lib. 3. tit. 34
Uſuris. lib. 5. tit. 19
Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. lib. 3. tit. 12
Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam diffinitivam. lib. 2. tit. 6
Ut lite pendente nihil innovetur. lib. 2. tit. 16

Bis centum titulos, ſed quindenos removebis. Sunt decretales ter mille, ſed abſque novem bis.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

Canonum, vel Capitulorum Decreti, & Decretalium Epiſtolarum, quæ in Summa laudantur.

A

AD quæſtiones. De rer. perm. 3
Ad noſtram. de ſimon. 5
Ad aures. de reſcrip. ibid.
Arnaldus. 8. 8. q. 1. 7
Accuſatum. de ſimon. 8
Ab excommunicatis. c. 9. q. 1. 10
At ſi clerici. de judiciis. ibid.
Ad aures. de Simon. 13
Ad Apoſtolicam. de Simon. ibid.
Ad menſam. 12. q. 1. 25
Ad abolendam. de hæreticis 31
Adhuc inſtant. de pœn. d. 3. 38
Ab excommunicatis. 9. q. 1. 40
Alienationes. 12. q. 2. 46
Alieni. 1. q. 4. 47
Alieni. 1. q. 4. 48
Anaſtaſius. d. 19. 50
Ad Apoſtolicam. de convetſ. conjug. 63
Agathoſa. 12. q. 2. 68
Aſſumi. d. 28. 71
Ante triennium. d. 31. ibid.
Aliter. d. 11. ibid.
Apoſtolus. 11. q. 3. 21
Admonere. 11. q. 1. 24
Ad hoc. de ſolution. 75
Animadvertendum. 23. q. 2. 81
Ad audientiam. de his, quæ vi metuſve fiunt. 82
Auctoritatem. 15. q. 6. 88
Alieni. 1. q. 2. 98
Ad aures. de temp. ordinand. 83
Aliquanti. 16. q. 5. 108
Auguriis. 26. q. 1. ibid.
Audivimus. de reliq. & vener. ſſ. 110
Ad hus. de relig. domib. 115
Autem. 12. q. 3. 116
Apoſtolicos. 12. q. 2. 118
Ad hæc. de decimis 126
Ad aures. de pœnis 127
Ad Apoſtolico. de decim. ibid.
Altare. 1. q. 3. 128
Auguſtino. 12. q. 2. 130
Aliquantos. d. 91. 140
Ad aures noſtras. de ætate & qualitate ordinand. 141
Adminiſtratores. 23. q. 5. 132
Artem illam. de ſagitt. 148
Alligant. 26. q. 1. 157
Accedens. de raptorib. 159
Ad hæc. de teſtamen. 161
Antigones. de pactis 160
Ad aures. de præſcript. 181
Audita. de præſcript. 188
Alieni erroris. 2. q. 6. 196
Ad reprimendam. de offic. ord. 198
Accuſatores fratrum. d. 46. 197
Ad noſtram. de reb. Eccleſ. alien. 208
Ad noſtram. de emt. & vend. 209
Accuſatores. 3. q. 8. 214
Ab illo. 1. q. 2. 216
Ab iſto. 15. q. 6. 222
Abbati. d. 54. 226
Apoſtolus Paulus. d. 80. 215
Aeutius. d. 14. 233
Aperiant. 31. q. 1. 240
Ante omnia. d. 35. 241
A crapula. de vit. & hon. Cler. 243
Adverſitas. 2. q. 1. ſ. Hæc etiam. 238
Aliena. d. 90. 260
Archidiaconum. d. 65. 281
Accuſatores, vel teſtes. 3. q. 5. ibid.
Admittuntur. d. 54. 270
Abbati. ſ. Hæc autem. d. 54. 271
Apoſtolica. d. 16. 278
Ad hæc. de filiis Presbyt. 270
Ad abolendam. de filiis Presbyt. ibid.
Ad ejus. in fin. d. 1. 281
Afros. d. 28. 285
Archiepiſcopus. d. 66. 290
Acolythus. d. 81. 283
A quodam Judæo. de conſecr. d. 4. 298
Aqua. de conſecr. Eccleſiæ. 303
A nobis. de ſactam. non iterun. ibid.
Ad hæc. de conſecr. Eccleſ. ibid.
Ad hæc. de relig. domib. 310
Altaris. de conſecr. d. 1. 311
Ad nuptiarum. de conſecr. d. 1. ibid.
Altaria. de conſecr. d. 1. ibid.
Admonet. de jejune. 314
Ad honorem. de auct. & uſu pallii 319
Ad hoc. de auct. & uſu pallii ibid.
At ſi. de Judæis. 323
Aliorum. 3. q. 1. 328
Ad Romanam. 1. cauſſa 3. q. 6. 326
Ad Romanam. 2. ibidem. ibid.
Antiqua. de privileg. 339
Archiepiſcopus. 9. q. 3. 340
Ad audientiam. de Eccleſ. ædif. 338
Ad hæc. de exceſ. Prælat. 332
Auxilius. 26. q. 6. 334
An putatis. d. 86. 343
Apoſtolicæ. de cler. excom. miniſt. 362
Audi. 11. q. 1. 368
A nobis. de cohab. cler. & mulier. 351
Ad noſtram. de jurejur. 316
Auditum. 2. q. 4. 382
Aliquos. 15. q. 6. 370
Ad falſariorum. de crim. falſi. 326
Ad menſam ſ. Evidenter. 11. q. 3. 388
Acharias. 2. cauſſa 24. q. 3. 383
Acharias 2. ibidem. ibid.
Ad liberandam. de Judæis. 384
Ad eminentiam. de ſent. excomm. 383
Audi. ſ. Cum ergo. 11. q. 3. 398
Audivimus. 24. q. 1. 404
A nobis. 2. de ſent. excomm. 410
Adverſus. de Immun. Eccleſ. 412
A nobis. 2. de ſent. excomm. 414
Apoſtolicam. de Presb. non bapt. 415
Agunt de conſecr. d. 4. 419
Aliorum. de conſecr. d. 4. ibid.
Alia. 16. q. 1. 423
Adjicimus. 16. q. 1. ibid.
Adolrerii. 21. q. 7. 437
Admonere. 11. q. 8. 440
Ab infamia. 26. q. 7. 447
Agnovimus. 16. q. 6. 448
Animo. 23. q. 2. ibid.
Aquam. de conſecr. d. 3. 449
Agite pœnitentiam. de Pœn. d. 1. 451
Acceſſit. de deſponſ. impub. 463
A nobis. ibidem 461
Atteſtationes. ibidem. ibid.
Ad Deum. 3. q. 6. ibid.
Apud miſericordiam. 32. q. 5. 477
Aliter. 18. q. 5. 480
Ad noſtram. de conjug. ſer. 483
Aliquando 32. q. 2. 484
Ad noſtram. de regulan. 485
Ad ſedem 15. q. 3. 489
Auditis. de elect. 491
Antiqui. 12. q. 2. 498
Ad id, quod. de ſponſal. 507
Apoſtolus. 32. q. 2. 508
Æqualiter. de conſ. & affin. 512
Ad audientiam. de ſponſal. 512
Accepiſti. de ſortileg. & malef. 513
Accuſator. 6. q. 1. 512
Ad hoc. ut lite non conteſt. 515
At nobis qui matrim. accuſ. poſ. 516
Ad diſſolvendum. de deſponſ. impub. 517

B

Bonæ memoriæ. de elect. 12
Beatus. 1. q. 4. 49
Beata Maria. 27. q. 2. 59
Beatus. ſ. Ille ergo. 22. q. 2. 97
Beatus. 1. q. 4. 194
Baptizati. d. 3. 200
Bonorum. d. 95. 261
Bene. d. 61. 286

C

Conſeluit. de uſuris. 2
Cum olim. de rer. permut. ibid.
Cum univerſorum. de re. permut. ibid.
Caritatem. 12. q. 2. 6
Cum ſit Romana. de ſimon. ibid.
Cum ex officii. de præſcript. ibid.
Clericos. 1. q. 2. 5
Cum pridem. de pactis. 6
Convenientibus. 1. q. 7. 8
Cum in Eccleſia. de ſimon. 13
Conſtat. 1. q. 1. 17
Cum omnes. de conſtitut. 19
Conſtitutus. de relig. domib. 24
Conſuluit. de judæis. 26
Cum ſit nimis. de Judæis. 32
Conſtituit. 12. q. 2. ibid.
Creſſam. 2. qui filii ſint leg. ibid.
Cum Redemtor. 16. q. 2. 30
Celebritatem. de conſecr. d. 3. 48
Conſultationi. de Apoſtatis. 49
Cum non ab homine. de ſent. excom. ibid.
Clero. d. 15. 52
Contumaces. d. 50. 53
Clericus victum. d. 91. ibid.
Clericos. 21. q. 2. ibid.
Cum ad monaſterium. de ſtatu monach. 55
Cum dilectus. de his, quæ vi, metuſve. 63
Cum ſimus. de regul. & tranſl. 64
Cum ſis. de converſ. conjug. 65
Chriſtiana. 12. q. 1. 66
Conſtitutus. de reſcriptis 67
Cum ad monaſterium, in fin. de ſtatu monach. ibid.
Conſuluit. de regul. 68
Cum in proteſtate. d. 24. 71
Cum olim. de cler. conjug. 72
Conquerente. de cler. peregr. 73
Conſtituit. 20. q. 1. 76
Conſidera. 22. q. 1. 79
Clericum. 13. q. 1. 81
Cum dilectus. in fin. de ord. cognit. 84
Cum locum. de Sponſal. 88
Culpam. d. 86. 90
Cum dilecti. verſ. fin. de dolo & contum. 94
Clericus, qui juravit. de jurejur. 95
Ceſſam. de Elect. 96
Clericus. 1. d. 46. 100
Contra idolorum. 26. q. 5. 108

e 2 Cru-

Crucie, de confecr. d. 2. 112
Cum decorem. de vita & honeſt. Cleric. 112
Cum ad monaſterium, de Stat. Monach. ibid.
Conqueſtus, de feriis. 112
Conſtituit, c. 17. q. 4. 112
Cum Eccleſia, de immun. 115
Cum eſſet. de teſtam. 116
Cum Apoſtolus. §. Prohibemus, de cenſibus. 118
Cum ex eo. de reliq. & vener. SS. 120
Cum dicat, de Eccleſ. ædif. 121
Commiſſum. de decimis. ibid.
Cum homines. de decimis. ibid.
Cum non ſit. de decimis. 123
Certificari, de ſepult. ibid.
Conſtam. de præſcript. 124
Cum in tua. de decimis. 125
Cum contingat. ibidem. ibid.
Cum ſint homines. ibidem. 128
Cum Apoſtolica. de his, quæ fiunt a prælato. ibid.
Conqueſtus. de uſuris. 129
Conſuetudo. d. 8. 130
Conſuetudo. d. 12. ibid.
Cum Marthæ. de celeb. Miſſ. 136
Cum miniſter. 21. q. 5. 138
Clerico jacente. d. 50. 139
Continebatur. de homic. 128
Continentiæ. de Cler. percuſſ. 140
Clerici. de poſtul. 105
Cum de tua. de corp. vitiat. 140
Cum perceſſio. 7. q. 1. 142
Communiter. d. 33. 149
Cum homo 22. q. 1. 151
Conſuluiſti. 2. q. 5. 152
Clericum cujuslibet. 11. q. 1. 155
Cum cauſſam, de raptor. 158
Clericus qui. Cauſſa 12. q. 2. 160
Cum dilectus filius. de Succeſſ. ab inteſtato. 161
Cum dilecti, de accuſ. 167
Cum olim. de conſuetud. 171
Contra morem. d. 100. 172
Clerici. 22. q. 5. 171
Cum L. & A. de fent. & re jud. 175
Cum ad ſedem. de caſt. ſpol. 177
Cum devotiſſimam. 12. q. 2. ibid.
Cum voluntate, de ſent. excom. 178
Cum non liceat. de præſcript. 185
Cum inſtantia. de cenſib. ibid.
Cum vobis. De præſcript. 186
Cui eſt illata. 11. q. 1. 191
Cum ab omni. de vit. & hon. Cle. 192
Cum ſacerdotis. de poſtul. 193
Clericus. 1. d. 91. 194
Conſtituras. de fidejuſſ. 206
Conſuluit. verſ. Et ne negotiator, de uſuris. 207
Cum in officiis. de teſtam. 208
Cum cauſſa. de empt. & vend. 211
Cum dilecti. ibidem. ibid.
Canonum 16. q. 4. ibid.
Cum non ab homine. de judic. 213
Cum tu manifeſtas. de uſuris. 216
Cum contra. De pignorib. 253
Conqueſtus. de uſuris. ibid.
Conſuluit. De off. deleg. 212
Cypriano. 21. q. 1. 220
Cum caput. 11. q. 5. 227
Cognoſcamus. d. 34. 234
Chriſtiano. ibidem. 240
Curandum. ibidem ibid.
Convivia. d. 44. 242
Cum nobis olim. de Elect. 245
Clericus. d. 81. 247
Clericus neque. de vit. & hon. Clericorum. 248
Cum in cunctis. de Elect. ibid.
Cum ex injuncto. De hæret. 251
Cum multa. d. 14. 251
Cum beatus. d. 45. 257
Contingit. 1. de ſent. Excom. 258
Clericus maledicus. d. 46. 260
Clericum. ibidem. ibid.
Clericus invidens. ibidem. ibid.
Clericus. 11. q. 1. 263
Cum ceſſante, de Appell. 265
Cum cauſſam. de Elect. ibid.
Cum in magiſtratum. ibidem. 266
Credo. 11. q. 1. 269
Comperimus. 16. q. ult. 272
Cenomanenſem. d. 18. 278
Cum decorem. de fil. presbyt. 279
Cum dilecti filii. de donat. 280
Cum olim. de Præbendis. 282
Clericos. d. 71. 284
Cum H. Later. de eo, qui furtive ſuscep. ord. 287
Cum provinciales. d. 64. 289
Contra. ibid. ibid.
Cum longo d. 61. 290
Cum veniſſet. de ſacra unct. ibid.
Conſtitutioni. de temp. ord. 294
Cum clerici. de ordin. ab eo qui Epiſc. renunc. ibid.
Cum contingat. de ætat. & qual. ordinand. 295
Clerus. §. Generaliter. d. 21. ibid.
Conſuluit. d. 74. 298
Capellanum. de ſecundis nupt. 301
Confirmandum. d. 50. 305
Clericos. de conſecr. d. 1. 310
Conſulta. ibidem. 310
Concedimus. ibidem. 312
Conſuluit. de celebr. Miſſ. ibid.
Concilium. ibidem. ibid.
Cum veniſſet, de ſacra unct. ibid.
Cum venerabilis. de conſuetudine. 315
Cum ex alio. de tranſl. ibid.
Cum jam dudum. de præbend. ibid.
Congregatio. 16. q. ult. 318
Cum ſuper. de auct. & uſu pallii. 319
Cum Chriſtus. de hæret. 320
Cuncta. 2. q. 3. 325
Cum in diſtribuendis. De temp. ord. ibid.
Cum deſideres. de ſent. excom. 326
Cum illorum. ibidem. 327
Conqueſtus. 9. q. 3. 328
Cum ſimus. ibidem. ibid.
Cum olim. de conſuetud. 332
Coepiſcopi. d. 63. 333
Cum ad celebrandos. de conſecr. d. 2. 334
Cum pro utilitate. 16. q. 1. 337
Cum in cunctis. §. Cum vero. de Elect. ibid.
Cum Apoſtolus. de cenſib. 338
Conſiderandum. d. 50. 345
Commeſſationes. d. 44. 348
Cum quiſque. 27. q. 4. 349
Cum omnibus. d. 81. 350
Cum in juventute. de præſcript. 358
Cum olim. de verb. ſignif. 353
Conſulendum. d. 28. ibid.
Cum multæ. 17. q. ult. 354
Clericus. de cohab. cler. & mul. 355
Clericus ſolus. d. 81. ibid.
Conſuluiſti. 2. q. 4. 357
Cum oporteat. de accuſ. 360
Clerici. d. 81. 361
Cum dilectus. de purg. Canon. ibid.
Conſtituentes. ibidem. ibid.
Cum P. de accuſ. 363
Cum olim. de reſtit. 371
Cum dilectus. De cultum. ibid.
Cum dilectis. de purg. Canon. 374
Circumcelliones. 23. q. 5. 380
Conſuetudo. 16. q. 6. 367
Cum Bertoldus. de ſent. & re judi. 369
Crimen. 5. q. 4. 372
Cum certum. de major. & obed. 378
Cum apud Theſſalonicam. 12. q. 2. 381
Conqueſti. de ſent. excomm. 384
Cum voluntate. §. Si qui vero. ibidem. 386
Contingit. 2. de ſent. excom. ibid.
Canonica. ibidem. 390
Cura paſtorali. de jurepatr. 391
Cum ab Eccleſiarum. de off. ord. 392
Certum. 11. q. 3. 393
Cum excommunicato 11. q. 1. 399
Cum voluntate. de ſent. excomm. 402
Conſultationibus. de Jurepatr. 404
Cum inter. de excep. 406
Cura. 11. q. 3. 408
Cum in partibus. de verbor. ſignif. 410
Cum & plantare. §. Quod ſi Templarii. de privileg. 411
Cum inter. de Elect. 411
Cum ſuper, de off. deleg. ibid.
Cum bona. de ætat. & qual. præficiendorum. ibid.
Cum dilectus. de conſuetud. 413
Cum ſanctam. de pœnit. d. 2. 418
Conſideres. de pœnit. d. 5. 435
Contrarium. ibidem. 437
Cavendum. de pœnit. d. 3. 441
Conſiderandum. de pœnit. d. 4. 445
Conſtat. de pœnit. d. 2. 449
Cum ex eo. de pœnit. & remiſſ. 456
Continebatur. de deſponſ. impub. 464
Conjuges. 27. q. 2. 470
Conjux. ibidem. ibid.
Cum apud ſedem. de ſponſal. ibid.
Cum renunciatur. 27. q. 1. 477
Conſuluit. qui clerici vel vovent. 486
Conſanguinitas. 35. q. 4. 492
Contracta. de cogn. ſpir. 494
Cum haberet. de eo, qui cognov. in matrim. quam polluit. 499
Cum in Apoſtolico. de ſponſ. 500
Cave. 28. q. 1. 501
Cum per bellicam. 34. q. 2. 508
Cum in captivitate. ibidem. 509
Conſultationi. de frigidis. 513
Capellanus. de feriis. 518
Cum inhibitio. de cland. deſponſ. 519
Cum in matrimonii. de off. deleg. 521
Conſultationibus. ibidem. 526
Cum Eccleſia. de cauſa poſſeſſ. 523
Conſanguineus. 35. q. 6. 524
Cum in tua. qui matrim. accuſ. poſſunt. 525
Cum a nobis. de teſtib. 531
Cum inter. qui filii ſint legit. 538
Conjunctiones. 35. q. 2. & 3. ibid.
Conqueſtus. qui filii ſint legit. 513

D

De jure. de jusjur. 2
Dilectus filius. de ſimon. 6
Dictum 1. cauſſa 1. q. 1 ibid.
De ordinationibus. 1. q. 1. 5
De Syracuſano. d. 28. 7
De hoc autem. de Simon. 9
De lapſis. 16. q. 6. ibid.
De ſimoniace. de Simon. 10
Diverſis fallaciis. de cler. conjug. 18
De regularibus. de ſimon. ibid.
Dilectus. 1. ibidem. 22
De illis. de ſponſal. 24
De occidendis. 23. q. 5. 27
Decimas. 16. q. 7. 29
De quibuſdam locis. d. 73. 22
De Eulogiis. d. 18. 23
De Judæis. d. 45. 24
Diſpar 23. q. 8. 29
Dum ſunt. 19. q. 2. ibid.
De tertiis. de decimis. 26
Debet homo. 22. q. 4. ibid.
De terris. de decimis. 30
Dominus. 23. q. 2. 34
Dalbertum. 1. q. 7. 37
Dominus declaravit. 1. q. 1. 38
Dictum 1. ibidem. ibid.
Dubius. de hæret. 45
Dixit Apoſtolus. 26. q. 3. ibid.
Didicimus. 24. q. 1. 46
Denique. §. ult. d. 4. 52
De peregrinationibus. de voto & voti redemp. 56
De ſervorum. de ſervis non ord. 62
De illis. de deſponſ. impub. 64
Diaconi. d. 28. 71
De parvulis. 35. q. 1. 81
Denique. de except. 84
Debitores. de jurejur. 87
Duo mala. d. 13. 89
Diem. de conſecr. d. 3. 110
Diſcipulos. de conſecr. d. 5. 112
De quarta. de præſcript. 116
Decimas, quas 16. q. 7. 122
Dilecti filii. de decimis. 122
Decimas. 16. q. 1. 129
De terris. de decimis. 123
Decimas, quas populos. 16. q. 7. 129
De trina. de conſecr. d. 4. 130
Doctus. 16. q. 1. 132
Decimam. de decimis. ibid.
De uxore. §. Utrum. de ſepult. 135
De uxore. ibidem. ibid.
De his. de reſtam. 116
Deinde. d. 16. 100

Digitized by Google

C A P I T U L O R U M.

De his clericis. 1. d. 30. 245
De his clericis 2. d. 19 ibid.
Dilectus filius. de homicid. 248
De infantibus. de fil. occid. 253
De captivibus. 36. q. 2. 257
De puellis. 36. q. 2. 258
De illis. de raptorib. 259
Donare. d. 88. 266
De forma. 22. q. 5. 270
Definimus. 2. q. 2. 192
Deinque. 16. q. 2. ibid.
Deteriores. 6. q. 1. 198
Divino. d. 82. 200
Dilecti. de arbitris. 209
De prudentia. de donat. inter vir. & uxorem. 220
Decrevit. d. 88. 220
Dessensionis. d. 57. ibid.
Debitum. de bigamis. 215
De Diacono. qui clerici, vel vovent. contrah. poss. 218
Delicta. d. 4. 221
Duo sunt. 12. q. 2. 228
Dea sunt eleemosynæ. d. 45. 230
Dictum. d. 81. 253
Dispensatio. §. Pariter. d. 50. 233
Discordantes. d. 90. 260
Diffidentes. ibid. 262
De malis. de probend. 262
Dudum Ecclesia. de Elect. ibid.
Decrevit. d. 80. 264
De his vero. d. 20. 267
Designatio. d. 51. 268
De famulis. de ser. non ord. 271
Diaconi. 11. q. 2. 274
De libertis. ibidem. ibid.
Dilectus filius. de ser. non ord. ibid.
Dilectus filius. de fil. presbyt. 279
Demones. d. 36. ibid.
De persona. §. Ne vero. 18. q. 2. 280
De alienis. d. 91. 284
Denique Siffredus. 6. q. 3. ibid.
De illis. 2. q. 6. ibid.
Dilectus filius. de temp. ord. 288
De adjectione. d. 64. 290
De eo. de temp. ord. 291
Diaconus. d. 93. 293
Diaconi. d. 28. 299
De monialibus. de sent. excommunic. 300
Dilecta. de major. & obed. ibid.
Diaconissam. 27. q. 1. 301
De his vero. de consecr. d. 3. 302
Dictum. ibidem. 303
De homine. de consecr. d. 5. ibid.
De quibus. de bapt. & ejus eff. 306
De locorum. de consecr. d. 1. 307
De febricitantibus. de consecr. d. 1. 308
Decotio. 10. q. 2. 310
Dictum. d. 81. 313
De his. d. 68. ibid.
Dilati. de renunc. 315
De persona. d. 55. ibid.
Decreto. 2. q. 6. 320
Dudum. 2. q. 6. 322
De conciliis. d. 18. 328
De persona. 11. q. 1. 338
Debent. 22. q. 1. ibid.
Denique. d. 21. 333
Domino sancto. d. 50. 343
Disciplinæ. d. 45. 346
De homine. de celebr. miss. 349
Definimus. 18. q. 2. 350
De manifesta. 2. q. 1. 356
De crimine. 15. q. 5. 357
Deus omnipotens. 1. q. 2. 358
Decernimus. de judic. 368
De his. de accus. 377
Duobus. de sent. & re jud. 380
De cætero. de sent. excom. 383
De his vero. 26. q. 6. 380
Dura. §. Adjici. de crimine falso 395
Duobus. de sent. excom. 397
De filia. 32. q. 1. 399
De vico. 22. q. 2. 401
De commonitione. 24. q. 2. 415
Deus qui. de pœnit. 433
De his. de pœnit. d. 5. 437
Devotam. 12. q. 1. 439
De his. 33. q. 2. 441
Dixit Dominus. de pœnit. d. 4. 445
De quotidianis. de pœnit. d. 1. 450
Duobus. de ſponſ. duorum. 462
Duo pueri. de deſp. impub. 463
De illis. 2. ibidem. ibid.
De illis. 2. ibidem. ibid.
Dixit Dominus. 22. q. 1. 474
Discretionem, de eo qui cogn. consang. uxor. 475
De benedicto. 18. q. 2. 476
Decreta. 27. q. 2. 480
Dignum. de conjug. ser. 483
De illis. de cond. appoſ. 484
De eo quod interrogaſti. 30. q. 1. ibid.
De his, qui. ibidem. 485
De infidelibus. de consang. & affinit. 504
De muliere. de ſponſ. 505
De neptis. 31. q. 2. 506
Dominus. de ſecund. nupt. 509
De Francia. de ſponſal. 510
De effrontate. 31. q. 2. 513
De muliere. de matr. contr. contra interd. 518
De illa, de divortiis. 519
Donatio de donat. inter vir. & mulierem. 538

E

Etsi quæstiones. de sim. 1
Ex tua fraternitate. ibidem. 8
Ergo simoniacos. 1. q. 1. 10
Ex insinuatione. de sim. 13
Eos. §. Ait enim. 1. q. 1. 14
Emendari. ibid. ibid.
Etsi Judæos. verſ. Inhibemus. de Judæis. 27
Et hoc. 16. q. 7. 28
Etsi Judæos. de Judæis. 29
Ecclesiarum servos. 12. q. 2. 30
Eos. 1. q. 1. 31
Excommunicamus 1. de hæret. ibid.
Excommunicamus 2. ibidem. 32
Excommunicamus 2. §. Si qui autem. ibid.
Excommunicamus. 2. §. Catholici vero 33
Ego Berengarius. de consecr. d. 2. 36
Extra catholicam. 1. q. 1. 39
Eos, qui. 20. q. 3. 51
Eleutherius. d. 91. 53
Ex publico. de converſ. conjug. 56
Ex multa. de vot. & vot. redemp. 58
Ex parte tua. de converſ. conjug. 59
Est etiam. 22. q. 4. 62
Ex parte Abbatis. de converſ. conjug. 70
Etsi Christus. de jur. & perjur. 80
Et jurabunt. 22. q. 1. 81
Ex administratione. de jurejur. 82
Excommunicatorum. 23. q. 5. 93
Ecclesia. de sortilegiis. 106
Ex tenore. ibidem. 108
Ecclesia. de immunit. 113
Episcopus. d. 41. ibid.
Ecclesiarum, 12. q. 2. ibid.
Ex eo. §. Hoc jus. verſ. In cæter. 20. q. 2. 116
Ex parte tua. de decimis. 122
Ex multiplici. ibidem. 122
Ex transmissa. ibidem. 124
Ecclesiæ. 12. q. 2. 133
Ebron. 11. q. 3. 135
Ex parte. de sepult. ibid.
Ecclesiæ. de censib. 216
Ex litteris. 1. de homicid. 243
Ex litteris. 2. ibidem. ibid.
Eunuchus. d. 55. 247
Ex parte. de corp. vitiat. ibid.
Ex litteris. de cessatio Prælat. 252
Eos, qui recipiunt. 16. q. 2. 259
Ex parte. de verb. signif. 260
Episcopi. 12. q. 2. 261
Etsi illi. 12. q. 2. 261
Ecclesiastici. ibidem. 265
Eleutherius. 18. q. 2. 271
Ex parte. de censib. 278
Excellentissimus. 12. q. 1. 272
Ex parte, de accuſ. 278
Ex litteris. de pignorib. ibid.
Ex eo. §. Hoc jus. 10. q. 2. 280
Ex ratione. de appell. 316
Ex præsentium. de pignorib. 192
Ex parte. de postul. 198
Erubescant. d. 12. 197
Ex transmissa. de sess. spol. 199
Episcopus gubernationem. d. 18. 200
Ex quorundam. de elim. jud. mot. causa sorti. 203
Ex parte. ibidem. ibid.
Ejiciens. d. 88. 210
Eutherium. 2. q. 3. 222
Episcopus. d. 42. 211
Ex transmissa. de fil. presbyt. ibid.
Ex litteris. de mor. prim. 214
Experientia. 21. q. 2. 219
Ex tenore. de foro compet. ibid.
Et hoc diximus. 16. q. 7. 222
Eleemosyna. qui Clerici, vel vovent. Matrim. contra. poss. 228
Episcopus. d. 11. 242
Episcopos. d. 37. 246
Ex merito. 6. q. 1. 248
Episcopi. 12. q. 4. ibid.
Ecit. d. 4. ibid.
Eruo. d. 83. 252
Ecclesia principes. d. 11. 250
Episcopum. 45. 255
Et injuste. 17. q. 4. 259
Eam te. de ætat. & qual ordin. 263
Extirpanda. de præb. ibid.
Episcopus Ecclesiarum. 21. q. 2. 264
Ex pœnitentibus. d. 50. 142
Episcopus, qui mancipium. 18. q. 2. 271
Ex reliquiis. d. 1. 272
Ei, qui. §. Definitiva. 2. q. 6. 273
Ex nostitor. de his, quæ fiunt a prælat. sine consens. ibid.
Ex transmissa. de fil. presbyt. 278
Ex tua. ibidem. ibid.
Exercere. d. 22. 284
Episcopum. 9. q. 3. 285
Episcopi. ibidem. ibid.
Episcopus. d. 67. 289
Episcopus. d. 14. ibid.
Episcopus. 7. q. 1. ibid.
Episcopi. d. 64. ibid.
Exorcista. d. 23. 293
Ex litteris. de cler. non ord. 297
Episcopus. d. 74. 298
Ex tenore. de temp. ord. 300
Etsi non. de consecr. d. 3. 302
Eas, quæ. de consecr. d. 4. 305
Ecclesiis. d. 62. 307
Ecclesia. de consecr. d. 1. 308
Ecclesiam. de consecr. d. 1. ibid.
Ecclesiæ. ibidem. 310
Episcopus. d. 77. 314
Ex eorum. de auct. & usu pallii. 319
Est aliud. 2. q. 1. 300
Eam te. de rescrip. 334
Ecclesiæ. §. Inter. d. 63. 333
Ecce ego. d. 95. ibid.
Ex tua. de elec. non resid. 336
Episcopus de loco. 2. q. 1. ibid.
Ex tenore. de purg. Canon. 340
Esse veniam. d. 86. 345
Ecclesiæ. 6. q. 2. 343
Episcopus presbyter. 27. q. 1. ibid.
Exigunt. 1. q. 7. 344
Etsi illa. ibidem. 345
Et qui emendat. d. 45. 347
Eos, qui. d. 2. 354
Ei, qui. §. Sunt etiam. 2. q. 6. 358
Evidentia. de accuſ. 356
Ex litteris. de off. deleg. 368
Ex litteris de conſ. & affin. ibid.
Ecclesia. 1. q. 2. 374
Ex temporis. 6. q. 2. 379
Episcopus in Ecclesia. d. 95. 378
Ei, qui appellat. §. Venales. 2. q. 6. 380
Engeltrudam. 3. q. 4. 383
Ex rescripto. de loc. & cond. 385
Ex nostitor. de sen. excom. 388
Episcopi. 12. q. 5. 393
Ex parte. de verb. signif. 394

Excom-

I N D E X

Excommunicatis. de off. legati. 393
Ex tenore. verſ. Recepto. de ſent. excomm. 127
Excommunicatos. 11. q. 3. 199
Ex parte. de off. ordin. 408
Epiſcopos. §. Si ergo. 11. q. 3. 403
Ex litteris. de prob. 404
Ex inſinuatione. de procur. 410
Ex, qui appellat. §. Eſt autem 2. q. 6. 411
Eos vero. d. 30. 440
Ex parte. de ſponſal. 451
Ex litteris. de deſp. impub. 455
Ex litteris 2. de ſponſal. 456
Ex tranſmiſſo. de renunc. ibid.
Ex parte. de regular. ibid.
Ex litteris. de co... & eſſa. 489
Ex litteris de cogn. ſpir. 494
Ex litteris. de eo, qui cogn. 498
Ex litterarum. de eo, qui duxit. 500
Ex hie. 28. q. 1. 501
Extraordinaria. 35. q. 1. 513
Ex litteris. de frigid. 513
Ex conqueſtione. de reſt. ſpol. 520
Ex vindicte. 23. q. 4. 521
Epiſcopos in Synodo. 35. q. 6. 525
Ex litteris. de divort. 510
Ex tenore. qui fil. ſint leg. 512

F

Fraternitatem. d. 54. 18
Firmiter. de ſum. Trin. & fide. 41
Fraternitati. de ſchiſm. 41
Facies. 22. q. 1. 100
Frater. 17. q. 4. 114
Ferrum. d. 50. 185
Flagitia. 32. q. 7. 210
Fraternitas. 12. q. 2. 112
Felicis. de torneam. 224
Fraternitatem. de ſepult. 113
Forte. 12. q. 4. 215
Fortitudo. 23. q. 3. 170
For. 14. q. 4. 203
Fornicari. d. 18. 212
Falſas. de pœnit. d. 5. 213
Forte aliquis. 11. q. 3. 185
Fraternitatis tuæ. d. 14. 132
Fratrem. d. 84. 146
Frequens. in fin. d. 50. 272
Fraternitatem. d. 71. 284
Frater noſter. de regul. 315
Felix. 16. q. 1. 312
Feminas. d. 81. 351
Fratres Epiſcopos. de pœn. d. 5. 416
Fraternitatis. 35. q. 1. 508
Fraternitati. de eo, qui cogn. ibid.
Fraternitatis. de frigid. 518
Ferrant. d. 50. 530

G

Gravis. de reſt. ſpol. 8
Gloria Epiſcopi. §. Amico cepere. 11. q. 1. 21
Gaudemus. de conceſſ. conjug. 28
Generaliter. §. Novetum. 16. q. 1. 117
Gaudemus. de divortiis. 131
Generaliter. 16. q. 1. 210
Generales. d. 12. 274
Gloria Epiſcopi. 12. q. 2. 303
Gratia. 1. q. 1. 307
Geſta. d. 24. 399
Generaliter. §. Hoc idem. 16. q. 1. 484
Gemmam. de ſponſal. 466
Gaudemus. de divortiis. 506
Gaudemus. Qui fil. ſint legit. 531

H

Hæreticos. 24. q. 3. 30
Hæreſis. ibidem. 31
Hi, qui poſt. d. 50. 49
Hæc imago. 33. q. 5. 66
Hebetius. 12. q. 2. 81
Homines. 12. q. 2. 84
Hoc videtur. 11. q. 1. 90
Humanas aures. §. Si ergo. 2. q. 5. 96
Hi, qui. 16. q. 1. 109
Hoc jus. 14. q. 4. 118
Hanc conſuetudinem. 10. q. 1. 126
Hadrianus. d. 63. ibid.
Homicidiorum. d. 1. 137
Homicidium. ibidem. ibid.
Hi, qui arborem. d. 50. 142
Hinc etenim. d. 42. 148
Hortatur. 13. q. 2. 151
Hæreticus. de cler. pugn. 155
His, a quibus. 11. q. 3. 181
Hortamur. 1. q. 7. 195
Hebraiſſe. d. 33. 216
Hoſpitalem. d. 42. §. 1. 249
Hoc habet. §. Ecce. d. 46. 260
Hortamur. d. 71. 284
Hic ergo. de conſecr. d. 1. 310
Hæc ſedi. d. 17. 315
Hoc nequaquam. 7. q. 1. 331
Hoſpitiolum. d. 78. 310
Hic, quibus. de eſſ. ord. 368
Hæc autem verba. de pœnit. d. 1. 409
Hoc fit poſtum. 26. q. 7. 438
Hoc ipſum. §. Hoc, autem. 13. q. 1. ibid.
Hoc nobis. de pœn. d. 1. 445
His qui. 26. q. 6. 449
Hi duo. de conſecr. d. 1. 458
Horrendus. 31. q. 5. 474
Hi, qui. 18. q. 2. 481
His ita. 20. q. 1. ibid.

I

In ſcripturis. 8. q. 1. 5
Illi autem, qui. 18. q. 1. Ibid.
Illud. 10 q. 3. 6
Inquiſitionis. de accuſ. 7
In ordinando. de ſim. 13
In tantum. ibidem. 14
Judices. 1. q. 1. 15
Inquiſitionis. de ſent. excom. 17
In eos. de hæret. 25
Judæi. 2. de judæis. 26
In nonnullis. de Judæis. ibid.
Judæi. de teſtibus. ibid.
Judæi. 1. de Judæis ibid.
Jam vero. 23. q. 6. ibid.
In Archiepiſcopatu. de rapt. 32
Jus gentium. d. 1. 20
Jus naturale. ibidem. 22
Juſtum. 11. q. 1. 34
In quibuſdam provinciis. de pœnis 35
Ipſa pietas. 23. q. 4. 40
In ipſarum. 21. q. 1. 41
In mendatis. d. 63. 42
Inter hæreſim. 24. q. 3. 44
In nomine. d. 23. ibid.
Infames. 6. q. 1. 48
Julianus 11. q. 3. 50
Jocnis. de pœnit. d. 3. Ibid.
Joannes. de cler. conjug. 52
In malis promiſſis. 22. q. 4. 54
Juramenti. 22. q. 5. ibid.
Inter cetera. §. Sed cum hic. 22. q. 5. 58
Innocens 22. q. 4. ibid.
Illud autem 20. q. 1. 63
Incommutabilis. 22. q. 4. 65
Illi, qui. 24. q. 3. 75
Innovamus. de treuga & pace. Ibid.
Integritas. 32. q. 1. ibid.
In novo. 21. q. 1. 80
Ita ergo. Ibidem. ibid.
Innocens. §. Illicitum. 22. q. 4. 83
Inter cetera. 22 q. 4. 86
Ita ne. 12. q. 5. 87
Ille, qui. 22. q. 5. 89
Judicet illi. 1. q. 7. 90
Judicantem. 30. q. 3. ibid.
In lectum. 14. q. 2. 93
Is autem. 22. q. 2. 97
In mandatis. d. 41. 100
Judices. q. 1. 101
Igitur. 26. q. 4. 103
Illud. 26. q. 2 105
Illos planetarios. 26. q. 2. 106
Jejunia ſana. de conſecr. d. 5. 110
Jus publicum. d. 1. 122
Inter alia. de immunit. 124
Immunitatem. de immunit. ibid.
Id conſtituimus. 12. q. 4. ibid.
In oratorio. d. 42. 129
In Eccleſia. de inſtitut. 129
In inſinuatione. de feudis. 202
In Synodo. d. 63. 107
Interdicimus. de decimis. 128
In aliquibus. ibidem. 110
In iſtis temporibus. d. 4. 115
Illud. d. 11. ibid.
Iſidorus. d. 16. 131
In Canonicis. d. 19. 133
Is, qui. 26. q. 6. 134
In noſtra. de ſepult. 135
Interfeciſti. de homicid. 138
Illud relatum. §. Ita ex præmiſſis 15. q. 1. 139
In ſuis litteris. 15. q. 1. 149
Illud. 7. q. 1. ibid.
Igitur. 23. q. 8. 150
Intelleximus. de fil. occid. 153
In litteris. de raptor. 158
Infames. §. Si vero in ora. 1. q. 7. 174
Inter alia. de ſent. excom. 176
Joannes Clericus. de teſtam. 184
Julianus. 1. q. 1. 192
In ſingulis. d. 26. ibid.
Infames. §. Tale. 1. q. 7. 194
Infames. §. Si. quis autem. ibidem. ibid.
Intimavit. de teſtib. ibid.
In loco benedictionis. 1. q. 4. ibid.
Infames. §. Præterea non licet. 1. q. 7. 195
Infames. §. Si quis adeo procax. ibidem. ibid.
Inferior. d. 2. 192
In litteris. de reſt. ſpol. ibid.
Infames. §. Porro. 1. q. 2. 208
In civitate. de uſuris. 209
Illo vos. de pignorib. 209
Intelleximus. de novi op. nunc. 211
Jam vero. 23. q. 6. 216
Judicatum eſt. d. 89. 219
In omnibus d. 11. 221
Illa autem. d. 11. 218
Inter dilectos. de exceſſ. prel. 219
Innotuit. de Elect. 218
Illa autem. 12. q. 5. 219
Illitterato. d. 36. 241
Idem. d. 27. 246
Inferiorum. d. 86. 250
Ibi. 7. q. 1. 257
Illi, qui. 2. q. 5. 258
In epiſtola. 2. q. 1. 261
Illud quoque. d. 32. 262
In ſacerdotibus. Verſ. Proferens. d. 21. ibid.
Illud ſtatuendum. d. 81. 269
Inſtituendi. de ſer. non ord. 273
Indecia. 7. q. 1. 274
Illud. d. 71. 284
In dominicis. 9. q. 2. Ibid.
In veteri. d. 77. 286
In ſingulis. ibidem Ibid.
Inferiore. de Elect. 187
Innotuit. de eo, qui furtive ordin. ſuſc. 288
Illud. d. 64. 290
In nomine Domini. Verſ. Sed quia. d. 23. 295
Illud. d. 77. ibid.
Ignorantes. d. 40. 298
Illud ſuperfluum d. 91. 302
In capite. d. 50. 306
In neceſſitate. de conſecr. d. 4. 307
In ſancta. de conſecr. d. 1. 311
Inter corporalia. de tranſl. 314
Ideo huic. 2. ceſſa. 3. q. 6. 323
Ideo huic. 2. ibidem. ibid.
Ideo permittente. §. Si ergo. 35. q. 1. 324
In memoriam. d. 19. Ibid.
Inter quatuor. de relig. domib. 326
In loco. 5. q. 4. 341
Illud. d. 91. 343
Interfectores. 33. q. 2. 348
In adoleſcentia. ibidem. Ibid.
Inhibendum. de cohab. Cler. & mul. 351
Interdicit. d. 12. ibid.
In omnibus. d. 18. 311
Inter. de purg. canon. 317
In decima. 18. q. 2. 363
Inſinuatum. de ſimon. 365
Illa cavenda. 15. q. 1. 370
Indicas. 1. q. 9. Ibid.
Inebriaverunt. 15. q. 1. 371
Illud relatum. ibidem. ibid.

Jam

Digitized by Google

CAPITULORUM.

Jam itaque . 1. q. 4. 372
Judæi . 1. q. 4. 373
Ita nos . 25. q. 2. 375
Imprimis . 2. q. 1. 379
Induciæ . §. A judice . 2. q. 1. 380
Inter dilectos . de fid. inſtr. ibid.
In noſtra . de procur. 381
Ita quorumdam . de Judæis . 384
In audientia . de ſent. excommunic. 386
Ibi enim . 3. q. 6. 391
In actione . de pœnit. d. 1. 394
In his, quæ . de verb. ſignif. 397
Illa . 11. q. 3. 403
Ita . 11. q. 1. ibid.
Illud plane . ibidem . 405
Illa quotidiana . de elect. 412
Illa anima . de pœnit. d. 1. 417
Judas . ibidem . 437
Ii ergo . 32. q. 1. 441
Jejunia . de confecr. d. 3. 443
Igitis . de pœnit. d. 1. 444
Is , qui . 16. q. 6. 448
Iteratur . de confecr. d. 1. 449
In gravibus . 2. q. 7. 451
Illud . de præſumt. 459
In conjugio . 32. q. 1. 473
Intelleximus . de adult. 477
Injuncti . 32. q. 6. ibid.
Indignantur . ibidem . ibid.
Inſinuante . Qui cler. vel voven. 486
Illud etiam . 30. q. 1. 494
In Catechiſmo . de conſec. d. 4. 495
In baptiſmo . de conſecr. d. 4. 496
Ita diligere . 32. q. 1. 497
Jam nunc . 33. q. 1. 501
Inſuper . Qui matrim. accuſ. poſſ. 507
Interveniente . 33. q. 2. 508
In præſentia . de ſponſal. 509
Juvenis . de ſponſalib. 510
Juramentum . de jurejur. 517
Intelleximus . de ord. cogn. 520
Inter dilectos . §. Porro . de fid. inſtrum. 527
Idololatria . 28. q. 1. 528
In lectum . 32. q. 1. 529
In omni negotio . de teſtib. 588

L

Latorem . 2. q. 2. 3
Legi . 22. q. 1. 13
Legi . 16. q. 1. 47
Litteraturam . de vot. & vot. redemt. 56
Licet . de regul. & tranſ. 60
Lectores d. 32. 72
Licet . de vot. & vot. redemt. 86
Licet . de feriis . 105
Ligna . de conſecr. d. 1. 115
Lex æterna . 33. q. 1. 138
Lator præſentium . d. 55. 141
Lex illa . 18. q. 1. 157
Lator . 2. q. 2. 162
Licet ex regulis . 16. q. 1. 225
Licet cauſam . de prob. 282
Licet . de foro compet. 259
Licet omnibus . d. 82. 280
Licet univerſis . de teſtibus . 225
Lector . d. 34. 238
Legimus . de conſecr. d. 5. 242
Legimus 1. §. Sed contra . d. 37. 244
Legimus 2. ibidem . 248
Licet 1. d. 45. 259
Licet 2. ibidem . ibid.
Litigioſus . §. 1. d. 92. 260
Legem . d. 51. 268
Liberti 1. 12. q. 2. 272
Liberti 2. ibidem . 274
Litteras . de fil. presb. 280
Legant . d. 37. 285
Lugdunenſis . 2. q. 2. 285
Litteras . de temp. ordin. 287
Lector . d. 32. 293
Licite . 22. q. 2. 294
Licet . de Transl. 322
Licet . De off. leg. 325
Licet . 8. q. 1. 345
Legitur . d. 12. 350
Legum . 2. q. 1. 370
Legimus . d. 93. 377
Liceat . 1. q. 6. 381
Licet . de præb. 383
Licet . de Elect. 384
Latorem . 31. q. 1. 419
Legitur . 24. q. 1. 413
Litteras . de deſp. impub. 461
Litteras . de conjug. lepros. 467
Laudabilem . Ut lite pend. 478
Licet ex quodam . de teſtib. 490
Laudabilem . de conv. infid. 499
Lotharius . 31. q. 2. 508
Licet . de ſponſ. duorum . ibid.
Laudabilem . de frigidis . 511
Littera . ibidem . 515
Littera . de matrim. contr. cont. interd. Eccleſ. 518
Litteras . de reſtitu. ſpol. 548
Licet . de præſumt. 588
Licet univerſis . de teſtibus . 589

M

Mandato . de ſimon. 22
Majores . §. Item quæritur . de Baptiſ. 37
Multorum . de Judæis . 38
Mancipia . d. 54. ibid.
Maximianus . 23. q. 1. 58
Magna . de vot. & vot. redemtion. 59
Monacho . 20. q. 4. 60
Monaſterium . §. Verum . 20. q. 4. ibid.
Mandamus . 19. q. 1. ibid.
Mulier . 12. q. 2. 84
Manifeſtum . 22. q. 5. ibid.
Multorum . 37. q. 2. 85
Movet 10. 11. q. 1. 85
Merito quæritur . 23. q. 8. 86
Mihi autem . 23. q. 2. 98
Majores . §. Sed adhuc quæritur . de Baptiſmo . 103
Mirot . 17. q. 4. 105
Male . d. 8. 110
Monemus . 12. q. 1. 111
Moderamine . 16. q. 1. ibid.
Miles . 23. q. 1. 138
Miror . d. 50. 143
Moyſes . 33. q. 2. ibid.
Meritum . d. 11. 148
Maximianus . 17. q. 1. 154
Monomachiam . 2. q. 4. ibid.
Militare . 23. q. 1. 159
Monachi . 16. q. 1. 193
Miramur . §. Marito . d. 61. 195
Multi . 24. q. 3. 204
Michael . de uſuris . 213
Multa ſunt . Ne cler. vel monach. ſecul. negot. 228
Mulierem . 17. q. 1. 237
Mulier . d. 40. 247
Monaſteria . 19. q. 3. 266
Magnus . de oblig. ad ratioc. 269
Miramur . de ſer. non ordin. 270
Michael . de fil. presbyt. 278
Monachus . d. 77. 287
Mulier . d. 23 . 300
Mulieres . d. 18. 302
Multi . 1. q. 1. ibid.
Manus . de conſecr. d. 1. 308
Mulier . de conſecr. d. 4. 317
Mutationes . 7. q. 1. 322
Metropolitanum . 9. q. 3. 326
Mos antiquus . d. 65. 329
Miniſtris . 10. q. 6. 334
Monachi vagantes . 16. q. 1. 337
Mensam . 1. q. 6. 359.
Majores . 10. q. 2. 383
Monachi . de ſent. excommunic. 387
Mulieres . ibidem . ibid.
Multi . 2. q. 1. 401
Magna . de pœnit. d. 2. 432
Menſuram . ibidem . 438
Mulier . 15. q. 1. 442
Medicina . de pœnit. d. 1. 449
Majores . In fin. de baptiſ. 473
Mulier . 33. q. 5. 475
Meminimus . qui cler. vel vov. 487
Martinus . de ſegn. Spirit. 491

N

Non liceat . de prob. 5
Non ſane . Verſ. medium . 14. q. 5. 8
Nobis . de ſimon. 10
Nuper . de ſent. excomm. 25
Non ſatis . de ſimon. 33
Nemo Presbyterorum . ibid. ibid.
Nuper . de Bigamis . 18
Non ſane . in princ. 14. quæſt. 5. 23
Non ſolum . 1. q. 3. ibid.
Nullus . 18 . q. 2. 25
Nulla d. 54. ibid.
Ne , quod abſit . de conſecr. d. 4. 26
Notandum . 12. q. 2. 34
Nemini . 11. q. 2. 35
Non nocet . 1. q. 2. 38
Non in vobis . de conſecr. diſt. 4. 39
Non conſuetudinem . d. 12. 40
Non afferamus . 24. q. 1. 44
Non licuit . d. 17. 45
Non poteſt . 2. q. 2. 47
Nolite . 11. q. 3. 51
Nuptiæ . 18. q. 2. 55
Non eſt . de vot. & vot. redemtion. 57
Non ſolum . 33. q. 3. 59
Nullus abbas . 19. q. 2. 60
Non oportet . 2. de conſ. diſt. 5. 61
Noluit . 33. q. 1. 64
Nos novimus . 17. q. 2. 70
Nuptiarum bonum . 27. q. 2. ibid.
Nimis . d. 32. 72
Nullum . d. 28. 75
Non eſt contra . 22. q. 2. 79
Non in ferenda . 33. q. 3. 95
Nullum . 10. q. 6. 98
Non prohibeat . de conſecr. d. 2. 93
Noli . 11. q. 2. 96
Nequit . §. Illud autem . 22. q. 2. ibid.
Ne quis . ibidem . 98
Nunquam . 2. q. 1. 102
Ne mirum . 26. q. 5. 103
Non obſervetis . 26. q. 7. 105
Non licet . 24. q. 3. 106
Non ſtatim . ibidem . 107
Non exemplo . ibidem . ibid.
Non liceat 26. q. 5. ibid.
Non liceat . §. Si quis ibidem . 108
Non oportet . 26. q. 5. ibid.
Non liceat . d. 17. ibid.
Nullus 1. Cauſa 25. q. 4. 112
Nullus . 2. ibidem . 112
Nemini . 12. q. 2. 113
Nulli . 12. q. 1. ibid.
Non minus . de immunit . Ec. 118
Novum genus . de decimis . 121
Nuper . ibidem . ibid.
Nos inſtituto . ibidem . 124
Noli putare . d. 1. 127
Non eſt iniquitatis . 23. q. 5. 138
Non in ferenda . 33. q. 3. 144
Nullus Epiſcopus . de conſecr. d. 1. 146
Nuper . 2. q. 1. 150
Nullus judicum . De foro comp. 151
Nullus judicum . 11. q. 1. ibid.
Nemo . 11. q. 1. ibid.
Nulli dubium . 12. q. 1. 162
Notum ſit . 2. q. 1. 186
Neque decennii . 16. q. 4. 186
Nemo . 16. q. 1. ibid.
Ne pro defectu . de Elect. 189
Nemo vel in foro . de pen. d. 2. 193
Nullus unquam . 4. q. 4. 194
Nullus introducatur . ibidem . ibid.
Non ſane . §. Qui vere . 4. q. 1. 195
Nihilominus . 3. q. 9. 196
Non vos judicetis . 1. q. 5. 197
Non omnia . ibidem . ibid.
Non oſculatur . ibidem . ibid.
Ne quod abſit . d. 4. 203
Noſſe . 30. q. 1. 204

Nul-

Digitized by Google

I N D E X

Nullus clericorum. 15. q. 8 206
Naviganti. de uſuris. 207
Non eſt peccatum. d. 6. 211
Neque. 14. q. 5. 216
Nec hoc prætereundum. 14. q. 4. 217
Non ſatis d. 86. 218
Non dicatis. 12. q. 2. 220
Neque apud. d. 82. ibid.
Numquam. de conſecr. d. 5. 221
Negotium. de pœnit. d. 5. 223
Non eſt putanda. 1. q. 1. 225
Non ſane. In fin. 14. quæſt. 5. ibid.
Nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. 238
Nullus ſacerdotum. ibidem. ibid.
Nemo. d. 78. 239
Nonne. 2. q. 4. 240
Nihil. de conſecr. d. 5. 242
Ne tales. ibidem. ibid.
Non liceat. d. 44. 243
Non cogantur. d. 41. ibid.
Non oportet. 1. d. 44. ibid.
Nulli clerico. ibidem. ibid.
Non oportet. 2. ibidem. ibid.
Non ſolo. 31. q. 1. 248
Nihil illo. d. 81. 251
Nemo. ibidem. ibid.
Nullus Epiſcopus. d. 38. 256
Ne amiſſa. 13. q. 4. 259
Non liceat. d. 86. 258
Neque ad Caio. d. 90. 260
Nam concupiſcentiam. de conſtitut. 262
Neophytus. d. 61. 265
Nullus. d 56. 270
Nulli. ibidem. ibid.
Nullus. de ſer. non ordin. 271
Non liceat. 12. q. ult. 272
Nimis. de fil. presbyt. 279
Nos conſuetudinem. d. 12. 280
Numquam. d. 50. 281
Niſi. ibidem. ibid.
Nullus. d. 7. 282
Nullus Epiſcopus. de paroechi. 283
Nullum. d. 93. 284
Nulius alterius. 9. q. 2. ibid.
Nullus primat. ibidem. ibid.
Nullus presbyter. ibidem. 285
Nullum Epiſcopum. ibidem. ibid.
Non invitari. ibidem. ibid.
Nullus. 98. d. ibid.
Nec Epiſcopi. de temp. ord. 290
Nova. de pœnit. & remiſſ. 301
Nulla ſalus. d. 4. 301
Non poteſt. de pœnit. d. 5. ibid.
Nihil prodeſt. ibidem. 305
Noviſſime. de conſecr. d. 1. 306
Nihil. ibidem. d. 2. 307
Nemo. de conſecr. d. 1. 310
Nulli. de Elect. 315
Nihil. ibidem. 316
Nihil. de Renunt. ibid.
Nervi. d. 12. 318
Non oportet. 7. q. 2. ibid.
Nulla. de conceſſ. præb. 328
Non turbatur. 34. q. 1. 181
Niſi ſpecialis. de offic. legati. 302
Nullus primas. 9. q. 3. 310
Nullus presbyter. de conſecr. d. 5. 311
Non oportet. de conſecr. d. 5. ibid.
Nullus. 4. q. 4. ibid.
Nullus. d. 18. 317
Neceſſaria. 1. q. 2. 344
Non ſunt audiendi. 11. quæſt. 3. 348
Nullus miſſam. d. 32. 310
Non debet. de conſang. & aff. 311
Nec ſolo. 11. q. 5. 351
Nomen. 2. q. 1. 358
Non eſt vobis. de ſponſal. 373
Non imputetur. 1. q. 4. 374
Nulli fas. d. 19. 383
Non magnopere. Ne cler. vel mon. 385
Nemo Epiſcopus. 2. q. 1. 388
Nonne. 2. q. 4. 404
Non in perpetuum. 14. q. 1. 405
Nihil contra. 2. q. 2. 408
Non ſolum. 1. 12. q. 1. 409
Non dubium. de ſent. excommunic. 411
Non æſtimemus. 13. q. 2. 414
Non eſt. ℱ. Adam. de pœnit. d. 2. 417
Ne quod abſit. de conſecr. d. 4. 419
Ne pro dilatione. de pœnit. & rem. 432
Nullus laicus. de jurejur. 433
Non debet. 30. q. 1. 439
Non regenerabatur. de conſecr. d. 4. 443
Non exſpectet. de pœnit. d. ult. 447
Non mediocriter. de conſecr. d. 2. 455
Nolumus. 30. q. 5. 468
Non omnis. 31. q. 2. 464
Neque furioſos. 32. q. 7. 471
Notificaſti. 32. q. 1. 473
Non erit tempus. 32. q. 2. 477
Nihil. 31. q. 6. ibid.
Non mœchaberis. ibidem. ibid.
Non debet. de conſang. & aff. 491
Non oportet. 10. q. 3. 495
Non plures. de conſecr. d. 4. 496
Non licet. ibidem. ibid.
Non oportet. 32. q. 1. 508
Nec eam. 31. q. 1. & 2. 510
Nullum. 35. q. 2. 511
Ne aliqua. 87. q. 2. 516
Non oportet. 1. 31. q. 4. 518
Non licet. 12. q. 2. ibid.
Non oportet. 1. ibidem. ibid.
Nec eorum donum. ibidem. ibid.
Non mœchaberis. 32. q. 4. 510
Nullam. 1. q. 4. 511
Nullam. §. Sed hoc. ibidem. ibid.
Nuper. de donat. inter vir. 526

O

Ordinationes. 1. q. 1. 5
Optamus. d. 100. 7
Objicitur. 12. q. 4. 23
Omnes. 18. q. 2. 25
Occidit. 81. q. 2. 33
Ordinationes. 2. q. 8. 38
Omnes. 21. q. 2. 100
Omnes. de feriis. 111
Oratorium. d. 42. 119
Omnes. 12. q. 4. 120
Omnes decimæ. 16. q. 7. 123
Officii. de teſtam. 126
Omnis iniquitas. de pœnit. d. 2. 127
Oſtendit. 13. q. 2. 144
Omnis. 12. q. 8. 151
Omnium 21. q. 5. ibid.
Officii. de pœn. & remiſſ. 156
Olim cauſſam. de reſtit. ſpol. 123
Omne. 31. q. 1. 190
Omnes. d. 87. 217
Omnes. d. 1. 246
Odio. d. 14. 231
Officii. de Elect. 216
Oſius. 61. ibid.
Octava. 12. q. 2. 270
Oſius. 56. 279
Olim. de verb. ſignif. 280
Omnis utriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. 282
Ordinationes. d. 64. 189
Ordinationes. 2. d. 21. 291
Ordinationes. 1. ibidem. ibid.
Officium. d. 13. 293
Oſtendimus. d. 4. 383
Omnes. de conſecr. d. 2. 107
Omnes. 2. q. 6. 316
Omnis. 2. q. 2. ibid.
Omnibus. 2. q. 4. 317
Olim. de accuſat. 383
Omnes. 37. q. 2. 366
Olim. d. 95. 378
Officium. de off. Archid. 192
Omnis. 32. q. 1. 401
Omnis, qui. 24. q. 1. 407
Origo. 20. q. 4. 478
Omnes. 37. q. 2. ibid.
Omnes. de cogn. Spirit. 498
Omnes cauſſationes. 11. q. 1. 518

P

Patet. 1. q. ult. 4
Placuit. 2. q. 1. 4
Per noſtras. de jure pat. 8
Præſentium. 1. q. 5. 10
Prohibemus. de cenſib. 19
Per mar. 1. de ſimon. ibid.
Præterea. ne præl. vices ſuas. 20
Placuit. 1. q. 2. 21
Prohibeas. de magiſtris. ibid.
Præſenti. de Judæi. 28
Pietas. ℱ. Verum. d. 32. 18
Per illicitum. 9. q. 2. 50
Patimus. 11. q. 2. 61
Pudenda. 24. q. 1. 46
Præpoſitum. 20. q. 1. 48
Præterea. de Apoſt. ibid.
Præcipimus. 21. q. 4. 49
Primum. 21. q. 2. 51
Poteſt fieri. de pœnit. d. 1. ibid.
Presbyter. d. 81. 58
Presbyter. d. 81. ibid.
Puella. 20. q. 2. 65
Pueris. de delict. puer. 62
Puella. 20. q. 1. ibid.
Placuit. 21. q. 2. ibid.
Præſtitum. de his quæ vi. & met. ibid.
Profeſſ. 20. q. 3. 83
Præcipie. 38. q. 1. 46
Poſtulaſti. de Regularib. 67
Placet. de converſ. conjug. 69
Placuit. d. 31. 81
Paſſionarum. 34. q. 2. 95
Prædicandum. 22. q. 1. 84
Perveniat ad nos. de jurejur. 87
Primum. 12. q. 2. 88
Plerumq. 6. q. 2. 89
Præterea. 1. de ſponſal. 95
Pervenit. 2. de jurejur. 98
Pervenit. 26. q. 1. 106
Pronunciandum. de conſecr. d. 2. 110
Pervenit. de conſecr. d. 2. ibid.
Placita. 25. q. 4. 112
Placuit. §. Quæ actiones. 16. q. 1. 116
Placuit. 4. 22. q. 2. 117
Placet. 16. q. 1. ibid.
Parochianus. de ſent. excomm. 119
Placuit. de conſecr. d. 1. 120
Pervenit. de immun. Eccleſ. ibid.
Paſtoralis. de decimis. d. 2. 121
Plores. de uſuris. 129
Præter hoc. verſ. præcipientes. d. 21. 136
Pro obeuntibus. 23. q. 1. ibid.
Paſtoralis. de fid. inſtrum. 138
Perniciosa. de pœnit. d. 3. 137
Presbyterum. de homicid. 143
Petrus. de homicid. ibid.
Præſentium latus. de elect. poteſt. 146
Pœna illorum. 22. q. 1. 152
Principes. 23. q. 5. 155
Porro ſi clericus. de cler. pugnan. 157
Placuit. 6. q. 1. 158
Paſſimam. 13. q. ult. 159
Placuit. 22. q. 3. 161
Perpendimus. de ſent. excomm. 164
Pervenit. de cenſib. 168
Per veſtras. de don. inter vir. & uxorem. 179
Placuit. ℱ. Poteſt. 18. q. 3. 181
Placuit. ℱ. Quæ actiones. ibid. ibid.
Placuit. ℱ. Porro. ibidem. 188
Per ſingulas. ibidem. ibid.
Paſtoralis officii. de off. ordin. 188
Placuit. de præſcript. ibid.
Primo. 16. q. 1. 189
Porro. 16. q. 3. ibid.
Placuit. §. Præſcriptionem. ibid. ibid.
Per tota. 2. de ſimon. ibid.
Perlatum. d. 88. 193
Pauper. 12. q. 2. 195
Presbyter. 1. 2. q. 4. 196
Presbyter. 2. ibidem. ibid.
Prodeſt. 23. q. 1. 197
Præcepta. d. 11. ibid.

Presby-

Presbyterum. de cleric. ægrot. 198
Pœnale. 14. q. 5. 201
Plores. de uſuris. 206
Pervenit. de fidejuſſ. 207
Potant. 14. q. 1. 208
Plerique. ibidem. ibid.
Præterea. de uſuris. 213
Prudentiam. de mut. pet. 214
Poſt miſerabilem. de uſuris. 216
Principatus. 1. q. 1. ibid.
Pervenit. d. 16. 218
Præcipue. 11. q. 3. 224
Præterea. de off. deleg. 226
Propoſuiſti. d. 82. 234
Placuit. d. 50. 235
Præcipimus. d. 34. 240
Pro reverentia. d. 44. 248
Petrus diaconus. d. 16. 245
Prodeſt. 13. q. 5. 252
Ponderet. d. 50. 260
Placuit. d. 90. 261
Præcipimus. ibid. ibid.
Pervenit. 18. 262
Prohibentur. d. 48. 265
Primum. d. 32. 267
Presbyter. 26. q. 6. ibid.
Præterea. d. 50. 268
Pervenit. 21. q. 3. 269
Prohibendum. d. 16. 272
Per venerabilem. qui fil. ſint leg. 271
Presbyterorum. d. 51. 277
Priſcis. ibidem. ibid.
Porro. de privil. 280
Primatus. d. 7. 283
Peregrinus. 5. q. 6. ibid.
Placuit. ibidem. 284
Placuit. 9. q. 1. ibid.
Præterea. de ætate, & qual. ordin. 287
Pſalmiſta. d. 5. 289
Porro 2. d. 44. 290
Poſtquam. d. 50. 291
Presbyter. d. 3. 293
Pſalmiſta. d. 5. ibid.
Paſtoralis. de ſacr. non iter. 294
Presbyter. d. 68. ibid.
Presbyter. de ſacr. non iteran. ibid.
Privilegium. 25. q. 2. 297
Placuit. d. 34. 299
Presbyteros. §. Qui autem. d. 50. ibid.
Presbyter. d. 32. 301
Placuit. 1. q. 4. 305
Presbyter. 26. q. 6. 306
Præter. §. Porro. d. 2. ibid.
Per baptiſmum. de conſecr. d. 4. 307
Propoſuiſti. de conſecr. Eccleſ. 308
Placuit. de conſecr. d. 1. 310
Principali. d. 63. 315
Pallium. d. 100. 319
Porro. de conſecr. d. 2. ibid.
Priſca. d. 100. 320
Pallium vobis. d. 100. ibid.
Præceptis. d. 1. 322
Per principalem. 9. q. 3. 324
Pervenit. 10. q. 2. 326
Provinciæ. d. 99. 327
Paſtoralis. de off. ord. 329
Per ſingulas. 9. q. 1. 330
Perlectis. §. Ad Epiſcopum. d. 23. 331
Perlectis. ibidem. 332
Presbyteros. d. 95. 334
Præterea. de off. deleg. ibid.
Paſtoralis. 7. q. 1. 335
Pervenit. d. 50. 338
Poſtquam. ibidem. 339
Presbyteros. ibidem. 341
Plerimus. d. 12. 349
Presbyteri. 15. q. 5. 352
Præter hoc. d. 32. ibid.
Præterea 1. de appell. 356
Per tuas. 2. in fin. de ſimon. 361
Pervenit. d. 84. 365
Pervenit. de adult. 366
Paſtoralis. de off. deleg. 367
Pervenit. d. 25. 370
Pueris. de delic. puer. 372
Placuit. 1. q. 4. 373
Perlectis. §. Archipresbyter. d. 25. 378
Pervenit. de ſent. excomm. 380
Præterea. de jurejur. 381
Pro abeuntibus. 13. q. 2. ibid.
Pro dilectione. de conſecr. d. 5. ibid.
Perlectis. §. Archidiac. d. 25. 390
Præſenti. 5. q. 2. 394
Per tuas. de ſent. excomm. 396
Precariæ. 11. q. 2. 404
Primo. 2. q. 1. 409
Porrò. de ſent. excomm. ibid.
Permittimus. ibidem. 410
Paſtoralis. 1. de appell. ibid.
Paſtoralis. 2. de appell. ibid.
Poſtulaſti. de cler. excomm. 413
Pœnitentia. de pœnit. d. 3. 416
Principe. de pœnit. d. 1. 417
Primus homo. ibidem. ibid.
Perfectæ. de pœnit. d. 1. 420
Pervenit. 16. q. 1. 423
Placuit. de pœnit. d. 4. 424
Præter hoc. verſ. Ceterum. d. 50. 426
Productior. de pœnit. d. 1. 428
Prædicandum. 22. q. 2. 429
Presbyter. d. 82. 443
Plenus. de pœnit. d. 3. 445
Pium ibidem. ibid.
Peccatum. de pœnit. d. 4. 446
Præterea. de ſponſalib. 462
Puberes. de deſpons. impub. 464
Propoſito. 32. q. 3. 465
Presbyter. d. 82. verſ. unum denarium. 469
Pudor. 32. q. 5. 474
Porro. de divortiis. 478
Propoſuit. de conjug. ſer. 483
Per tuas. de condit. appoſ. 484
Perveniam. de regul. 485
Primo grade. 35. q. 5. 487
Pervenit. 10. q. 11. 488
Poſt uxoris obitum. 19. q. 4. 493
Prælacium. 50. q. 3. 494
Placuit. 26. q. 5. 496
Poſt ſuſceptum. de cogn. leg. 497
Propoſitum. de eo qui duxit. 500
Porro. 25. q. 5. 512
Propoſuiſti. de prob. 516
Paſtoralis. de cauſa poſſeſſ. & propr. 520
Præterea. de teſtib. cog. 526
Præterea. de ſponſal. 527
Præſul. 2. q. 6. 530
Per veſtras. de donat. inter vir. & uxor. 535
Plerumque. ibidem. ibid.

Q

Qui ſtudet. 1. q. 1. 2
Quæſitum. de rer. permut. ibid.
Quidquid inviſibile. 1. q. 1. 3
Querelam. de ſim. 5
Quemquam. d. 32. 6
Quam pia. 1. q. 2. ibid.
Quia ſancta. d. 63. ibid.
Quoties. de ſim. 8
Quicumque ſane. 1. q. 5. 10
Quoniam ſimoniaca. de ſim. 12
Quicumque. 1. q. 1. 18
Quoniam. 2. ne prælat. vices ſuas 20
Quoniam. 2. ibidem. ibid.
Quæſitum. 1. q. 5. 21
Quoniam. de magiſt. 22
Quia nonnullis. ibidem. ibid.
Quæſita eſt. 13. q. 2. 23
Quanto. de magiſtris. ibid.
Qui ſincera. d. 45. 24
Quam ſit laudabile. de Judæis. 25
Quamvis. de uſuris. 30
Quod autem. 4. q. 1. 31
Qui omnes. 26. q. 2. ibid.
Qua jura. d. 8. 32
Quicumque. 31. q. 2. ibid.
Quod autem nobis. 13. q. 2. 33
Quid culpatur. 13. q. 1. 34
Quoties. 1. q. 7. 36
Quia paſſus. de conſecr. d. 2. 39
Qui Epiſcopus. d. 23. 42
Quoniam vetuſto. 14. q. 1. 43
Quid in omnibus. 22. q. 7. 44
Quod a prædeceſſore. de ſchiſm. 46
Quamvis mihi. d. 47. 47
Querelam. de jurejur. 48
Quoniam frequenter in fin. ut lit. non conteſtata. 49
Quia tua. 11. q. 1. 50
Quiſquis. d. 84. ibid.
Quiſquis. 14. q. 1. ibid.
Qui oblationes 2. 13. q. 2. 52
Quanto. de offic. ordin. 54
Qui reſiſtis. 11. q. 3. 55
Quod ſuper his. de vot. & vot. redemt. 57
Quod Deo. 11. q. 5. 61
Quintavallis. de jurejur. 64
Quod interrogaſti. d. 71. 68
Quam periculoſum. 7. q. 1. 69
Quidam intrantes. de converſ. conjug. ibid.
Qui uxorem ſuam. 22. q. 5. 71
Quoniam. d. 31. 72
Quia aliquando. §. His auctoritatibus. de pœnit. d. 1. 74
Quamquam. d. 81. 75
Quicumque. de condit. oppoſ. 76
Qui perjurat. 22. q. 5. 82
Qui Sacramento. 22. q. 4. 82
Quicumque. 6. q. 1. 85
Qui compulſus. 22. q. 5. 87
Quemadmodum. de jurejur. ibid.
Qui exigit. 22. q. 5. 89
Quærendum. 2. q. 7. 92
Quid ergo. 21. q. 5. 93
Quicumque. 22. q. 5. 96
Qui pejerare. §. Ex his. ibid. ibid.
Quod ait. d. 14. 100
Quæritur. §. Item opponitur. 22. q. 2. 101
Qui ſine ſalvatore. 26. q. 1. 106
Qui exiſtimavit. ibidem. ibid.
Quod autem. ibidem. ibid.
Quiſquis. 1. q. 8. 107
Qui divinationes. 26. q. 1. ibid.
Quicumque. ibidem. ibid.
Quod die. d. 71. 109
Quoniam. de treuga. 112
Quiſquis inventus. 12. q. 1. 115
Qui ſemel. 19. q. 3. 116
Quæſti. 17. q. 4. 120
Quamdam. de decimis. 121
Quid per novale. de verb. ſignif. 122
Quicumque recognoverit. 16. q. 2. 123
Quæſti. 16. q. 1. 125
Quia ſancta. §. Verum. d. 63. 127
Qui contenta. d. 8. 130
Quia ſacerdotes. 10. q. 1. 133
Qui abſtulerit. 1. q. 2. ibid.
Quibus. 13. q. 2. 134
Qui ſcandalizaverit. de reg. juris. 136
Quod Chriſtus. §. poteſt. 23. q. 4. 138
Quidam, ut aſſeris. de homicid. 139
Quod vero non. 23. q. 2. 146
Qui patrem. d. 50. 148
Qui poteſt. 23. q. 2. 153
Qui malos. 23. q. 2. ibid.
Quiſquis. de pœnit. d. 1. 154
Quicumque. 13. q. 3. 160
Quicumque. 13. q. 4. ibid.
Quicumque. 1. q. 5. 162
Qui venatoribus. d. 86. 164
Qui venatoribus. 2. ibidem. ibid.
Quoniam multis. 11. q. 3. 165
Quiaſcamus. d. 42. ibid.
Quicumque ſuffragio. 12. q. 2. ibid.
Quia plerique. de immun. Eccle. 170
Quoſdam. de his quæ fiunt a major. par. cap. 173
Qui conſentit. 11. q. 1. 176
Qui habetis. 14. q. 1. 178
Quatuor. 12. q. 2. 180
Qui divinis, & humanis. ibidem. 182
Quia judicante. de præſcript. 186
Quoniam frequenter. §. Quod ſi ſuper. ut lit. non conteſt. 188
Quia Divinitatem. de conceſſ. præben. 189
Quoniam omne. de præſcript. 190
Quoniam idem. d. 10. ibid.
Quod debetur. 4. q. 1. 191
Quatuor modis. 1. q. 1. ibid.
Quamquam. 14. q. 2. 196

ſ Qui-

I N D E X

Quicumque. 21. q. 1. 190
Quiſquis. ibidem. 190
Quidem maligni. 5. q. 1. 197
Qui in ulterius. ibidem. 198
Qui contra morem. d. 8. 198
Qui in Eccleſiarum. de Conſtitut. ibid.
Qui factum. d. 50. 201
Quod ergo. 25. q. 4. 202
Quoniam multi. d. 47. 206
Quid proderit. d. 6. 208
Quicumque. 14. q. 4. 211
Quid dicam. ibidem. 212
Quia in omnibus. de uſur. 213
Quia fruſtra. ibidem. ibid.
Quoniam non ſolum. ibidem. 215
Quanto. ibidem. 216
Quod clerici. de for. comp. 219
Quiſquis. d. 87. 220
Qui autem. d. 91. 221
Qualiter. de pœn. d. 1. 223
Qualia. d. 25. ibid.
Qui reſiſtit. 11. q. 3. 226
Quiſquis rebus. d. 43. 232
Quod dicit. ibidem. ibid.
Quod Deo pari. 11. q. 8. 228
Qui ſine crimine. d. 16. 235
Qualis. 10. q. 3. 238
Qui in aliqua. q. 50. ibid.
Quia res. 11. q. 2. 242
Quomodo. 11. q. 2. ibid.
Quotquot. 27. q. 2. 241
Quinque modis. de confeſſ. d. 5. 242
Quia Eccleſiaſtica. d. 16. 241
Qui de menſa. d. 17. 243
Quia frater. 2. q. 2. 247
Quieſcamus. d. 42. 249
Quando. d. 86. 251
Qualis. d. 25. 252
Quantumlibet. d. 47. 255
Quid autem. d. 45. 257
Qualiter. de accuſ. 258
Quod autem. ʃ. 1. d. 47. 261
Qui plures. 22. q. 2. 264
Quia. d. 89. ibid.
Quiſquis. 22. q. 2. ibid.
Quoniam. d. 48. 265
Qui ex famulis. d. 54. 270
Quicumque. ibidem. 271
Quia autem leges. ibidem. 272
Qualiter. 7. q. 1. 275
Qui crimen. 6. q. 2. 281
Quotidie. de confeſſ. d. 2. 282
Quando. d. 24. 283
Quemadmodum. 2. q. 2. ibid.
Quod ſuper his. de fid. inſtrum. 286
Quicumque. d. 77. ibid.
Quoniam. d. 66. 288
Quia per. d. 24. ibid.
Qui in aliqua. in fin. d. 51. 290
Quoniam. d. 75. 291
Quoniam. d. 100. ibid.
Quando. d. 75. 292
Quorumdam. d. 21. 293
Quæ ipſis. d. 18. 294
Quod tranſlationem. de temp. ordin. ibid.
Quæris a nobis. de ut. ord. 298
Quod quidam. 1. q. 1. 304
Qui in qualibet. 2. q. 7. 305
Qui bis ignoranter. de confeſſ. d. 4. ibid.
Quod in dubiis. de confeſſ. Eccle. 309
Quam ſemel. 29. q. 1. 310
Quoniam. ibidem. ibid.
Quæſti. 15. q. 4. ibid.
Quidam. de celebr. miſſ. 315
Qualiter. de electione. 315
Quod ſicut. ibidem. 318
Quod in dubiis. de renunc. 318
Quidam. de renunc. ibid.
Quod ſicut. de elect. 319
Quam ſe ſcit. 2. q. 6. 321
Quamvis. d. 32. ibid.
Quod tranſlationem. de offic. leg. ibid.
Quoties. 14. q. 6. ibid.
Quamvis. 3. q. 6. 322
Quoniam. de off. deleg. 323
Quod ſuſpecti. 3. q. 5. 329
Quamvis. d. 68. 330
Quando. d. 18. 331
Quanto. de arenal. 335
Quia frater. ʃ. Ambitione. 7. q. 6. 336
Quod Dei timorem. de ſtatu monach. 337
Qui ſemel. d. 50. 338
Quia ſaeculum. ibidem 338
Qui admiſit. 15. q. 8. ibid.
Quam ſit grave. de conſ. præl. 340
Quoniam. de tem. ordin. ibid.
Quorumdam. d. 34. ibid.
Quod pendet. d. 86. 341
Qui de cauſa. 2. q. 6. 342
Quoniam. 2. q. 7. 344
Quoties. ibidem. ibid.
Quanto. 8. q. 4. 343
Qui in aliquo. ʃ. Si qui autem. d. 71. ibid.
Qui vult. de pœnit. d. 6. 342
Quæſitum. de cohab. cleric. & mul. 353
Quidam clerici. d. 81. 354
Quia. 1. q. 2. 357
Qualiter 2. de accuſ. ibid.
Qualiter e. ibidem. ibid.
Quoties. de purg. can. 362
Quia præſulatus. q. 4. ibid.
Quoniam frequenter. §. ſicut &
Qualiter lite non conteſt. 363
Quærenti. de verb. ſignif. 365
Quod ſedem. de off. ordin. 368
Quanto. de judicio. ibid.
Quamvis de off. delegati 369
Quoniam. ibidem. 370
Quod ait Sedemitis. d. 34. ibid.
Quia locus. 2. q. 4. 371
Qui apud. ibidem. ibid.
Quia juxta. 5. q. 6. 378
Quod conſolationem. de ſent. & re judic. 380
Quanto. ʃ. Ne autem ſolos. de ſent. excomm. 381
Quod olim. de Judæis 384
Quoniam. vit. & hon. cleric. 387
Quod de his. de ſent. excommunic. 388
Quod pro neceſſitate. 2. q. 2. 389
Qui recedunt. 26. q. 1. ibid.
Quiſquis. de elect. 391
Quamvis. de ſent. excomm. 394
Quoniam frequenter. ʃ. Porro. ut lite non conteſt. 393
Qui jubente. 22. q. 2. 398
Quod in dubiis. de ſent. excommunic. ibid.
Quæ fronte. de appell. ibid.
Quod prædeceſſor. 11. q. 3. 406
Quod in te. de pœnit. & remiſſ. 408
Quiſquis cum. de pœnit. d. 2. 409
Quod nonnullis. de privileg. 411
Quamvis. ʃ. Hæc auctoritate. de pœnit. d. 1. 416
Quomodo. de pœnit. d. 2. 417
Quando. ibidem. ibid.
Quem pœnitet. de pœnit. d. 1. 425
Qui ſolet. de pœnit. d. 6. 428
Quamvis plenitudo. de pœnit. d. 1. 430
Quia aliquando. §. Item taciturnitas. de pœnit. d. 2. ibid.
Quod quidem. de pœnit. & remiſſ. ibid.
Quid ergo. 23. q. 5. 444
Qui divini. de pœnit. d. 4. 445
Quemcumque. ibidem. 448
Quia aliquando. verſ. Non ita. d. 2. ibid.
Quodcumque. 24. q. 2. 452
Quantumlibet. de pœnit. d. 3. ibid.
Quamobrem. ibidem. 450
Quod autem. de pœnit. & remiſſ. 455
Quia divinitatis. de pœn. d. 2. 458
Quanto. de jurejur. 468
Quod ſedem. de frigid. 473
Quamvis. 7. q. 1. ibid.
Quod autem. 12. q. 2. 480
Quicumque. de cond. appoſ. 485
Quod dilectu. de conſ. & affin. 489
Qui ſpiritualem. 30. q. 4. 491
Quanto. de divortiis ibid.
Qui dormierit. 32. q. 2. 497
Qui presbyterum. de pœn. & remiſſ. 498
Quod ad te. de cler. conjug. 507
Quidem deſponſavit. 27. q. 2. 510
Quid ſuper his. de conſ. & affin. 512
Qualiter. 31. q. 2. ibid.
Quod autem. 17. q. 6. 513
Quoniam frequenter. ʃ. Si autem. ut lite non conteſt. 515
Quod nobis. de cland. deſponſ. 513
Quæſivit. de divortiis. 529
Qui crimen. 6. q. 2. 530
Quod vero. ʃ. 2. 8. q. 4. 533

R

Reperiuntur. 1. q. 1. 2
Rurſus. qui cler. vel vov. matrim. 14
Requiſivit. de ſponſal. 88
Reos. 21. q. 5. 98
Rogationes. de confeſſ. d. 3. 117
Relatum. de teſtam. 126
Relinqui. de cuſtod. Euchar. 130
Recte. 23. q. 5. ibid.
Reverſimini. 26. q. 2. 146
Regum officium. 23. q. 5. 152
Raptores. 36. q. 2. 158
Relatum. 2. de teſtam. 161
Requiſiſti. de ordin. ab epi. qui ren. 180
Reynutius. de teſtam. 183
Redintegranda. 3. q. 1. 199
Requiſivit. de reſtitut. in integ. 203
Relatum. d. 32. 245
Reprehenſibilia. de appel. 258
Recepimus. de privileg. 286
Reliqui. d. 87. 289
Romanæ Pontifex. de confeſſ. d. 4. 307
Rationis. d. 100. 310
Regula. d. 29. 324
Renuntiantes. d. 22. 329
Requiritis. ʃ. Niſi rigor. 2. q. 2. 344
Relatum. de ſent. excomm. 355
Rogo. 11. q. 2. 398
Recedite. 23. q. 4. 406
Relatum. de confeſſ. d. 2. 408
Reſponſo. de ſent. excomm. 411
Reperiuntur. de pœnit. d. 1. 420
Revertar. de pœnit. d. 4. 445
Requiſivit. de ſponſal. 466
Relatum. 31. q. 1. 499
Requiſiſti. 31. q. 2. 513
Referente. qui fil. ſint leg. 512

S

Si quis objecerit. 2. q. 7. 2
Super eo. de tranſ. ibid.
Sunt nonnulli. 1. q. 2. 3
Statuimus. ibidem. ibid.
Si qui a ſimoniacis. ibidem. ibid.
Significatum. de prob. 4
Statuimus. 1. q. 1. 5
Significaſti. de elect. 6
Sane. 15. q. 1. 7
Sicut tuis. de ſimon. 8
Si quis Epiſcopus. 1. q. 1. ibid.
Si quis rapuerit. 27. q. 2. 9
Saluberrimum. 1. q. 7. ibid.
Si quis neque. 1. q. 1. 10
Si aliquis. de elect. 13
Sicut pro certo. de ſimon. 14
Si qui præbendas. 1. q. 3. ibid.
Salvator. ibidem. 15
Sufficit. de confeſſ. d. 1. 16
Sicut ex litteris. de jurejur. ibid.
Sicut noſtis. de jurejur. ibid.
Si quis deſpicit. de jurejur. ibid.
Si fœneraveris. 14. q. 3. 18
Si quis ordinaverit. de ſimon. 20
Salvator. verſ. Alioquin. 1. q. 1. ibid.
Super eo. cogn. ſpiritual. ibid.
Si teſtes. §. Venturis. 4. q. 3. 23
Sicut ſatius. 32. q. 2. 25
Sicut. de confeſſ. d. 2. ibid.
Si quis Epiſcopus. de hæret. ibid.
Sane. 24. q. 2. ibid.
Sæpe malorum. 28. q. 1. 27
Si papa. d. 4. 28
Si de rebus. 12. q. 7. 32
Si eos contra. 23. q. 5. 33
Si audierit in uno. 23. q. 7. ibid.
Sex differentiæ. 23. q. 1. 36

Su-

Digitized by Google

Super quibuſdam. de verb. ſignif. 35
Si adverſus. de hæret. 36
Schiſma. 24. q. 1. 38
Si quis presbyteri. 2. q. 7. 40
Si quis hæreticus. 1. q. 1. ibid.
Si cupis. 16. q. 1. 41
Sicut in uno. de hæret. 43
Schiſma. 24. q. 1. 44
Si quis venerit. de major. & obed. 47
Schiſma. §. Non autem. 24. q. 1. ibid.
Si quis e vero. 1. q. 4. 48
Si autem vobis. 11. q. 1. 49
Sane. 21. q. 4. ibid.
Si qua. 25. q. 2. 50
Si quis rapuerit. 27. q. 1. ibid.
Sacris. quod metus cauſa. 51
Si quis. de vit. & hon. Cler. ibid.
Si quis vero. d. 28. ibid.
Seriatim. ibid. 52
Statutum. 18. q. 2. 53
Si quis jam translatus. 18. q. 2. ibid.
Sunt quædam. 17. q. 2. 54
Si vir. d. 17. ibid.
Sunt quidam. 25. q. 1. 55
Sicut. d. 14. ibid.
Scripturæ. de vot. & vot. redemtion. 57
Statuimus. 19. q. 3. 60
Si ſervus ſciente. d. 54. 61
Si quis incognitus. 17. q. 2. ibid.
Si in qualibet. 20. q. 2. ibid.
Sicut. 20. q. 1. 62
Si illa. d. 50. ibid.
Si ſacerdotibus. 15. q. 8. 64
Si quis uxorem. 32. q. 1. 66
Si in. 27. q. 2. ibid.
Super eo. de regul. 68
Statuimus. ibidem. ibid.
Significaſti. de divortiis. 69
Si quis eorum. d. 25. 70
Si in cuiquam. d. 28. 71
Si quæ vidua. ibidem. ibid.
Sane. de converſ. conjug. ibid.
Sane. de regul. & trans. 74
Si quis Romipetas. 24. q. 3. 75
Sic quidam. 10. q. 1. 76
Si quis laicus. 16. q. 2. ibid.
Si peccatum. 22. q. 2. 79
Si aliquos. ibidem. 81
Si aliquid forte. ibidem. 82
Sicut nobis. de teſtib. 85
Si vero. de jurejur. 86
Si quis coactus. 22. q. 1. 87
Si quis pejeraverit. ibid. 89
Si quis convictus. ibidem. ibid.
Si habes. 24. q. 1. ibid.
Si peccaverit. 2. q. 1. 90
Si non licet. 23. q. 5. 91
Si nulla. 25. q. 1. 94
Sicut. 1. de jurejur. 98
Sunt nonnulli. d. 46. 100
Si qualibet. 22. q. 2. 102
Sed & illud. 26. q. 2. 106
Sors non eſt. §. His itaque. 26. q. 2. 107
Si quis 1. 26. q. 5. ibid.
Si quis. 2. 26. q. 5. 108
Si quis Clericus. ibidem. ibid.
Sabbatho. de conſecr. d. 3. 110
Si quis. de furtis. 112
Si qui ſuadente. §. Qui autem. 17. q. 4. 113
Sacrilegium. ibidem. ibid.
Si quis in atrio. ibidem. ibid.
Si quis contumax. ibidem. ibid.
Si quis deinceps. ibidem. 114
Sicut antiquitus. ibidem. ibid.
Sacerdotibus. ne cler. vel Monach. ſecu. negot. ſe immiſc. ibid.
Sicut qui. 17. q. 4. 115
Sine exceptione. 12. q. 2. 117
Si quis Epiſcopus. 10. q. 2. ibid.
Si tributum. 11. q. 1. ibid.
Secundum canonicam. 22. q. ult. 118
Sancimus. ibidem. ibid.
Si quis laicus. 16. q. 1. ibid.
Sanctorum. d. 70. 119
Si de terra. de privileg. 121
Sacerdotes. d. 49. 124
Super eo. de raptorib. ibid.
Statuimus. 12. q. 1. 131
Sicut. de hæreticis. 134
Sacris. de ſepulturis. ibid.
Si quis viduam. d. 50. 137
Si quis voluntate. ibidem. 139
Sicut nobis. de præſumt. ibid.
Sæpe contingit. d. 50. ibid.
Si duo fratres. ibidem. ibid.
Si quis poſt baptiſmum. d. 51. 141
Sententiam. ne cler. vel mon. neg. ſecul. ibid.
Significaſti. de homicid. 142
Si aliquis. ibidem. 144
Sicut ex litterarum. ibidem. ibid.
Si quattuor. 25. q. ult. ibid.
Sicut dignum. de homicid. ibid.
Super ſpecula. ne cler. vel mon. neg. ſecul. ſe immiſc. 145
Significavit nobis. de corp. vitiatis. 148
Si quis abſciderit. d. 55. ibid.
Si quis a medicis. ibid. 149
Si quis pro ægritudine. ibidem. ibid.
Si Evangelium. ibidem. ibid.
Scire. 21. q. 8 151
Si a patre. de infantib. expoſ. 153
Si quis non ſtatim. 15. q. 2. 154
Si quis clericus. de for. comp. 155
Salonitæ. d. 61. 156
Si quis virginem. 30. q. 1. 158
Si quis per induſtriam. de homicid. 159
Si quis membrorum. 32. q. ult. 160
Si quis dominum. de injur. & dam. ibid.
Si priorum. 12. q. 1. ibid.
Sine manifeſta. ibidem. 161
Sacerdotes. 11. q. 4. ibid.
Sed hoc. de ſucceſſ. ab inteſt. 162
Sanctæ concilia. ibidem. ibid.
Sicut hi, qui. d. 47. 164
Si res aliena. 14. q. 6. ibid.
Si quis de potentibus 24. q. 3. 168
Super eo. de conſib. 170
Si diligenti. de præſcript. ibid.
Si vero. de ſent. excomm. 171
Seditionarios. d. 46. ibid.
Significaſti. de homicid. 174
Si is, qui. 22. q. 5. 178
Si ſæculi. 22. q. 2. 177
Si dicat. 22. q. 1. 179
Secundum. ibidem. ibid.
Si venditori. de emt. & vendit. 181
Si Epiſcopum. 16. q. 1. ibid.
Super eo. de paroch. 184
Si virgo. 12. q. 2. 187
Si juſtus metus. de appell. 188
Si Sanctorum. de præſcript. ibid.
Si ſacerdotes. 16. q. 3. ibid.
Si qui in atrio. 17. q. 4. 190
Si teſtes. §. Venturis. 4. q. 3. 196
Significaſti. §. Ajunt omnes. de elect. ibid.
Si quis diabolo. 15. q. 1. 198
Si quis hominem. ibidem. ibid.
Summa iniquitas. 4. q. 1. ibid.
Si quis juvenum fuerit. 1. q. 1. ibid.
Si perfodiens. de homicid. 202
Sic non ſunt. 50. q. 4. 204
Sicut hi. d. 47. ibid.
Sicut Epiſcopum. 2. q. 2. 206
Sicut non ſunt. d. 46. ibid.
Salubriter. de uſuris. ibid.
Si fornicaberis. 14. q. 2. 208
Si quis clericorum. d. 47. 213
Sicut enim. d. 22. 218
Si duobus. de appell. 219
Sicut te. ne cler. vel mon. negot. ſecul. 221
Si quis Sacra. 84. q. 1. 222
Sed nec. ne cler. vel mon. negot. ſecul. 225
Si culpa tua. de injur. & dam. 226
Satis. 22. q. 1. 227
Super eo. de Bigamis. 228
Si ſubdiaconus. d. 34. ibid.
Si cujus uxorem. ibidem. 230
Si laici. ibidem. ibid.
Si quis viduam. 1. ibidem. 240
Sexto. d. 35. 240
Sane dicimus. 25. q. 1. ibid.
Solent. de conſecr. d. 1. 241
Si quis vult. d. 26. 244
Super ſpecula. de magiſtris. 245
Si quis autem. d. 27. ibid.
Si quid veri. ibidem. ibid.
Sicut viri. d. 40. 246
Si quis ex clericis. de vit. & hon. cler. 248
Si quis virorum. d. 30. ibid.
Si qui filii. d. 56. 250
Si juſtus. d. 1. 252
Sciſcitantibus. 25. q. ult. ibid.
Si quis autem. d. 50. ibid.
Sit rector. ibidem. 254
Sermo. d. 43. 256
Sane percuſſor. d. 50. 257
Si quis vero. d. 16. 259
Seditionarios. d. 46. 260
Studendum. d. 90. 262
Si quis contriſtatus. ibidem. ibid.
Si quis monachus. ibidem. ibid.
Sicut ii qui. §. Nec eſſe. d. 48. ibid.
Sicut ii qui. §. Non enim. ibidem. 263
Singula. d. 10. ibid.
Sicut neophytus. 40. 265
Statuimus. §. His omnibus d. 62. ibid.
Si qua mulier. 29. q. 2. 270
Si ſervus ſciente. d. 54. 271
Si ſervus abſente. ibidem. ibid.
Si quando. §. Definitio. verſ. ſi ſcientia. 6. q. 6. 273
Si quos de ſervis. 12. q. 2. ibid.
Si quis obligatus. d. 54. 274
Si quis cum. 6. q. 1. 275
Si gens Anglorum. d. 56. ibid.
Si quis in ægritudine. d. 67. 280
Scriptura. 4. q. 3. 281
Scitote. ibidem. ibid.
Si quis eorum. d. 21. 282
Subdiaconus. d. 77. 288
Si qui Epiſcopi. 1. q. 3. ibid.
Si Archiepiſcopus. de temp. ordin. 290
Subdiaconus. ibidem. 292
Sane ſuper eo. ibidem. ibid.
Subdiaconus. d. 23. 293
Solemnitates. de conſecr. d. 1. 294
Si officium. d. 50. 296
Sollicitudo. d. 93. ibid.
Sicut viri. d. 40. 298
Si quis baptizaverit. de cler. non ord. ibid.
Sic decet. 25. q. 2. ibid.
Si qui clerici. d. 74. 299
Sacratas. d. 93. 300
Signum. de conſecr. d. 5. 301
Sacrificium. ibid. ibid.
Si teſtes. §. Hermafroditus. 4. q. 3. ibid.
Spiritus ſanctus. de conſecr. d. 5. 303
Sicut ſemel. d. 68. 306
Si ille. de conſecr. d. 4. ibid.
Sicut Sancti. 1. q. 1. 307
Super his. 20. q. 3. ibid.
Solemnitates dedicationum. de conſecr. d. 1. 308
Sine pœnitentia. de conſecr. d. 4. ibid.
Si motum. de conſecr. d. 2. ibid.
Significaſti. de adult. ibid.
Si Eccleſia. de conſecr. Eccle. 309
Si quis extra. de conſecr. d. 1. 310
Sufficit. ibidem. 311
Significaſti nobis. de elect. 312
Scriptorum. d. 100. 312
Significaſti. verſ. Verum. de elect. ibid.
Sicut unire. de ſucceſſ. Prœl. 313
Synodum. d. 17. 314
Significavit. de ſent. excomm. 315
Si aliquando. ibidem. 316
Si quis veſtrum. 2. q. 6. ibid.
Si quis paraverit. ibidem. ibid.
Si quis Epiſcopus. 1. 11. q. 1. 317
Si clericus. 2. q. 1. 318
Sollicitudinem. de appell. ibid.
Si quis Epiſcopus vacans. d. 93. 319
Si autem. 9. q. 3. ibid.
Si jubet. 24. q. 4. 320

I N D E X

Sciat. 1. q. 2. 335
Si quis Epiſcopus. 1. q. 5. ibid.
Si qui vero, ibidem. 336
Si qui ulterius. d. 38. ibid.
Si qui epiſcopi. d. 32. 337
Si quis omnem. 1. q. 1. ibid.
Si Epiſcopus. d. 50. 338
Si poſt ordinationem. ibidem. ibid.
Si diaconus. d. 81. ibid.
Si lapſis. d. 50. ibid.
Sacerdotes. ibidem. 339
Sicut ad extirpanda. de cohab. cler. & mul. ibid.
Si quis presbyter. d. 24. ibid.
Si quis presbyter. 15. q. 4. 340
Si quis presbyter. d. 50. 342
Si quis presbyter 7. q. 1. ibid.
Si quis Epiſcopus. 1. 11. q. 3. ibid.
Si quis Epiſcopus. 21. q. 5. ibid.
Sicut in uno. 21. q. 1. 340
Secuti ſunt. 2. q. 7. 344
Si qui vel proprio. 1. q. 7. ibid.
Si quis Epiſcopum. 2. q. 3. 345
Sed illud. d. 44. ibid.
Si qui clericus. d. 81. 348
Si quis Epiſcopus. ibidem. ibid.
Si qui presbyteri. d. 81. 351
Si quis viduam. d. 34. 353
Sicut nobis. de ſent. & re jud. 356
Si legitime. de accuſ. 357
Super his. ibidem. 358
Si quis presbyter. de purg. can. 361
Si legitimi. 2. q. 4. ibid.
Si malo. ibidem. ibid.
Si quis contriſtatus. d. 90. 365
Si homo. 17. q. 1. ibid.
Sacerdos. d. 4. 366
Satam. de pœnis. 367
Sicut. 13. q. 2. ibid.
Suffraganeis. de elect. 368
Series. de teſtibus. ibid.
Super quæſtionem. de off. deleg. 369
Sæpe contingit. d. 30. 371
Si quis inſaniens. 21. q. 2. ibid.
Si habes. 23. q. 5. 372
Si quis in tantum. 1. q. 2. 373
Si alie. 3. q. 2. 377
Statuimus. de major. & obed. 378
Sacerdotis. 2. q. 1. 379
Si quid cum clerico. 15. q. 1. 382
Sicut fine. 1. q. 1. 381
Sententiam. 13. q. 4. ibid.
Si quem. de ſent. excomm. 383
Si quis ſuadente. 17. q. 4. ibid.
Significavit. de Judæis. 384
Si concubinæ. de ſent. excommunic. 385
Super eo 1. de ſent. excom. ibid.
Si vero 1. ibidem. 386
Si quis deinceps. 14. q. 5. 391
Si ſacerdotes. de offic. deleg. 393
Si in pluribus. d. 63. ibid.
Sunt qui arbitrantur. de pœn. d. 1. 395
Si quis presbyter. 51. q. 3. 398
Sane quod. 24. q. 2. ibid.
Sicut Apoſtoli. 11. q. 5. ibid.
Si vera. de ſent. excomm. 400
Si Epiſcopus. 11. q. 8. 402
Si inimicus. d. 33. 403
Si aliquando. de ſent. excomm. ibid.
Si Epiſcopus forte. 11. q. 3. ibid.
Sacro. de ſent. excomm. 403
Si tantum. 6. q. 2. 407
Si quis mcande. de pœn. d. 1. 409
Sicut Apoſtoli. 11. q. 3. ibid.
Si quis pulſatus. de pœn. d. 1. ibid.
Si propterea. ibidem. ibid.
Super cauſa. 3. q. 5. 411
Si celebres. de cler. excomm. celeb. ibid.
Sanctum. de conſecr. d. 4. 414
Sane quod. 24. q. 2. 415
Si is, qui præeſt. 13. q. 3. ibid.
Septies. de pœnit. d. 3. 420
Super tribus. de pœnit. d. 3. ibid.
Sane. de pœnit. d. 3. 422
Si quis poſitus. de pœnit. d. 7. 429
Sicut tribus. de pœnit. d. 2. 337
Sciendum. de pœnit. d. 2. ibid.
Si quod eorum. 33. q. 2. ibid.
Si quis ſacerdos. 30. q. 2. 438
Si quæ feminæ. d. 50. 440
Si quis voluntate. ibidem. ibid.
Si per negligentiam. de conſ. d. 2. ibid.
Si per ebrietatem. ibidem. ibid.
Si quis dixerit. 14. q. 1. 442
Sicut qui. 5. 7. q. 4. ibid.
Si qui vero. de pœnit. d. 5. ibid.
Si quis autem. de pœnit. d. 3. 443
Sunt plures. ibidem. 444
Sceleratius. §. Hic auctoritatibus. ibidem. ibid.
Si Judas. de pœnit. d. 4. 443
Sunt qui opes. 27. q. 4. 446
Si Apoſtolus. de pœnit. d. 3. ibid.
Significavit. de pœnit. & remiſ. ibid.
Secunda. de pœn. d. 1. ibid.
Si presbyter. 18. q. 6. 448
Si quis de corpore. 26. q. 6. ibid.
Si quotieſcumque de conſecr. d. 1. 440
Si peccatum. de pœnit. d. 2. 454
Si inter. de ſponſal. 458
Si quis deſponſaverit. 2. 27. q. 2. 463
Super eo. de condit. appoſ. 464
Sicut ex litteris. de ſponſal. 467
Si quis ſponſam. 27. q. 1. ibid.
Super eo. de conſang. & affin. ibid.
Sufficiat. 27. q. 1. 470
Sufficiat. §. Cum ergo. 27. q. 2. ibid.
Sicut non omnis. §. Hic itaque. 32. q. 2. 472
Solet quæri. 32. q. 2. ibid.
Sunt qui. 27. q. 1. 474
Si uxorem. 32. q. 2. ibid.
Scripſit nobis. 27. q. 2. 473
Si dicat. 31. q. 5. ibid.
Si quis crudelis. 31. q. 1. 476
Si quis uxorem. ibidem. ibid.
Si vir ſciens. ibid. 477
Si dictum. 32. q. 2. ibid.
Si quis liber. 29. q. 2. 483
Si quis ancillam. ibidem. ibid.
Si quis ingenuus. ibidem. ibid.
Si femina. ibidem. ibid.
Si conditiones. de condit. appoſ. 484
Sicut tenor. de regular. 485
Significaras. de regula. ibid.
Series. 23. q. 3. 831
Sciſcitatur. 32. q. 4. 433
Si quis omnis. 30. q. 4. ibid.
Super his, quibus. 30. q. 3. 494
Si quis filiaſtrum. ibidem. 493
Si quis presbyter. de presbyt. non bapt. ibid.
Si quis cum matre. 33. q. 2. 496
Si qua. de cogn. ſpirit. 497
Si quis viduam. 27. q. 7. ibid.
Statuimus. 18. q. 2. ibid.
Si quis eiecerit. 32. q. 1. 498
Super hoc. de eo, qui duxit matrim. quam poll. ibid.
Significaſti. ibidem. ibid.
Si quis uxori. ibidem. 501
Sit enim. 28. q. 1. 528
Si infidelis. 28. q. 2. 504
Si qui clericorum. de Cler. conjug. 503
Si virum. 32. q. 3. 506
Significavit. de eo qui duxit in matrimonium quam poll. 387
Sane. ibidem. ibid.
Super illis. de ſecundis nupt. 309
Si quis conjugium. 27. q. 2. 510
Sane. 33. q. 1. 511
Si per ſortiarias. 23. q. 3. 513
Si quis uxorem. 31. q. 1. 316
Super eo. de 30 qui cogn. conſang. 517
Super eo u. de reſtit. 525
Significaſti. de divortiis. 529
Si ergo. 34. q. 1. ibid.
Si tuſſeu. §. Ubi numerus. 4. q. 2. & 3. 332
Si teſtes. §. Juxjurandi. ibidem. 530
Significavit. de don. inter vir. & uxor. 534

T

Tuam. de ætat. & qual. ordin. 5
Talis. 8. q. 1. 6
Tanta. de ſimon. 17
Tua nos. de ſimon. 18
Totum. 1. q. 3. 14
Tuæ fraternitatis. de Apoſtatis 48
Tua nos. 2. de jurejur. 63
Tua nos. de uſuris 81
Te multum. 22. q. 1. 90
Tolerandi. 23. q. 4. 91
Tributum. 23. q. ult. 117
Tua nobis. de decimis. 120
Tua ibidem. 128
Tua nos docuit. de homicid. 149
Tua nobis. de teſtam. 184
Tua dudum. de uſuris. 115
Tolerabilius. 32. q. 1. 228
Tantu eſt. qui fil. ſint legit. 219
Turbat. §. Cui ergo. d. 37. 244
Turgidum. 21. q. 1. 231
Tanta. d. 86. 259
Tantis. d. 81. 269
Tranſmarinus. d. 98. 285
Tua nos. de Cler. peregr. ibid.
Tuæ fraternitati. ibidem. 286
Te nobis. ibidem. ibid.
Tua inſtit. de Cler. per ſalt. prom. 297
Tua fraternitas. de conſecr. Eccle. 309
Tranſmiſſam. de elect. 314
Temporis. 7. q. 1. 313
Tanta. 1. q. 7. 344
Tali. ibidem. ibid.
Tua. de cohab. Cler. & mul. 352
Tertio. de præſumt. 355
Tuam de litteris. de Teſtibus. 361
Tu quidem. 21. q. 1. 338
Tollatur. 1. q. 4. 373
Tua nos. de Cler. ægrot. 376
Tua nos. de ſent. excomm. 380
Tuorum. de Treuga & pace. 408
Temerarium. 2. q. 1. 405
Tres ſunt actiones. de pœnit. d. 1. 419
Tunc valere. de conſecr. d. 4. ibid.
Tempora. 26. q. 1. 438
Tempus. 13. q. 2. 410
Tua. de ſponſ. duorum. 462
Tua nobis. de deſp. impub. 464
Tuæ fraternitati. de ſponſal. 470
Tua nos. ibidem. ibid.
Tuæ fraternitati. de eo, qui cogn. conſ. 485
Tuæ fraternitati. de udult. 477
Tua nos. de conſang. & affin. 494
Tua nos. de cogn. ſpirit. 495
Tuæ fraternitati. de procur. 527
Teſtimonium. de teſt. 530
Tanta. qui fil. ſint legit. 538

V

Veniens. de ſimon. 8
Valet. d. 81. 20
Vendentes. 1. q. 1. 33
Ut oſtium Eccl. ben. ſine dim. conſ. 19
Vergentis. de hæret. 34
Virginibus. 27. q. 1. 33
Veniens. qui cler. vel vove. matrim. contrah. poſſ. 26
Verum. de converſ. conjug. ibid.
Verum. de cond. appoſ. 30
Veniens ad nos. de ſponſal. 63
Uxoratus. de converſ. conjug. 69
Una ſola. 33. q. 3. ibid.
Venientes. de jurejur. 37
Unuſquiſque. 24. q. 4. ibid.
Vidua. de regul. 42
Ut nonnullis. 22. q. 2. 80
Verum. de jurejur. 86
Veritatis. ibidem. 94
Veniens ibidem. 33
Unum. §. Aliae ea demum. d. 23. 98
Utilem. 23. q. 2. 100
Unionem. d. 74 113
Ut iniſi. de vit. & hon. Cleric. 119
Ut in domibus. de immun. Eccleſ. ibid.
Ultime voluntas. 23. q. 2. 133
Una tantum. d. 30. 341
Uſque adeo. d. 33. 209
Unum ſolum. 23. q. 3. 130
Ut pridem. 23. q. 8. 131
Veniens. de fil. occid. 318
Verum. de cond. appoſ. 169
Usus. 10. q. 3. 310

Vul-

CAPITULORUM.

Volterana. 28. q. 2. 181
Volumus. 16. q. 4. 186
Vigilanti. de præsumt. 187
Unicuique. 23. q. 2. 232
Væ qui dicitis. ibid. 238
Usura. 14. q. 1. 204
Unum orarium. d. 25. 234
Valentino. d. 14. 238
Ut fame de sent. excomm. ibid.
Visum. d. 97. 241
Volumus. d. 89. 264
Ventum. 2. q. 3. 267
Ut filii. de fil. presbyt. 272
Veniens. ibidem. 278
Ut quid paras. de consecr. d. 2. 283
Ut dominicis. de paroch. ibid.
Ut Abbates. de aet. & qual. ord. 282
Vel non est. de temp. ordin. 288
Veniens. de eo qui furtive ord. suscep. ibid.
Veniens. de presbyt. non bapt. 291
Ubi illa. d. 74. 299
Ubi non est consensus. 30. q. 2. 300
Vir. de secund. nupt. 301
Ventum est, in fin. 2. q. 3 303.
Ut jejuni de consecr. d. 3. 306
Unicuique. ibidem. 310
Vestimenta. de consecr. d. 1. 319
Ut calix. ibidem. ibid.
Vase. ibidem. ibid.
Venerabilem. vers. Idem etiam. de Elect. 323
Venerabilem. vers. Sunt enim. de Elect. 325
Ut constitueretur. d. 50. 338
Videns homines. d. 26. 348
Ut constitueretur. ſ. Sed & forte. d. 50. 348
Volumus. d. 82. 350
Vestra. de cohab. cler. & mul. 350
Veniam. 22. q. 2. 382
Veniens. de sent. excom. 386
Vir cum propria. 33. q. 4. 408
Ut cognoverunt. de pœn. d. 2. 418
Verbum Dei. de pœnit. d. 1. 423
Vide benignum. de pœnit. d. 1. 438
Ubi non est. 30. q. 2. 463
Ubi non est. de desp. impub. 466
Vas qui. de consang. & affin. 490
Veniens. de cogn. spirit. 491
Utrum. ibidem. 495
Veniens. de eo, qui duxit in matrim. 498.
Videtur nobis. 15. q. 6. 534

INDEX RERUM

SUMMÆ.

A.

Abſolutio ab excommunicatione data a judice ad hoc Canonicam juriſdictionem habente quomodocumque injuſta tenet quoad Eccleſiam militantem. pag. 404. col. 2.
Abſolvendus a Papa, ſi non poteſt curiam petere, quid agat. 409. col. 2.
Accuſatio, vel denunciatio circa matrimonium qualiter fieri debet. 524. col. 1. & 2.
Accuſatio de adulterio, tam coram judice ſæculari, quam Eccleſiaſtico qualiter fiat. 525. col. 2.
Accuſationis effectus quis ſit. 527. col. 2.
Accuſatores vel denunciatores qualiter ſe gerere debeant. 197. col. 1.
Adoptio quid ſit, & quot ejus ſpecies. 494. col. 2.
Adoptare qui poſſint, & qui poſſint adoptari. ibid.
Adoptio & arrogatio, adoptatus & arrogatus quibus differant. 495. col. 1.
Advocatus quis debeat eſſe, & quot circa ejus officium attendantur principaliter. 193. & 194.
Advocatus in aliquo deficiens ad quid teneatur. 195. col. 2.
Adulari tripliciter contingit. 99. col. 2.
Adultus differens baptizari, ſi poſtea metu mortis, ægrotans baptizatur, ab ordinibus repellitur, & quare. 282. col. 1.
Adulter poſt pœnitentiam non poteſt repellere innocentem ab accuſatione. 528. col. 2.
Ætas, quæ requiritur ad quoſvis ordines ſuſcipiendos. 286. col. 2. 287. col. 1.
Affinitas quid ſit. 508. col. 2.
Affinitas qualiter contrahatur, & ejus gradus qualiter computentur. 509. col. 1. & 2.
Affinitas in quibus gradibus matrimonium impediat. 509. col. 2.
Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum. 510. col. 2.
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum facta a ſchiſmatico non valet. 46. col. 1.
Alienatio rei Eccleſiæ niſi in ſex caſibus non valet. 117. col. 1.
Apoſtatæ qualiter ab Eccleſia recipiendi. 49. col. 2. 50. col. 1. & 2.
Apoſtata, vel hæreticus qualiter judicandus, qui aliquid ſecundum Sarracenos profitetur. 50. col. 2. & 51. col. 1. & 2.
Apoſtatæ, quas pœnas incurrant. 48. col. 1. & 2. 49. col. 1. & 2.
Apoſtaſia quid ſit, & quotuplex. 47. col. 2.
Archiepiſcopus ſi abſolvat excommunicatos ab Epiſcopo, in caſu ei non conceſſo, non valet abſolutio. 394. col. 1.
Archidiaconi, Rectores Eccleſiarum, & Presbyteri qua poſſint. 333. col. 1. & 2. 334. col. 1. & 2.
Archiepiſcopi nomine non gaudet quis ante pallii obtentionem & recipiens quid facere debeat. 319. col. 2. 320. col. 1. & 2.
Arma moventes contra violantes Eccleſiam quo animo debeant eſſe. 551. col. 1. & 2.
Aſcriptitii, & originarii qui dicantur, & quid de illis circa ordines eſt dicendum. 274. col. 2.

B.

Balliſtrariorum pœna quæ ſit. 159. col. 2.
Balliſtrariorum officium qualiter exerceri non poteſt. ibid.
Bellum juſtum quæ requirat. 172. col. 2. 173. col. 1. & 2.
Beneficia plurima qualiter in quinque caſibus poſſunt ab uno obtineri. 263. col. 2. 264. col. 1.
Beneficium habens curam animarum non poteſt quis petere. 5. col. 1. & 2.
Beneficia duo curam animarum habentia, vel duæ dignitates uni non ſunt conferenda. 262. col. 2.
Beneficiatus obtinens beneficium ſimoniace, ad quid teneatur. 8. col. 2.
Bigamus ab ordinibus repellitur, & quibus de cauſis. 234. col. 2. 235. col. 1. & 2. 236. col. 1. & 2.
Bigamus, ut ordinetur, a quo ſit diſpenſandus. 238. & ſeq.
Bigamus quis dicendus. 240. col. 1. & 2.
Bonæ fidei poſſeſſor, & malæ fidei in quo differant, ſi res pereat. 203. col. 1. & 2.
Bona fides ad præſcriptionem ſemper eſt neceſſaria. 189. col. 2. 190. col. 1. & 2.
Bona inventa ex naufragio ſunt reſtitutioni obnoxia. 167. col. 2. 168. col. 1.

Ca-

Digitized by Google

C.

CAnonicus diſponens de ſuo canonicatu, qualiter ſimoniam committat. 18. col. 2. & 19. col. 1. & 2.
Caſtratio ante matrimonium illud annullat; ſecus poſt. 515. col. 1. & 2.
Catholicus profitens aliquid ſecundum legem Sarracenorum metus cauſſa, non eſt hæreticus, licet peccet mortaliter. 50. col. 1. & 51. col. 1. & 2.
Catholicus non tenetur reſtituere res propria auctoritate ablatas hæretico, etiamſi ad fidem convertatur. 34. col. 2.
Catholicus cum hæretica ſi contrahat, an matrimonium teneat, ſanctus doctor non definit. 505. col. 1. & 2.
Cathecumenus non poteſt cum chriſtiana contrahere. ibid.
Cauſſæ, propter quas aliqui a Domino puniuntur in hac vita. 373. col. 1. & 2.
Cauſſæ inductivæ ad pœnitentiam quæ. 420. col. 2. & 421. col. 1. & 2.
Cauſſæ tranſitus unius ſtatus ad alium quot. 334. col. 1. & 335. col. 1. & 2.
Cauſſæ, quibus Prælati ſolent renunciare Prælaturæ, & in cujus manu fieri debeat. 316. col. 2. 317. col. 1. & 2. 318. col. 1. & 2.
Cauſſæ modicæ quæ dicantur. 380. col. 1.
Cautio ante, vel poſt electionem, quando licite petatur. 6. col. 1. & 2. 7 col. 1. & 2.
Cenſuræ Eccleſiaſticæ nomine, quæ intelligantur. 410. col. 1. & 2. 411. col. 1 & 2.
Chriſtianus poteſt habere Judæum, vel Paganum mancipium. 29. col. 1. & 2. 30. col. 1.
Chriſtiani qualiter ſe gerere debeant cum Judæis & Sarracenis. 25. col. 1. & 2. 26. col. 1. & 2.
Chriſtiani, Judæi, Sarraceni quomodo puniantur, non obſervantes conſtitutiones factas circa mutuum convictum. 27. col. 1. & 2.
Circumſtantiæ qualiter confitendæ, & quæ earum differentia. 430. col. 2. 431. col. 1. & 2.
Circumſtantiæ quæ præcipue in confeſſione ſunt conſiderandæ. 433. col. 1. & 2.
Civitate obſeſſa nullus debet gaudere privilegio a vigiliis murorum. 120. col. 2.
Clerico ab aliquo percuſſo, ſi aliquis id ſciens gaudeat, ſi non eſt facta percuſſio ejus nomine, non eſt excommunicatus. 410. col. 1. & 2.
Clerici percuſſor etiamſi cum eo gratiam ineat, eſt excommunicatus. 311. col. 2.
Clericos adoleſcentes, vel ratione officii, vel ut moribus bonis inſtruantur, verberans non eſt excommunicatus. 409. col. 1.
Clericus excommunicatus qualiter dicat horas. 408. col. 2.
Clerico irrogans aliquo facto injuriam, licet eum non percutiat, qualiter ſit excommunicatus. 409. c. 2.
Clerico comminans aliquis cum enſe, vel pugno ex ira, cum non tangens, non eſt excommunicatus. ibid.
Clerici veſtes ex ira, & animo injuriandi, diſrumpens, quibus Clericus eſt indutus, eſt excommunicatus; ſecus ſi veſtes eſſent ab eo ſeparatæ. 410. col. 1.
Clericum mandat verberare aliquis, ſi revocet mandatum & percuſſio ſequatur, quando ſit excommunicatus. ibid.
Clerici immiſcentes ſe negotiis prohibitis, qualiter puniendi. 227. col. 1. & 2.
Clericus qualiter prohibeatur a ſuperfluitate vini. 141. col. 1.
Clericorum convivia qualia debeant eſſe. 143. col. 1. & 2.
Clerici qua occaſione poſſint habitum mutare. 148. col. 1. & 2. 52. col. 1. & 2.
Clericus ſimpliciter tonſuratus, ad quæ teneatur. 51. col. 2. 52. col. 1. & 2.
Clericus ſimpliciter tonſuratus conſumens fructus voluptuoſe, nec adimplens ea, ad quæ tenetur, reſtitutioni eſt obnoxius. 53. col. 1. & 2.
Clericus non in ſacris ordinatus, dummodo non ſit regularis, poteſt contrahere. 507. col. 2.
Clericus, vel ſacerdos in quibus caſibus debeat eſſe teſtis. 196. col. 1. & 2.
Clerici de fructibus perceptis, & rebus mobilibus qualiter facere poſſunt teſtamentum. 163. col. 1.
Clerici de bonis patrimonialibus & ſimilibus qualiter poſſunt facere teſtamentum, & donare inter vivos. 161. col. 1. & 2.
Clerici poſſunt proprium habere. 160. col. 2. 161. col. 1. & 2.
Clericis decedentibus ab inteſtato, qui ſuccedant in eorum bonis. 162. col. 1.
Clavis ana-tuntum, & quid ſit. 451. col. 2.
Clavis una, cur pluraliter dicatur. ibid.
Claves quæ dicantur. ibid.
Clavium poteſtas ſolis ſacerdotibus conceſſa. ibid.
Coactio conditionalis, & abſoluta diverſum habent effectum in ordine ſuſcipiendo. 299. col. 1. & 2.
Cognoſcens uxorem ſuam, quam alius ignorante marito cognoverat, ſit irregularis. 239. col. 1.
Cognatio ſpiritualis quid ſit, & quot ejus ſpecies. 490 col. 1.
Cognatio legalis quid ſit. 496. col. 2. 497. col. 1.
Cognatio ſpiritualis per baptiſmum, & confirmationem contrahitur, exilis tamen per cathechiſmum. 495. col. 2.
Collecta, tallea, & quæſta quibus caſibus, & qualiter a vaſſalis domini licite exigere & recipere poſſunt. 169. col. 2. 170. col. 1. & 2. 171. col. 1. & 1.
Communicans cum excommunicato in caſibus a jure permiſſis, licet interponat alia verba, non eſt excommunicatus. 406. col. 2. 407. col. 1. & 2.
Communicans cum excommunicato in caſu non conceſſo, etiam metus cauſſa, incidit in excommunicationem; ſecus ſi per coactionem aſtrictus. 407. col. 1.
Compaternitatis duæ ſunt ſpecies, una directa, alia indirecta. 492. col. 2. 493. col. 1. & 2.
Compatres duos qualiter aliqua poſſit habere maritos, & aliquis duas commatres uxores. 493. col. 2. 494. col. 1.
Concilium generale quid ſtatuerit circa matrimonia populo proponenda. 511. col. 1. & 2.
Conditio alia honeſta, alia inhoneſta, alia neceſſaria, alia voluntaria in deſponſationibus. 484. col. 1. & 2.
Condentes leges iniquas, & ſtatuta contra legem Dei, & Eccleſiaſticam libertatem; conſulentes, & obſervantes, ad quid teneantur. 198. col. 2 199. col. 1. & 2.
Confraternitatum ſtatuta, ut nullus in eis recipiatur, niſi dato aliquo, vel promiſſo, an ſint ſimoniaca. 16. col. 2. & 17. col. 1.
Confeſſio quid. 421. col. 1. & 2. 424. col. 1. & 2.
Confeſſio cui facienda. ibid.
Confeſſio quibus caſibus fieri poſſit, non proprio ſacerdoti. 425. col. 1. & 2. 426. col. 1. & 2.
Confeſſio niſi in neceſſitatis articulo, ſemper eſt facienda ſacerdoti expoſito a Prælato ad audiendas confeſſiones. 426. col. 1. & 2.

Cauſ-

Digitized by Google

Confeſſio in caſu neceſſitatis non eſt facienda hæretico ſacerdoti. 426. col. 1. 427. col. 1.
Confeſſio vera quot requirat neceſſaria, & quot ſint ſigna amaræ confeſſionis. 428. col. 1. & 2. 429. col. 1. & 2. 430. col. 1. & 2.
Confeſſio debet eſſe feſtina, & quot incommoda incurrantur ex confeſſionis dilatione. 428. col. 2. 429. col. 1.
Confeſſio debet eſſe frequens. 427. col. 1. & 2.
Confeſſio ex ſtatuto Eccleſiæ facienda ſemel in anno. ibid.
Confeſſio debet eſſe integra, & quot ad ejus integritatem requirantur. 429. col. 2. 430. col. 1. & 2.
Confeſſio debet eſſe nuda, & qualiter. 430. col. 1. & 2.
Confeſſio debet eſſe diſcreta, & qualiter. 432. col. 1.
Confeſſor debet pœnitentem interrogare. 433. col. 1. & 2.
Confeſſor qualiter ſe gerere debeat circa pœnitentem, & qualiter admoneat illum. 434. col. 1. & 2.
Confeſſor regularis de quibus debet interrogare. 434. col. 2. 435. col. 1.
Confeſſor quid circa cujuſque hominis ſtatum debeat in confeſſione interrogare. 435. col. 1.
Confeſſor pœnitentem interroget, an tentetur, & qua tentatione. 434. col. 2.
Confeſſor, ſi aliquis nolit ſubire onus pœnitentiæ, dicit tamen ſe pœnitere de peccatis, quid aget. 442. col. 2. 443. col. 1.
Confeſſor debet admittere ad confeſſionem peccatorem, qui vel non vult abſtinere a peccatis, vel vult abſtinere ab uno, & in alio remanere, & quid aget cum illo. 443. col. 1. & 2.
Confeſſor ex ſignis doloris pœnitentis debet majorem, vel minorem dare pœnitentiam. 447. col. 1.
Confeſſor qualiter circa infirmos debeat procedere. 447. col. 2. 448. col. 1. & 2.
Confirmatio electorum ad quos ſpectet. 315. col. 1. & 2. 316. col. 1.
Conjugatus ſuſcipiens ſacros ordines qualiter ſe gerere debeat ille, & ejus uxor. 71. col. 1. 72. col. 1. & 2. 73. col. 1. & 2.
Conjugati quæ vota poſſunt facere, & ſi voverint, quid illis ſit agendum. 64. col. 2. 65. col. 1. & 2. 66. col. 1. & 2.
Conjux intrans religionem ſine alterius licentia, ſi alter reclamet, tenetur ad eum redire, exceptis duobus caſibus. 69 col. 1. & 2.
Conjux religionem relinquens, ut redeat ad conjugem, poteſt debitum reddere, non tamen exigere, idque ratione voti. ibid.
Conjux relinquens religionem ad inſtantiam uxoris, ea mortua, peccat non intrans religionem. 70. col. 2. 71. col. 1.
Conjux relinquens religionem inſtante uxore, ea mortua, ſi nubat, licet peccet, matrimonium tenet, reddatque debitum, ſed non exigat. 70. col. 1.
Conjuges quando poſſint ſe mutuo accuſare de adulterio, & ſe dimittere. 527. col. 2. & 516. col. 1. & 2.
Conjugibus litigantibus judex quid agere debeat. 523. col. 1. & 2.
Conjux ſciens ſe habere impedimentum ad contrahendum, puta frigiditatem, ſi contrahat, ad quid teneatur. 517. col. 2. 518. col. 1.
Conjuges qualiter cum peccato veniali, vel cum mortali commiſceantur. 479. col. 1. & 2. 480. col. 1. & 2.
Conjuges qualiter commiſceantur ſine ullo peccato. ibid.
Conſanguinitas quid ſit, & unde dicta. 487. col. 1. & ſeq.
Conſanguinitatis ſchema. 488.
Conſenſus quo ſit matrimonium, intelligitur de conſenſu conjugali, non cohabitationis, nec carnalis copulæ. 470. col. 1. & 2. 471. col. 1. & 2.
Conſentiens in abſentem per verba de præſenti, & mittens procuratorem, ut abſens conſentiat, ſi primus diſſentiet, revocans mandatum, quid agendum. 473. col. 1.
Conſuetudo, omnes pœnitentias cenſet arbitrarias, & pœnam canonicam ex cauſſa poſſe augeri, vel minui. 441. col. 2. 442. col. 1.
Conſuetudo aliquid exigendi pro benedictionibus nubentium, & ſepulturis mortuorum qualiter licita eſt. 14. col. 2.
Contractus omnis intelligitur nomine emtionis, & venditionis. 2. col. 2.
Contrahens ſponſalia cum aliqua, non poteſt cum alia, & ſi contrahat, prima ſunt ſervanda. 508. col. 1.
Contrahens ſponſalia cum una, ſi poſtea per verba de præſenti contrahat cum alia, vel per verba de futuro, ſi copula ſequatur, cum ſecunda debet manere. 508. col. 1. & 2.
Contrahens cum aliqua per verba de præſenti, ante carnalem copulam poteſt religionem intrare; ſecus poſt illam. ibidem.
Contrahentes ſi ex una parte ſe attingunt ſecundo gradu, & ex altera quinto nullum eſt impedimentum, & quare. 490. col. 1. & 2.
Contrahentes olim in ſexto gradu prohibito, Eccleſia poſtea tollente impedimentum, matrimonium ratificatur. 491. col. 1. & 2.
Contritionis dolor triplex eſſe debet. 420. col. 1.
Contritio qualis eſſe debeat, & ejus effectus. 421. col. 2 422. col. 1. & 2.
Contritione qualiter dimittantur peccata. 420. col. 1. & 2.
Contritio, juſtificatio, & peccatorum remiſſio qualiter ſint ſimul tempore. 422. col. 2. 423. col. 2.
Contritio, confeſſio & ſatisfactio ſunt in præcepto. 423. col. 1. & 2.
Contritio tanta eſſe poteſt, ut ſufficeret ad abolendam omnem pœnam. 447. col. 1. & 2.
Contritio quid. 420. col. 2.
Continuatio poſſeſſionis, bona fides, juſtus titulus, res non vitioſa ad præſcriptionem requiſita quid ſint. 186. col. 2. 187. col. 1. & 2.
Convictus in modum inquiſitionis, qua pœna punitur. 362. col. 2. & 363. col. 1. & 2.
Contumacia multiplex eſt. 393. col. 2. & 394. col. 1. & 2.
Corpore vitiati qui dicantur, & qui eorum repellantur a promotione. 275. col. 1. & 2.
Creditor computans in ſortem fructus pignoris bona fide perceptos, pro reſiduo de ſorte vult compellere debitorem, quid illi conſulendum. 414. col. 1. & 2. 415. col. 1. & 2.
Creditores & legatarii quo ordine accipiant ſua bona ab hærede. 184. col. 1. & 2.
Crimina & irregularitates in quibus Papa diſpenſat, & in quibus Epiſcopus, vel Capitulum poteſt diſpenſare. 341. col. 2. 342. col. 1. & 2. 343. col. 1. & 2.
Crimina pœnitentium circa promotos, & promovendos attendenda ſunt in triplici differentia. 338. col. 1. & 2. 339. col. 1. & 2. 340. col. 1. & 2.
Crimina, de quibus ut quis agat pœnitentiam, debet reſtituere. 442. col. 1.
Crimina tria impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, & ſex, quæ ſolum impediunt. 441. col. 2.
Crimina aliqua enormia ſecundum Canones quibus pœnis puniantur. 438. col. 1. & 2. 439. col. 1. & 2. 440.

440. col. 1. 441. col. 1. & 2. 442. col. 1. & 2.
Crimina multa matrimonium contrahendum impediunt; tria tamen ſolum contractum dirimant. 497. col. 2. 498. col. 1. & 2. 499. col. 1.
Crimen rapinæ qua pœna puniatur. 159. col. 1.
Crimen rapinæ, & raptus qualiter committantur. 157. col. 2. & 158. col. 2.
Crimen rapinæ committens quas pœnas incurrat. 158. col. 2. 159. col. 1.
Cupidus ordinari non debet, & quare. 261. col. 1. & 2.
Curiales quibus cauſſis non ordinantur. 268. col. 1. & 2.
Curiales qui, & qualiter repellantur. ibid.

D

DEbita defuncti extrahuntur ab hæreditate ante extractionem legitimæ, ſecus de legatis. 183. col. 1. & 2. 184. col. 1. & 2.
Debitum reddens mulieri adulteræ eſt irregularis. 476. col. 2.
Debitum reddere, vel exigere conjux an debeat diebus feſtivis. 475. col. 2. & 476. col. 1.
Debitor qualiter non tenetur uſuras ſolvere, & jurans ſoluturus, & non repetiturus, nec Eccleſiæ denunciaturus, quid agere debeat. 215. col. 1. & 2.
Decima quid ſit, & danda ei, cui debetur, etiamſi ſit malæ vitæ. 120. col. 2. 121. col. 1. & 2.
Decimas, quæ perſonæ non teneantur dare. 121. col. 2. & 122. col. 1. & 2.
Decimæ dantur etiam ab habentibus privilegium de non dandis in certis caſibus. 122. col. 1. & 2.
Decimæ Laicis non poſſunt dari in feudum, etiam quoad jus temporale, ſic quod tranſeat ad hæredes. 125. col. 2. 126. col. 1. & 2.
Decimarum collatio hodie facta laicis non valet. ibid.
Decimas qualiter illicite recipiant Cathaloniæ milites in quinque caſibus. 127. col. 1. & 2.
Decimarum debitor nollens ſolvere, qualiter compellendus. 124. col. 1.
Decimæ de quibus rebus dandæ. 122. col. 2. 123. c. 1.
Decimas qualiter licite milites Cathaloniæ recipere poſſunt. 127. col. 1. & 2.
Decimæ duplici jure debentur Eccleſiis. 125. col. 2. 126. col. 1. & 2.
Decimæ perſonales meretricis licet debeantur, non tamen ſunt ab Eccleſia recipiendæ, dum manet in ſcelere. 124. col. 2.
Decimæ quo jure poſſunt cadere in laicum, & qualiter. 125. col. 2. 126. col. 1. & 2.
Decima qualiter dividendæ. 124. col. 1.
Decimæ prædiales a quocumque etiam Judæo debentur, & Eccleſia licite eas recipere poteſt. 125. col. 1.
Decimas ſolventes ruſtici militibus Cathaloniæ, quomodo non peccent. 127. col. 2. & 128. col. 1.
Decimæ ſolutio a quo debeatur, ſi aliquis acervum vendidit ante decimæ ſolutionem. 131. col. 1. & 2.
Decimæ acervi furto ſublati ante ſolutionem decimarum, a quo ſint ſolvendæ. 131. col. 2.
Decimas novalium milites Cathaloniæ petere non poſſunt, nec ſorte rerum, quæ non conſueverant decimari. 128. col. 1.
Decimas non ſolventes quæ peccata committant. 132. col. 1.
Decimas ſolventes quotupliciter remunerentur a Deo. ibid.
Decimas novalium & rerum, quæ non conſueverunt decimari, intra terminos parochiæ, illi debentur, etiamſi monaſterium præſcripſerit decimas. 128. col. 1. & 2.
Decimas accipientes Clerici habentes ſufficiens patrimonium qualiter non peccent. 129 col. 1.
Decimæ qualiter dividantur, ſi homo habitet in una parochia, & habeat bona in alia. 128. col. 2.
Decimas recipiens, vel feudum in pignus, ad quid teneatur. 129. col. 1. & 2. 130. col. 1.
Decimas qualiter poſſit Eccleſia redimere a milite eas injuſte detinente, auctoritate Epiſcopi. 129. col. 1. & 2.
Decimas ſi aliquis non ſolvat per aliquod tempus ex ignorantia, quid cum eo ſit agendum. 130. col. 1.
Decimæ perſonales qualiter ſolvendæ. 230. col. 1. & 2. 131. col. 1.
Decimarum ſolutio ſit ſecundum loci conſuetudinem approbatam, & ex lege divina. 130. col. 1. & 2. & 131. col. 1.
Defuncti quibus ſuffragiis adjuventur. 446. col. 2. & 447. col. 1.
Depoſitus, a ſolo Papa poteſt reſtitui. 343. col. 2.
Deſperatio duplex. 458. col. 1. & 2.
Deſperationem quæ inducant, & quæ remedia contra inducentia ad illam. ibid.
Detractores & infamatores qui ſint, qualiter peccent, & ad quid teneantur. 198. col. 1. & 2.
Dies Dominica præcipua ſolemnitas eſt, propter honorem reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti. 110. col. 2. 111. col. 1.
Die Dominicæ magnæ prærogativæ, & excellentiæ. ibid.
Diebus feſtivis quid ſit agendum. 111. col. 1. & 2.
Diebus feſtivis ob juſtam cauſſam ut laborare poſſimus, Eccleſia indulgere poteſt. 112. col. 2.
Diebus feriatis, ſi proceſſus & ſententia judiciatis exerceatur, qualiter non teneat. ibid.
Differens accipere Euchariſtiam uſque ad ægritudinem non prohibetur ab Ordinibus. 282. col. 2.
Differentia inquiſitionis factæ ſuper exceſſu certæ perſonæ, & factæ ſuper ſtatu totius Monaſterii. 361. col. 1. & 2.
Diſpenſatio triplex circa filios illegitime natos. 277. col. 2. & 278. col. 1.
Diſpenſatio, alia prohibita, alia permiſſa. 344. col. 1. & 2. 345. col. 1. & 2.
Diſpenſatio, jus, & rigor quid ſint. 345. col. 2. 346. col. 1. & 2.
Diſpenſatio in quibus votis cadat. 66. col. 2. 67. col. 1. & 2.
Diſpenſatio erga ſimoniacam, a quo, & in quibus caſibus concedi poſſit. 9. col. 2. 10. col. 1. & 2. 11. col. 1. & 2.
Divortium qualiter fieri debeat, & ſi conjuges contraria dicant, cui credendum. 515. col. 2. 516. col. 1. & 1. 517 col. 1. & 2.
Divortio celebrato per falſos teſtes, ſi vir fiat ſacerdos, & poſtea conſtet de falſitate, quid agendum. 520. col. 1.
Divinationis ſpecies quamplurimæ. 102. col. 2.
Divinatio quævis a Deo & Eccleſia probibita. 105. col. 1. & 2. 106. col. 1. & 2.
Doctrina prædicatoris tria debet habere. 252. col. 1. & 2. 253. col. 1. & 2.
Docentium cauſſa quid ſtatuerint Pontifices. 21. col. 2. 22. col. 1. & 2.
Dos quid ſit & natura ejus. 554. col. 1. & 2.
Dotem quot modis lucretur maritus. 535. col. 1.
Dos cui reſtituenda, & quando. 535. col. 1. & 2. & ſeq.
Dos alia profectitia, alia adventitia, alia datur æſtimata, alia inæſtimata. 534. col. 1. & 2.
Donatio propter nuptias quid. 534. col. 2. & 535. col. 2.
Duellum offerens, ſuſcipiens, vel ſuadens, ſemper peccant mortaliter. 155. col. 1. & 2.

Duellum

Duellum quid ſit, ſacris & ſæcularibus legibus prohibitum. 154. col. 2.
Duellum exercentes, quas pœnas incurrant. 156. col. 1.

E

Eccleſia a quo conſecranda, & reconcilianda, & quibus caſibus reconſecranda, vel reconcilianda. 307. col. 2. 308 col. 1. & 2. 309. col. 1. & 2.
Eccleſia quibus diebus dedicanda. ibid. col. 2.
Eccleſiarum conſenſu Epiſc. ædificanda. ibid. col. 1.
Eccleſia occidentalis, & orientalis in quibus conveniant, & in quibus differant. 71. col. 1. & ſeq.
Eccleſia poteſt a judæis exigere decimas prædiales. 26. col. 2.
Eccleſia qualiter dicatur judicare de his, qui foris ſunt. 27. col. 2. & 28. col. 1.
Eccleſia non conſecrata, fundata tamen auctoritate Epiſc. & cœmeteriū gaudent immunitate. 116. col. 1.
Eccleſia fundata in alieno foro, ignorante domino, ſi dominus repetat ſolum, quid fiet. 119. col. 2.
Eccleſiarum perſonæ, & Eccleſiaſticæ, non fatigantur angariis. 116. col. 1. & 2.
Eccleſia de novo conſtructa, exercente populo, quid petere poſſit. 136. col. 1. & 2.
Eccleſia tria habet, quæ retinent invariabilem efficaciam. 456. col. 1.
Effectus adoptionis quid ſit. 497. col. 1.
Effectus ſacramentorū qualis. 302. col. 1. & 2. & ſeq.
Effectus matrimonii quis ſit. 474. col. 1. & 2. & 475. col. 1. & 2.
Egentibus æqualiter patre infideli, & extraneo fideli, qualiter patri a filio ſubveniendum eſt, ſi non poſſit utriſque. 250. col. 1. & 2.
Electio qualiter canonica. 313. col. 1. & 2.
Electus ante confirmationem, qua poſſit. 315. col. 2. 316. col. 1.
Electio, & conſecratio Epiſcopi infra quod tempus fieri debeat. 320. col. 1. & 2.
Eleemoſyna fieri poteſt de illicite acquiſitis cum transfertur Dominium, & non competit repetitio. 225. col. 1. & 2.
Eleemoſyna ſpiritualis, qualiter dignior ſit corporali. 250. col. 1. & 2.
Eleemoſyna eſt triplex. 435. col. 1. & 2.
Emens molarium, vel uſumfructum caſtri qualiter egerit. 211. col. 1. & 2.
Ementes res tempore meſſis, vel vindemiæ vilius, ut carius vendant, qualiter ſe gerant. 211. col. 2.
Ementes aliquid de rapina, qualiter ad reſtitutionē teneantur. 179. col. 2. 180. col 1. & 2. 181 col. 1. & 2.
Ementi bona fide rem furto ſublatam, ſi reperiatur a Domino, & petetur, quid agendum. 203. col. 1. & 2.
Epiſcopo ferente ſic ſententiā: Excommunico omnes, qui furtū fecerint, quos comprehendat. 411. col. 2.
Epiſcopus communicans cum excommunicato a ſe, excommunicatus eſt. 405. col. 2.
Epiſcopus etiamſi concubinam habuerit, poteſt aliquis conſecrari, virgo autem ſi corrumpatur, etiam ſine culpa ſua, non poteſt conſecrari, & quare. 236. col. 2. & 237. col. 1. & 2.
Epiſcopus abſolvens cum requiſitis excommunicatos a Plebano, & ſimilibus, valet abſolutio. 396. col. 1.
Epiſcopus, ſeu Prælatus non debet eſſe remiſſus circa juſtitiam. 259. col. 1. & 2.
Epiſcopus poteſt ſubdito præcipere, ut Romam eat propter Eccleſiæ negotium, & ille tenetur obedire. 379. col. 1.
Epiſcopo præcipienti aliquid extra officium ſuum, non tenetur quis obedire. ibid.
Epiſcopi qualiter ſint conſecrandi. 289. col. 2.
Epiſcopus qualiter poteſt compellere aliquos ad ordines ſuſcipiendos. 298. col. 1. & 2. & 299. c. 1. & 2.
Epiſcopus quæ poſſit in ſuo Epiſcopatu ſine Metropolitano. 330. col. 2. 331 col. 1. & 2.
Epiſcopus cum ſubſit Metropolitano, aliqua non poteſt ſine illo. 330. col. 1.
Epiſcopus retinens fructus beneficii vacantis, qualiter non ſit Simoniacus. 19. col. 1. & 2.
Epiſcopus peregrinationis, nec religionis votum facere poteſt ſine Papæ licentia. 60. col. 2. 61. col. 1.
Epiſcopi, vel Sacerdotes hæretici, depoſiti, vel excommunicati, vera conferunt Sacramenta, dumtamen in forma Eccleſiæ. 38. col. 1. & 2. 39. col. 1. & 2.
Epiſcopus ſi delegat vices ſuas circa pœnitentias imponendas alicui, quæ poſſit delegatus. 427. col. 2.
Epiſcopus quilibet ſine alia licentia poteſt ſibi eligere confeſſorem diſcretum, dummodo non ſit excommunicatus. ibid. col. 2.
Epiſcopus ſi habet in aliqua villa criminalem juriſdictionem, qualiter ſe gerere debeat. 152. col. 1. & 2.
Error qualitatis qui, & non impedit matrimonium. 482. col. 2.
Error conditionis, ſervitutis ſcilicet ignoratæ, & conditionis deterioris, impedit contrahendum, & ſolvit contractum matrimonium. 483. col. 1. & 2. & ſeq.
Error perſonæ impediens matrimonium, & ſolvens contractum, qualis debeat eſſe. 481. col. 2. 482. col. 1. & 2.
Eucharistiam differens accipere uſque ad ægritudinē, non prohibetur ab Ordinibus. 282. col. 1.
Excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum qualiter differant. 410. col. 2. 411. col. 1. & 2.
Excommunicationis ſententia non ſuſpenditur per appellationem, & in quo fallit hæc regula. 411. col. 2. & 412. col. 1.
Excōmunicatus majori excommunicatione non admittitur ad aliquem legitimum actum. ibid col. 1. & 2.
Excommunicatus minori excommunicatione; ad quæ admittitur. 413. col. 2.
Excommunicatum eſſe aliquem, quando quis dicatur ſcire. 408. col. 2. & 409. col. 1.
Excommunicatus non eſt verberans laicum credens verberare clericum. 410 col. 1.
Excommunicatus, qui juraverit in manus Epiſcopi ſtare Eccleſiæ mandatis; ſi Epiſcopus communicet ei, non cenſetur per hoc abſolutus, immo incidit Epiſcopus in excommunicationem. 405. col. 2.
Excommunicatus ingerens ſe communioni aliorum peccat. 407. col. 1.
Excommunicatus majori excommunicatione nullo tempore debet Eccleſiam ingredi durante excommunicatione. ibid. col. 1. & 2.
Excommunicatus minori excommunicatione, non peccat intrans Eccleſiam, licet tutius ſit non intrare. ibid. col. 2.
Excommunicato majori excommunicatione intrante in Eccleſiam, vel Clauſtrum, qualiter exiſtentes ibi exire debeant. ibid. 408. col. 1. & 2.
Excommunicatus ſi offerat ſe ad juſtitiam ſecundū juris formam, ſi adverſarius appellet, ne abſolvetur, abſolutio non eſt differenda. 370. col. 2. & 401. c. 1.
Excommunicatus, ſi tentatur dare cautionem, & eſt paratus, ſed non poteſt, abſolvendus eſt. 299. c. 1.
Excommunicatus pluries, qualiter unica, vel pluribus abſolutionibus ſit abſolvendus. 402. col. 1. & 2. & ſeq.
Excommunicatus ſemel, pluries poteſt excommunicari. 401. col. 1. & 2.
Excommunicanti injuſte quæ ſint pœnæ. 402. col. 2. 405. col. 1. & 2.
Excommunicatio dicitur injuſta tripliciter, ex animo, ex cauſſa, & ex ordine. 403. col. 1. & 2.
Excommunicatio lata a judice ad hoc canonicam juriſdictionem habente qualitercumque ſit injuſta,

tenet quoad Eccleſiam militantem. ibid.
Excommunicatio continens intolerabilem errorem, quæ ſit. 404. col. 1. & 2.
Excommunicato injuſte quid agendum. 404. col. 2. 405. col. 1. & 2.
Excommunicatio minor, pro contumacia inſligi poteſt. 394. col. 1.
Excommunicatus, majori vel minori excommunicatione a jure, a quo ſit abſolvendus. 395. col. 2. 396. col. 1.
Excommunicatus a judice, a quo abſolvendus. 366. col. 1.
Excommunicati qualiter, & cum qua cautione ſunt abſolvendi. 396. col. 2. 397. col. 1. & 2.
Excommunicatus ob Clerici percuſſionem a Papa ſolo, vel ejus legato abſolvitur: fallit tamen in certis caſibus. 395. col. 1. & 2.
Excommunicatio ſemel extincta, non reviviſcit. 389. col. 1.
Excommunicatus notus non debet recipi in religione. 390. col. 1. & 2.
Excommunicatio minor, alia quoad Deum ſolum, alia quoad Deum, & Eccleſiam. 391. col. 1.
Excommunicato in excommunicatione ordipato, quid agendum. 389. col. 2.
Excommunicatus ignotus religionem intrans, qualiter, & quando a Prælato ſit abſolvendus. 390. col. 1. & 2.
Excommunicatio major pro quo inſligi debeat. 393. col. 2. 394. col. 1.
Excommunicare cum ſolemnitate & ſine illa qui poſſunt. 392. col. 1. & 2.
Excommunicatio minor quibus caſibus incurritur. 391. col. 1. & 2.
Excommunicatio lata contra clerici percuſſionem, quibus caſibus non incurratur. 385. col. 2. 386. col. 1. & 2.
Excõmunicatio major quibus caſibus incurratur. 381. col. 2. & 384. col. 1. & 2. & 385. col. 1. & 2.
Excommunicatio quid ſit, & quot ejus ſpecies. 382.
Excommunicatus per annum, quas pœnas incurrat. 35. col. 2.
Excommunicatus moriens, qualiter, & a quo abſolvendus. 413. col. 2. 414. col. 1. & 2.
Exercentes divinum officium, nullum habentes ordinẽ, vel ordinem, quem non habent, qua pœna puniantur. 297. col. 2.
Ex interdicto generali exſiſtente, privilegium conceſſum celebrandi religioſis, qualiter extenditur ad Epiſcopos. 411. col. 1.
Exactiones in conſecrationibus Epiſcoporum, vel Abbatum, & in ordinibus Clericorum, qualiter ſint ſimoniacæ. 13. col. 2. 14. col. 1. & 2.
Exſecutores juſtitiæ inferiores, ſcientes reum probatũ eſſe innocentem, non tenetur obedire. 93. col. 2.

F.

FAutores hæreticorum qualiter puniantur. 35. col. 2.
Femina ratione ſexus & Eccleſiæ conſtitutione nullum recipit characterem ordinum. 300. col. 1. & 2. 301. col. 1. & 2.
Feriæ quæ ſint, & quotuplices. 110. col. 1. & 2. 111. col. 1.
Feſtivitates & jejunia ſervanda ſecundum conſuetudinem cujuſque Provinciæ. 112. col. 1.
Fidelis ſi contrahat cum infideli, nullum eſt matrimonium. 501. col. 1. & 2. 502. col. 1. & 2.
Filius familias de quibus poſſit eleemoſynas facere. 228. col. 2. 229. col. 1.
Filii Presbyterorum, & alii illegitimi removentur ab ordinibus, & quare. 275. col. 1. & 2.
Filii ſacerdotum ex uxore legitima ante ordinem jure communi ad omnia poſſunt promoveri. 279. c. 1. & 2.
Filius Sacerdotis generatus de uxore legitima, ſemper reputatur legitimus. 280. col. 1.
Filius non tenetur adimplere vota peregrinationis, & ſimilia patris morientis injungentis illa. 74. col. 2. 75. col. 1. & 2.
Filiorum ſtatus quadruplex. 532. col. 2.
Filii non legitimi quibus modis legitimentur. 533. c. 1.
Filius languidus expoſitus a patre, ſic ſervus a domino, & ſic libertus a patrono, a poteſtate eorum eo ipſo ſunt liberati. 155. col. 1. & 2.
Filii legitimi qui ſint. 532. col. 1. & 2.
Flagella in quadruplici ſunt differentia. 436. col. 2.
Focarii, & turpes perſonæ qualiter reſtituere teneantur, & cui. 164. col. 2. 165. col. 1. & 2. 166. col. 1.
Forma abſolutionis a judice ſervanda ab excommunicatione, & quæ ſolemnitas exhibenda. 397. col. 1. & 2.
Fraternitas ſpiritualis inter quos attendatur, & quid juris circa matrimonium. 494. col. 2. 495. col. 1.
Frigidus, & maleficiatus circa matrimonium qualiter differant. 516. col. 1. & 2.
Furans Chriſtianos captivos a paganis, ut libertati reſtituat, qualiter ſe gerat. 207. col. 1. & 2.
Furtum committit, qui rem ab uſurario accipit, ut eleemoſynam faciat. 203. col. 2. 204. col. 1.
Furta ſunt aliqua palliata. 202. col. 2.
Furto ablata, cui & qualiter in foro pœnitentiali reſtituatur. ibid.
Furti pœna variatur ſi agitur varie de illo, nempe civiliter, vel criminaliter. 202. col. 1.
Furans a paganis, injuſte ab eis detentus, ad nihil tenetur. 205. col. 1.
Furans cibum, vel potum vel veſtimentum propter neceſſitatem famis, vel frigoris, numquid committit furtum? 204. col. 1. & 2.
Furtum in majoribus & minoribus committitur. 205. col. 1. & 2.
Furtum quid ſit, & definitio late explicatur. 201. col. 2. & 202. col. 1.
Furtorum duæ ſpecies, & furtorum alia cadunt in nomen ſpeciale, alia remanent in nomine generali. 201. col. 2. 202. col. 1.
Fures, quas pœnas incurrant. 202. col. 1.

G.

GRadus ſunt & inter ipſas virtutes, & in ſingulis. 316. col. 2.
Gradus quid ſit, & qua ratione gradus computentur. 489. col. 1. & 2. 491. col. 1. & 2.
Gradus ſecundum computationem legalem, & canonicam diverſo modo deſcribuntur. ibid.
Gradus dicuntur eſſe & in eodem peccato, & inter diverſa peccata. 437. col. 1. & 2.

H.

HAbenti res de rapina, quas ſi reſtituat, non habet unde vivat, quid faciendum. 182. col. 1. & 2.
Habitum portantes regularem per annum non regulariter viventes, ab Epiſcopo ad quid compellendi. 486. col. 2. 487. col. 1.
Hæretici redeuntes ab hæreſi, quomodo recipi debeant. 36. col. 1. & 2. 37. col. 1. & 2.
Hæreticus qualiter evitandus. 42. col. 2. 43. col. 1. & 2.
Hæretici revertentes ad fidem, quadrupliciter abſolvuntur. 40. col. 1. & 2. 41. col. 1.
Hæreticus quot modis dicatur. 30. col. 2. 31. col. 1.
Hæreticos tutius eſt publica, quam privata auctoritate rebus ſpoliare. 33. col. 2. 34. col. 1. & 2.
Hæretici qualiter puniantur. 31. col. 1. & ſeq.
Hæres qualiter teneatur ad omnia debita defuncti. 182. col. 2. 183. col. 1. & 2. 184. col. 1. & 2.

Hæres

Digitized by Google

Heres in conſcientia non tenetur ad debita, niſi ad quæ ſufficiat hæreditas. ibid.
Heres ante omnia deduxit expenſas neceſſarias factas cauſſa hæreditatis. 184. col. 1.
Heredes plures creditoribus pro rata hæreditatis tenentur, niſi in quinque caſibus. 184. col. 2.
Hæredes & exſecutores teſtamenti nolentes exſequi, quæ teſtator mandavit, qualiter compellendi. ibid.
Homicidium ſi fiat ab aliquo, ex quo ſcandalum ſequatur, licet de jure occiſor poſſet promoveri, propter ſcandalum non debet fieri. 153. col. 1.
Homicidium voluntarium ſemper eſt enorme peccatum. 140. col. 1.
Homicidii voluntarii quæ ſint pœnæ canonicæ, & qualiter per ipſū irregularitas incurratur. 140. col. 1. & 2.
Homicidium corporale quid, & quot modis committatur. 137. col. 2. 138. col. 1. & 2. 139. col. 1. & 2.
Homicidium ſpirituale quid, & quot modis fiat, 137. col. 1. & 2.
Homicidium quid ſit, & unde dicatur. 137. col. 1.
Hoſpitalarii, & Templarii, a quibus poſſent ab excommunicatione abſolvi. 390. col 2.
Hoſpitalitas a Clerico qualiter, & quibus impendenda. 248. col. 2. 249. col. 1. & 2.

I.

JEjunium triplex, quando fuerit inſtitutum, & quæ debeat habere. 440. col. 1. & 2.
Ignoti & peregrini qualiter removeantur ab ordinibus, vel ad eos admittantur. 285. col. 2. 286. col. 1.
Illegitime nati religionem intrantes poſſunt promoveri. 277. col. 2.
Illegitime nati a quo diſpenſantur. 278. col. 2. 279. col. 1. & 2.
Illegitimus ſi diſpenſetur ad ordines, & beneficium Eccleſiaſticum, ad quæ ſe extendat hæc diſpenſatio. 281. col. 1. & 2.
Immunitas Eccleſiaſtica quid ſit. 114. col. 1. & 2.
Immunitate Eccleſiaſtica qui non gaudeant. ibid. c. 2.
Immunitate quæ loca, & quæ res gaudeant. 116. col. 1. & 2. 117. col. 1. & 2.
Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores quas pœnas incurrunt. 118. col. 2.
Impedimentum arctationis in muliere, quando impediat matrimonium. 513. col. 2. 514. col. 1. & 2.
Impedimentum tribus curatur. 457. col. 2. 458. col. 1.
Impedimenta quadam pœnitentia. 458. col. 1. & 2. 459. col. 1. & 2.
Impedimenta ſolum impedientia matrimonium quæ, 481. col. 2. verſ. medium.
Impotentia coeundi per maleficium, & quodcumque aliud impedimentum ſuperveniens non dirimit; quando autem impediat. 517. col 2. 518. col. 1.
Impotentia coeundi allegata quando inducat divortium. 515. col. 2. 516. col. 1.
Impoſſibilitas coeundi quid, & quot ejus ſpecies. ibid.
Impubes percutiens clericum, factus pubes ab Epiſcopo poteſt abſolvi. 409 col. 1.
Impubes doli capax, ingreſſus religionem ſponte, vel coactus metu, vel deceptus, quid agere debeat. 61. col. 2. 62. col. 1. & 2. 63. col. 1. & 2.
Infideles conjugati, ſi alter convertatur, quid agendum. 501. col. 1. & 2. 502 col. 1. & 2.
Infidelis repudians uxorem, ſi convertatur, illa vivente, non poteſt aliam ducere, niſi in tribus caſibus. 504. col. 2. 505. col. 1. & 2.
Infidelis repudians uxorem legitimam infidelem, ſi convertatur, non debet reſtitui repudiata; ſecus ſi illa convertatur. 504. col. 2.
Infidelis plures habens uxores, ſi convertatur, primam ſolam obtinebit. ibid.
Infideles ſi contrahant ſecundum ritus ſuos in gradibus prohibitis lege poſitiva, & non divina, ſi convertantur, ſic manent. 504. col. 1.
Infamis tam de jure, quam de facto non eſt promovendus. 313. col. 1.
Incendiarius quis ſit, qua pœna puniatur ille, & conſulentes. 159. col. 2. 160. col. 1.
Infirmus ſi petivit ſacerdotem, & dum veniret obmutuit, vel amens factus eſt, quid ſacerdos faciet. 447. col. 2. & 448 col. 1. & 2.
Inquiſitio quando, & qualiter fieri debeat. 358. col. 2. 359. col. 1. & 2. 360. col. 1. & 2.
Inquiſitionis factæ ſuper exceſſu certæ perſonæ, & factæ ſuper ſtatu totius monaſterii differentia. 363. col. 1. & 2.
Inſtitutio Clericorum in aliqua Eccleſia alterius Epiſcopatus facta ab inferiori prælato, nulla eſt. 286. col. 1. in fin.
Interrogationes de quibus, & qualiter a Confeſſore ſunt faciendæ. 433. col. 1. & 2. 434. col. 1. & 2.
Interdicti tempore quæ licite fieri poſſint. 411. col. 1. & 2.
Interdicto generali exſiſtente privilegium conceſſum religioſis, qualiter extendatur ad Epiſcopos. 411. col. 1.
Judæi qui ſint, & unde dicantur. 24. col. 1. & 2.
Judæi & Sarraceni qualiter trahendi ad fidem. ibid.
Judex dicens: Excommunico illum, *majori excommunicatione eſt ligatus, & quid agat.* 414. col. 2.
Judex excommunicatus, quia communicavit cum excommunicatis, a quo ſit abſolvendus. 405. col. 2. & ſeq.
Judicibus duobus diverſa præcipientibus, cui ſit obediendum. 379. col. 1.
Judicibus duobus ferentibus diverſas ſententias, quid agendum. 380. col. 1.
Judex puniens vel abſolvens ſemper debet facere propter correctionem. 376. col. 1. & 2.
Judex ordinarius & Epiſcopus quatenus poſſit & debeat ſuas vices alteri delegare. 368. col. 2.
Judex delegatus regulariter non poteſt cauſſam ſibi delegatam delegare. 369. col. 1. & 2.
Judex delegatus, quibus caſibus poſſit delegare cauſſam & quid de delegato a principe, vel Papa. 369. col. 2. 370. col. 1.
Judex, cum aliquis eſt ſufficienter purgatus, quid agat. 364. col. 2.
Judex, cum aliquis ſibi ſolum eſt ſuſpectus, quando poterit indicere illi purgationem. ibid.
Judices generaliter poſſunt ſuos ſubditos punire. 367. col. 1. & 2.
Judex procedit contra aliquem ex officio, & clamore famæ, & aliquo promovente inquiſitionem. 363. col. 2.
Judex ſciens accuſatum aliquem innocentem, probatum tamen nocentem, quid agere debeat. 91. col. 1. & 2. 92 col. 1. & 2.
Judex accipiens pecuniam, ut ferret ſententiam, reſtituere tenetur, & cui. 192. col. 1. & 2.
Judices quid poſſint a partibus accipere. 192. col. 2.
Judex dolo malo, vel per imprudentiam ferens ſententiam iniquam, ad quid tenetur. 191. col. 2.
Judices, ſi male judicent, ſuaſu officialium, vel imprudentia aſſeſſoris, qui coram teneantur. 193. col. 1.
Jurans ſoluturum aliquid in certo termino, ſi interim creditor excommunicetur, veniente termino ſolutionis quid faciendum. 406. col. 1.
Juramenti forma dupliciter invenitur. 81. col. 2.
Juramentum quid ſit, & cauſſa ejus inſtitutionis. 79. col. 1. & 2.
Juramentum licitum & meritorium. ibid.
Jurare per creaturas, qualiter liceat. 81. col. 1. & 2.
Juramentum quare prohibeatur, & diſſuadeatur

in ſacriſt litteris. 80. col. 1.
Juranti per metum cadentem in virum conſtantem, quid ſit agendum. 86. col. 1. & 2.
Juramentum falſum ſi quis novit, non debet manifeſtare alicui, vel debet manifeſtare ei, qui poſſet prodeſſe perjuro, & non obeſſe. 90. col. 1. & 2.
Juramentum ut recte fiat, quot requirat. 81. col. 2. 82. col. 1.
Jurare in veritate, juſtitia & judicio quid ſit. ibid.
Juramentum quotuplex. 82. col. 1. & 2.
Juramenti ſolemnitate creſcente, augetur obligatio. 85. col. 1. &. 2.
Jurans per falſos Deos, qualiter peccet, & ad quid tentatur. 85. col 2.
Juramentum extortum per metum qualiter obliget. 87. col. 1. & 2.
Jurans ſervaturum ſtatuta edita in ſua Eccleſia, ſi poſtea fiat aliquod ſtatutum novum, qualiter obligetur. 95 col. 1. & 2.
Juramentum factum in favorem hominis ſolum, ab eo poteſt abſolvi. ibid.
Juramenta præſtita a civibus Univerſitatis mortuis, ſi Cives ſuccedentes non adimpleant, non ſunt perjuri. 94. col. 2.
Juſtus homo, ſi multi de illo malum ſuſpicentur, & de illo ſcandalizentur, quid agere debeat. 348. col. 1. & 2.
Juſtitia publicæ honeſtatis, quos & qualiter impediat. 509. col. 2. & 510. col. 1.

L.

LAicus ſine ullis litteris ordinatus caracterem recipit. 246. col. 2.
Laici confugientes ad Eccleſiam cum rebus ſuis imminente bello, qualiter ſe ibi gerere debeant. 119. col. 1. & 2.
Leges omnes permittentes uſuras, niſi quoad intereſſe, vel ratione moræ, ſunt abrogatæ, & non tenent. 211. col. 2. & 212. col. 1. & 2.
Legitimatus ad actus eccleſiaſticos, qualiter ſit legitimatus ad ſæculares. 281. col. 1. & 2.
Legitimitas quid proſit filiis. 533. col. 1. & 2.
Legitima quæ ſit. 183. col. 1. & 2.
Leo Papa quid ſtatuerit circa numerum ſuſcipientium infantem de baptiſmo, & quibus ſit prohibitum. 495. col. 2. 496. col. 1.
Libertorum Eccleſiæ aliqua notanda. 274. col. 1. & 2.
Licentia docendi & eundi ad ſcholas gratis debet dari. 23. col. 2.
Linea quid ſit, & quot ſint lineæ. 487. col. 2.
Litigioſus quare ordinari non debeat. 260. col. 1. & 2.
Ludentes ad aleas & taxillos, qualiter peccent, & inſpectores ludi, & quas pœnas incurrant. 229. col. 2. 230. col. 1. & 2. 231. col. 1. & 2.
Ludentibus aliquibus perſonis, omne ab eis lucratum reſtituendum eſt. 230. col. 2.

M.

MAceratio carnis in quibus conſiſtat. 435. col 2. 436. col. 1.
Magiſter qualiter poſſit aliquid exigere a ſcholaribus. 22. col. 2. 23. col. 1.
Majoritas in quibus attendatur. 377. col. 1. & 2.
Mala quæ inducunt metum cadentem in conſtantem virum, quæ. 506. col. 1. & 2.
Manumiſſiones ſervorum in duplici ſunt differentia, & qualiter de eorum ſervis agendum. 270. col. 2. 271. col. 1. & 2.
Manumiſſio quot modis fiat. 273. col. 2.
Manumiſſio quid ſit. 273. col. 1. & 2.
Maritus in dote reddenda qualiter condemnetur, & de ea quid poſſit retinere. 536. col. 1.
Matrimonium conſummatum qualiter in ſe contineat duo ſacramenta. 235. col. 2. 236. col. 1. & 2.
Matrimonium quando dicitur nullum propter conſanguinitatem, quid fieri poſſit. 525. col. 1. & 2. 526. col. 1.
Matrimonium ſi interdicatur alicui ab Eccleſia, non poteſt ille contrahere; tenet tamen ſi contrahat, ſi non adſit aliud impedimentum. 519. col. 1.
Matrimonium non poteſt contrahi intra quartum conſanguinitatis gradum. 491. col. 1 & 2.
Matrimonium infidelis converſi cum conjuge manente infideli, qualiter ſolvitur quoad jus, & quoad ſubſtantiam matrimonii. 504. col. 2. 505. col. 1.
Matrimonium inter fideles legitime contractum nullo caſu ſolvi poteſt. 505. col. 2.
Matrimonium quid ſit. 469. col. 2.
Matrimonium qualiter ſolo conſenſu contrahatur, & nunquã ſine eo, etiamſi cetera adſint 470. col. 1. & 2.
Matrimonii bona quæ & qualiter ad matrimonium neceſſaria. 478. col. 2. & 479. col. 1.
Matrimonium quibus conditionibus appoſitis non tenet. 484. col. 1. & 2.
Matrimonium non conſurgit, ſi aliquis deſponſet aliquam non animo ducendi eam, ſed decipiendi ſolum, ut carnaliter eam cognoſcat. 470. col. 2. 471. col. 1. & 2.
Matrimonium tenet quando propter pulchritudinem aliqua ducitur. 472. col. 2.
Matrimonium per procuratores inter abſentes fieri poteſt. 473. col. 2.
Matrimonium qui poſſunt contrahere. 473. col. 1.
Matrimonium ubi fuerit inſtitutum, & quibus verbis. 472. col. 1.
Matrimonium quibus cauſſis ſit inſtitutum. 472. col. 2.
Matrimonium aliud legitimum, & aliud clandeſtinum, & quæ ſint. 480. col. 1 & 2.
Matrimonium verum fuit inter B. Virginem, & S. Joſeph. 480. col. 2.
Matrimonium aliud initiatum, aliud perfectum, ſeu conſummatum. ibid.
Matrimonium aliud legitimum, & non ratum, & aliud econtra: & aliud legitimum & ratum. 481. col. 1.
Matrimonium qui accuſare poſſint ad plenum divortium celebrandum. 524. col. 1. & 2.
Matrimonium qui accuſare poſſint accuſatione, quæ fit propter adulterium. 527. col. 2. 528. col. 1. & 2.
Matrimonium cum publicatum fuerit, tacens impedimentum, ſi poſtea illud proponat, quid agendum. 525. col. 1 & 2.
Matrimonium impedientia, & contractum dirimentia quæ ſint. 481. col. 1 & 2.
Medici tenentur infirmos monere, ut confiteantur, & contrafacientes puniuntur. 427. col 2.
Mendacium quando ſit peccatum mortale, & quando veniale. 98. col. 2.
Mendacium quid ſit: mentiri, dicere falſum, & mendacium in quo differant. 97. col. 1.
Mendacium aliud pernicioſum, aliud officioſum, & aliud jocoſum. 98. col. 2. 99. col. 1. & 2.
Mendaciorum octo genera ſecundum Auguſtinum. 97. col. 2.
Mercatores & pellipari cum vendentes mentiuntur, juvant & perjurant, qualiter peccent, & ad reſtitutionem teneantur. 223. col. 1. & 2.
Mereri & demereri quis poteſt unica actione, diverſa ratione. 101. col. 2. 102. col. 1.
Metus qui cadens in conſtantem virum, qui non. 506. col. 1 & 2.
Metropolitanus quid poſſit in ſuffraganeos ſuos, & in ſub-

Digitized by Google

ſubditos ſuffraganeorum. 329. c. 2. & ſeq.
Miles habens bellum juſtum contra alium militem, ſuum facit quod capit ab hoſte. 175. col. 1.
Miſſas plures quibus diebus, & quibus de cauſſis liceat alicui uno die celebrare. 312. col. 1.
Miſſa ubi dicenda. ibid.
Miſſam dicere in oratorio privato, nec illud habere in forma Eccleſiæ licet, ſine conſenſu Epiſcopi. 510. col. 1. & 2.
Miſſam celebrare pro denariis, an aliquis poſſit. 15. col. 2. 16. col. 1. & 2.
Modi, quibus contra aliquem de crimine proceditur quot, & qui ſint. 359. col. 1. & 2. 360. col. 1. & 2.
Modus, quem tenuit Raymundus in compoſitione Summæ. 1. col. 1. & 2.
Molarium, vel uſusfructum caſtri dono datum forte occaſione ſervitii facti, vel fiendi qualiter licite accipiatur. 211. col. 1.
Monachi Prælato magis, quam Clerici ſæculares, & Clerici ſuo Epiſcopo, magis quam Laici obedire tenentur. 379. col. 1. & 2.
Monachi quid facere debeant cum ſervo religionem ingreſſo. 61. col. 1. & 2.
Monachi, vel Moniales ſimoniace receptæ, ad quid teneantur. 11. col. 2. 12. col. 1. & 2.
Monachus vagans extra monaſterium, ſi aliqua lucretur, & ingrediatur aliud Monaſterium, ea ſunt ſecundi Monaſterii, ſi primum novit vagantem & noluit revocare. 53. col. 2.
Mulier ſi petat aliquem in virum, vel econverſo, qualiter procedendum a judice. 520. col. 1. & 2. 521. col. 1. & 2.
Mulier ſi contrahat cum ſecundo, credens mortuum primum, quid agendum. 508. col. 2. 509. col. 1. & 2.
Mulier, ſi diſcedat vir in terras longinquas, nubere nequit umquam, niſi ſciat virum mortuum 509. col. 2.
Mulier allegans metum, ſi perſeveravit in matrimonio per certum tempus, vel conſenſit in carnalem copulam, non eſt audienda. 506. col. 2. 507. col. 1.
Mulieres decipiuntur a diabolo, cum cogitant plura terrarum orbis ſpatia pertranſire. 109. col. 2.
Mulier ſi ſuſcepit filium de adulterio, defraudans legitimos hæredes quid agere debeat. 166. col. 2. 167. col. 1.
Munus ab obſequio quid ſit. 4. col. 2.
Munus ab obſequio aliud corporale, aliud ſpirituale. ibid.
Mutuans eunti ad nundinas accepturus ultra ſortem, ſi exponatur periculo, qualiter agat. 210. col. 1. & 2.

N.

NAtus de damnato coitu, ſi ejus pater poſtea accipiat matrem in uxorem, ad quæ poſſit promoveri. 279. col. 2. 280. col. 1.
Neceſſitas furantis qualiter excuſet a peccato. 204. col. 1. & 2.
Neceſſitas in juramento promiſſorio, qualiter excuſet a perjurio. 94. col. 1.
Negotia aliqua tractare clericis in quatuor caſibus licet. 219. & ſeq.
Negotia ex ſua natura, alia inhoneſta, alia non, ſed aliunde inhoneſta redduntur. 217. col. 1. & 2.
Negotia inhoneſta ex loco explicantur. 221. col. 2. 222. col. 1. & 2.
Neophytus quis, & unde dicatur, & quare non ſit ordinandus. 264. col. 2. 265. col. 1. & 2. 266. c. 1 & 2.
Notorium quid & quotuplex. 355. col. 2. 356. c. 1. & 2.
Novitii religioſi infra annum libere poſſunt ad priorem ſtatum redire, niſi in tribus caſibus. 68. col. 2. 69. col. 1.

O.

OBedientia in quibus conſiſtat. 379. col. 1.
Oblationum tres ſunt ſpecies, & qualiter, & cui ſolvendæ. 133. col. 1. & 2.
Oblationes a quibus non debeat recipere ſacerdos. 13. col. 2.
Obligati ad ratiocinia qui dicantur, & an ſint ordinandi. 268. col. 1. 269. col. 1. & 2.
Obligatus ad aliquid ſolvendum, ex inſpiratione Spiritus Sancti intrare poteſt ad religionem. 269. col. 2. 270. col. 1.
Occidendus ſi quæratur ab aliquo latens in loco, qui ſciunt ubi ſit, interrogati ab invaſore, quid debeant reſpondere. 100. col. 1. & 2.
Officiales qualiter aliquid poſſint accipere. 193. col. 1.
Opera facta in mortali numquam reviviſcunt. 445. col. 1. & 2.
Opera in caritate facta mortificantur per ſequens mortale peccatum, & reviviſcunt, ſi poſtea pœnitentia ſequatur. ibidem, & 446. col. 1. & 2.
Oratio quid, quæ per eam petenda, quæ in ea requirantur. 435. col. 2. 436. col. 1.
Ordinandus qualiter ſine crimine eſſe debeat. 336. col. 1.
Ordinandorum qualitas non ſolum Epiſcoporum, ſed etiam omnium aliorum ex Apoſtolo colligitur. 233. col. 1. & 2. 234. col. 1.
Ordinari an poſſit qui defloravit virginem, & poſtea cum illa contraxit. 139. col. 1.
Ordinari poteſt qui nupſit virginem, & ea mortua aliam duxit, ſi earum unam tantum cognoverit. 139. col. 2.
Ordinandorum doctrina in duobus conſiſtit. 250. col. 2. 251. col. 1.
Ordinandus debet domui ſuæ eſſe bene præpoſitus. 261. col. 1. 262. col. 1. & 2.
Ordinantes contra canonicam formam, qua pœna puniantur. 288. col. 2.
Ordinatus ab Epiſcopo, qui loco & dignitati renunciaverit, ad quid teneatur. 289. col. 1.
Ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine licentia & extra ſtatuta tempora qualiter puniatur. 294. col. 2.
Ordinatus coactione conditionali, poſito quod non teneatur continere, qualiter gaudebit privilegio clericali. 299. col. 2.
Ordinatus in ſacris non poteſt contrahere, & contrahens, nullum eſt matrimonium. 507. col. 2.
Ordinatio ex omiſſione aliquarum, quando ſit nulla & debeat iterari. 293. col. 2. 294. col. 1. & 2.
Ordines furtive recipiens contra canonicam formam, qua pœna puniatur. 288. col. 2.
Ordines quibus temporibus poſſint conferri. 290. col. 2. 291. col. 1.
Ordines & conſecratio Papæ, & aliorum, quo loco fieri debeat. 291. col. 2.
Ordines quot ſint, & recipiendi per ordinem. 295. col. 1. & 2. 296. col. 1. & 2.
Ordines ſuſcipiens in peccato mortali, peccat mortaliter. 343. col. 2.
Ordinum ſacrorum ſuſceptione votum ſolemnizatur. 485. col. 1.
Ordo Epiſcopalis quo tempore debet conferri. 291. col. 2.
Ordo, an teneat, ſi aliquis aliis omnibus prætermiſſis ſacerdos ordinetur. 297. col. 1.
Ordo Epiſcopalis, omiſſo ſacerdotali, vel cum illo, & omiſſo aliquo alio, an teneat. ibid.
Ordo compoſitionis hujus Summæ. 1. col. 1.
Ornatus ordinandorum qualis. 247. col. 2. 248. col. 1. & 2.

Pal-

INDEX

P.

Pallium infra tres menſes peti debet. 320. col. 1. & 2.

Pallio Papa & alii prælati quando, & quibus diebus uti poſſunt. 318. col. 2. 319. col. 1. & 2.

Papa ſalutans excommunicatum intelligitur eum abſolvere; ſecus de aliis prælatis. 405. col. 2.

Papa eſt ſummus inter omnes Eccleſiæ miniſtros. 320. col. 2. & 321. col. 1. & 2.

Papa quæ ſolus ille poteſt. 321. col. 1. 322. col. 1. & 2. 323. col. 1. & 2. 324. col. 1. & 2. 325. col. 1. & 2. 326. col. 1. & 2.

Paraferna quid, & quod habeat privilegium dotis. 534. col. 2.

Parentes invenientes in lecto filium ſuffocatum, quid agere debeant. 152. col. 2.

Participantes cum excommunicato, quam pœnam incurrant. 398. col. 2.

Pater & mater pro filiis ubi agitur de fœdere matrimonii, qualiter ſint idonei teſtes. 525. col. 2.

Patriarcharum quattuor principalium quæ privilegia. 329. col. 1.

Paternitas inter quos attendatur, & quid juris de ea circa matrimonium. 404. col. 1.

Pecunia, ſimoniace accepta, cui ſit reſtituenda. 9. col. 1.

Peccantibus aliquibus Potentibus, quos magna ſequitur multitudo, quid faciet Epiſcopus. 348. col. 2. 349. col. 1.

Peccata mortalia quæ, & quæ venialia. 428. col. 1.

Peccata venialia cui confitenda. ibid.

Peccata capitalia, & quæ ab eis oriuntur. 434. c. 1. & 2.

Peccatum veniale, quibus modis deleatur. 449. col. 1. & 2. 450. col. 1. & 2.

Peccata pure, vere, ac proprie ſolus Deus dimittit. 452. col. 2.

Peccata dimiſſa per ſubſequens peccatum qualiter dicuntur redire. 445. col. 2. 446. col. 1. & 2.

Peccata ſemel confeſſa, niſi in quattuor caſibus non tenemur iterum confiteri. 445. col. 1. & 2.

Peccatorum remiſſio per malum, ſicut per bonum ſit miniſtrum. 453. col. 1. & 2.

Peccato abſque quo vix fieri non poſſunt. 223. col. 2.

Peccator pœnitens, ſed non complens pœnitentiam, vel implens minorem, quam deberetur imponi, per purgatorium purgandus eſt. 446. col. 1. & 2.

Pædagia & Thelonea nova & vetera qualiter licite recipiantur, & debeantur. 168. col. 1. & 2.

Pædagia ſubtrahentes Sarracenis, cum accedunt ad eorum civitates ad quid teneantur. 169 col. 1.

Pœna non ſervantis excommunicationem quæ ſit. 398. col. 1. & 2.

Pœna ebrietatis quæ. 141. col. 2.

Pœnis variis corporalibus & pecuniariis puniuntur multi ſine culpa propter alios. 372. col. 1. & 2. 373. col. 1. & 2.

Pœna æterna nullus pro alio punitur ſine culpa, niſi in peccato originali. ibid.

Pœnam quæ attenuent, vel aggravent, vel ab ea excuſent. 370. col. 1. & 2. 371. col. 1. & 2.

Pœna interdicti multi ſine culpa puniuntur pro peccato unius. 372. col. 2. 373. col. 1.

Pœna excommunicationis non debet ſine culpa quis pro alio puniri. 372. col. 1.

Pœna majores a quibus poſſint infligi. 368. col. 1.

Pœnarum alia Canonica, alia Legalis, & earum multiplices ſpecies. 365. col. 1. & 2. 366. col. 1. & 2.

Pœna Clerici non ſervantis continentiam, & quando debeat vitari a ſubditis in ſacramentis. 354. col. 1. & 2. 355. col. 1. & 2. 356. col. 1. & 2.

Pœna iterantium ſacramenta non iterabilia, quæ? 305. col. 1. & 2. 306. col. 1.

Pœna ſimoniaci in ordine & beneficio. 7. col. 2. 8. col. 1. & 2.

Pœna Sacerdotis revelantis confeſſionem. 450. col. 2.

Pœna alia judicialis, alia conventionalis. 209. col. 1. & 2.

Pœna appoſita in contractu mutui quid inducat. 209. col. 1. & 2.

Pœnitens ſolemniter non eſt ordinandus. 267. col. 1. & 2.

Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium peccati. 1. col. 1.

Pœnitens confitens ſacerdoti, quibus caſibus remittendus eſt ad ſuperiorem. 427. col. 1. & 2.

Pœnitens poſt collectam remiſſionem, non debet ceſſare ab impoſita pœnitentia. 456. col. 1.

Pœnitentiæ commutationes cum ſibi ſubditis confeſſor diſcrete facere poteſt. 457. col. 1.

Pœnitentiæ impedimenta, timor, pudor, ſpes, & deſperatio. 457. col. 2. 458. col. 1. & 2.

Pœnitens confeſſus volens abſtinere, vel volens ab uno, & in alio remanere, iterum de omnibus confitendus. 442. col. 2. 443. col. 1.

Pœnitendi tempus eſt uſque ad ultimum vitæ. 447. col. 1.

Pœnitentia quid ſit, & unde dicta. 415. col. 2. 416. col. 1.

Pœnitens vere poteſt poſtea peccare, & nihilominus prima fuit vera pœnitentia. 416. col. 1. & 2.

Pœnitentia quantumvis vera, eſt iterabilis. ibid.

Pœnitentiæ actiones qualiter ſunt tres. 418. col. 2. 419. col. 1.

Pœnitentia, alia ſolemnis, alia publica, alia privata. 419. col. 2. 420. col. 1.

Pœnitentia menſura danda eſt arbitrio Sacerdotis multis conſideratis. 438. col. 1. & 2. 439 col. 1.

Pœnitentia vera tria neceſſaria requirit. 420. c. 1. & 2.

Percuſſio duplex, ſpiritualis & corporalis. 247. col. 1. & 2.

Perjurium qualitercumque fiat, & fractio pœnitentiæ ſolemnis quomodo puniatur. 441. col. 1.

Perjurium quid ſit, & quot modis committatur. 82. col. 1. & 2.

Perjurus quas pœnas incurrat. 84. col. 1. & 2.

Perjurus non eſt qui ex licita cauſſa deſerit juramentum. 96. col. 1. & 2.

Perplexitas quid, & quotuplex. 349. col. 2. 350. col. 1.

Petitorium, & poſſeſſorium in lite circa matrimonium qualiter ſe habeant. 520. col. 1. & 2.

Pignus ut licite vendatur, quæ requirantur. 214. col. 1. & 2.

Portio pro Eccleſia ſua hominis ſepulti in alia, unde ſit ſumenda. 136. col. 1. & 2.

Poſtulari qui debeant, & a quibus. 313. col. 2. 314. col. 1. & 2.

Preces aliæ carnales, aliæ ſpirituales. 5. col. 1. & 2.

Præcepti virtus quæ. 379. col. 1.

Prædia Eccleſiarum privilegiata, & ad quæ teneantur. 117. col. 2.

Prædonum duo genera, & quæ ſit eorum pœna. 159. col. 2.

Prædium, vel res aliqua pecunia uſurariæ, alteri donata, ſi uſuræ ſolvantur, quid de illa agendum. 213. col. 2.

Prædicatori, circa prædicationis actum quattuor conſideranda. 252. col. 2. 253. col. 1. & 2. 254. col. 1.

Prælatus, ſi indigeat, etiam a minoribus debet addiſcere, & qualiter debeat corrigere. 256. col. 1. & 2. 257. col. 1.

Prælato volente ordinare aliquem propter occultum peccatum, quod ſcit, ſi velit ille promoveri, non

eſt

Digitized by Google

eſt repellendus, ſecus in prælato regulari. 299. col. 2. 300. col. 1.

Prælato compellente malo ſine aliquem ad ſuſcipiendos ordines, ſi id exigat utilitas Eccleſiæ, qualiter ille tenetur ordines recipere. 400. col. 1. & 2.

Prælatus in quibus poſſit ſuas vices delegare. 20. col. 2. 21. col. 1. & 2.

Prælati & Clerici qualiter male diſpenſantes bona Eccleſiaſtica graviſſime peccent, & ad reſtitutionem teneantur. 163. col. 1. & 2. 164. col. 1.

Presbyteri, & inferiores omnes a ſuo Epiſcopo debent ordinari. 289. col. 1. & 2.

Præſentatus in aliqua Eccleſia pacto interveniente, ſi ſic ordinetur, quas pœnas incurrat. 19. col. 2. 20. col. 1.

Præſcriptione completa cum requiſitis alicujus rei, ſi poſtea poſſeſſor habeat conſcientiam rei alienæ, quid illi agendum. 191. col. 1. & 2

Præſcriptione non completa, ſi poſſeſſor ſciat rem eſſe alienam, quid agere debeat. 190. col. 1.

Præſcriptio quot modis interrumpatur. 187. col. 1. & 2.

Præſcriptio quibus caſibus, & temporibus, & in quibus rebus non currat. 188. col. 1. & 2.

Præſcriptio, ut compellatur quot requirat. 186. col. 2. 187. col. 1. & 2.

Præſcriptionis ſpecies duplex. ibid.

Præſcriptio in quibus rebus cadat, vel non cadat. 187. col. 1. & 2.

Præſcriptio & uſucapio quid, & in quo differant. ibid.

Primas & Patriarcha pro eodem ponuntur. 319 col. 1.

Primates, ſeu Patriarchæ non juriſdictionem in ſuffraganeos Metropolitanorum, niſi in certis caſibus. 329. col. 2. 330. col. 1.

Primates, ſeu Patriarchæ ſunt Papa minores. 327. col. 2.

Primitia quid ſit, & quod ex præcepto Domini debeatur. 132. col. 1. & 2.

Primitia cui ſit danda, & quanta debeat eſſe. ibid.

Privilegia rerum Eccleſiaſticarum multa. 116. col. 1. & 2.

Proceſſiones fieri conſuetæ pro defunctis, propter pecuniam qualiter licitæ. 16. col. 2.

Profeſſio vera, vel præſumta facit votum Monachatus ſolemne. 486. col. 1. & 2.

Promovendus ad dignitatem, quæ debeat habere. 313. col. 1. & 2.

Prudentia, & triplex peritia debet eſſe in ordinandis. 243. col. 2. 144. col. 1. & 2.

Pubes ſi contraxit ſponſalia cum minori, accedens minor ad ætatem legitimam, ſi velit matrimonium conſummare, pubes non poteſt reſiſtere. 467. col. 1.

Puero & puella per verba de præſenti contrahentibus, quid illud ſit. 464 col. 2. 465. col. 1. & 2.

Pueris ante ſeptennium ſponſalia contrahentibus, ſi ante pubertatem matrimonialiter conjunguntur, intelligentes quod actum eſt, ſponſalia confirmatur. 464. col. 2.

Pueri ſi contrahant vicini pubertati, qualiter matrimonium teneat. 465. col. 1.

Punitur quis ſine culpa interdum, ſed non ſine cauſſa, & in quibus caſibus. 375. col. 2.

Punitus ſufficienter, pro aliquo delicto, non debet, pro eodem, alia pœna infligi, ſed multa in contrarium. 376. col. 1. & 2.

Purgatio quid ſit, & quotuplex ſit. 356. col. 2. 357. col. 1. & 2.

Purgatio qualiter minus juſte facta, non facit fidem. 364. col. 1.

Purgatio etiam oblata, quando admitti non debet. ibid.

Purgans ſeipſum ab infamia delicti, & compurgatores, qualiter jurare debent. 362. col. 1. & 2.

Purgatio qualiter facienda. 359. col. 1. & 2.

R.

RApinam conſulentes, & auxilium ad illam dantes in ſolidum tenentur. 175. col. 2. 176. col. 1. & 2.

Raymundus quo conſilio confecerit hanc Summam. 1. col. 1.

Religionem intrans, ubi fratres vidit ſplendide comedere, ſi poſtea juxta regulam reformentur, non poteſt recedere ab illa religione. 75. col. 2. 76. col. 1. & 2.

Religionem intrans, ubi elegit ſepulturam, qualiter ſuæ Eccleſiæ non debeat portionem. 136. col. 2. in fin.

Regulares non habentes Abbatem, ſed alium Prælatum deſignatum ab illo, poſſunt ab excommunicatione abſolvi. 390. col. 1.

Regularis percutiens regularem, vel clericum ſecularem, a quo abſolvatur. 389. col. 1. & 2.

Regulæ tres circa lapſos, jus commune continentes, & earum intellectus. 337. col. 2. 338. col. 1. & 2.

Religioſus qualiter eleemoſynam facere poſſit. 226. col. 1. & 2.

Reliquiæ qualiter oſtendendæ populo. 120. col. 1.

Remiſſionis majoritas, vel minoritas ſecundum tria eſt attendenda. 455. col. 1. & 1.

Remiſſiones conceſſæ in dedicationibus Eccleſiarum, conſtructione pontium, & ſimilibus valent, ſicut ſonant. 453. col. 2. 454. col. 1. & 2.

Remiſſiones conceſſæ ad quid valeant, & quibus. 455. col. 1. & 2.

Remiſſiones factæ ab Epiſcopo, quid & quibus valeant. 455. col. 2. 456. col. 1.

Remedia contra ſpei impedimentum 458. col. 1. & 2.

Reddenda eſt domino res inventa, ſi reperiatur. 203. col. 2. 204 col. 1.

Rem inventam, non reperto domino, pauper ex conſilio confeſſoris ſibi retineat, dives vero det pauperibus. ibid.

Res furto ſublata, ſi pereat fortuito, fur tenetur reſtituere, & qualiter. 202. col. 2.

Res captæ in bello juſto non ſunt obnoxiæ reſtitutioni. 172. col. 2. 173. col. 1.

Reſtitutio uſuræ, & a jure, & a judice præcipitur. 212. col. 2. & 213. col. 1..

Reſtitutio qualiter facienda, ſi ſcitur perſona, ſed non ubi ſit, vel longiſſime eſt abſens. 216. col. 2.

Reſtitutioni eſt obnoxius ſuo nomine recipiens uſuras, & nomine alieno. 216. col. 2. 217. col. 1.

Res, quæ ad nullum uſum ſunt bonæ, niſi ad peccandum, habere, vendere, &c. peccatum eſt, & vendens ad damna ſecuta tenetur. 224. col. 1. & 2.

Res, quæ ad aleas lucrata, qualiter, & cui ex ſententia auctoris eſt reſtituenda. 230. col. 1. & 2.

Res Eccleſiæ, quæ in uſus profanos nequeunt converti. 310. col. 2. 311. col. 1.

Reſtitutio propter legem iniquam facienda, qualiter, & quibus fieri debeat. 198. col. 2. 199. col. 1. & 2.

Res perditæ, vel furto ablata non ſunt quærendæ per Aſtronomiam. 108. col. 2. 109. col. 1. & 2.

Reſtitutio rei ablatæ per rapinam a pluribus raptoribus, a quibus, & qualiter fieri debeat. 177. col. 1. & 2.

Res ſi de rapina ſciatur eſſe, & inquiſitus non inveniatur dominus, quid de illa agendū. 181. col. 1. & 1.

Res de rapina emta, de ea ſecundum diverſitatem animorum ementium eſt judicandum. ibid.

Res Eccleſiæ conſervandæ, & in Eccleſia quid facere non eſt licitum. 115. col. 1. & 2. 116. col. 1.

Digitized by Google

I N D E X

S

Sacramenta Eucbariſtiæ, Baptiſmi, Confirmationis, & Matrimonii, qualiter mutuo ſe excedant. 307. col. 1. & 2.

Sacramentum Baptiſmi, etiam ab infideli miniſtratū ſervata Eccleſiæ forma tenet. 307. col. 1.

Sacramentum quid ſit. 301. col. 2.

Sacramentorum ſpecies duæ, alia neceſſitatis, alia voluntatis. 302. col. 1. & 2.

Sacramenta qualia iterantur, & qualia non. 303. col. 1. & 2.

Sacramenta qualiter in dubio poſſunt iterari. 306. col. 1.

Sacramentum Confirmationis a ſolo Epiſcopo confertur. 306. col. 1.

Sacramenta a quovis conficiantur Sacerdote, vera qualiter ſint. 306. col. 1.

Sacramenta ſuſcipientes ab aliquibus qualiter peccent. 306. col. 2.

Sacerdos ſi Miſſam celebret, & intret Eccleſiam excommunicatus, quid faciet. 407. col. 2. 408. col. 1.

Sacerdos qualiter injunget pœnitentiam. 442. col. 1.

Sacerdos cum quibus mulieribus poſſit cohabitare, licet ei ſit cum mulieribus interdicta habitatio. 350. col. 1. 351. col. 1. & 2.

Sacerdos, qui dum incipit verba conſecrationis, peccati mortalis recordatur, quid agere debeat. 342. col. 2.

Sacerdoti habenti parochianum ſurdum, mutum, & cæcum, ſi ſcit talem eſſe in mortali, quid agendum. 442. col. 1. & 2.

Sacerdos, ſi quis confiteatur in hæreſim incidiſſe, & vult ab aliis peccatis ceſſare ſed non ab hæreſi, nec vult revelare ſocios, quid aget. 451. col. 1.

Sacerdos habet poteſtatem dimittendi peccata, & retinendi. 452. col. 2. 453. col. 1.

Sacerdos tribus modis dicitur ligare, & ſolvere. 452. col. 2.

Sacerdos cantans Miſſam defunctorum pro vivis, qua pœna puniatur. 109. col. 1.

Sacerdos ex dolore altaria exuens, & alia ſimilia faciens, qualiter non peccet. ibid

Sacrilegium quid ſit, quot modis committatur. 113. col. 1. & 2.

Sacrilegus quas pœnas incurrat. 113. col. 2.

Sarraceni quid ſint, & unde dicti. 24. col. 1. & 2.

Satisfactio falſa quæ. 436. col. 2. 437. col. 1.

Satisfactio in quibus conſiſtat. 435. col. 1. & 2. 436. col. 1. & 2.

Scandalum quid ſit, & quando ſit peccatum. 347. col. 1. & 2. 348. col. 1.

Schiſmatici qualiter recipiendi ab Eccleſia. 46. col. 1. & 2.

Schiſma quid ſit, unde dicatur, in quo differat ab hæreſi. 44. col. 1.

Schiſma qualiter a Domino, & a judice homine puniatur. 44. col. 1. & 2.

Schiſmaticus vera confert Sacramenta. 46. col. 1.

Sententia definitionis, alia interlocutoria, & alia definitiva, & quid ſiat. 379. col. 2.

Sententia definitiva qualiter proferenda, quo loco, & quibus diebus. 379. col. 2. 380. col. 1.

Sententiæ effectus, qui ſint, & quiſque effectus, in quibus caſibus fallat. 380. col. 2. 381. col. 1. & 2.

Sententia triplex, præceptionis, definitionis, & excommunicationis. 377. col. 1.

Sententia præcepti quid. ibid. col. 1. & 2.

Sententia lata de divortio contra aliquem, ſi aliquis laboret eodem impedimento, quid aget. 530. col. 1.

Sententia lata divortii contra adulteram, ſi poſt ſeparationem vir adulteretur, illa eum repetere non poteſt. ibid. col. 2.

Sepulturam eligens extra Eccleſiam ſuam parochialem debet portionem ſuæ Eccleſiæ. 135. col. 2.

Sepultura Eccleſiaſtica qui carere debeant. 133. col. 2. 134. col. 1. & 2.

Sepeliri ubi quiſque debeat. 134. col. 2. 135. col. 1. & 2.

Sepulturæ jus quid ſit. 133. col. 2.

Sepulturam eligens apud aliquam religionem medio juramento, & facto publico inſtrumento, non poteſt iterum alibi eligere ſepulturam. 136. col. 2.

Sepulturam ſi quis eligat in propria Eccleſia nihil illi legans, & legans aliis Eccleſiis, quid propriæ agendum. 136. col. 1.

Sepulturam ſi quis eligat in alia Eccleſia, cui legat mille, & ſuæ ſolum decem, quid ſua Eccleſia petere amplius poſſit. ibid.

Servi non ordinandi, & quare. 270. col. 2.

Servus ſi ordinetur, ſciente domino, vel ignorante, quid. 272. col. 1.

Servus licet conſecratus domino reſtituitur, non res conſecrata, & quare. 272. col. 2.

Servi Judæorum, paganorum, & hæreticorum ſi velint fieri chriſtiani, qualiter ſint liberi. 28. col. 1. & 2.

Servis contrahentibus invitis, vel ignorantibus dominis, tenet matrimonium. 483. col. 2.

Servus ſi contrahat conſentiente domino, & dominus præcipit ei aliquid eodem tempore, quo uxor petit debitum, ſervitium domini eſt relinquendū, ſecus ſi contraxit ſine ejus licentia. ibid.

Servus perjurans compulſus a domino, vel perjurans provocatus ab aliquo, omnes ſunt perjuri. 88. col. 2.

Simonia an incurratur, cum aliquid datur laico, ne impediat electionem. 17. col. 1.

Simonia quibus caſibus non committatur, licet detur aliquid pro ſpiritualibus. 3. col. 2. 4. col. 1. & 2.

Simoniæ hæreſis inter Eccleſiaſtica crimina obtinet primum locum. 1. col. 2.

Simoniaca quædam quia prohibita, alia quia ſimoniaca. 2. col. 1. & 2.

Simoniaca quid ſit. 2. col. 1.

Simonia quot modis committatur. 3. col. 1. & 2.

Simonia unde dicta. 3. col. 1.

Simonia qualiter committatur in munere ab obſequio. 4. col. 2.

Simonia qualiter committatur in munere a lingua. 5. col. 1.

Simonia alia committitur in ordine, & alia in beneficio. 7. col. 2.

Simoniaci in ordine & beneficio pœna. ibid. & 8. col. 1. & 2.

Simoniacus alius occultus, alius manifeſtus. 8. col. 1.

Simoniam qualiter magiſter incurrat. 22. col. 2.

Simoniam committit offerens bona Eccleſiæ, ut ſpiritualia adipiſcatur. 18. col. 1. & 2.

Sortilegi & divini, quas pœnas incurrant. 107. col. 2. 108. col. 1. & 2.

Sortilegi aliquando vera prædicunt, & morbos pellunt, id permittente Deo, & quare. 109. col. 2.

Sors quid ſit, & quod divinatio ſemper in malam partem accipiatur. 102. col. 2. 103. col. 1.

Sortibus aliquid licet quæſitum, & quibus caſibus licite ſiant. 105. col. 1. & 2. 106. col. 1. & 2.

Species adoptionis tres, & qualiter matrimonium impediat. 494. col. 2.

Spiritualia ſicut emi & vendi non poſſunt, ſic nec redimi. 5. col. 2. 6. col. 1. & 2.

Sponſalia quid ſint, unde dicta, quot modis contrahan-

Digitized by Google

buntur. 461. col. 1. & 2. 462. col. 1. & 2.
Sponſalia & matrimonium quam ætatem requirunt in viro, & in femina. 463. col. 1. & 2.
Sponſalia duobus contrahuntur, pure, & cum conditione. 463. col. 1. & 2.
Sponſalia quibus caſibus diſſolvuntur. 467. col. 1. & 2.
Sponſalia ſemel contracta ſemper ligant. 467. col. 1.
Sponſalibus contractis cum juramento, ſi alter pœniteat, quid agendum. 466. col. 1. & 2.
Sponſalia poſſunt contrahi promiſſa pecunia, ſed non in modum pœnæ. 466. col. 1.
Stilla ſanguinis ſi cadat ſuper terram, tabulam, vel altare, quid agendum, & de pœna hujus rei. 438. col. 2. 439. col. 1.
Subditus ignorans Epiſcopi ſimoniam, ab eo ordinatus non habet ordinis executionem. 17. col. 2.
Suffragia ſolum proſunt defunctis exiſtentibus in Purgatorio. 448. col. 2. 449. col. 1.
Superior in redemtione & commutatione votorum, quæ conſiderare debeat. 59. col. 2. 60. col. 1. & 2.
Suſpenſus quoad ſe, & quoad alios quis dicatur. 8. col. 1.
Subditus non debet ordinari ab Epiſcopo, quem novit ſimoniacum in ordine. 17. col. 1. & 2.
Synodus Calcedonenſis quos judicet ſimoniacos. 20. col. 1.

T.

TEmperantia ciborum a clerico habenda. 242. col. 1. & 2. 343. col. 1. & 2.
Tempore feriarum circa matrimonium quæ fieri poſſunt. 518. col. 1. & 2.
Teſtes jurantes ſe dicturos veritatem ſuper his, quæ ſciunt in ſua Eccleſia reformanda, quæ tacere tenentur. 364. col. 2.
Teſtes quot requiruntur in cauſſa matrimonii. 531. col. 1. & 2.
Teſtis eſt perſona communis, & qualis debent eſſe, & ad quid tenentur. 195. col. 2.
Timoris impedimentum tribus curatur. 457. col. 2. 458. col. 1.
Torneamentis, & bello injuſto intereſſentes, ſi aliquis occidatur, etiamſi non ab eis, ut promoveantur, egent Epiſcopi diſpenſatione. 154. col. 1. & 2.
Torneamenta exercens, quam pœnam incurrat. ibid.
Torneamenta quæ dicantur, & quare a ſacris Canonibus prohibita. ibid.
Tranſitus de una Eccleſia ad aliam quadrupliciter contingit, & qualiter faciendus. 334. col. 2. 335. col. 1. & 2.

V.

VEnditio rei cum pacto rehabendi eam, qualis ſit. 209. col. 1. & 2.
Vendentium arma, venena, &c. intentio eſt aperienda, ut de illis judicetur in foro pœnitentiali. 224. col. 1. & 2.
Vendentes res, quæ poſſunt uſui humano eſſe, niſi ex aliquo oriretur ſuſpicio, non peccarent. 224. col. 2.
Verecundia debet eſſe in ordinandis. 247. col. 1.
Verberans Clericum, vel religioſum, etiamſi ille ſe ſubjiciat verberandum, ut ſatisfaciat de injuria, excommunicatus eſt ipſo facto. 259. col. 1. & 2.
Vigiliæ pertinent ad carnis macerationem. 436. col. 1.
Vim vi repellere quatenus & in quibus omnibus ſit licitum. 173. col. 1. & 2.
Vir innocens, ſi velit poſt ſententiam reconciliare uxorem adulteram, etiam invitam, poteſt. 530. col. 2.
Viro accuſante mulierem de adulterio, ſi illa lite pendente debitum petat, quid agendum. 476. col. 2.
Virgines quibus diebus conſecrandæ. 309. col. 2.
Vis duplex, alia levis, alia violenta, hæc conſenſum matrimonialem excludit, non illa. 505. col. 2. 506. col. 1.
Vota abſtinentiæ, & Peregrinationis ante ingreſſum religionis facta, diſpenſantur a Prælato. 59. col. 2.
Vota aliqua redimi, & commutari poſſunt. 55. col. 1. & 2.
Votum terræ Sanctæ quomodo differat ab aliis votis. 56. col. 2.
Votorum redemtio, vel commutatio, ex aliqua cauſa & auctoritate ſuperioris fieri debet. 56. col. 2.
Votum voluntatis quot modis irritetur. 59. col. 2.
Vovendi, quæ perſonæ non habent facultatem liberam. 59. col. 2. 60. col. 1.
Votum ſtrictioris religionis, petita licentia a prælato debet adimpleri. 60. col. 1.
Votum quid ſit, & quotuplex. 54. col. 1. & 2.
Votum ſolemne frangens, gravius peccat, quam frangens votum ſimplex, & quare. 54. col. 2. 55. col. 1. & 2.
Vota aliqua nequeant redimi, vel commutari. 55. col. 1. & 2
Vovere qui poſſint, & quid ſit votum. 485. col. 2.
Votum qua ætate ſolemnizari poteſt. 485. col. 1. & 2.
Votum ſimplex contrahendum impedit, non dirimit contractum, ſolemne vero utrumque facit. 487. col. 1.
Votum aliud ſimplex, aliud ſolemne, & quid utrumque. 485. col. 2.
Uſura quid ſit, & in quibus rebus committatur. 205. col. 2.
Uſuræ variæ ſpecies, & diviſiones. 206. col. 1.
Uſura licet ſit prohibita, quibus caſibus permittatur. 206. col. 2. 207. col. 1. & 2.
Uſura committitur ſemper, ſi mutuans pactum apponat, vel principaliter ſpem habeat lucri. 208. col. 1. & 2.
Uſuram committunt omnes cives communitatis, quorum auctoritate pecunia ad uſuram datur. 215. col. 2.
Uſuram exigere, nec a Chriſtiano, nec a Judæo, nec a Pagano, &c. licere, communis ſententia eſt. 216. c. 1.
Uſuras accipiens Chriſtianus a Judæo, cui eas reſtituat. 216. col. 2.
Uſurarius quid reſtituere teneatur. ibid.
Uxores qualiter, & de quibus poſſint eleemoſynas facere. 227. col. 2. 228. col. 1.
Uxor frangens votum obediens viro, qualiter obediat etiam Deo. 379. col. 2.
Uxor in peccatum carnis lapſa, ſi converſam ad meliorem vitam, maritus voluerit eam recipere, poterit religionem intrare. 71. col. 1.
Uxor adultera quibus caſibus nequeat accuſari a viro. 529. col. 1. & 2.
Vir adulteratus occulte, & uxor manifeſte, non poteſt illam accuſare. 530. col. 2.
Uxor raptoris habens in domo res per rapinam acceptas a marito, de quibus eam ſuſtentat, quid agere debeat. 178. col. 2. 179. col. 1.

F I N I S.

DE REGULIS

JURIS CANONICI

PROOEMIUM.

OMnia ſcientia, omniſque ars ſuis abundat regulis, tamquam generalibus clauſulis, quæ omnia ſub uno genere contenta comprehendunt. Medici eee dicunt Aphoriſmos ab Hippocrate editos tamquem regulas ertis & præcepta Medicinæ univerſalia, quæ tamen ſæpe fallibilia eſſe, quotidiana oſtendit experientia. Philoſophi vero eas axiomata appellant, quæ ſunt quædam inconcuſſa principia, quibus contradicere fas non eſt. Juriſprudentia tam Canonica, quam Civilis ſuis etiam gaudet regulis, quæ utriuſque fori judiciis prudenter, diſcrete & caute accommodandæ ſunt, ne extra fines proprios detorqueantur. Officium autem regulæ eſt, plures caſus ſimiles ſimul iungere clavo rationis; jus de novo non conſtituere, ſed ſupponere & invenire jam coostitutum, ut regulis hic ob utilitatem Candidati Canoniſtæ recenſendis patebit.

REGULÆ JURIS

Decretalium Epiſtolarum

GREGORII IX.

I. OMnis res per quaſcũque cauſſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur. Lib. 5. tit. 41. ex Joanne Chryſoſtomo. Quod enim conſenſu contrahitur, voluntate contraria diſſolvitur. Falſa regula in matrimonio, quod conſenſu contrahitur, ſed ſolo diſſenſu non diſſolvitur. Item fallit in Ordine, & Baptiſmo; quia illa Sacramenta ſemel habita, numquam amittuntur.

II. Eſtote miſericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi æſtimo, niſi ut ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur: quod enim ſcriptum eſt: *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*, de maniſeſtis dictum eſt, quæ non poſſunt bono animo fieri, ut ſtuprum, blaſphemiæ, furta, ebrietates, & ſimilia, de quibus nobis permittitur judicare. Ibid. c. 2. ex Beda in Homiliis. In meliorem partem, id eſt, ſecuriorem, pro eo quod in altero nullum, in altero magnum periculum timeatur.

III. Qui ſcandalizaverit, &c. Utilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur. Ibidem c. 2. ex Beda. Veritas triplex, ſcilicet bonæ vitæ; hæc numquam amittenda eſt propter ſcandalum, & ad quemlibet pertinet. Alie justitiæ, hæc judicem inſpicit. Alia diſciplinæ, hæc Prælatum ſpectat: in his duabus quandoque aliqua amittuntur propter ſcandalũ; unde verſus:

Eſt verum vitæ, doctrinæ, juſtitiæque.

Primũ ſemper habe: duo propter ſcandala linque.

IV. Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum: nam & Sabbathum cuſtodiri, præceptum eſt; Machabæi tamen ſine culpa ſua in Sabbatho pugnant; ſic & hodie ſi quis jejunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur. Ibidem, c. 4. ex Beda. Neceſſitas enim legi non ſubjacet, & tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. David comedit panes propoſitionis; & propter hoc pater poteſt vendere filium.

V. Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum eſt; nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere. Ibid. c. 5. ex Gregor. VII. Quæ enim per vim, ſive per metũ fiunt, qui cadere poſſet in conſtantẽ virum, cum de hoc conſtiterit, revocantur.

VI. Cum in contemplatione (& infra) In ipſo cauſſæ initio non eſt a quæſtionibus inchoandum. Ibid. c. 6. ex Gregor. VII. Varien. Epiſcopo. Quod ſi fiat, appellari poteſt; intelligo tamen regulam, nulla præſumtione præcedente.

VII. Quæ multoties (& infra) Quidquid in ſacratis Deo rebus, & Epiſcopia injuſte agitur, pro ſacrilegio reputatur, quia ſacra ſunt, & a quoquam violari non debent. Ibid. c. 7. ex Stephano Papa. Sive ſit homo, ſive ager, qui illa euſert & invadit, ſacrilegium committit.

VIII. Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debeat, facit, & ideo jam non facit. Ibid. c. 8. ex Auguſtino. Intelligitur regula de timore ſervili; quoniam filialis ita bonus eſt, quod caritatem poteſt introducere. Gloſ.

IX. Defleat peccator, quia offendens in uno, omnium factus eſt reus. Ibid. c. 9. ex Auguſt. in lib. de Pœnit. Factus eſt omniũ reus quoad vitã æternam; quia propter illud ſolum damnabitur, & omnis virtus detrimentum patitur ab uno vitio.

X. Quamvis cauſſæ (& infra) Non poteſt eſſe Paſtoris excuſatio, ſi lupus oves comedit, & Paſtor neſcit. Ibid. c. 10. Gregor. in Regiſtro. Quia Paſtor, ſeu Prælatus inquirere debet ſubditorum exceſſus, alias ſanguis eorum de Prælatorum manibus requiretur.

XI. Indignum eſt, & e Romanæ Eccleſiæ conſuetudine alienum, ut pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur. Ibid. c. 11. Lucius III. Ergo & a conſuetudine aliarum Eccleſiarum debet eſſe alienum. Gloſ.

REGULÆ JURIS.

Sexti Decretalium.

I. BEneficium Eccleſiarum non poteſt licite ſine Canonica inſtitutione obtineri, c. 1. de Reg. jur. in 6. Canonica autem inſtitutio requiſita per-

pertinet ad Epiſcopum, 16. q. 7. c. *Nullus omnino*. Proponit caſum Annotator Gloſ. de poſſeſſione pacifica, decem, vel viginti annorum, quæ ſine Canonica inſtitutione non ſufficit; attamen hodie viget diſpoſitio Conſilii Baſilienſis, quo cavetur, quod ſi quis per triennium poſſederit Beneficium Eccleſiaſticum pacifica & quiete, poteſt ſe defendere contra quemcumque, quamvis non oſtendat de Canonica inſtitutione. Sed quidam Canoniſtæ dicunt, clauſulam *quemcumque*, excludere quidem privatum quemlibet prætandentem jus ad Beneficium, pro quo lis mota eſt; non vero Epiſcopum, qui ex officio triennalem pacificum poteſt compellere ad oſtendendum titulum Canonicæ proviſionis.

II. Poſſeſſor malæ fidei ullo tempore non præſcribit, c. 2. de Reg. Juris in 6. & c. fin. de præſcript. Fides hic accipitur pro conſcientia, ut dicamus, poſſeſſor malæ fidei, id eſt, conſcientiæ ullo tempore non præſcribit: nam ille dicitur poſſeſſor bonæ fidei, qui putat ſe dominum rei, quam poſſidet, & ignorat rem eſſe alienam: econtra vero is dicitur malæ fidei poſſeſſor, qui habet conſcientiam rei alienæ.

III. Sine poſſeſſiona præſcriptio non procedit, c. 3. de Reg. Jur. in 6. Non ſufficit tamen quæcumque poſſeſſio, ut poſſeſſio facti, quæ dicitur quaſi pedum poſitio; ſed requiritur poſſeſſio juris, id eſt, quæ habeat adminiculum juris, id eſt, quod præſcribens ſit capax poſſeſſionis, ut dicitur de Laico reſpectu juris decimandi: deinde quod poſſideat continua per tempus ſufficiens ſecundum leges ad præſcriptionem, ita quod nulla poſſeſſionis fiet interruptio.

IV. Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, c. 4. da Reg. Jur. in 6. Quod intelligitur de remiſſione peccati, tam quoad Deum, quam quoad Eccleſiam, id aſt da abſolutione Sacramantali a Sacerdote facienda. Item in itelligitur regula tam de vitio reali, id eſt, de vitio afficiente rem ipſam, videlicet de vitio furti; quam de vitio violentiæ; quia iſta vitia reddunt rem furtivam imperſcriptibilem. Exceptionem patitur regula in ſubtractore, qui non habet facultatam reſtituendi; quia eſt inops, dummodo habeat propoſitum reſtituendi, dum pervenerit ad pinguioram fortunam.

V. Peccati venia non datur niſi correcto, c. 5. de Reg. Jur. in 6. Intelligitur ſecundum Poſtillatorem de venia culpæ, non autem de venia pœnæ, quæ appellatur impunitas quantum ad pœnam temporalem imponendam in hoc ſæculo; quia dimittitur talis pœna quandoque non correcto.

VI. Nemo poteſt ad impoſſibile obligari, etiam juramento: quia temerarium eſt. Quod intelligi debet de impoſſibilitate juris, facti, & naturæ.

VII. Privilegium perſonale perſonam ſequitur; extinguitur cum perſona, c. 7. da Reg. Jur. in 6. ut cum S. Pontifex alicui Archiepiſcopo conceſſit pallium, ſucceſſor non poteſt eo uti; quia illud privilegium ſequitur perſonam, & cum perſona extinguitur: & ob hoc Archiepiſcopus ſepelitur cum ſuo pallio, & requiritur, quod ſucceſſor aliud obtineat.

VIII. Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus, c. 8. de Reg. Jur. in 6. Quod intelligi debet in eodem genere delicti, ut ſemel perjurus, ſemel contumax, ſemel calumnians: & hoc verum, quando quis fuit malus in fine actus: quia qui fuit malus in aliquo actu, & tandem ſe maxime correxit, & fuit bonus in fine illius actus, præſumitur bonus: nam qui exercuit actum bonum, præſumitur bonus, niſi faciat actum contrarium; ſed ſi fecerit actum contrarium, præſumitur malus donec de emendatione appareat.

IX. Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum, c. 9. de Reg. Jur. in 6. Exempli cauſſa: quia verberavit Clericum inimicum meum, non tamen nomine meo; poſtea ſciens Clericum verberatum, illud mihi placuit in corde meo, & laudavi, & ratificavi quod fecerat; attamen excommunicatus non ſum, quia non poſſum habere ratum, quod nomine meo non aſt geſtum.

X. Ratihabitionem retrotrahi, & mendato non eſt dubium comparari, c. 10. de Reg. Jur. in 6. Exempli cauſſa: qui aſſerans ſe eſſe meum procuratorem, cum non eſſet, quamdam actionem deduxit in judicio nomine meo contra meum debitorem, & non fuit ei oppoſitum, quod non eſſet procurator meus, quamvis proceſſus ſimilia non teneat; attamen ſi poſtea ratificavi, approbavi, & laudavi gaſta per ipſum, velat proceſſus, ac ſi ab initio mandaſſem ei, ut nomine meo proſequeretur contra meum debitorem, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

XI. Cum ſunt partium jura obſcura, reo favendum eſt potius quam actori, c. 11. da Reg. Jur. in 6. Regula vero eſt, niſi actor foveat favorabilem cauſſam, puta matrimonii, libertatis, teſtamenti, vel dotis: tunc enim fallit regula, quia favendum eſt actori, 33. q. 1. c. *Si quis acceperit*. Et habet hæc regula locum non ſolum in ſententia ferenda, ſed etiam in jam lata, puta a duobus ordinariis, uno abſolvente, & altero condemnante: tenet enim ſententia pro reo lata, niſi in ſupra dictis caſibus.

XII. In judiciis non eſt acceptio perſonarum habenda, ibidem c. 12. quia aliorum honores non debent eſſe occaſio nocendi: in pœnis tamen infligendis defertur dignitati & perſonæ. Ad intellectum hujus regulæ conſulatur S. Thomas 2 2. q. 63. par totum, & maxima articulo ultimo.

XIII. Ignorantia facti, non juris excuſat. Ibid. c. 13. Hæcce regula non indiget gloſſis, cum ejus materia habeatur planiſſima 1. q. 4. §. *Notandum in textu*, & Gloſ. 35. diſt. in ſum. & de hoc dic ut ibi.

XIV. Cum quis in jus ſuccedit alterius, juſtam ignorantiæ cauſſam cenſetur habere. Ibid. c. 14. Verbi gratia: rem obtentam per ſententiam judicis poſſidet quis injuſte, & mala fide, quia non ignorat rem eſſe alienam. Succeſſor ſive ſingularis, ſive univerſalis, qui in jus ſuccedit prædeceſſoris, juſtam ignorantiæ cauſſam cenſetur habere.

XV. Odia reſtringi, & favores convenit ampliari. Ibidem c. 15. v. g. ante Concilium Lateranenſe decimæ fuerunt Laico conceſſæ in feudum; quædam terræ ſteriles fuerunt redactæ ad agriculturam, & Laicus vult percipere decimas ex illis. Non poteſt; quia illud privilegium eſt reſtringendum in odium Laici, qui licite non poteſt percipere decimas.

XVI. Decet conceſſum a Principe beneficium eſſe manſurum. Ibidem c. 16. Regula intelligitur de privilegio reali, & non de perſonali, quod perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur: perditur tamen ſecundum Canoniſtas certis ex cauſſis. 1. Per abuſum, non tamen ipſo jure,

ſed abuſus eſt juſta cauſſa inducendi Principem ad revocandũ ſuum privilegium; ideo jura dicunt, quod qui privilegio abutitur, meretur privilegium perdere. 2. Perditur per non uſum, ut ſi quis a principe impetravit nundinas, & non utatur, perdit nundinas per non uſum. 3. Perditur privilegium, ſi poſt conceſſionem incipiat eſſe in grande præjudicium alterius, c. *Suggeſtum*, de decimis: ubi privilegium conceſſum Ciſtercienſ. de decimis non ſolvendis, quia incipit eſſe in grande præjudicium Eccleſiæ Parochialis, fuit revocatum.

XVII. Indultum a jure beneficium non eſt alicui auferendum. Ibid. c. 17. Datur exemplum de licentia nubendi data ab Apoſtolo; licet de Jure Civili cautum ſit, quod vidua debet abſtinere per annum, qui dicitur annus luctus; attamen non poteſt Epiſcopus privare mulieres illa facultate nubendi infra annum; quia indultum a jure beneficium non eſt alicui auferendum. Item poſſet poni caſus in decem diebus datis ad appellandum, quibus gravatus privari non debet.

XVIII. Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit. Ibid. c. 18. & exemplum affert c. *Principatus*, 1. q. 1. ubi promotus ad Prælaturam ſimoniace, etſi irreprehenſibiliter adminiſtraverit, & fuerit toleratus per aliqua tempora; attamen Prælatura privatur, & promotio ejus non validatur, nec aſſumit vires; quia quod ab initio non valuit, tractu temporis non convaleſcit. Item aliquis mihi ſtipulanti promiſit rem ſacram, vel aliquid ſimile, quod non cadit in commercio hominis: accedit, quod iſta res ſacra deſiit eſſe ſacra, forte calix fuit conflatus; virtute ſtipulationis prædictæ, quæ erat nulla, non poſſum petere, ut ipſe compellatur ad tradendum mihi rem, quæ amplius non eſt ſacra; quia quod ab initio non valuit, &c.

XIX. Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet. Ibid. c. 19. Ponitur caſus de Clerico jaciente lapidem, & de Monacho Cirurgico. Primus inter Laicos dimiſſa veſte, & habitu Clericali, projecit lapidem, & aliquem hominem ibi tranſeuntem occidit non propoſito deliberato; quamvis non fuerit in culpa quantum ad homicidium, cenſendus eſt tamen irregularis; quia projicere lapidem non competebat ſuo ſtatui. Secundus dedit medicinam juxta artem Cirurgicam alicui infirmo, qui mortuus eſt, culpabilis judicatur, quia immiſcuit ſe actui non convenienti ſuo ſtatui: ars enim Cirurgica eſt Monachis prohibita.

XX. Nullus pluribus uti defenſionibus prohibetur. Ibid. c. 20. Hæc regula clara eſt, non indiget explicatione, nec exemplo.

XXI. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. Ibid. c. 21. Affertur exemplum de Judice, qui poteſt recuſari ut ſuſpectus, & de ſuſpectionis cauſſa ipſe Judex convenit: litigans confidens de legalitate Judicis, placuit ſibi coram eo litigare, non poteſt poſtea pœnitentia ductus illum recuſare; quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt: & hoc verum, niſi ſuperveniat alia cauſſa de novo. Fallit hæc regula in omnibus caſibus, in quibus a Jure permittitur pœnitere, & variare, ut in patrono laico, qui variare poteſt, & ſimilibus.

XXII. Non debet aliquis alterius odio prægravari. Ibid. c. 22. Affertur exemplum de patre Clericum percutiente, vel aliud delictum dignum excommunicatione perpetrante; filius pro delicto patris non debet excommunicari; quia quis non debet gravari odio alterius: aliquando tamen propter delictum patris puniuntur filii, ut in crimine læſæ majeſtatis:

XXIII. Sine culpa, & niſi ſubſit cauſſa, non eſt aliquis puniendus. Ibid. c. 23. Capitulum continet duas regulas. Prima eſt, quod non debet quis puniri ſine culpa, & ponitur caſus de putatore frondium alicujus arboris exſiſtentis in medio ſui fundi, qui non potuit cogitare, quod ibi aliquis tranſitum faceret, attamen tranſiens aliquis ſub arbore, fuit occiſus. Putator non eſt puniendus, quia in culpa non eſt. Secunda regula eſt, quod punitur quis ſine culpa, quando ſubeſt juſta cauſſa, ut de contrahente matrimonium cum vidua, vel corrupta, qui efficitur bigamus, & non poteſt promoveri ad ordines; non punitur quidem ex culpa ſua, ſed quia ſubeſt juſta cauſſa, videlicet propter defectum Sacramenti.

XXIV. Quod quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe. Ibid. c. 24. Hæc regula tangit lictores, ac milites, qui ſententiam judicis executi ſunt.

XXV. Mora ſua cuilibet eſt nociva. Ibid. c. 25. Ponitur exemplum de ſolvendo decimas, quas apud ſe retinet per aliquod tempus: accidit caſu fortuito, ſine culpa, quod decimæ pereant; tenetur ſolvere æſtimationem decimæ peremtæ, quia fuit in mora ſolvendi decimas, & ſua mora debet ei eſſe nociva. Et ſic de aliis caſibus.

XXVI. Ea, quæ fiunt a Judice, ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt. Ibid. c. 26. Ponitur exemplum de ſimplici Sacerdote, vel de conſtituto in dignitate, puta Archidiaconus, Decanus, vel Cantor, non tamen Epiſcopus, qui ordinavit aliquem in Diaconum, proferendo verba apta ad talem Ordinem; ſic ordinatus non recipit Ordinem, quia poteſtas ordinandi Clericos non dependet ab Ordine Sacerdotis, niſi fuerit Epiſcopus.

XXVII. Scienti, & conſentienti non fit injuria, neque dolus. Ibid. c. 27. Hæc regula formatur copulative, non disjunctive; unde hæc duo conjunctim requiruntur, ſcilicet quod ſciat, & conſentiat: ſcienti enim, & non conſentienti bene infertur injuria, & dolus. Accidit tamen caſus de Clerico ſciente & conſentiente, ut damnoſa ſibi injiciatur manus; hujus manus injectio, etſi non violenta, tamen injurioſa naſcitur, non Clerico conſentienti, ſed toti Ordini Clericali; & ideo ſic percutiens, excommunicationem non evitat.

XXVIII. Quæ a jure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda. Ibid. c. 28. Hæc regula viget maxime in privilegiis conceſſis, quæ ad conſequentiam trahi non debent; cum a jure communi exorbitant, & ſic nec amplianda, nec reſtringenda ſunt, ſed ut ſonant, accipienda, & pro ſolis perſonis in privilegio enumeratis.

XXIX. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Ibid. c. 29. Ponitur caſus in Archiepiſcopo conſecrando ab omnibus Suffraganeis; de electione facienda ab omnibus Canonicis; de concedendo hauſtu aquæ, in quo omnes vocandi ſunt, qui jus habent.

XXX. In obſcuris minimum eſt ſequendum. Ibid. c. 30. Ratio regulæ datur, quia de minimo non eſt dubium ſenſiſſe, qui intellexit de

maxi-

Digitized by Google

maximo, quia *plus* includit ſub ſe *minus*, ſed non econverſo. Exemplum ponitur, cum quis in ſuo teſtamento legavit decem ſcuta, & vigent in ea regione ſcuta nova, & antiqua; legata videntur ſcuta minoris valoris, niſi alias appareret de voluntate teſtatoris tacite, vel expreſſe: in dubio enim locum habet iſta regula.

XXXI. Cum quis certus eſt, certiorari ulterius non oportet. Ibid. c. 31. Ponitur exemplum de venditore rei, ſervitutem, vel alia onera debentis, qui de omnibus oneribus rei emtorem certiorare debet; ſed ſi emtor ea onera non ignorabat, quamvis ab emtore tunc non certioratur, non poteſt agere in venditorem; quia qui certus eſt, certiorari ulterius non oportet.

XXXII. Non licet actori quod reo licitum non exſiſtit. Ibid. c. 32. Accuſatores enim & accuſati æqua audiuntur ratione; favorabiliores tamen ſunt rei, quam actores in ſententia ferenda, quamvis paritas in judiciis ſit ſervanda.

XXXIII. Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum. Ibid. c. 33. Exemplum recenſetur de electione facta a Canonicis, qui ob hoc elegerunt duos, vel tres actores; & ſcrutatis votis, & publicato ſcrutinio, aliqui Canonici videntes ſe deceptos ob aliquam cauſſam volunt recedere a prima deliberatione, & mutare conſilium. Sed hoc non poſſunt per rationem hujus regulæ.

XXXIV. Generi per ſpeciem derogatur. Ibid. c. 34. Hæc regula fallit in privilegiis: ut ſi alicui concedatur privilegium generale, poſtea concedatur alicui alteri privilegium ſpeciale; contra illud privilegium generale non valet privilegium ſpeciale, niſi faciat mentionem de generali: & ſic illa regula non habet locum in privilegiis, ſed habet locum in reſcriptis, dummodo unum reſcriptum generale non veniat purificandum in ſpeciali.

XXXV. Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus. Ibid. c. 35. Ponitur exemplum de tribus arbitris, qui cauſſam examinaverunt, & non concordantes, diverſas tulerunt ſententias: unus condemnavit in 40. alius in 30. alius in 20 valet ſententia illius, qui condemnavit in minori ſumma, id eſt, in 20. quia omnes alii videntur conſenſiſſe in illam ſummam; & hoc per rationem hujus regulæ, quia in majori ſumma minor ineſt.

XXXVI. Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere. Ibidem, c. 36. dolus enim nemini patrocinari debet.

XXXVII. Utile non debet per inutile vitiari. Ibidem, c. 37. Regulariter loquendo, utile non vitiatur per inutile, quando ſunt ſeparabilia; ſecus ſi ſint inſeparabilia.

XXXVIII. De eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus exſtitit impugnare. Ibid. c. 38. Qui impugnat teſtamentum tamquam inofficioſum, & ſuccubuit, privatur legato ex teſtamento ob hanc regulam.

XXXIX. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo. Ibid. c. 39. Aliquis in pœnam ſui delicti fuit ſuſpenſus ab officio, ex conſequenti a beneficio, quod propter officium datur, & ob dictam regulam.

XL. Pluralis locutio duorum numero eſt contenta. Ibid. c. 40. Jure cautum reperitur, quod cum Sacerdos Miſſam celebrat, de honeſtate debent eſſe plures audientes, ut illa verba, *Dominus vobiſcum*, poſſint verificari. Verificantur, ſi ſint duo, quia pluralis locutio duorum numero eſt contenta.

XLI. Computari non debet ei, per quam non ſtat, ſi non faciat quod per eum fuerat faciendum. Ibid. c. 41. Promotus ad Eccleſiam Parochialem debet promoveri infra annum ad Sacerdotium, ſed ob defectum Diœceſani non potuit promoveri: elapſo anno, non eſt privatus ſua Eccleſia ob dictam regulam.

XLII. Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis. Ibidem, c. 42. Jurat Clericus, quod conſentiat litigare coram Judice ſæculari. Juramentum cum ſit acceſſorium ad conſenſum, non tenet ob regulam.

XLIII. Qui tacet, conſentire videtur. Ibidem, c. 43. Qualiter intelligatur iſta regula, in ſequenti habebitur.

XLIV. Is qui tacet, non fatetur; ſed nec utique negare videtur. Ibidem, c. 44. Dicitur communiter, quod in facto concupiſcibili, honorabili, & meritorio, taciturnitas habetur pro conſenſu; in facto autem, quod non eſt concupiſcibile, honorabile, & meritorium, ſed oneroſum; neceſſarius eſt expreſſus conſenſus.

XLV. Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumque fieri conſuevit. Ibidem, c. 45. Figuratur caſus in filio exhæredato ex injuſta cauſſa, & agente querelam contra teſtamentum patris, ut rumpatur; hæres ſumtus dicit filium ingratum; filius autem dicit ſe gratum: in dubio præſumitur pro filio, quia plerumque filii conſueverunt eſſe grati, & obedientes parentibus propter affectionem ſanguinis; & in dubio præſumitur quod eſt veriſimilius. Ideo iſta præſumtio transfert onus probandi in hæredem.

XLVI. Si quis in jus ſuccedit alteri, eo jure quo ille uti debebit. Ibidem, c. 46. quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto, & ſucceſſor cum prædeceſſore; eſt ergo idem jus utriuſque.

XLVII. Præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur. Ibidem, c. 47. Ad ignorantiam facti reſtringitur hæc regula, quia ignorantia juris, & maxime naturalis non excuſat,

XLVIII. Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. Ibidem, c. 48. Non ditatur Monaſterium cum jactura Cathedralis Eccleſiæ. Hæc regula intelligitur loqui de jactura enormi: nam privilegium affert jacturam, licet enormem inferre non debeat.

XLIX. In pœnis benignior eſt interpretatio facienda. Ibidem, c. 49. Clara videtur regula ex præcedentibus.

L. Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. Ibidem, c. 50. Ponitur exemplum de matrimonio contracto cum aliqua uſque ad certum diem; de ſententia, quæ non debet ferri ſub conditione. Et regula indiſtincte loquitur de actibus legitimis qui non recipiunt conditionem, neque diem, & qui non ſunt contractus, ſed quaſi: contractus enim bene accipiunt conditionem.

LI. Semel Deo dicatum, non eſt ad uſus humanos ulterius transferendum: & habet locum hæc regula non ſolum in re propria, ſed etiam in aliena conſecrata: ſi enim aurifaber habet calicem conſecratum, non ipſi relinquitur, ſed ejus æſtimatio.

LII. Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum. Ibidem, c. 52. Matrimonium contractum, & conſummatum cum conſanguinea, nullum declaratur: non impedit

ſecundum

Digitized by Google

ſecundum contractum cum alio; & prima electio nulla, ſecūdæ etiam non præſtat impedimentum.

LIII. Cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus. Ibidem c. 53. Remittitur ad regulam 35. ſeu *Plus ſemper*.

LIV. Qui prior eſt tempore, potior eſt jure. Ibidem c. 54. Regula valet in ceſſionibus inter Canonicos, Presbyteros, Epiſcopos, & Cardinales, etiam ejus Ordinis, inter creditores in debito conſequendo, &c.

LV. Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & econtra. Ibidem c. 55. Caſus apparet in Clerico, qui propter lapſum detruditur in Monaſterio ad pœnitentiam peragendam, res ejus proficient Monaſterio, quia qui ſentit, &c.

LVI. In re communi potior eſt conditio prohibentis. Ibidem c. 56. Viget regula in duobus conjugatis, quorum uno vovere volente, & altero prohibente: item in uno prohibente, ne procedatur per viam compromiſſi, potior eſt ipſius conditio: item in duobus communem habentibus parietem, alter non poteſt deſtruere & reficere, altero prohibente. Fallit regula in quibuſdam caſibus.

LVII. Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius eſt interpretatio facienda. Ibidem c. 57. Regula ſervatur, quando eſt obſcuritas, vel ambiguitas in ultimis voluntatibus, in conventionibus factis in judicio, in confeſſionibus, in contractibus, in pactis, & in ſententiis.

LVIII. Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum. Ibidem. c. 58. Regula clara eſt.

LIX. Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eumdem. Ibidem c. 59. Sic uſurarius qui petit uſuras, quas reſtituturus eſt, dolo facit, &c.

LX. Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri. Ibidem c. 60. Ponitur exemplum de domino, qui non requiſivit intra triennium ſervum ſuum fugitivum, Monachum factum: dicitur fuiſſe in mora, niſi tueri ſe poſſit exceptione legitima, puta longinquitate loci, &c.

LXI. Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum. Ibidem c. 61. Illud v. g. quod eſt introductum in favorem minoris, non poteſt verti in ejus detrimentum; ut ſententia pro minori lata, qui ſine tutore cauſſam egit, valet ob hanc regulam.

LXII. Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligetur. Ibidem c. 62. ille enim, qui doloſe conſuluit, & forte ſui lucri cauſſa, mutuare debitori non idoneo, tenetur actione de dolo, non tamen illi cui, ſed illi contra quem conſilium dedit; alias non.

LXIII. Exceptionem objiciens non videtur de intentione adverſarii confiteri. Ibidem c. 63. Ad Legiſtas regulam remitto.

LXIV. Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. Ibidem c. 64. ut de profeſſione facta infra annum probationis, nulla eſt, quia facta contra jus.

LXV. In pari delicto, vel cauſſa potior eſt conditio poſſidentis. Ibidem c. 65. ut in eo, qui repetere vult pecuniam, quam dedit pro iniquo judicio: item in eo, qui uſuras, quas ſolvit, repetere intendit. Omnes ſunt in pari delicto; potior eſt igitur conditio poſſidentis.

LXVI. Cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet. Ibidem c. 66. Ponitur exemplum Abrahæ, Geneſ. 22. per quem non ſtetit, quominus ſecundum Domini præceptum filium immolaret; apud Dominum ita gratus fuit, ac ſi immolaſſet.

LXVII. Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit. Ibidem c. 67. meo enim nomine non licet mihi fœnus exercere, ita nec alieno.

LXVIII. Poteſt quis per alium, quod poteſt per ſeipſum. Ibidem c. 68. Poteſt quis per alium judicare, per alium contrahere: fallit regula in eo, cui perſonaliter committitur certum miniſterium, in pœnitentia ſuſcipienda, & peragenda.

LXIX. In malis promiſſis fidem non expedit obſervari. Ibidem c. 69. Non expedit ſecundum utilitatem, nec licet ſecundum æquitatem, nec decet ſecundum honeſtatem.

LXX. In alternativis debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. Ibidem c. 70. In viro viget regula, qui in cauſſam ſoluti matrimonii dotem, vel ejus æſtimationem reſtituere promiſit, & in ſimilibus affirmativis: nam in negativis requiritur, quod neutrum fiat.

LXXI. Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multo magis admittendus. Ibidem c. 71. Coincidit cum regula: Cui licet plus, & minus licet. Qui v. g. legitime præſcribit, ſi cadit a poſſeſſione, datur ſibi actio; multo fortius, dum poſſidet, datur exceptio.

LXXII. Qui facit per alium, eſt proinde ac ſi faciat per ſeipſum. Ibidem c. 72. Affertur exemplum domini injungentis famulo, ut Clericum verberaret, qui eſt excommunicatus ut famulus.

LXXIII. Factum legitime retractari non debet, licet caſus poſtea eveniat, quo non potuit inchoari. Ibidem c. 73. Ponitur exemplum de eo, qui contraxit matrimonium, & poſtea factus eſt furioſus.

LXXIV. Quod alicui generoſe conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Ibidem c. 74. Regula in diſpenſationibus viget.

LXXV. Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſervari, cui fidem a ſe præſtitam ſervare recuſat. Ibidem cap. 75. Vaſallus v. g. debet fidelitatem domino ſuo; ſimiliter dominus debet eſſe fidelis vaſallo; & idem in ſimilibus caſibus.

LXXVI. Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare. Ibidem c. 76. Ponitur caſus in Epiſcopo depoſito propter crimen; non ob hoc debet Eccleſia rebus ſuis exſpoliari.

LXXVII. Rationi congruit, ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. Ibidem c. 77. Affertur exemplum de jure patronatus, in honore cujus quis cum ſuccedit, ſic in onere defendendi Eccleſiā ſuccedere debet, ſi opprimatur.

LXXVIII. In Argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa. Ibidem c. 78. Ex neceſſitate temporis v. g. propter miniſtrorum defectum, permiſſum fuit, Monachos aſſumi ad Parochiales Eccleſias: ceſſante hac neceſſitate in argumentum trahi non debet; & ſic de aliis.

LXXIX. Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere dignoſcatur. Ibid. c. 79. nemo enim dat quod non habet.

LXXX. In toto partem non eſt dubium contineri. Ibidem c. 80. Qui enim expulſus fuit in judicio a tota domo, bene ſequitur, quod

ſint

Digitized by Google

ſuit expulſus a parte.

LXXXI. In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Ibid. c. 81. Generalis enim commiſſio facta Legato per Papam, non extenditur ad cauſſas fidei: In generali obligatione pignoris non veniunt uxor, & alumni, & quem quis veriſimiliter non eſt credendus ſpecialiter obligaſſe.

LXXXII. Qui rontra jura mercatur, bonam fidem præſumitur non habrre. Ibid. c. 82. Regula intelligitur de eo, qui emit a pupillo, quem talem ſciebat, ſine auctoritate tutoris; & tunc mala fides propter juris errorem præſumitur.

LXXXIII. Bona fides non patitur, ut ſemel exactum iterum exigatur. Ibidem, c. 83. Regula habet etiam locum in pœnis, quæ ſemel exsctæ, ab eodem iterum exigi non debent.

LXXXIV. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. Ibidem c. 84. In venditione v. gr. fuit oppoſitum pactum, quod res vendita non poſſet alienari, poſtea obligari etiam non poteſt; quia tunc indirecte alienaretur, & quod cum quid, &c.

LXXXV. Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur. Ibidem, c. 85. Dicunt vulgares, pactum rumpunt lrges; & quidam ponunt caſum conventionis inter Epiſcopum Diœceſanum, & ſundatricem Initæ de oblationibus, & conventionibus in ſeſto Ipſius Eccleſiæ, quæ ſervanda eſt. Regula debet intelligi de conventione honeſta, & non contra bonos mores.

LXXXVI. Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non aliis imputare. Ibidem, c. 86. Si quis enim ad judicem ductus ſe de equo projiciat, & lædat, ſibi imputet, & non Judici: geſtor etiam negationum ſibi imputat, ſi ſolvit indebitum.

LXXXVII. Infamibus portæ non pstesnt dignitatum. Ibidem, c. 87. Ioſamis non poteſt eſſe etiam judex, bene tamen arbiter, quia arbitrium non eſt dignitas quædam, cum nudam & ſimplicem cognitionem habeat, & nullam juriſdictionem.

LXXXVIII. Certum eſt, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Ibid. c. 88. Coincidit cum regula 84. *Cum quid una via, &c.*

Iis regulis adjunguntur ſequentes ex eodem ſacro promtuario decerptæ.

I. Actor ſequi debet forum rei, c. *Si Clericus*, de foro compet. Fallit regula in c. *Cum ſit*, & c. *Licet*, & c. *Ex tenore*, eodem tit. cum ſcilicet ſæculares judices in exhibenda juſtitia perſonis Eccleſiaſticis in judicio ſunt remiſſi, vel cum in aliquo maxime ſe ſentiunt prægravatæ perſonæ Eccleſiaſticæ: & vidua coram judice Eccleſiaſtico Laicum convenire non poteſt, niſi ſuper cauſſa Eccleſiaſtica, vel in defectu judicis ſæcularis.

II. Forum ſortitur quis ratione delicti, aut ratione contractus, aut ratione domicilii, aut ratione rei, de qua contra poſſeſſoram cauſſa movetur, c. fin. dr ſoro compet. quia ratione delicti fit quis de juriſdictione alterius, & ita delictum dat juriſdictionem ei, qui alias non haberet, etiamſi delinquens eſſet perſona privilegiata: & pro delicto etiam convenitur quis ubi domicilium habet, vel ubi invenitur; & ſi crimen grave ſit, remittitur puniendus ad judicem ubi deliquit: nomen *contractus* ſumitur hic largiſſime, ſive ſit verus contractus, vel quaſi contractus, vel aliud, unde obligatio oritur. Ita Gloſ.

III. Quattuor modis pervertitur humanum judicium, timore, cupiditate, odio, & amore, c. *Quattuor modis*, 11. q. 3. ex S. Iſidoro. Vide pag. 191. hujuſce operis. Eſt tamen quintus modus, quando judex pauperibus miſeretur, ut 24. q. 4. c. *Eſt injuſta*, & c. *Ne amiſſo*. Sunt etiam alii duo modi, nimia ſcilicet ſeveritas, & nimia remiſſio, ut diſt. 45. c. *Diſciplina*. Non enim eſt conſtans judex, cujus animi motum vultus detegit. Eſt tandem alius modus, quando ſcilicet per imprudentiam male judicat. Gloſ.

IV. Cauſſa ſemel affectata apud ſuperius tribunal, non poteſt eo inconſulto deinceps devolvi ad inferius tribunal, c. *Propoſuiſti*, de ſor. compet. quia legitime citatus tenetur coram judice citante cauſſam proſrqui, non obſtante quod poſt citationem mutaverit ſorum, non poteſt ejus judicium declinare.

V. Res inter alios acta, aliis nocere non poteſt, c. *Quamvis*, de ſent. & re jud. Fallit in eo, cui ſecundo loco competebat actio, vel deſenſio. Gloſſa ponit exemplum de Epiſcopo, qui alicui Archidiaconatum contulit: objectum erat, quod fuerat ipſe filius Sacerdotis, & jam in judicio probatum: quærit utrum hæc ſententia debeat præjudicare Epiſcopo, quod amittat poteſtatem conſerendi dignitatem illa vice, quamvis res ſit acta inter alios: & dicit quod ſic; & imputet ſibi quod dimiſit alium agere, cum ſibi competebat actio, & deſenſio illius Archidiaconatus: ſallit etiam in multis aliis caſibus, ſuper Gloſsa annotatis.

VI. Appellatur ad Epiſcopum a ſententia Capituli, c. *Poſtulaſtis*, de conceſſ. Præl. & c. *A collatione*, de Appell. in 6. Fallit, cum Epiſcopus interfuit capitulo tamquam Epiſcopus & Prælatus; tenet tamen, cum interfuit ut ſimplex Canonicus. Sed quomodo cognoſcemus, quod Epiſcopus eſt in Capitulo ut Prælatus, vel ut ſimplex Canonicus? Doctores hanc materiam tractant in c. *Poſtulaſtis*, alleg. & dicunt, quod ſi in Eccleſia ſit ſtatutum, quod ordinet, ut Epiſcopus ſit in Capitulo ut Prælatus, vel ut ſimplex Canonicus, ſtandum eſt illi ſtatuto: ſi vero non ſit ſtatutum, tunc cognoſcetur ex conjecturis: nam ſi Epiſcopus non tenet primum locum, & honorabiliorem, cenſetur eſſe in capitulo, ut Canonicus: ſi autem præſideat, & teneat honorabiliorem locum, cenſetur eſſe in Capitulo ut Prælatus. Gloſ.

VII. De alicujus delicto non eſt facienda inquiſitio, niſi præceſſerit infamia, non quidem apud malevolas, aut maledicas perſonas, ſed apud providas, & honeſtas, c. *Qualiter*, 2. de accuſ. Si tamen ille negaret infamiam præceſſiſſe, cognoſcet primo Judex, utrum ſit infamatus, & poſtea procedet ſuper his, quæ denunciata ſunt; non procedat, niſi primo conſtet, quod infamatus ſit; & ſi actor probet illum infamatum, reus poteſt probare, quod ſit bonæ ſamæ; cum potius ſit privilegium bonæ ſamæ, quam infamiæ. Gloſ.

VIII. Cum quis aſtringitur aliquid facere cum alterius conſilio, neceſſe habet conſilium requirere, non tamen tenetur conſilium ſequi, c. *Cum olim*, de arbitr. Regularis enim ad ſtrictiorem aſpirans Religionem, poteſt eam ingredi, dummodo licentiam diſcedendi petierit a ſuo Superiore; licet eam ille recuſaverit, c. *Licet*, de regular.

Præ-

Digitized by Google

Præterea Epiſcopus, quem impiorum protervia impedir in ſua Diœceſi reſidere, nec permittit ibi ullam juriſdictionem, ſive per ſe, ſive per alium exetcere poteſt, ad convicinum Epiſcopum reſugere, a quo debet veniam poſtulare exereendi in ejus Diœceſi contentioſam juriſdictionem: quam veniam ſi petierit, nec tamen obtinuerit, poterit nihilominus non ſolum juſidice citare, & deinceps procedere contra ſuos illot oppreſſores; verum eriam reliquorum ſibi ſubditorom cauſſas contradictoris judiciis dirimere. Clem. ɛ. de ſor. comper.

IX. Unum corpus coſtituitur ex Epiſcopo, & Capitulo Cathedrali, ut Epiſcopus habeatur caput, & Capitulum reliquorum membrorum loco ſit, cap. *Novit*. De his quæ fiunt a Præl. ſine conſ. Ubi Hietonymus Patriarchæ dicit: *Novit tuæ diſcretionis prudentin, qualiter tu, & frutres tui unum corpus ſitis: itaque tu caput, & illi membra eſſe probantur: unde non decet te omiſſis membris, aliorum conſilio in Eccleſiæ tuæ negotiis uti, cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & Sanctorum Patrum inſtitutionibus contraire.*

X. Matrimonium per vim contractum, ſpontanea cohabitatione convaleſcir, cap. *Ad id*, de ſponſal. in quo habetur, quod puella quædam, quamvis undecim ſolum annos habeos, ab initio invita fuiſſet alicui tradita; tamen quia poſtmodum per aunum & dimidium cohabitavit ſibi, & ſiluit per id temporis, judicatum fuit ipſam conſenſiſſe, & cogendam eſſe ad ſponſum redire.

XI. Delegata juriſdictio exſpirat morte delegantis, ſicut mandatum quodlibet morte mandantis, c. *Relatum*, 19. de offic. deleg. Quod intelligi debet, cum mors præcedir litis conteſtationem: nam ſi lis fuerir ante obitum conteſtara, mandatum morte mandanris nullatenus exſpirat, nec delegati juriſdictio morte delegantie.

XII. Sunt multa quæ de judicio Dei homines ignorant; quia fortaſſis quæ vos laudatis, ille reprehendet, & quæ vos reprehenditis, ille laudabit, c. *Sacerdotibus*, in fin. 11. q. 1. ex S. Gregorio Papa: Neſcimus enim quis in terribili judicio Dei, qualia futurus ſit: hinc Paullus dicebat: *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, &c.* Hanc regulam eſſe notandam maxime in materia excommunicationis declarat Innocentius Papa III. Abbati S. Andrææ, cap. *A nobis*, 2. de ſenr. excom. Quod in integrum recenſitum fuit hocce in opere, pag. 412. nonnulla ejus verba in regulæ firmitatem hic repetita, lectori forſitan non diſplicebunt. *Nos igitur*, inquit, *conſultutioni tuæ breviter reſpondemus, quod judicium Dei, veritati, quæ non fallit, nec fallitur, ſemper innititur; judicium autem Eccleſiæ nonnumquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpe contingit, & falli: propter quod contingit interdum, ut qui ligatus eſt apud Deum, apud Eccleſiam ſit ſolutus, & qui liber eſt apud Deum, Eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google